BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
H
91
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

THESAURUS

ECCLESIASTICÆ ANTIQUITATIS

ET SACRÆ AC PROFANÆ ERUDITIONIS,

IN QUO

Diſſertationes, Tractatus, Diatribæ Præliminares

ALIAQUE PRÆSTANTIA MONUMENTA,

QUÆ A

JOANNE BOLLANDO

CÆTERISQUE SOC. JESU HAGIOLOGIS ANTUERPIENSIBUS
IN OMNIBUS FERE

DE ACTIS SANCTORUM

VOLUMINIBUS

CONSCRIPTA SPARSIM OCCURRUNT,

NUNC PRIMUM CONJUNCTIM EDITA
EXHIBENTUR.

PRÆFATIONES, TRACTATUS, DIATRIBÆ ET EXEGESES PRÆLIMINARES,

Atque nonnulla venerandæ Antiquitatis tum ſacræ, cum profanæ

MONUMENTA

A JOANNE BOLLANDO

Cæteriſque Societatis Jeſu Hagiologis Antuerpienſibus, elucubratis in Acta Sanctorum voluminibus præfixa, nunc primum conjunctim edita, & in tres tomos diſtributa.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS, MDCCXLIX.

Apud { SEBASTIANUM COLETI
ET JO: BAPTISTAM ALBRIZZI HIERON. FIL.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

ERUDITO LECTORI

TYPOGRAPHI.

VIx noſtrum recudendi Acta Sanctorum Bollandiana, quorum integra exemplaria rariſſime, ac nonniſi ingenti pretio comparanda occurrebant, conſilium Reipublicæ litterariæ aperuimus, cum non pauci doctrina, eruditioneque præſtantes viri & verbis præſentes, abſenteſque epiſtolis, ſerio nos hortari cœperunt, ut quandoquidem tantæ molis opus haud impari animi amplitudine eramus aggreſſuri, Præfationes, Tractatus, Exegeſes, Diatribas præliminares, ac vetera monumenta hiſtoriam, & antiquitatem eccleſiaſticam non ſolum, ſed quandoque etiam profanam illuſtrantia, quibus Bollandus ejuſque ſucceſſores tomos ſuos identidem exornarunt, ſeorſim etiam ab integro opere, & in unum corpus congeſta ederemus. Hinc enim fiet, dictitabant, ut & ii, qui grandi totius operis impenſæ pares non ſunt; & ii, quos ab ejus lectione vel tot tantorumque voluminum immenſitas potiori vitæ parte vix percurrenda deterret, vel aliorſum trahit aliis diſciplinis ſeu ex munere, ſeu ex naturali propenſione excolendus animus, ſaltem varias haſce non vulgaris litteraturæ amænitates, hodierni ſæculi delicias, ex immani ſcutibus undique vepribuſque obſita ſylva in unum veluti viridarium tranſlatas, & tenuiori ſumptu acquirere, & ſumma cum voluptate perlegere celeriter queant. Quinimo commodum id accidet etiam iis, qui integrum Actorum corpus poſſident; lecturi ſiquidem in uſum ſtudiorum ſuorum præfatos Bollandianorum Tractatus, vel ex illis aliquem conſulturi, non cogentur tot mole ſua ſatis incommoda volumina evolvere, ut diſperſos hinc inde perquirant, cum, quam ſuademus, collectio omnes & ſingulos nullo negotio perquirentium manibus tradet, oculiſque ſubjiciet. Nec ut novum quid, ſubdebant, in re litteraria prodibit hujuſcemodi collectio, cui & aliæ jamdudum, aliæque recenter viam ſtraverint; & ut reliquas prætereamus, recentiſſima, omnique ſimilis, vobis & exemplo eſſe, & calcar addere poteſt. Acta Sanctorum Ordinis Benedictini in novem volumina digeſſerat haud unquam ſatis laudatus celebris Mabilio, & ſingulis tomis totidem præfationes adjunxerat, omnimoda exquiſitaque eruditione refertas. Deficientibus autem in tabernis librariis Mabilioniani operis exemplaribus Tridentinus Typographus, ſuadente ac adjuvante erudito viro, Mabilionianas Præfationes in unum corpus collegit, & vulgavit tanto doctorum hominum applauſu, ut brevi abſumptis omnibus exemplaribus, neceſſe fuerit Tridentinam Collectionem iterum iterumque ſubjici prælis tum Gallicis, cum Venetis, quo eamdem indeſinenter expoſcentibus utcumque fieret ſatis. Ecquis autem prudens dubitet, quin haud abſimilis Bollandianorum Tractatuum collectio æque ſecundis excipiatur eruditorum ſuffragiis; & quidem potiori jure, cum & pares delicato lectori præbebit cupediarum delicias, & moroſum eo majori levabit incommodo, quo majus operoſus triginta octo volumina, quam novem tantummodo, verſandi labor parit? His, aliiſque momentis permoti, tot cordatorum virorum votis expetitam Collectionem hic tibi ſiſtimus erudite Lector, Præfationeſque Bollandianas, aliorumque Bollandi ſucceſſorum, qui hactenus concinnandis Sanctorum Actis inſudarunt, Tractatus præliminares, & vetera quædam monumenta e tenebris ab iis primum eruta, e triginta octo voluminibus hucuſque impreſſis decerpta, & in tres tomos congeſta, tuis commodis exhibemus, non alio quidem ordine, quam quo a ſuis editoribus in lucem fuerunt emiſſa. Uſuardi vero Martyrologium a Joanne Baptiſta Sollerio nativæ ſuæ ſimplicitati reſtitutum omnibuſque additamentis plane repurgatum, ac quotidianis obſervationibus illuſtratum, quod Auctor partim ſexto, partim ſeptimo Actorum Junii tomo adnexuit, cum ſolum ſatis craſſum volumen efficiat, huic Collectioni, ne quarto tomo augeretur, proindeque illius pretium quarta parte gravius redderetur, minime inſerendum cenſuimus; ea tamen adhibita diligentia, ut pluribus illius exemplaribus ſeorſim cuſis, Hagiophilis Uſuardum expoſcentibus non deficeret. Quid autem quilibet hujus Collectionis tomus complectatur, ſupervacaneum eſt hic recenſere, cum ſingulis tomis præfixus amplus Conſpectus curioſum Lectorem luculenter edocebit. Neque prætermiſimus ad calcem cujuslibet tomi copioſum, prout materies tulit, rerum indicem addere, quo expeditior collectionis noſtræ efficeretur uſus. Cæterum hæc pauca præfari oportebat, tum ut ejus commodum, &, fere dicerem, neceſſitas, cum ut ea, quæ ad illius utilitatem promovendam contulimus, oſtenderentur.

CONSPECTUS
HUJUS PRIMI VOLUMINIS.

I.

Præfatio Joannis Bollandi in Tomum primum Januarii de Actis Sanctorum, eorumque dilucidatione, & editione. p. 1.

Cap. I. Occaſio ſcriptionis, ſcopus.
§. 1. Hiſtoriæ ſacræ utilitas. p. 3.
§. 2. Acta Sanctorum olim diligenter conſcripta. 4
§. 3. Acta Sanctorum a Variis collecta; de Euſebio, & Simeone Metaphraſte. 6
§. 4. Acta vetera Sanctorum a Latinis collecta. Legenda aurea defenſa. 9
§. 5. Acta Sanctorum recentius collecta: præclarum Laurentii Surii opus. 11
§. 6. Heriberto Roſweydo adumbratum de Sanctorum actis opus. 13
§. 7. Auctoris hoc in opere propoſitum. 14
Cap. II. Methodus & Symetria Operis.
§. 1. Ordo dicendorum, & ratio. 15
§. 2. Ad perſpicuitatem & Lectorum commodum excogitata. 17
§. 3. Stylus Auctoris. 18
§. 4. Appendix ad ſingulos tomos poſt inſerenda, & forte amplior. 19
§. 5. Indices tomis ſingulis ſex. ibid.
§. 6. Quædam conſulto vitata. 20
§. 7. Alia Auctoris deſignata in poſterum opera. 21.
Cap. III. Editorum hoc opere probabilitas.
§. 1. Legitimi Hiſtoricorum gradus. 22
§. 2. Sequioris notæ ſcripta. 23
§. 3. Quo in ordine hæc ponenda. 26
§. 4. An poſterioris generis ſcripta omnia reſpuenda. 28
§. 5. An Acta Sanctorum apocrypha. 30
§. 6. An Sancti omnes, aut Beati, quorum hic vitæ editæ. 31
§. 7. Proteſtatio Auctoris. 31
Cap. IV. Adjutores operis, alia adminicula.
§. 1. Auctoris hoc in opere elucubrando ſocius. 32.
§. 2. Alii Adjutores ex omni ordine. 33
§. 3. Martyrologiorum Origo. Polemei Sylvii laterculus. 34
§. 4. Martyrologia Euſebii, & S. Hieronymi, Hujus ſpecimen. 36
§. 5. Romanum Martyrologium modernum & vetus. 38
§. 6. Martyrologia Bedæ & Flori. 39
§. 7. Martyrologium Uſuardi. 41
§. 8. Martyrologia Rabani, Wandelberti, Adonis, Notkeri, Ditmari. 42
§. 9. Martyrologia recentiorum. 43
§. 10. Varia Breviaria, quibus Auctor uſus. 44
§. 11. Menæa & Menologia Græcorum. Ruthenorum Kalendarium. 45
§. 12. Syrorum, Coptorumque Kalendaria. 47
Cap. V. Lectoribus commendata ab Auctore.
§. 1. De hoc opere quid Sanctos Auctor precetur. 48
§. 2. Quid eruditos Lectores poſtulet. 49
§. 3. Ab heterodoxis Auctor quid poſcat. 51
§. 4. Quid pios Lectores roget Auctor. ib.

II.

Præfatio Joannis Bollandi in tomum primum de Actis Sanctorum menſis Februarii. 53

Cap. 1. Hujus operis ſcopus: in eo contenta. 55
2. Cur quandoque plures Vitæ Sancti unius edantur. 57
3. Sanctorum Hibernorum Scotorumque vitæ quatenus hic relatæ verſæ aliæ e linguis peregrinis. 58
4. De Dextri, Maximi ep. Cæſaraugustani, Luitprandi, Juliani Petri Chronicis Hiſpanienſibus, judicium. 59
Cap. 5. De ſepulchris ac lipſanis nuper in Sardinia inventis; an omnia Sanctorum? De Menæis Græcorum, & aliorum populorum Hagiologiis. 61
6. De monaſticis Recentiorum quorumdam Martyrologiis. 63
7. Ordo dicendorum & Symmetria. 65
8. Lectio hujus operis fructuoſa: qualiter ſuſcipienda. 67

III.

Tractatus Præliminaris de Vita, Operibus, & virtutibus Joannis Bollandi in tomum 1. de Actis SS. menſis Martii, Auctore P. Daniele Papebrochio. 69

Cap. 1. Pia Joannis educatio, Humanitatis ſtudia, tyrocinium Societatis. 69
2. Bollandus poſt philoſophica ſtudia, litteras humaniores ſexennio docet, Theologiam quadriennio audit. 70
3. Præfectura ſcholarum Mechlinienſium per quinquennium. 71
4. Antuerpiam mittitur Bollandus P. Heriberto Roſweydo ſucceſſor. 73
5. Colligendis SS. Actis intendit Bollandus: plurimos gentium variarum Scriptores in libris eorum edendis adjuvat. 74
6. Belgarum, Anglorum, Francorum labores litterarios Bollandus promovet. 76
7. Quomodo Societatis honorem hoc in genere Bollandus promoverit: aliæ ejuſdem curæ diſtractioneſque multiplices. 78
8. Accepto ſtudiorum ſocio novam propoſiti operis formam Bollandus concipit, & orditur. 79
9. Editi anno 1643. Ianuarii approbatio, & fructus. 81
10. Progreſſus operis variis Bollandi morbis retardatus. 82
11. Digerendis ordinate ſcriptis ac libris ſuis

Muſæum imperrat, inſtruitque Bollandus. 83

Cap. 12. Februarii anno 1658. in lucem dati laborioſa moles, & commendatio eruditorum; aliqui item libelli prævii. 86

13. Romam invitatus Bollandus ſocium eo ablegare decernit: alium promovendis ſtudiis adſciſcit. 89

14. Proficiſcentes Romam Socii quomodo a Bollando adjuti ſint; quantam ejus cauſa ubique humanitatem experti. 90

15. Ingentes in Urbe fructus collecti a Sociis Bollandi, Pontificio favore inſigniter adjuti. 92

16. Pontificis favores alii, & præcipuorum S. R. E. Cardinalium: eorumque de Bollandi operibus æſtimatio. 95

17. Bollandi Socii commendatitiis litteris ab omnium Religioſorum ordinum Generalibus inſtruuntur ad reditum. 97

18. Ingentes fructus ex reliqua Italia a ſociis ad Bollandum relati. 99

19. Reditus ſociorum per Gallias in Belgium ad Bollandum. 102

20. Orandi ſtudium in Bollando: B. V. Mariam, Angelos, Sanctos, res omnes ſacras venerantis conſuetudines piæ. 103

21. Mortificatio, obedientia, zelus, caritas Bollandi. 105

22. Extremæ lucubrationes & morbus ultimus Bollandi. 107

23. Pridem paratus mortem obit Bollandus. Exequiæ a Religioſis Ordinibus variis celebrantur. 108

24. Senſus Piorum extra Flandro-Belgiam nunciato Bollandi obitu. 119

IV.

Præfatio in Tomum II. de Actis Sanctorum menſis Martii. 113

Martyrologium Ven. Bedæ Presbyteri ex octo antiquis MSſ. acceptum, cum Auctario Flori ex trium Codicum collatione diſcreto. Accedunt additiones ac ſupplementa ex prædictis omnibus MSſ. collecta. 115

V.

Præfatio in tomum III. De Actis Sanctorum menſis Martii. 153

Exegeſis Præliminaris I. Chronographia S. Theophanis illuſtrata. 154

Cap. 1. Repudiantur tabulæ Chronicæ, ſaltem quoad annos & ſeriem quinq; Patriarchatuum. 154

2. Quomodo tabulæ confectæ videantur: qua æra Theophanes uſus ſit: quam recte ab anno ejuſdem 277. exorſus ſit? Quale ſit Chronicon, quod Raderus Alexandrinum dixit? 156

3. De anno Conſtantii & Galerii corregnantium & quinto Phocę in Theophanis chronographia præteritis, ac demum poſt plurium annorum ſeriem, ad lacunam explendam Juſiano & Copronymo ſupra juſtum tempus eorum adjectis. 158

4. Heraclii Imperatoris chronotaxis, duobus annis in unum conflatis, & altero in duos diſtracto intricata, evolvitur. Indictionum ſub eodem ratio explicatur. 160

5. Quędam chronologica menda per librariorum ſocordiam Theophani adſperſa, & ab aliis non obſervata. Annorum Mauritii Imperatoris duplex epocha. 161

VI.

Exegeſis Præliminaris II. de Genealogico ſtemmate Regum Francorum primæ ſtirpis per tres Dagobertos deducendo. 165

Cap. 1. S. Guntramnus an. 593. obiiſſe oſtenditur: diſcrimen unius anni inter Gregorium Turon, & Fredegarium explicatur. 165

2. Dagobertinorum ſeries in Burgundia fere Neuſtriaque regnantium, per Chlodoveum II. ad Dagobertum poſtremum deſcendans. 166

3. Auſtraſiorum regum ſeries a Dagoberto I. ad Dagobertum II. Hujus reſtitutio novis argumentis confirmata. 169

4. Regium nomen poſteris Dagoberti Auſtraſii quadamtenus conſervatum uſque ad coronationem Pippini. Majores-domus, ex quibus ſecunda Regum familia. 171

Appendix Apologetica pro Diatriba de tribus Dagobertis Francorum regibus. 174

VII.

Diatriba Præliminaris in Catalogos veteres Romanorum Pontificum, ex antiquiſſimis Codicibus acceptos ad Tomum primum Aprilis. 177

Exercitatio I. An recte ſtatuatur Chriſtus paſſus duobus Geminis Conſulibus, & 8. Kalendas Aprilis. 180

Exercitatio II. Quomodo reliqua vita Chriſti dictæ ſententiæ ſit adaptanda. 182

Exercitatio III. Dicta ſententia confirmatur e rebus poſt Chriſti paſſionem geſtis. 186

Exercitatio IV. De tempore ſedis, & præeminentia S. Petri ab Aſcenſione Chriſti uſque ad diem martyrii. 189

VIII.

Exercitatio ſingularis de anno & die mortis S. Ambroſii Ep. Mediolan. 213

IX.

Propylæum Antiquarium circa veri ac falſi diſcrimen in vetuſtis membranis ad tomum II. Aprilis auctore Daniele Papebrochio. 217

Digitized by Google

Pars prima de veterum fundationum, donationum, privilegiorum inſtrumentis diſcernendis. ibid.

Cap. I. S. Irminam (cujus patri adſcribitur diploma Horreenſe) Dagoberto non I. ſed II. natam eſſa, longe vero ſimilius dicitur. 218
II. Diploma Horreenſe ſuppoſititium cum San-Maximiano indubitato confertur, quod ad ſtylum & formulas, 221
III. Horreenſis membranæ impoſtura ex ipſa characterū forma dijudicanda proponitur. 225
IV. Monogrammaticum chartæ Horreenſis ſignum, quam ſit a Dagoberti ævo remotum, oſtenditur. 229
V. Alexandri Wiltheмii de hac materia judicium, 232
Cap. VI. Quomodo Horreenſe diploma fabricatum, & errores chronologici ex Reginone accepti fuiſſe videantur, 234
VII. Ad eumdem modum examinantur, & rejiciuntur chartæ quædam Lobienſes & Cameracenſes. 237
VIII. Similes Eccleſiarum aliquot aliarum Chartæ hiſtorico examine reprobatæ, 240
IX. Indicantur aliæ plures chartæ, Regibus Merovingicis affictæ, 243
X. Concluſio hujus materiæ, cum evictione Bullarum aliquot, Romanis Pontificibus ſuppoſitarum, 245

X.

Propylæi Antiquarii Pars ſecunda. De prætenſa quorumdam Carmeliticorum Conventuum antiquitate. 248

Cap. I. Examinatur Florentinæ fundationis antiquitas, hoc ſæculo primum excogitata. 249
II. Indicantur novitiæ impoſturæ, tot pene argumenta, quot ſunt fictitiæ Atteſtationis verba. 251
Cap. III. Expenditur Epitaphium Boppardienſe. 253

XI.

Propylæi Antiquarii Pars Tertia. De Martyrologio Brixienſi, aucto ex Catalogis Eccleſiæ S. Afræ. 256

Cap. I. De SS. Argelino & Orielda, Paulino & Gentili inter primævos martyres numerati, 257
II. Catalogus S. Afræ, & Martyrium Brixianum Ml. 258
III. Annotationes ad primam partem Martyrii Brixiani. 260
IV. Reliqua pars Martyrii Brixiani, æque ac prior fabuloſa, 262
Cap. V. Examinatur poſtrema Martyrii Brixiani defenſio, eidem in Mſ. ecgrapho, recentius præfixa. 263
VI. Corporum in templo S. Afræ anno 1527. recloſſorum nomenclatio qualiter facta, videatur, 266

XII.

Exegeſis Præliminaris innovans, & ſtabiliens Diatribam olim editam de tribus Dagobertis Francorum Regibus, & eorum genealogico ſtemmate ad Tomum III. Aprilis. 269

Cap. I. Introductio ad hanc innovationem, Synopſis chronologica Diatribæ prædictæ. 269
II. Calculus annorum regni Dagoberti I. & filiorum Sigeberti atque Chlodovai innovatur. Dominica ante Rogationes, & Canon Paſchalis pro conſecratione SS. Eligii & Audoeni examinantur, 272
Cap. III. Dagoberti II. exilium & reditus. Regnum ejus Adrhenanum, dein totius Auſtraſiæ. Cædes ejus & martyrium, Tempus regni Childerici. 273
IV. Tempora Theoderici Regis, ejuſque filiorum & nepotis Dagoberti III. Hujus ſucceſſores ex Childerico & Dagoberto II. Regibus. 276

XIII.

Ephemerides Græcorum & Moſcorum, horum figuratæ, illorum metricæ, Latine redditæ, & obſervationibus variis illuſtratæ, Collectore Daniele Papebrochio ad Tomum I. Maii. 281

Appendix De Hagioptychis Græcorum atque Moſcorum. 340

Indiculus Sanctorum Ruthenis propriorum. 344

XIV.

Præliminaris Comparatio duorum ſacrorum Hodeoporicorum ad Tomum II. Maii, ſcilicet

Joannis Phocæ compendiaria deſcriptio caſtrorum & urbium ab urbe Antiochia uſque Hieroſolymam, nec non ſacrorum locorum Syriæ, Phœniciæ, & in Palæſtina. 345

Itinerarium Antonini Placentini, ex Mſ. erutum per R.P. Ignatium a S. Antonio Carm. Diſcalceatum, 354

Digitized by Google

X V.

Elogium R.P. Danielis Cardoni Societatis Jeſu, MDCLXXVIII. 12. Novembris defuncti Auctore Conrado Janningo. 362

X V I.

Tractatus Preliminaris de Epiſcopis & Patriarchis S. Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, continens eorum chronologiam & Acta cum Parergis nonnullis ad Orientalis hiſtoriæ notitiam, & ſolutionem quæſtionum quarumdam nobis propoſitarum ſpectantibus ad T. III. Maii auctore P. Daniele Papebr. * 265

*Nota, optime Lector, paginarum numeros in hoc tomo a 265. ad 365. operarum incuria fuiſſe repetitos; hinc hiſce poſterioribus ad diſtinctionem priorum aſſixi * aſteriſcum, ut hoc ſigno noſcas rem indicatam non in prioribus, ſed in poſterioribus tibi eſſe quærendam.*

Parergon I. De Oraculo Dei Carmeli & Baſilide Sacerdote tempore Symeonis Epiſcopi. * 266

Parergon II. De Eſſenis, ſive Eſſæis, per quos aliqui Monachiſmum ab Elia uſque poſt Chriſtum continuatum volunt. * 268

Parergon III. An pro certo credi debeat, quod hoc ſeculo II. ſcriptus ſit liber Joſephi Antiocheni de perfecta militia primitivæ Eccleſiæ, cujus unicus dumtaxat locus allegatur ab auctore ſeculi ut minimum XIII. * 270

Parergon IV. De Auctoribus Elogiorum Patriarcharum apud Theodoricum, & dierum etiam in Florario MS. notatorum. * 274

Parergon V. De Epiſcopis Apoſtolicis ab Hermone in Tauroſcythiam miſſis, & Hiſpanicis figmentis inde natis. * 278

Parergon VI. de Joanne XLIV. prætenſo Auctore libri de inſtitutione Monachorum ad Capraſium. * 283

Parergon VII. De Jacobo pœnitente circa hæc tempora prope Carmelum vivente, an Carmelita creditus a Bollando. * 294

Parergon VIII. De Humaro Saracenorum hoc tempore Principe, eique afflicta perſecutione Chriſtianorum. * 307

Parergon IX. An ex prætenſa Thomæ Florentini atteſtatione ſatis conſtet de antiquitate tituli B. Mariæ de Monte Carmelo. * 298

Parergon X. Latinorum in Carmelo Priorum initium, ad principia Amalrici Patriarchæ referendum. * 315

Parergon XI. De cultu Sancti Alberti Patriarchæ apud Carmelitas & Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis in Italia. * 320

Parergon XII. De uſu zyfrarum numeralium ſeculo 13. primum Europæ communicato. * 323

Parergon XIII. Chronica Guillelmi de Saovico, Eremitæ Montis Carmeli, de multiplicatione Religionis Carmelitarum per Provincias Syriæ & Europæ, & de perditione Monaſteriorum Terræ Sanctæ. * 329

Apologia pro Sanvico, contra prætenſam Ordinis in Europa diffuſionem ante tempus ab eo notatum. * 335

X V I I.

Præfatio Danielis Papebrochii ad tomum IV. Maii. De vita, operibus, & virtutibus R. P. Godefridi Henſchenii. * 345

§. 1. Prima P. Godefridi ætas & ſtudia in ſæculo, & in Religione. * 345

§. 2. Bollando ſocius additus Henſchenius, cum eodem perficit & vulgat Acta ſanctorum Januarii & Februarii. * 346

§. 3. Iter Romanum, editus Martius, morbi graves, vitæ Religioſæ annus quinquageſimus. * 348

§. 4. Editio Aprilis tentata Amſtelodami, facta Antuerpiæ ſub alio typographo. * 349

§. 5. Dimidii Maii deproperata editio patrocinante Ferdinando Furſtenbergio Paderbonenſi, & Monaſterienſi Epiſcopo & Principe. * 350

§. 6. Gravi unius anni paralyſi impedita, ſed non prorſus depoſita ſtudia, extremus morbus & pius obitus. * 351

§. 7. Animi corporiſque dotes ſingulares in Henſchenio notatæ. * 353

§. 8. Grata & utilis cum ſummis infimiſque converſatio P. Godefridi. * 354

X V I I I.

Tractatus præliminaris R.P. Godefridi Henſchenii de Epiſcopatu Tungrenſi ac Trajectenſi, nec non de populis ei diœceſi ſubjectis, ac Chronologia primorum Franciæ regum ad ejuſdem Monarchiæ initia ſpectantium ante annos 30. primum editus in lucem Diatriba ſingulari; ante mortem vero recognitus ab Auctore, & varie innovatus. * 357

Cap. 1. Urbs Tungrenſis antiqua. Ejus Epiſcopi priores decem. * 357

2. An S. Servatius amitinus S. Joannis Baptiſtæ & cognatus Chriſti Domini fuerit. * 359

3. Commentum novum de duobus Epiſcopis Servatiis, aut altero Servatio, altero Arvatio. * 361

4. An ad illam perſonarum & nominum diſtinctionem recte procedat Auctor ex S. Gregorio ſolum in duobus mſſ. lecto. * 363

5. Quæſtio adverſus Trajectenſes Epiſcopos Leodii mota. S. Servatius, ejuſque ſucceſſores 14. ſic ab antiquis nuncupati. 365

Cap. 6. SS. Joannes Agnus, Amandus, Remachus, Theodardus, Lambertus, Hubertus, Epiſcopi Trajectenſes dicti ab antiquis ſcriptoribus. 369

7. Teſtimonia Imperatorum de Eccleſiæ Trajectenſis ſede epiſcopali. 371

8. Expenduntur oppoſita argumenta. 373

9. Eccleſia Cathedralis Trajecti quæ fuerit ante

ante Monulphum. 376

Cap. 10. Chronologia antiquorum Regum Francorum, ſub quibus vixerunt Epiſcopi Trajectenſes, 378

11. Chronologia Epiſcoporum Trajectenſium ſtabilita. 381

12. Antiqui Epiſcopatus Trajectenſis populi, eorumque vicini. Diſpargum ſedes Regum Francorum. 382

Appendix I. G. Wendelini epiſtola de Diaſpargo, non alibi quam Dieſtæ requirendo. 386

Appendix II. De Comitatu Loſſenſi, & Dioſtenſi in Tungria & Taxandria ex Mſſ. Ægidii Voechtii Averbodienſis. 387

Appendix III. De Ceroſis & Segnis ex Alexandri Wilthemii Annalibus San-Maximianis Mſſ. 391

X I X.

Tractatus præliminaris II. Danielis Papebrochii, quo Chronologice deducitur ſeries Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Mediolanenſium uſque ad annum Chriſti 1261. ex vetuſtis Catalogis Mſſ. Bibliothecę Ambroſianę. 393

X X.

Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoricarum nunc primum ex codice authographo in lucem editæ, notiſque illuſtratæ a P. Daniele Papebrochio. 421

Brevis Hiſtoria Regum Majoricenſium ex Joanne Mariana, & Joanne Samblancato ab eodem congeſta. 498

X X I.

Epiſtola Conradi Janningi ſuper morte R. P. Franciſci Verhovii. 505

INSTRUCTIO BIBLIOPEGI

Pro locandis figuris.

Effigies P. Joannis Bollandi	pag. 69	Julius inſcriptus p. xxxiv.	315
Privilegium Dagoberti &c. Tab. 1.		Auguſtus inſcriptus p. xxxix.	319
Martyrologium S. Hieron. Tab. 2.		September inſcriptus p. xxxxiii.	323
Notitia de locis SS. Apoſt.	post pag.	October inſcriptus p. xxxxvii.	327
Privil. a Carolo M. &c. Tab. 3.	228.	November inſcriptus p. lii.	332
Privil. a Hlothario &c. Tab. 4.		December inſcriptus p. lviii.	338
Privil. ab Othone Imp. &c. Tab. 5.		Diptychon Conſtant. inſcript. lx.	340
Ephemeridum Moſcorum menſis Januarius		Tabula Quadrip. ex gaz. &c. inſcr. p. lxi.	341
inſcriptus Tom. 1. Maii p. x1. ponatur.	291	Effigies P. Godefridi Henſchenii.	345
Februarius.	296	Leges Palatinæ Tabula I.	421
Martius inſcriptus T. 1. Maii p. xx.	300	Tabula II.	429
Aprilis inſcriptus T. 1. Maii p. xxiv.	304	Tabula III.	444
Majus.	307	Tabula IV.	456
Junius inſcriptus T. 1. Maii p. xxxi.	311	Tabula V.	466

N O I R E F F O R M A T O R I

Dello Studio di Padoa.

Havendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approbazione del P. Fra Paolo Tomaſo Manuelli Inquiſitor General del Santo Officio di Venezia, nel Libro intitolato *Præfationes, & Tractatus Præliminares ac nonnulla venerandæ Antiquitatis præſertim Sacra Monumenta a Joanne Bollando, cæteriſque Societatis Jeſu Hagiologis Antuerpienſibus Tomi due*; non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza a Sebaſtiano Coleti Stampator di Venezia, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, & di Padoa.

Dat. li 26. Febraro 1743.

(Barbon Moroſini Kav. Proc. Ref.
(Marco Foſcarini Cav. Proc. Ref.

Regiſtrato in Libro a Carte 42. al Num. 362.

Michiel Angelo Marino Seg.

DE ACTIS

EXACTIOR INSTRUCTIO AD BIBLIOPEGUM

Pro locandis Figuris ſeorſim excuſis in hoc Tomo Primo.

Effigies P. Joannis Bollandi *ponatur* pag. 69

Tabulæ ſequentes ponantur omnes una poſt aliam ordine ſequenti

Privilegium Dagoberti I.	1	poſt pag. 228.
Martyrologium S. Hieronymi	2	
Notitia de Locis SS. Apoſtolor.	3	
Initium & Finis Privilegii a Carlo M.	4	
Specimen Privilegii a Hlotario	5	
Privilegium ab Othone Imp.	6	

Ephemeridum Moſcorum menſis

---- Januarius, *inſcriptus Tomo* 1 *Maii pag.* XI. *ponatur poſt Folium* A a 3. pag. 291

---- Februarius, *inſcriptus Tom.* 1. *Maii pag.* XVI. 296

---- *Martius*, *inſcriptus Tomo* 1. *Maii pag.* XX. 300

---- Aprilis, *inſcriptus Tomo* 1. *Maii pag.* XXIV. 304

---- Majus, *qui non eſt inſcriptus*. 307

---- Junius, *inſcriptus Tomo* 1. *Maii pag.* XXXI. 311

---- Julius, *inſcriptus Tomo* 1. *Maii pag.* XXXIV. 315

---- Auguſtus, *inſcriptus Tomo* 1. *Maii pag.* XXXIX. 319

---- September, *inſcriptus Tom.* 1. *Maii pag.* XXXXIII. 323

---- October, *inſcriptus Tomo* 1. *Maii pag.* XXXXVII. 327

---- November, *inſcriptus Tom.* 1. *Maii pag.* LII. 332

---- December, *inſcriptus Tomo* 1. *Maii pag.* LVIII. 338

Diptychon Conſtantinopolitanum 340

Tabulâ, *inſcripta* Ex gazophylacio Canonicorum &c. 341

Effigies Godefridi Henſchenii *ponatur ante Folium* P p pag. 345

Leges Palatinæ Tab. I. 421


Leg. Palat. Tab. II. 429

Leg. Palat. Tab. III. 444

Leg. Palat. Tab. IV. 456

Leg. Palat. Tab. V. 466

Digitized by Google


[I]ncipit prologus sui promulgatio constitutionum sive ordinationum atque legum editarum per illustrissimum dominum Iacobum secundum regem Maioricarum. Comitem Rossil. et Ceritan. atque dominum Montispessulani super bono statu et regimine atque ornatu et iustitia sacre sue domus regie.

[I]acobus dei gratia rex Maioricarum comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Ad perpetuam rei memoriam. In recta dispensatione regiminis hoc propensius sollicitudini presidentis incubit ut ad res gerendas et officia gubernanda ydoneos ministros instituat, quibus singulis singula officia diversa regenda committat. Sua tamen sollerter ut convenit iuxta officiorum exigentiam gradu debito ac congruenti ordine ministrorum. Sic etenim cunctorum officiorum decenter geretur administratio si debitus inter ministros differentie ordo servetur. quo videlicet minores potioribus pareant maioresque minoribus directionem in devius zelo sincere dilectionis impendant. Porro in minorum officiorum distributione debet attendi ne uni soli quantumlibet exercitate persone plura simul committat officia nec enim facile putandum est unam personam pluribus officiis recte gerendis sufficere cum vix possit aliquis unum dumtaxat diligenter explere quod

Leg. Palatin. Tab. I

Napoli
Digitized by Google

DE ACTIS SANCTORUM

EORUMQUE DILUCIDATIONE ET EDITIONE AD ADM. REVERENDUM DOMINUM AC PATREM

THOMAM LUYTENS

MONASTERII LÆTIENSIS ORD. S. BENEDICTI ABBATEM, ET RELIGIOSISSIMUM EJUS CONVENTUM,

JOANNIS BOLLANDI

PRÆFATIO.

HEribertus Roſweydus a Adumbrarat hic olim, admodum Reverende Domine, formam magni & ardui, quod moliebatur, operis. Acta enim Sanctorum, quæcumque ſcripta unquam, parabat undequaque conquirere, edita atq; inedita, eaque, ut compoſita primum, emittere in lucem; ſed Notationibus illuſtrata, quibus & obſcura explanaret, & firmaret ambigua, & pugnantia conciliaret, & quæ ex iis percipi utilitates poſſent, oſtenderet. Perſpexerat ſagaci vir judicio, plurimam in iis Actis ineſſe antiquitatem, quæ alibi vetuſtate immutata reſtitui inde poſſet, alibi uſu ævi poſterioris rite ſtabilita, majorem tamen habitura eſſet jucunditatem auctoritatemque, ſi ab illis heroicis arceſſeretur temporibus. Sed, ut adhuc edita eſſent, fidem haud magnam eſſe impetratura, cum recenti ornata & limata ſtylo, facile ſuſpicionem afferrent, veri vel fallaciter adulterati, vel ignorantia vitiati. Sin quæ probatæ vetuſtatis extarent, ea delicato quorumdam palato coaceſcere, niſi eruditæ obſervationis velut ſuavitate condirentur: plura tamen etiamnum & præclara latere. Ergo quo tempore eum philoſophiam profitentem Duaci audiebas, Admodum Reverende Domine, ſi quid erat a ſcholis vacui temporis, ad vicina Ordinis veſtri, antiquiſſima illa ſanctiſſimaq; monaſteria itabat: ibi ſe in bibliothecam abdebat, veteres codices ſcrutabatur, ſi quæ acta Divorum vulgo ignorata reperiret, deſcribebat diligenter. Et jam tum in ſpem venerat poſſe a ſe opus illud elaborari, cujus ſpecimen quoddam, quaſiq; leviter informatam imaginem oſtentavit, *Faſtos Sanctorum, quorum Vitæ in Belgicis bibliothecis manuſcriptæ*; item *Acta Præſidalia ſanctorum Martyrum Tharaci, Probi, & Andronici*.

Verum ubi ille philoſophiæ, dein & ſacrarum litterarum Antuerpiæ explanandarum provincia perfunctus, ſeſe ad hoc ſuum penſum ac munus revocavit; ita multa inciderunt, quæ ejus ſibi vendicarent, aut certe invitarent atq; allectarent ſtylum, ut ne ordinare quidē ac digerere quæ de Sanctis plurima collegerat potuerit, nedum Annotationes ſuas animadverſioneſq; elaboraret. Nam primum *De fide Hæreticis ſervanda ex Decreto Concilii Conſtantienſis Diſſertationem cum Daniele Plancio* anno 1610. edidit, cum Faſtos triennio ante emiſiſſet. An. deinde 1613. *Notationes in vetus Martyrologium Romanum*; dein *Martyrologium Adonis ad* MSS. *recenſitum* publicavit 1614. *Legem Talionis 12. Tabularum Cardinali Baronio ab Iſaaco Caſaubono dictam, retaliatione retortam* 1615. *Vitas Patrum Auctoribus ſuis & nitori priſtino reſtitutas, Notationibus illuſtratas*, quas deinde anno 1628. recognitas & auctas denuo vulgavit: utque Teutonico Belgarum idiomate anno 1617. prodirent, elaboravit. Eodem anno 1617. *Vindicias Campenſes pro Thoma de Kempis, Auctore libri aurei de Imitatione Chriſti adverſus Conſtantinum Cajetanum Abbatem S. Baronti*, dedit 1619. *Anti-Capellum, ſive Exploſionem naniarum Jacobi Capelli, quas ſaneri Iſaaci Caſauboni ad Legem 12. Tabularum in Vindiciis ſuis acciniut*, dein *Syllabum malæ fidei Capellianæ ex Jacobi Capelli mendaci aſſertione bonæ fidei & fictis artibus Romanæ Sedis*, 1621. *Joannem Buſchium, de origine cœnobii & capitali Windesheimenſis*, primus in lucem protulit. *Eucheriam Lugdunēſem de contemptu mundi & laude Eremi* recenſitum. 1622. *D. Paulini Epiſcopi Nolani opera Notis illuſtrata*. Lingua vero Belgica edidit *Vitas Sanctorum* an. 1619. & auctiores 1629. duobus tomis. *Silvam Eremitarum Ægypti ac Palæſtinæ* cum figuris æneis Bolſwerdii 1619. *Hiſtoriam Eccleſiaſticam a Chriſto ad Urbanum* 8. duobus tomis 1623. cum *Hiſtoria Eccleſiæ Belgicæ*. 1626. *Vitas Sanctarum Virginum quæ in ſeculo vixerunt* cum imaginibus æreæ ſculpturæ, addito *Tractatu de ſtatu virginitatis*: & alia, quæ lubens prætermitto, quia etſi utilia illa publico fuerunt, tamen præter Martyrologia Romanum & Adonis, ac Vitas Patrum, maluiſſem aliis ea reliquiſſet, & Vitas Sanctorum ſerio ſumpſiſſet in manus, ut qui *pluteum* jam *premebat* Januarius, *ut adornaretur ad prælum*, quod ipſe in nova Adlocutione ad ſanctiſſimum Deceſſorem tuum Antonium Winghium ſecundæ editioni Vitarum Patrum præfixa teſtatur, preſſus ipſe potius eſſet erudito ejus ſtylo ſerio ac diligenter.

Tandem anno ætatis 60. ſeculi hujus 29. ab ingreſſu ſuo in Societatem 40. cum etiam tum robuſtus eſſet ac vegetus, & ſuum illud principale opus aggredi cogitaret, ad quod perficiendum multa eſſet jam congeſta materia; ad contemplanda coram Divorum decora & triumphos evocatus eſt a Deo. Nam cum Silvaducis a Batavis expugnata, pulſi inde noſtri ab hæreticis eſſent, & quibus eorum huc traſportati erant libri, haud ſatis apte denſatæ & coagmentatæ naves humorem traxiſſent, qui ipſis libris illapſus tabificum neſcio quem fœtorem expirabat, hos ille libros cum præpropere pro ſua inexplebili diſcendi cupiditate pervolvit, atque avide inveſtigat, num quid ſibi antehac inviſum reperire poſſit, corruptum ex iis aerem hauſit, quo commotum alteratumq; ſibi corpus fuiſſe, nonnemini tunc eſt queſtus. Pauci dies abierant, cum hominem quemdam contagioſo morbo laborantem ad pie moriendum cohortans, ac deinde expiranti aſſiſtens, febrim ipſe quoque concepit, qua celeriter intra paucos dies 4. Non. Octob. 1629. extinctus eſt.

Luxere mortem illius boni omnes, quibus erat ob candidiſſimos mores & ſingularem eruditionem percarus. Luxit præcipue optimus ille Deceſſor Tuus, Admodum Reverende Domine, qui non ſolum Sanctorum Vitas a Roſweydo expetiiſſet, ſed & ſperaſſet Arnobium, Tertullianum, Lactantium, Minutium, Pru-

Digitized by Google

dentium, aliosque Eccleſiaſticos Scriptores, ſed & myſtica omnia veterum Patrum ſcripta, ab eo recognitum iri atque Annotationibus illuſtratum, magis illius eruditione, ſuoq; Eccleſiam ornandi voto, quam anguſtis & incertis ævi humani ſpatiis ſpes metiens ſuas. Non oportuit tamen quæ ille multo tempore, magno labore collegerat, illius morte intercipi univerſa. Diſpicere eo mortuo cœperunt Præſides noſtri, quis id ſuſcipere onus poſset. Ad me potiſſimum adiere, quod nec abhorrere me ab illis ſtudiis norant, & integra etiam tum ætate ac firmis viribus eſse. Aſt Ego, licet abſolvi opus illud perciperem, tamen meæ mihi conſcius tenuitatis, tum cui viro ſuccederem, quæ eſset illius operis jam concitata expectatio, timide illud capeſſivi. Poſtea vero, ubi animadverti in quantam eſsem ſilvam, quam denſam, quam opacam ingreſsus, quam nihil ordinatum ac dilucidatum ab Roſweydo eſset, prope me cœpti pœnituit. Sed illud deinde in mentem venit, ſi Deo cordi eſset, ſuorum militum res geſtas ita prodire in lucem, proviſurum ut vel a me quoquo modo hoc opus promoveretur, quod deinde peritior perficeret: conatum modo ac diligentiam poſtulari, quæ nollem ſane quidem a me, quamcumque ad rem me applicaſsem, deſiderari. Ordinavi primum Vitas omnes MSS. editaſq; interpellavi deinde veteres Roſweydi amicos, ac plures alios, quos didiceram poſse ac velle aliquid ad tanti operis abſolutionem conferre. Nec infeliciter is ſuſceptus eſt labor. Luculentam ille materiam congeſserat: eam ego in quadruplum auxi.

Sed cum nec Præſidibus probare me diligentiam meam poſse viderem, nec amicis fidem, niſi quamprimum partem aliquam proferrem operis; ſtatui mihi connitendum eſse, ut menſis unius Vitas darem. Non erat id quidem perinde aut facile mihi, aut operi univerſo conveniens: nam cum Vita una alteri afferat lucem, longe illud ſuis omnibus partibus aptius fuiſset expletum, ſi omnes antea examinare Vitas licuiſset. Quid quod unica ſæpe animadverſione poſſint plurium illuſtrari Acta Sanctorum; quo vero loco ea debeat potiſſimum collocari, id principio commode perſpici nequeat? Futura etiam fortaſſis non pauca, quæ poſtea, pleniorem uberioremque aſsecutus cognitionem, ac lucem, nolim fuiſse volgata. Denique nihil hoc videri aliud, niſi attolli ad faſtigium partem ædificii anteriorem, cum ceterarum vix poſita ſint fundamenta. Verum ita urgebar multorum vocibus ac prope conviciis, ut cedendum fuerit. Ac præſertim religioſiſſimi Deceſsoris Tui aſſiduis monitionibus non potui non parere. Querebatur ille ita differri ac procraſtinari editionem operis hujus, ut nullam aſset partem illius abſolutam viſurus; monebat, caveeem etiam atque etiam ne lectionis fructu & multarum virtutum exemplis multos arguerer defraudaſse. Deinde quem mihi poſthac ſuppeditaturum eſse, quas deſiderem Vitas? quem crediturum, id me ſerio meditari, ſi nihil prodeat? Quid ſi quis Vitas quæ Surio deſunt, (neque enim obſtructos eſse aliis qui mihi patuerunt fontes) colligat ac publicet, an non defloratum iri laborem meum? Quem poſtea empturum ingentia volumina, quæ nihil afferant novi, præter Annotationes dumtaxat aliquas, quæ quanti ſint momenti ambiguum ſit? Sin emendandum quidpiam poſtea videatur, non defuturam opportunitatem quamdiu ſuppetet vita. Igitur Januarium menſem aliquot annorum ſtudio abſolvi. Is tamen etſi dudum recenſitus & recognitus, ne ita celeriter prodiret, tum novæ belli tempeſtates, quæ chartæ copiam importari in has partes, ut antea, e Lotharingia & Gallia non ſinebant, tum afflicta mea ſuperiori hyeme valetudo, atque aliæ neceſsariæ interceſsere occupationes. Multa tamen interea & diſtincta accuratius, & commodius digeſta, & aliunde plenius conquiſita: aliorum etiam mentium vitæ ex parte diſcuſsæ jam atque examinatæ.

Ad Te vero potiſſimum, Admodum Reverende Domine, hujus vaſti operis oportebat venire primitias, quæ Deceſsori debitæ ac Tibi, multis nominibus. Cum ipſe ſingula adire loca non poſsem, ac mea manu quæ cupiebam deſcribere; faciendum fuit ut vel amanuenſium adhiberetur opera, vel huc codices ipſi, bona commodantium venia, advelerentur: ad utramque eam rem neceſſarios ſumptus, nec ſane exiguos, vos præſtitiſtis, ſaltem præcipue. Deinde quam amica illius conſilia! quam acre in expendenda, quam mihi propoſueram, methodo ac Vitis ipſis judicium? quanta in urgendo opere, veluti (ut vere erat) ſuo aſſiduitas! Tuæ vero quam multæ, quam eruditæ, quanta fide & benevolentia ſuggeſtæ obſervationes! Quot Vitæ e variis codicibus Tua manu deſcriptæ, cum eo adhuc ſuperſtite cœnobii Superior eſſes & tironum Magiſter! Quid de ceterorum ſanctiſſimi conventus veſtri venerabilium Patrum amore dicam? Quid de optimi Chriſtiani le Roy induſtria ac ſtudio indeſeſſo, cujus viri non poſſum, etiam tanto poſt tempore, non cum ſummo dolore recordari. Erat is profecto & conventus veſtri & totius Ordinis non vulgare ornamentum.

Veſtrum igitur hoc eſt opus, vobis multiplici titulo debitum. Sed memini, quam Deceſſor idem ille Tuus ac Pater nollet ſibi libros dedicari; ſive ſubmiſſionis ſtudio, ne toties ſuum libris inſcriptum nomen legeretur, laudarentur virtutes; ſive quod univerſim totam dicandorum librorum rationem minime probaret, cum diceret veteribus Dedicationem ac Præfationem partem fuiſse operis totius, non, ut nunc fit, veluti propylæum quoddam a reliquo avulſum aditicio. Quod tamen ab omni retro memoria ſacris Scriptoribus, ac nominatim veſtri ordinis fuiſſe uſitatum, plurimis exemplis tunc probaſti: quæ cum agnoſceret vere dici, ſibi tamen certe dicari nolle ajebat. Negavi autem tunc, opus meum ubi prodiret ulli offerri quam ipſi fas eſse: ſed uſurum me ea moderatione, ut opus illius nomini inſcriberetur eo modo, qui neque meam ſimplicem ſynceritatem dedeceret, nec illius eſset pudori moleſtus: nam quæ ceteri Scriptores ſolent Lectorem in exordio operis admonere, de iis me cum ipſo in Dedicatione diſsertaturum, qui ei uni mallem quam quantævis aliorum Lectorum frequentiæ meas probare lucubrationes.

Quæ igitur præloqui cum eo hac ratione cogitabam, de iis nunc Tecum, Admodum Reverende Domine, conſertam ſermonem, aut potius quid in hoc opere mihi propoſitum ſit, ita Tibi explanabo, ut ceteris Lectoribus probatum iri confidam, quæ judicio erunt tuo graviſſimo ſapientiſſimoque firmata. Scio Deceſsoris Te ut ceteras virtutes ita & modeſtiam imitari, atque ambitioſas averſari Dedicationes. Ipſe in hunc fere modum Vitis Patrum olim præfatus eſt Roſweydus. Opus univerſum, quia de Sanctis, ſanctitatis auctori Jeſu, arbitro ſanctitatis Pontifici Maximo brevi formula conſecrari principio oportuit. Nunc quem ſecutus ſim ordinem ac methodum, quid præcipue ſpectaverim, quibus uſus adjutoribus ſim, quam credibilia exiſtimem quæ ſcribo, quid deinceps mediter, aliquot capitibus exponam. Tu me, Admodum Reverende Domine, ut ſoles, conſilio rege, favore excita, precibus una cum ſanctiſſimo tuo cœtu, adjuva.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM.

Occaſio ſcriptionis; ſcopus.

§. 1. *Hiſtoriæ ſacræ utilitas.*

SI quid hiſtoria, id eſt publica rerum geſtarum conſignata litteris memoria, hominum generi utilitatis affert aut voluptatis, præclaris exemplis animos ad officii partes omnes rite exequendas inſtituens, & varia admirabilium eventorum repræſentatione, velut ſpectaculo, recreans nunc doloribus preſſos ac curis, nunc difficilium temporum tædio languentes; id omne *Hiſtoria ſacra utilis.* multo luculentius in ſacra ineſt hiſtoria, ut vere dux vitæ, lux conſiliorum, morum magiſtra debeat exiſtimari. Nam ſive Annales Eccleſiaſticos quis volvat, ut qua ratione proſeminata primum vera religio ſit, perſpiciat, qua benigni Numinis providentia inter graviſſimas procellas adulta, qua deinde iniquitate temporum, morum corruptela, Antiſtitum ignavia, alibi relanguerit, evulſa alibi ſit, rurſumque pullularit; ſive peculiariter geſta a ſingulis, vel circa divinas religiones ſancte, vel in ceterorum convictu mortalium juſte, vel adverſus dæmones fortiter, diſcere maluerit; emolumenta & multa & magna percipiet.

Non enim ſolum illud jucundiſſimum eſt, quæ ſapientiſſimi & ſanctiſſimi viri mandarint litteris perlegere, quod ipſum tamen non poteſt non eximiam *quod Deum laudet.* parere mixtam reverentia voluptatem: ſed quantum eſt Dei ipſius ſplendidiſſimos triumphos ſpectare? Recte enim S. Hieronymus ad Hedibiam quæſt. 11. *Triumphus Dei eſt Martyrum paſſio*; ac poſt paullo: *Hic triumphus eſt Dei, Apoſtolorumq; victoria.* Quam illud votis omnibus expetendum, tropæa intueri de Dei hoſtibus erecta, monumenta bonitatis illius, inſignia majeſtatis, quæ non venti ſubruant, demoliantur hoſtes, conſumat vetuſtas, ad ſeculorum omnium ſempiternam memoriam ſtatuta, aſſiduis in cœlo laudibus ornanda, æterna beatiſſimorum ſupernæ Hieruſalem civium celebranda panegyri? Non enim de bellis & ceteris ſtolidiſſimorum hominum inanibus ſtudiis iſtbic colloquemur: ſed de factis Cœlitum ſingulorum illuſtribus & glorioſis. Miſſa illa faciemus, ceu vana puerilitatis crepundia; hæc jucundiſſimis uſurpabimus ſermonibus, & Dei gratiam perpetuo prædicabimus, cujus virtute eliſi inferorum conatus, fracti impetus tyrannorum, cupiditatum ardor reſtinctus, adverſa fortiter tolerata, ampliſſima relata ſunt præmia. Huic ſempiternæ agentur grates, huic indefeſſis choris plaudetur, huic ſuaviſſimæ cæque innumerabiles accinentur laudes.

Neque tamen hiſce præconiis ita illum ornabimus noſtræ felicitatis auctorem, ut non & ipſis Sanctis gratulemur, quod ea dignati ſint propitii Numinis gratia, qua inſtructi tot res tam præclaras egerint, quibus im- *& Sanctos,* mortalem promeriti laudem ſint. Quæ tamen laus omnis in Dei redundabit gloriam & laudem. Nam ſi id illis pulcherrimum fuit, cœleſte hoc a Deo donum accepiſſe, Deo ſane multo glorioſius eſt, id illis eſſe largitum, atque ut recte uterentur providiſſe. Quæ res tamen etiam ipſis perquam honorifica eſt. Nam cum ii qui gratiam reſpuerunt oblatam, aut etiam adeptam poſtea abjecerunt, ſuppliciis crucientur æternis; merito quoque illis, qui ſponte ſua, nulla vi coacti, eam receperunt & ſummo ſtudio retinuerunt, merces ac laus æterna tribuetur. Eſt porro plauſus illius ac triumphi cœleſtis præludium quoddam, dum eorum hic benefacta traduntur litteris, leguntur, prædicantur; quæ res & nobis ſalutaris, & ipſis grata eſt & glorioſa; non quo illi noſtro egeant præconio, ſed tamen id non abnuunt, a benevolo pioque animo profectum; ac uimitum prædicari a nobis Deum lætantur. Ideo nos ad eorum laudem ipſe provocat Sapientis ore Spiritus ſanctus, Eccleſiaſtici 44. 1: *Laudemus viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua.*

Maxime tamen ipſis grata ea eſt & decora laudatio, quæ moribus animique virtute exprimitur, ut non tam verbis quam intimo animi ſenſu laudentur. Uſuvenit illud quidem plerumque, ut licet abſque partium ſtudiis conſcripta ſit hiſtoria quæpiam, etiam profana, qui tamen eam legunt in alteram partem in- *eorumq; favorem conciliat.* clinatione quadam voluntatis ſenſim propendeant, unde tamen norunt nihil ſibi emolumenti eſſe proventurum. Res hic aliter ſe habet. Quos Deo fidelem ſerviviſſe ſervitutem, eoque a ſceleratis omni injuriarum genere vexatos fuiſſe, ac tandem illuſtri potitos victoria legimus, iis non poſſumus, niſi improbi ſimus, non impenſe favere. Id cum ipſi & Angelorum, qui aſſidue humanis actionibus interſunt, miniſterio diſcant, & in Deo, in quo rerum omnium quæ fiunt quæque factæ ſunt, aut olim futuræ, clariſſimæ inſunt ſpecies, intueantur qui ejus aſpectu intime perfruuntur Sancti; redamant illi nos viciſſim, ſuoque favore proſequuntur, patrocinio adjuvant, ut uberiorem a Deo gratiam conſequamur. Huc illa ſpectant Sancti Leonis I. Papæ ſermone 1. in natali Apoſtolor. Petri & Pauli: *De quorum præſidio, dilectiſſimi, divinitus nobis ad exemplum patientiæ & confirmationem fidei præparato univerſaliter quidem in omnium Sanctorum commemoratione lætandum eſt*, &c. ac deinde: *Sicut autem & nos experti ſumus, & noſtri probavere majores, credimus atque confidimus, inter omnes labores iſtius vitæ, ad obtinendam miſericordiam Dei, ſemper nos ſpecialium patronorum orationibus adjuvandos; ut quantum propriis peccatis deprimimur, tantum Apoſtolicis meritis erigamur.*

Verum ut id quoque abeſſet, quod tamen certiſſimum eſt, favoris præſidium; etiamſi, quod homines quidam fatui & amentes exiſtimant, neſcirent Sancti quid in terris de ipſis ſentiant loquanturve mortales; quantum tamen ad permovendos animos noſtros va- *& ad imitandum provocat.* lent illuſtria eorum facinora? Nemo neſcit quanta vis ſit exemplorum in utramque partem. Cantatiſſimum illud de Julio Cæſare, qui Gadibus *animadverſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine,* *Suet. in Iul. cap. 7.* *ingemuit, quaſi pertæſus ignaviam ſuam, quod nihildum a ſe memorabile actum eſſet in ætate qua jam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet.* Pervulgatum & illud Themiſtoclis noctu ambulantis in publico, quod ſomnum *Cic. Tuſc. qu. 4.* capere non poſſet, dicentiſque *Miltiadis tropæis ſe a ſomno ſuſcitari.* Hoc ſpectaſſe Romanos illos antiquos exiſtimo, dum etiam in conviviis, *canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes*, ut ex Catonis Originibus refert Cicero. Verum hæc apud Chriſtia- *Ibid.* nos multo & frequentiora ſunt & clariora. Quotuſquiſque magnum aliquid ſuſcipit, qui non alicujus ſibi e Cœlitum numero proponat exemplum? Quis cum eorum audit commemorari facinora, non inflammatur æmulandi cupiditate? Quid hic duos illos memorem Agentes in rebus, qui Treviris vix inſpecta Sancti Antonii Abbatis vita, illico ipſo die ſecuti ſunt exemplum? quid amborum ſponſas, quæ poſteaquam hoc audierunt, dicaverunt etiam ipſæ virginitatem Deo? Quid illos Sancti Auguſtini æſtus animi iſtbæc narrante Potitiano, quos ipſe lib. 8. Confeſſion. cap. 7. indicat? Volumen ingens conficiam, ſi quæ hoc in genere, omni ævo acciderε, velim percenſere. Illud non poſſum non grata proſequi memoria, quod Sancto Ignatio, Societatis Jeſu parenti, contigiſſe noſtri referunt

Annales; cum plagæ, quam in tibia acceperat, perſanandæ cauſſa in lecto eſſe diutius quam militaris ejus indoles ferret, cogeretur, popoſciſſe profanum quempiam ſcriptorem, cujus lectione moleſtiam temporis levaret: ſed nullo ejuſmodi tunc domi reperto, duos ei oblatos, quorum alter Chriſti, alter Sanctorum geſta contineret: horum lectione præparatum, eos accepiſſe Divinæ gratiæ ſatus, quorum fructu orbis perfruitur univerſus. Mihi ipſi, fateri enim neceſſe eſt, cum admodum adoleſcens quæ S. Franciſcus Xaverius ejuſque ſocii in Oriente ad Chriſti amplificandum imperium præclare geſſiſſent, inſito quodam a natura ſciendi deſiderio, ſtudioſe pervolverem, mens primum injecta idem complectendi inſtitutum.

Eas habet hiſtoriæ ſacræ lectio utilitates. Plane ut mirandum videatur, præſertim hoc tempore, quo tot prodeunt eruditorum hominum lucubrationes, quibus vel imperii Romani, vel Græcarum Rerump. vel aliorum regnorum antiquitates illuſtrentur, (ut omittam qui ad Theologiam, juriſprudentiam, philoſophiam, matheſin, oratoriam poeticamque facultatem ſpectantes a plurimis eduntur commentarii) non plures reperiri, qui Sanctorum Actis eruendis ac dilucidandis operam impendant: cum hiſce ſtudiis Dei gloriam amplificare, Sanctorum & honorem augere & patrocinium ſibi conciliare, multis pulcherrimarum virtutum proponere exempla, atque ad ea conſectanda ſubdere ſtimulos poſſint. Quid quod ipſæ provinciarum urbiumque hiſtoriæ ex ſacris illis lucem præcipue mutuentur? Teſtor Andreæ Ducheſnii præclara rerum Francicarum volumina, in quibus plurima ſunt ex Vitis Sanctorum, & monumentis monaſteriorum excerpta. Guilielmum Cambdenum in Britania illuſtrata, Philippum Cluverium in Italia ac Germannia, atque alios heterodoxos non piget ab his & firmiſſima & permulta ſumere teſtimonia.

eoq; bonis probanda. Quamobrem confido, fore, ut apud antiquitatis amatores, pios præſertim & moderatos homines, meus hic labor minime in reprehenſionem incurrat. Speciem quamdam eſſe regni cœleſtis pronuntiavit olim Chriſtus Salvator noſter, ſi de theſauro ſuo ſcriba doctus vetera proferat ac nova. *Matth. 13, 52.* Theſauros hic & veteres diu abditos, & novos, profero, etſi nec docte nec eleganter, diligenter tamen certe ac fideliter; quos & doctis non improbatum iri ſperem, & piis, in quorum potiſſimum gratiam hoc omne ſuſceptum ſtudium eſt, velim eſſe fructuoſos.

§. II. *Acta Sanctorum olim diligenter conſcripta.*

Romæ ſcribi pro olim Martyrum Acta. Eccleſia Romana, præſes ac cuſtos Chriſtianæ religionis, fidei baſis, arbitra veritatis, dux ſanctitatis, magiſtra morum, ac diſciplinæ, honeſtarum actionum & artium parens, ne qua ſuis pateretur vel inſtrumenta deeſſe vel ornamenta virtutis, conſtituit ut ſanctorum hominum, eorum præſertim qui pro ſacrorum defenſione vitam poſuiſſent, res geſtæ diligenter literis mandarentur. Sic quippe futurum exiſtimavit, ut & Deo, a cujus beneficentia omnis eorum beatitudo & decus promanavit, gratiæ agerentur, & Sanctis ipſis meritus honor redderetur, & eorum pararetur mortalibus patrocinium, & optimis ipſorum exemplis ceterorum conformarentur ad honeſtatem mores ac mentes. Et habuit ſane Eccleſia hac ipſa in re veteris Synagogæ exemplum; quod tamen etiam ſuperaret, niſi qua parte ipſe Spiritus veritatis olim Divorum præconia, ſed ad poſterorum præcipue, noſtram videlicet utilitatem dictavit.

Viguit autem hoc inſtitutum in Eccleſia Romana ab ipſis prope religionis noſtræ incunabulis. *per ſeptem Notarios,* Nam in libro de Romanis Pontificibus, qui vulgo S. Damaſo tribuitur, de S. Clemente iſthæc habentur: *Hic fecit ſeptem regiones dividi Notariis fidelibus Eccleſiæ, qui geſta Martyrum ſollicite & curioſe unuſquiſque per regionem ſuam diligenter perquirerent.* Erant quidem Urbis regiones XIV. ſed binæ ſingulis aſſignatæ Notariis, de quibus infra ad XX. diem Januarii in Fabiano. Quod in eodem libro de Pontificibus dicitur, *Hic dum multos libros zelo fidei Chriſtianæ religionis adſcriberet, martyrio coronatur*; ſuſpicari quis poſſit, cum illis Notariorum commentariis recognoſcendis incumberet comprehenſum eſſe S. Clementem ac relegatum, vel in ipſa Cherſoneſo interfectum dum eadem Sanctorum Acta Roma ad ſe miſſa recenſeret. Sed nihil in illius Actis iſtiuſmodi memoratur.

Eam rem, præclare ſancitam, annis poſt Clementem fere 150. Fabianus Papa vel reſtituit vel ordinavit, *quibus præfecit ſubdiaconos.* additis Subdiaconis, qui vel conquirerent Acta deferrentq; ad Notarios deſcribenda, vel deſcripta relegerent, ac Diaconis traderent, vel certe quoquo modo ut munus ſuum ſedulo exequerentur Notarii, advigilarent. Ita enim idem ille de Pontificibus liber: *Hic regiones diviſit Diaconibus, & fecit ſeptem Subdiaconos, qui ſeptem Notariis imminerent, ut geſta Martyrum in integro colligerent.*

Diaconi igitur, aut Subdiaconi, accurate recenſita Acta offerebant Pontifici, qui prius a Notariis ea accipere, ipſeque recognoſcere conſueverat, ut ex eodem libro patet, ubi de S. Antero S. Fabiani deceſſore hæc habentur: *Hic geſta Martyrum diligenter a Notariis exquiſivit & in eccleſia recondidit, propter quod a Maximo Præfecto martyrio coronatus eſt.* *recognoſci & recondi ſolita a Pontifice.* Hæc illi martyrii cauſſa, indignante diabolo ſe victum legi, atque eam ob rem ſuæ improbitatis adminiſtros incitante, ut eadem abolerent acta, aut omnino ſcribi vetarent, vel inſamia Cæſarum Judicumque, vel, ut ſæpe, ſuperſtitionis nomine obtento. *obſtrepente tum ſæpe diabolo.* Hinc illa in Actis S. Vincentii XXII. Januarii: *Probabile ſatis eſt ad gloriam Vincentii Martyris, quod deſcriptis paſſionis ipſius geſtis titulum invidit inimicus. Unde reddimus fide plena relationem geſtorum, quæ litterarum apicibus annotari Judex non immerito noluit, quia victum ſe erubeſcebat audiri. Naturalis ſiquidem providentia eſt male errantium, auferre de medio teſtimonium probitatis.*

Manavit præclarum hoc Romanæ Eccleſiæ inſtitutum ad ceteras quoqi provincias, vel lege Pontificia præſcriptum, vel gentibus exteris ſua ſponte petentibus ab ea Eccleſia optimarum rerum exempla, unde regulam accepiſſent ſanctitatis, ipſa nimirum religionis primordia. *ſcripta quoque in provinciis, & tum aliis communicata.* Nam ut de Actis ſileam S. Andreæ Apoſtoli, alibi diſcutiendis, quorum hoc eſt exordium: *Paſſionem ſancti Apoſtoli Andreæ, quam oculis noſtris vidimus, omnes Presbyteri & Diacones Eccleſiarum Achajæ, ſcribimus univerſis Eccleſiis quæ ſunt in Oriente & Occidente,* &c. Martyrium S. Polycarpi, quod XXVI. Januarii edimos, ipſa Smyrnenſis Eccleſia litteris mandavit & ad varias Aſiæ Eccleſias, *in Aſia;* forſitan & Italiæ ac Galliarum, miſit; cujus id exordium eſt: Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη, καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη. Ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅς τις ὥσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. *Eccleſia Dei quæ Smyrnam incolit, Eccleſiæ Dei, quæ eſt Philadelphiæ, & omnibus ubique locorum ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ paraciis, miſericordia, & pax & caritas a Deo Patre & Domino noſtro Jeſu Chriſto multiplicetur. Scripſimus vobis, fratres, de iis qui martyrium ſubierunt, & de B. Polycarpo, qui velut ſua confeſſione conſignans, reſtinxit perſecutionem.* Idem exordium extat in mſſ. Latinis, & Euſebio

SPECIMEN PRIVILEGII A HLOTHARIO IMP. DATI A.D. DCCCXLIII AQVISGR.

ubi maiores primæ lineæ characteres, hic trifariam divisi, implent membranæ longitudinem

In nomine dñi nri ihū xpi dī aeterni Hlotharius diuina ordinante prouidentia

Impr augus :: dignum est ut imperialis maiestas procerum suorum rationabilibus

precibus aurem ſuae pietatis accomodet et ad effectum perducat quatenus inſuis ſemper obſe-

quiis eorum animos reddat efficaciores Igitur omnium fidelium ſtae dī aecclesiae

Signum Hlotharii ſereniſſimi auguſti

Nota quod hæ duæ subsignationes in eadem fere continuabantur linea, hoc modo. augusti hrodm. paulum subtius signante (cuius signum cum vestigio revulsæ cere vide in ultimæ tabulæ) Hrodmundo Notario

hrodmundus notarius ad uicem hilduini recognoui et

data xiii kl mar anno xpo ppitio Imperii domni hlotharii pii Impris

in italia xxv et infrancia iii indictione viii

hæc rursum est una linea, respondens toti membranæ ad infimum marginem

Actum aquiſgrani palatio In dī nomine feliciter amen

In Prophylæo tom. a. Apr. post pag. 12 Tab. 4

NAPOLI

ſebio lib. 4. cap. 14. ubi tamen non Philadelphenſi ſcripta Eccleſiæ dicitur illa epiſtola, ſed Philomelienſi; quia pluribus miſſa & inſcripta, unde & idem Euſebius: ἐστὶ δ' ἡ γραφὴ, ἐκ προσώπου ἧς αὐτὸς Ἐκκλησίας ἡγεῖτο τὰς κατὰ Πόντον παροικίας ... κατ' αὐτὸν ἀποσημαίνουσα. *Eſt autem ſcriptum illud ex perſona Eccleſiæ cui præerat, ad parœcias* (ſive Eccleſias) *Ponti miſſum, quæ ad eum ſpectant declarans.*

I. a Galliæ, De Viennenſibus & Lugdunenſibus martyribus, de quibus 11. Junii agemus, ita ſcribit lib. 5. c. 1. idem Euſebius: τὴν ἐν τούτοις τῶν μαρτύρων γραφὴν αἱ τῇδε διαφανέστατοι ἐκκλησίαι ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν ἐπιστέλλουσαι, τὰ παρ' αὐταῖς πραχθέντα, τοῦτον ἱστοροῦσι τὸν τρόπον· παραθήσομαι δὲ τὰς αὐτῶν φωνάς. Οἱ ἐν Βιέννῃ καὶ Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας παροικοῦντες δοῦλοι Χριστοῦ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν τὴν αὐτὴν τῆς ἀπολυτρώσεως ἡμῖν πίστιν καὶ ἐλπίδα ἔχουσιν ἀδελφοῖς εἰρήνη καὶ χάρις καὶ δόξα ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, &c. *Epiſtolam de martyribus, quæ ibi illuſtriſſimæ ſunt Eccleſiæ, Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ miſerunt, res apud ſe geſtas ita commemorantes. Proferam ipſarum verba. Qui Viennæ & Lugduni Galliæ habitant ſervi Chriſti, fratribus in Aſia & Phrygia eamdem nobiſcum habentibus redemptionis fidem ac ſpem, pax, gratia, & gloria a Deo Patre & Chriſto Jeſu Domino noſtro.* Recitat ex ea epiſtola glorioſum martyrum certamen quatuor ſequentibus capitibus Euſebius.

In Ægypto, Quin & Alexandrinorum Acta S. Dionyſium ipſorum Antiſtitem tradidiſſe litteris auctor eſt lib. 6. c. 34. Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Φάβιον Ἐπίσκοπον Ἀντιοχέων τὰ κατὰ Δέκιον μαρτυρησάντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοὺς ἀγῶνας τοῦτον ἱστορεῖ τὸν τρόπον. *Idem ipſe* (Dionyſius) *in epiſtola ad Fabium Antiochenum Epiſcopum, eorum qui Alexandriæ ſub Decio martyrium ſubierunt, certamina hunc in modum perſequitur.*

Africanæ quoque Eccleſiæ in eadem re curanda ſtrenuam operam collocarunt, ut Pontius Diaconus in principio

In Africa: Actorum S. Cypriani Epiſcopi teſtatur: *Cum majores noſtri,* inquit, *plebejis & catechumenis martyrium conſecutis tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederint, ut de paſſionibus eorum multa, ac, prope dixerim, pæne cuncta conſcripſerint, ut ad noſtram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent,* &c. Niſi forte majores ille ſuos non Afros intelligit, ſed Romanum Clerum aliarumve præſides Eccleſiarum. Sed tamen Afer ipſe ea ſequitur præclare exempla, & aliorum ex eadem Africa Sanctorum paſſim Acta extant diligenter conſcripta.

Hi porro Notarii in ſuos commentarios referebant etiam ea quæ privatim in prætorio geſta erant, vel ex tabulis Exceptorum deſcripta, vel etiam pretio redempta.

quomodo excepta! Erant & ipſi Exceptores & Notarii quandoque Chriſtiani, ut Geneſius ille Arelatenſis, qui xxv. Auguſti *eam officii partem ſtudio & arte amplexus dicitur, quæ patronorum verba vel nova ſignorum velocitate vel dextera, ſonum vocis æquaret.* Quamquam vero, *cum ante tribunal Exceptoris fungeretur officio, & injuſta atque ſacrilega mandare perſecutionis juſſa ederentur, quæ devotus Deo repudiaret audiens, & imprimere ceris manus ſancta reſpueret, abjectis tabulis ante pedes Judicis miniſterium ſacrilegum refugerit,* ut & multi aliàs; non eadem tamen certaminum quæ edictorum deſcribendorum erat ratio; cum in his adminiſtros ſe præbere deberent impietatis; illa vero ad decus ac ſplendorem veræ pietatis amplificandum ſpectarent. Sed cum res agebatur in propatulo, aderant ſæpenumero e Chriſtianis qui quæ dicerentur a martyribus & Judicibus fideliter referrent in tabulas. Utrorum e claſſe, illorum qui officio ſeculari merebant, an horum qui ſponte ſua id clam ſuſcipiebant munus, fuerint SS. Neon & Turbon, qui Acta Tergeminorum martyrum xvii. Januarii ſcripſiſſe dicuntur, in ambiguo eſt.

Quemadmodum autem Romæ ſingulari ſtudio ab ipſis ſupremis Pontificibus recognoſcebantur ea acta, ne quid Notarii adderent quod ipſis dedecori eſſe Sanctis, offendiculo legentibus poſſet; idem in provinciis factum licet conjicere. *recognita;* Imo & Romam miſſa, ut in ſumma illa arce religionis extarent monumenta gentium omnium Chriſto ſubjugatarum; & gratiæ Deo pro victoria agerentur; & ſi quid in tota certandi ratione, in martyrum reſponſis, honore iis mox ab Eccleſia impenſo, ſcriptis ipſis de eorum agone ineſſet, quod ſummo religionis noſtræ Antiſtiti non probaretur, id mox illius corrigeretur admonitione: *miſſa Romam;* denique ut facilius cum ceteris orbis Chriſtiani provinciis communicari illa poſſent, quæ uſpiam eſſent ad Dei gloriam, ſolatium & eruditionem ſuperſtitum geſta fortiter a martyribus. Probat hunc morem Andreas Sauſſajus v. cl. quod S. Dionyſius Pariſiorum Apoſtolus legatur præcepiſſe, ut quæ perpeterentur ſupplicia, quæque in iis loqueretur, diligenter conſignata litteris, poſt ſuum deceſſum ad Pontificem Romanum mitterentur; quodque ipſe Dionyſius ad Clementem Papam S. Eutropii Sanctonum Apoſtoli geſta miſerit, in quibus iſta leguntur: *Reverendiſſimo Papæ Clementi Dionyſius Antiſtes, proſapia Græcus, ſalutem in Chriſto. Eutropium, quem mecum in has oras ad prædicandum Chriſti nomen miſiſtis, martyrii coronam per manus Gentilium apud Xantonas urbem vobis notificamus pro Domini fide accepiſſe. Quapropter Paternitatem veſtram humiliter exoro, ut hunc paſſionis codicem conſanguineis meis, notis & amicis fidelibus in Græcia oris, Athenis præcipue, quam citius poteritis, mittere non differatis,* &c. Verum utriuſque Acta ſuo loco expendemus. Non deſunt alibi, quibus vetuſtus ille mos confirmetur, exempla. Ipſi Lugdunenſes martyres, apud Euſebium lib. 5. cap. 3. & 4. ad Eleutherum Papam litteras de ſuis certaminibus atque aliis Eccleſiaſticis cauſſis dediſſe leguntur, cum variis perfuncti tormentis extremam luctam opperirentur.

Id nunc multo etiam magis neceſſarium eſt, poſteaquam graviſſimis ſanctiſſimiſque legibus cautum, ne cui decus nomenque tribuatur martyrii, niſi Romanus Pontifex, cauſſa ac modo necis rite diſcuſſo, id cenſuerit. *quod fit illa mente* Neque nunc etiam deſunt, qui ab extremis Æthiopum, Indorum, & Japonum oris a Chriſti militibus iſthic fortiter geſta ad Apoſtolicam Sedem tranſmittant. Utinam non in Europa noſtra multorum hac in re caritas refrixiſſet! Viget quidem provida Romanæ Eccleſiæ cura ac ſtudium, ſed in provinciis quibuſdam, ubi in *utinam diligentius!* Chriſti membra hæreſis ſævit, vel orthodoxi deſunt Antiſtites, vel alii diſtenti curis id negligunt, quod tamen non inter poſtrema Eccleſiæ decora debebat cenſeri. Fuere alioquin fidei noſtræ & Catholicæ eccleſiæ multi ab annis 130. & illuſtres triumphi, quos æternis conſignari tabulis oportebat.

Vitæ etiam non Martyrum ſcriptæ At non martyrum ſolum, ſed aliorum quoque, qui vitam pie actam inſigni opinione ſanctitatis terminaſſent, præcipue ſi prodigiis eſſent a morte celebrati, ſcribi res præclare geſtæ conſueverunt. Quam ad rem cum alii viri probi & eruditi, tum ipſi etiam Antiſtites ſtudium contulerunt. Paſſim occurrent toto hoc opere exempla, eſſetque ſupervacaneum hic univerſos velle recenſere. Habes in Januario Vitas non paucas a doctiſſimis monachis conſcriptas; S. Hieronymo, Cyrillo, Eugippio, S. Fauſto, S. Beda, Rodulpho Glabro, Hugone *a viris magnis.* Floreffienſi, aliis; a religioſiſſimis Abbatibus. S. Paſchaſio Ratberto, S. Gerardo Silvæ-majoris, B. Ealredo, Everhelmo; a ſanctiſſimis Epiſcopis, S. Gregorio Theologo, S. Gregorio Turonenſi, S. Athanaſio Magno, B. Petro Damiani, Theodoreto, Fortunato, S. Hilario Arelatenſi, Leontio, Alberico Cardinale; viris aliis illuſtribus, Simeone Metaphraſte, Dynamio Patricio, Eginardo, Philippo Mazzerio Cypri Cancellario.

§. III. Acta Sanctorum a variis collecta, de Euſebio, & Simeone Metaphraſte.

CUm partim in Eccleſiarum archivis repoſita, partim in ſcriniis condita privatorum deliteſcerent, vel publica cura deſcripta, vel ſpeciali ſtudio elucubrata ſingulorum geſta Sanctorum; viſum eſt quibuſdam viris eruditis, ut ad plures eorum manaret utilitas, quibus alioquin ad illa ſacra tabularia non patebat acceſſus, præcipua quædam maximeque illuſtria in unum colligere volumen, & proferre in lucem. Princeps in hoc genere Euſebius Cæſarienſis fuit, qui Martyrum acta non tantum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ intexuit, ſed & ſeparatim alio opere edidit. Teſtatur id ipſe lib. 4. c. 14. ſub finem, ubi de S. Pionio ita ſcribit: *Cujus confeſſiones ſigillatim habitas, libertatem ſermonis, apologias pro fide coram populo ac Judicibus recitatas, conciones ad docendum accommodatas, ſuſceptionem benignam eorum qui perſecutionis acerbitate lapſi erant, ſolatia in carcere fratribus ad ſe confluentibus adhibita, quæ præterea ſuſtinuerit tormenta, quos in iis perpeſſus ſit dolores, ut confixus ſit clavis, qua rogum pertulerit animi conſtantia, qualem poſt tot res admirandas habuerit vitæ exitum, cum pleniſſime contineat qui de ipſo conſcriptus eſt commentarius, ad hujus lectionem amandamus eos quibus ſtudium erit illa cognoſcere: eſt autem veterum martyriis a nobis collectis inſertus.* τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν μαρτυρίοις ἐντεταγμένων. Id opus ipſe τὴν τῶν Μαρτύρων συναγωγὴν, *Martyrum collectionem* vocat. lib. 5. cap. 1. ἡ μὲν περὶ τούτων ἐντελεστάτη ὑφήγησις τῷ τῶν σύγγραμμα τῶν Μαρτύρων ἡμῖν κατατέτακται συναγωγῇ *accuratiſſimam de his narrationem continens libellus, Martyrum collectioni inſertus eſt a nobis.* Eodem nomine utitur lib. 5. c. 4. Et c. 20. ejuſdem libri ἀναγραφὴν appellat, τοῦτο μὲν ἦν, inquit, de S. Apollonio Senatore loquens, τὰς ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ φωνὰς, καὶ τὰς ἀποκρίσεις, ἃς πρὸς πεῦσιν πεποίηται τοῦ Περεννίου, πᾶσάν τε τὴν πρὸς τῆς συγκλήτου ἀπολογίαν, ὅτῳ διαγνῶναι φίλον, ἐκ τῆς τῶν ἀρχαίων μαρτύρων συναχθείσης ἡμῖν ἀναγραφῆς εἴσεται. *Illius coram Judice verba, reſponſa Perennis interrogationibus reddita, totamq; coram ſenatu habitam apologiam, ſi cui lubitum ſit cognoſcere, ex veterum Martyrum collecta a nobis deſcriptione intelliget.*

Hoc opus ſane amplum, ut cui intextæ eſſent integræ apologiæ, an *Martyrologium* vocari debeat, ut quidam volunt, ſuperfluum eſt diſputare. Brevis Sanctorum indiculus, quæ vulgata *Martyrologii* notio, non fuit. Idne, an ex eo decerptum Sanctorum catalogum, citaverit Beda, alibi diſquiram. Nec omnium tamen, quotquot toto orbe interempti erant, Martyrum acta collegit Euſebius, ut ex ſuppoſititia quadam S. Hieronymi epiſtola aſtruere quidam moliuntur; ſed maxime clarorum & illuſtrium, aut certe quorum nanciſci res geſtas, potuit. Nam ſi ita prolixe, ut ſe in Pionio & Apollonio feciſſe teſtatur, omnium totius Eccleſiæ ſcribere acta Martyrum voluiſſet, *non unus liber, non centum* (*audacter dicam*, inquit Baronius Apparatu ad Martyrologium cap. 6.) *non denique mille fuiſſent ſatis.* Nuſquam tamen id Euſebius, quod quidem meminerim, unicum fuiſſe volumen ſcribit. Id opus an uſquam extet, divinare non poſſum. Præclare de Eccleſia mereretur, qui tantum aſſecutus publicaret theſaurum.

Laudabile Euſebii ſtudium alii deinceps imitati. Celeberrimus eo in genere Simeon Metaphraſtes, qui & Logotheta dictus, ab illuſtri, quam Conſtantinopolitano in palatio geſſit, dignitate. De cujus viri ætate, vitæ inſtituto, lucubrationibus, quia multa perperam ſcripta a viris etiam non indoctis, breviter dicere conſtitui. Ætatem ipſe ſuam indicat in vita S. Theoctiſtes Leſbiæ, quam x. Novembris dabimus. Illius Vitæ auctorem eſſe Metaphraſten, non alium quempiam anonymum ſcriptorem, probat Leo Allatius teſtimonio Michaelis Pſelli, e cujus ode 5. in Metaphraſten illa recitat: τὸ πρῶτον σοι σύγγραμμα ἐκ προνοίας θείας καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου καὶ μοναχοῦ, Συμεὼν θεσπεσίου, ὃν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ τεθέαμαι. *Prima tua commentatio ex Divina providentia & colloquio facta eſt ſacri ſenis & ſolitarii, Simeon admirabilis, quem in Paro inſula vidiſti.* Plenius id colloquium in Theoctiſtes Virginis Vita refertur. Addit Pſellus: Ἀξίως ηὐξημένους τῆς Λεσβίας τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα ἀγωνίσματα θεοκτίστου τῆς ὄντως, Ἀγγελικὸν μικροῦ καὶ ἀσώματον πλουτησάσης τὸ πολίτευμα. *Pro dignitate laudaſti Leſbiæ illuſtria & divina certamina vere Theoctiſtæ*, id eſt a Deo fabricatæ, *quæ Angelicum prope & incorporeum vitæ modum ſapienter tenuit.* Qua vero occaſione in Parum venerit, & ſanctiſſimæ Virginis præclara facinora ex anachoreta didicerit, ipſe indicat Metaphraſtes: Γενομένῳ μοί ποτε κατὰ τὴν Πάρον· γέγονα δὲ, καὶ γὰρ ἐπὶ Κρήτην ἔπλεον ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Λέοντος ἐκεῖσε πεμφθεὶς, Λέοντος, φημὶ, τοῦ εὐτυχοῦς ὄντως βασιλέως, καὶ τὴν εὐτυχίαν Ῥωμαίων τῷ τάφῳ συγκαλύψαντος· ἐπεμπόμην δὲ συστρατευόμενος Ἡμερίῳ τῷ πάνυ, τῷ στρατηγικωτάτῳ δρουγγαρίῳ, καὶ ἄρχοντι τότε δρόμου καὶ τοῦ στόλου παντὸς, ὃ γε ἀληθέστερον καὶ αὐτῶν αὐτοῦ τῶν παθῶν· καὶ ἵνα μὴ τὸ πολλοῖς ἐγκωμίοις ἄξιον τῆς στρατηγίας ἐκείνου πάρεργον ποιησάμενος, καὶ μικρὰ ταῦτα μνησθεὶς ἀτιμάσω τὸν ἄνδρα, ἐπὶ τὴν παροῦσαν πάλιν ὑπόθεσιν εἶμι, ἐκεῖνο κατὰ καιρὸν μνησθησόμενος· ἐστελλόμην τοιγαροῦν τοῦτο μὲν ἐκείνῳ συστρατευόμενος, καὶ προβιβασθησόμενος εἰς πεῖραν στρατηγικὴν, οἷα πῶλος μητρὶ, ὧδε τε γενναιότατα τῶν στρατηγημάτων συγχαίρων. οὕτω γὰρ ἦν ὁ τοῦ μακαρίτου μὲν βασιλέως σκοπός· τοῦτο δὲ πρεσβευόμενος πρὸς τοὺς τὴν Κρήτην ἔχοντας Ἄραβας. *Cum aliquando in Paro eſſem inſula: fui autem, nam in Cretam navigabam a Leone beatæ memoriæ eo miſſus; Leone, inquam, illo vere fortunato Imperatore, qui ipſam Romanorum felicitatem ſecum videtur in ſepulchrum intuliſſe. Mittebar autem militaturus cum clariſſimo illo Himerio, utpote ducendi exercitus peritiſſimo, Dromi Præfecto, ſive Logotheta, qui univerſæ claſſi imperabat, aut, ut verius dicam, ipſis animi perturbationibus: ſed ne multis efferendam laudibus illius peritiam belli adminiſtrandi obiter attingens, levi ejus facta mentione, dedecus ei potius videar inuſſiſſe, ad propoſitam interea narrationem redeo, de eo opportunius dicturus alias. Mittebar igitur partim cum eo militaturus, & ad imperatoriæ artis documentum aliquod promovendus, ut equuleus matri ſolet, ad præclara ejus ſtratagemata aſſiliens; (id enim præcipue Auguſtus ſpectabat) partim ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer.* Varias Himerius Logotheta expeditiones navales Leone imperante ſuſcepit, donec tandem ad Samum inſulam menſe Octobri, anno CMXI. adverſus ccc. Agarenorum naves infeliciter commiſſo prælio, propterea ab Alexandro Imperatore, Leonis fratre, in Calyporum monaſterium relegatus, haud longo poſt tempore ærumnis confectus obiit. Quam hic Metaphraſtes memorat expeditionem, cui & ipſe interfuerit, ea videtur quam Curopalates & Cedrenus tradunt confectam decem ante Leonis obitum annis, cum Simeon Secretarius (qui idem ipſe Metaphraſtes videtur fuiſſe) centum auri libras a Rhodophyllo Cubiculario in itinere relictas Leoni Tripolitæ apoſtatæ dedit, ne Theſſalonicam captam everteret: quod illius factum ita gratum fuit Imperatori, ut eum Patricium & primum Secretarium renuntiarit.

Non erat tunc admodum natu provectus Metaphraſtes, ut qui imperatoriæ virtutis tirocinium ponere ſub veterano Duce juberetur. Fuerit tunc xx. aut xxii. annorum: potuit igitur ad annum Chriſti CMLVII. aut CMLX. vitam deinde producere. Atque ita ſub Conſtantino Porphyrogenito Leonis filio cum Theoctiſtes

eam

Acta Sanctorum a variis collecta.

ab Euſebio

non tamen omnium.

Simeon Metaphraſtes.

a Leone vero Imp. Legatus in Cretam miſſus

anno 910.

adhuc juvenis nobilis, dives, doctus.

eam vitam, tum alia Divorum acta eum elucubraſſe certum videtur; non, ut Allatius ſcribit, ſub Leone & Conſtantino: nam in hac Vita Leonem diſerte τὸ μακαρίτην, *felicis memoriæ*, appellat, qua ratione loqui de mortuis ſolemus. Si ea prima ejus commentatio fuit, nihil igitur ſub Leone ſcripſit, quod quidem ediderit in lucem. Neque Alexandro rerum potiente ita laudare Himerium auſus eſſet. Præcipue publicas res tractare ſub Leone cœpit. Nam cum, ut Pſellus teſtatur, illuſtri natus familia, ampliſſimis opibus affluerer, excelleret eruditionis fama, atque egregium illic prudentiæ ſpecimen dediſſet, tanta deinceps in gratia Sapientis Imperatoris fuit, ut quod Parius ille monachus prædixerat, ſummos deinceps honores ſit conſecutus; quos induſtria ſingulari, fide, gravitate, modeſtia, liberalitate geſſit: quæ omnia prolixe prædicat Pſellus.

poſtea magnis honoribus ornatus.

His ille doctrinæ fortunæque præſidiis ornatus, cum cerneret & glorioſa Martyrum certamina, & monachorum præclaras exercitationes, ita imperite & inornate traditas eſſe litteris, ut multi ne legere quidem eas vellent, quidam etiam riſu exciperent; meliora autem afferre, alios propter animi ſocordiam nolle, alios quod opus eſſet immenſi ſtudii, *& cui ne tota quidem viri vita ſuffecerit*, non poſſe; *juvenile*, ut idem Pſellus ſcribit, *aggreditur facinus, vel felicem potius actionem, quam nullus omnium geſſit feliciter; per quam ille evaſit clarior omnibus, qui ſunt ubique, eruditis; & Deo conſecravit ea quæ ſunt omnium pulcherrima, Martyrumq; certamina & curſus, & monachorum abſtinentiam atque patientiam ornavit ac decoravit.* Et multa quidem ille ac magna tantæ rei peragendæ adjumenta habebat ac præſidia. Auctor præclari conſilii ipſemet fuerat Imperator, (Leo fortaſſis, etſi eo ſuperſtite rem ſerio aggredi non potuerit Simeon, aut ejus filius Conſtantinus, hujuſve ſocer Romanus) aderant hortatores plurimi; librorum egregius apparatus, amanuenſium ſcribarumque copia: una defuiſſe videtur, propter aſſidua, quibus præerat, Reip. negotia, quæ collegiſſet, ac dictaſſet recognoſcendi facultas. Tandem mortem vitæ conſentaneam conſecutus, *ad Deum aſcendit*, inquit idem auctor, *& apud illos ducit choros, quorum mores & vitam hic circumſcripſit. Nam vel in fine oſtendit, qualem vitam egiſſet. Non enim eum veluti abſciſſum aut diviſum fuiſſe dicunt ii qui viderunt: ſed videbatur veluti a quodam vinculo liberari & hilari nutu ſe extendere ad ducentes Angelos, & quodammodo ſeipſum tradere illorum manibus, ut cito emigraret e corpore.*

vitas SS. collegit & interpolavit;

facile moritur;

Celebravit eum ornata & eleganti laudatione Pſellus, non tamen in ejus funere habita, qui teſtetur illius corpus in ſepulchro conditum ſuavem expiraſſe odorem, donec multo poſt in eodem tumulo aliud depoſitum eſt corpus. Hunc Pſellum multi Michaelem illum Pſellum eſſe arbitrantur, qui in Antro inſula Leonem Philoſophum optimarum artium diſciplinis inſtituit. Et Baronius quidem to. 10. Annal. ad an. 859. nu. 53. non Leonis Sapientis ætate vixiſſe Metaphraſten putat, ſed multo ante. Nam quod Curopalates ſcribat Bardiam Cæſarem *externæ ſapientiæ rationem habuiſſe*, definitis *unicuique doctrinæ ſcholis*, *philoſophia duce & magiſtro* conſtituto Leone Philoſopho Pſelli diſcipulo, infert Baronius: *Ex his pariter habes Lector, quo tempore vixerit Pſellus, qui fuit Magiſter Leonis Philoſophi. Ex quo pariter addiſces, quo tempore vixerit Metaphraſtes, in cujus laudem Pſellus ipſe orationem habuit.* Quibus ex verbis concludit Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Simeonem Metaphraſten floruiſſe paullo ante annum Domini 859. *Siquidem Pſellus*, inquit, *qui hoc anno vivebat orationem habuiſſe dicitur in funere Simeonis Metaphraſtæ. Vide Annales Card. Baronii ad hunc annum.* At non dicit Baronius eo tempore vixiſſe Pſellum, ſed Pſelli diſcipulum Leonem jam ſenem; atque inde colligi poſſe, quando vixerit Pſellus, quem ille adoleſcens audierat; quando item Metaphraſtes, quem vita functum Pſellus laudarat: ut videatur Baronius Metaphraſtæ ætatem revocare ad ſuperiora tempora Michaelis Curopalatæ aut Nicephori. Hunc autem Pſellum Leonis magiſtrum fuiſſe Metaphraſtæ laudatorem conficit eo argumento Baronius, quod etſi plures Pſelli fuerint, *iſto nullum celebriorem nec antiquiorem invenimus.* Antiquitas quidem certe ad rem non facit: celebrius vero Pſelli alterius, qui Ducarum Cæſarum ævo floruit, nomen eſt. Leo Allatius, vir doctiſſimus, in Diatriba de Pſellis, cenſet *panegyrim illam in Metaphraſten juniori Pſello adjudicari nullo prorſus argumento. Auctorem illius orationis Pſellum alterum eſſe, non Leonis Philoſophi magiſtrum, numquam evicturos* qui contra ſentiunt.

laudatus a Michaele Pſello.

non magiſtro Leonis Philoſophi,

Non eſt mihi hic propoſitum, tantorum virorum, & plurium aliorum qui iis aſtipulantur, ſententiam acrius confutare. Illud ſolum obteſtor, ut velint quamobrem ſecus ego ſentiam attendere. Leo Philoſophus, poſtquam Pſello illi ſeniori in Antro inſula dederat operam, cum non quantum voluiſſet ab eo hauſiſſet eruditionis, monaſteria varia obivit, repoſitoſque in iis libros inveſtigans ſtudioſe legit, atque excellentem eſt eruditionem adeptus, ut Curopalates tradit. Dein Conſtantinopolim reverſus privatim quoſdam docuit: horum quidam in prælio captus a Saracenis, ac viro illuſtri traditus in ſervitutem, cum poſtmodum geometriæ peritiam profeſſus, a quo eam didicerat Leonem privatum & inopem degere ſignificaſſet, litteris eum ad ſe, ampliſſima propoſita mercede, invitavit Barbarorum Dux. Has litteras Leo Theoctiſto Logothetæ, hic Theophilo Imperatori obtulit; qui eum ſummo favore complexus, amplis opibus ditavit, juſſitq; publice docere, ac poſtea Theſſalonicenſi Eccleſiæ præficiendum curavit: verum mortuo ſub annum 841. Theophilo redactus quoque in ordinem eſt Leo, quod hæreſim ſectatus eſſet Iconomachorum. Quæ ſi quis recte omnia expendat, fatebitur ſub Michaele Balbo, qui anno 820. invaſit imperium, aut ſub illius deceſſore Leone Armeno, videri Leonem Pſello dediſſe operam, maturæ jam ætatis viro. Qui potuit igitur a Pſello laudari Metaphraſtes, vita functus, qui centum poſt Pſellum annis vixit? Neque de Pſello Metaphraſtæ laudatore repugnaſſet Baronius, ſi aliunde aſſeri Metaphraſtæ ætatem poſſe exiſtimaſſet. Aſt hunc alii eum ſub Conſtantino Porphyrogenito, qui ſeptennis Alexandro patruo anno 912. extincto imperare cœpit, vixiſſe fateantur, miror non perſpicere a Pſello, qui centum, ut minimum, annis eum anteceſſit, laudari & quidem mortuum non potuiſſe.

qui diu ante Metaphraſten floruit;

At ſcripſit Pſellus Metaphraſtæ encomium, non diu poſt illius mortem, cum ii adhuc viverent qui morienti adſuerant. Ἔδειξε γὰρ κἂν τῷ τέλει, inquit, ὁποῖος αὐτῷ ὁ διεσπουδασμένος βίος ἐτύγχανεν ὤν. οὐ γὰρ ὥσπερ ἀποτμηθῆναι αὐτὸν οἱ συμπαρακαθήσαντες φασὶν ἢ ἐξαιρεθῆναι, ἀλλ᾽ ἐδόκει ὥσπερ τινὸς δεσμοῦ ἀπολυόμενος καὶ ἱλαροῖς πρὸς τοὺς ἄγοντας ἀγγέλους ἀνατεινόμενος νεύματι. *Nam vel fine oſtendit qualem egiſſet vitã. Non enim veluti ſucciſum aut ſublatum fuiſſe dicunt qui adfuerunt; ſed veluti vinculis quibuſdam ſolvi videbatur, & ad ducentes Angelos ultro ſeſe ac facile extendere.* Demus anno 960. obiiſſe Simeonem; at junior Pſellus anno 1067. vivebat: an tunc poterant ſuperſtites eſſe, qui Metaphraſtæ ſpectarant funus? Quærendus igitur alius erit Pſellus, qui ante annum Chriſti 1000. illam Metaphraſtæ laudationem ſcripſerit. Quæratur ſane, nec ego inventum eliminabo: ſed quærere tamen haud eſt opus. Anno 1057. miſſus eſt Pſellus junior a Michaele Stratonico Imperatore ad Iſacium Comnenum Legatus, inſigni jam tum rerum uſu præditus. Ita Cedrenus: Ἐπὶ δὲ αὐτῷ γινομένῳ φθάνουσι καὶ πρεσβευταὶ βασιλέως ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ πρόεδρος Θεο-

ſed juniore.

qui anno 1057. claruit.

Θεόδωρος ὁ Ἀλωπὸς, Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλὸς ὁ τῶν φιλοσόφων ὕπατος. ἐπεὶ γὰρ οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ ϗ λόγου δυνάμει τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἀνθρώπων διαφέρειν ἐδόκουν, ϗ ἀσυγκρίτως ὁ Ψελλὸς, ἐξελέγησαν εἰς τὴν πρεσβείαν. *Ad eum iſthinc veniunt Imperatoris Legati Præſes Conſtantinus Lichudes, Præſes Theodorus Alopus, Conſtantinus Pſellus Philoſophorum princeps. Nam hi tres viri, quod ſapientia & eloquentia omnibus qui tunc viverent antecellere hominibus crederentur, ac præſertim Pſellus, ad hanc erant legationem aſſumpti.* Eadem omnino ſcribit Curopalates, & Pſellum quoque *Conſtantinum* vocat. At Joannes Zonaras tom. 3. Annal. στέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν Κομνηνὸν πρεσβεύσαντες, ἄνδρες τῶν ἐκκρίτων τῆς συγκλήτου βουλῆς, οἳ δ' ἦσαν ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ πρόεδρος Λέων ὁ Ἀλωπὸς, ὁ Μιχαὴλ ὁ σοφώτατος Ψελλὸς, τῶν φιλοσόφων ὢν ὕπατος. *Mittuntur ad Comnenum Legati de primariis Senatoribus, Præſes Conſtantinus Lichudes, Præſes Leo Alopus, ſapientiſſimus ille Michael Pſellus princeps philoſophorum.* Alii quoque *Michaelem* appellant. Cur non potuit decem aut viginti annis antequam ad tantum faſtigium aſcenderet Pſellus, illam laudationem

☞ ab iis qui Metaphraſten viderant accepta,

ſcripſiſſe, ſeptuaginta poſt Metaphraſtæ mortem annis? Et quis eſt noſtrum, qui non audiverit commemorari aliqua a ſenibus, quæ geri ipſi viderant, 100. annis ante quam ea ipſe jam ſenior, quiſquis is eſt, tradat litteris, aut aliis narret? Viderint decennes morientem Metaphraſten anno 960. narraverint viſa Pſello ſcriptori anno 1030. ipſi jam octogenarii: quid hic impoſſibile? quid non uſitatum? Narraverint etiam multo ante adoleſcenti adhuc tum Pſello; non enim affirmat eos tum vixiſſe cum ſcriberet. Quid ſi ne narrarunt

vel etiam ſcriptis.

quidem, ſed ſcriptum reliquerunt? Nam ita loquimur dicere aliquid Ciceronem, Livium, Tacitum, non quaſi ii nunc vivant, ſed quia omnis ætatis hominibus illorum ſcripta loquantur.

Sed de Metaphraſtæ ætate ad hoc propoſitum noſtrum jam ſatis, ac fortaſſe nimium. Illius operi additas eſſe a poſterioribus vitas recentiorum Sanctorum monet Baronius. At quod in antiquiorum apud eum vitis ſæpenumero declaret ſcriptor ſe eadem, qua illi, vixiſſe ætate, cauſſam idem ſapientiſſimus Cardinalis tradit, quod *vitæ Sanctorum non fuerint ut plurimum a Metaphraſte conſcriptæ, ſed collectæ tantum, ordineque per ſingulos menſes diſpoſitæ.* Digeſſiſſe eum vitas ad ordinem menſium ſcribit etiam Aubertus Miræus. Mihi non liquet. Potuit id alius quiſpiam poſtea. Antiquiores vitas, quas eleganter compoſitas reperit, tranſcripſit, ſervata etiam priſtina auctorum phraſi, aut modice interpolata. Perſpicere id licet ex Vita S. Simeonis Sty-

Vitæ a Metaphraſte collectæ, vel ſcriptæ,

litæ v. Januarii, cujus magnam partem e Theodoreti Philotheo accepit, pauculis ad attentionem conciliandam, aptiuſve connectendas periodos interjectis. Alias ex integro compoſuit. At non quæcumque in Græcis codicibus reperiuntur vitæ, ex continuo Metaphraſtæ fœtus eſſe cenſendæ ſunt; niſi velimus eum & priores vitas, ut erant olim ſcriptæ, retuliſſe in ſuum opus, & novas eorumdem Sanctorum a ſe elucubratas addidiſſe. Nam quorumdam Sanctorum, ut Joannis Calybitæ xv. Januarii, Joannis Eleemoſynarii xxiii. Xeniæ ſive Euſebiæ xxiv. plures reperiuntur Græcæ vitæ, quarum unam eſſe a Metaphraſte elaboratam veriſimile eſt.

Magno Eccleſiæ Catholicæ emolumento opera Metaphraſtæ, aut certe quas ſub ejus nomine reperit Græcas Sanctorum hiſtorias, Latine a Petro Franciſco Zino, Gentiano Herveto, Guilielmo Sirleto verti curavit A-

editæ a Lipomano,

loyſius Lipomanus Epiſcopus Veronenſis: quarum multas in ſuum opus Surius tranſtulit, ut ſequenti paragrapho dicam. Atqui neque omnes Metaphraſtæ vitæ

non omnes;

editæ adhuc ſunt; (quam etiam S. Simeonis Stylitæ vitam, quam conſtat a Metaphraſte ſcriptam primum nunc edo) & aliæ Latine ab aliis, uſque præclaris, editæ auctoribus, vel apud Græcos vel in Latinis etiam bibliothecis Græcæ Sanctorum hiſtoriæ latent. Has ego, ſi Deus vitam & vires dederit, hoc opere abſoluto, quia in quibuſdam interpretibus perpetuus quidam helleniſmus & obſcuritas faſtidium lectori affert, cogito Græcolatine edere, cum nova a me elucubranda interpretatione; niſi quis me, nec repugnantem, anteverterit, aut certe laboris parte ſublevet nonnullas accurate interpretatus. Et multas jam olim Roſweydus collegerat, tum ego ab amicis poſtea accepi, quarum quædam Latine adhuc non extant. Video tamen plurimas adhuc mihi deeſſe, quas Latine citati ante auctores verterunt; eaſque ſpero me interea eſſe conſecuturum.

poſt Græcolatine edendæ.

Quod Miræus ex Molani mſ. Bibliotheca tradit, Metaphraſten *vitas Sanctorum Orientalis Eccleſiæ collegiſſe*, eaſque *ſolas in Græcorum Eccleſiis legi*, utrumque falſum eſt. Promiſcue, qui ubique terrarum vixere, Sanctorum acta collegit Metaphraſtes, licet præcipue Orientalium uſſecutus ſit: nec ſolæ eæ in Græcorum Eccleſiis leguntur, quas ille compoſuit, imo paucæ omnino, ut ex Menæis Græcorum, de quibus poſtea, fit manifeſtum. Si id vult Molanus, quorum Sanctorum acta collegerit Metaphraſtes, eorum vel recitari elogium aliquod vel memoriam ſaltem celebrari in divino officio a Græcis, non id inficior: at plurimorum agitur memoria, quorum acta non videatur ille deſcripſiſſe; aut ſane immenſum plane illius opus fuit, cujus minima adhuc hic pars edita.

non ſolæ leguntur in eccleſia Græcorum.

Neque illud cuiquam erudito facile probaverit ex eadem Molani Bibliotheca Miræus, Simeonem ideo quandoque *Magiſtri* nomine citari, quod ludum litterarium Conſtantinopoli aperuerit. Nam quis id veterum tradit? Heterodoxos quoſdam id inter alias nugas comminiſcentes nihil moror. Illuſtri ortus familia Simeon, juvenis in Secretariorum adſcitus claſſem, arduas obiit legationes, bellicis expeditionibus interfuit, aut etiam præfuit, princeps Secretariorum & Patricius renuntiatus, dein & Logothetes, (qui nobis Cancellarius eſt, ut ex Joanne Cinnamo probat Allatius) quando tandem ludum aperuit? An Conſtantino Porphyrogenito a patre; an (quod minus probabile mihi videtur) a Romano Lecapeno filiis magiſter eſt datus? At qui magiſter ſit Cæſarum, iſne continuo dicendus eſt ludum litterarium aperire? Meminiſſe poterat Miræus alios in rep. Conſtantinopolitana *magiſtros* fuiſſe, quos Cedrenus & Curopalates binos geſſiſſe id munus tradunt, & τῆς πολιτείας μαγίστρους *reip. magiſtros* vocant. Imo plures poſtea hac ornatos dignitate fuiſſe ex iiſdem patet auctoribus. Nam Cedrenus in Leone Sapiente ita ſcribit: Καὶ τάχιον ἐκπέμψας τὸν μάγιστρον Ἀνδρέαν τὸν στρατοπεδάρχην, ἅμα τῷ μαγίστρῳ Ἰωάννῃ, ϗ γεγονότι λογοθέτῃ τοῦ δρόμου τῷ Ἁγιοπολίτῃ. *Et continuo accerſens magiſtrum Andream Ducem exercitus, cum magiſtro Joanne, & Hagiopolite, qui fuerat Logotheta Dromi*, ac paullo poſt: αὖθίς τε ὁ στρατοπεδάρχης ἐπέμφθη Ἀνδρέας, ϗ ὁ μάγιστρος Στέφανος, ϗ ὁ μάγιστρος ὁ Ἁγιοπολίτης, ϗ Κρατερὸς ϗ Γούβερ οἱ πατρίκιοι. *Miſſus eſt idem Dux exercitus Andreas, & magiſter Stephanus, & magiſter Hagiopolitas, & Craterus ac Guber Patricii.* Iiſdem titulis eos Curopalates quoque inſignit. Et Zonaras de eodem agens Leone: Τὸν πατέρα τούτου μάγιστρον ἐτίμησε, ϗ λογοθέτην τοῦ δρόμου. *Patrem ejus magiſtrum creavit & Dromi Logothetam.* Simeonem noſtrum, qui Logotheta fuit, Magiſtri quoque ornatum fuiſſe dignitate exiſtimamus, cum ſe Molanus dicat eum uſpiam *Magiſtrum* appellatum legiſſe.

non fuit ludimagiſter Metaphraſtes,

ſed fuit magiſter Cæſarum,

aut Reip.

De Metaphraſtæ porro operibus ita ſcribit Bellarminus: *Illud autem eſt obſervandum a Metaphraſte ſcriptas fuiſſe hiſtorias de vitis Sanctorum multis additis*

ex

Digitized by Google

ſcriptori ea ſuo a concinatoribus immerito perſtrictus,

ex proprio ingenio, non ut res geſta fuerunt, ſed ut geri potuerunt: addit Metaphraſtes multa colloquia ſive dialogos Martyrum cum perſecutoribus, aliquas etiam converſiones aſtantium Paganorum in tanto numero, ut incredibiles videantur: denique miracula plurima & maxima in everſione templorum & idolorum, & in occiſione perſecutorum, quorum nulla eſt mentio apud veteres hiſtoricos. Vellem mitius de viro magno vir maximus pronuntiaſſet. Unde conſtat cum non vetera ſecutum eſſe monumenta? Omiſiſſe potius multa, quæ non omnino probaret, exiſtimo, quam aliquid addidiſſet ex proprio ingenio. Retulerit tamen in ſuos commentarios aliquid, quod cum probatis veterum Patrum ſcriptis minus congruere videatur, homo erat, falli poterat. Colloquia Martyrum cum perſecutoribus unde conſtat habita non eſſe? Amplificarit ea ſane ad legentium utilitatem ac voluptatem: quis jure id reprehendat? an eſt quiſquam qui id non permittat hiſtorico? Livio ceteriſque licet Ducum orationes ſuos ad prælium adhortantium concinnare, ſacro ſcriptori non licebit myſteria noſtræ religionis Gentilibus tradita, ipſorumq; confutatas ſuperſtitiones, explicatius proponere? Nam magno numero converſos ad fidem noſtram, viſis quæ Sancti patrarent miraculis, nunquam equidem ſum admiratus: qui enim alioqui tot ac tantæ provinciæ tantillo tempore ſubjici Chriſto potuiſſent? Miracula omnia, etiam quæ nunc fiunt, ſi ſuis commentariis infererent qui modo Eccleſiaſticas hiſtorias ſcribunt, quanta ſingularum moles exiſteret! quantum offenſionis haberet atque faſtidii! Neque nulla, neque omnia narrant, ſed quædam maxime illuſtria vel teſtium celebritate, vel conſecuti fructus amplitudine. Idem veterum ſtudium fuit: qui propterea frequenter tradunt multa & magna, ad Sanctorum vel teſtandam ac munerandam ſanctitatem, vel dicta confirmanda, edita eſſe divina virtute miracula, neque ullum tamen commemorant. At ſi quis ex profeſſo Sancti cujuſpiam hiſtoriam ſcribat; nihil cum prætenire conſulto fas eſt, quod ſit ab eo dictum aut factum præclare, aut ejus cauſſa ſuſceptum a mortalibus, aut denique patratum a Deo.

§. IV. *Acta vetera Sanctorum a Latinis collecta. Legenda Aurea defenſa.*

Latinorum plures ſimilia moliti ſunt opera; alii ſuccincte pulcherrima Sanctorum geſta complexi, alii ornare ea ſtylo aggreſſi; alii ſat habuerunt, undecumque exſcripta in unum apte congerere. S. Ceranium Pariſiorum Antiſtitem prædicat Warnaharius Tergeminorum Martyrum certamina, ac Deſiderii Lingonum Epiſcopi, exarari a ſe juſſiſſe, cum *Sanctorum Martyrum geſta ad laudis ſuæ cumulum pro amore religionis congregare in urbe Pariſiaca devotus intenderet*. Vitas Patrum, quarum aliquas ipſe compoſuit, alias in unum volumen fortaſſis redegit S. Hieronymus, ut 17. Januarii ad vitam S. Antonii §. 9. diſſeruimus, quia id opus ab aliis deinde auctum, adiectis etiam libris aliquot qui ſolum exempla quædam illuſtriora aut apophthegmata anachoretarum continerent, hic prætermitto.

Acta SS. collegit S. Ceranius Ep. Pariſ.

Qui ſanctorum Antiſtitum Severini Septempedani & Victorini Amiternini, quæ ex vetuſtiſſimis codicibus deſcripta VIII. Januarii habentur, acta compoſuit, is plurium ſe Sanctorum res geſtas coacervaſſe ſignificat, non indiligens auctor, etſi nobis ignotus: *Hucuſque*, inquit, *nos Patris Hieronymi dicta referentes per interpretem locutos lector advertat: reliquum opus, ut ſermo noſter eſt, veſtra caritas libenter audiat. Quæ enim ſingulis de Sanctis fideli auctore comperimus, in hiſtoriam miſimus, ne laterent homines quorum Deum non latuere virtutes.*

alii, anonymi,

Singula fere monaſteria iſtiuſmodi volumina vel ab aliis deſcripſere, vel conſarcinavere paria ſibi, ut ſuppeterent quæ & publice in conventibus ad virtutum inſtitutionem legerentur, & privato cujuſque ſtudio volverentur. Duos memorat Georgius Wicelius in præfat. ad Hagiologium Fuldenſes Monachos, quorum alter Ruggerus *pietate ac doctrina præſtantiſſimus ſex ingentia volumina compoſuerit* circiter annum 1156. Eſt is fortaſſis Ruggerus, qui XXXIX. nobiliſſimi illius cœnobii Abbas memoratur a Brawero noſtro Fuldenſ. Antiquit. lib. 4. diciturq; *libris peregregiis bibliothecam inſtruxiſſe*, obiiſſe 5. Junii 1177. *Ante Ruggerum hunc diligentiſſimũ ſcriptorem*, inquit idem Wicelius, *ſudarat in eodem lucubrandi ſtadio Arnodulphus cœnobita facundiſſimus.* At neutrum exiſtimo vitas ipſas ſuo ſtylo compoſuiſſe, ſaltem omnes, ſed ab aliis antea editas coarcervaſſe. Argumento mihi eſt codex Fuldenſis olim Roſweydo noſtro commodatus, perantiquus, planeque vel unus eorum quos Ruggerus collegit, vel ex iis deſcriptus; qui tamen Vitas continet quas alibi in melioris notæ mſs. paſſim reperias. Ut autem Fuldæ, fuere in ceteris quoque aſceteriis qui tum alia præſtantia volumina tum præſertim Sanctorum hiſtorias vel ſcriberent, vel aliunde curarent, monachi & Abbates. Sed de iis præcipue quærimus, qui ſuas lucubrationes emiſere in lucem, ut pluribus prodeſſent.

præſertim monachi,

ut Ruggerus & Arnodulphus Fuldenſes;

Vincentius Bellovacenſis ex ordine Prædicatorũ præter alia Speculum hiſtoriale ſcripſit, quod ab orbe condito ad ſua perduxit tempora, ad annum videlicet 1244. quo ſcribebat, ut lib. 31. cap. 105. teſtatur. Ei operi pleraque ex actis Sanctorum inſeruit, multa ex *Helinandi monachi Frigidimontis, viri religioſi & facundia diſerti*, chronicis mutuatus, ut lib. 29. cap. 108. fatetur: uti ex ipſo Vincentio plurima in ſua chronica tranſtulit S. Antoninus. *Bellovacenſem* appellatum eſſe Vincentium arbitror a diurina apud Bellovacos commoratione, licet non deſint qui ortum e Bellovacis velint, quem alioquin plerique gente Burgundum faciunt. Nam falli omnino videntur, qui Bellovacenſem fuiſſe Epiſcopum exiſtimant, Sixtus Senenſis, Poſſevinus, Bellarminus, Voſſius, Miræus: quibus refragantur qui illius urbis hiſtoriam accurate ſcripſerunt, Lovetus & Loiſelius, quique Gallicanorum Antiſtitum catalogos confecere Claudius Robertus & Joannes Chenu Biturix.

Vincentius Bellovacenſis in Speculo;

Diutiſſime in omnium manibus fuit *Legenda Aurea Jacobi de Voragine* ex eodem Ordine Prædicatorum. Eſt *Vorago*, unde vel ortus vel certe cognomen duxit Jacobus, in ora Liguſtici maris Genuam inter ac Savonam oppidum, quod olim *Vicus Virginis* in tabulis itinerariis appellatum videtur, Itali *Varaggio*, alii *Viragine*, alii *Veraze* appellant; Leander *Virgium*, alii *Voragium*; Ubertus Folieta videtur *Varaginem* dici velle, cum Jacobum *Varaginenſem* vocet, ut mox dicemus. Fuit Jacobus Theologiæ profeſſor, doctiſſimus vir ac ſanctiſſimus, meritoq; a Baptiſta Michaele Pio, Leandro Alberto, Fernardo de Caſtilho, aliiſque laudatus. Archiepiſcopus Genuenſis anno 1292. electus, probante Nicolao IV. Pontifice maximo, *moribus*, inquit Jacobus Philippus Bergomenſis, *& doctrina ac dignitate magno in pretio fuit, atque Genuenſem ſuam Eccleſiam verbo & opere plurimum juvit.* Subdit deinde, illius libris enumeratis: *Hunc autem illum exiſtimo Porchetum eſſe Genuenſem Epiſcopum, de quo Blondus Forolivienſis in hiſtoriis ſuis dixit, quod cum ante pedes Bonifacii VIII. in die Cinerum ſe poſuiſſet pro cineribus ex more ſuſcipiendis, ubi cum ex more dici a Sacerdote conſuetum eſt, Memento homo quia cinis es & in cinerem reverteris; Bonifacius Pontifex videns hominem, mutatis quibuſdam verbis dixit: Memento, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis tuis in nihilum reverteris: & ſic cineres in oculos ejus injecit, non in caput, ut mos eſt, atq; ita ipſum Archiepiſcopatu privavit, licet poſtea illum reſtituerit.* At cui id credibile videatur,

Jacobus de Varagine.

Epiſcopus Genuenſis.

Gibellinorum non fautor,

eum

Digitized by Google

cum etiam ante Bonifacii pontificatum pacem Guelfos inter ac Gibellinos conciliarit Jacobus? Teſtatur id Folieta lib. 6. hiſtor. Genuen. *Tantis novas bellis addunt*, inquit, *inteſtinas diſcordias, quæ inter Guelfos & Gibellinos per 50. annos civitatem continenter vexarant, ad aliquantulum tempus conſopivit. Quæ in re opera & officium ſeduli Paſtoris Jacobi Varaginenſis archiepiſcopi, viri pii & ſancti, conſtitit: qui hortando, monendo, rogando, divini Numinis diſcordias abominantis metum injiciendo, non prius abſtitit incepto quam inchoata conſilia ad effectum perduxit. Eo igitur auctore concordia & pax inita eſt anno ejus ſeculi nonageſimo quinto.* Hæc Folieta. Qui conſequens eſt, ut licet ea poſtea recruduerint ſimultates, alteri ſe partis fautorem adjunxerit; junxerit Antiſtes? Quid quod alienum illud eſt quod narratur, Pontificis Maximi majeſtate? Non tamen de Jacobo ea primum conficta fabula eſt, ſed de Joanne Porchero Spinola, ejus ſucceſſore; credo quod Spinolæ tunc omnes (ſi domum unam exceperis) Gibellini erant, illiuſque adeo factionis principes. Et Flavium Blondum vel negligenter legit Bergomenſis, vel in ipſius Chronico tranſcribendo incurioſe & oſcitanter ſe geſſit librarius. Verba Blondi hiſtoriar. ab inclinat. Rom. imperii Decad. 2. l. 9. ſunt hæc: *Jacobo de Varagine Genuenſi Præſuli ſuffectus eſt Porchetus Spinola Minorum Ordinis qui pro confirmatione ad ipſum Bonifacium*, &c. *& eum archiepiſcopatu eadem die privavit, quem & paullo poſt reſtituit.* Deſignatus eſt Archiepiſcopus Porchetus anno 1299. ut ex Bonifacii VIII. bulla, 3. Non. Februarii, pontificatus ejus an. 5. data patet, apud Lucam Wadingum to. 2. Annalium Minorum, in qua eum appellat *Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, litterarum ſcientia, honeſtate morum, & aliis virtutum meritis redimitum.* Varia de eo prædicat in duabus bullis XVI. & XV. Kal. Septembr. 1301. datis, quibus archiepiſcopatum ei reſtituit.

Ea igitur exploſa fabula, nunc de Jacobi Legenda dicamus. *Præter Eccleſiæ regimen*, inquit idem Bergomenſis, *& ante epiſcopatum & in ipſo epiſcopatu multos commentariolos ſucco plenos compoſuit, & multas Sanctorum Vitas diffuſas atque diſperſas in unum volumen collegit.* Hæc eſt Aurea illa Legenda, ſive hiſtoria Longobardica, utroque enim nomine inſignitur; quod Fernandum de Caſtillio fugit: is enim hiſtoriæ Prædicat. 1. par. lib. 3. c. 49 inter Jacobi opera recenſet *magnum volumen de vitis Sanctorum, Chronica Genuenſium, hiſtoriam Longobardicam.* Sed unus idemque eſt liber de Vitis Sanctorum, & hiſtoria Longobardica: quæ quia plurimas celeberrimorum Sanctorum vitas, eorum ferè qui in Eccleſiæ Romanæ Kalendariis inſcripti, ſuccinctè complecteretur, avide deſcripta & omnium volutata manibus eſt, & poſtquam ars typographica inventa eſt, ſæpius recuſa.

Aucta eſt deinde quibuſdam aliis adjectis ad calcem hiſtoriis Sanctorum. Sed addidit alius (ut puto) quiſpiam vitis nonnullis ineptam & ridiculam nominum interpretationem, indignam ſane Jacobi eruditione; ut cum dicitur *Ægidius* formari *ab e quod eſt ſine, & geos quod eſt terra, & dyan quod eſt clarum, ſive divinum; Timotheus, quaſi timore tenens, vel a timore & theos; Symphorianus a ſymphonia; Hippolytus ab yper quod eſt ſuper, & litos quod eſt lapis; Sixtus a ſios quod eſt Deus, & ſtatus, quaſi divinus ſtatus; Vedaſtus quaſi vere dans æſtus.* Omitto cetera non minus abſurda; quæ cum indocti homines pro pulpitis identidem declamarent, nauſeam & riſum movebant eruditis, ſeque ipſos & Sanctorum hiſtorias in ſummam adducebant contemptionem. Unde illa ſunt Georgii Wicelii in præfat. ad Hagiologium: *Poſt extitit Jacobus Voraginis Præſul Genuenſis, qui vixit an. 1290. Verum quid is præſtiterit vel cæco perſpicuum ſit. Longe melius Voragine de Eccleſia meritus Petrus Lombardus, qui poſt Voraginem ſcriptitavit, multa mutuatus ad verbum ex ſcriptis veterum; id quod conferenti inter ſe libros facile adparet. Mythologiis ille impenſius indulget: quamobrem in tantum contemptum abiit apud omnes cordatos. Hac profecto Lombardica hactenus nimium uſa, ſeu abuſa potius, cathedra ſunt, contemptis interim aut certe neglectis Sanctorum aliis, quæ nobis eccleſiaſtica hiſtoria Euſebio Pamphilo auctore offerebat in Chriſti gregem divulganda. Nec vulgares paſſim bibliotheca in monaſteriis contineat hiſtoricum quid de Sanctis, præter hanc unam Lombardicam, quam cur Auream vocent demiror. Sub eoſdem annos, ni fallor, conſarcinavit Vincentius Belvacenſis Speculum illud ſuum, qui ipſe quoque compilator Voragini præferri meretur.*

Hæc Wicelius, ſeverius quam ſolidius. Quis enim ille eſt Petrus Lombardus, qui poſt Voraginem ſcriptitavit? An Magiſter ſententiarum, Pariſiorum Antiſtes? At qui *poſt Voraginem ſcriptitavit*, qui 140. annis eum anteceſſit? Et quam ille hiſtoriam ſcripſit? An Petrus Comeſtor Presbyter Trecenſis auctor hiſtoriæ ſcholaſticæ, quam ſolum uſque ad cædem Apoſtolorum Petri & Pauli perduxit? Et hic Lombardo ſuppar, antequam natus eſſet Jacobus de Voragine, migravit e vita. Ubi vero mythologiæ ſtudet Jacobus, bone Wiceli? Ego certe non omnia probo quæ ille ſcribit; quin tamen vetera ſecutus ſit monumenta, non dubito, & plurimas ejus hiſtorias reperio cum veteribus & genuinis congruere: non omnes evolvi; nec neceſſe eſt, cum fontem reperi, rivos conſectari: ſed ſi prius in hos incidi, an etiam ex illo ducti ſint, an non fluant lutulenti, an non pigro lapſu repant, an non aliunde paluſtrem undam trahant, juvat diſpicere: quam, inquam, breviatoribus aut paraphraſtis adjungere fidem par ſit, ex veterum ſtatuo cum ipſorum ſcriptis collatione. Cenſeo igitur, injuria, ut plurimum, neotericorum judiciis vapulare eam Legendam. An omnia quæ de Sanctis dicentur, niſi ſint ex Euſebio ſumpta, aſpernabitur Wicelius? Unde ipſe S. Bennonis, S. Claræ, S. Ægidii, S. Auguſtini, & aliorum plurimorum geſta accepit? ut omittam ſane ridiculum illud, quod Caroli Magni vitam ſe ex Plutarcho dare, nimis oſcitanter in margine adſcribat. Deinde quam illud falſum, nullas in vulgaribus cœnobiorum bibliothecis præter hanc Legendam extare Sanctorum hiſtorias! Nullum contra reperire eſt antiquum monaſterium, quod quidem hæreticorum ævi hujus effugerit rabiem, quin aliqui in eo præclari de Sanctorum rebus geſtis codices extent, ac plerique antiqua manu exarati. Bellovacenſem denique Varaginenſi præfert Wicelius. Habebit me in eo ſuffragatorem, ſed non etiam, ut *ſub eoſdem annos*, quod ipſe ait, ſcripſiſſe utrumque confitear, cum hic anno 1298. ille 1256. dicatur deceſſiſſe: neque illum eum amplector, hunc repudiabo, & cenſoria ſeveritate perſtringam: non idem utriuſque inſtitutum eſt. Latius evagatur Vincentius, neque ſola Divorum Acta complectitur, neque ea apte ad faſtos Eccleſiaſticos diſtribuit.

Wicelio ſeverius aliquanto acerbiuſque de Legenda Aurea pronuntiat Johannes Ludovicus Vives lib. 2. de cauſſis corruptarum artium in hæc verba: *Quam indigna eſt Divis & hominibus Chriſtianis illa Sanctorum hiſtoria quæ Legenda Aurea nominatur, quam neſcio cur auream appellent, cum ſcripta ſit ab homine ferrei oris, plumbei cordis. Quid fœdius dici poteſt illo libro? O quam pudendum eſt nobis Chriſtianis, non eſſe præſtantiſſimos noſtrum Divorum actus verius & accuratius memoria mandatos, ſive ad cognitionem ſive ad imitationem tantæ virtutis!* Ludovicum Vivem ſemper maximi feci, ſingulari eruditione, gravitate, prudentia virum; planeque illi aſſentior, præſtantiſſimos Divorum actus accuratius debuiſſe, quam vulgo factum ſit, mandari litteris. Sed quod Legendæ illius auctori ita maledicit, ut virum ſanctum & ſapientem

plum-

ſed pacificator.

(de cujus ſucceſſore exploſa fabula)

In Legenda Aurea, ſive hiſtoria Longobardica.


In quibuſdam nominibus ſignificationes.

In com. Georg. Wicelii cenſura.

aſſerta (?)

Sentent. Jo. Ludovici Vivis.

Digitized by Google



Incipit prologus ſiue promulgatio conſtitutionum ſiue ordinationum atq; legum editarum p illuſtriſſimu dominū iacobum ſcdm regem maioricar. Comitem Roſſil' et ceritañ atq; dn̄s mōtpl̄i ſup bono ſtatu et regimine atq; ornatu et iuſtitia ſacre ſue domus regie

Iacob; dei gratia rex maioric' comes Roſſil' ⁊ ceritañ ac dn̄s montiſpll. Ad ppetuā rei memoriam. In recta diſpēſatione regimis hoc ꝓpenſius ſollicitudini preſidentis incubit ut ad res gerendas et offitia gubernāda ydoneos miniſtros inſtituat. quib; ſingl'r ſingula offitia diuiſi regēda comittat. Suatis tñ ſolerter ut cōuenit iux offitiorum exigentiā gradu debito ac congruēti ordine miniſtror. Sic etenī cunctor offitiorū decent' geret' adminiſtratio. ſi debit; īter miniſtros differētie ordo ſuetur. quo uidelicet minores potiorib; pareant maioresq; minorib; directionē ī deuius zelo ſincē dilectionis impendāt. ¶ porro ñ minꝰ ī offitior diſtributione debet attendi. ne uni ſoli qūtumlibet exercitate perſone pl'a ſimul comittāt offitia. nec enī facile putādū eſt unā pſonā plurib; offitiis recte gerēdis ſuffice cū uix poſſit aliqs unum dū taxat diligent' explere. q̄p

Leg. Palatin. Tab. I

Digitized by Google

DE ACTIS SANCTORUM

EORUMQUE DILUCIDATIONE ET EDITIONE AD ADM. REVERENDUM DOMINUM AC PATREM

THOMAM LUYTENS

MONASTERII LÆTIENSIS ORD. S. BENEDICTI ABBATEM, ET RELIGIOSISSIMUM EJUS CONVENTUM,

JOANNIS BOLLANDI

PRÆFATIO.

HEribertus Roſweydus a Adumbrarat hic olim, admodum Reverende Domine, formam magni & ardui, quod moliebatur, operis. Acta enim Sanctorum, quæcumque ſcripta unquam, parabat undequaque conquirere, edita atq; inedita, eaque, ut compoſita primom, emittere in lucem; ſed Notationibus illuſtrata, quibus & obſcura explanaret, & firmaret ambigua, & pugnantia conciliaret, & quæ ex iis percipi utilitates poſſent, oſtenderet. Perſpexerat ſagaci vir judicio, plurimam in iis Actis ineſſe antiquitatem, quæ alibi vetuſtate immutata reſtitui inde poſſet, alibi uſu ævi poſterioris rite ſtabilita, majorem tamen habitura eſſet jucunditatem auctoritatemque, ſi ab illis heroicis arceſſeretur temporibus. Sed, ut adhuc edita eſſent, fidem haud magnam eſſe impetratura, cum recenti ornata & limata ſtylo, facile ſuſpicionem afferrent, veri vel fallaciter adulterati, vel ignorantia vitiati. Sin quæ probatæ vetuſtatis extarent, ea delicato quorumdam palato coaceſcere, niſi eruditæ obſervationis velut ſuavitate condirentur: plura tamen etiamnum & præclara latere. Ergo quo tempore eum philoſophiam profitentem Duaci audiebas, Admodum Reverende Domine, ſi quid erat a ſcholis vacui temporis, ad vicina Ordinis veſtri, antiquiſſima illa ſanctiſſimaq; monaſteria itabat: ibi ſe in bibliothecam abdebat, veteres codices ſcrutabatur, ſi quæ acta Divorum vulgo ignorata reperiret, deſcribebat diligenter. Et jam tom in ſpem venerat poſſe a ſe opus illud elaborari, cujus ſpecimen quoddam, quaſiq; leviter informatam imaginem oſtentavit, *Faſtos Sanctorum, quorum Vitæ in Belgicis bibliothecis manuſcriptæ*; item *Acta Præſidalia ſanctorum Martyrum Tharaci, Probi, & Andronici*.

Veram ubi ille philoſophiæ, dein & ſacrarum litterarum Antuerpiæ explanandarum provincia perfunctus, ſeſe ad hoc ſuum penſum ac munus revocavit; ita multa inciderunt, quæ ejus ſibi vendicarent, aut certe invitarent atq; allectarent ſtylum, ut ne ordinare quidē ac digerere quæ de Sanctis plurima collegerat potuerit, nedum Annotationes ſuas animadverſioneſq; elaborara. Nam primum *De fide Hæreticis ſervanda ex Decreto Concilii Conſtantienſis Diſſertationem cum Daniele Plancio* anno 1610. edidit, cum Faſtos triennio ante emiſiſſet. An. deinde 1613. *Notationes in vetus Martyrologium Romanum*; dein *Martyrologium Adonis ad MSS. recenſitum* publicavit 1614. *Legem Talionis 12. Tabularum Cardinali Baronio ab Iſaaco Caſaubono dictam, retaliatione retortam* 1615. *Vitas Patrum Auctoribus ſuis & nitori priſtino reſtitutas, Notationibus illuſtratas*, quas deinde anno 1628. recognitas & auctas denuo vulgavit: utque Teutonico Belgarum idiomate anno 1617. prodirent, elaboravit. Eodem anno 1617. *Vindicias Gampenſes pro Thoma de Kempis, Auctore libri aurei de Imitatione Chriſti adverſus Conſtantinum Cajetanum Abbatem S. Baronti*, dedit 1619. *Anti-Capellum, ſive Exploſionem naniarum Jacobi Capelli, quas funeri Iſaaci Caſauboni ad Legem 12. Tabullarum in Vindiciis ſuis accinuit*, dein *Syllabum malæ fidei Capellianæ ex Jacobi Capelli mendaci aſſertione bonæ fidei & fictis artibus Romanæ Sedis*, 1621. *Joannem Buſchium, de origine cœnobii & capituli Windesheimenſis*, primus in lucem protulit. *Eucherium Lugdunēſem de contemptu mundi & laude Eremi* recenſitum. 1622. *D. Paulini Epiſcopi Nolani opera Notis illuſtrata*. Lingua vero Belgica edidit *Vitas Sanctorum* an. 1619. & auctiores 1629. duobus tomis. *Silvam Eremitarum Ægypti ac Paleſtinæ* cum figuris æneis Bolſwerdii 1619. *Hiſtoriam Eccleſiaſticam a Chriſto ad Urbanum* 8. duobus tomis 1623. cum *Hiſtoria Eccleſiæ Belgicæ*. 1626. *Vitas Sanctarum Virginum quæ in ſeculo vixerunt* cum imaginibus æreæ ſculpturæ, addito *Tractatu de ſtatu virginitatis*: & alia, quæ lubens prætermitto, quia etſi utilia illa publico fuerunt, tamen præter Martyrologia Romanum & Adonis, ac Vitas Patrum, maluiſſem aliis ea reliquiſſet, & Vitas Sanctorum ſerio ſumpſiſſet in manus, ut qui *pluteum* jam *premebat* Januarius, *ut adornaretur ad prælum*, quod ipſe in nova Adlocutione ad ſanctiſſimum Deceſſorem tuom Antonium Winghium ſecundæ editioni Vitarum Patrum præfixa teſtatur, preſſus ipſe potius eſſet erudito ejus ſtylo ſerio ac diligenter.

Tandem anno ætatis 60. ſeculi hujus 29. ab ingreſſu ſuo in Societatem 40. cum etiam tum robuſtus eſſet ac vegetus, & ſuum illud principale opus aggredi cogitares, ad quod perficiendum multa eſſet jam congeſta materia; ad contemplanda coram Divorum decora & triumphos evocatus eſt a Deo. Nam cum Silvaducis a Batavis expugnata, pulſi inde noſtri ab hæreticis eſſent, & quibus eorum huc traſportati erant libri, haud ſatis apte denſatæ & coagmentatæ naves humorem traxiſſent, qui ipſis libris illapſus tabificum neſcio quem fœtorem expirabat, hos ille libros cum præpropere pro ſua inexplebili diſcendi cupiditate pervolvit, atque avide inveſtigat, num quid ſibi antehac inviſum reperire poſſit, corruptum ex iis aerem hauſit, quo commotum alteratumq; ſibi corpus fuiſſe, nonnemini tunc eſt queſtus. Pauci dies abierant, cum hominem quemdam contagioſo morbo laborantem ad pie moriendum cohortans, ac deinde expiranti aſſiſtens, febrim ipſe quoque concepit, qua celeriter intra paucos dies 4. Non. Octob. 1629. extinctus eſt.

Luxere mortem illius boni omnes, quibus erat ob candidiſſimos mores & ſingularem eruditionem percarus. Luxit præcipue optimus ille Deceſſor Tuus, Admodum Reverende Domine, qui non ſolum Sanctorum Vitas a Roſweydo expetiiſſet, ſed & ſperaſſet Arnobium, Tertullianum, Lactantium, Minutium, Pruden-

dentium, alioſque Eccleſiaſticos Scriptores, ſed & myſtica omnia veterum Patrum ſcripta, ab eo recognitum iri atque Annotationibus illuſtratum, magis illius eruditione, ſuoq; Eccleſiam ornandi voto, quam anguſtis & incertis ævi humani ſpatiis ſpes metiens ſuas. Non oportuit tamen quæ ille multo tempore, magno labore collegerat, illius morte intercipi univerſa. Diſpicere eo mortuo cœperunt Præſides noſtri, quis id ſuſcipere onus poſset. Ad me potiſſimum adiere, quod nec abhorrere me ab illis ſtudiis norant, & integra etiam tum ætate ac firmis viribus eſse. Aſt Ego, licet abſolvi opus illud perciperem, tamen meæ mihi conſcius tenuitatis, tum cui viro ſuccederem, quæ eſset illius operis jam concitata expectatio, timide illud capeſſivi. Poſtea vero, ubi animadverti in quantam eſsem ſilvam, quam denſam, quam opacam ingreſsus, quam nihil ordinatum ac dilucidatum ab Roſweydo eſset, prope me cœpti pœnituit. Sed illud deinde in mentem venit, ſi Deo cordi eſset, ſuorum militum res geſtas ita prodire in lucem, proviſurum ut vel a me quoquo modo hoc opus promoveretur, quod deinde peritior perficeret: conatum modo ac diligentiam poſtulari, quæ nollem ſane quidem a me, quamcumque ad rem me applicaſsem, deſiderari. Ordinavi primum Vitas omnes MSS. editaſq; Interpellavi deinde veteres Roſweydi amicos, ac plures alios, quos didiceram poſse ac velle aliquid ad tanti operis abſolutionem conferre. Nec infeliciter is ſuſceptus eſt labor. Luculentam ille materiam congeſserat: eam ego in quadruplum auxi.

Sed cum nec Præſidibus probare me diligentiam meam poſse viderem, nec amicis fidem, niſi quamprimum partem aliquam proferrem operis; ſtatui mihi committendum eſse, ut menſis unius Vitas darem. Non erat id quidem perinde aut facile mihi, aut operi univerſo conveniens: nam cum Vita una alteri afferat lucem, longe illud ſuis omnibus partibus aptius fuiſset expletum, ſi omnes antea examinare Vitas licuiſset. Quid quod unica ſæpe animadverſione poſſint plurium illuſtrari Acta Sanctorum; quo vero loco ea debeat potiſſimum collocari, id principio commode perſpici nequeat? Futura etiam fortaſſis non pauca, quæ poſtea, pleniorem uberioramque aſsecutus cognitionem, ac lucem, nolim fuiſse vulgata. Denique nihil hoc videri aliud, niſi attolli ad faſtigium partem ædificii anteriorem, cum ceterarum vix poſita ſint fundamenta. Verum ita urgebar multorum vocibus ac prope conviciis, ut cedendum fuerit. Ac præſertim religioſiſſimi Deceſsoris Tui aſſiduis monitionibus non potui non parere. Querebatur ille ita differri ac procraſtinari editionem operis hujus, ut nullam aſset partem illius abſolutam viſurus: monebat, caverem etiam atque etiam ne lectionis fructu & multarum virtutum exemplis multos arguerer defraudaſse. Deinde quem mihi poſthac ſuppeditaturum eſse, quas deſiderem Vitas? quem crediturum, id me ſerio meditari, ſi nihil prodeat? Quid ſi quis Vitas quæ Surio deſunt, (neque enim obſtructos eſse aliis qui mihi patuerunt fontes) colligat ac publicet, an non defloratum iri laborem meum? Quem poſtea empturum ingentia volumina, quæ nihil afferant novi; præter Annotationes dumtaxat aliquas, quæ quanti ſint momenti ambiguum ſit? Sin emendandum quidpiam poſtea videatur, non defuturam opportunitatem quamdiu ſuppetet vita. Igitur Januarium menſem aliquot annorum ſtudio abſolvi. Is tamen etſi dudum recenſitus & recognitus, ne ita celeriter prodiret, tum novæ belli tempeſtates, quæ chartæ copiam importari in has partes, ut antea, e Lotharingia & Gallia non ſinebant, tum afflicta mea ſuperiori hyeme valetudo, atque aliæ neceſsariæ interceſsere occupationes. Multa tamen interea & diſtincta accuratius, & commodius digeſta, & aliunde plenius conquiſita: aliorum etiam menſium vitæ ex parte diſcuſsæ jam atque examinatæ.

Ad Te vero potiſſimum, Admodum Reverende Domine, hujus vaſti operis oportebat venire primitias, quæ Deceſsori debitæ ac Tibi, multis nominibus. Cum ipſe ſingula adire loca non poſsem, ac mea manu quæ cupiebam deſcribere; faciendum fuit ut vel amanuenſium adhiberetur opera, vel huc codices ipſi, bona commodantium venia, adveherentur: ad utramque eam rem neceſſarios ſumptus, nec ſane exiguos, vos præſtitiſtis, ſaltem præcipue. Deinde quam amica illius conſilia! quam acre in expendenda, quam mihi propoſueram, methodo ac Vitis ipſis judicium? quanta in urgendo opere, veluti (ut vere erat) ſuo aſſiduitas! Tuæ vero quam multæ, quam eruditæ, quanta fide & benevolentia ſuggeſtæ obſervationes! Quot Vitæ e variis codicibus Tua manu deſcriptæ, cum eo adhuc ſuperſtite cœnobii Superior eſſes & tironum Magiſter! Quid de ceterorum ſanctiſſimi conventus veſtri venerabilium Patrum amore dicam? Quid de optimi Chriſtiani le Roy induſtria ac ſtudio indefeſſo, cujus viri non poſſum, etiam tanto poſt tempore, non cum ſummo dolore recordari. Erat is profecto & conventus veſtri & totius Ordinis non vulgare ornamentum.

Veſtrum igitur hoc eſt opus, vobis multiplici titulo debitum. Sed memini, quam Deceſſor idem ille Tuus ac Pater nollet ſibi libros dedicari; ſive ſubmiſſionis ſtudio, ne toties ſuum libris inſcriptum nomen legeretur, laudarentur virtutes; ſive quod univerſim totam dicandorum librorum rationem minime probaret, cum diceret veteribus Dedicationem ac Præfationem partem fuiſse operis totius, non, ut nunc fit, veluti propylæum quoddam a reliquo avulſum ædificio. Quod tamen ab omni retro memoria ſacris Scriptoribus, ac nominatim veſtri ordinis fuiſſe uſitatum, plurimis exemplis tunc probaſti: quæ cum agnoſceret vere dici, ſibi tamen certe dicari nolle ajebat. Negavi autem tunc, opus meum ubi prodiret ulli offerri quam ipſi fas eſse: ſed uſurum me ea moderatione, ut opus illius numini inſcriberetur eo modo, qui neque meam ſimplicem ſynceritatem dedeceret, nec illius eſset pudori moleſtus: nam quæ ceteri Scriptores ſolent Lectorem in exordio operis admonere, de his me cum ipſo in Dedicatione diſsertaturum, qui ei uni mallem quam quantævis aliorum Lectorum frequentiæ meas probare lucubrationes.

Quæ igitur præloqui cum eo hac ratione cogitabam, de iis nunc Tecum, Admodum Reverende Domine, conſeram ſermonem, aut potius quid in hoc opere mihi propoſitum ſit, ita Tibi explanabo, ut ceteris Lectoribus probatum iri confidam, quæ judicio erunt tuo graviſſimo ſapientiſſimoque firmata. Scio Deceſsoris Te ut ceteras virtutes ita & modeſtiam imitari, atque ambitioſas averſari Dedicationes. Ipſe in hunc fere modum Vitis Patrum olim præfatus eſt Roſweydus. Opus univerſum, quia de Sanctis, ſanctitatis auctori Jeſu, arbitro ſanctitatis Pontifici Maximo brevi formula conſecrari principio oportuit. Nunc quem ſecutus ſim ordinem ac methodum, quid præcipue ſpectaverim, quibus uſus adjutoribus ſim, quam credibilia exiſtimem quæ ſcribo, quid deinceps mediter, aliquot capitibus exponam. Tu me, Admodum Reverende Domine, ut ſoles, conſilio rege, favore excita, precibus una cum ſanctiſſimo tuo cœtu, adjuva.

G A-

Google

CAPUT PRIMUM.

Occaſio ſcriptionis; ſcopus.

§. 1. *Hiſtoriæ ſacræ utilitas.*

SI quid hiſtoria, id eſt publica rerum geſtarum conſignata litteris memoria, hominum generi utilitatis affert aut voluptatis, præclaris exemplis animos ad officii partes omnes rite exequendas inſtituens, & varia admirabilium eventorum repræſentatione, velut ſpectaculo, recreans nunc doloribus preſſos ac curis, nunc difficilium temporum tædio languentes; id omne *Hiſtoriæ ſacræ utilitas.* multo luculentius in ſacra ineſt hiſtoria, ut vere dux vitæ, lux conſiliorum, morum magiſtra debeat exiſtimari. Nam ſive Annales Eccleſiaſticos quis volvat, ut qua ratione proſeminata primum vera religio ſit, perſpiciat, qua benigni Numinis providentia inter graviſſimas procellas adulta, qua deinde iniquitate temporum, morum corruptela, Antiſtitum ignavia, alibi relanguerit, evulſa alibi ſit, rurſumque pullularit; ſive peculiariter geſta a ſingulis, vel circa divinas religiones ſancte, vel in ceterorum convictu mortalium juſte, vel adverſus dæmones fortiter, diſcere maluerit; emolumenta & multa & magna percipiet.

Non enim ſolum illud jucundiſſimum eſt, quæ ſapientiſſimi & ſanctiſſimi viri mandarint litteris perlegere, quod ipſum tamen non poteſt non eximiam *quod Deum laudat,* parere mixtam reverentia voluptatem: ſed quantum eſt Dei ipſius ſplendidiſſimos triumphos ſpectare? Recte enim S. Hieronymus ad Hedibiam quæſt. 11. *Triumphus Dei eſt Martyrum paſſio*, ac poſt paullo: *Hic triumphus eſt Dei, Apoſtolorumq; victoria.* Quam illud votis omnibus expetendum, tropæa intueri de Dei hoſtibus erecta, monumenta bonitatis illius, inſignia majeſtatis, quæ non venti ſubruant, demoliantur hoſtes, conſumat vetuſtas, ad ſeculorum omnium ſempiternam memoriam ſtatuta, aſſiduis in cœlo laudibus ornanda, æterna beatiſſimorum ſupernæ Hieruſalem civium celebranda panegyri? Non enim de bellis & ceteris ſtolidiſſimorum hominum manibus ſtudiis iſthic colloquemur: ſed de factis Cœlitum ſingulorum illuſtribus & glorioſis. Miſſa illa faciemus, ceu vana pueritiæ crepundia: hæc jucundiſſimis uſurpabimus ſermonibus, & Dei gratiam perpetuo prædicabimus, cujus virtute eliſi inferorum conatus, fracti impetus tyrannorum, cupiditatum ardor reſtinctus, adverſa fortiter tolerata, ampliſſima relata ſunt præmia. Huic ſempiternæ agentur grates, huic indefeſſis choris plaudetur, huic ſuaviſſimæ eæque innumerabiles accinentur laudes.

Neque tamen hiſce præconiis ita illum ornabimus noſtræ felicitatis auctorem, ut non & ipſis Sanctis gratulemur, quod ea dignati ſint propitii Numinis gratia, qua inſtructi tot res tam præclaras egerint, quibus im- *& Sanctos.* mortalem promeriti laudem ſint. Quæ tamen laus omnis in Dei redundabit gloriam & laudem. Nam ſi id illis pulcherrimum fuit, cæleſte hoc a Deo donum accepiſſe, Deo ſane multo glorioſius eſt, id illis eſſe largitum, utque ut recte uterentur providiſſe. Quæ res tamen etiam ipſis perquam honorifica eſt. Nam cum ii qui gratiam reſpuerunt oblatam, aut etiam adeptam poſtea abjecerunt, ſuppliciis crucientur æternis; merito quoque illis, qui ſponte ſua, nulla vi coacti, eam receperunt & ſummo ſtudio retinuerunt, merces ac laus æterna tribuetur. Eſt porro plauſus illius ac triumphi cœleſtis præludium quoddam, dum eorum hic benefacta traduntur litteris, leguntur, prædicantur; quæ res & nobis ſalutaris, & ipſis grata eſt & glorioſa; non quo illi noſtro egeant præconio, ſed tamen id non abnuunt, a benevolo pioque animo profectum; ac nimirum prædicari a nobis Deum lætantur. Ideo nos ad eorum laudem ipſe provocat Sapientis ore Spiritus ſanctus, Eccleſiaſtici 44. 1: *Laudemus viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua.*

Maxime tamen ipſis grata ea eſt & decora laudatio, quæ moribus animique virtute exprimitur, ut non tam verbis quam intimo animi ſenſu laudemur. Uſuvenit illud quidem plerumque, ut licet abſque partium ſtudiis conſcripta ſit hiſtoria quæpiam, etiam profana, qui tamen eam legunt in alteram partem inclinatione quadam voluntatis ſenſim propendeant, *eorumq; favorem conciliat.* unde tamen norunt nihil ſibi emolumenti eſſe proventurum. Res hic aliter ſe habet. Quos Deo fidelem ſerviviſſe ſervitutem, eoque a ſceleratis omni injuriarum genere vexatos fuiſſe, ac tandem illuſtri potitos victoria legimus, iis non poſſumus, niſi improbi ſimus, non impenſe favere. Id cum ipſi & Angelorum, qui aſſidue humanis actionibus interſunt, miniſterio diſcant, & in Deo, in quo rerum omnium quæ ſiunt quæque factæ ſunt, aut olim futuræ, clariſſimæ inſunt ſpecies, intueantur qui ejus aſpectu intime perfruuntur Sancti; redamant illi nos viciſſim, ſuoque favore proſequuntur, patrocinio adjuvant, ut uberiorem a Deo gratiam conſequamur. Huc illa ſpectant Sancti Leonis I. Papæ ſermone 1. in natali Apoſtolor. Petri & Pauli: *De quorum præſidio, dilectiſſimi, divinitus nobis ad exemplum patientiæ & confirmationem fidei præparato univerſaliter quidem in omnium Sanctorum commemoratione lætandum eſt*, &c. ac deinde: *Sicut autem & nos experti ſumus, & noſtri probavere majores, credimus atque confidimus, inter omnes labores iſtius vitæ, ad obtinendam miſericordiam Dei, ſemper nos ſpecialium patronorum orationibus adjuvandos; ut quantum propriis peccatis deprimimur, tantum Apoſtolicis meritis erigamur.*

Verum ut id quoque abeſſet, quod tamen certiſſimum eſt, favoris præſidium; etiamſi, quod homines quidam fatui & amentes exiſtimant, neſcirent Sancti quid in terris de ipſis ſentiant loquanturve mortales; *& ad imitandum provocat.* quantum tamen ad permovendos animos noſtros valent illuſtria eorum facinora? Nemo neſcit quanta vis ſit exemplorum in utramque partem. Cantatiſſimum illud de Julio Cæſare, qui Gadibus *animadverſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine,* *Suet. in Jul. cap. 7.* *ingemuit, quaſi pertæſus ignaviam ſuam, quod nihildum a ſe memorabile actum eſſet in ætate qua jam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet.* Pervulgatum & illud Themiſtoclis noctu ambulantis in publico, quod ſomnum *Cic. Tuſc. qu. 4.* capere non poſſet, dicentiſque *Miltiadis tropæis ſe e ſomno ſuſcitari.* Hoc ſpectaſſe Romanos illos antiquos exiſtimo, dum etiam in conviviis, *canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes*, ut ex Catonis Originibus refert Cicero. Verum hæc apud Chriſtia- *Ibid.* nos multo & frequentiora ſunt & clariora. Quotuſquiſque magnum aliquid ſuſcipit, qui non alicujus ſibi e Cœlitum numero proponat exemplum? Quis cum eorum audit commemorari facinora, non inflammatur æmulandi cupiditate? Quid hic duos illos memorem Agentes in rebus, qui Treviris vix inſpecta Sancti Antonii Abbatis vita, illico ipſo die ſecuti ſunt exemplum? quid amborum ſponſas, quæ poſteaquam hoc audierunt, dicaverunt etiam ipſæ virginitatem Deo? Quid illos Sancti Auguſtini æſtus animi iſthæc narrante Potitiano, quos ipſe lib. 8. Confeſſion. cap. 7. indicat? Volumen ingens conficiam, ſi quæ hoc in genere, omni ævo acciderę, velim percenſere. Illud non poſſum non grata proſequi memoria, quod Sancto Ignatio, Societatis Jeſu parenti, contigiſſe noſtri referunt

Annales; cum plagæ, quam in tibia acceperat, perſanandæ cauſſa in lecto eſſe diutius quam militaris ejus indoles ferret, cogeretur, popoſciſſe profanum quempiam ſcriptorem, cujus lectione moleſtiam temporis levaret: ſed nullo ejuſmodi tunc domi reperto, duos ei oblatos, quorum alter Chriſti, alter Sanctorum geſta contineret: horum lectione præparatum, eos accepiſſe Divinæ gratiæ ſatus, quorum fructu orbis perfruitur univerſus. Mihi ipſi, fateri enim neceſſe eſt, cum admodum adoleſcens quæ S. Franciſcus Xaverius ejuſque ſocii in Oriente ad Chriſti amplificandum imperium præclare geſſiſſent, inſito quodam a natura ſciendi deſiderio, ſtudioſe pervolverem, mens primum injecta idem complectendi inſtitutum.

Eas habet hiſtoriæ ſacræ lectio utilitates. Plane ut mirandum videatur, præſertim hoc tempore, quo tot prodeunt eruditorum hominum lucubrationes, quibus vel imperii Romani, vel Græcarum Rerump. vel aliorum regnorum antiquitates illuſtrentur, (ut omittam qui ad Theologiam, juriſprudentiam, philoſophiam, matheſin, oratoriam poeticamque facultatem ſpectantes a plurimis eduntur commentarii) non plures reperiri, qui Sanctorum Actis eruendis ac dilucidandis operam impendant: cum hiſce ſtudiis Dei gloriam amplificare, Sanctorum & honorem augere & patrocinium ſibi conciliare, multis pulcherrimarum virtutum proponere exempla, atque ad ea conſectanda ſubdere ſtimulos poſſint. Quid quod ipſæ provinciarum urbiumque hiſtoriæ ex ſacris illis lucem præcipue mutuentur? Teſtor Andreæ Ducheſnii præclara rerum Francicarum volumina, in quibus plurima ſunt ex Vitis Sanctorum, & monumentis monaſteriorum excerpta. Guilielmum Cambdenum in Britania illuſtrata, Philippum Cluverium in Italia ac Germania, atque alios heterodoxos non piget ab his & firmiſſima & permulta ſumere teſtimonia.

Quamobrem confido, fore, ut apud antiquitatis amatores, pios præſertim & moderatos homines, meus hic *eoq; bonis probanda.* labor minime in reprehenſionem incurrat. Speciem quamdam eſſe regni cœleſtis pronuntiavit olim Chri-*Matth. 13, 52.* ſtus Salvator noſter, ſi de theſauro ſuo ſcriba doctus vetera proferat ac nova. Theſauros hic & veteres diu abditos, & novos, profero, etſi nec docte nec eleganter, diligenter tamen certe ac fideliter; quos & doctis non improbatum iri ſperem, & piis, in quorum potiſſimum gratiam hoc omne ſuſceptum ſtudium eſt, velim eſſe fructuoſos.

§. II. *Acta Sanctorum olim diligenter conſcripta.*

Eccleſia Romana, præſes ac cuſtos Chriſtianæ religionis, fidei baſis, arbitra veritatis, dux ſanctitatis, magiſtra morum, ac diſciplinæ, honeſtarum actionum & artium parens, ne qua ſuis pateretur vel inſtru-*Roma ſcripta olim Martyrum Acta.* menta deeſſe vel ornamenta virtutis, conſtituit ut ſanctorum hominum, eorum præſertim qui pro ſacrorum defenſione vitam poſuiſſent, res geſtæ diligenter litteris mandarentur. Sic quippe futurum exiſtimavit, ut & Deo, a cujus beneficentia omnis eorum beatitudo & decus promanavit, gratiæ agerentur, & Sanctis ipſis meritus honor redderetur, & eorum pararetur mortalibus patrocinium, & optimis ipſorum exemplis ceterorum conformarentur ad honeſtatem mores ac mentes. Et habuit ſane Eccleſia hac ipſa in re veteris Synagogæ exemplum; quod tamen etiam ſuperaret, niſi qua parte ipſe Spiritus veritatis olim Divorum præconia, ſed ad poſterorum præcipue, noſtram videlicet utilitatem dictavit.

Viguit autem hoc inſtitutum in Eccleſia Romana ab ipſis prope religionis noſtræ incunabulis. Nam in libro *per ſeptem Notarios;* de Rumanis Pontificibus, qui vulgo S. Damaſo tribuitur, de S. Clemeote iſthæc habentur: *Hic fecit ſeptem regiones dividi Notariis fidelibus Eccleſiæ, qui geſta Martyrum ſollicite & curioſe unuſquiſque per regionem ſuam diligenter perquirerent.* Erant quidem Urbis regiones XIV. ſed binæ ſingulis aſſignatæ Notariis, de quibus infra ad XX. diem Januarii in Fabiano. Quod in eodem libro de Pontificibus dicitur, *Hic dum multos libros zelo fidei Chriſtianæ religionis adſcriberet, martyrio coronatur*; ſuſpicari quis poſſit, cum illis Notariorum commentariis recognoſcendis incumberet comprehenſum eſſe S. Clementem ac relegatum, vel in ipſa Cherſoneſo interfectum dum eadem Sanctorum Acta Roma ad ſe miſſa recenſeret. Sed nihil in illius Actis iſtiuſmodi memoratur.

Eam rem, præclare ſancitam, annis poſt Clemen- *quibus præfecit ſubdiaconi.* tem fere 150. Fabianus Papa vel reſtituit vel ordinavit, additis Subdiaconis, qui vel conquirerent Acta deferrentq; ad Notarios deſcribenda, vel deſcripta relegerent, ac Diaconis traderent, vel certe quoquo modo ut munus ſuum ſedulo exequerentur Notarii, advigilarent. Ita enim idem ille de Pontificibus liber: *Hic regiones diviſit Diaconibus, & fecit ſeptem Subdiaconos, qui ſeptem Notariis imminerent, ut geſta Martyrum in integro colligerent.*


Diaconi igitur, aut Subdiaconi, accurate recenſita Acta offerebant Pontifici, qui prius a Notariis ea accipere, ipſeque recognoſcere conſueverat, ut ex eodem libro patet, ubi de S. Antero S. Fabiani deceſſore *recognoſci & recondi ſolita a Pontifice.* hæc habentur: *Hic geſta Martyrum diligenter a Notariis exquiſivit & in eccleſia recondidit, propter quod a Maximo Præfecto martyrio coronatus eſt.* Hæc illi martyrii cauſſa, indignante diabolo ſe victum legi, atque eam ob rem ſuæ improbitatis adminiſtros incitante, ut *obſtrepente non ſolo diabolo,* eadem abolerent acta, aut omnino ſcribi vetarent, vel infamia Cæſarum Judicumque, vel, ut ſæpe, ſuperſtitionis nomine obtento. Hinc illa in Actis S. Vincentii XXII. Januarii: *Probabile ſatis eſt ad gloriam Vincentii Martyris, quod deſcriptis paſſionis ipſius geſtis titulum invidit inimicus. Unde reddimus fide plena relationem geſtorum, quæ litterarum apicibus annotari Judex non immerito noluit, quia victum ſe erubeſcebat audiri. Naturalis ſiquidem providentia eſt male errantium, auferre de medio teſtimonium probitatis.*

Manavit præclarum hoc Romanæ Eccleſiæ inſtitutum ad ceteras quoq; provincias, vel lege Pontificia præſcriptum, vel gentibus exteris ſua ſponte petentibus ab *ſcripta quoque in provinciis, & cum aliis communicata.* ea Eccleſia optimarum rerum exempla, unde regulam accepiſſent ſanctitatis, ipſa nimirum religionis primordia. Nam ut de Actis ſileam S. Andreæ Apoſtoli, alibi diſcutiendis, quorum hoc eſt exordium: *Paſſionem ſancti Apoſtoli Andreæ, quam oculis noſtris vidimus, omnes Presbyteri & Diacones Eccleſiarum Achajæ, ſcribimus univerſis Eccleſiis quæ ſunt in Oriente & Occidente,* &c. Martyrium S. Polycarpi, quod XXVI. Januarii edimus, ipſa Smyrnenſis Eccleſia litteris mandavit & ad *in Aſia;* varias Aſiæ Eccleſias, forſitan & Italiæ ac Galliarum, miſit; cujus id exordium eſt: *Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη, καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη. Ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅς τις ὥσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Eccleſia Dei quæ Smyrnam incolit, Eccleſiæ Dei, quæ eſt Philadelphiæ, & omnibus ubique locorum ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ paræciis, miſericordia, & pax & caritas a Deo Patre & Domino noſtro Jeſu Chriſto multiplicetur. Scripſimus vobis, fratres, de iis qui martyrium ſubierunt, & de B. Polycarpo, qui velut ſua confeſſione conſignans, reſtinxit perſecutionem.* Idem exordium extat in mſſ. Latinis, & Euſebio

ſebio

SPECIMEN PRIVILEGII A HLOTHARIO IMP. DATI A.D. DCCCXLIII AQVISGR.

ubi maiores primæ lineæ characteres, hic trifariam divisi, implent membranæ longitudinem



In nomine dni nri ihu xpi dī aeterni Hlotharius diuina ordinante prouidentia

Impr augus dignum est ut imperialis maiestas procerum suorum rationabilibus

precibus aurem suae pietatis accomodet et ad effectum perducat quatenus in suis semper obse-

quiis eorum animos reddat efficatiores Igitur omnium fidelium ſtaē dī aecclesiae

Signum Hlotharii serenissimi augusti

Nota quod hæ duæ subsignationes in eadem fere continuabantur linea, hoc modo. augusti Hrodm . paulum subtus signante (cuius signum cum vestigio revulsæ ceræ vide in ultima tabula) Hrodmundo Notario

hrodmundus notarius ad uicem hilduini recognoui et

data xiiii kl mar anno xplo ppitio Imperij domni hlotharij pij Impris

in italia xxv et in francia iii indictione viii

hæc rursum est una linea, respondens toti membranæ ad infimum marginem

Actum aquisgrani palatio In dī nomine feliciter amen

In Propylæ tom 2. Apr post pag 12 Tab 2.

ſebio lib. 4. cap. 14. ubi tamen non Philadelphenſi ſcripta Eccleſiæ dicitur illa epiſtola, ſed Philomelienſi; quia pluribus miſſa & inſcripta, unde & idem Euſebius: ἔστι δ' ἡ γραφὴ, ἐκ προσώπου ἧς αὐτὸς Ἐκκλησίας ἡγεῖτο ταῖς κατὰ πόντον παροικίαις τὰ κατ' αὐτὸν ἀποσημαίνουσα. *Eſt autem ſcriptum illud ex perſona Eccleſiæ cui præerat, ad parœcias* (ſive Eccleſias) *Ponti miſſum, quæ ad eum ſpectant declarans.*

In Gallia. De Viennenſibus & Lugdunenſibus martyribus, de quibus II. Junii agemus, ita ſcribit lib. 5. c. 1. idem Euſebius: τὴν δὲ τούτων τῶν μαρτύρων γραφὴν αἱ τῆδε διαφανέσταται ἐκκλησίαι ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν διεπέμψαντο, τὰ παρ' αὐταῖς πραχθέντα, τοῦτον ἀνιστοροῦσαι τὸν τρόπον· παραθήσομαι δὲ τὰς αὐτῶν φωνάς. Οἱ ἐν Βιέννῃ καὶ Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας παροικοῦντες δοῦλοι Χριστοῦ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν τὴν αὐτὴν τῆς ἀπολυτρώσεως ἡμῖν πίστιν καὶ ἐλπίδα ἔχουσιν ἀδελφοῖς εἰρήνη καὶ χάρις καὶ δόξα ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, &c. *Epiſtolam de martyribus, quæ ibi illuſtriſſimæ ſunt Eccleſiæ, Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ miſerunt, res apud ſe geſtas ita commemorantes. Proferam ipſa earum verba. Qui Viennæ & Lugduni Galliæ habitant ſervi Chriſti, fratribus in Aſia & Phrygia eamdem nobiſcum habentibus redemptionis fidem ac ſpem, pax, gratia, & gloria a Deo Patre & Chriſto Jeſu Domino noſtro.* Recitat ex ea epiſtola glorioſum martyrum certamen quatuor ſequentibus capitibus Euſebius.

In Ægypto. Quin & Alexandrinorum Acta S. Dionyſium ipſorum Antiſtitem tradidiſſe litteris auctor eſt lib. 6. c. 34. Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Φάβιον Ἐπίσκοπον Ἀντιοχείων τῶν κατὰ Δέκιον μαρτυρησάντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοὺς ἀγῶνας τοῦτον ἱστορεῖ τὸν τρόπον. *Idem ipſe* (Dionyſius) *in epiſtola ad Fabium Antiochenum Epiſcopum, eorum qui Alexandriæ ſub Decio martyrium ſubierunt, certamina hunc in modum perſequitur.*

In Africa. Africanæ quoque Eccleſiæ in eadem re curanda ſtrenuam operam collocarunt, ut Pontius Diaconus in principio Actorum S. Cypriani Epiſcopi teſtatur: *Cum majores noſtri,* inquit, *plebejis & catechumenis martyrium conſecutis tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederint, ut de paſſionibus eorum multa, ac, prope dixerim, pæne cuncta conſcripſerint, ut ad noſtram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent,* &c. Niſi forte majores ille ſuos non Afros intelligit, ſed Romanum Clerum aliarumve præſides Eccleſiarum. Sed tamen Afer ipſe ea ſequitur præclare exempla; & aliorum ex eadem Africa Sanctorum paſſim Acta extant diligenter conſcripta.

Hi porro Notarii in ſuos commentarios referebant etiam ea quæ privatim in prætorio geſta erant, vel ea tabulis Exceptorum deſcripta, vel etiam pretio redempta. *quomodo acceptæ?* Erant & ipſi Exceptores & Notarii quandoque Chriſtiani, ut Geneſius ille Arelatenſis, qui XXV. Auguſti *eam officii partem ſtudio & arte amplexus dicitur, qua patronorum verba vel notæ ſignorum velocitate vel dextera, ſonum vocis æquaret.* Quamquam vero, *cum ante tribunal Exceptoris fungeretur officio, & injuſto atque ſacrilego mandato perſecutionis juſſa ederentur, quæ devotus Deo repudiaret audiens, & imprimere ceris manus ſancta reſpueret, abjectis tabulis ante pedes Judicis miniſterium ſacrilegum refugerit,* ut & multi aliàs; non eadem tamen certaminum quæ edictorum deſcribendorum erat ratio; cum in his adminiſtros ſe præbere deberent impietatis; illa vero ad decus ac ſplendorem veræ pietatis amplificandum ſpectarent. Sed cum res agebatur in propatulo, aderant ſæpenumero a Chriſtianis qui quæ dicerentur a martyribus & Judicibus fideliter referrent in tabulas. Utrorum a claſſa, illorum qui officio ſeculari merebant, an horum qui ſponte ſua id clam ſuſcipiebant munus, fuerint SS. Neon & Turbon, qui Acta Tergeminorum martyrum a VII. Januarii ſcripſiſſe dicuntur, in ambiguo aſt.

Quemadmodum autam Romæ ſingulari ſtudio ab ipſis ſupremis Pontificibus recognoſcebantur ea acta, ne quid Notarii addarent quod ipſis dedecori eſſe Sanctis, offendiculo legentibus poſſet; idem in provinciis factum licet conjicera. *recognita:* Imo & Romam miſſa, ut in ſumma illa arce religionis extarent monumenta gentium omnium Chriſto ſubjugatarum; & gratiæ Deo pro victoria agerentur; & ſi quid in tota certandi ratione, in martyrum reſponſis, honore iis mox ab Eccleſia impenſo, ſcriptis ipſis de eorum agone ineſſet, quod ſummo religionis noſtræ Antiſtiti non probaretur, id mox illius corrigeretur admonitione: *miſſa Romam;* denique ut facilius cum ceteris orbis Chriſtiani provinciis communicari illa poſſent, quæ uſpiam eſſent ad Dei gloriam, ſolatium & eruditionem ſuperſtitum geſta fortiter a martyribus. Probat hunc morem Andreas Sauſſajus v. cl. quod S. Dionyſius Pariſiorum Apoſtolus legatur præcepiſſe, ut quæ perpeteretur ſupplicia, quæque in iis loqueretur, diligenter conſignata litteris, poſt ſuum deceſſum ad Pontificem Romanum mitterentur; quodque ipſa Dionyſius ad Clementem Papam S. Eutropii Sanctonum Apoſtoli geſta miſerit, in quibus iſta leguntur: *Reverendiſſimo Papæ Clementi Dionyſius Antiſtes, proſapia Græcus, ſalutem in Chriſto. Eutropium, quem mecum in has oras ad prædicandum Chriſti nomen miſiſtis, martyrii coronam per manus Gentilium apud Xantonas urbem vobis notificamus pro Domini fide accepiſſe. Quapropter Paternitatem veſtram humiliter exoro, ut hunc paſſionis codicem conſanguineis meis, notis & amicis fidelibus in Græcia oris, Athenis præcipue, quam citius poteritis, mittere non differatis,* &c. Verum utriuſque Acta ſuo loco expendemus. Non deſunt alibi, quibus vetuſtus ille mos confirmetur, axempla. Ipſi Lugdunenſes martyres, apud Euſebium lib. 5. cap. 3. & 4. ad Eleutherum Papam litteras de ſuis certaminibus atque aliis Eccleſiaſticis cauſſis dediſſe leguntur, cum variis perfuncti tormentis extremam luctam opperirentur.

Id nunc multo etiam magis neceſſarium aſt, poſteaquam graviſſimis ſanctiſſimiſque legibus cautum, ne cui decus nomenque tribuatur martyrii, niſi Romanus Pontifex, cauſſa ac modo necis rite diſcuſſo, id cenſuerit. Neque nunc etiam deſunt, qui ab extremis Æthiopum, Indorum, & Japonum oris a Chriſti militibus illhic fortiter geſta ad Apoſtolicam Sedem tranſmittant. *quod ſit obſervatum:* Utinam non in Europa noſtra multorum hac in re caritas refrixiſſet! Viget quidem provida Romanæ Eccleſiæ cura ac ſtudium, ſed in provinciis quibuſdam, ubi in Chriſti membra hæreſis ſævit, vel orthodoxi deſunt Antiſtites, vel aliis diſtenti curis id negligunt, quod tamen non inter poſtrema Eccleſiæ decora debebat cenſeri. *nunc diligentius:* Fuere alioquin fidei noſtræ & Catholicæ eccleſiæ multi ab annis 130. & illuſtres triumphi, quos æternis conſignari tabulis oportebat.

Ar non martyrum ſolum, ſed aliorum quoque, qui vitam pie actam inſigni opinione ſanctitatis terminaſſent, præcipue ſi prodigiis eſſent a morte celebrati, ſcribi res præclare geſtæ conſueverunt. *Vitæ etiam non Martyrum ſcriptæ.* Quam ad rem cum alii viri probi & eruditi, tum ipſi etiam Antiſtites ſtudium contulerunt. Paſſim occurrent toto hoc opere exempla, eſſetque ſupervacaneum hic univerſos velle recenſere. Habes in Januario Vitas non paucas a doctiſſimis monachis conſcriptas; S. Hieronymo, Cyrillo, Eugippio, S. Fauſto, S. Beda, Rodulpho Glabro, Hugone Floreffienſi, aliis; a religioſiſſimis Abbatibus. S. Paſchaſio Ratberto, S. Gerardo Silvæ-majoris, B. Ealredo, Everhelmo; *a viris magnis.* a ſanctiſſimis Epiſcopis, S. Gregorio Theologo, S. Gregorio Turonenſi, S. Athanaſio Magno, B. Petro Damiani, Theodoreto, Fortunato, S. Hilario Arelatenſi, Leontio, Alberico Cardinale; viris aliis illuſtribus, Simeone Metaphraſte, Dynamio Patricio, Eginardo, Philippo Mazzerio Cypri Cancellario.

§. III. Acta Sanctorum a variis collecta, de Euſebio, & Simeone Metaphraſte.

Cum partim in Eccleſiarum archivis repoſita, partim in ſcriniis condita privatorum deliteſcerent, vel publica cura deſcripta, vel ſpeciali ſtudio elucubrata ſingulorum geſta Sanctorum; viſum eſt quibuſdam viris eruditis, ut ad plures eorum manaret utilitas, quibus alioquin ad illa ſacra tabularia non patebat acceſſus, præcipua quædam maximeque illuſtria in unum colligere volumen, & proferre in lucem. Princeps in hoc genere Euſebius Cæſarienſis fuit, qui Martyrum acta non tantum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ intexuit, ſed & ſeparatim alio opere edidit. Teſtatur id ipſe lib. 4. c. 14. ſub finem, ubi de S. Pionio ita ſcribit: *Cujus confeſſiones ſigillatim habitas, libertatem ſermonis, apologias pro fide coram populo ac Judicibus recitatas, conciones ad docendum accommodatas, ſuſceptionem benignam eorum qui perſecutionis acerbitate lapſi erant, ſolatia in carcere fratribus ad ſe confluentibus adhibita, quæ præterea ſuſtinuerit tormenta, quos in iis perpeſſus ſit dolores, ut confixus ſit clavis, qua rogum pertulerit animi conſtantia, qualem poſt tot res admirandas habuerit vitæ exitum, cum pleniſſime continent qui de ipſo conſcriptus eſt commentarius, ad hujus lectionem amandamus eos quibus ſtudium erit illa cognoſcere: eſt autem veterum martyriis a nobis collectis inſertus.* τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν μαρτυρίοις συντεταγμένον. Id opus ipſe τὴν τῶν Μαρτύρων συναγωγὴν, *Martyrum collectionem* vocat. lib. 5. cap. 1. ἃ μὲν περὶ τούτων ἐπιλεξάμενος τὸ πᾶν σύγγραμμα τῆς τῶν Μαρτύρων ἡμῖν κατατέτακται συναγωγῆς *accuratiſſimam de his narrationem continens libellus, Martyrum collectioni inſertus eſt a nobis.* Eodem nomine utitur lib. 5. c. 4. Et c. 21. ejuſdem libri ἀναγραφὴν appellat, τότε μὲν δὴ, inquit, de S. Apollonio Senatore loquens; τὰς ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ φωνὰς, καὶ τὰς ἀποκρίσεις, ἃς πρὸς πεῦσιν ἐποιήσατο τοῦ Περεννίου, πᾶσάν τε τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀπολογίαν, ὅτῳ διαγνῶναι φίλον, ἐκ τῆς τῶν ἀρχαίων μαρτύρων συναχθείσης ἡμῖν ἀναγραφῆς εἴσεται. *Illius coram Judice verba, reſponſa Perennis interrogationibus reddita, totamq; coram ſenatu habitam apologiam, ſi cui lubitum ſit cognoſcere, ex veterum Martyrum collecta a nobis deſcriptione intelliget.*

Hoc opus ſane amplum, ut cui inſertæ eſſent integræ apologiæ, an *Martyrologion* vocari debeat, ut quidam volunt, ſuperfluum eſt diſputare. Brevis Sanctorum indiculus, quæ vulgata *Martyrologii* notio, non fuit. Idne, an ex eo decerptum Sanctorum catalogum, citaverit Beda, alibi diſquiram. Nec omnium tamen, quotquot toto orbe interempti erant, Martyrum acta collegit Euſebius, ut ex ſuppoſititia quadam S. Hieronymi epiſtola aſtruere quidam moliuntur; ſed maxime clarorum & illuſtrium, aut certe quorum nanciſci res geſtas, potuit. Nam ſi ita prolixe, ut ſe in Pionio & Apollonio feciſſe teſtatur, omnium totius Eccleſiæ ſcribere acta Martyrum voluiſſet, *non unus liber, non centum* (*audacter dicam*, inquit Baronius Apparatu ad Martyrologium cap. 6.) *non denique mille fuiſſent ſatis.* Nuſquam tamen id Euſebius, quod quidem meminerim, unicum fuiſſe volumen ſcribit. Id opus an uſquam extet, divinare non poſſum. Præclare de Eccleſia mereretur, qui tantum aſſecutus publicaret theſaurum.

Laudabile Euſebii ſtudium alii deinceps imitati. Celeberrimus eo in genere Simeon Metaphraſtes, qui & Logotheta dictus, ab illuſtri, quam Conſtantinopolitano in palatio geſſit, dignitate. De cujus viri ætate, vitæ inſtituto, lucubrationibus, quia multa perperam ſcripta a viris etiam non indoctis, breviter dicere conſtitui. Ætatem ipſe ſuam indicat in vita S. Theoctiſtes Lesbiæ, quam 9. Novembris dabimus. Illius Vitæ auctorem eſſe Metaphraſten, non alium quempiam anonymum ſcriptorem, probat Leo Allatius teſtimonio Michaelis Pſelli, e cujus ode 5. in Metaphraſten illa recitat: τὸ πρῶτον μὲν σύγγραμμα ἐκ προνοίας θείας καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου καὶ μοναχοῦ, Συμεὼν θαυμασίου, ὃν ἐν τῇ Πάρῳ τῇ νήσῳ τεθέαμαι. *Prima tua commentatio ex Divina providentia & colloquio facta eſt ſacri ſenis & ſolitarii, Simeon admirabilis, quem in Paro inſula vidiſti.* Plenius id colloquium in Theoctiſtes Virginis Vita refertur. Addit Pſellus: Ἄξιοι ἐξύμνησας τῆς Λεσβίας τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα ἀγωνίσματα θεοκτίστου τῆς ὄντως, Ἀγγελικὸν μικροῦ καὶ ἀσώματον πλευσάσης πανσόφως τὸ πολίτευμα. *Pro dignitate laudaſti Lesbiæ illuſtria & divina certamina vere Theoctiſtæ,* id eſt a Deo fabricatæ, *quæ Angelicum prope & incorporeum vitæ modum ſapienter tenuit.* Qua vero occaſione in Parum venerit, & ſanctiſſimæ Virginis præclara facinora ex anachoreta didicerit, ipſe indicat Metaphraſtes: Γενομένῳ μοί ποτε κατὰ τὴν Πάρον· γέγονα δὲ, καὶ γὰρ ἐπὶ Κρήτην ἐξέπλεον ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Λέοντος ἐκεῖσε πεμφθείς· Λέοντος, φημὶ, τοῦ εὐτυχοῦς ὄντως βασιλέως, καὶ τὴν εὐτυχίαν Ῥωμαίων τῷ τάφῳ συγκαλύψαντος· ἐπεμπόμην δὲ συστρατευσόμενος Ἡμερίῳ τῷ πάνυ, τῷ στρατηγικωτάτῳ δηλαδὴ, καὶ ἄρχοντι τοῦ δρόμου καὶ τοῦ στόλου παντὸς, ἢ μᾶλλον ἀληθέστερον καὶ αὐτῶν εἰπεῖν τῶν παθῶν· καὶ ἵνα μὴ τὸ πολλῶν ἐγκωμίων ἄξιον τῆς στρατηγίας ἐκείνου πάρεργον ποιησάμενος, καὶ μικρὰ τούτου μνησθεὶς ἀτιμάσω τὸν ἄνδρα, ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν εἶμι, ἐκείνου κατὰ καιρὸν μνησθησόμενος· ἐπεμπόμην τοιγαροῦν τοῦτο μὲν ἐκείνῳ συστρατευσόμενος, καὶ προβιβαζόμενος εἰς πεῖραν στρατηγικὴν, οἷα πῶλος μητρὶ, ποσὶ τοῖς γενναιοτάτοις τῶν στρατηγημάτων συγχαίρων. οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοῦ μακαρίτου μου βασιλέως σκοπός· τοῦτο δὲ πρεσβευσόμενος πρὸς τοὺς τὴν Κρήτην ἔχοντας Ἄραβας. *Cum aliquando in Paro eſſem inſula: fui autem, nam in Cretam navigabam a Leone beatæ memoriæ eo miſſus; Leone, inquam, illo vere fortunato Imperatore, qui ipſam Romanorum felicitatem ſecum videtur in ſepulchrum intuliſſe. Mittebar autem militaturus cum clariſſimo illo Himerio, utpote ducendi exercitus peritiſſimo, Dromi Profecto, ſive Logotheta, qui univerſæ claſſi imperabat, aut, ut verius dicam, ipſis animi perturbationibus: ſed ne multis efferendam laudibus illius peritiam belli adminiſtrandi obiter attingens, levi ejus facta mentione, dedecus ei potius videar inuſſiſſe; ad propoſitam interea narrationem redeo, de eo opportunius dicturus alias. Mittebar igitur partim cum eo militaturus, & ad imperatoriæ artis documentum aliquod promovendus, ut equuleus matri ſolet, ad præclara ejus ſtratagemata aſſiliens, (id enim præcipue Auguſtus ſpectabat) partim ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer.* Varias Himerius Logotheta expeditiones navales Leone imperante ſuſcepit, donec tandem ad Samum inſulam menſe Octobri, anno CMXI. adverſus CCC. Agarenorum naves infeliciter commiſſo prælio, propterea ab Alexandro Imperatore, Leonis fratre, in Calyporum monaſterium relegatus, haud longo poſt tempore ærumnis confectus obiit. Quam hic Metaphraſtes memorat expeditionem, cui & ipſe interfuerit, ea videtur quam Curopalates & Cedrenus tradunt confectam decem ante Leonis obitum annis, cum Simeon Secretarius (qui idem ipſe Metaphraſtes videtur fuiſſe) centum auri libras a Rhodophyllo Cubiculario in itinere relictas Leoni Tripolitæ apoſtatæ dedit, ne Theſſalonicam captam everteret: quod illius factum ita gratum fuit Imperatori, ut eum Patricium & primum Secretarium renuntiarit.

Non erat tunc admodum natu provectus Metaphraſtes, ut qui imperatoriæ virtutis tirocinium ponere ſub veterano Duce juberetur. Fuerit tunc XX. aut XXII. annorum: potuit igitur ad annum Chriſti CMLVII. aut CMLX. vitam deinde producere. Atque ita ſub Conſtantino Porphyrogenito Leonis filio cum Theoctiſtes

eam

Acta Sanctorum collectio.

ab Euſebio

non tamen omnium.

Simeon Metaphraſtes.

a Leone Imp. Legatus in Cretam miſſus

anno 911.

adhuc juvenis nobilis, dives, doctus.

eam vitam, tum alia Divorum acta cum elucubraſſe *poſtea magnis honoribus ornatus.* certum videtur; non, ut Allatius ſcribit, ſub Leone & Conſtantino: nam in hac Vita Leonem diſerte τ̃ μακαρίτην, *felicis memoriæ*, appellat, qua ratione loqui de mortuis ſolemus. Si ea prima ejus commentatio fuit, nihil igitur ſub Leone ſcripſit, quod quidem ediderit in lucem. Neque Alexandro rerum potiente ita laudare Himerium auſus eſſet. Præcipue publicas res tractare ſub Leone cœpit. Nam cum, ut Pſellus teſtatur, illuſtri natus familia, ampliſſimis opibus afflueret, excelleret eruditionis fama, atque egregium illic prudentiæ ſpecimen dediſſet, tanta deinceps in gratia Sapientis Imperatoris fuit, ut quod Parius ille monachus prædixerat, ſummos deinceps honores ſit conſecutus; quos induſtria ſingulari, fide, gravitate, modeſtia, liberalitate geſſit: quæ omnia prolixe prædicat Pſellus.

His ille doctrinæ fortunæque præſidiis ornatus, cum cerneret & glorioſa Martyrum certamina, & monachorum præclaras exercitationes, ita imperite & inornate traditas eſſe litteris, ut multi ne legere quidem eas vellent, quidam etiam riſu exciperent; meliora autem afferre, alios propter animi ſocordiam nolle, alios quod opus eſſet immenſi ſtudii, *& cui ne tota quidem viri vita* *vitas SS. collegit & interpolavit;* *ſufficerit*, non poſſe; *juvenile*, ut idem Pſellus ſcribit, *aggreditur facinus, vel felicem potius actionem, quam nullus omnium geſſit feliciter; per quam ille evaſit clarior omnibus, qui ſunt ubique, eruditis; & Deo conſecravit ea qua ſunt omnium pulcherrima, Martyrumq; certamina & curſus, & monachorum abſtinentiam atque patientiam ornavit ac decoravit*. Et multa quidem ille ac magna tantæ rei peragendæ adjumenta habebat ac præſidia. Auctor præclari conſilii ipſemet fuerat Imperator, (Leo fortaſſis, etſi eo ſuperſtite rem ſerio aggredi non potuerit Simeon, aut ejus filius Conſtantinus, hujuſve ſocer Romanus) aderant hortatores plurimi; librorum egregius apparatus, amanuenſium ſcribarumque copia: una defuiſſe videtur, propter aſſidua, quibus præerat, Reip. negotia, quæ collegiſſet, ac dictaſſet recognoſcendi facultas. Tandem mortem vitæ conſentaneam conſecutus, *ad Deum aſcendit*, inquit idem auctor, *& apud* *Fortè mortuus;* *illos ducit choros, quorum mores & vitam hic circumſcripſit. Nam vel in fine oſtendit, qualem vitam egiſſet. Non enim eum veluti abſciſſum aut diviſum fuiſſe dicunt ii qui viderunt: ſed videbatur veluti a quodam vinculo liberari & hilari nutu ſe extendere ad ducentes Angelos, & quodammodo ſeipſum tradere illorum manibus, ut cito emigraret e corpore.*

Celebravit eum ornata & eleganti laudatione Pſellus, non tamen in ejus funere habita, qui teſtetur illius cor- *laudatus a Michaele Pſello.* pus in ſepulchro conditum ſuavem expiraſſe odorem, donec multo poſt in eodem tumulo aliud depoſitum eſt corpus. Hunc Pſellum multi Michaelem illum Pſellum eſſe arbitrantur, qui in Antro inſula Leonem Philoſo- *non magiſtro Leonis Philoſophi,* phum optimarum artium diſciplinis inſtituit. Et Baronius quidem to. 10. Annal. ad an. 859. nu. 53. non Leonis Sapientis ætate vixiſſe Metaphraſten putat, ſed multo ante. Nam quod Curopalates ſcribat Bardiam Cæſarem *externæ ſapientiæ rationem habuiſſe*, definitis *unicuique doctrinæ ſcholis, philoſophia duce & magiſtro* conſtituto Leone Philoſopho Pſelli diſcipulo, infert Baronius: *Ex his pariter habes Lector, quo tempore vixeris Pſellus, qui fuit Magiſter Leonis Philoſophi. Ex quo pariter addiſces, quo tempore vixerie Metaphraſtes, in cujus laudem Pſellus ipſe orationem habuit.* Quibus ex verbis concludit Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Simeonem Metaphraſten floruiſſe paullo ante annum Domini 859. *Siquidem Pſellus*, inquit, *qui hoc anno vivebat orationem habuiſſe dicitur in funere Simeonis Metaphraſtæ. Vide Annales Card. Baronii ad hunc annum*. At non dicit Baronius eo tempore vixiſſe Pſellum, ſed Pſelli diſcipulum Leonem jam ſenem; atque inde colligi poſſe, quando vixerit Pſellus, quem ille adoleſcens audierat; quando item Metaphraſtes, quem vita functum Pſellus laudarat: ut videatur Baronius Metaphraſtæ ætatem revocare ad ſuperiora tempora Michaelis Curopalatæ aut Nicephori. Hunc autem Pſellum Leonis magiſtrum fuiſſe Metaphraſtæ laudatorem conficit eo argumento Baronius, quod etſi plures Pſelli fuerint, *iſto nullum celebriorem nec antiquiorem invenimus*. Antiquitas quidem certe ad rem non facit: celebrior vero Pſelli alterius, qui Ducarum Cæſarum ævo floruit, nomen eſt. Leo Allatius, vir doctiſſimus, in Diatriba de Pſellis, cenſet *panegyrim illam in Metaphraſten juniori Pſello adjudicari nullo prorſus argumento. Auctorem illius orationis Pſellum alterum eſſe, non Leonis Philoſophi magiſtrum, numquam evicturos* qui contra ſentiunt.

Non eſt mihi hic propoſitum, tantorum virorum, & plurium aliorum qui iis aſtipulantur, ſententiam acrius confutare. Illud ſolum obteſtor, ut velint quamobrem ſecus ego ſentiam attendere. Leo Philoſophus, poſtquam Pſello illi ſeniori in Antro inſula dederat operam, cum *qui diu ante Metaphraſten floruit;* non quantum voluiſſet ab eo hauſiſſet eruditionis, monaſteria varia obivit, repoſitoſque in iis libros inveſtigans ſtudioſe legit, atque excellentem eſt eruditionem adeptus, ut Curopalates tradit. Dein Conſtantinopolim reverſus privatim quoſdam docuit: horum quidam in prælio captus a Saracenis, ac viro illuſtri traditus in ſervitutem, cum poſtmodum geometriæ peritiam profeſſus, a quo eam didicerat Leonem privatum & inopem degere ſignificaſſet, litteris eum ad ſe, ampliſſima propoſita mercede, invitavit Barbarorum Dux. Has litteras Leo Theoctiſto Logothetæ, hic Theophilo Imperatori obtulit; qui eum ſummo favore complexus, amplis opibus ditavit, juſſitq; publice docere, ac poſtea Theſſalonicenſi Eccleſiæ præficiendum curavit: verum mortuo ſub annum 841. Theophilo redactus quoque in ordinem eſt Leo, quod hæreſim ſectatus eſſet Iconomachorum. Quæ ſi quis recte omnia expendat, fatebitur ſub Michaele Balbo, qui anno 820. invaſit imperium, aut ſub illius deceſſore Leone Armeno, videri Leonem Pſello dediſſe operam, maturæ jam ætatis viro. Qui potuit igitur a Pſello laudari Metaphraſtes, vita functus, qui centum poſt Pſellum annis vixit? Neque de Pſello Metaphraſtæ laudatore repugnaſſet Baronius, ſi aliunde aſſeri Metaphraſtæ ætatem poſſe exiſtimaſſet. Aſt hunc alii cum ſub Conſtantino Porphyrogenito, qui ſeptennis Alexandro patruo anno 912. extincto imperare cœpit, vixiſſe fateantur, miror non perſpicere a Pſello, qui centum, ut minimum, annis eum anteceſſit, laudari & quidem mortuum non potuiſſe.

At ſcripſit Pſellus Metaphraſtæ encomium, non diu poſt illius mortem, cum ii adhuc viverent qui morienti *ſed junior.* adfuerant. Ἔδοξε γὰρ καὶ τῷ τέλει, inquit, *ὁποῖος αὐτῷ ὁ διεσπουδασμένος βίος ἐτύγχανεν ὤν. οὐ γὰρ ὥσπερ ἀπεῤῥῆχθαι αὐτὸν οἱ συμπαρόντες φασὶν ἢ ἐξηρῆσθαι, ἀλλ᾽ ἐδόκει ὥσπερ τινὸς δεσμοῦ ἐκλυθησόμενος καὶ διαμειδιῶν πρὸς τοὺς ἄγοντας ἀγγέλους ἀνατεινόμενος τῷ νεύματι. Nam vel fine oſtendit qualem egiſſet vitā. Non enim veluti ſucciſum aut ſublatum fuiſſe dicunt qui adfuerunt; ſed veluti vinculis quibuſdam ſolvi videbatur, & ad deducentes Angelos ultro ſeſe ac facile extendere.* Demus anno 960. obiiſſe Simeonem; at junior Pſellus anno 1067. vivebat: an tunc poterant ſuperſtites eſſe, qui Metaphraſtæ ſpectarant funus? Quærendus igitur alius erit Pſellus, qui ante annum Chriſti 1000. illam Metaphraſtæ laudationem ſcripſerit. Quæratur ſane, nec ego inventum eliminabo: ſed quærere tamen haud eſt opus. Anno 1057. miſſus eſt Pſellus junior a Michaele Stratonico Imperatore ad Iſacium Comnenum Legatus, inſigni jam tum rerum uſu præditus. Ita Cedrenus: Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ γενομένῳ φθάνουσι καὶ πρεσβεῦται βασιλικοὶ ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ πρόεδρος *qui anno 1057. floruit.*

Θεο-

Θεόδωρος ὁ Ἀλωπός, Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλὸς τῶν φιλοσόφων ὕπατος. οὗτοι γὰρ οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ καὶ λόγου δυνάμει τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἀνθρώπων διαφέρειν δοκοῦντες, καὶ ἀσυγκρίτως ὁ Ψελλός, ἐξελέγησαν εἰς τὸ πρεσβεῦσαι. *Ad eum iſthuc veniunt Imperatoris Legati Præſes Conſtantinus Lichudes, Præſes Theodorus Alopus, Conſtantinus Pſellus Philoſophorum princeps. Nam hi tres viri, quod ſapientia & eloquentia omnibus qui tunc viverent antecellere hominibus crederentur, ac præſertim Pſellus, ad hanc eram legationem aſſumpti*. Eadem omnino ſcribit Curopalates, & Pſellum quoque *Conſtantinum* vocat. At Joannes Zonaras tom. 3. Annal. νικῶντα τοίνυν πρὸς τὸν Κομνηνὸν πρεσβεύοντες, ἄνδρες τῶν ἐκκρίτων τῆς συγκλήτου βουλῆς, οἳ δ' ἦσαν ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ πρόεδρος Λέων ὁ Ἀλωπός, ὁ Μιχαὴλ ὁ σοφώτατος Ψελλός, τῶν φιλοσόφων ὢν ὕπατος. *Mittuntur ad Comnenum Legati de primariis Senatoribus, Præſes Conſtantinus Lichudes, Præſes Leo Alopus, ſapientiſſimus ille Michael Pſellus princeps philoſophorum*. Alii quoque *Michaelem* appellant. Cur non potuit decem aut viginti annis antequam ad tantum faſtigium aſcenderet Pſellus, illam laudationem ſcripſiſſe, ſeptuaginta poſt Metaphraſtæ mortem annis? Et quis eſt noſtrum, qui non audiverit commemorari aliqua a ſenibus, quæ geri ipſi viderant, 100. annis ante quam ea ipſe jam ſenior, quiſquis is eſt, tradat litteris, aut aliis narret? Viderint decennes morientem Metaphraſten anno 960. narraverint viſa Pſello ſcriptori anno 1030. ipſi jam octogenarii: quid hic impoſſibile? quid non uſitatum? Narraverint etiam multo ante adoleſcenti adhuc tum Pſello; non enim affirmat eos tum vixiſſe cum ſcriberet. Quid ſi ne narrarunt quidem, ſed ſcriptum reliquerunt? Nam ita loquimur dicere aliquid Ciceronem, Livium, Tacitum, non quaſi ii nunc vivant, ſed quia omnis ætatis hominibus illorum ſcripta loquantur.

& ab iis qui Metaphraſten viderant accepta

vel eorum ſcriptis.

Sed de Metaphraſtæ ætate ad hoc propoſitum noſtrum jam ſatis, ac fortaſſe nimium. Illius operi additas eſſe a poſterioribus vitas recentiorum Sanctorum monet Baronius. At quod in antiquiorum apud eum vitis ſæpenumero declaret ſcriptor ſe eadem, qua illi, vixiſſe ætate, cauſſam idem ſapientiſſimus Cardinalis tradit, quod *vitæ Sanctorum non fuerint ut plurimum a Metaphraſte conſcriptæ, ſed collectæ tantum, ordineq; per ſingulos menſes diſpoſitæ*. Digeſſiſſe eum vitas ad ordinem menſium ſcribit etiam Aubertus Miræus. Mihi non liquet. Potuit id alius quiſpiam poſtea. Antiquiores vitas, quas eleganter compoſitas reperit, tranſſcripſit, ſervata etiam priſtina auctorum phraſi, aut modice interpolata. Perſpicere id licet ex Vita S. Simeonis Stylitæ v. Januarii, cujus magnam partem e Theodoreti Philotheo accepit, pauculis ad attentionem conciliandam, aptiuſve connectendas periodos interjectis. Alias ex integro compoſuit. At non quæcumque in Græcis codicibus reperiuntur vitæ, ex continuo Metaphraſtæ fœtus eſſe cenſendæ ſunt; niſi velimus eum & priores vitas, ut erant olim ſcriptæ, retuliſſe in ſuum opus, & novas eorumdem Sanctorum a ſe elucubratas addidiſſe. Nam quorumdam Sanctorum, ut Joannis Calybitæ xv. Januarii, Joannis Eleemoſynarii xxiii. Xenes ſive Euſebiæ xxiv. plures reperiuntur Græcæ vitæ, quarum unam eſſe a Metaphraſte elaboratam veriſimile eſt.

Vitæ a Metaphraſte collectæ, vel ſcriptæ,

Magno Eccleſiæ Catholicæ emolumento opera Metaphraſtæ, aut certe quas ſub ejus nomine reperit Græcas Sanctorum hiſtorias, Latine a Petro Franciſco Zino, Gentiano Herveto, Guilielmo Sirleto verti curavit Aloyſius Lipomanus Epiſcopus Veronenſis: quarum multas in ſuum opus Surius tranſtulit, ut ſequenti paragrapho dicam. Atqui neque omnes Metaphraſtæ vitæ editæ adhuc ſunt; (nam citatam S. Simeonis Stylitæ vitam, quam conſtat a Metaphraſte ſcriptam primum nunc edo) & aliæ Latine ab aliis, uſque præclaris, editæ auctoribus, vel apud Græcos vel in Latinis etiam bibliothecis Græcæ Sanctorum hiſtoriæ latent. Has ego, ſi Deus vitam & vires dederit, hoc opere abſoluto, quia in quibuſdam interpretibus perpetuus quidam helleniſmus & obſcuritas faſtidium lectori affert, cogito Græcolatine edere, cum nova a me elucubranda interpretatione; niſi quis me, nec repugnantem, anteverterit, aut certe laboris parte ſublevet nonnullas accurate interpretatus. Et multas tum olim Roſweydus collegerat, tum ego ab amicis poſtea accepi, quarum quædam Latine adhuc non extant. Video tamen plurimas adhuc mihi deeſſe, quas Latine citati ante auctores verterunt; eaſque ſpero me interea eſſe conſecuturum.

editæ a Lipomano,

non omnes;

poſt Græcolatine edendæ.

Quod Miræus ex Molani mſ. Bibliotheca tradit, Metaphraſten *vitas Sanctorum Orientalis Eccleſiæ collegiſſe*, eaſque *ſolas in Græcorum Eccleſiis legi*, utrumque falſum eſt. Promiſcue, qui ubique terrarum vixere, Sanctorum acta collegit Metaphraſtes, licet præcipue Orientalium uſecutus ſit: nec ſolæ eæ in Græcorum Eccleſiis leguntur, quas ille compoſuit, imo pauceæ omnino, ut ex Menæis Græcorum, de quibus poſtea, fit manifeſtum. Si id vult Molanus, quorum Sanctorum acta collegerit Metaphraſtes, eorum vel recitari elogium aliquod vel memoriam ſaltem celebrari in divino officio a Græcis, non id inficior: at plurimorum agitur memoria, quorum acta non videatur ille deſcripſiſſe; aut ſane immenſum plane illius opus fuit, cujus minima adhuc ſit pars edita.

non ſolæ leguntur in Menæis Græcorum.

Neque illud cuiquam erudito facile probaverit ea eadem Molani Bibliotheca Miræus, Simeonem ideo quandoq; *Magiſtri* nomine citari, quod ludum litterarium Conſtantinopoli aperuerit. Nam quis id veterum tradit? Heterodoxos quoſdam id inter alias nugas comminiſcentes nihil moror. Illuſtri ortus familia Simeon, juvenis in Secretariorum adſcitus claſſem, arduas obiit legationes, bellicis expeditionibus interfuit, aut etiam præfuit, princeps Secretariorum & Patricius renuntiatus, dein & Logothetes, (qui nobis Cancellarius eſt, ut ex Joanne Cinnamo probat Allatius) quando tandem ludum aperuit? An Conſtantino Porphyrogenito a patre; an (quod minus probabile mihi videtur) a Romano Lecapeno filiis magiſter eſt datus? At qui magiſter ſit Cæſarum, iſne continuo dicendus eſt ludum litterarium aperire? Meminiſſe poterat Miræus alios in rep. Conſtantinopolitana *magiſtros* fuiſſe, quos Cedrenus & Curopalates binos geſſiſſe id munus tradunt, & τῆς πολιτείας μαγίστρους *reip. magiſtros* vocant. Imo plures poſtea hac ornatos dignitate fuiſſe ex iiſdem patet auctoribus. Nam Cedrenus in Leone Sapiente ita ſcribit: Καὶ ταχέως ἐκπέμψας τὸν μάγιστρον Ἀνδρέαν τὸν στρατηλάτην, ἅμα τῷ μαγίστρῳ Ἰωάννῃ, καὶ γεγονότι Λογοθέτῃ τοῦ Δρόμου τῷ Ἁγιοπολίτῃ. *Et continuo accerſens magiſtrum Andream Ducem exercitus, cum magiſtro Joanne, & Hagiopolite, qui fuerat Logotheta Dromi*, ac paullo poſt: αὐτός τε ὁ στρατηλάτης ἐπέμφθη Ἀνδρέας, καὶ ὁ μάγιστρος Στέφανος, καὶ ὁ μάγιστρος ὁ Ἁγιοπολίτης, καὶ Κρατερὸς καὶ Γουβὲρ οἱ πατρίκιοι. *Miſſus eſt idem Dux exercitus Andreas, & magiſter Stephanus, & magiſter Hagiopolites, & Craterus ac Guber Patricii*. Iiſdem titulis eos Curopalates quoque inſignit. Et Zonaras de eodem agens Leone: Τὸν πατέρα τούτου μάγιστρον ἐτίμησε, καὶ Λογοθέτην τοῦ Δρόμου. *Patrem ejus magiſtrum creavit & Dromi Logothetam*. Simeonem noſtrum, qui Logotheta fuit, Magiſtri quoque ornatum fuiſſe dignitate exiſtimamus, cum ſe Molanus dicat eum uſpiam *Magiſtrum* appellatum legiſſe.

non fuit ludimagiſter Metaphraſtes,

ſed forte magiſter Cæſarum,

aut Reip.

De Metaphraſtæ porro operibus ita ſcribit Bellarminus: *Illud autem eſt obſervandum a Metaphraſte ſcriptas fuiſſe hiſtorias de vitis Sanctorum multis additis*

ex

Severiori cenſura a recentioribus immerito perſtrictus.

ex proprio ingenio, non ut res geſta fuerunt, ſed ut geri potuerunt: addit Metaphraſtes multa colloquia ſive dialogos Martyrum cum perſecutoribus, aliquas etiam converſiones aſtantium Paganorum in tanto numero, ut incredibiles videantur: denique miracula plurima & maxima in everſione templorum & idolorum, & in occiſione perſecutorum, quorum nulla eſt mentio apud veteres hiſtoricos. Vellem mitius de viro magno vir maximus pronuntiaſſet. Unde conſtat eum non vetera ſecutum eſſe monumenta? Omiſiſſe potius multa, quæ non omnino probaret, exiſtimo, quam aliquid addidiſſet ex proprio ingenio. Retulerit tamen in ſuos commentarios aliquid, quod cum probatis veterum Patrum ſcriptis minus congruere videatur, homo erat, falli poterat. Colloquia Martyrum cum perſecutoribus unde conſtat habita non eſſe? Amplificarit ea ſane ad legentium utilitatem ac voluptatem: quis jure id reprehendat? an eſt quiſquam qui id non permittat hiſtorico? Livio ceteriſque licet Ducum orationes ſuos ad prælium adhortantium concinnare, ſacro ſcriptori non licebit myſteria noſtræ religionis Gentilibus tradita, ipſorumq; confutatas ſuperſtitiones, explicatius proponere? Nam magno numero converſos ad fidem noſtram, viſis quæ Sancti patrarent miraculis, numquam equidem ſum admiratus: qui enim alioqui tot ac tantæ provinciæ tantillo tempore ſubjici Chriſto potuiſſent? Miracula omnia, etiam quæ nunc fiunt, ſi ſuis commentariis inſererent qui modo Eccleſiaſticas hiſtorias ſcribunt, quanta ſingularum moles exiſteret! quantum offenſionis haberet atque faſtidii! Neque nulla, neque omnia narrant, ſed quædam maxime illuſtria vel teſtium celebritate, vel conſecuti fructus amplitudine. Idem veterum ſtudium fuit: qui propterea frequenter tradunt multa & magna, ad Sanctorum vel teſtandam ac munerandam ſanctitatem, vel dicta confirmanda, edita eſſe divina virtute miracula, neque ullum tamen commemorant. At ſi quis ex profeſſo Sancti cujuſpiam hiſtoriam ſcribat; nihil eum prætertire conſulto fas eſt, quod ſit ab eo dictum aut factum præclare, aut ejus cauſſa ſuſceptum a mortalibus, aut denique patratum a Deo.

§. IV. *Acta vetera Sanctorum a Latinis collecta. Legenda Aurea defenſa.*

Latinorum plures ſimilia moliti ſunt opera; alii ſuccincte pulcherrima Sanctorum geſta complexi, alii ornare ea ſtylo aggreſſi; alii ſat habuerunt, undecumque exſcripta in unum apte congerere. S. Ceraunium Pariſiorum Antiſtitem prædicat Warnaharius Tergeminorum Martyrum certamina, ac Deſiderii Lingonum Epiſcopi, exarari a ſe juſſiſſe, cum *Sanctorum Martyrum geſta ad laudis* ſuæ *cumulum pro amore religionis congregare in urbe Pariſiaca devotus intenderet*. Vitas Patrum, quarum aliquas ipſe compoſuit, alias in unum volumen fortaſſis redegit S. Hieronymus, ut 17. Januarii ad vitam S. Antonii §. 9. diſſeruimus, quia id opus ab aliis deinde auctum, adiectis etiam libris aliquot qui ſolum exempla quædam illuſtriora aut apophthegmata anachoretarum continerent, hic prætermitto.

Acta SS. collegit S. Ceraunius Ep. Pariſ.

Qui ſanctorum Antiſtitum Severini Septempedani & Victorini Amiternini, quæ ex vetuſtiſſimis codicibus deſcripta VIII. Januarii habentur, acta compoſuit, is plurium ſe Sanctorum res geſtas coacervaſſe ſignificat, non indiligens auctor, etſi nobis ignotus: *Hucuſque*, inquit, *nos Patris Hieronymi dicta referentes per interpretem locutos lector advertas: reliquum opus, ut ſermo noſter eſt, veſtra caritas libenter audiat. Quæ enim ſingulis de Sanctis fideli auctore comperimus, in hiſtoriam miſimus, ne lateret homines quorum Deum non latuere virtutes.*

alii, anonymi,

Singula fere monaſteria iſtiuſmodi volumina vel ab aliis deſcripſere, vel conſarcinavere paria ſibi, ut ſuppeterent quæ & publice in conventibus ad virtutum inſtitutionem legerentur, & privato cujuſque ſtudio volverentur. Duos memorat Georgius Wicelius in præfat. ad Hagiologium Fuldenſes Monachos, quorum alter Ruggerus *pietate ac doctrina præſtantiſſimus ſex ingentia volumina compoſuerit* circiter annum 1156. Eſt is fortaſſis Ruggerus, qui XXXIX. nobiliſſimi illius cœnobii Abbas memoratur a Brawero noſtro Fuldenſ. Antiquit. lib. 4. diciturq; *libris peregregiis bibliothecam inſtruxiſſe*, obiiſſe 5. Junii 1177. *Ante Ruggerum hunc diligentiſſimũ ſcriptorem*, inquit idem Wicelius, *ſudarat in eodem lucubrandi ſtadio Arnoldulphus cœnobita facundiſſimus.* At neutrum exiſtimo vitas ipſas ſuo ſtylo compoſuiſſe, ſaltem omnes, ſed ab aliis antea editas coarcervaſſe. Argumento mihi eſt codex Fuldenſis olim Roſweydo noſtro commodatus, perantiquus, planeque vel unus eorum quos Ruggerus collegit, vel ex iis deſcriptus; qui tamen Vitas continet quas alibi in melioris notæ mſs. paſſim reperias. Ut autem Fuldæ, fuere in ceteris quoque aſceteriis qui tum alia præſtantia volumina tum præſertim Sanctorum hiſtorias vel ſcriberent, vel aliunde curarent, monachi & Abbates. Sed de iis præcipue quærimus, qui ſuas lucubrationes emiſere in lucem, ut pluribus prodeſſent.

præſertim monachi,

ut Ruggerus & Arnoldulphus Fuldenſes;

Vincentius Bellovacenſis ex ordine Prædicatorũ præter alia Speculum hiſtoriale ſcripſit, quod ab orbe condito ad ſua perduxit tempora, ad annum videlicet 1244. quo ſcribebat, ut lib. 31. cap. 105. teſtatur. Ei operi pleraque ex actis Sanctorum inſeruit, multa ex *Helinandi monachi Frigidimontis, viri religioſi & facundia diſerti*, chronicis mutuatus, ut lib. 29. cap. 108. fatetur: uti ex ipſo Vincentio plurima in ſua chronica tranſtulit S. Antoninus. *Bellovacenſem* appellatum eſſe Vincentium arbitror a diutina apud Bellovacos commoratione, licet non deſint qui ortum e Bellovacis velint, quem alioquin plerique gente Burgundum faciunt. Nam falli omnino videntur, qui Bellovacenſem fuiſſe Epiſcopum exiſtimant, Sixtus Senenſis, Poſſevinus, Bellarminus, Voſſius, Miræus: quibus refragantur qui illius urbis hiſtoriam accurate ſcripſerunt, Lovetus & Loiſelius, quique Gallicanorum Antiſtitum catalogos confecere Claudius Robertus & Joannes Chenu Biturix.

Vincentius Bellovacenſis in Speculo;

Diutiſſime in omnium manibus fuit *Legenda Aurea Jacobi de Voragine* ex eodem Ordine Prædicatorum. Eſt *Vorago*, unde vel ortus vel certe cognomen duxit Jacobus, in ora Liguſtici maris Genuam inter ac Savonam oppidum, quod olim *Vicus Virginis* in tabulis itinerariis appellatum videtur, Itali *Varaggio*, alii *Viragine*, alii *Veraze* appellant; Leander *Virginum*, alii *Voragium*; Ubertus Folieta videtur *Varaginem* dici velle, cum Jacobum *Varaginenſem* vocet, ut mox dicemus. Fuit Jacobus Theologiæ profeſſor, doctiſſimus vir ac ſanctiſſimus, meritoq; a Baptiſta Michaele Pio, Leandro Alberto, Fernardo de Caſtillio, aliiſque laudatus. Archiepiſcopus Genuenſis anno 1292. electus, probante Nicolao IV. Pontifice maximo, *moribus*, inquit Jacobus Philippus Bergomenſis, *& doctrina ac dignitate magno in pretio fuit, atque Genuenſem ſuam Eccleſiam verbo & opere plurimum juvit*. Subdit deinde, illius libris enumeratis: *Hunc autem illum exiſtimo Porchetum eſſe Genuenſem Epiſcopum, de quo Blondus Forolivienſis in hiſtoriis ſuis dixit, quod cum ante pedes Bonifacii VIII. in die Cinerum ſe poſuiſſet pro cineribus ex more ſuſcipiendis, ubi cum ex more dici a Sacerdote conſuetum eſt, Memento homo quia cinis es & in cinerem reverteris; Bonifacius Pontifex videns hominem, mutatis quibuſdam verbis dixit: Memento, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis tuis in nihilum reverteris: & ſic cineres in oculos ejus iniecit, non in caput, ut mos eſt, atq; ita ipſum Archiepiſcopatu privavit, licet poſtea illum reſtituerit.* At cui id credibile videatur,

Jacobus de Voragine.

Epiſcopus Genuenſis.

Gibellinorum eo fautor.

eum

Digitized by Google

cum etiam ante Bonifacii pontificatum pacem Guelfos inter ac Gibellinos conciliarit Jacobus? Teſtatur id Folieta lib. 6. hiſtor. Genuen. *Tantus novus boſtis additus*, inquit, *inteſtinas diſcordias, quæ inter Guelfos & Gibellinos per 50. annos civitatem continenter vexarant, ad aliquantulum tempus conſopivit. Qua in re opera & officium ſeduli Paſtoris Jacobi Varaginenſis archiepiſcopi, viri pii & ſancti, conſtitit: qui hortando, monendo, rogando, atque Numinis diſcordias hominum iræ metum injiciendo, non prius abſtitit incepto quam imbuta conſilia ad effectum perduxit. Eo igitur auctore concordia & pax inita eſt anno ejus ſeculi nonageſimo quinto.* Hæc Folieta. Qui conſequens eſt, ut licet ex poſtea recruduerint ſimultates, alteri ſe parti fautorem adjutoremque junxerit Antiſtes? Quid quod alienum illud eſt quod narratur, Pontificis Maximi majeſtate? Non tamen de Jacobo ea primum conficta fabula eſt, ſed de Joanne Porcheto Spinola, ejus ſucceſſore; credo quod Spinolæ tunc omnes (ſi domum unam exceperis) Gibellini erant, illiuſque adeo factionis principes. Et Flavium Blondium vel negligenter legit Bergomenſis, vel in ipſius Chronico tranſcribendo incurioſe & oſcitanter ſe geſſit librarius. Verba Blondi hiſtoriar. ab inclinat. Rom. imperii Decad. 2. l. 9. ſunt hæc: *Jacobo de Voragine Genuenſi Præſuli ſuffectus eſt Porchetus Spinola Minorum Ordinis qui pro confirmatione ad ipſum Bonifacium, &c. & eum archiepiſcopatu eadem die privavit, quem & paullo poſt reſtituit.* Deſignatus eſt Archiepiſcopus Porchetus anno 1299. ut ex Bonifacii VIII. bulla, 3. Non. Februarii, pontificatus ejus an. 5. data patet, apud Lucam Waddingum to. 2. Annalium Minorum, in qua eum appellat *Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, litterarum ſcientia, honeſtate morum, & aliis virtutum meritis decoratum.* Faria de eo prædicat in duabus bullis xvi. & xv. Kal. Septembr. 1301. datis, quibus archiepiſcopatum ei reſtituit.

Ea igitur exploſa fabula, nunc de Jacobi Legenda dicamus. *Præter Eccleſiæ regimen*, inquit idem Bergomenſis, *& ante epiſcopatum & in ipſo epiſcopatu multos commentariolos ſacro plenos compoſuit, & multas Sanctorum Vitas diffuſas atque diſperſas in unum volumen collegit.* Hæc eſt *Aurea illa Legenda*, ſive *hiſtoria Longobardica*, utroque enim nomine inſignitur; quod Fernandum de Caſtillio fugit: is enim hiſtoriæ Prædicat. 1. par. lib. 3. c. 49 inter Jacobi opera recenſet *magnum volumen de vitis Sanctorum, Chronica Genuenſium, hiſtoriam Longobardicam.* Sed unus idemque eſt liber de Vitis Sanctorum, & hiſtoria Longobardica: quæ quia plurimas celeberrimorum Sanctorum vitas, earum fere qui in Eccleſiæ Romanæ Kalendariis inſcripti, ſuccincte complecteretur, avide deſcripta & omnium volutata manibus eſt, & poſtquam ars typographica inventa eſt, ſæpius recuſa.

Aucta eſt deinde quibuſdam aliis adjectis ad calcem hiſtoriis Sanctorum. Sed addidit alius (ut puto) quiſpiam vitis nonnullis ineptam & ridiculam nominum interpretationem, indignam ſane Jacobi eruditione; ut cum dicitur *Ægidius* formari *ab e quod eſt ſine, & geos quod eſt terra, & dyan quod eſt clarum, ſive divinum; Timotheus, quaſi timorem tenens, vel a timore & theos; Symphorianus a ſymphonia; Hippolytus ab yper quod eſt ſuper, & litos quod eſt lapis; Sixtus a ſios quod eſt Deus, & ſtatus, quaſi divinus ſtatus; Vedaſtus quaſi vere dans aſtus.* Omitto cetera non minus abſurda; quæ cum indocti homines pro pulpitis identidem declamarent, nauſeam & riſum movebant eruditis, ſeque ipſos & Sanctorum hiſtorias in ſummam adducebant contemptionem. Unde illa ſunt Georgii Wicelii in præfat. ad Hagiologium: *Poſt extitit Jacobus Voraginus Præſul Genuenſis, qui vixit an. 1290. Verum quid is præſtiterit vel cæco perſpicuum ſit. Longe melius Voragine de Eccleſia meritus Petrus Lombardus, qui poſt Voraginem ſcriptitavit, multa mutuatus ad verbum ex ſcriptis veterum; id quod conferenti inter ſe libros facile adparet. Mythologiæ ille impenſius indulget: quamobrem in tantum contemptum abiit apud omnes cordatos. Hæc profecto Lombardica habitæ us nimium uſa, ſeu abuſa potius, cathedra ſunt, contemptis interim aut certe neglectis Sanctorum actis, quæ nobis eccleſiaſtica hiſtoria Euſebio Pamphilo auctore offerebat in Chriſti gregem divulganda. Nec vulgares paſſim bibliothecæ in monaſteriis continent hiſtoricum quid de Sanctis, præter hanc unam Lombardicam, quam cur Auream vocent demiror. Sub eoſdem annos, ni fallor, conſarcinavit Vincentius Belvacenſis Speculum illud ſuum, qui ipſe quoque compilator Varagini præferri meretur.*

Hæc Wicelius, ſeverius quam ſolidius. Quis enim ille eſt Petrus Lombardus, qui poſt Voraginem ſcriptitavit? An Magiſter ſententiarum, Pariſiorum Antiſtes? At qui *poſt Voraginem ſcriptitavit*, qui 140. annis eum anteceſſit? Et quam ille hiſtoriam ſcripſit? An Petrus Comeſtor Presbyter Trecenſis auctor hiſtoriæ ſcholaſticæ, quam ſolum uſque ad cædem Apoſtolorum Petri & Pauli perduxit? Et hic Lombardo ſuppar, antequam natus eſſet Jacobus de Voragine, migravit e vita. Ubi vero mythologiæ ſtudet Jacobus, bone Wiceli? Ego certe non omnia probo quæ ille ſcribit; quin tamen vetera ſecutus ſit monumenta, non dubito, & plurimas ejus hiſtorias reperio cum veteribus & genuinis congruere: non omnes evolvi; nec neceſſe eſt, cum fontem reperi, rivos conſectari: ſed ſi prius in hos incidi, an etiam ex illo ducti ſint, an non fluant lutulenti, an non pigro lapſu repant, an non aliunde paluſtrem undam trahant, juvat diſpicere: quam, inquam, breviatoribus aut paraphraſtis adjungere fidem par ſit, ex veterum ſtatuo cum ipſorum ſcriptis collatione. Cenſeo igitur, injuria, ut plurimum, neotericorum judiciis vapulare eam Legendam. An omnia quæ de Sanctis dicentur, niſi ſint ex Euſebio ſumpta, aſpernabitur Wicelius? Unde ipſe S. Bennonis, S. Claræ, S. Ægidii, S. Auguſtini, & aliorum plurimorum geſta accepit? ut omittam ſane ridiculum illud, quod Caroli Magni vitam ſe ex Plutarcho dare, nimis oſcitanter in margine adſcribat. Deinde quam illud falſum, nullas in vulgaribus cœnobiorum bibliothecis præter hanc Legendam extare Sanctorum hiſtorias! Nullum contra reperire eſt antiquum monaſterium, quod quidem hæreticorum ævi hujus effugerit rabiem, quin aliqui in eo præclari de Sanctorum rebus geſtis codices extent, ac plerique antiqua manu exarati. Bellovacenſem denique Varaginenſi præfert Wicelius. Habebit me in eo ſuffragatorem, ſed non etiam, ut *ſub eoſdem annos*, quod ipſe ait, ſcripſiſſe utrumque confitear, cum hic anno 1298. ille 1256. dicatur deceſſiſſe: neque illum cum amplector, hunc repudiabo, & cenſoria ſeveritate perſtringam: non idem utriuſque inſtitutum eſt. Latius evagatur Vincentius, neque ſola Divorum Acta complectitur, neque ea apte ad faſtos Eccleſiaſticos diſtribuit.

Wicelio ſeverius aliquanto acerbiuſque de Legenda Aurea pronuntiat Johannes Ludovicus Vives lib. 2. de cauſſis corruptarum artium in hæc verba: *Quam indigna eſt Divis & hominibus Chriſtianis illa Sanctorum hiſtoria quæ Legenda Aurea nominatur, quam neſcio cur auream appellent, cum ſcripta ſit ab homine ferrei oris, plumbei cordis. Quid fœdius dici poteſt illo libro? O quam pudendum eſt nobis Chriſtianis, non eſſe præſtantiſſimos noſtrum Divorum actus verius & accuratius memoriæ mandatos, ſive ad cognitionem ſive ad imitationem tantæ virtutis!* Ludovicum Vivem ſemper maximi feci, ſingulari eruditione, gravitate, prudentia virum; planeque illi aſſentior, præſtantiſſimos Divorum actus accuratius debuiſſe, quam vulgo factum ſit, mandari litteris. Sed quod Legendæ illius auctori ita maledicit, ut virum ſanctum & ſapientem

plum-

Margin notes: ſed pacificator. — (de cujus ſucceſſore exploſa fabula) — ſua Legenda aurea, ſive hiſtoria Longobardica. — ſua quædam nominum interpretationes. — in eam Georg. Wicelii cenſura. — refutatur. — atque Jo. Ludovici Vivis.

Digitized by Google



refutato. *plumbei cordis, oris ferrei* appellet, id ſane miror, in homine præſertim gravi & moderato. Hauſerat id forſaſſis a Deſiderio Eraſmo præceptore ſuo, ſeveriſſimo Ariſtarcho, qui nullum prope ſcriptorem intactum & non cenſoria virga notatum præterit, hoc etiam ridiculus quod ea arroſerit ſæpe quæ nec intelligebat nec didicerat. Fuerit Jacobus ſtylo minus compto, ut illa erant tempora, at erat non modo doctus & pius, ſed prudentia judicioque ſingulari, ut quam probabilia eſſent quæ ſcriberet, Vive Eraſmoque melius potuerit judicare.

eadem Legenda a Claudio Rota recognita. Ejus porro opus *ad vetuſtorum exemplarium fidem caſtigavit, additiſq; aliquot Sanctorum hiſtoriis auctius reddidit*, Claudius Rota ex eodem Ordine Prædicatorum, ſacræ Thæologiæ profeſſor, edidítque Lugduni, anno 1519. ut Poſſevinus teſtatur: ego ſolam anni 1531. editionem vidi. Citat Molanus in Annotat. ad Uſuardum 25. Julii, cum de S. Magnerico agit, *Legenda tomum* 2. Is eſt tomus, qui *Hiſtoria Sanctorum nova* inſcribitur. *Tomum* 2. *Legenda* appellat Molanus, quaſi primus ſit hiſtoria Longobardica. Eum ita citat Georgius Colvenerius Scholiis in Flodoardum l. 1. c. 6. *Plenius*, inquit, *& perfectius inter Vitas Sanctorum Coloniæ excuſas in folio, in ipſa adhuc quaſi typographia infantia anno* 1483. Habeo Lovanii editas a Joanne de Weſtphalia an. 1485. Auctorem aut collectorem earum Vitarum aliquando citavi Antonium Liberum Suſatenſem, itaque mihi vir quidam doctus perſuaſerat. Extat illius ad calcem ejuſdem tomi in Coloniæ Agrippinæ laudem carmen: quod tamen & in aliis libris excuſum audio; neque quis hoc opus coagmentarit, ſat ſcio.

alii, vetuſtior, ſive pars 2.

Acta quoq; SS. collegit Petrus Calo Clodienſis. Tradit Volaterranus lib. 21. *Petrum ex oppido Clodienſi aliorum Sanctorum ab Jacobo prateritorum hiſtoriam* ſcripſiſſe. Non tam præteritorum a Jacobo hiſtoriam collegit Petrus, quam aliud opus ipſe confecit, alia methodo, ac mole majore. De eo Petrus de Natalib. in Prologo Catalogi SS. *Noviſſimus omnium F. Petrus Calo Venetus, ejuſdem Ordinis* (Prædicatorum nimirum, non Minorum, ut ſcripſit Poſſevinus) *Sanctorum multorum, quorum Vitas, paſſiones, & nomina undecumque ſumere valuit, grandi volumine, & diffuſo opere dilatavit, quod ejus prolixitate nedum commendare memoria, ſed nec intente legere quis poterit, niſi longavitate temporis & aſſiduitate lectionis.* Vixiſſe eum anno 1300. ſcribit Leander Albertus de viris illuſtr. Ord. Prædic. *Nec longe abeſt*, inquit, *Petrus Calo Clugienſis cum Vitis Sanctorum fuſa a ſe editis* 1300. idem in Deſcriptione Inſularum quæ circum Venetias jacent, cum de *Foſſa Clodia* oppido, quod *Chioggia* vel *Chioza* nunc Italis dicitur, agit, ita ſcribit: *Urbem hanc ortu nobilitavit Petrus Calotius Ordinis Pradicatorum monachus, qui admodum exacte ingentia duo volumina de vitis Divorum ſcripſit, qua in bibliotheca Dominicana Bononia ſervantur.*

Bernardus Guido Ep. Lodeven. Eadem prope ætate vixit Bernardus Guido ex eodem Ordine, qui an. 1324. Lodevenſis in Gallia Narbonenſi Epiſcopus factus, anno 1331. deceſſit. Is inſigni præditus eruditione, & ad Albigenſium extirpandos errores laboris multum ſuſcepit, & complura ſcripſit volumina, quæ Toloſæ in monaſterio Prædicatorum feruntur aſſervari, necdum typis excuſa. Sunt in his tomi aliquot de Vitis Sanctorum, inſigni ſtudio collecti, & fere ex antiquis eorum actis, quamquam hæc, ut ex titulis datur intelligi, plerumque contraxerit, iis quæ minus probaret reciſis. Nondam eos tomos ut viderem contigit, quorum tamen plura etiam alibi eſſe exemplaria dicunt: at quaſdam ex iis ſum tranſſcriptas Vitas amicorum opera nactus.

S. Antoninus in Chronic. S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, & ipſe ex Ordine Prædicatorum (quaſi hæc familia præ reliquis ad Sanctorum illuſtrandum honorem jam olim peculiariter incubuiſſe videatur) præter alia plurima quæ erudite compoſuit, Chronicon conflavit in tres partes diſtinctum, ab orbe condito ad Pii II. pontificatum, ſive Chriſti annum 1459. quo & ipſe deceſſit ſanctiſſimus Antiſtes. In eo opere pleraque de Sanctorum rebus geſtis ex aliis accepta ſcriptoribus intexuit.

Suppar prope S. Antonino fuit Petrus de Natalibus, Epiſcopus Equilinus, (in Equilia, ſive Æquilia inſula Anaſſi Fluminis oſtio objecta, ea ſita olim Sedes, Gradenſi Patriarchæ ſubiecta) qui ingentem collegit Sanctorum Catalogum, addita ſingulorum Vitæ epitome, ubi eam reperit. Ipſe de ſuo opere ita loquitur in prologo: *Hac igitur attendens ego Petrus de Venetiis, Equilinus Epiſcopus, inter Sacerdotes minimus, & Eccleſia Pralatos indignus, Sanctorum exiguitatem Eccleſia notam, ex pranominatis omnibus codicibus & voluminibus, nec non ex aliis pluribus diverſarum Eccleſiarum antiquis libris & paſſionariis, quoſcumque invenire potui, non ſine multis laboribus crebriſq; vigiliis ſtudioſius recollectam, & per conſequens caterorum Beatorum nobis ignotam infinitam multitudinem, brevi opuſculo cupiens, ut Deus annuerit, honorare; quatenus eorum meritis poſt agonem coronam excipiam; & ne talentum mihi qualiſcumque gratia creditum terra ſuffodiam; quinimo Domino, etſi non quincuplatum, vel ſaltem reſtituam duplicatum, ad utilitatem filiorum militantis eccleſia, Sanctorum omnium novi & veteris teſtamenti nomina, geſta, vitas, paſſiones, & triumphos compendioſo ſtylo ſubſtantialiter recollecta, illuſtrium virorum fretus auctoritate, Sanctorumq; omnium capitis Jeſu Chriſti, & beata ipſius genitricis Maria, 12. Apoſtolorum, atque cunctorum ſupernorum civium confiſus patrocinio, praſenti catalogo curavi retexere & breviſſima oratione narrare.* Editus eſt Petri Catalogus Vicentiæ opera Henrici de S. Urſio an. 1493. ac ſæpius poſtea.

Petrus de Natalibus in Catalogo.

noviſſimus accuratiſſimus. De hoc auctore ita cenſet Wicelius: *His omnium noviſſimus acceſſit inter recentiores diligentior hagiologus Petrus de Natalibus Praſul Equilinus, & Petrus Calo Venetus. Pergrata brevitati ſtuduit Equilinus, & quam minimum intexuit mythologia, quo commendatior ejus apud nos fama eſt.* Alii quoque eum longe Jacobo de Voragine præferunt. Si de numero agatur Sanctorum, quorum ille nomina collegit, lubens aſſentior; ſin diligenter veteris hiſtoriæ ſtatera examinata, certiſque teſtimoniis ceu momentis librata quis requirat, næ ille in multis etiam Voraginenſi cedit: ut merito Joannes Vaſæus in Hiſpaniæ Chronico cap. 5. *in aliquibus cum judicio legendum cenſuerit.*

Gentius & Gilemannus. Suppar Equilino fuit Joannes Gilemannus monaſterii Canonicorum regularium in Rubea-valle juxta Bruxellam in Brabantia Supprior, qui ſummo labore atque induſtria Vitas Sanctorum plurimas collegit & manu ſua deſcripſit: quo in ſtudio præclaram operam una poſuit Antonius Gentius ejuſdem cœnobii Prior. *Multum ſane Gentio & Joan. Gilemanno*, inquit Valerius Andreas in Biblioth. Belgica, *univerſa debet Eccleſia, ob vitas Sanctorum plurimas ab interitu vindicatas.* Deceſſit Gilemannus an. 1487. Gentius 1543. Præclaris Rubrævallis Mſſ. voluminibus & Surius olim, procurante Joanne Molano, & nos uſi ſumus.

§. V. Acta SS. recentius collecta: praclarum Laurentii Surii opus.

Acta SS. recentius collecta. QUod Cardinalem Bellarminum dicere ſolitum accepimus, ſeculum hoc, quo vivimus, ſeculum eſſe Sanctorum, propterea quod Deus dona ſua, & præclaras parandæ ſanctitatis rationes videatur largius quam ſuperioribus ætatibus communicare; id ad eam trahere ſententiam poſſumus, ut numquam antehac perinde Sanctorum acta illuſtrata fuiſſe dicamus, atque hoc ſeculo, quo plurimi certatim, typographi-

cæ

ex præſertim artis adjuti præſidio, in ea eruenda e tenebris & dilucidanda incumbunt: etſi plures in profana antiquitate illuſtranda, fructu minori, laborent. Non perſequar omnes quorum hoc ſacro in ſtudio deſudavit induſtria: præcipuos ſolum, quorum latius patuit labor, percenſebo.

Mombritius. Boninus Mombritius Mediolanenſis duo ingentia volumina edidit, quibus acta Sanctorum complexus eſt, ut ea in mſſ. codicibus reperit, ita fideliter, ut ne menda quidem ſcriptionis correxerit, quæ minus jucundam lectionem reddere ſolent. Dicavit illud opus, quod *Sanctuarium* inſcripſit, honeſtiſſimo Equiti Cicho Simonetæ Ducum Mediolanenſium Secretario.

Faber Stapulenſis. Jacobus *Faber Stapulenſis Martyrum agones antiquis ex monumentis genuine deſcriptos publicare* moliebatur, ut teſtatur Sauſſaius; at librum tantum unum e typis emiſit, continentem agones Martyrum per primi menſis ſeriem, quem Antonio a Prato Cancellario Franciæ dicavit, initio anni 1525. Eum tomum non vidimus: habuerat Roſweydus, ab amico fortaſſis commodatum; atque ex eo quorundam acta Sanctorum deſcripſerat.

Wicelius. Georgius Wicelius multos edidit libros, quibus naſcentia tunc hæreticarum portenta opinionum jugularet, alios quibus afflictos Catholicorum animos confirmaret: in his eſt *Hagiologium, ſeu de Sanctis Eccleſiæ, Hiſtoria Divorum toto terrarum orbe celeberrimorum, e ſacris Scriptoribus ſumma fide ac ſtudio congeſta, ac juvando pariter atque ornando Chriſtianiſmo, in Presbyterorum pie doctorum manus emiſſa*. Id ipſe Hagiologium Alberto Brandenburgico Cardinali ac Moguntino Electori dicavit an. 1541. Queritur tamen ſibi librorum ad id opus apte elucubrandum neceſſariorum copiam defuiſſe.

Lipoman. Utilius eodem in genere laboravit Aloyſius Lipomanus Epiſcopus Veronenſis, qui plurimas Sanctorum vitas a graviſſimis & probatiſſimis auctoribus conſcriptas edidit, ſuaque adjecit ſcholia adverſus modernorum hæreticorum blaſphemias & deliramenta. Primum volumen prodiit anno 1551. in 4. libros diſtributum, Vitas Sanctorum 163. complectens. Secundum an. 1553. continetque Vitas 225. Tertium an. 1554. tres habet partes, prima Vitas varias continet, ſecunda Palladii hiſtoriam Lauſiacam, tertia S. Gregorii Turonenſis libros de miraculis Martyrum, S. Juliani, & S. Martini Epiſcopi. Quartum volumen eodem anno 1554. editum, 270. Vitas complectitur. Quintum an. 1556. Vitas Sanctorum menſis Novembris, Decembris, Januarii, Februarii a Simeone Metaphraſte Græce ſcriptas, verſas a Gentiano Herveto Gallo. Sextum an. 1558. Vitas menſium Maii, Junii, Julii, Auguſti, Septembris, Octobris ab eodem auctore ſcriptas. Septimum in tres partes tributum anno eodem: pars prima continet Vitas Martii & Aprilis, interprete Petro Franciſco Zino Veronenſi; ſecunda alias ex mſſ Cryptę Ferratę, interprete Gulielmo Sirleto Protonotario Apoſtolico, qui deinde Romanæ Eccleſiæ Cardinalis fuit; tertia Pratum Spirituale Joannis Moſchi. Octavum (quod ad Bergomenſem Cathedram a Veronenſi translatus concinnarat, deſcriptis e variis ſanctis Patribus Divorum hiſtoriis, & in quatuor partes diſtinctis) ipſo jam vita functo edidit illius nepos Hieronymus Lipomanus an. 1560.

At nemo hactenus Laurentii Surii Carthuſiani ſtudium & induſtriam æquavit. Is Lubeca ortus, Francofurti ad Oderam & Coloniæ Agrippinæ litteris dedit operam; atque hic ætatis anno vigeſimo, Chriſti 1542. in Carthuſianorum Ordinem cooptatus, & vitam ipſe

Surius. ſuam ſanctiſſime inſtituit, & aliis qua poſſet ad Chriſtianam pietatem excitandis, aut a profana hæreſeon novitate revocandis, prodeſſe ſtuduit. Itaque graviſſimorum religioſiſſimorumque virorum tum aſceticas ad fovendam pietatem, tum polemicas commentationes ad propugnanda adverſus novatores fidei noſtræ myſteria accommodatas, Joannis Tauleri, Joannis Rusbrochii, Florentii Batavi, Henrici Harphii, Henrici Suſonis, Michaelis Epiſcopi Merſeburgenſis, Joannis Fabri, Joannis Groppeti, Martini Eiſengrini, Fr. Staphyli, e Teutonico ſermone in Latinum vertit. Deinde quatuor tomos Conciliorum Eccleſiæ collegit. Alia denique compoſuit opera: ſed, quod huc facit, maxime læti & uberes extitere fructus e ſex tomis quos de vitis Sanctorum ſcripſit. Nam a Lipomano paullo ante evulgatas, in ordinem ſacris Eccleſiæ Romanæ faſtis apte reſpondentem redegit, plurimis tamen, quæ ſuo inſtituto minime congruerent, prætermiſſis: ex variis deinde mſſ. codicibus, quos partim Gervinus Calenius Juriſconſultus hinc inde collegit, partim ultro viri pii, juvandæ Reip. Chriſtianæ ſtudio, ſubmiſere, alias plurimas Sanctorum hiſtorias, graves & fide dignas, adjecit; atque ſex tomis comprehenſas in lucem edidit anno 1570. & quinque ſequentibus. Profitetur autem ſe *in id ſummopere incubuiſſe, ne quid vanum aut commentitium, aut parum graviter conſcriptum, in ſuos tomos admitteret. Quæ etiam cauſſa fuit*, inquit, *ut pleraſque, imo permultas hiſtorias omiſerim, non quod eas contemnendas putem, ſed ne habeant ullam occaſionem ad maledicendum nati heretici noſtri, vel calumniandi labores meos, vel Eccleſiæ Dei inſultandi*. *quibuſdam prudenter omiſſis.* Et ſapienter ſane quidem illud ab eo proviſum, ut, qui edendis Divorum actis, aſſiduam bonorum operum exercitationem, omni ætate viguiſſe apud eos qui Deo cuperent placere demonſtraret, non vero inanem illam & ſtolidam fiduciam, quam, alienæ vel imbecillitati palpantes vel malitiæ obſecundantes, inculcant hæretici, ei qui fidem habuerit Deo, nequaquam imputatum iri ſua flagitia; nihil ipſe afferret, quod illi vel arguere falſitatis poſſent, vel quoquo modo ſugillare. De ſtylo ipſe profitetur: *Equidem ut etiam erudito lectori gratificarer, vitas aliquot rudi ſtylo conſcriptas, aliquanto Latiniores reddidi; maxime quarum auctores nondum comperi: nonnumquam vero etiam illas nonnihil elimavi, quæ habent ſuos quidem auctores, ſed ſic ſcripta erant ut delicatas aures eorum qui ſermonis elegantia delectantur, facile offenderent.* *Stylo quandoque limato.*

Probavit laborem ſuum Surius piis omnibus, etiam ſummis Eccleſiæ Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. Cum celeriter eſſent exemplaria divendita, & multæ interea vitæ e variis ſuppeditatæ locis, cœpit eoſdem tomos recognoſcere ac locupletare, & denuo edere in lucem. *ejus opus auctum ab ipſo.* Cumque ad finem prope Junii menſis perveniſſet, anno 1578. Chriſti, ætatis ſuæ 56. die 23. Maji ad Beatorum (ut confidere fas eſt) contubernium evocatus eſt, eorum fruiturus præmiis quorum certamina ſcriptis mandarat. Jacobus Moſander, & ipſe Colonienſis Carthuſiæ alumnus in opus ſucceſſit, & tum reliquos tres tomos auxit, tum ſeptimum, ad quem concinnandum copioſam materiam Surius congeſſerat, ipſe quoque plures aliunde nactus vitas, vice ſupplementi edidit, adjecto Adonis Martyrologio, quod ex quatuor pervetuſtis codicibus ſua manu deſcripſerat. *& Moſandro.*

Cum vero etiam ſecunda editio diſtracta eſſet, & multi tamen vitas SS. expeterent, tertia adornata eſt, ſed multo locupletior: auctores ſua nomina prodere noluerunt; quid præſtiterint, ita Lectori aperiunt: *Inprimis, ne cui calumniandi anſa daretur, nihil de novo inſeruerunt, nihil immutarunt, in quo non religioſe adſcripſerint, unde unumquodque nacti ſint. Vitas vero, quæ de novo additæ ſunt, ſtellulæ ſigno in indice cuilibet menſi præfixo notari curarunt. Aliæ crucis ſigno notatæ ſunt, quæ a Surio vel ſtylo mutato vel elimato editæ, jam vero ſubſtitutæ ſunt prout ab ipſis auctoribus conſcriptæ fuerunt. Quas quidem ut non accurate quæſiverunt, ita oblatas inſerendas putaverunt, non ut Surium reprehenderent ſtyli mutati ergo, ſed partim ut iis ex parte ſatisfieret, qui* *ab aliis interpolatum & auctum.*

illud

Digitized by Google

illud a Surio factum non fuiſſe cuperent, partim etiam ut videant quam bona Surium ratio ad ſtyli mutationem adegerit .... Quas vero antehac vitas edidit Surius, in iis ſi quid occurrebat, quod non omnino ſua fide conſtare videretur, id ex aliis auctoribus, & Cardinalis Baronii præſertim Annalibus Eccleſiaſticis (cui hac in parte plurimum debetur) margini annotandum judicarunt. Omnes autem vitæ tam antehac editæ, quam de novo inſertæ, in certa capita & paragraphos diſtributæ ſunt, & in ſummitate paginarum dies menſis quo occurrunt adſcriptus, ut facilior eſſet lectori modus aliquid inveniendi & annotandi. Opus hoc, ſane egregium, in duodecim partitum tomos anno 1618. Joannis Krepſii & Hermanni Mylii ſumptibus excuſum eſt.

Ex Sorio hauſerunt Franciſcus Haræus, Zacharias Lippelous, Cornelius Graſius, aliique innumeri, qui Latine, Italice, Hiſpanice, Teutonice vitas Sanctorum deinceps edidere; quos recenſere operæ pretium non eſt, quia non tam auctorum indicem hic texo, quam commemoratis quæ hactenus generatim atque univerſe de geſtis Sanctorum ſcripta atque edita ſunt, quem mihi in hoc opere ſcopum propoſuerim oſtendo. Quare eos quoque prætermitto auctores, qui religioſorum Ordinum annales conſcripſerunt, quique ſingulorum cœnobiorum, urbium, provinciarum antiquitates, ſacras præſertim, eruerunt ac illuſtrarunt; qui tamen omnes magno mihi ſubſidio fuerunt & adjumento.

§. VI. *Heriberto Roſweydo adumbratum de Sanctorum Actis opus.*

Roſweydus majus ac SS. opus

POſtremos ad hanc meſſem animum admovit ac manum Heribertus Roſweydus e Societate Jesu, acer judicio vir, ſtylo robuſtus, omnibus diſciplinis & doctrinis politus ac perfectus. Quo ille intenderet, quæ colligere, qua ratione ac modo, quibus demeſſa condere horreis ac granariis vellet, ipſemet docuit, editis an. 1607. *Faſtis Sanctorum, quorum vitæ in Belgicis bibliothecis manuſcriptæ.* Hiſce faſtis veluti ſpecimen totius operis annexuit *SS. Tharaci, Probi, & Andronici* Acta Præſidalia, olim mutile edita a Baronio. Sed ipſum audire præſtat, ita ſcribentem:

adumbrat an. 1607.

Ego ſane etſi Sanctorum hiſtoriæ optime velim, & ſi opitum ſit, non omnino nihil in ea poſſim, imitabor hodie pictores ſciographos, qui antequam rem ipſam vivis coloribus exprimant, ſoliti prius rudia quædam lineamenta ducere, & imaginem ipſam (liceat cum D. Auguſtino) liciare. Ita ſi rubrica, ſi carbo, ſi creta aberravit, de facili reformant, & futuræ imagini perfectum exemplar ſtatuunt. Non ita pridem mihi Sanctorum hiſtoria omnis ætatis, ſexus, nationis, ex variis Belgicæ Bibliothecis collecta, deſcripta, ab amicis tranſmiſſa, indieſq; moles creſcit. Quam priuſquam in ordinem redigam, & quamq; vitam genuino ſuo penicillo depictam repræſentem, placuit hanc ſciographiam præmittere, ut ſi vel a me in hoc ſacro inſtituto erratum, vel ſicubi ad Eccleſiaſticam hanc pinacothecam perficiendam vel tabula vel color aliquis deſit, is ab Sanctorum amatoribus liberali manu communicetur. Stabit ſua liberalitati gratia, & vel leve beneficium ibit in poſteros.

16. tomos pollicitus,

Hiſtoriæ totius adumbratio ecciſta. Tomi 16. *de Vitis Sanctorum. 1. De vita Chriſti & feſtis ejus. 2. De vita B. Mariæ & feſtis ejus. 3. De Sanctorum feſtis diebus publice ſolemnibus. 4. cæteriq; ad 15. de Sanctis menſe Januario, Februario,* &c. 16. *Martyrologia variorum.* Tomi 2. *Illuſtrationum in vitas Sanctorum: quorum primus eſt Annotationum, qui conſtat octo libris. 1. De Auctoribus vitarum Sanctorum. 2. De tormentis SS. 3. De imaginibus SS. 4. De ritibus Eccleſiæ, quorum hic mentio. 5. De ritibus profanis, quorum hic mentio. 6. De tempore, ſeu Chronologia. 7. De locis, ſeu Chorographia. 8. De verbis obſcuris ordine alphabetico. Et ſi qua alia explicatu digna oc-*

duorum Annotationū,

Tom. I.

current, vel explicanda monebis Lector. Secundus eſt Indicum. 1. Index nominum Sanctorum ordine alphabetico. 2. Index & tabula omnium SS. cum notatione patriæ, ſtatus, laureolæ, temporis, loci, auctoris vitæ. 3. Index per ſtatus SS. ut Religioſus, Virgo, vidua, conjux, &c. 4. *Index per officia Sanctorum, Apoſtolus, Epiſcopus,* &c. 5. *Index topologicus, ſeu index SS. per provincias, Italia, Francia,* &c. 6. *Index locorum, ubi coluntur Sancti tamquam Patroni. 7. Index nominum SS. pro curationibus certorum morborum. 8. Index eorum SS. qui Patroni certorum opificiorum. 9. Index nominum propriorum hominum, locorum, urbium. 10. Index ſacræ Scripturæ, quæ in vitis explicatur. 11. Index controverſiarum. 12. Index catechiſticus. 13. Index rerum & verborum ordine alphabetico. Et ſi qua alia notatu digna ſe offerent vel notanda ſuggeret Lector.*

alterum Indicum,

Modus tractandi hic iſte. 1. Conquirere undique vitas ab aliis editas, ut Aloyſio Surio, &c. 2. *Eaſdem vitas cum mſſ. & veteribus libris conferre, cauſa duplici: prima, quod ſæpe primus & germanus ſtylus, quia rudis, in politiorem ab editoribus mutatus: ex quo factum ut vitæ auctoritas ſit imminuta; & hiſtoriæ veritas ſubinde labefactata, dum quædam non rite intellecta in alium ſenſum vertuntur. Deplorant hoc viri docti, & præ ceteris Illuſt. Cardinalis in Annalibus. Nempe contingit iis quod pictoribus. ζωγράφοι ἐπειδὰν ἐξ εἰκόνων μεταγράφωσι τὰς εἰκόνας, πλεῖστον, ὡς εἰκός, τοῦ ἀρχετύπου ἀπολιμπάνονται. Illi enim, ait Magnus Baſilius, cum ex imaginibus imagines depingunt, a prima, uti neceſſe eſt, forma ut plurimum recedunt. Ita eſt profecto: Ars veritatem perdidit, & quoniam ſtyli gratia quæritur, negligitur virtutū. Quo, quæſo, tibi argentea facies ſurdo figurarum diſcrimine, ut materia conſpiciatur, ipſa ignotus maneat? Sancti honorem ſuum colore ſuo, non fuco exprimi amant: ſciunt ſe virtutes ſuas ſtrictim palliatas, non ſolutim laciniatas reliquiſſe: malunt ſe noſci, quam veſtem conſpici. Secunda, quia ſæpe vitæ non integræ editæ, dum nunc prologus, nunc miracula, nunc obſcuriora omittuntur.*

omnia genuino ſtylo priſtino genio.

III. *Vitas nondum editas, undequaque conquirere, & aliis ita, ut dixi, recognitis interſerere. 4. Vitas omnes tam editas quam ineditas illuſtrare, obſcura explicare, pugnantia conciliare, & alia præſtare, quæ duobus libris præcedentibus Illuſtrationum præmittuntur. Hæc res ipſa concepta cantum, non pertractata, tenuibus pro voto unius lineis adumbrata, ſed ope operaque multorum coloranda.*

ſed illuſtratas:

Dein inter monita ad ipſos Faſtos iſta habet: *Editas Sanctorum Vitas locis variis habeo varias, quarum ſyllabum hic non dedi, quod nullas operi miſcere ſtatuam, niſi vel exemplar mſ. nanciſcar, vel certe conſtet eas ipſas ex archetypis fideliter & integre expreſſas. Intereſt originalia Vitarum ſcripta ſemel extare, quod perparum fidei Breviatoribus ſine iſtis. Quiſque enim ſuo captu rem delibat, & dum ſuo palato conſulit, alterum ſuo guſtu privat.*

mſ. aliàs

Poſt Faſtos, ante Acta SS. Tharaci & ſociorum, iſta ſubdit: *Vidiſti, legiſti Sanctorum Faſtos? quid niſi ſilvam non ſilvam? Ita ſine fructibus frondes, ſine frondibus rami, ſine ramis trunci. Maluiſſes, ſcio, præ omnibus fructum. Maluiſſem & ego una tecum. Sed novam facilius ſilvam ſeras, quam veteres paſſivitus diſſitas in unum locum arbores transferas. Vitæ ipſæ ita varie ſparſæ, ita varie ſcriptæ, ut iis colligendis, recenſendis, & tempore & impendio non modicis opus.*

ſpecimen dat.

Hæc ille; quæ ut legit Cardinalis Bellarminus, quæſivit qua ætate is eſſet qui iſta promitteret. Ubi didicit jam annos fere 40. habere, ſciſcitatus eſt, an ei eſſet exploratum ſe ad 200. annos eſſe victurum? Neque enim, inquit, minori ſpatio temporis, ab homine uno res tanta perfici pro dignitate poteſt. Ut erat tamen magno animo Roſweydus, etſi tantum aberat ab abſolutione operis, ut fundamenta, quæ cogitarat, vix omnino poſuiſſe videatur; dixit tamen non diu ante quam e vita decederet, jam 60. natus annos, poſſe ſe annis ſingulis

Digitized by Google

Sperans reliqua abſolvere.

menſem ſive tomum unum, recenſere ac vulgare. Cogitabat enim vitas ſolas recenſitas edere, uti SS. Tharaci, Probi, & Andronici Acta publicarat, abſque Annotationibus, quas poſtea concinnaret; de iis vero Sanctis quorum non repperiſſet vitas, nihil omnino dicere ſtatuerat. Pollicebatur autem ſe ipſo menſe Octobri, quo ineunte deceſſit, opus illud aggreſſurum.

Verum (ut ei tunc objectum ab amicis) an, ut id potuiſſet præſtare, tomis duodecim editis, LXXIII. natus annos eo robore corporis, mentis vigore, memoriæ tenacitate, futurus erat, ut Annotationes tunc demum concinnaret? Quid iis Vitis erat facturus, quas plurimas, genuinas fortaſſe ratus, deſcripſerat, ego ex aliis breviatas, imo & vitiatas, poſtea deprehendi? Ederet non examinatas? Alienum hoc ejus ingenio & gravitate. Ponderaret omnia ſuis momentis? annuo ſpatio majorem ſinguli menſes operam poſtulaſſent. Diſtuliſſet in tempus aliud ambigua? Haud multo igitur Surianum opus ſuperaſſet. Quid deinde iis futurum erat? an veluti atro damnata calculo, *vel blattis & igni fierent pabulum*, ut ipſe loquitur, *vel cucullum piperi facerent?* Verum & Scriptoribus & Sanctis ipſis inſignis ea ratione inferretur injuria; quando & illorum ſcripta non examinata abolerentur, & horum beneſacta ita leviter obtererentur, & vitæ ſanctitudo in dubium fortaſſis vocaretur. An examinaret omnia diligenter, abſolutis Annotationibus? qua ætate?

An id potuerit ſexagenarius?

Potuit prius,

Ego quidem certe exiſtimo, ſi eum Faſtos edidit Roſweydus, continuo calamum ſumpſiſſet, & inſudaſſet operi, excutere potuiſſe vitas omnes, etiam quæ non omnino certæ fidei videntur, & meditatum opus perficere, aut partem ſaltem ejus maximam, præſertim ſi adjutor ei aliquis idoneus obtigiſſet. Sed nimis ille multis diſtrahi curas ſuas & ſtudia eſt paſſus; non quod quæ ſcripſit, publico utilia non fuerint, ſed pleraque fieri ab aliis, ipſo inſtruente, potuerunt, præſertim quæ Teutonica lingua edidit, illius præſtantem ſummamque eruditionem minime exigentia. Nec defuere qui hæc inculcarent domeſtici exterique monitores, quorum quidam vix convicio temperabant, aut deſperare eum dictitantes, perfici poſſe quæ eſſet meditatus, aut nimis viribus confidere vitæque. Non deſtitit tamen undecumque quantam poſſet copiam vitarum coacervare, atque etiam plane eaſdem, ut in diverſis codicibus repeperiſſet, diverſis diebus aſſignatas ſæpius deſcribendas curare: ſed acervo veluti attentus cuſtos incubabat, alia interim meditans, ſcribenſque ſemper aliquid. Verum iis nunc querelis, quas non mihi magis, quam cum ille mortuus eſt, bonis omnibus juſtus quidam dolor expreſſit, abſtineamus, & licet opus meditatum non abſolverit; habeamus tamen gratiam quod id ita præclare informarit.

ſi unum id egiſſet.

§. VII. *Auctoris hoc in opere propoſitum.*

Acta Sanctorum hic

NUnc quid mihi propoſitum ſit, quorſum ſpectet mea hæc commentatio, planum faciam. Nec veſtigia Roſweydi anxie ac ſollicite perſequi animus eſt, ut quæ non fixa firmiter, parte aliqua operis abſoluta, ſed leviter preſſa dumtaxat, idea quadam tenuibus lineamentis informata. Nec tamen recedam longius. Idem illi & mihi ſcopus. Acta Sanctorum generatim indagare, e tenebris eruere, illuſtrare. Sed longius ego aliquanto quam ille aciem intendo. *Vitas* ille, ut dixi, *nullas operi miſcere* ſtatuerat, niſi vel exemplar manu exaratum nanciſceretur, vel certe conſtaret eas ipſas ex archetypis fideliter & integre expreſſas. Tam anguſtas mihimet ego metas non pono. Nam cum maximorum etiam Sanctorum, & quidem plurimorum, mandata litteris acta non ſint, aliorum interciderint; extet tamen utrorumque frequens apud Scriptores memoria; cur non licebit hic

cum genuina & propria deſint,

geſta eorum, ex iiſdem accepta Scriptoribus, commemorare? Quid ſi aliquorum nulla quidem Acta in manibus ſunt, qualia principio conſcripta fuiſſe conſtet, reperiatur tamen eorum epitome, nec ſtylo polita, nec ſatis ad hiſtoriæ normam exacta, & quandoque fortaſſis ab eo quod eruditi homines animo præceperint aberrãs; cur hoc avido & famelico lectori ferculum ſubtrahas, etſi minus apte conditum videatur, nec quo e macello allatum ſit noris, & num quidpiam maligne præceptum? Quid, cum neque ejuſmodi extat monumentum, nec probati ſcriptoris teſtimonium; viget tamen Sancti alicujus memoria; ejuſque celebrantur beneſacta & miracula, vel ſola populi fama, vel poſitis etiam imaginibus & anathematis; nefas fuerit, quid majorum ſermonibus traditum ſit, quamque id probabile videatur, exponere? Abſtinuiſſet his omnibus manum Roſweydus: non ego; qui nihil, quod ad Sanctorum honorem amplificandum, conſervandamque memoriam facere videatur, exiſtimem eſſe negligendum. Sæpe etiam neque ſcripta veterum, neque recentiorum famam ſequi datur, quod & acta nulla extant & penitus abolita memoria Sanctorum eſt: nomina tamen vetuſtis inſcripta Martyrolog. ſunt, quorum verba repræſento, & ſi quod alibi veſtigium apparet, ſcrutor & excutio diligenter.

ex aliis auctoribus collecta,

aut fama,

aut martyrologiis.

Cogitabat præterea Roſweydus vitas primum ſolas edere, poſtea de earum ſcriptoribus, horum ætate ac Sanctorum ipſorum, de utrorumque vitæ ratione, domicilii aut mortis loco, & aliis, quæ ſuperius propoſita ſunt, diſputare. Ego vero ſatius eſſe duxi, ad ſingulas id vitas agere, neque ſat tuto in aliud tempus differri. Fieri enim poteſt, ut in Vitam incidat quiſpiam, quæ illi videatur vel ab aliquo probatæ fidei hiſtorico diſſentire, vel receptæ chronologiæ non ſatis apte congruere, vel loca continere vulgo ignota; ideoque aut numquam extitiſſe Sanctum illum, aut ficta eſſe & commentitia illius Acta ſuſpicetur. Occurrendum igitur iſtiuſmodi opinionibus eſt.

Aliis additæ Annotationes,

Virum egregie doctum audivi narrantem, ſecum primum Vitæ Patrum ipſius Roſweydi ſtudio recognitæ & illuſtratæ prodierunt, illico inveſtigaſſe num inter eas eſſet Macarii Romani vita, illius qui juxta Paradiſum habitaſſe dicitur, & trium monachorum ad eum iter: ea cum repperiſſet, neque ſatis Roſweydi Annotationibus firmata, aut diſcuſſa, ſprevíſſe ſe librum ea cauſſa. Imprudenter ille quidem, qui ingentem theſaurum, cui vel unicus admixtus eſſet nummus adulterinus, contemnendum ideo exiſtimarit; imo cum nec adulterinus quidem eſſet fortaſſis, ſed monetæ ignotæ. Quid ſi Notationes nullas addidiſſet, quanto minus illius & aliorum faſtidioſo palato vita illa ſapuiſſet? Quot inter Sanctorum Vitas ſunt paribus aut etiam difficilioribus implexæ ambagibus?

ne ſpernerentur.

Edidi XIII. Januarii vitam S. Kentigerni Pictorum Scotorumque Epiſcopi, ſane admirabilem. Vir quidam eruditiſſimus, & in Anglicanarum rerum Scriptoribus verſatiſſimus, cum mecum de Sanctorum Vitis haberet ſermonem, rogatus a me eſt, quid de Joanne Capgravio, ejuſve Sanctorum Angliæ Legenda ſentiret. De ſanctiſſimis hominibus, inquit, fabulas vel ſcripſit, vel collegit. Omnia ne ergo, inquam, improbas? Pleraque, ait. Fateor eſſe quæ ita imperite ac inepte ſcripta nollem: at de Kentigerno quid videtur? Fuit, inquit, vir Apoſtolicus, ſed figmentis ſcatet vita. Sciſcitatus quid præcipue rejiceret, quæ jam a me excuſa de eo erant, legenda obtuli, rogavi ut afferret lucem. Cum legiſſet, Multæ, inquit, ſpretæ hactenus Divorum hiſtoriæ, ubi ſic erunt illuſtratæ, etſi ſtylo nil inſipidius, arridebunt tamen eruditis. Quid ſi ergo ipſe ea ſua ſingulari eruditione digeſſiſſet ornaſſetque Roſweydus, quanto illuſtrior emicuiſſet obſcuratæ hactenus aut neſcio qua temporum barbarie infuſcatæ ſplendor veritatis?

Eaſdem convellunt, etiam præjudicatis;

Ipſe

Ipſe ego (fatebor enim, qui communis eſt multorum, errorem meum) cum in Actis, non memini nunc quibus, legiſſem *Urielis* & *Ophaliæ* Reges, ſuſpectare fraudem cœpi, ac vereri ne in quapiam Mori Utopia quæ narrarentur geſta eſſent; donec ſuſpenſu veluti gradu, ita mentis aſſenſu pertentarem omnia. Tandem vero *Uriel*, ſive *Iriel*, aut *Uriela* occurrit, Hiberniæ provincia, cujus caput Drogheda urbs; & Donaldus *Rex Urielis*, Melliſontis præclari cœnobii fundator; & qui cum aliis Henrico II. Angliæ Regi ſe ſubiecerunt; *O Carel Rex Uriela, Mac Shaglin Rex Ophalia*. Quid ni igitur cum iſta occurrunt, ne hallucinetur & a lectione honeſta inprimis & fructuoſa avertat animum, qui ad ejuſmodi ſcopulum fuerit impactus, breviter ea explanem? Periculoſa ſane mihi ac temeraria futura res eſt viſa, ſi abſque ullis Annotationibus ac Præfationibus, ederem quamvis multis probatas Vitas & genuinas. De ipſis porro Annotationibus totaque operis methodo, plenius cap. 2. diſſeram: hic illud indicandum fuit, a Roſweydo quibus in rebus & quamobrem diſcederem.

Sæpe neceſſaria.

Verum ſentio eſſe quoſdam, quibus Roſweydi non probetur inſtitutum, minus etiam meum; propterea quod exiſtiment, ſatius eſſe urbano & venuſto ſtylo, quæ de Sanctis comperta ſunt, narrari; quam rudera quædam incondita, aut ſaxa potius barbari ſermonis projici: quin & Sanctos ipſos venire in contemptum putant, cum ita illorum res geſtæ narrantur. Cum vero ex variis auctoribus de Sanctis, quorum vel propria nulla, vel minus integra extat Vita, quædam profero analecta; mallent unam concinnari continuam orationem, quam quaſi centonem conſui, ipſis auctorum verbis repræſentatis. Mallent cum invicem diſcrepant auctores, omnibus expenſis, ſententiam unam, quæ probabilior videatur, affirmari, ceteris prætermiſſis; quam ambigue conjectando anſam, ut ajunt, præberi de rebus omnibus dubitandi. Næ illorum multum a mea diſſentit ratio. Merentur quidem Sancti ut a peritiſſimis ſcriptoribus res ab ipſis præclare geſtæ mandentur litteris, magis ſane quam Rex ille, quem legimus, cum multos ſecum rerum ſuarum haberet ſcriptores, invidiſſe etiam ei cui ſuæ virtutis Homerus præco obtigiſſet; ſeque ab Apelle pingi, a Lyſippo fingi potiſſimum voluiſſe. At multis ætatibus vel rari extitere præclari ſcriptores, vel qui extitere, ii ſuorum ſtudiorum inanem ſectari mercedem, quam Deo Divisque ſuos conſecrare labores maluerunt. Si qui autem bene docti Sanctorum geſta mandare litteris aggreſſi ſunt, ii vel animis in alias plures curas diſtractis expolire ſermonem non potuerunt, vel ultro neglexerunt, rati ſtylum eum optimum eſſe Sanctiſque gratiſſimum, qui cum ipſorum vitæ modeſtia conſentiret; ut ſicut illi vulgo contempti contemnebant ipſi omnia ſeculi ornamenta, monumenta gloriæ, laudis inſignia, ſolo virtutum interno ſplendore contenti, quo ſe Numini gratioſos fore confiderent; ita omnis de eorum vita inſtituta narratio, humilis eſſet & inelegans, ſola veritate & pietatis incitamento cõmendata.

Incruda Acta non ſpernenda.

aut e verbis vulgata?

Cur incompte olim ſcripta?

Equidem non video cur non cuicuimodi illud ſit, quod ſic traditum eſt litteris, id quiſquis amator eſt veritatis multo libentius amplectatur, quam ſi novis elegantiarum pigmentis adulteretur. Jam quis ego ſum, qui cum diſcrepant atque inter ſe pugnant ſcriptorum variorum narrationes, ipſe quod mihi viſum fuerit, velut certum minimeque dubium pronuntiem, & mea unius, quæ nulla eſt, firmem auctoritate? Nonne id ſatis eſt, ſi ubi plurium diſcrepantia protulero teſtimonia, quodnam eorum & quamobrem præferendum exiſtimẽ, modeſte exponam, aut etiam judicium Lectori relinquam? Ipſos principes hiſtoricorum video ab hac ratione mea minime abhorrere. Quoties enim Valerium Antiatem, ac Fabium Pictorem diverſa ſentientes citat Livius? Quamquam, quia in omnium manibus erant, non ipſorum verba adnumerat, neque id erat opus. Mihi id viſum eſt faciendum, ut ſua antiquitati dignitas conſtet, ac reverentia. Etiam in ſtatuis & imaginibus Principum, imo & plebejorum quoque, majorum noſtrorum, veterem illam habitus formam obſervamus ac reveremur, & longe inepto ac multiformi ætatis hujus veſtimentorum modo præferimus: & non id in ſcriptis ac ſtylo, cui uni fere a vetuſtate commendatio eſt, valebit? Lectores malo quid olim de ſingulis Sanctis ſcriptum ſit, intueri, quam mihi credere narranti. Aberit fraudis ſuſpicio, cum ipſa veterum verba legentur. Atque ita quidem affectus animo ſum, ut mihi haberi fidem nolim, niſi id narrem quod ipſe oculis vidi, neque enim ita me hactenus vixiſſe arbitror ut tunc fidem non merear: aſt in ceteris quæ ante meam geſta ſunt ætatem, nolo mihi credi, ſed, quos proferam, teſtibus, quos ipſos ſuis volo verbis uti: quæ tamen ſi quando obſcuriora erunt, ut mihi interpretari ea & explicare liceat, depoſcam.

Teſtimonia ſcriptorum,

etiam diſſentientia

proferuntur ipſorum verbis.

ad fidem:

Fontem igitur demonſtro, puræ quidem aquæ & ſalubris, ſed in obſcura latentem ſilva, denſis ſeptum frutetis, muſco obſitum, avio loco, difficili aditu, nullis labris aut marginibus aliiſve operibus concluſum, ita tamen ut haurire ex eo facile queas, aquamque deducere, quibus voles canalibus, lapideis, ligneis, plumbeis, argenteis; inde aut virtutum præſtantiſſimarum petendo exempla, aut materiam ſumendo quam ſtylo exornes ad aliorum utilitatem, Divorum honorem; ea lege tamen, ne ipſum unquam obſtruas fontem; ſed ſi quæ forte e vicina palude vena influxit, aut malitioſe inducta, ſi cujus arboris noxia eam umbra texit, ſi quid aliud ſaporem ejus vitiavit, uſumve interclusit, medelam afferas qua licet: ſi quid a ſciolis aut imperitis librariis adiectum, reciſum, mutatum deprehenderis; aut ipſe emendes, aut nos moneas.

opus hoc fons eſt,

Venam divitis metalli oſtendo: refode eam tu, excoque, utere. Si quid terreſtris ſcoriæ admixtum, ſecerne: ſi quid minus a me depurgatum, (& ſunt pluſcula, fateor) excute tu diligenter: verte in quæ voles opera; ſive nummos cudere animus eſt, quos trapezitæ illi Regi annumeres æternarum poſſeſſionum pretium, quibuſve nomina multis jam noxis peccatiſque facta diſſolvas; ſive vaſa magnifice elaborare, quæ ad cæleſtes, etiam Numinis ipſius, epulationes adhibeantur, ſeu denique arma fabricari, iiſve ſplendorem addere, quo adverſariorum præſtringas oculos, & glorioſum triumphum reportes; quod voveo.

metalli vena,

In ſilvam duco, opacam & denſam, & multos per annos, imo ſecula, inciduam. Hic ſi te umbra delectat, amœne conquieſces, æſtumque curarum forenſium & cupiditatum temperabis. Sin cædere arbores lubet, jus faſque eſt, & in quos voles uſus; ſeu navim cupies fabricari, qua ad deſtinatum ſalutis portum veharे; ſeu domum ædificare, in qua tibi vivas, non ſemper hoſpes tuiipſius, & rerum tuarum ignarus; ſeu quod denique aliud moliri opus, ſive ſolum ignem facere, quo frigus pellas, animi, inquam, maxime periculoſum; affatim materiæ eſt. Unum poſtulo, ſicubi via erit frondibus & virgultis interclusa, aut caducis vietiſque ramis impedita, ſicubi direpto cortice ſquallebunt trunci, ſi quæ inimico ſidere afflatæ quercus, ſi quod aliud inutile lignum; fateare tamen, æquus eſſe ſi voles, plura eſſe apta & commoda: nec uſpiam fortaſſis, pari in mole, pauciora, repudiare quę velis.

ſilva cædua.

CAPUT SECUNDUM.

Methodus & ſymmetria operis.

§. I. *Ordo dicendorum, & ratio.*

RErom omnium quæ exiſtunt, ordo quidam eſt ac modus, a natura, aut potius ab auctore naturæ, ſa-

pientiſſime conſtitutus. Cernitur is quoque (licet ſæpius hominum improbitate perturbatus) in rebuſpublicis, ea pulcherrima partium omnium, ceu membrorum, compoſitione ac diſciplina conſertus. Verum alibi nuſquam illuſtrius, quam in Sanctorum vita elucet, a quibus eſt tum in Numinis veneratione publica ac privata, tum in ceterarum functionibus ac muniis virtutum, omnique vitę ratione, ordo quidam, idemque ſcre Divina hauſtus inſtitutione, ſtudioſiſſime conſervatus: ut æquum propterea ſit, omnem, qui de eorum geſtis inſtituitur, ſermonem certo quoque ordine diſponi. Ergo ne quis ut in vaſta atque immani ſilva chaos quoddam ſuſpicetur, atque indigeſtam molem; breviter hic totius operis ordinem explicabo. Ac primo rerum ipſarum quæ dicuntur eſt ordo: dein eorum quę perſpicuitati ſerviunt ac commodo Lectoris, apta atque idonea rationum ſtyli qualitas & conformatio. Indicum etiam (nam eorum pręcipuus eſt uſus) neceſſaria explicatio: odioſæ præterea ſunt quæſtiones nonnullæ ac cenſoriæ notationes, a quibus cur retorqueam ſtylum, exponenda eſt cauſſa: demum quæ in poſterum mediter, operum eſt idea quædam aut conſilium aperiendum.

Ordo neceſſarius in Vitis SS.

Hic alius quam antea Auctoribus ſervatus,

Qui antehac Sanctorum Vitas ſcripſere, ii vel nullum ſecuti ordinem ſunt, ut qui ſecundam partem Legendæ compoſuit, atque in nonnullis voluminibus Lipomanus; vel alphabeticum dumtaxat nominum, ut Mombritius; vel ætatis ac temporum, ut recentiores nonnulli; vel feſtorum, quæ in ritualibus libris Eccleſię Romanæ deſcripta ſunt, ad quæ ceterorum Sanctorum, etſi in nullis extent Kalendariis, mortuales dies accommodant; ita Jacobus de Voragine, Surius, ac reliqui fere omnes. At ſi in eumdem diem plures inciderint Sancti, horum ab iis promiſcue ſcripta nomina; vitæ editæ, nullo vel ætatum diſcrimine, vel litterarum; ut cernere eſt in Petro de Natalibus ac Surio. Ego faſtos quidem ſum Romanos ſecutus, ut quo quiſque in cœlum migravit die, aut quo præcipua illius agitur feſtivitas, Acta darem. Sed & dierum quoque ſingulorum Sanctos in certum repoſui ordinem, ut, quantum eorum aſſequi ætatem potui, prius de iis agerem, qui prius vixerunt, aut certe prius exceſſerunt e vivis. Non ita tamen id arripui ſcrupuloſe, quin ubi ætas controvertitur alicujus, communi adhæſerim ſententiæ, licet ut veriorea eſſet tritiorem. Ubi nullo ex veſtigio certam deprehendere ætatem aliquorum potui, ut ſæpe Martyrum, hos in ea conject tempora, quibus maxime congruere viſi ſunt. Sed de chronologia mox iterum.

etiam inter SS. ejuſdē diei.

1. Sancti qui eo die coluntur poſito nomine,

Primum igitur conſignato die quolibet, qui eodie coluntur Sancti, aut quorum quoquo modo celebratur memoria, eorum nomina ordine, quem jam expoſui, recenſeo; addito, cum mihi cognitus eſt, loco quo vixerunt, & quam geſſerunt, dignitate, aut gradu, v.g. *S. Gaudentius Epiſcopus Novarienſis in Italia. S. Leo Tribunus, Martyr, in Bulgaria*, &c. Atque ea ratione unico obtutu de quibus eo die agatur Sanctis, quoque ordine, perſpici poteſt.

2. rejecti in alios dies,

Sequuntur *Prætermiſſi & in alios dies rejecti*. Sępe nãque Sancti unius plura ſunt feſta, in una etiam atque eadem Eccleſia: nam quorumdam obitus ſive natalis celebratur, Translatio, nec una; ordinatio, miraculum quodpiam: aliorum a diverſis populis diverſo die agitur, etiam eadem celebritas. Eſſet vero illud ridiculum ſi quis unius Sancti pluribus diebus edi uno in opere Acta vellet. Semel igitur illa dedi; quibus vero diebus alibi agitari eorum feſtivitatem vel recoli in Divinis officiis memoriam comperi, indicavi iſthic, ubi Acta eorum queant inveniri: idque eo conſilio, ut ſi quis Patroni fortaſſis ſui, aut ceteroquin quopiam in loco celebris Sancti, Vitam quærat, neque tamen eo die reperiat, ſciat quo ſibi ſit recurrendum. Plerumq; vero ad eum diem cujuſque Vitam rejicio, quem maxime ſolemnem agi exiſtimo in loco ubi illius conditum eſt corpus, aut qui illius ortu patrocinio ve gloriatur. Sunt præterea recentioribus Martyrologiis, aut Sanctorum catalogis, multorum inſcripta nomina, quibus tamen cęleſtes honores non ſunt Eccleſiæ judicio decreti, vel antiqua populorum pietate prærogati. Hos ego mihi omittendos eſſe merito exiſtimavi, recentiores præſertim; neque præter *Venerabilem illum Ludovicum Bloſium Abbatem Lætienſem*, (cujus cur vitam hic dederim, ſuo loco expoſui) alterius cujuſquã res geſtas retuli, qui non ab aliquibus ſcriptoribus in Divorum albo collocetur. An legitime id factum eſſet, ſæpius addubitavi, ac tunc ſi dedi vitam, (dedi autem paucorum) omiſi tamen *Sancti* aut *Beati* titulum: plerumque tamen Vitam omiſi, nomen indicavi, ut ſicubi me mea conjectura fefellerit, me lector eruditus admoneat. Ac vero conjeceram in hanc Omittendorum claſſem nonnullos, quorum poſtea & ſanctitatem publicis ſeſtis monumentiſq; celebratam didici, & res geſtas accepi.

vel omnino omiſſi,

etiam apto ordine.

In hoc quoque omiſſorum ſyllabo ordo eſt a me duplex obſervatus: nam primo eos recenſeo, qui in priorem, juxta Kalendarii ſeriem, rejiciuntur menſem aut diem: exempli gratia, ſi die 12. Januarii in Martyrologiis Sancti occurrant, quorum aliqui 10. Februarii, 6. Aprilis, 15. Januarii, 8. Januarii colantur, alii etiam plane Omittendi videantur; primum eos refero qui ad præcedentes Januarii dies, tum qui ad ipſum duodecimum pertinent, ſive qui adſcripti illi diei ſunt, ſed videntur eſſe omittendi; dein qui ad dies conſequentes ejuſdem menſis; ac denique menſium aliorum, eadem ſemper ſerie atque ordine dierum. Secundo cum omnino prætermiſſi eodem die plures ſunt, hos quoque eo ordine digeſſi quem eorum poſtulare ætas, etſi non ſemper accuratiſſime expenſa, videretur.

3. Prolegomena,

Tertio loco Præfationes ſunt, ſive προλεγόμενα, aut præviæ de vitis ſingulis diſſertationes. In his locum, in quo præcipue Sancti ſinguli coluntur, quove orti, aut in quo ætatem degere, vel quem ſuis reliquiis conſecravere, expono: tempus quo vixere, ex certis characteribus, ſiquidem ii ſuppetunt, eruo: ſanctitatem publice celebratam, ex Actis canonizationis, Martyrologiis, veterum ſcriptorum teſtimoniis, templis eorum honori dicatis, reliquiarum legitimis translationibus, atque aliis monumentis, affirmo: Vita a quo ſcripta, quo tempore, quibus probata, citata, a quo accepta, commemoro. Atque in hoc poſtremo capite ita ſum religioſus (quod id exiſtimem ad gratitudinem teſtandam, impetrandamque fidem valere quamplurimum) ut nullam omnino Vitam edam, quin a qua Eccleſia aut cœnobio accepta ſit, indicem; expreſſis etiam privatorum nominibus, qui vel ſuos codices commodarunt, vel ſua manu ex aliens Acta vel unius Sancti deſcripſere. Et fuerunt, qui quas paraverant publico vitas, eas a ſe dilucidatas in hoc tamen amplo opere maluerunt extare, quam ſeparatim tenui cymba vagari: his etiam, ut æquum eſt, ſuus conſtat honos; uti & iis qui e Græca lingua, aliave barbara vitam alicujus Sancti vertere, aut miracula. Quæcumque vero in Roſweydi armariis reperi, ea omnia ſumma fide ſignifico ab eo me accepiſſe: idque eo ſtudioſius facio, quod fuit nonnemo, qui vel exiſtimavit, vel certe perſuadere aliis conatus eſt, nullam a me Vitam edi, quam non ille olim congeſſerit. Melius id norunt qui plurima poſt illius mortem ſuppeditarunt & in dies ſuppeditant amici. Magna tamen pars operis, aut totum potius illi debetur, quod & multa collegit, & auſpicatus eſt opus, quod vel mihi fortaſſis non veniſſet in mentem, vel certe ut id aggrederer non ſiviſſent Ordinis noſtri Præſides.

in quibus Vita ipſa examinatur,

a quo ea ſcripta,

unde accepta,

etiam an a Roſweydo;

tum de Translationibus agitur & miraculis,

Non Vitas autem ſolas edo Sanctorum, ſed & Translationes, & patrata ab iis poſt mortem miracula: quæ ſi ſeparatim peculiari commentario deſcripta ſunt, iis ſua præ-

Digitized by Google



I
I
E
r
r
q
v
Ordo neceſſarius in Vitis SS. r
r
t
ſi
n
q
t
r
p
n
e
t
r
n
r
hic alius quam aſſe- ... ab Auctoribus ſervatus, Iu
g
p
M
n
R
ru
ac
hc
rn
tæ
ut
qu
Iu
ta
etiam inter SS. ejuſdē diei. Sa
aſ
vi
me
tu
rio
pr
ru
gr
S. Sanctorū qui eo die colantur poſita nomina. col
tur
ſu
vi
S.(
bus
obt
per
qu
ead
cel
rejecti in alios dies. qu
tur
ſi q
ƈta
alit
offi
cor
Pat
cel
per
ad

præfigo Prolegomena æque ut vitis ipſis, eodemq; modo ea dilucido: ſin pars ſunt Vitæ, eive attexta, de iis ſeorſim niſi in communibus ante Vitam Prolegomenis non diſputo. Si quæ autem alia de iiſdem Sanctis alii tradidere ſcriptores, ea vel in Prolegomenis, vel poſt vitam profero, aut ſi eadem narrantur in Vita, indico ſolum. Prolegomena vero ipſa, ſi prolixiora ſunt, in plures partior paragraphos. Quæ porro Prolegomenorum, eadem Vitarum eſt ratio, quæ non continua ſerie conſcriptæ ab auctoribus ſunt, ſed a me e variis ſcriptoribus collectæ, quaſique conſarcinatæ. Ceterum quæ in hiſce Prolegomenis tracto, eadem v. cl. Andreas Sauſſajus in commentariis apodicticis ad Martyrologium Gallicanum. daturum ſe pollicetur, fortaſſis etiam luculentius, Miracula Sanctorum ſunt qui edi non probent, vel quod iis, ut loquuntur, confirmari nunc noſtræ religionis veritatem neceſſe non ſit, vel quod multa in iis ineſſe videantur inania ac futilia, quæque riſum potius exprimant quam fidem aut pium animi ſenſum, vel denique quod in iis multa memorentur Eccleſiaſticæ libertatis violatoribus, ſacrorum contemptoribus, aliiſque ſceleratis hominibus inflicta cœlitus ſupplicia, quæ qui eadem nunc deſignant flagitia, merito ſibi ſentiunt eſſe pertimeſcenda, putantque palam exprobrari. Quam fidem quæ vulgantur a me divorum hiſtoriæ mereantur, ſequenti capite exponam. Non ſolum autem ad religionis perſuadendam veritatem aut facta olim miracula ſunt aut fiunt etiamnum a Deo: magnus eorum fructus eſt, ſi a ſceleribus deterreantur mortales: quamquam neque hoc poteſt accidere, quin confirmetur etiam religio, ac præſertim ſalutaris de ſuprema Dei providentia opinio. Et multi ante me ſapientiſſimi ſanctiſſimique viri Sanctorum conſcripſere miracula, quorum ſunt quædam in generalibus Eccleſiæ conciliis approbata.

& de his quidem utiliter.

Quarto ipſas edo Vitas germana phraſi, qua ſunt olim ab Auctoribus conſcriptæ, cum mſſ. codicibus accuratiſſime collatas; ſiquidem archetypa ejuſmodi exemplaria reperire potui. Si non extabant illæ prius Latinæ, indico quis verterit; ubi id non indico, ſed ſolum e Græco, Italico, Gallico, Hiſpanico, Teutonico verſas, a me verſæ ſunt. Si plures extant unius Sancti Vitæ, & a nominatis præſertim ſcriptæ auctoribus, eæque hactenus non editæ, omnes hic edo; niſi compendia ſint aliæ aliarum. Nam cum antiqua nactus ſum Acta, plerumque Metaphraſtæ, & recentiorum narrationes prætermitto.

4. Vitæ primæva phraſi, niſi ex alia lingua verſæ.

Hiſce vitis ac miraculis ſubiicio, ubi opus eſſe videtur, perbreves Annotationes; quibus vel variæ lectiones in diverſis mſſ. animadverſæ indicantur, non omnes cujuſcumque generis, quod eſſet ſupervacaneum, ſed quæ alicujus eſſe momenti viſæ ſunt; vel ſi quæ nomina urbium aliorumve occurrunt locorum, quæ non ſatis in eadem Vita explicata eſſe videantur, ea breviter ubi ſita ſint annoto. Si quæ verba barbara, aut minus uſitata, eoque obſcura, explano ea breviter. Si quæ temporum nota, a vulgata diſſentiens chronologia, aut quæ non ſatis perſpicua eſſe videatur, eam, ſi in Prolegomenis id factum non eſt, expono. Si quid eſt quod cum Theologorum placitis neutiquam congruere videatur, id vel enodo, vel qua licet excuſo, vel etiam qui corrigi poſſit doceo. Denique cum præter eam quam edo Sancti cujuſpiam Vitam, alia extent ſubinde ab aliis ſcripta auctoribus ejuſdem Acta, aut ab hiſtoricis relata, ſi quid hic omiſſum aut aliter narratum ſit, admoneo.

5. Annotationes ad ſingula capita;

Non defuere viri doctiſſimi, qui haſce Annotationes exiſtimarent nullum eſſe uſum habituras, eoque ut vano labori parcerem hortarentur. Neque enim eruditos Lectores illis egere; neque qui egeant, eorum eſſe habendam rationem, niſi ipſam paſſim velimus Latinam phraſim in rudium gratiam explanare. Jacobum Sirmondum, Dionyſium Petavium, alioſque pari eruditione viros Annotationes haſce, aut etiam propter eas opus univerſum contempturos. Perculit, fateor, me virorum tantorum allata ad labefactandum inſtitutum meum auctoritas. Egone Heroibus illis, qui mihi ſinguli inſtar eſſent plurimorum lectorum, aut etiam omnium, diſpliceret labor hic meus, quas jam paratas habebam Annotationes expunxi pleraſque; ideoque rariores quatuor primis diebus adiectæ. His excuſis, cum bella juſtitium, ut ante ſcripſi, prælis indixiſſent, penſiculatius cœpi cogitare, quibus hæc ederem? anne ſolos eruditiſſimos homines volvere opus meum vellem, an non potius plebem omnem litteratorum? his numquid commodo eſſe Annotationes illæ poſſint? Cui ingratum fore, ubi Sancti alterius fieri mentionem legerit, moneri quo die ſit illius Acta reperturus? Si ſolum Petavii Sirmondique ſimilibus legi mea velim, ſatis eſſe ſi decem aut duodecim cudantur exemplaria; neque enim eſſe nunc aut intra longiſſimum fortaſſe tempus futuros pari eruditione decem. Quid? an neſcire eos, ſcribi multa quibus ſolum vulgus rude & imperitum utatur; plura quæ mediocriter docti legant, quæ doctiſſimi pauca? Notam mihi eorum eſſe humanitatem ac comitatem, plurimis litteris officiiſque immerenti mihi præſtitis teſtatam, ut non facile ſint, quod ipſis etiam uſui non ſit, ſed prodeſſe tamen aliis queat, aſpernaturi. Accedebat aliorum ſcriptis celebrium virorum auctoritas, Jacobi Tirini, Joannis Tollenarii, Laurentii Uwenii, Auberti Miræi, atque aliorum multorum, qui & lectas haſce breviſſimas notas probabant, & ut porro ſimiles elucubratem hortabantur.

doctis non neceſſariæ.

vulgo utiles.

multis probatæ;

Antonii Winghii Lætienſis Abbatis longe vires meas, ac fortaſſis modum humanæ imbecillitatis, vota ac conſilia exceſſere. Optare enim ſe ajebat, ut non breviſſima ſolum ſcholia, ſed luculentiores commentarios darem, quales fere Petrus Halloix noſter ad Vitas Sanctorum Scriptorum Orientis adiecisſet, de quo auctore multus tunc nobis fuerat ſermo, & cum ſumma ejus, ac merita, conjunctus laude. Negavi eam eſſe mihi vim animi, ac corporis firmitatem, niſi viginti alios excitaret ipſe, qui ad idem ſtudium ſuam operam ſerio conferrent. Quem deinde lecturum hæc? cogitaret operis mei molem etiam abſque ejuſmodi commentariis: quid ſi illi acceſſerint, & par characterum magnitudo? Trecentis profecto voluminibus opus omne non iri expletum. Acquievit continuo reſponſioni huic meæ vir optimus.

non tamen prolixæ.

§. II. *Ad perſpicuitatem & lectorum commodum excogitata.*

PRovidere quidem omnes oportet, qui ad libros edendos animum appellunt, ut non modo ſtylus clarus apertuſque ſit, ſed & litterarum forma ac chartæ ratio ſit ejuſmodi, nihil ut lectorem offendat ac fatiget. Numquam tamen mihi eorum imitanda eſſe duxi exempla, qui characterum magnitudine, nitore chartæ, ceteraque elegantia capti, nil penſi habent, quanti pretii futuri ſint libri, & quam multi eos coempturi. Volui ego ita opus hoc meum cudi, ut nec fœda eſſet charta, neque deformes litteræ, quæ averterent potius, quam illicerent lectorem; neque tamen ita ſplendida eſſent ac ſumptuoſa, ut emptores pretii magnitudo deterreret. Idcirco Typographum monui, prudentem virum ac cordatum, ut chartam, characterem, & cetera quæ opus forent, adhiberet, qui ſibi eſſe utilia judicaret: nam quod illi utile eſſet, id mihi maxime jucundum fore, ut nimirum quam plurimi libros meos emant ac legant. Fecit ille pro ſua prudentia & humanitate, ut neque papyri aut typorum munditiam requirerem, neque pretium enorme damna-

Charta & litterarum forma non nimis ſumptuoſa & ſpecioſa.

tem. Et quidem ordinari a me characterum diverſitatem & modum voluit, ac cetera quæ cenſerem operis perſpicuitati ſervire. Quæ huc faciant, quæque adhibita litterarum differentia, ſummatim hic ediſſeram.

Litterarum diſcrimina.

Primum grandioris formæ characteris (ut de titulis nihil dicam) impreſſa Sanctorum cujuſque diei nomina, ut ipſa litterarum magnitudo illico oculos advertat Lectoris animumque. Ejus tamen Sancti nomen, cujus eo die feſtivitas ſit in Romano Kalendario conſignata, quadratis eſt litteris, ut emineat, non tamen primo loco, ut in Martyrologio, ſed ordine ætatis, efformatum. Duo deinceps ſunt genera litterarum, mediocri magnitudine, quam ex re medianam vocant; aliæ longiores aliquanto quam latiores, vulgo Italicæ dicuntur; typothetæ noſtrates, quod iis calamo efformandis citatius moveri manus poſſit, & velut currere videatur, *Curſivas*, quaſi curſorias, appellant. Aliæ rotundæ ſunt ac teretes, & paſſim Romanæ nominantur. His Vitas, & quæcumq; alienis verbis efferuntur, excudi curavi: curſoriis illis quæ mea ſunt, aut quaſi mea, quia adjutorum & laboris ſociorum, de quibus infra. Annotationes vero, ut quas lectorum quidam prætiribunt feſtini, vel ſibi non neceſſarias rati, minimo excuſæ ſunt charactere.

Dies & annus mortis SS. indicati in margine.

Principio Vitæ cujuſque aut præviæ meæ de ea diſſertationis, in margine diem ſignavi quo is colitur Sanctus, & annum quo deceſſit; vel ſi annum certa nota temporis circumſcribere ac definire non potui, tum ſeculum quo vixit, aut ſeculi initium finemve expreſſi. Aſt in ſupremo margine quaſique ſuperliminari paginæ cujuſque & Sancti nomen, cujus iſthic datur vita, & dies menſis adſcriptus; ne quemquam oporteat plura volvere folia ut norit quo de Sancto agatur, & quo die menſis.

Tituli paginarum.

Quia vero ejuſdem Sancti plures quandoque ſunt vitæ, a diverſis ſcriptæ auctoribus, ideo in exteriori margine paginæ cujuſque, ſummo loco a quo iſta auctore ſint quæ dicuntur, aut unde accepta indicatur, hac formula: AUCTORE N. N. EX MSS. aut EX EUSEBIO, EX VITIS PP. EX SURIO, &c. Si quæ ea pagina habentur, quæ nulli certo tribuenda Auctori videantur, ſed ſint a me undique compilata, adpoſui, EX VARIIS.

Auctor Vitæ in ſingulis paginis.

Capitum diviſio & tituli.

Vitas ſingulas in capita diſtribui, ut laborem levarem tædiumque Lectoris. Neque ſemper partitiones ſum ſecutus quæ vel in aliorum editionibus vel in mſſ. extabant, quod plerumque mutuo non reſponderent codices; unde conjecturam capiebam, non eſſe ab ipſis auctoribus illas capitum factas ſectiones ac titulos. Si quando diviſiſſe Auctorem commentarium ſuum in capitula, aut titulos appoſuiſſe, probabile fuit, retinui utraque. Niſi forte brevia nimis capita erant, & quaſi a ſingulis periodis repetita, aut nimis longa & ad plures paginas diffuſa: aliam enim tunc diviſionem adhibui; ea tamen moderatione, ut priorem Auctoris partitionem ſigillatim exponerem, præſertim ſi additi tituli eſſent. Ipſorum porro titulorum alii curſoria, rotunda alii littera impreſſi; illa a me, hi ab auctoribus compoſiti, aut certe mſſ. reperti.

Compendia dictorum in margine.

Quia vero auctorum præfationes ſæpenumero jejunæ ſunt & frigidæ, narrationes ipſæ inertes & languidæ, ac ſucco vacuæ; ne quis poſſit queri male in iis legendis operam collocari, aut certe ne moleſto quidpiam quærendi labore conficiatur: compendia omnium quæ tractantur in margine appoſui, quaſique in ſummam cuncta aut certe præcipua redegi. Hæc qui percurret, paucis horis vaſti etiam voluminis materiam evolvet: ſi penitius quidpiam introſpicere ac pernoſcere cupiet, licebit penſiculate ac ſigillatim cuncta perlegere.

Annotationes litteris ubi indicatæ.

Annotationes ſingulis ſubnexæ capitulis quem ad locum ſpectent, præfixæ litteræ ſignificant, quæ eædem & in contextu orationis & in marginibus impreſſæ. Quæ ea Divinæ Scripturæ libris aliiſve citantur auctoribus, ea quo ex loco ſumpta ſint vel in ipſa ſerie narrationis indicatur vel in margine. Quæ autem cito Auctorum loca, ipſe vidi: nihil aliena fide profero: ſi Auctores non fuerunt ad manum, apud quem eos citatos repererim indico. De iis quæ ſunt ex peregrinis linguis Latine verſa, ſequenti paragrapho dicam.

Numeri minoribus diviſionibus additi.

Numeros addidi juſtis intervallis ad Vitam ac præfationes. Hos ſubſervire poſſe Indicibus cenſebam cum impreſſionem auſpicarer. Facilior reperta dein ratio eſt. Poſſunt tamen hi numeri aliis uſui eſſe: neque aut deformant hiſtoriam, aut ab aliorum conſuetudine ſcriptorum abhorrent; & fere hoſce numeros exprimo, cum vitam unam cito ad alterius illuſtrationem.

§. III. *Stylus Auctoris.*

Cur ab Auctore ipſo ſcripta non eleganti ſtylo?

EXpectat nunc fortaſſe quiſpiam, ut quæ ſcriptorum profero monumenta, ſola fere antiquitate commendata, ea extrinſecus ſaltem ſtyli elegantia condecorem; quæ, inquam, ad eorum explanationem profero, iis munditiam addam ornatumque dictionis. Ita qui veterum ſemiruncas ſtatuas, carie ſituque exeſas imagines, fractos enſes ac loricas conſectantur, ea ubi adepti ſunt, vel in fabrefactis capſis reponunt, vel limbis pretioſis circumdant, vel illuſtri in cœnaculis loco ſuſpendunt, quaſi hac vetuſtatis reverentia, illius fluentem ac prope obſoletum reparare ornatum velint, honorem ſibi conciliare. Eruit igitur veterum illæ gemmæ Scriptorum; etſi non magno artificio ſculptæ, auro nunc ſplendidæ dictionis includendæ. Verendum alioquin, ne non modo non augeam, ſed plurimum etiam imminuam gloriam Sanctorum, quorum Acta dudum propter inornatam agreſtemque dictionem neglecta, ita proferam in lucem, ut nullum iis novæ, vel in ceteris ſaltem lucubrationibus meis, elegantiæ ſplendorem adjungam.

Merentur Sancti;

Merentur quidem Sancti ut eorum laudes omni eloquentiæ facultate, arte, contentione celebrentur: neque ab eo ſtudio avertere exemplo meo quemquam velim: hortor potius omnes, ut eo vim omnem ingeniumque conferant, ut Sanctorum res geſtas ſtylo illuſtrent. Nuſquam alibi major honeſtas, dignitas, decus. Nuſquam gratia amplior, & eorum qui laudantur, & qui laudationem legunt; nuſquam luculentior merces, nuſquam invidia minor. Ut tamen dedito ſtudio expolitum ſtylum, inducere in animum non poſſum: neque fortaſſis ſi in id incumberem, optatum aſſequerer: ſed ut aſſequi me poſſe confiderem, nolim tamen tempus, quod anguſtis ſane a natura definitum ſpatiis eſt, ex utilioribus occupationibus ereptum, in eo ſtudio conſumere.

Cur id negligeris?

Nec ſum adeo ſtolidus, qui ſi quid ultro aptum perfectumque occurrerit, id repudiem, quaſi Latine etiam loqui nolim; ſed nolo vel tenuem in ea elegantia conſectanda operam perdere. Præſtat ſtylus obvius & expoſitus minimeque operoſus: atque eum mihi plures viri graves perſuaſere. Qui deliciis humanæ litteraturæ paſcuntur, alibi eas quærant licebit: non ſunt ad eorum genium meæ accommodatæ lucubrationes. Ea Sanctis acceptiſſima dictio, quæ cum eorum modeſtia, morumque ſimplicitate conſentit.

Quæ interpretatio ſingulis verteris?

Incompto igitur, ſed facili uſus ſum ſtylo, ſive in Prolegomenis digerendis explicandiſque, ſive in Actis variorum Sanctorum ex Græca lingua aliave vertendis: nam ubi interpretis non eſt nomen expreſſum, meus omnis eſt labor: quo ſi qui me levare voluerint, in beneficii non vulgaris loco ponam, & poteromet tanto expeditius ad alia exequenda referre, ipſoſque reor Sanctos iis obſequii memoria ac remuneratione, & quamdiu in vivis erunt, & cum ad ipſos in cœlum emigraverint, plene eſſe ſatisfacturos.

Unum adhuc monere operæ pretium fuerit, quæ ex

Græ-

Græca quo ſtylo ſtraverit?

Græcis ſumo auctoribus, ea ut antea jam verſa ſunt quandoque tranſcribere, ſæpius meis verbis interpretari: neque enim, opinor, cum linguam quampiam novi, erit qui me, ſi nolim, alio coget interprete uti; aut prohibebit, ſi velim. Sed utinam ſemper eſſent Græca ad manum!

§. IV. *Appendix ad ſingulos tomos, poſt inſerenda, & forte amplior.*

Appendix addita eorum quæ ante ignorata,

QUoniam addiſcimus quotidie aliquid, ſimuſque aſſiduo ſtudio ſapientiores, multa me antea etiam ſedulo indagantem fugerunt, quæ deinde abſolutis jam aut certe affectis tomis his duobus, amicorum beneficio ſum aſſecutus, de Vita Sanctorum quorumdam, tranſlationibus, miraculis: quorum alii ignoti mihi erant, aliorum Acta vel nanciſci nequiveram vel non integra, aliorum miracula, ceteraque inſignia ignorabam. In Appendicem hæc conjeci, ſuis locis, quæ accurate indicavi, inſerenda, ſi nova unquam hujus operis adornetur editio; quod (ut nunc ſunt tempora) cito futurum non ſpero: ſi fiat tamen aliquando, aptius fortaſſis in tres tomos diſtribuetur Januarius; feciſſemque id ſane, ſi prævidiſſem fore ut tantum moles excreſceret. Idcirco ſi hinc ad aſceticas inſtitutiones, conciones, morales in Divinam ſcripturam commentarios, ſumere quis materiam, ut eſt ampliſſima, voluerit, ei ego magnopere auctor ſim, ne tomum citet, ſed diem menſis, aut cujuſque Sancti Vitam: ne, ſi alia partitio operis fiat, Lectori is ſuo perturbationem ac tenebras offundat.

poſt amplior addenda:

Novum etiam edi poſtea ſupplementum debebit, ubi ad plurium eruditorum manus pervenerit hoc meum opus: nam multa latent etiamnum, quæ tunc ab iis proferentur in lucem; multa non latent illa quidem omnino, ſed tamen adipiſci ea non potui; multa de reliquiis ac miraculis adhuc neglecta, colligentur. Sed de hiſce rebus, in quibus benignos Lectores navare mihi, aut Sanctis potius operam exoptem, infra admonebo. Edidere vero ejuſmodi ſupplementa complures, ut Cardinalis Baronius ad ſingulos Annalium Eccleſiaſticorum tomos. Andreas Sauſſajus ad Martyrologium Gallicanum appendicem non unam adjecit, etiam in prima editione, uti hic ego. Atque ut nemini antea id foret uſitatum, ſumerem mihi tamen hanc veniam, ut quæ vel addenda occurrerent vel retractanda, ea ſi in nova editione non poſſem, ad alios tomos veluti mantiſſam adjungerem.

alia retractata:

Altera igitur Appendicis cauſſa eſt, ut ſi quid perperam ſcriptum eſt a me, retractem: quod quidem ingenue facturum me profiteor. Non poſſum omnia coram luſtrare, & quæ ante pedes poſita ſunt, ea fortaſſis non recte ſemper ſum aſſecutus. Humanum eſt. Ubi errorem cognovero, fatebor, & ne quem alium decipiam, monebo. Sunt hic ita retractata nonnulla, quorum non eram antea perfecta imbutus cognitione.

menda quoque correcta.

Operæ quoque typographicæ, impreſſores ac typothetæ, ſolent errata, quæ corrigi Auctor velit, committere. Recognovi quidem ipſe pleraque cum cuderentur, ſed & legentem feſellere me menda nonnulla; & licet a me notata, non ſuſtulerunt ipſi quandoque, quin & nova invexerunt, nec ſemper poti aut oſcitantes per incuriam, ſed diligenter etiam advigilantes: nam laxata typorum compage proclive eſt ut littera una alterave effluat aut ſubſidat. Quædam igitur hujuſmodi errata, quæ alicujus momenti eſſe videntur, hic emendo: alia vel levia ſunt, vel quæ facile aſſequi Lector poſſit.

§. V. *Indices tomis ſingulis ſex.*

FRuctum uberrimum ac lætiſſimum ſuarum lucubrationum ii referunt Scriptores, qui aptos illis Indices faciunt. Nam quibus etiam non eſt otium ut opus univerſum evolvant, ii ex indicibus quid in rem ſuam haurire inde poſſint ſtatuunt: qui evolverunt aliquando, illis adjuvantur, ut certa capita, quibus indigent, quæque haud ſatis accurate memoria tenent, valeant invenire. Tredecim Indices pollicebatur Roſweydus, ſed in ſeparatum volumen conjectos menſium ſimul omnium. Magis ea mihi probata ratio, ut ſinguli ſuos Indices haberent tomi; propterea, quod eſt permoleſtum, cum re quapiam ex Indice annotata, alium tomum oportet ſumere in manus ut ea poſſit reperiri. Imo cum non una omnes prodeunt tomi, ſi Indice omni carerent priores, verendum foret ne eorum eſſet emolumentum vel nullum, vel ſane perexiguum.

ſingulis tomis ſuos additos Indices,

Uſque ſex ſimplices:

Additi igitur ſunt Januario Indices, atque adeo tomis ſingulis ſui. Sunt ii ſex omnino, ſed qui Roſweydi tredecim illos fere complectantur.

1. Sanctorum cujuſque tomi, ordine alphabetico,

Primus eſt INDEX SANCTORUM ordine litterarum alphabetico, non omnium tamen, quorum toto opere, aut eo etiam tomo quoquo modo mentio fit, ſed quorum iis diebus, quos ille continet tomus, agitur feſtivitas, aut certe conſignatur & illuſtratur a nobis natalis. Neque nudum dumtaxat exprimitur nomen; ſed cuique præfigitur dies, qui illius conſecratus eſt memoria. Tum ſingulorum indicatur ordo ſeu ſtatus, officium, laureola; an monachi fuerint, viduæ, Epiſcopi, Abbates, Presbyteri, Reges, milites, Virgines, Martyres, &c. Demum locus, quem vel vita in eo acta, vel morte, vel reliquiis ad eum tranſlatis, vel gloria miraculorum præcipue illuſtrarunt. E.G. 13. *Hilarius Ep. Pictavis in Gallia.* 16. *Accurſius Ord. Minorum Martyr in Mauritania.*

expreſſo die,

ſtatu,

loco,

& quidquid hic de illis extat:

Additur deinde quid de ſingulis tradatur hoc volumine; an Vita? a quo ſcripta, nominato Auctore, an anonymo, an Sanctorum ipſorum æquali? an ex aliorum ſcriptis, Euſebii, Metaphraſtæ, Lipomani, Surii, Ferrarii? an ex variis Martyrologiis? iiſne ſolum manu exaratis? pluribuſne an unico? an ex Menæis Græcorum aut Menologio? an Vitæ præfixa a nobis Prolegomena? quæ ſi longiora, atque in capitula vel paragraphos, uti Acta ipſa, diſtributa, eorum elenchus proponitur, quaſique brevi in tabella ſubjicitur oculis, quidquid de ſingulis Sanctis hic extat. Similis eſt hic Index ei qui paſſim in ceterorum Martyrologiis & Hagiologiis uſitatur, Sanctis alphabeti ſerie deſcriptis; & alteri, qui plurimis de quacumque materia diſſerentibus Scriptoribus uſitatus, ut Diſputationum ac capitum ſingulorum texatur ſyllabus, quo unico fere obtutu univerſi operis partes omnes perſpiciantur. Tales olim Faſtos, vel certe, ſi id mallem, dierum ipſorum, non alphabeti, retento ordine, ut præmitterem, mihi auctor fuit Georgius Garneveltius Carthuſianus, vir doctiſſimus: ex iis enim perſpecturos eſſe omnes, quid de ſingulis Sanctis nactus eſſem, quid deſiderarem. Id ut facerem tum adduci me non ſum paſſus, non, ne prius (quod tamen cavendum amici monebant) fontes indicarem atque omnibus aperirem meos, quam ipſe mihi inde rivos ducerem; ſed quod opus non videbatur poſt Roſweydi Faſtos altera ſuſpenſa hedera. At faciam id fortaſſis poſtea, ſi ulla in ſequentibus publicandis tomis mora afferatur.

talis tomorum reliquorum utilis.

2. Chronologicus.

Secundus eſt INDEX CHRONOLOGICUS, ſive præcentio quædam accuratioris Chronologiæ quam meditor. Hic ſtrictim, ordo ſeculorum, quot a Chriſti ortu fluxerunt, juxta receptam æræ ſubducendæ rationem, texitur; & quo Sancti præcipui, de quibus quoque volumine agitur, obierint, nati ve aut ad epiſcopatum vel regnum aut quid aliud evecti ſint, aut tranſlati anno vel tempore, indicatur, cum id manifeſtis notis deprehendi poteſt, vel certe, num ea de re a nobis & quo loco diſputetur. Etiam cum nihil ipſi certum ſtatuimus, ſed ſignatum ab aliis unum, quem neque firmare noſtro calculo

neque

neque rejicere poſſemus, impreſſimus, cum tamen indicamus addito Auctoris nomine.

Duo hi Indices, quia Lectoribus ad intelligenter adhibendam lectionem facem prælerant, præpoſiti operi ſunt. Ceteri, quia non ad ſymmetriam quaſique generalem fabricam operis pertinent, ſed ad catrariam ejus uſuram, poſtponuntur. Ad hoſce adiectæ in margine

Ceteris adſcripta littera A B, &c.

litteræ A B C D E F, quæ laborem levent quidpiam veſtigantium. Nam indicata ſigno arithmetico pagina in qua reperiri quid poſſit, adhuc laborioſum fuerit, utra columna id contineatur uſſequi, & an earum alterutrius principio, medio, fine. In eam rem numeros ſingulis partitiunculis additos excogitaram: neque omnium litterarum toto opere margini imprimendarum non venerat in mentem, ſed neceſſarias non judicaram, verebarque nimium opplere margines, quod oculum offendit vel curſim perluſtrantium libros. Verum qui hos ſingulari induſtria Indices concinnavit, de quo infra, aliud ut factum præoptarem perſuaſit. Nec difficile erit Lectori eas litteras in ſingulis paginis ſibi cogitatione deſcribere, ut quod ſcrutatur facilius queat reperire, cum littera ea quam fingere cum animo jubemus, ſemper hic numeris paginarum indicatis addita

quæ toto opere ſolum fingendæ;

ſit. Sin numeros antea in ſingulis Vitis expreſſos addere hic voluiſſemus, facile orta aliqua eſſet ex numerorum multiplicitate confuſio, cum præſertim eoſdem numeros crebro prior columna in Prolegomenis, & in Actis poſterior exhibeat, quare aliquod rurſus ſtatuendum fuiſſet diſcrimen. A igitur primam prioris columnæ partem deſignat, ſive 24. lineas aut circiter, B ſecundam ejuſdem columnæ partem, C poſtremam; eodemque modo D E F ſecundam columnam partiuntur.

3. Hiſtoricus, nominum hominum,

Tertius eſt Index historicus, propria fere nomina continens, non eorum Sanctorum, quorum in primo Indice propoſita ſeries eſt, ſed aliorum quorumvis hominum. At ſi Sanctorum quoque, quorum antea datus eſt Index, aliis diebus, quibus tamen eorum natalis non agitur, mentio fiat; ii in hoc indice denuo exprimuntur, indicato die quo coluntur, & pagina qua rurſus eorum extat mentio. E. G. *Gudila Virgo* 8. *Januar.* & 1078. e Porro Sanctis ac Beatis, vel quibus hæc cœleſtis gloriæ nomenclatio ab Auctoribus tribuitur, ſive, ut jam dixi, altero horum tomorum celebren-

SS. præfixo †.

tur, ſive, ut ad alios pertineant menſes, ſignum † non littera S aut B præfixa, ne ea fortaſſis oculo quidpiam veſtiganti, eoque ſeriem litterarum gradatim percurrenti moram injiceret. Dies in quos extra Januarium plerique rejiciuntur, indicati non ſunt, quod quorumdam ambiguus adhuc nobis ſit natalis ac titulus ſanctitatis: quorum certus eſt udſiaus, is fere locis in Indice expreſſis annotatur. In hoc Indice plerumque ad perſpicuitatem vel ſtatus hominum ſingulorum aperitur,

Singulorum ſtatus indicatur, &c.

ut *Rex*, *monachus*, *miles*, *Comes*, *Abbas*, *Epiſcopus*, &c. vel Sanctorum laureola, *Virgo*, *Martyr*, *Doctor*. Subinde in minus vulgo notis ſeculum quo vixerunt, vel natio e qua orti, vel regio in qua verſati, indicatur. Etiam eorum qui Vitas hic excuſas ſcripſerunt aut in linguam Latinam verterunt, in hunc Indicem relata nomina.

4. Topographicus locorum,

Quartus Index Topographicus, continens nomina regionum, urbium, oppidorum, vicorum, montium, fluviorum, fontium, ac quorumcumque locorum. Singulis adduntur Sancti qui illius tomi die aliquo in

quibus ſol ... aſcripti.

iis locis obierunt, aut certe coluntur; ſolaque ea pagina exprimitur qua cœptum de iis Sanctis locisve agi, licet quandoque in iiſdem actis ſæpius eadem nominentur loca. Omittuntur vero nomina ſive regionum ſive urbium paſſim, etiam fere pueris, nota, *Italia*, *Hiſpania*, *Gallia*, *Germania*, *Anglia*, *Belgica*, &c. *Roma*, *Conſtantinopolis*, *Hieroſolyma*, &c.

5. Onomaſticus

Quintus Index Onomasticus, ſive Grammaticus, in quo verba recenſentur obſoleta, peregrina & e barbara lingua efformata, aut ceteroquin obſcura, quæ eo volumine occurrunt, ac fere explicantur. Si quapiam indicata pagina littera nulla, ea iis de quibus ante dictum, appoſita eſt, id indicio eſt ſæpius illud vocabulum ea pagina recurrere. Porro & hic & præcedens Index præludium eſt majoris poſtea moliendi operis, de quo infra.

ſticus ſive Grammaticus.

6. Moralis, rerum concionatoribus accommodatarum;

Sextus Index Moralis, in quo materia ampliſſima, quæ Concionatoribus, Catechiſtis, Interpretibus Divinorum voluminum, inſtitutionum aſceticarum Scriptoribus, ac Philologis, eſſe uſui poſſit. Non eſt ea tamen juxta feſtorum Evangelia atque Epiſtolas diſtributa, quod is fere cujuſque palato gratiſſimus eſt cibus, quem coxit ipſe ſibi, non a caupone nundinatus eſt. Quæcumque igitur res ad morum conformationem uſurpari poteſt, etſi ipſa ad mores per ſe non ſpectet, virtutem, inquam, aut vitium, aliamve animi affectionem non ſignificet; hic a perſonis ſeparata locisque ac temporibus, breviſſime proponitur, aut potius commonſtratur, loco indicato fuſius expoſita. Ad hunc Indicem revocata etiam ea vocabula ſunt quæ ordines hominum varios aut ſtatus officiaque ſignificant, ut *Conjugati*, *Viduæ*, *Virgines*, *Reges*, *Pontifices* &c. Morbi, quorum a variis Sanctis impetrari ſolita curatio: tormenta irrogata Martyribus: ritus ſacri ac profani: religionis Catholicæ dogmata: & quæcumque demum a ſacræ Scripturæ interpretibus in moralibus Digreſſionibus, ut ipſi vocant, congeri & pertractari ſolent.

Nullus ſacræ Scripturæ.

Ipſius Scripturæ explicata vel prolata toto opere loca, neceſſarium eſſe non putavi peculiari Indice complecti ac repræſentare, quod ejus & vaſta moles futura videbatur, & uſus pertenuis.

§. IV. *Quædam conſulto vitata.*

SUpervacaneum fortaſſe cuipiam videatur, cum expoſuerim quæ dicturus ſim, ea quæ non ſim dicturus enarrare; quod prope infinitum eſſe poſſit. Sed quoniam ſunt nonnulla, quæ viri docti dici a me debuiſſe exiſtimabunt, utque ubi ea pertractem ſciſcitaturi ſunt, aut quid tandem de iis ſentiam, occurrendum ei quæſtioni ac dubitationi hic fuit, eximendusque ille ex eorum animis ſcrupulus. Sunt autem quæ quidem nunc in mentem veniunt omnino tria, quæ cum ad multorum Sanctorum hiſtorias illuſtrandas pertineant, nuſquam tamen plane & ex profeſſo quid ſentiam expoſui. Nam quod aliorum reprehenſione Auctorum calamum abſtineam, nihil attinet dicere: perſpiciet id & probabit æquus lector. Ego quidem

nullius addictus jurare in verba magiſtri, (nec in hiſtoria oportet) quod certum aut ſimile certi viſum fuit, arripui, & idoneis teſtimoniis firmavi. Quod falſum putavi, id libere reſpui: qui id tradidiſſent, non re-

Auctor in alios non invehitur,

prehendi; ſolum dixi, falſos videri fuiſſe argumento aliquo aut interpretis errore deceptos, hallucinatos, non vidiſſe quæ proferimus aut non examinaſſe monumenta, denique (quod erat leviſſimum) ita eos ſenſiſſe, mihi aliud videri. Fieri enim nullo pacto poteſt, ut non dicas diſſentire te ab eo, cujus quid non probes. At ſunt quidam qui non ſolum ſibi a reprehenſionibus non temperant, ſed in maledicta, contumelias, iracundias, contentioneſque pertinaces prorumpunt. Alii cum videri velint ſine ulla iracundia diſputare ac ſcribere, &

ut quidam

magnam adhibere moderationem; præſertim Criticorum e numero, hæc tamen paſſim uſurpant: *Logi*, *nugæ*, *gerræ*, *fabulæ*, *ſomnia. ſtertere hic auctor videtur: an non ſomniavit cum iſta ſcripſit? ſatiſne ſobrius fuit cum id dixit? videre id debuit, ſi quidquam vidit*, &c. At quis omnia videt? Quis omnia, etiam ante pedes poſita, attendit? Quis omnia capit?

Ego ne in heterodoxos quidem, (cum quibus mihi tamen,



ibus vixe-
ecus cum *medius la-*
e ſequor, *cedit:*
tate quid
ego vidi,
ento om-
hi Hiber-
nem. San-
a tamen,
;ata natio
Divinam
primant
obvolu-

t quoquo
e Gallia-
æ Eccle-
plantatæ *De multis.*
s doctis, *Apoſtolis*
S. Grego- *Gallarum*
rimarios
rum ævo
cantur,
bit adve-
tyris Sa-
fideli re- *an tertio*
ana civi- *ſeculo ca-*
Hi etiam *ſtitutos,*
tenſibus
, Toloſa
ous, Ar-
fialis eſt
or Solpi-
lib. 2. ita
tio quin-
viſa, ſe-
t tamen
m ſonus
am cul-
am, o- *an Apoſto*
ſiorum *lorum di-*
t, quod *ſcipuli,*
eum in
ricatis?
agni vi-
pos, &
tamen,
norum
elio, tot
one ab-
id de e- *non diſpu-*
aſtrua- *tat:*
n de ea
, quo-
e ſcri-

Hiſpa-
Dexter
uſt. Ec-
lei de- *nec an Dex-*
quam *tri Omni-*
odoſio *modo hiſto-*
nſent, *ria*
ndum
mico,
eſcio;
m eſt
rooo-
Con- *ſit Chronl-*
orion- *con nuper*
idque *editum,*
Fl.

Tomo I maj pag. XX:



neque r
dicamu
Duo
hibend:
ſunt. (
ralem f
uſuram
litteræ
veſtiga
in qua
utraco
ſcrutri
ros ſing
omnin
non ve
vereba
oſtendi
hos ſin
ſra, a
ficile e
tatio
perire
mu; ,
lit. S
re hic
ſum
numer
Actis
dum
ax par
cunda
demq
Ter
na con
mo In
homin
datus
talis n
primu
rurſus
nuar.
cœleſt
ſive,
tur,
littera
veſtiga
renti
pleriq
dam a
tatis:
expre
ſpicur
ut *Re*
&c.
Hor.
runt,
dicatu
aut in
relata
Qu
mina
tium,
Singu
iis loc
gina
licet
tur
urbiu
pania
Conſt
Qu

Ceteris adſcripta littera A B, &c.

qua toto opere adſunt ſegnonæ,

Hiſtoricæ, omnium hominum,

SS. præfixa †.

Singularii ſtatus indicati, &c.

Topographiæ locorum,

quibus ſui aſteriſci.

Quomo

tamen, ubi de ſacroſanctis agitur fidei myſteriis, quæ iſti ſacrilege convellunt ac contemerant, æternas eſſe inimicitias profiteor) ſed cum iidem a me diſſentiunt, atque a vero etiam aberrant, in hiſtoria ſcribenda vel interpretanda, acrius in eos non invehor. Nam ſi ex animi ſententia quidpiam tradunt, quod tamen verum non videatur, commiſeratione potius digni ſunt, qui eo teneantur errore: ſin ultro malitioſa & veteratoria arte fucum facere Lectoribus ſtudent; bis miſerandi ſunt, quod in errore ſint, & voluntario; qui ut evellatur danda eſt opera, atque orandus Deus ut iis lumen quo perſpicere veritatem poſſint, largiatur. At ſi verbis eos acrioribus coarguas, obfirmabunt penitus animos. Quamquam ſunt inter eos quidam ea petulantia aut potius furore, ut difficile ſit non commoveri cum in eorum ſcripta incideris: quo in genere mihi nonnumquam Magdenburgenſes Centuriatores eſſe videntur, at præ illis etiam Joannes Balæus ſpurci oris ac calami ſcriptor, atque illius ſimiles nonnulli non eccleſiæ ſolum, ſed & monaſteriorum deſertores, qui vereri videntur ne non ſerio profugiſſe a Catholicorum caſtris exiſtimentur, niſi in ipſos ipſorumque majores, quavis vel dignitate vel ſanctitatis opinione illuſtres, impudenter deblaterent. Sed neque in horum caſtiganda maledicentia perdendum mihi laborem eſſe duxi; quam etiam inter ipſos ii damnant qui ſunt aliquanto moderatiores. Multo etiam minus in alios Scriptores aculeatum ſtylum vibro.

ne quidem in heterodoxos,

Etsi ſint aliqui valde impudentes:

Adverſus omnes religioſorum hominum congregationes quam decet reverentiam adhibeo, multaque de iis honorifice & libenter prædico: iiſque gratulor, quod ipſorum inſtitutis informati complures ad eximiam ſanctitatem gloriamque pervenerunt, unde ipſos ordines ſumma laus, & ſumma gratia Eccleſiæ univerſæ eſt conſecuta. Nulla eorum decora, quæ quidem a ſanctis hominibus in eos manarint, ſciens prætereo. Si quid me latuit, ſuggerant. De nullo ordine parcius, quam de noſtro loquor, ut qui ſit e poſtremis ac minimis. Sed venio ad ea quæ veluti ſcopulos ac ſyrtes quaſdam vitanda mihi propoſui.

Ordines religioſos veneratur & laudat;

Primo, inter Hibernos ac Scotos magna pugnatur pugna de natione, nomine, patria, gentilibus Sanctis. Contendunt Hiberni, veteres Scotos Hiberniæ incolas fuiſſe; (nec poteſt hoc negari) ab illis ortos ſe veros & germanos Scotos eſſe: quod non eo nomine appellentur, ideo fieri, quia quam olim in Britanniam miſerant coloniam, ea cum Pictis aliiſque Britannis atque Anglorum quoque nonnullis in unam coaluerit gentem, & Scotorum ſibi velut proprium vendicaverit nomen; veteres omnes Sanctos, qui Scoti dicuntur, non ex hac bellicoſa natione, aut nationum colluvione, ſed ex Hibernia, Sanctorum inſula, ortos eſſe omnes. Hæc illi, nec falſo omnia. Negant Scoti ab Hibernis ſe, quos probroſis etiam nominibus inceſſunt, prognatos; ſed cum majores ſui olim Hiberniam inſulam tenuerint, ſubjugatis Hibernis Aboriginibus, poſtea tamen migraſſe omnes in Britanniæ partem eam quæ nunc Scotia dicitur, non armis pulſos ab ignava gente, ſed ſponte ſua, fortaſſis ut ſaxoſa & aſpera regio duraret ad laborem corpora & animos, quos fœcundum ac molle Hiberniæ ſolum effeminare potuiſſet: Sanctos Scotos ſuos eſſe omnes, apud ſe habitaſſe & obiiſſe. Atque ea aguntur tantis aculeis verborum, animorum acerbitate tanta, ut putes de imperio non ſolum inſulæ utrinſque, ſed prope univerſi orbis terrarum eſſe certamen, cum poſſint majorum laudem utrique participare, eo cumulatius, quo perfectius eorum fuerint virtutes imitati. Non ſum neſcius utra pars ſæpius (non ſemper tamen) jure ſuperior eſſe videatur; ſed decidere lites tantas, haud id opis meæ eſſe confiteor. Cum Scotos appellatos eſſe Sanctos reperio, Scotis accenſeo; cum Hibernos, Hibernis: cum loca memorari, in quibus vixerint, modernæ Scotiæ, ſecerno ab Hibernis, ſecus cum Hiberniæ. Auctores neotericos gentis utriuſque ſequor, cum veterum dicta proferunt; cum ſua auctoritate quid narrant, aut ea citant monumenta, quæ nec ego vidi, nec videre facile quiſquam poſſit, ſollicite pertento omnia, nec temere uſquam pedem figo. Nolo mihi Hibernos iraſci aut Scotos, cum utramque gentem amem. Sanctos quorum gente ſe ſatos gloriantur, (unica tamen, uno a Patre propagata, una lege caritatis colligata natio Cœlitum eſt) mihi propitios eſſe precor, ut & Divinam mihi gratiam concilient, & intelligentiam imprimant Actorum ſuorum, quæ pluſquam Cimmeriis obvoluta nonnumquam tenebris ſunt.

Hibernis contra Scotos,

Scotis contra Hibernos

auctor dextrantibus,

medius incedit:

Alter ſcopulus, ad quem ne affligerem aut quoquo modo appellerem navim, hactenus cavi, eſt de Galliarum Apoſtolis diſputatio. Omnes fere Gallicanæ Eccleſiæ a Chriſti & Apoſtolorum ejus diſcipulis plantatæ apud ſe fidei primordia repetunt. Multis viris doctis, etiam Gallis, ea non probatur opinio; quod & S. Gregorius Turonenſis lib. 1. hiſtor. Francor. cap. 28. primarios eorum, qui ab Apoſtolis, aut ſaltem Apoſtolorum ævo a Romanis Pontificibus miſſi in Gallias prædicantur, Decio imperante, ſub annum Chriſti 250. ſcribit adveniſſe, atque iſta ex hiſtoria paſſionis ſancti Martyris Saturnini profert: *Sub Decio & Grato Coſſ. ſicut fideli recordatione retinetur, primum ac ſummum Toloſana civitas S. Saturninum habere cœperat Sacerdotem. Hi etiam miſſi ſunt, Turonicis Gatianus Epiſcopus, Arelatenſibus Trophimus Epiſcopus, Narbona Paulus Epiſcopus, Toloſa Saturninus Epiſcopus, Pariſiacis Dionyſius Epiſcopus, Arvernis Stremonius Epiſcopus, Lemovicinis Martialis eſt deſtinatus Epiſcopus.* Et Gregorio multo antiquior Sulpitius Severus S. Martini diſcipulus ſacræ hiſtoriæ lib. 2. ita ſcribit: *Sub Aurelio deinde Antonini filio perſecutio quinta agitata. Ac tum prima intra Gallias martyria viſa, ſerius trans Alpes Dei religione ſuſcepta.* Difficile eſt tamen credere, ab Apoſtolis, quorum in omnem terram ſonus exivit, & in fines orbis terræ verba eorum, Galliam cultiſſimam provinciam & late Romanis frequentatam, omnino eſſe neglectam. Sit ſane S. Dionyſius Pariſiorum Apoſtolus alius ab Areopagita, & multo recentior, quod facile viris doctiſſimis aſſentiar; an non alii ante eum in Gallia, & multi, extitiſſe potuerunt præcones veritatis? Treviri ante S. Maximinum, qui Conſtantini Magni vixit temporibus, ſeptem & viginti habuere Epiſcopos, & pleroſque eorum publice venerantur, nec omnes tamen, imo paucos, martyrio ſublatos. Quis credat 80. annorum ſpatio a Decii temporibus, aut 170. a Marco Aurelio, tot in una Cathedra ſediſſe? Sed hac omni diſputatione abſtineo. Cum vitam nactus ſum Sancti alicujus, quid de ejus ætate in ea tradatur, quid ab aliis Scriptoribus aſtruatur, & quatenus id probem, expono. Pleniorem de ea re omni diſceptationem vel relinquo doctioribus, quorum nonnulli nuper de hac controverſia præclare ſcripſerunt, vel alteri loco ac tempori reſervo.

De multis Apoſtolis Galliarum

an tertio ſeculo conciliat,

an Apoſtolorum diſcipuli,

non diſputat:

Tertia Syrtis eſt, quam velis remiſque devito, Hiſpanienſium quorumdam Scriptorum auctoritas. *Dexter Paciani Filius*, inquit S. Hieronymus lib. 2. de illuſt. Eccleſ. Scriptorib. cap. 132. *clarus apud ſeculum, & fidei deditus, fertur ad me omnimodam hiſtoriam texuiſſe, quam necdum legi.* Fuit is Prætorio Præfectus ſub Theodoſio ſeniore, eique librum eumdem, ut viri eruditi cenſent, Hieronymus dedicavit. Hiſtoria illa, quam nondum viderat S. Hieronymus, licet ſibi dicatam ab amico, aut certe deſtinatam, ea an umquam prodierit neſcio: nuſquam certe citatam legi. At nuper repertum eſt Chronicon quoddam, in quo Sancti plurimi, Chronologiæ qua nunc utimur ratione, non per æras aut Conſules diſtributi referuntur, qui vel ex Hiſpania oriundi vel in ea rerum geſtarum gloria clari fuerint; idque

nec an Dextri Omnimoda hiſtoria

ſit Chronicon nuper editum,

Fl.

Fl. Dextri nomine vulgatum: Et genuinum illius fœtum eſſe Hiſpani pleriqne mordicus pugnant. Annotationibus id Rudericus Carus, prolixis commentariis Franciſcus Bivarius illuſtrarunt: apologiam pro eo ſcripſit Thomas Tamayus de Vargas v. cl. amicus meus. Plurimi viri docti negant id Dextri opus eſſe, & multa afferunt argumenta, nec parum valida, quamobrem ipſis ita videator. Nolo ego in certamen hujus Scriptoris gratia eum bellicoſa gente deſcendere. Cujuſmodi eſſet Dextri opus, nemo tradidit. Hoc Chronicon an *omnimoda hiſtoria* dici potuerit, alii viderint. Mihi opus videtur ſcriptoris non indiligentis, ſed qui obtorto collo in Hiſpaniam trahat quotquot poteſt viros illuſtres, & in Sanctorum claſſem redigat, quos ne conſtat quidem Chriſtianos extitiſſe. Sed dictionis elegantiam requiro, qua uſum fuiſſe Dextrum facile aſſentietur, qui patrem ejus *Pacianum*, cujus domeſtica diſciplina vel exemplo optimis artibus inſtitutum fuiſſe filium veriſimile eſt, legerit *caſtigata eloquentia* virum prædicari ab Hieronymo, *& tam vita quam ſermone clarum*; quique iſta meminerit ab eodem Hieronymo ſcripta eſſe ad Dextrum, *Ut quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ eloquentiæ ſtetit, non eſt facere dedignatus in Bruto.* Quis ſuum dicet Ciceronem dici ve patietur, qui numquam cum legat? aut quis leget, & tam inornate ſcribet? Sed tamen ſentiat quiſque ut volet: ego Chronicon illud nec eſſe Dextri aſſevero, neque contentioſe pernego: ejus auctoritate non temere nitor, præſertim ſi alii melioris notæ Scriptores refragentur.

quod multi negant;

& ſtylus dubium facit:

Nuper Luitprandi Diaconi Ticinenſis, dein Cremonenſis Epiſcopi, antea, ut volunt, Subdiaconi Toletani, Chronicon & Adverſaria prodierunt, multimoda antiquitate referta, cum eruditis Notis Laurentii Ramirezii de Prado v. cl. & Hieronymi de la Higuera noſtri. Audio dubitare viros doctos, an Luitprandi eſſe videantur, quamque mereantur fidem. Ego id examinare nolui. Gratias iis habeo, qui illa protulerunt, a quocumque ſcripta Auctore.

nec an Luitprandi Chronicon & Adverſaria germana ſint.

§. II. *Alia Auctori deſignata in poſterum opera.*

Rideat hic me Democritus ſpes longas inchoantem, cum mors fortaſſis lateri adſtet. Fixus Dei manu terminus eſt, cui vel hodie poſſum imprudens calamum impingere: cur ergo tam longinqua ſpecto? Vaſtum præ manibus eſt opus, vix ſerio affectum: quaſique id jam abſolutum ſit, alia quæ poſt ſuſcipiam meditari juvat atque ordinare. At nihil ego vel vires ſupra, vel præter Dei voluntatem molior. Id modo ſignifico, ſi Deus vitam, & vires corporis animique dederit, ut quod jam cœpi opus perficiam, alia eſſe, quæ cum his conjuncta, & publico aliquam allatura utilitatem, velim tunc eapeſſere; quæque ſi quid mihi prius evenerit, aliis qui ſe Divorum amatores profiteantur, ut ſuſcipiant auctor ſim, non interceſſurus ſi id etiam me ſuperſtite aggrediantur, aliquidque ad Cœlitum amplificandum honorem afferant. Quod vero ſæpius ſum Deum precatus, ut ſi hic meus ei non eſſet acceptus labor, ſi non ad augendam Sanctorum gloriam, atque ad mortales ſtudio virtutis inflammandos accommodatus; tempeſtive obicem poneret, neu progredi in opere infructuoſo pateretur, ſed alia in re deſudare atque elaborare juberet; id multo etiam magis nunc precor, ut ſi iſta a me peragi ei gratum, honorificum Sanctis, alienæ ſaluti utile non eſt, eam Præſidibus meis mentem injiciat, ut ad aliam rem quampiam conferre me ſtudium & operam velint.

Si Deo placuerit,

Ita ergo affectus animo, gnarus vitam brevem eſſe & incertam, cogito, ſi Deus annuerit, hoc perfecto de Vitis Sanctorum opere, Vitas omnes quas Græce ſcriptas repperero, edere Græcolatine, partim a me verſas quæ needum Latine extant, partim ab aliis ſumptas qui jam antea apte verterint, partim recognitas quas nunc Helleniſmo fœdatas merito queruntur viri quidam eruditi. Hoc conſilium meum ſupra expoſui, cum de Metaphraſte agerem.

edet poſtea Auctor Vitas SS. Græcolatinas;

Meditor deinde volumine uno chronologiam Sanctorum omnem complecti, ut, quoad licebit certas conſequi notas, quæ ab orbe condito ad hanc uſque ætatem geſta ſunt a Sanctis, quam fieri accuratiſſime poterit, ſuis omnia temporibus conſignem.

SS. Chronologiam,

Altero volumine Topographiam Sanctorum deſcribam, locaque omnia, quæ ii adiiſſe memorantur, recenſebo & exponam.

& Topographiam;

Tertium volumen Onomaſticon erit, continebitque vocum & phraſeon, quæ toto hoc opere occurrerint ſolœcæ, barbaræ, peregrinæ, obſcuræ, explanationem.

Onomaſticon vocum obſcuriorũ;

Dein aliquot voluminibus variorum Martyrologia, præſertim vetera, e mſſ. codicum fide repræſentabo, & fortaſſis Notis illuſtrabo. Belgicum quoque luculentius quam ſit hactenus ullum editum.

Martyrologia,

Tum uno alterove Morales præceptiones & Exempla colligam; niſi, quod malim, in hoc me alius ſua induſtria & diligentia ſublevet.

moralia,

Fortaſſis de Scriptoribus a me lectis aut hoc opere citatis commentarium conficiam.

librum de Scriptoribus;

Epiſcopatuum item orbis totius, Epiſcoporumque accuratum texere indicem licebit, ac monaſteriorum; vel quorum hoc in opere mentio fit, vel de quibus alii ſparſim ſcripſerunt Auctores.

Catalogum Epiſcopatuũ & monaſteriis &c.

Cogitavi eorum etiam res geſtas conſcribere, qui ab anno MD. vel certe ex quo Europam involvere fœdiſſimarum hæreſum turbines, Luthero auctore, cœperunt, pro Catholicæ religionis defenſione ab hæreticis aliiſque fidei orthodoxæ hoſtibus ſunt trucidati; etſi nondum ſint Eccleſiæ judicio vindicati.

Acta Martyrum recentiorum;

Denique ſanctitate illuſtrium hominum colligere vitas ſtatui, quorum necdum ab Eccleſia conſecrata eſt populorum venerationi memoria. Hoc priuſquam aggrediar, aut ſaltem emittam, opus, Apoſtolicæ Sedi ut mihi id hiſtorica fide vulgare liceat, ſupplicabo. Neque enim laborem aut Deo, aut ſupremis Eccleſiæ Antiſtitibus ingratum reor futurum. Non enim ſolent Duces, cum paucos, quorum maxime virtus in bello enituit, præmiis donant, atque inſigni aliquo honoris, monumentoque laudis decorant, interdicere ne cujus præterea e reliqua militum turba virtutem liceat privato præconio celebrare; cum id in ſuam quoque laudem reique publicæ ſentiant redundare.

Vitas aliorum pio\[r\]ũ hominum;

Hiſce abſolutis, ecquid erit reliquum temporis, quod ab æternitatis conficiendis negotiis demi queat? Si quid erit, aſcetica doctrina, ut a Sanctis tradita hoc in opere, vel re ipſa exercita exculta que, oblectabo animum meum ſeneſcens: & ut aliis vel ſic proſim, omnia ad certa capita ac præcepta revocabo. Favete Cœlites: omnis hic laudi veſtræ dicatus eſt labor.

Aſcetica præcepta SS.

CAPUT TERTIUM.

Editorum hoc opere probabilitas.

§. I. *Legitimi Hiſtoricorum gradus.*

Hoc opus, hic labor eſt, quæ de Sanctorum rebus geſtis narrantur, quæque ab aliis conſignata litteris proferuntur in lucem, efficere ut ſint ejuſmodi ut nihil ut contineant non probatum ac certum. Id quidem indubitanter aſſequeremur, ſi ad beatorum cœli civium geſta ſcribenda dictandave, ex ipſorum cœtu quiſpiam aggrederetur: at quamdiu in eis humana induſtria, errori obnoxia, deſudabit, quis ſecuritatem præſtabit, nihil ut eſſe ſuſpicemur, quod aberret a vero? Poteſt quidem, qui primum ſancti hominis cujuſpiam, quocum

Falſa aut dubia vita, ea poteſt

vixit,

vixit, cujus actiones, adverſus vitia ſuſceptas dimicationes, præclarum e vita exitum ſpectavit, hiſtoriam ſcribit, ita ſtylo moderari ſuo, nihil ut exaret, quod non ipſe ſuis oculis viderit, vel ab oculatis, iiſque gravibus & idoneis teſtibus hauſerit; at ſi quid non ita probatum illi ſit, hoc ſilentio impune prætereat. Non eadem meu nunc ratio eſt, qui ab aliis tradita litteris edo ſolum in lucem, quæ neque ſpectavi ipſe, nec ſemper aliorum firmare certis teſtimoniis poſſum. Adhæc ſtylus quandoque eſt ejuſmodi, ut licet vera ſint quæ narrantur, falſi tamen certe habeant primam ſpeciem, propter earum rerum, quarum in hiſtoria ad fidem faciendam maximum eſt pondus, neglectionem perturbationemve. Meliori conditione ſunt, qui vel Annales Eccleſiaſticos conficiunt, vel propria dictione ac ſtylo Vitas Sanctorum deſcribunt. Neutri enim ſe in præcipitem locum inviti coguntur committere. Hi enim præcipua & maxime probata ſeliguat, tranſiliunt cetera: illi multa taciti prætereunt, vel ſat habent dixiſſe, ſibi ea non omnino probari, examinari accuratius debere, eſſe loci alterius, aut ſimili alio uti effugio.

qui viſa ſcribit; *qui annales,* *qui Vitas SS. ſuo ſtylo:*

Mihi hæc non licent. Profiteor me quæ de Sanctis tradita litteris repererim dare, nihil aſſuere, nihil mutare, nihil meupte ingenio emendare, nihil præcidere, integra omnia & inviolata afferre, quoad poſſum. At ſi quid eſt vel a primævo auctore ſcriptum falſo ac perperam, vel levi & temeraria interpolatione corruptum ac turbatum; non eſt perinde mihi expeditum, verum a falſo ſecernere, niſi aliunde lux certior hiſtoriæ affulgeat. Quid mihi de ſingulorum Actis videatur, ſive certos habeant auctores, ſeu ſecus, expono; & quatenus iis habeam fidem. Nec mihi id ſumo, ut paſſim libere pronuntiem, falſa eſſe, ridicula, indigna, quæ de Sancto quopiam hactenus tradita, eoque a me omitti. Eſſet qui occineret fortaſſe: Majores noſtri non temere Sanctum illum venerati ſunt: ſi ea quæ de illo ad nos pervenerunt, falſa judicas planeque repudianda, profer melius quidpiam; aut ſine nos iis quæ extant, qualiacumque ea ſint, uti. Nam ſi diſplicent univerſa, fieri non poteſt quin habeas quod ſubſtituas: qui enim poſſent alioquin omnia diſplicere, ſi nihil de eo traditum eſſet alibi contrarium? ſi traditum eſt, ede illud. Si quia quædam non probantur, reſpuis cetera: cur non potius, quia aliqua non potes improbare, ſinis Lectorem frui omnibus, monitum tamen quid aut quamobrem improbes, ne temere cuncta amplectatur? Et ipſe forte ubi ſuum judicium adhibuerit, etiam quæ ſpreveris quædam rata eſſe volet, & reperiet quo ea ſtabiliat, ac de ceteris quid ſentire fas ſit expediet.

Auctor dubia expendit, *non omittit,* *ſed aliis examinanda proponit:*

Si quid eſt tamen quod univerſim gravium teſtium refelli queat auctoritate, totaque narrationis forma ac modo confictum eſſe poſſim pronuntiare; id ita omitto, ut moneam tamen Lectorem. Ejus rationis eſt quæ in multis mſſ. extat S. Antonii tranſlationis hiſtoria, qua aſſeritur a Conſtantii aut Conſtantini ſatellitibus ejus repertum eſſe corpus, & Conſtantinopolim deportatum; cum ſit ſub Juſtiniano primum inventum vectumque Alexandriam; multo poſt Conſtantinopolim: qua de re fuſius XVII. Januarii actum. Ejuſmodi quoque eſt quæ anno 1515. Pariſiis edita eſt S. Honorati Epiſcopi Arelatenſis vita tribus libris diſtincta, fabulis conferta, quæ aperte pugnant cum iis quæ de eo ſcripſit S. Hilarius ejus diſcipulus, cumque omni illius temporis hiſtoria, ut XVI. Januarii dixi. At ſi alia de S. Antonii tranſlatione, ſanctique Honorati vita nulla habuiſſemus monumenta, licuiſſet tamen multa ut minime veriſimilia refellere, non omnia. In multis id Vitis accidit, ut licet quædam paradoxa videantur, ea tamen quando neq; Chriſtianæ religionis myſteriis neq; aliis probatæ fidei hiſtoriis adverſantur, clare refutari non poſſint. Eas igitur ſic edo, ut quoad licet quam fidem mereantur expendam.

omittit plane falſa.

Sed quia permagni intereſt, ut fidem hiſtoriæ cuipiam habeamus, noſſe quis eam ſcripſerit; hic cujuſmodi fuiſſe optem eos qui geſta Sanctorum conſcripſere, exponam; qualeſque extiterint multi, procliviore ad errandum methodo uſi. Tum utro e genere mea ſint, quæram: rectene quidam quidquid illis non arridet explodant & in fabulis numerent? An S. Gelaſii Papæ conſtitutioni de libris apocryphis, & recentioribus URBANI VIII. Decretis accommodaverim ſtylum. Poſtremo quantam hæc obtinere auctoritatem ac momentum velim, quam patiens, ſicubi errarim, monitionis futurus.

Quæ ſit hic narrandorum probabilitas.

Primum ac ſummum gradum hiſtoriæ ſcribendæ (de iis mihi ſermo non eſt, qui quæ ſcribunt cœlitus hauſerunt, Deo vel mentes eorum colluſtrante, vel per Angelum aliumve cœleſtem adminiſtrum dictante vel edocente quæ ſcribant: de iis loquor, qui communi mortalium more quidpiam commentantur) eum igitur principem hiſtoriæ gradum ſtatuunt viri eruditi, cum quis ea quibus interfuit, quæque geri vidit, tradit litteris, qua fere ratione Poſſidius Epiſcopus S. Auguſtini facta didicit & ſcripſit.

Primus gradus hiſtoriæ, cum viſa narrantur:

Alterum gradum ii tenent, qui non ſpectarunt ipſi quidem quæ narrant: ab iis tamen accepere, qui ſuis ea oculis ſunt contemplati. Ea fere ratione S. Franciſci vitam compoſuit S. Bonaventura, S. Hilarionis S. Hieronymus, S. Claræ auctor anonymus, ut ipſe in Præfatione ad Alexandrum IV. teſtatur: *Sane placuit*, inquit, *Dominationi Voſtræ, meæ parvitati injungere, ut recentibus actibus S. Claræ Legendam ejus formarem: opus certe quod mea ruditas multum formidabat, niſi pontificalis auctoritas verbum coram poſito iterum atque iterum repetiiſſet. Igitur me colligens ad mandatum, nec tutum ratus per ea procedere quæ defectiva legebam, ad ſocios B. Franciſci, atque ad ipſum collegium Virginum Chriſti perrexi, frequenter illud corde revolvens, non licuiſſe antiquitus hiſtoriam texere, niſi iis qui vidiſſent aut a videntibus accepiſſent. Iis, inquam, veritate prævia, cum timore Dei, me plenius inſtruentibus, aliqua colligens, & plura dimittens, plano ſtylo tranſcurri; ut quia magnalia Virginis virgines legere delectabit, rudis intelligentia non inveniat, ubi pro verborum ambitu tenebreſcat.*

Secundus, cum de ſpectatoribus audita: *hi ſoli olim legitimi.*

Tertius gradus eſt eorum, qui ea commemorant, quæ non a ſpectatoribus ipſis accepere, ſed ab iis quibus ſpectatores narraverant. Ad hoc genus multa pertinent ex iis quæ refert Joannes Moſchus in Prato ſpirituali, S. Gregorius in Dialogis, S. Beda in hiſtoria Anglicana.

Tertius.

Quarto in gradu ii locandi, qui quæ ſtylo proſequuntur, ex hiſtoricis qui in gradibus jam enumeratis conſiſtant, collegere, aut ex certis monumentis donationum, teſtamentorum, tranſactionum, aut commentariis, ſed eorum dumtaxat qui aliquem ex antedictis obtinuerunt gradum.

Quartus.

Et hi quidem omnes fidem merentur, ſi ſunt viri boni, ſi prudentes, ſi pura eorum minimeque adulterata ſcripta ſunt. Nam ſi eum qui ſe rei cuipiam gerendæ ſcribit adfuiſſe, ſuſpiceris haud ſatis a mentiendi libidine alienum, quia hæreticus fuit, aut partes quas laudat pertinaciter ſecutus; inconſideratæ temeritatis fuerit ei firmam fidem habere. Ea res, ut Euſebio, Socrati, Zozomeno, Palladio ſæpenumero non credatur facit, quod ab hæreticorum aut ſchiſmaticorum, vel certe factioſorum partibus ſteterint, eorumq; cauſſam ſtylo quandoque propugnent. Eapropter Euſebium in apocryphis haberi Gelaſius ſanxit, ut inferius dicemus. Plures nimia bonitas credendique facilitas fefellit, ut res neque veritate firmatas, neque ſatis graviter teſtatas ſcriberent, quæ deinde manifeſto falſæ deprehenſæ ſunt. Quoties noſtra ætate ſimplici plebi impoſuerunt hac ratione homines quidam nefarii, pietatis honeſtiſſima

Suſpecta fides improborum, *& nimis credulorum.*

ſpecie,

Digitized by Google

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google

aliàs plane ſtupenda,

Quid quod ſæpe, etſi non poſſimus diffiteri, quin evenire potuerit, tamen patrati miraculi talis proditur cauſſa ac modus, ut etiam addubites decueritne majeſtatem æterni Numinis, ita humanæ vel neceſſitati ſubvenire, vel voluntati obſecundare? Sed quia admirabilis ejus bonitas eſt, neque ea capere intelligentia poſſumus, vel quæ caſtis ſibique dilectis animabus paravit in cœlis bona, vel quantum iis velit gratificari in terris, non ſunt temere damnanda quæ ejuſmodi narrantur, etſi nobis paradoxa videantur; ſed potius reverenter accipienda, quatenus ex eo manaſſe fonte Divinæ bonitatis dicuntur, unde omnis noſtra petenda eſt felicitas. Eſto, ea facta non ſint fortaſſis: at fieri majora potuere a Deo, & facta aliàs. Cave igitur ideo neges facta, quia fieri non potuerint aut debuerint.

præſertim a Scotis Hibernis Britonibus facta.

Quia vero in ejuſmodi patrandis prodigiis ſeſe fere ſimplicitati ac fidei hominum Deus attemperat; ideo Hibernorum, Scotorum, Britannorum tam qui Albionem, quam qui Armoricam Galliæ oram incolunt, plane portentoſæ ſunt Sanctorum Vitæ, atque ex miraculis, fere incredibilibus, contexta; quia apud eas gentes & conſtantia fidei egregia, & vitæ ſimplicitas ac candor olim rarus extitit; vel certe quia ſimpliciores Scriptores. Neque facta illhic plurima olim fuiſſe miracula, poterit quiſquam, quantumvis malitioſus, pernegare, cum etiamnum hodie, poſt abrogatas ab hæreticis majorum cæremonias cultumq; Cælitum, ipſa tamen loca eorum honori olim dicata, ſacroſancta adhuc eſſe videantur, & plurimis ſplendeſcant miraculis. S. Wenefridæ Virginis fons eſt apud Britannos in extremo Walliæ ad Boream tractu, ad quem maximi fiunt concurſus, petentium inde ſois ſuotomq; morbis & incommodis remedium. Retulit mihi vir illuſtris, vidiſſe ſe etiam hæreticos eo confluentes implorandæ opis gratia, cumque ex iis quæſiſſet cur, cum novam induiſſent formam religionis, quæ Sanctos invocari vetaret, aut ab iis vel longa quiete ad ultimum uſque judicium ſopitis, vel ſi in cœlis ævum agant, ignaris certe rerum mortalium, auxilium ſperare, ad illa Pontificiorum, ut aſſidue ipſis quinti Evangelii præcones inculcant, deliramenta recurrerent? reſpondiſſe eos, quid in pulpitis illi garriant ſibi curæ non eſſe, meminiſſe illius fontis aquam ſibi ſuiſque gregibus ac parentum ſuorum eſſe ſalutarem conſueviſſe; idque vel Divæ Wenefridæ, vel Deo boni omnis auctori acceptum ſcribi.

Vitæ ex fama ſcriptæ.

Sunt vero, ut ad propoſitum redeamus, ea ratione ex populi fama, plurimorum antiquorum martyrum quæ interciderant acta conſcripta, multorum Galliæ Apoſtolorum, plerorumque ex jam memoratis gentibus Sanctorum Vitæ, quorumdam etiam (quod mirere) Italorum. Neque præter famam, quæ dicebatur manaſſe a majoribus, habuerunt qui ea colligebant viri ſapientes quod ſequerentur. Si quod erant, quantumvis tenue, nacti antiquum monumentum, veluti in denſa caligine inſperato objectum lumen, ejus ductu omnem direxerunt ſuæ curſum ſcriptionis. Sed ſunt nonnulli, qui hanc populi ditam ex antiquo famam, tanti faciunt, ut prope Apoſtolicis traditionibus eam æquiparent, ita inveteratam vulgi perſuaſionem Traditionem appellantes: cum ſit earum diverſiſſima ratio. Nam Apoſtolicæ Traditiones, non vulgi fama conſtant, ſed ſolidis probationibus, licet verbo traditæ ab iis, non ſcripto, ut alia, ſint. At populares illæ traditiones ſæpe nec pueris ſatis credibiles, ſæpe levi aut etiam fallaci ortæ principio, magnis deinceps incrementis dilatatæ, parum tamen ipſo auctu roboris acceperunt. S. Servatium Epiſcopum venerantur Trajectenſes. His Græculos quidam jam ante annos 600. perſuaſit Eſmeria S. Annæ ſorore filiam S. Eliſabetham natam, Joannis Baptiſtæ matrem, filiumque Eliud, cum filio Emeu B. Memelia Servatium pepererit. Ergo Antiſtitem ſe gloriantur habuiſſe Chriſti cognatum: cur dubitent, cum ita gravis auctor, ex gente longe ab omni fraudis ſuſpicione remota id teſtetur? Alia ſuperſtruunt, ut facile trecentos annos vixiſſe eum prædicent, quem conſtet Euſebio & Hypatio Coſs. Synodo Ariminenſi interfuiſſe anno Chriſti 359. Quædam & vera & a gravi viro narrata, nonnulli perperam intelligunt, pejus etiam aliis narrant, ut ſemper cum novis erroribus ſerpant longius. Proprium id habet fama, ut vires eundo acquirat, magis etiam ficti ac pravi, quam recti tenax. Sæpe quod alteri narraveram, id ad me, eodem etiam die, ſed multis partibus ampliatum, itaque immutatum redit, ut ipſe quod a me manarat non agnoſcerem, donec ſciſcitando auctorem ejus quod mihi referebatur, quid, a quibus, quo errore eſſet adjectum, comperi. Si id in viris eruditis, quibus fides optima ac ſinceritas morum, vel cogitationum evagatio aliqua, vel intempeſtiva interpretatio efficit, quid rudi & imperitæ plebi fiet?

unde Traditio?

Sæpius falſo orta.

aut male intellecta, pejus amplificata.

Vitæ aliæ ſic.

odio dæmonis

Acta ſunt alia, non ita quidem ex incertis populi narrationibus conſerta, ſed docte ac graviter olim conſcripta; verum deinde adulterata. Malitiæ dæmonum id Arnobius imputat, qui vel honorem debitum Sanctis detrahere, vel proventurum mortalibus emolumentum intercludere hoc pacto conati ſunt. *Si qua ſunt litteris,* inquit lib. 1. adverſus gentes, *conſcriptionibuſq; mandata, malevolentia dæmonum, quorum cura & ſtudium eſt hanc intercipere veritatem & conſimilium his hominum, interpolata quædam & addita, partim mutata atque detracta, verbis, ſyllabis, litteris, ut credentium tarderent fidem, & geſtorum corrumperent auctoritatem.* Fecerunt ergo id homines nefarii, dæmonum inſtinctu, ut vel erroribus ſuis atque improbitati patrocinium quærerent, ſi dicerentur Sancti paria ſenſiſſe de Deo rebuſque divinis, aut ſimili modo vitam inſtituiſſe; vel ut eorum obſcurarent laudem, a quibus ſectam eſſe ſuam impugnatam conſtaret. Faciunt id etiamnum hæretici: nam illuſtres Sanctos, quos omnis retro venerata eſt antiquitas, ne novitatis ipſi arguantur ſi ab iis diſſentire ſe fateantur, ſuos fuiſſe clamitant; eduntque in vulgus acta eorum, ſed detractis iis quæ illorum poſſent prodere puram ac Catholicam religionem. Si quos eorum dogmatum, quæ præcipue averſantur, fuiſſe defenſores conſtet, eorum ita decolorant geſta, ut vel improbi homines fuiſſe, vel ſtolidi videantur. Ea res facit ut vetera mſſ. ſedulo conquiramus, quo ex plurium collatione facilius, ſi qua fraus eſt facta, queat deprehendi. Quæres, ſi conſentiant exemplaria, an ſecuri ſumus ab omni fraude futuri? Non continuo. Sed exploranda ea ad Lydium lapidem, Eccleſiæ nimirum doctrinam; quicum quod pugnat, ſpurium eſt. Quid dolo adjectum ſit, facile erit ex aliis Scriptoribus demonſtrare, qui vel de præſtantibus illis viris contraria tradunt, vel ſemper Catholicos habitos fuiſſe oſtendunt, & quæ affinguntur iis, ſcita fuiſſe tunc ab univerſa Eccleſia repudiata. Sin obſcuris de hominibus nec alibi notis narratur quidpiam cum orthodoxa fide haud ſatis apte congruens; omitto ego quidem, dum certiora eruam. Quid ſi fraus facta, quam aſſequi non poſſis, quia neque hæreſi affine, neque Sanctis quibus tribuitur, ignominioſum, ut ſi E. G. confictum miraculum aliquod? Si nulla fraudis extant veſtigia ac ſigna, unde vel ſuſpicio mihi incidet? Quid eſſe certum ac ſecurum ei homini poteſt, qui abſque cauſſa ulla ubique fraudem ſuſpicetur? Imo malitioſum eſſe & improbum eum neceſſe ſit.

ab hæreticis adulterata duplici ex cauſa.

An & quomodo deprehendi fraus poſſit?

aliæ contractæ aut interpolatæ.

Alii neque dolo malo, neque fama decepti, tradiderunt tamen geſta Sanctorum, quæ non facile probentur. Nam germanas tabulas nacti, breviare quam integra dare acta maluerunt, quod longiuſcula videbantur. Præcipua igitur capita virtutum paucis verbis perſtrinxerunt; at miracula, & quæ reliquis minime communia erant, quandoque amplificarunt: explanationes rerum, temporum notas, locorum deſcriptiones intexuerunt.

Quę com quandoque non ſatis apte reſpondeaut, in dubium univerſa revocatur hiſtoria. Eſt id tamen maxime iotolerabile, ſi librarii ea ſuerint impudentia, ut licet vix tincti litteris, attexant ipſi ejuſmodi lacinias, aut ſubinde demaot quæ vulgaria & trita judicarint.

Alia confićta,

Denique Vitæ ſunt quadam omnino confictæ, aliæ ab hæreticis hominum improborum, a Catholicis aliæ ſtyli exercendi gratia. De his infra. Hæretici non ſolum acta ſubinde corruperunt, exotica aſſuentes ſegmenta præclaris illuſtrium Sanctorum actis, quibus eos veluti intignitis notis vindicarent ſibi; ſed & ſuæ factionis homines flagitioſiſſimos veluti Sanctos, & juſtas eorum cædes martyria prædicaruut. Omitto Tanchelinum, Joannem Hus, & alios ejuſdem farinæ, quos nuper ſtolidi quidam ac dementes homines e Calvini grege, æque ac veteres Eccleſiæ Martyres & Pontifices, velut Eccleſiæ ſuæ ornamenta oſtentare non erubuerunt. Uſitata fraus eſt ſectariorum.

ab hæreticis ſuorum gregalium,

Specimen proferam perantiquum. Eatat in quibuſdam mſſ. inter reliquorum acta Sanctorum, hiſtoria quædam aut fabula titulo Paſſionis Donati Martyris, qui ad conflandam Cæciliano Carthaginenſi Epiſcopo invidiam conſcriptus videtur libellus. Alibi integrum dabo, hic ne quis decipiaeur, & vere Martyrem credat (ut olim Roſweydus, re non diſcuſſa) partem illius exhibebo. Ita ergo habet: *Si manifeſta perſecutionum geſta non otioſe conſcripta ſunt, nec incon ſulte in honorem Martyrum & ædificationem credentium anniverſaria ſolemnitate leguntur, cur non magis ſubdolæ fraudis & blandæ deceptionis inſidiæ conſcribantur pariter & legantur, quæ ſub obtentu religionis animas fraudulenta circumventione ſubvertunt? magis enim inſtructio neceſſaria illis eſt, ubi profeſſa hoſtilitas non eſt: quia hoſtilis omnimodis ſocietas ad decipiendum facilis & prompta eſt; & inimici hominis domeſtici ejus. Ideo alienum ab officio pietatis & religionis erit non ſolum Martyrum glorias invida quodammodo taciturnitate comprimere, ſed etiam patrocinante ſilentio deceptorias ſubtilitates celare. Enimvero, quod ſalutare, tam periculoſe tacetur a prudentibus, quam inutiliter a ſimplicibus ignoratur. Quoniam quidem, ut facile eſt incautos appellatione nominis Chriſti a fallacibus decipi, ita neceſſe eſt fingere nomen miniſtros Antichriſti. Proditione ergo luporum latentium ſub veſtium ovium inſidiis aut liberabuntur inſtructi qui imperitia fallebantur, aut contumaces ſuo vitio peribunt, ſine culpa & periculo prædicantium Chriſtianorum. Cauſſa ergo repetenda quæ geſta ſunt, & utilitatis & juſtitia plena ſunt: quia & fideles commemorando corroborantur, & rudes quoſque ad tolerantiam tentationis inſtigant, & inimicos detegendo condemnant. Prædicet ergo patientiſſimam filiorum ſuorum fidem pia mater Eccleſia: recognoſcat & fructum operis ſui latronum crudeliſſimorum ſpelunca. Ergo jam veniamus ad cauſſas. Res apud Carthaginem geſta eſt, Cæciliano Pſeudoepiſcopo tunc inſtante, aſſentiente Comite Leontio, Duce Urſatio, Marcellino tunc Tribuno famulante, diabolo tamen omnium iſtorum conſiliario exiſtente. Primo etenim, ut inveterato draconi mos eſt, quaſi jam non ipſe perſecutione manifeſta Chriſtiani nominis impugnator extiterit, eos quos aperta perſecutione ſuperare non potuit, callida fraude circumvenire molitus eſt, ut eo facilius deceptio proderet, quo deceptionis auctor latuiſſet.* Plura deinceps in Cæcilianum Epiſcopum, & viros illos principes a Conſtantino Magno in Africam miſſos, jacit maledicta & calumnias. Late controverſiam hanc omnem ortumque ſchiſmatis Donatiſtarum proſequitur Baronius tom. 3. Annal.

ut aliam a Donatiſtis:

Aliæ a Catholicis confictæ Sanctorum hiſtoriæ, non ut cuiquam Sancti glorioſam appellationem tribuant, cui eam Eccleſia non decreverit, ſed ut ea de illis ſcribant, quæ geſta numquam ſint, geri ſolum potuerint. Viguit olim vigetque etiamnum ille mos, ut quo magis Lectores captentur legendi aviditate, hiſtorias Regum ac Heroum, quorum ficta & nomina ſunt & regna & facta, ac mirabiles eventus, componant viri etiam non indocti, qui utilius aliis in rebus collocare operam potuiſſent. Tolerari id poteſt tamen, ſi penitus etiam conficta nomina ſint: at nonne ſapientibus lectoribus illudunt, cum noti nominis Regi cuipiam facta affingunt, quæ ille ne cogitarit quidem? Nonne iis ipſis, quorum ſic celebrant nomen, ut quæ vere digna laude geſſerunt penitus obterant, & quod nemo, niſi ſtultus, æquo animo patiatur, multa tribuant aliena, falſa, ridicula, non tam adulatione aliqua, quia jam ad illos Heroas rei hujus ſenſus non perveniat, quam inſania quadam ſcribendi? Eſtque in lectoribus ipſis furor quidam, ut cum veras utileſque hiſtorias ne inſpicere quidem dignentur, confictas illas mentiendi artificio allecti dies totos ac noctes volvant. Aſt illud mihi petulantiſſimæ audaciæ videtur, quod etiam in ſanctorum hominum rebus geſtis ita ludere audent homines importune ludicri, ne dicam impii. Ita Caroli Magni hiſtoriam ineptus quidā tenebrio Turpini graviſſimi Antiſtitis emetito nomine ſcripſit: ita Reinoldi martyris, aliorūq; acta violata ſcurrili ſtili licentia.

a Catholicis literarum hiſtoriæ;

ut Le Rores obliſtione;

etiam SS. Vitæ;

At ſunt nonnulli tam acri fortaſſis haud digni reprehenſione, qui præceptiones aliquas ſuas ad conformandos mores, excitandamque pietatem accommodatas, ne vim habeant tanto majorem, ſub Sancti alicujus nomine proponunt, & ut ſuavius influant melle jucundiſſimæ fictionis illinunt. Non reprehendo apologos, etiam Sanctis uſurpatos. Ea tamen mihi ſcribendi ratio non probatur: nam vel falſam opinionem de Sanctis concipiunt Lectores, vel, ſi confictam eſſe narrationem indicatur, reliqua Sanctorum geſta eo modo ficta eſſe ſuſpicantur, & nonnumquam an qui celebrantur Sancti, umquam extiterint dubitant. Quæ etſi non evenirent, non tamen mendacium eſſe pietatis incitamentum debet. Deus veritas eſt. Exoſa illi falſitas omnis, verborum, morum, ſcriptionis. Quem ſtylum exercere delectat, habet luculentam in ſacris ac profanis hiſtoriis materiam. Sperat nominis celebritatem mirandorum eventuum caſuumque inventione? Quis eſt adeo ſtupidus, qui non longe plura, quam ſcripta unquam ſint, poſſit excogitare, licet deſit apte ea ſcribendi facultas? Veritati, qua licet, conſecremus ſtylum, ſtudia, actiones univerſas.

aliquando præſtita moralis inſtitutionis;

an recte?

§. III. *Quo in ordine hæc ponenda.*

HIs ita conſtitutis, erit fortaſſe qui ad quam hiſtoricorum claſſem mea hæc pertineant, quærat. Dixi de Vitis ſingulis ſuo loco. Sed multorum animis ea inſita eſt opinio, pleraſque vitas Sanctorum inerti ſeculo a monachis, piis ut plurimum & bonis, ac ſimplicibus hominibus, ſed ignaris fere litterarum, eſſe conſcriptas, non ex certorum monumentorum fide, ſed vel ex futilibus narratiunculis, vel ex propria quadam phantaſia, ac fabrica hebetis ingenii inſcite illa noſtrorum Heroum decora ſpeculantis. Ita loquuntor, nec ſine ſupercilio, Critici quidam, qui ultra apices tamen & Grammaticales lites parum norunt, licet ipſi ſe intelligere & ſapere pluſquam ceteros arbitrentur. Et ſunt nonnumquam, quod omnium colere amicitias ſe velle profiteantur, ex nimium familiari convictu eorum qui non recte de religione ſentiunt, aliqua afflati inſalubri aura. Alii dum nimis cauti eſſe volunt, neque uſpiam ſecure audent inſiſtere, ne labantur; nihil ſatis firmum putant, ac temere multa reſpuunt, dum ne explorare quidem cujuſmodi ea ſint, volunt. Utrorumque inimica veritati ratio eſt. Utriuſque occurrendum non tam verbis quam rebus ipſis.

Quidam temere pronuntiant, omnes SS. Vitas confictas;

Dico igitur, Primum nullas eſſe hoc in opere vitas, quas omnino commentitias poſſit qois vel leviſſime ſuſpicari, aliquo ſemper atteſtante Martyrologio certave auctoritate. Dein nullas eſſe, quas probabile ſit

Imo nulla hic tales

ulla

ulla ex parte ab hæréticis aliiſque maleferiatis hominibus vitiatas. Ceteris ex generibus ſunt complures. Aliquot receoſebo; nec, ut omnes, quidquam attinet.

Ab oculatis teſtibus conſcriptæ ſunt 1. Januar. Vitæ SS. Fulgentii Epiſcopi Ruſpenſis & Eugendi Abbatis a diſcipulis; s. Gregorii Ep. Nazianzeni a s. Gregorio Theologo filio; s. Guilielmi Abb. Divionenſis a Rodulpho Glabro; s. Odilonis a Letialdo. 2. s. Macarii Alexandrini a Palladio; s. Adelardi Abb. Vita a s. Paſchaſio Ratberto, miracula a s. Geraldo, vel Gerardo Abb. Silvæ-majoris. 3. s. Genovefæ, quæ tamen fortaſſis interpolata. 4. B. Angelæ Fulginatis ab Arnaldo. 5. s. Syncleticæ a s. Athanaſio; s. Simeonis Stylitæ ab Antonio, aut ſaltem a Theodoreto; s. Æmilianæ a s. Gregorio. 8. s. Severini Apoſtoli Noricorum ab Eugippio; ejuſdem Translatio a Joanne Diacono. 10. s. Guilielmi Ep. Bituricenſis. 12. s. Benedicti Abbatis a s. Beda. 13. B. Ivettæ, ſive Juttæ, ab Hugone Floreffienſi. 14. SS. PP. in Sina monte a s. Nilo; s. Eugelmari Eremitæ Martyris. 15. s. Alexandri Acœmetorum conditoris. 16. s. Honorati Ep. Arelaten. a s. Hilario; s. Marcelli Papæ miracula ab Urſione Abbate. 17. s. Antonii Abb. a s. Athanaſio; SS. Antonii, Joannis, Meruli a s. Gregorio. 19. s. Marii, Marthæ, & ſociorum; s. wolſtani Epiſcopi Wigornienſis a Florentio. 20. s. Sebaſtiani M. Tranſlationis hiſtoria. 21. SS. Fructuoſi Epiſcopi & ſociorum MM. s. Epiphanii a B. Ennodio. 22. s. Anaſtaſii Perſæ M. miracula. 23. s. Aſclæ M. Acta; s. Victoris & ſocii Translatio a Joanne Buzelino. 24. s. Macedonii anachoretæ a Theodoreto. 25. s. Popponis ab Everhelmo. 26. s. Polycarpi martyrium ab Eccleſia Smyrnenſi; s. Paulæ Romanæ a s. Hieronymo. 27. B. Joannis Epiſcopi Morinenſis a Joanne de Colle-medio. 28. Martyrum Alexandrinorum cædes; s. Caroli Magni Imp. Vita ab Eginardo. 29. s. Petri Thomaſii a Philippo Mazzerio. 31. s. Marcellæ a s. Hieronymo; s. Martini Saurienſis a Salvato; & aliæ complures: nec enim omnes hic enumeravi, ſed præcipuas, aut quarum hæc commentanti in memoriam primum redit. Non ſunt hæc otioſe multis poſt ſeculis conficta, ſed a viris ſapientibus qui ea ſpectarant litterarum monumentis ſignata, ac fideliſſime ad noſtram ætatem conſervata. Neque eſt quod faſtidioſi homines monachos hebetes & inertes criminentur, quorum induſtria, ſi verum fateri volumus, non modo ſacra hæc antiquæ pietatis, ſed omnia omnino vetuſtæ eruditionis ad nos pervenere monumenta: quod etiam Hæreticorum multi non diffitentur.

ſed ſunt multa ab oculatis teſtibus ſcripta;

Jam qui non ipſi ſpectarunt quidem quæ tradiderunt litteris, aut non omnia (quamquam neque quos αὐτόπτας & inſpectores dicimus, ita ſpeculati ſunt omnia diligenter, ut non etiam quædam ab aliis acceperint) ſed tamen qui pleraque iis qui geri ea viderant narrantibus didicerunt, ſunt plurimi hoc in opere. Ea ratione 1. Januarii B. Petrus Damiani s. Odilonis Vitam ſcripſit. 4. s. Gregorius Turonenſis s. Gregorii Lingonenſis Epiſcopi. 8. Bernardus Juſtinianus s. Laurentii Juſtiniani. 9. s. Beda s. Adriani Abb. 11. s. Gregorius Papa s. Anaſtaſii Abb. 13. Joannes Presbyter s. Glaphyræ; Iſidorus de Iſolanis B. Veronicæ. 15. Ruffinus & Palladius s. Macarii Ægyptii. 19. Walaſridus s. Blaitmaci. 20. s. Euthymii Magni Abb. Cyrillus monachus. 23. Leontius Epiſcopus s. Joannis Eleemoſyn. a. Beda s. Boiſili. 25. s. Chryſoſtomus SS. Juventini & Maximi. 26. Hermannus B. Haſecæ. Atque alii, quorum expreſſa non ſunt nomina, 5. s. Gerlaci Eremitæ. 7. Venerabilis Ludovici Bloſii Abb. 11. s. Theodoſii Cœnobiarchæ. 13. B. Godefridi Capenbergenſis. 15. s. Idæ Virg. & s. Boniti Epiſc. 17. s. Sulpitii Pii Epiſc. s. Ricmiri Abb. 25. s. Præjecti Epiſc. Mart. 26. s. Bathildis Reginæ.

multa ab iis quibus oculati teſtes,

Jam vero plures etiam extitere, qui ea ſcriberent, quæ neque ſpectaſſent, neque ab oculatis teſtibus audiſſent; ſed, quod vel ætate aliquanto juniores, vel longo ſpatio terrarum diſſiti eſſent, ab iis ſolum didiciſſent, quibus ipſi ſpectatores narraverant. Ad hanc claſſem ea fere pertinent omnia, quæ a coætaneis aut coævis ſcripta paſſim annotavi, ac nominatim Acta s. Gordii M. per s. Baſilium 4. Januar. s. Eduardi Regis 5. s. Pauli primi Eremitæ per s. Hieronymum 10. s. Felicis per s. Paulum 14. s. Baſſiani Epiſc. Laudis-Pompejæ 19. s. Launomari Abb. s. Sebaſtiani M. ſi quidem per s. Ambroſium hujuſve æqualem, 20. s. Agnetis per eumdem Ambroſium 21. ss. Vincentii & Anaſtaſii MM. 22. & aliorum plurimorum.

vel ii, qui hauſerant ab oculatis teſtibus narrantes;

Denique qui partim a Scriptoribus notæ jam dictæ compoſita recuderunt novo ordine, ac ſtylo, partim ex veteribus & certis monumentis, vel ex probatis hiſtoricis compoſuerunt ipſi Sanctorum hiſtorias, multi fuere, quos & ego imitor, quoties acta alicujus non reperio, ſed ſolum conſignatam eorum in ss. PP. vel hiſtoricis, aut Martyrologiis memoriam. Ita ſcriptæ ſunt Vitæ, 2. Januar. s. Adelardi per s. Geraldum, ſive Gerardum. 6. s. Erminoldi Abb. M. 7. s. Raimundi Pennafortii a Clemente VIII. Papa. 8. s. Frodoberti ab Adzone, s. Gudilæ Virg. ab Huberto. 13. s. Hilarii Epiſc. a Fortunato. 22. B. Walteri de Birbeke. 28. B. Margaritæ Hungaricæ a Garino. 29. Venerabilis Caroli Abb. Villarienſis; s. Petri Nolaſci a Franciſco Zumel. 30. s. Aldegundis Virginis ab Hucbaldo & aliis. Plura ſunt ejuſmodi a nobis ita collecta & conſerta: s. Attici Epiſc. s. Cyri Epiſc. s. Pegæ Virg. 8. Januarii s. Petri Epiſc. Sebaſteni 9. s. Paulini Patriarchæ Aquilejentis 11. s. Cæſariæ Virg. 12. s. Bernonis Abb. 13. s. Datii Epiſc. Mediolanen. 14. s. Emeberti, ſive Ablcberti Epiſc. & s. Ceolulphi Regis, 15. s. Fabiani Papæ 20. s. Cyrilli Patriarch. Alexandrini 28. & aliorum plurimorum.

multa ex authenticis ſcriptis compoſita;

Neque harum vitarum arbitror facile convelli a quoquam fidem poſſe; niſi quod quæ a me ſunt elucubratæ, iis alia quæ addi potuiſſent venient fortaſſis Lectori in mentem non pauca. Nunc quæ ex fama conſcriptæ, longo poſtquam Sancti deceſſerant tempore, aut ex monumentis non ita vel authenticis vel illuſtribus. Hoc ex genere ſunt s. s. Martinæ V.M. s. Mochuæ utriuſque. 3. s. Bertilæ Virg. 4. s. Neophytæ V. M. & s. Pharaildis Virg. 8. s. Luciani Bellovacorum Apoſtoli, s. Patientis Epiſc. Meten. s. Balduini Diaconi M. s. Erardi ſive per Paulum, ſive per Conradum. 10. s. Gonſalvi Amaranthi per Didacum de Roſario. 11. s. Leucii Epiſc. 13. s. Potiti M. s. Agricii Epiſc. Trevir. s. Viventii Presbyteri; s. Kentigerni Epiſc. 16. s. Jacobi Epiſc. Tarentaſ. 17. SS. Tergeminorum, ſive per Warnaharium ſive per Anouymum; s. Genulphi Epiſc. 18. s. Priſcæ V. M. s. Deicoli Abb. 20. s. Fechini Abb. 24. s. Sophiæ, ſive Caduci Epiſc. 26. s. Notburgæ. 27. s. Juliani Cenomanorum Apoſtoli per Letbaldum. 29. s. Valerii Epiſc. Trevir. SS. Saviniani M. & Sabinæ V. s. Gildæ Abb. 31. s. Geminiani Epiſc. Mutinen. SS. Julii & Juliani; s. Aidani ſive Medoci Epiſc.

aliqua ex fama;

Poſtremum genus eſt Vitarum, quæ ex geouinis contractæ, vel certe variis locis interpolatæ. Atque hoc quidem apta factum eſt nonnumquam a viris eruditis: mallem tamen annotaſſent potius ſeorſim obſervationem, appendicem, emendationem ſuam, quam intexuiſſent priſtinæ narrationi. Hoc genus latiſſime patet, atque cum præcedente, accurate ut examinentur quæ ejuſmodi ſunt, poſtulat. Talia ſunt quæcumque fere a Metaphraſte, Surio, Hareo, Graſio, Lippeloo, Wicelio, Ribadeneira, & aliis plurimis, doctis & piis hominibus ſcripta: talia quæ in Menæis Græcorum, Petro de Natalib. Vincentio Bellovac. S. Antonino extant: talia Acta S. Maximi m. 2. Janu. S. Severini Epiſc. Septempedani 8. S. Egwini 11. S. Mauri Abb. 15. interpolato ab

plures contracta, vel interpolata.

Odone S. Fauſti opere . S. Marcelli Papæ XVI. quæ tamen alii genuina cenſent.

§. IV. *An poſterioris generis ſcripta omnia reſpuenda.*

ALii non univerſim Vitas reſpuunt omnes : duo illa poſtrema genera impugnant. Diligere ſe ajunt vitas Sanctorum, eas volutant, & multa ex iis hauriunt, quibus ſuos aliorumque ad virtutem animos exſuſcitent. Sed nullas edi volunt, niſi limatas judicio, atque undequaque veritate firmatas, quæ non modo non convelli, ſed ne oppugnari quidem poſſint. Eſſet ſane optandum, ut Sancti omnes, qualem hi poſtulant, nacti eſſent ſuarum virtutum præconem; aut ſi forte nacti ſunt, quæ olim ſcripta, ipſi proveherent in lucem : aut profectu qui ita ſentiunt, appellerent ipſimet ad dilucidanda vel ex integro componenda Divorum Acta operam ac ſtudium; ſuive ſimiles excitarent acri ac certo judicio homines, ſimulque litteris expolitos, qui ad ea Acta ſuo nitori reſtituenda incumberent.

Improbant quidam ultima duo genera, ſive vulgares Legendas;

At ſi id ſperare vix licet, & Sanctorum quorumdam legitimis actis abolitis ac conſumptis, ſolæ eæ extant ex fama non omnino certa deſcriptæ, vel imperite interpolatæ Legendæ, uti eas ſuperioris temporis conſuetudo appellabat; quos tamen Sanctos conſtat plurium ſeculorum conſenſu eo gradu ac loco habitos a majoribus, atque anathematis votiviſque tabulis ac ſacris cultos, ipſa Romana Eccleſia, arbitra ſactorum ac magiſtra ſanctitatis, vel jubente, vel annuente, vel ſaltem connivente; quid hujuſmodi eorum Actis faciemus? Omitti vis, in tenebras abjici aut ignem potius, planeque abſumi. Merito quidem ſi quid ineſt, quod fidei orthodoxæ, aut rectæ morum diſciplinæ adverſetur. Id enim ferendum non eſt : tollendum eſt protinus e medio, ne quid damni cuiquam conſciſcat. Atque utinam qui tam ſeveri ſunt in Vitas Sanctorum; eadem cenſura perſtringerent, imo exterminarent libros plurimos, qui non levem jovchunt morum corruptelam.

& edi nolunt.

niſi, ſi fidei adverſentur;

Si quid vero ineſt in Actis quibuſdam, quod neque traditæ divinitus doctrinæ adverſetur, neque depravare vitiorum illecebris lectorum animos videatur; repugnet tamen omnibus earum ætatum, quibus extitiſſe Sancti illi dicuntur, hiſtoricis, aut pleriſque ac maxime probatis; id quidem quodcumque eſt vel paterer expungi, vel ipſe certe notarem. At ſi eſt quidpiam, quod uni ſolum antiquæ hiſtoriæ non congruat, non ideo id proſcribi æquum eſt, cum inter ſeſe frequenter Scriptores diſſentiant & veteres & moderni, etiam qui res ſuæ ætatis ſcribunt, & quibus gerendis ipſi interfuerunt. Nec video cur Ammiano Marcellino, hoſti Chriſtianorum, aut alteri ejuſdem farinæ, plus haberi fidei debeat, quam Chriſtiano cuipiam, rudi licet & imperito ſcriptori. Nam etſi fuerit hic fortaſſis, ut dictitant, nimis credulus; aſt ille invidia callide reticet, vel maligne deterit noſtrorum decora.

aut omnibus hiſtoricis;

non ſi paucis.

Quid ſi, quarum maxime falſitatem ſuſpectas, eas Sanctorum vitas conſtaret eſſe ſcriptas ab ipſorum æquali, & geſtorum omniam teſte oculato, viro bono, ſive Chriſtiano, ſive etiam Ethnico, ſed eo prorſus modo quo nunc exſtant, an etiam tunc eas reſpueres ac damnares? Minime, inquis. Verum inornate ſunt ſcriptæ : ſed vere. Simpliciter & imperite : imo ſincere. Incerta ſunt quæ memorant. Imo viſa, inquis, teſtata. Ordinatius digeri ea oportuit : noluit auctor, vel non potuit. Quid ergo cenſes? edendæ? an tradendæ Vulcano? Edendæ. Audio. Dandum ſcilicet antiquitati aliquid. Nec fuco eget aut ornatu veritas. Satis ipſa aſt ſibi, ut placeat bonis, etiam nuda, omnique vacua exotico pigmento. At loca non congruunt, aut tempora; nec quidquam ſimile memorant ſcriptores illius temporis. Explicationem cenſebis adhiberi oportere vel excuſationem quaſique effugium, potius quam omnino repudies, quod ab hujuſmodi auctore compoſitum manifeſte conſtet. Adhibe eaſdem nunc excuſationes, explicationes, effugia, & ſua Vitis ejuſmodi auctoritas probabilitaſque conſtabit. Non mirum etiam ſpectatores loci notam aut temporis præterire, rei ſoli intentos.

etiam ſi ſcripti ab oculatis teſtibus fuerint.

Silentium Scriptorum Ethnicorum perinde interpretor, ut ſi rure geſtum quidquam a diſſoluto Principe ejuſve comitatu, ſingulari inſolentia, furore, obſcœnitate; ipſi reticeant aulici, at narrent qui perpeſſi, quique ſpectarunt ruſtici, ſed inornate ac inſulſe, neque vel pagum ſuum nominent, vel in qua is provincia ſitus, nec quoto id factum ſit Pontificis, vel Imperatoris, vel ſui Regis anno, exponant, quæ nimirum accurati ſcriptores non præterirent; non credemus ſcilicet : certiora requiremus teſtimonia. Conſulto illi Principum ſuorum furorem, dedecus, ultionem divinitus inflictam, ac noſtrorum virtutes, miracula, victorias omittunt. Sit igitur aliquis in loco, tempore, ſimilive circumſtantia error, ideone tota ſupprimenda eſt hiſtoria? Etiamne ſi oculati teſtes ſunt qui iſta narrantes hallucinantur? O ſeverum judicem! nulla deinceps cudatur hiſtoria, nulla olim ſcripta (præter eas quæ a Deo ſunt dictatæ) toleretur, ſi ea lex poſita ſit, ut nihil ineſſe falſum aut minus probabile fas ſit.

Cur Ethnici ſcriptores de SS. ſæpius non meminerint?

Ridebunt, inquis, iſta hæretici. Quid deinde? Sacratiſſima noſtræ fidei myſteria rident, rident etiam libros nonnullos, quos a Divino Spiritu manaſſe certo ſcimus, rident multas piorum laudabiles actiones, rident vitas a ſpectatoribus uſque ſapientiſſimis & ſanctiſſimis conſcriptas. Illis non ſcribimus. Non eſſet difficile eorum retundere impudentiam, ſed non ſunt tanti. Suum illum inſulſiſſimum ſalem, quacumque in re voluerint, conſumant. Nihil eos moramur. Piis & probis hominibus ſcribimus, quibus hæc ſtimulum ad virtutes capeſſendas admovebunt. Nec ridebunt tamen heterodoxi omnes laborem hunc meum. Sunt inter eos quidam amatores antiquitatis, eoque propius diſtantes a regno Dei, qui gaudebunt in lucem proferri multa quocumque etiam ſqualore obſita, quibus ipſi ad eas quas moliuntur humanæ litteraturæ lucubrationes utantur. Uſus eſt ſane in Italia illuſtranda Philippus Cluverius, in Britannia Guilielmus Cambdenus : neque iſtiuſmodi ſcripta omnia reſpuent Jacobus Uſſerius, Gerardus Joannes Voſſius, Joannes Meurſius, aliique. Utinam eorum aliquando iſta lectione commoveantur mentes, ut tandem Catholicæ caritati & concordiæ manus, animos, calamos dedant.

Refutatur contra ſententiam argumento : 1. Hæretici hæc Acta ridebunt.

Ipſi Catholici hæc faſtidient. Nempe ut favum quoque immodice ſaturati. At plures avide complectentur. Præclare enim Lindanus doctiſſimus Ruræmundenſium Epiſcopus in elogio Martyrologii a Baronio recogniti & annotationibus illuſtrati ſcribit : *ſi qua paradoxa quibuſdam forte videbuntur, illa equidem eo eſſe loco habenda ut avidius expetantur.* Si qui tamen ita tenero ſtomacho ſunt, ut hæc iis nauſeam provocent, eorum lectione abſtineant; habent alia quæ legant. Non ſemper ſingulis convivis omnes conveniunt appoſiti cibi : ſatis eſt ſi aliqui conveniant, aut plerique. Nec quia ſit aliquis qui caſeo, oleo, crudis veſci nolit; abeſſe omnino oleum, caſeum, poma, lactucas a menſis, quibus eos adhibes, neceſſe eſt. Habet Lector meum de ſingulis Vitis judicium. Præterea ſi quid ſuo non viderit palato aptum. At ſæpe initio multi ea faſtidiunt, quæ iis poſtea mirifice placent ac proſunt. Fatetur quandoque Baronius Acta quædam ut primum venerunt in manus, inepta ſibi viſa & inſipida, quæ accuratius expenſa vehementer probarit, omnique acceptione digna judicarit. Mihi quoque id uſuvenit, licet ut plurimum cohibere aſſenſum ſoleam, donec rem omnem examinarim. Si

2. Catholicis faſtidia movebunt.

quorum

quorum nimis delicatum eſt faſtidium, corrigendum id, ne etiam ſalubrem, imo neceſſariam medicinam, ſi inveteraverit, reſpuat. Et ſane ſi illud argumentum quidquam valeat, quam multi ſermonem de religione ceteriſque virtutibus, uſum divinorum Sacramentorum, librorum piorum lectionem, precationes denique faſtidiunt? Eone illa mala, ſommovenda, abdicanda? Excitandus impellenduſque in contrarium animus, ut ſaltem ad æquilibritatem quamdam pertingat. Neque qui probet omnia, neque qui nihil, ab errore eſſe ſecurus poteſt. Faſtidiebat olim Societatis noſtræ parens Ignatius libros qui ſacra tractarent; vanos poſcebat, qui bella, etiam ficta, aliave ludicro mundi genio accommodata, ut eorum lectione oblectaret animum, morbi tædium levaret. Ubi tandem faſtidium ſuperavit, vix ſatiari eorumdem ſacrorum librorum lectione poterat. Denique fructum tolit, quem univerſa ſentit Eccleſia. Evenit id hic quoque fortaſſe, vel ex ea nata ſalutis occaſione, a quo maxime animus abhorrebat.

3. Ridicula ſunt. Inficiari ſaltem non poſſumus, ais, quin multa in his ridicula narrentur. Ego ita ſeverus non ſum, ut riſu mihi, omnibuſque hilaritatis indiciis interdicam: numquam tamen, licet verſer in hiſce Actis quotidie, memini mihi riſum ab iis moveri. Ridicula ſunt fateor quæ ſtolidiſſimi dæmones ad Sanctorum labefactandam in precandi ſtudio aliiſq; virtutibus conſtantiam machinati ſunt, dubites majori furore an vafritie: nego tamen ridiculum eſſe ea narrari. At ſi cui ita ſplen ſalit, prorumpat is ſane in riſum & cachinnos, ut volet. Ne exiſtimet tamen, a petulantia illa ſolidum doci argumentum, quo hæc valeant Acta convelli, quæ pluribus ſalubrem potius fletum elicient, cogitantibus quæ & quanta egerint Sancti, quæ ſint divinitus conſecuti, ea ætate, ordine, loco, quo nunc ſtamus ignavi & degeneres, tam longinquo ab iis ſpatio ſemoti. Si quos ita pupugerint, iis deinde riſum ciebunt exultationemque ſempiternam.

4. Sunt incredibilia. Eſto: ridicula hæc non videantur, incredibilia certe ſunt quam plurima. Quid ita? Quia conſuetum rerum humanarum modum excedunt. An aſſeruntur viribus facta humanis? an non a Deo, ejuſve auxilio? quid huic impoſſibile? Si Livius aut Saluſtius hæc narraret accidiſſe, crederes, opinor, ſed dæmonum præſtigiis facta diceres. An ergo plus hæ, quam ſupremæ mentis immenſum numen poteſt; ut ſi ab hoc factum eſſe quodpiam portentum narretur, incredibile pronunties; ſi ab illis, continuo habeas fidem? Potuit, inquis, ea Deus; feciſſe unde conſtat? unde conſtaret tibi Livio narrante? fide humana, opinor, quæ & hic habet locum. Quæris unde mihi conſtet, feciſſe Deum quidquam quod memoratur: unde tibi conſtat non feciſſe? Auctorem profero qui aſſerat: habes qui neget? ſi habes, utrius potior fides? ſi non habes, & fieri fateris poſſe; vide ne temerarium ſit abſque ulla ratione negare eſſe factum. Nulla fuit, inquis, patrandi miracoli cauſſa. Unde id noſti? non ſcribitur. An ergo omnes rerum omnium conſcriptæ cauſſæ? Proditur forte aliqua, ſed quæ tibi non probetur. Scrutatus es nempe omnia Dei conſilia. Neſcis, ah neſcis, quæ ejus bonitas ſit & munificentia, cui terminos ponis, quos ultra non deceat gratificari eum mortalibus. Loqui bruta animantia, ſuſcitari ac denuo viveſcere comeſa, ſparſo pulvere naſci ſegetem & momento matureſcere; quid hic non Deo facile? An denuo vivere vorata incredibilius, quam de lapidibus ſuſcitari filios Abrahæ? an difficilius eſt efficere ut loquatur columba aut camelus, ad ſolatium vel præſidium vel inſtitutionem Sanctorum, quam ut aſina olim ad Balaami, paullo tamen poſt perituri, coarguandam pervicacem temeritatem?

5. Errores pariunt. Vereris ne hæc opiniones falſas erroreſque turbulentos, & ſuperſtitiones pæne aniles procreent; quæ cum penitus inſederint atque inveteraverint, etiam comperta, & graviſſimo judicio promulgata veritate, avelli non poſſint. Mitte eum timorem. Noſti quæ vis & efficacitas ſit veritatis, quanta neque vino ineſt, licet etiam ſapientes dementet; neque Regi, cujus tamen nutu vita morſque ſubjecti populi conſtat; neque mulieri, cujus ſolet eſſe amor ad inſaniam vehemens. Correcta ſunt nuper quædam in Martyrologio: quis non prompte & libenter veritatem amplexus? Neque hic periculoſus eſt error, ut neſciam ortum Sancti alicujus, aut quodpiam ejus factum, quorum quædam etiam ſacra Scriptura occuluit. Occiderit S. Georgius draconem verum, an metaphoricum, quid intereſt? Vulgus verum exiſtimat occidiſſe, aliter docti ſentiunt: errat pars alterutra, ſine piaculo. Quales apud Gallos diſputationes, non de miraculo uno alterove, ſed de Sanctis ipſis qui ſacrorum ſolenni apparatu coluntur. S. Dionyſium Pariſiorum Apoſtolum ſub annum a Chriſti ortu 250. miſſum in Gallias viri eruditi exiſtimant, eumque ſe publice venerari profitentur. Volunt alii ne extitiſſe quidem eum unquam, proque eo Areopagitam Dionyſium ſacris ſolennibus colendum. An ea levis eſt controverſia? Errare alterutram partem neceſſe eſt. Non commoventur tamen propterea Eccleſiarum Antiſtites, nec ipſe Præſes & Rector ac Pater omnium Romanus Pontifex. Non eſt enim is error ejuſmodi, qui pietatem aliamve virtutem labefactet. Nec indignatur ſanctus ille Antiſtes, ſibi debitos honores Areopagitæ impendi, neque Areopagita eos illi ie præreptum, cum ſuum honorem uterque ſentiat ad Dei gloriam ſpectare. Et ſi qua dies lumen afferat, ut conſtet non ab Areopagita, ſed altero juniore converſos eſſe Pariſios, non difficulter aſſentientur e diuturnis tenebris emerſæ veritati.

6. Eccleſia ea corrigi jubet. Quid eſt hoc, inquies, aliud, quam graviſſimo ſanctiſſimoque Eccleſiæ judicio repugnare? Jubet ea quaſdam Sanctorum hiſtorias corrigi: tu etiam in lucem profers, & iis concilias auctoritatem. Quid enim eſt corrigere quidpiam? in tenebras abdere, luto immergere, flammis abolere? an non, quod curvum erat aut videbatur, curare ut rectum ſit & ſentiatur eſſe? Hoc enimvero ego facio. Neque enim arbitror Eccleſiam ſuo decreto velle omnibus poteſtatem fieri, ut quæ ſinguli improbarint faſtidioſo aut aliis opinionibus præoccupato judicio, ea ceu figmenta repudiare & abjicere valeant; imo & ſuas conjecturas veluti a majoribus traditam narrationem obtrudere, vetuſtis temere interpolatis monumentis. Ego contra laborem meum univerſæ Eccleſiæ, ac præſertim moderatrici ceterarum Romanæ Sedi, probaturum me confido. Vitas quas legitimas cenſeam ſignifico, quas & quatenus tolerabiles, quas, quaqua ratione emendandas; ea tamen modeſtia, ut ſæpe me confitear non videre quo pacto quæ ſuſpicor ineſſe menda corrigam; obteſterque alios ut ſuggerant, ſi quid iis aptius occurrerit.

Imo ſuſcipienda quia a viris bonis ſcripta. Ergo neque quia periculum ſit ne riſum moveant hæreticis, aut potius inſulſis quibuſdam ſcurris, qui ad hæreticorum fornices confugerunt; neque quia faſtidio futura palato quorumdam Catholicorum timeantur; neque quia ridicula ſint, quæ contra ſeria ſunt & gravia; neque quia incredibilia, cum & ſæpe facta alias ſint, & Deo uſitata, neque quia pernicioſos gignant errores, cum potius auctoritatem ſanctiſſimam Eccleſiæ aſſidue inculcent, quod unicum eſt contra omne virus errorum antidotum; neque quia corrigi quædam ex his Eccleſia velit; ideo ſupprimenda, penituſq; abolenda. Imo potius quia a bonis, ſimplicibus, ſinceris hominibus, etſi non ſumma arte ſcripta ſunt; quia procul abſunt ab omni adulationis ſuſpicione, cum nullam ſibi Auctores mercedem propoſitam habuerint, niſi Sanctorum patrocinium, ac munifici favorem Numinis;

quia multorum etiam eruditorum tot jam ſeculis trita manibus, & numquam penitus rejecta, etiam a graviſſimis Theologis; ea fateamur veriſimilia conſeri debere, ac ſuſcipi pleraque, legique utiliter poſſe: dummodo quæ ſubinde admonui obſerventur, quæque alii eruditiores monebunt.

a doctis non ſpreta.

§. V. *An Acta SS. apocrypha.*

An hæc apocrypha.

SUnt alii quidam Ariſtarchi, ſeveri cumprimis & importuni, qui identidem illud occinunt, Apocrypha hæc eſſe, hauſta ex Apocryphorum fabulis, ſomniis, deliramentis: eaq; *apocryphi* appellatione veluti validiſſimo ariete dejicere ſe ac proſternere univerſum hoc noſtrum opus arbitrantur; cum ipſiſmet ſuum illud telum, quo utuntur, apocryphum ſit; vocis, inquam, ipſius ne notionem quidem aſſequantur. Nam quod inſtant & urgent, graviſſima Gelaſii Papæ ſententia in apocryphorum claſſem eſſe relata hæc, ac vetita legi, id ita habet.

& ut talia proſcripta can. Sancta Romana, diſt. 15.

S. Gelaſius Papa in concilio Romano 70. Epiſcoporum, Aſterio & Præſidio Coſſ. anno Chriſti 494 habito, (quod & Gratianus in Decretum retulit par. 1. diſt. 15. can. 3. *Sancta Romana*) varia recenſens Ss. Patrum opuſcula, quæ poſt Scripturæ libros ſuſcipi permittit, & in Eccleſia legi, ita inter alia loquitur: *Item geſta Ss. Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant. Quis ita eſſe Catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei & adjutorio univerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in S. Romana Eccleſia non leguntur, quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur; & ab infidelibus aut idiotis ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur; ſicut cujuſdam Quirici & Julitæ, ſicut Georgii, aliorumque hujuſmodi paſſiones, quæ ab hæreticis perhibentur compoſitæ. Propter quod, ut dictum eſt, ne vel levis ſubſannandi oriretur occaſio, in S. Romana Eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Eccleſia omnes Martyres & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quam hominibus noti ſunt, omni devotione veneramur.* Hæc ille. Neu dubitari poſſit, quin illa Sanctorum acta apocrypha judicet, poſtea in *Notitia librorum apocryphorum, qui non recipiuntur*, iterum recenſet & *apocrypha* appellat, *Paſſionem Quirici & Julitæ*, & *Paſſionem Georgii*.

Apocrypha quot modis dicta?

Ut ſcrupulus hic, qui quorumdam animos aſſidue ſtimulat ac pungit, penitus evellatur, primum explicandum, quid apocryphum ſit, quotque modis dicatur: tum quatenus hæc apocrypha cenſeri debeant, uti & alia quædam veterum ſcripta. *Apocryphum* ab ἀποκρύπτειν, ſive ἀποκρύπτεσθαι, *celare, occulere, abſcondere*, deducitur; non, ut habet Gloſſa ad can. *Sancta Romana*; ab ἀπὸ *de*, & κρυπτὸς *ſecretum*; neque omnino Græcum eſt κρύπτος, ſed a κρύπτω eſt κρύψις, id eſt *latebra, occultatio*. Significat ergo ἀπόκρυφον, *occultum, arcanum*, nec propalam enunciatum.

Sic appellantur quæ certo auctore carent;

Primo igitur apocryphum dicitur, ut habet Gloſſa in can. 1. diſt. 16. quod certo auctore caret, uti liber Judicum, liber Tobiæ, Eſther, Machabæorum, Job, & alii, qui tamen inter Canonica Divinæ Scripturæ volumina habentur. Ea ratione inter ſacros & Eccleſiaſticos libros, quos Covarruvias lib. 4. Variar. cap. 16. & 17. *Hagiographos* appellat, retineri aliqui poſſunt, quorum ignorentur auctores. Sed de hoc apocryphorum genere non quæritur: certum eſt enim eſſe inter Acta Sanctorum multa, quæ a quo tradita ſint litteris ignoretur; ſed & ejuſmodi plurima ſunt legitima, & nemini omnino ſuſpecta, ut Acta SS. Fructuoſi Epiſcopi, Augurii & Eulogii MM. 21. Januarii, & aliorum plurimorum.

Alio modo apocryphum dicitur, quod inter Divinæ Scripturæ libros non numeratur. Ita S. Hieronymus Prolog. in libros Regum: *Hic prologus Scripturarum, quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos ex Hebræo vertimus in Latinum, convenire poteſt, ut ſcire valeamus quidquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum.* Sic oratio Manaſſe Regis, ſic libri tertius & quartus Eſdræ apocryphi ſunt; licet enim antiquæ nec indignæ fide hiſtoriæ habeant pondus, non tamen habentur a Spiritu ſancto dictati. Sed neque hac notione apocryphi vocem uſurpant, qui noſtra eſſe apocrypha criminantur: nam etiam probatiſſimæ Patrum lucubrationes ea ratione apocryphæ ſunt, id eſt non eo numero ac loco quo divinitus inſpiratæ Scripturæ.

2. quæ non ſunt in Canone Scripturarum

præſertim quæ ob aliquibus in eo perperā reponuntur,

Potiſſimum tamen apocryphi vocantur ii libri, quos aliqui ut Canonicos ſuſcipiunt, Eccleſia refragante. De his pulcre S Auguſtinus lib. 15. de civit. Dei cap. 23. *Omittamus igitur earum ſcripturarum fabulas, quæ apocrypha nuncupantur, eo quod earum occulta origo non claruit Patribus, a quibus uſque ad nos auctoritas veracium ſcripturarum certiſſima & notiſſima ſucceſſione pervenit. In his autem apocryphis etſi invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falſa nulla eſt canonica auctoritas. Scripſiſſe quidem nonnulla divina Enoch illum ſeptimum ab Adam negare non poſſumus, cum hoc in epiſtola canonica Judas Apoſtolus dicat. Sed non fruſtra non ſunt in eo canone Scripturarum, qui ſervabatur in templo Hebræi populi ſuccedentium diligentia Sacerdotum. Cur autem hoc, niſi quia ob antiquitatem ſuſpecta fidei judicata ſunt, nec utrum hæc eſſent quæ ille ſcripſiſſet, poterat inveniri, non talibus proferentibus, qui ea per ſeriem ſucceſſionis reperirentur rite ſervaſſe. Unde illa quæ ſub ejus nomine proferuntur.. .... recte a prudentibus judicantur non ipſius eſſe credenda; ſicut multa ſub nominibus & aliorum Prophetarum, & recentiora ſub nominibus Apoſtolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia ſub nomine apocryphorum ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota ſunt.* De eadem Enochi prophetia, & aliorum ſcriptis idem ſanctus Doctor lib. 18. c. 38. ait, *ut apud Judæos, & apud nos in auctoritate non eſſent, nimiam feciſſe antiquitatem, propter quam videbantur habenda eſſe ſuſpecta, ne proferrentur falſa pro veris.*

ut liber Enoch,

aut ſub ficto nomine edita, ut Acta S. Thomæ;

At quidam ex his apocryphis libris non modo incertæ erant auctoritatis, ſed & omnino alienis tribuebantur auctoribus. Sic idem Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib. 22. c. 79. *Legunt ſcripturas apocryphas Manichæi a neſcio quibus ſutoribus fabularum, ſub Apoſtolorum nomine ſcriptas, quæ ſuorum Scriptorum temporibus in auctoritatem S. Eccleſiæ recipi mererentur, ſi ſancti & docti homines, qui tunc in hac vita erant & examinare talia poterant, eos vera locutos eſſe cognoſcerent.... Utrum illa vera ſic aut conficta narrata, nihil mea nunc intereſt. Certe enim Manichæi, a quibus illa ſcriptura, quas Canon Eccleſiaſticus reſpuit, tamquam vera atque ſincera acceptantur*, &c. Verum iſta nunc miſſa facio: nam non ſum ita ſtolidus, ut ulla Sanctorum Acta, niſi ſi quæ ſunt ea ſacris Scripturis ſumpta, Canonica eſſe velim & Scripturæ Divinæ obtinere auctoritatem: non poterunt igitur apocrypharū ſcripturarum nomine ab Eccleſia repudiari.

3. quæ legi in Eccleſia non debent,

Tertio igitur, apocryphos libros, & proprie, appellat Gelaſius, quos in Eccleſia ſancit publice legi non oportere, quaſi ἀποκρύπτεσθαι eos deceat, abſcondi, & removeri a luce Eccleſiæ, ubi nihil fas ſit, niſi omnino probatum, legi. Quia tamen ea latius ſumi ſignificatio videtur, poſſunt libri quos perſtringit Gelaſius, ut loco citato obſervat Covarruvias, in duas claſſes diſtribui, ut alii ſint hæretici, neque palam neque privatim legendi, ſed abominandi potius, planeque abolendi, ut qui peſtem ſint legentibus allaturi; alii ſimpliciter apocryphi, qui neque hæretici, neque ſemper ab incerto ſcripti auctore, neque ſub ementito alicujus ſacri ſcriptoris nomine; minorem tamen obtineant auctoritatem, neque ab Eccleſia & Patribus uſquequaque probatam; *propterea*

Digitized by Google



derem. Per-
vet: ſed ne
iut omnino
conſtitui.
attentione
icas conſti-
nitium eſt,
Poſtmodum
dieruſalem, dus nupera URBANI VIII.
a & univer-
iu Vaticano
Papa VIII.
nalibus, ad-
neralibus a
13. *Martii*
le imagini-
torum nu-
ribus ad co- ne edantur miracula, &c. non beatificato- rum,
ar ne de ce-
nu ſanctita-
ur) celebres
lationes, ſeu
eſſionibus a
ue approba-
loges alioſq;
ne deinde
natum in re
ad Sedem ſiat approbatione Pontif. Max.
pectet. Re-
ſupradicta,
itinentibus,
hujuſmodi
lt mandat-

a, prejudi-
er commu-
mporis cur- niſi olim conſiſiat,
ripta, vel
Apoſtolica

. Mariam
decretum
l rem hunc ante 100. annos.
morabilem
eclarat eſſe

liligenter:
neas lucu-
uam ut in
ionori re-
gnitate &
ndere pa-
meis cele-
ctoritate
leſiæ con-
pti. Imo
s Abbas,
ejuſmodi
, vatici-
narravi.
legitimo
Beatorum Ideo Sanctos vel Beatos non appellat, de quibus dubitat:
ut *Mar-*
ii: etiamſi
culorum
Beghinæ
catorum
.
cultum
tutum,
e, olim
ræro-

a de his non ſpor. ta.

quia mult
manibus,
viſſimis Th
bere, ac f
modo qua
eruditiores



SUnt ali
portu
hæc eſſe, h
ramentis: e
ariete dejice
opus arbitr
ncuntur, a
tionem quid
gent, gravi
rum claſſem
S. Gelaſiu
rum, Aſteri
(quod & Gr
can. 3. Sanct
ſcula, quæ p
Eccleſia legi,
tyrum, qui m
rabilibus conf
Catholicorum
peſſos, nec ſui
verſa tolera
nem ſingulari
quia & eorum
tur; & ab in
apta, quam
cujuſdam Qui
juſmodi paſſion
Propter quod,
retur occaſio,
tamen cum pr
glorioſos agoner
omni devotione
ſit, quin illa S
in *Notitia libro*
iterum recenſ
riti & Julita,
Ut ſcrupul
ſtimulat ac pu
dum,quid apo
quatenus hæc
quædam veter
ſive ἀπόκρυφα
tur; non, ut h
ἀπὸ δε, & κρύπ
κρύπτω, ſed a
tio. Significat
nec propalam e
Primo igitur
can. 1. diſt. 16.
cum, liber Tob
qui tamen inte
habentur. Ea
bros,quos Cova
giographos app
ignorentur auct
re non quæritu
ctorum multa,
ſed & ejuſmodi
no ſuſpecta, ut
Eulogii MM. 2
Alio modo ap
Scripturæ libro
Prulog. in libros

An hæc apocrypha.

& ut talia proſcripta can. Sancta Romana, diſt. 15.

Apocrypha unde dicta.

Sic appellantur quorum auctor...

NAPOLI

quod falſi quædam in eis, ut ſcribit Covarruvias l. 4. Variarum c. 17. *veris quandoque miſceantur, peregrina quædam aut portentoſa narrentur, quæ nec pie nec commode credi poſſunt; vel ex eo denique quod eorum auctores quædam veterum dogmata fuerint ſecuti, quæ poſtea teſtimonio ſacrarum Scripturarum convicta ſint. Atque ideo hi libri apocryphi dicuntur, quod non ſint publice in templis legendi; licet privatim, caute tamen, legi poſſint.* Ergo libri apocryphi, ut idem mox ſubdit, *licet in eccleſiis legi non debeant publice, poſſunt tamen privatim legi, & caute, quia eorum auctoritas in obſcuro & abſcondito eſt.* Et paullo poſt medium capitis de Euſebio loquens; *Si apocrypha*, inquit, *interpretemur ea, quæ publice in Eccleſiis legi non debent, privatim tamen legi poſſunt: quemadmodum & quoad plures libros hoc in loco nominatim relatos hæc ſignificatio eſt prorſus admittenda.* Ita Covarruvias. Eadem alii ſcribunt.

Hinc poſſint privatim.

Hac ergo poſteriori notione apocrypha ſunt ex iis quæ edo multa: nam & Euſebii hiſtoria apocrypha eſt, & opera Tertulliani, Lactantii, S. Clementis Alexandrini, Caſſiani, Arnobii, aliaque. Imo cum non videatur nunc in cujuſque Antiſtitis, præterquam Romani, ſitum poteſtate, ut decernat quid in Eccleſia publice legendum ſit, poſteaquam Breviarium precum, hymnorum, Lectionum, quas in Eccleſia fas ſit in dies recitare, ſapientiſſime concinnatum eſt; ea ratione cetera quoque & a Gelaſio & ab aliis Pontificibus probata veterum ſcripta legi modo non poſſunt, ſaltem abſque Pontificis Maximi auctoritate. Sed tamen, quod pridem nonnulli præſtantes Juris Canonici interpretes obſervarunt, Acta Martyrum, imo & aliorum Sanctorum, quæ in variis quidem Eccleſiis, ut ex S. Auguſtino patet, legebantur, at non in Romana; ea in hac quoque leguntur nunc, & ſunt a pluribus ſeculis lecta, ſed in brevem fere epitomen contracta. Et videntur quædam olim habita apocrypha, poſtea eſſe correcta: ea certe non continent nunc, quæ antiqui Patres ut fabuloſa coarguere, ut ad acta S. Theclæ Virginis & alibi dicemus.

Talia etiam quædam PP. ſcripta.

Quædam olim apocrypha correcta.

Igitur qui hæc apocrypha proclamant, norint pauca ex Divinis Scripturis accepta, neque omnia a certis auctoribus litteris conſignata, neque omnia eſſe ejuſmodi ut legi in Eccleſiis debeant aut poſſint. Si ea ſignificatione apocrypha appellant, nihil ego in ea appellatione turpe, nihil indignum, nihil quod infamiam aut dedecus habeat, video. Sin ficta omnia & fabuloſa volunt eſſe, quæ ſic apocrypha cenſentur, videant ne ſanctiſſimis & ſapientiſſimis viris, Clementi Alexandrino, Joanni Caſſiano, & aliis, quorum libri apocryphi declarati ſunt, injuriam faciant, quaſi confinxerint quæ ſcripſerunt omnia. Aliud eſt, non omnia pervidiſſe, lapſos uſpiam, ut erat quibuſdam iis locis ac temporibus quibus ſcripſerunt proclive; aliud mera malitia ea commentos, quibus alienæ illuderent ſimplicitati. Aliquo eos nævo erroris fateor fuiſſe quandoque aſperſos: ultro ceteris imponere voluiſſe & fabulas obtrudere, pernego. Videant denique ne Gelaſio ipſi, cujus contra nos auctoritatem uſurpant, vehementer adverſentur, qui Euſebii libros, quos diſerte inter apocrypha relegat, pronuntiat tamen *non uſquequaque renuendos*. Nihil tamen ineſſe, ut in illis Patrum ſcriptis, ita & in his Vitis, præſertim per anonymos exaratis, quod corrigi debeat, non ſum ita demens ut exiſtimem, qui aliud paſſim pronuntiem.

Quatenus hæc noſtra dici apocrypha poſſint.

§. VI. *An Sancti omnes aut Beati, quorum hic vita edita?*

SUperfluum videatur, hanc nunc afferre quæſtionem, quæ & ante generatim, & ad vitas ſingulas ſpeciatim ſit perſoluta. Sed quia ſunt nuper nonnulla, de Sanctorum veneratione & actis, Apoſtolicæ Sedis graviſſima ſanctiſſimaque auctoritate ſancita, faciendum duxi, ut me his ſerio & diligenter obtemperaſſe oſtenderem. Perſpiciet id quidem facile, qui mea hæc evolvet: ſed ne quid ipſo in limine perterrere Lectorem, aut omnino retardare ullo modo poſſit, præmonere hic conſtitui.

Obſervata ab Auctore decreta Pontificia

Profiteor igitur me ſumma reverentia & attentione binas URBANI VIII. Pontif. Maximi Apoſtolicas conſtitutiones ſæpius legiſſe; eam videlicet cujus initium eſt, *Sanctiſſimus D. N.* ejuſque declarationem, *Poſtmodum vero*: & decimo poſt anno latam, *Cœleſtis Hieruſalem*. Priore, *in generali congregatione ſanctæ Romanæ & univerſalis Inquiſitionis, habita in palatio Apoſtolico in Vaticano coram S.D.N.D.* URBANO *Divina providentia Papa* VIII. *ac Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. DD. S.R.E. Cardinalibus, adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitoribus generalibus a ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis, 13. Martii 1625. feria 5.* condita, tum alia ſanciuntur de imaginibus eorum qui nondum in Sanctorum aut Beatorum numerum relati ſunt, deque tabellis & luminaribus ad eorum ſepulchra; tum, quod huc facit, inhibetur ne de cetero imprimantur *libri eorumdem hominum, qui ſanctitatis ſive martyrii fama vel opinione (ut præfertur) celebres e vita migraverint, geſta, miracula, vel revelationes, ſeu quæcumque beneficia tamquam eorum interceſſionibus a Deo accepta continentes, ſine recognitione atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoſcendis Theologos aliosq; pios ac doctos viros in conſilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novum vel inordinatum in re tam gravi committatur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat, ejuſque reſponſum expectet. Revelationes vero & miracula aliaque beneficia ſupradicta, quæ in libris horum hominum vitam & geſta continentibus, hactenus ſine recognitione atque approbatione hujuſmodi impreſſa ſunt, nullo modo approbata cenſeri vult mandatque Sua Sanctitas.*

duo nempe URBANI VIII.

ne edantur miracula, &c. non beatificatorum,

ſine approbatione Pontiſ. Max.

Infra tamen declarat, *quod per ſupraſcripta, præjudicare in aliquo non vult neque intendit iis, qui per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum virorumque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ vel Ordinarii, coluntur.*

niſi olim coli ſint,

Poſteriore conſtitutione data *Romæ apud S. Mariam Majorem die* 5. *Julii* 1634. tum prius illud decretum confirmat & declarat Pontifex, tum, quod ad rem hanc pertinet, *longiſſimum tempus, illiuſve immemorabilem curſum, de quo in prædicto decreto, intelligi declarat eſſe tempus centum annorum metam excedens.*

ante 100. annos.

Hiſce Apoſtolicis decretis parui cumprimis diligenter: qui ita affectus animo ſim, ut malim omnes meas lucubrationes manu propria in ignem abiicere, quam ut in iis inſit quidquam quod Apoſtolicæ Sedis vel honori repugnet, vel voluntati, pro cujus tuenda dignitate & graviſſimos adire labores & vitam ipſam profundere paratus ſim. Primum igitur pauciſſimos ſcriptis meis celebro, qui non ſint vel ipſius ſanctiſſimæ Sedis auctoritate ſolemniter Sanctis adſcripti, vel communi Eccleſiæ conſenſu jam olim cultum venerationemque adepti. Imo unicus eſt fortaſſis *Ludovicus Bloſius* venerabilis Abbas, de quo mihi conſtet, nullum ei decretum eſſe ejuſmodi honorem: neque tamen ullum ejus miraculum, vaticinium, aliudve Apoſtolico decreto prohibitum narravi. De quibus dubitavi, eorumne eſſet ſanctitas legitimo Eccleſiæ judicio confirmata; iis *Sanctorum* aut *Beatorum* titulum, cæleſtis indicem dignitatis, non tribui, ut *Margarita* & *Gentili* Ravennatibus, 23. & 28. Januarii: etiamſi nonnullis non modo centum annorum, ſed & ſeculorum aliquot celebritas ſuffragaretur, ut *Gertrudi* Beghinæ Delfenſi 6. Januarii, *Henrico Suſoni* Ord. Prædicatorum 25. Janu. *Carolo* Abbati Villarienſi 29. Januarii.

Ideo Sanctos vel Beatos non appellat, de quibus dubitat

Quibus eam nomenclationem tribuo, iis cultum aliquem vel Sedis Apoſtolicæ auctoritate conſtitutum, vel populorum pietate, eadem connivente Sede, olim

præto-

ſed quos conſtat jam olim coli:

prærogatum, idque ante centum annos aut longius etiam ſpatium, vel martyrologiorum veterum fide, vel gravium Scriptorum idoneis teſtimoniis confirmo, vel earum rerum certa & comperta narratione, quæ non ſolent niſi Sanctis vel Beatis imperiri ab Antiſtitibus, ut ſunt reliquiæ religioſe tranſlatæ & in locum honorificum repoſitæ, dicata iis templa, imagines propalam in templis expoſitæ radiato ſplendore inſignes, appenſa publice anathemata & donaria, aliaque id genus: in quibus ſi quid me fallat, id non modo lubens, ubi intellexero, retractabo; ſed & hic jam nunc in anteceſſum ipſe damno & repudio.

Ideo & multas neotericorum Vitas omiſit.

Eadem decreti Apoſtolici obſervantia fecit, ut haud paucas piorum hominum Vitas, etiam typis antea editas, quod plurima continerent miracula aliaque inuſitata portenta, plane omitterem, donec in Divos ab Eccleſia referantur. Inſunt quidem in iis Vitis multa quæ Lectorem non mediocriter oblectarent, accenderentque ad virtutem: ſed potiorem duxi victimis quibuſve, & gratiorem Deo iiſque qui cum illo æterna beatitudine perfruuntur, obedientiam.

§. VII. PROTESTATIO AUCTORIS.

ETſi in hoc opere nulla cujuſquam, qui non videatur *per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum; aut per Patrum virorumque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii*, cultum venerationemque obtinuiſſe, miracula, vaticinia, arcanorum manifeſtationes, retuliſſe me exiſtimem; quæ ſunt iteratis S.D.N. URBANI VIII. decretis prohibita; tamen ne quid me vel incautum fugerit, vel ne ceterorum actis Sanctorum ac Beatorum majorem, quam par eſt, videar auctoritatem arrogare;

Hoc opus humanæ hiſtoriæ eſt, & humana eiſtur fide.

Teſtificor, velle me univerſa quæ ſcripſi atque edidi humanæ dumtaxat hiſtoriæ pondus obtinere: cum neque Divina revelatione, neque Catholicæ Romanæ Eccleſiæ aut ſanctæ Sedis auctoritate nitantur; niſi quatenus ea Divinæ Scripturæ libris, aut litteris Pontificum, aut alioquin ab Eccleſia approbatis Patrum monumentis, aliqua deſumpta ſunt. Quæ vero ex aliorum accepi libris, iis tantum eſſe fidei volo, quantum illi merentur auctores. Quæ a me abſque alio teſtimonio ſcripta, hæc ſpero eo habitum iri loco, quo quæ ab homine tradita erroribus pro ingenii judiciique imbecillitate obnoxio, ſed qui tamen in iis examinandis non mediocrem poſuerit operam, & mori malit quam ut ſciens quemquam fallat.

CAPUT IV.

Adjutores operis: alia adminicula.

§. I. *Auctoris hoc in opere elucubrando Socius.*

Adjutores neceſſarii

QUi propoſiti operis magnitudinem, ſpeciemque multimoda diſceptatione impleam, informaverit animo, is facile perſpiciet, pro dignitate pertractari illud ab homine uno non poſſe, niſi (quod Cardinalis Bellarminus cenſebat) immenſo fere ſpatio temporis; aut niſi plures accedant adjutores, qui ſinguli partem aliquam laboris exantlent. Nam quis unus omnia adire loca poteſt, ita remota ac diſſita? Quis archiva, ſæpe adamantinis obſerata clauſtris, ut ſibi hoſpiti pateant impetrare? Quis deſcribere, conferre, examinare, relegere, ordinare omnia?

non defuerunt

Neque deſuerunt hactenus mihi hujus ſancti operis adjutores: & in dies multi opem operamque addicunt, ſive propria adverſus Sanctos pietate, ac ſtudio propagandæ ad plures utilitatis; ſive Sanctis ipſis eorum ad id inſtigantibus mentes; præſertim, ut ego quidem exiſtimo, ſancto illo Abbate Lætienſi ANTONIO WINGHIO, quem inter Sanctos beatum nunc degere ævum plane confido. Fuit is magnus omnino vir, & cujus Vita, non minus quam quæ ipſo curante edita eſt Ludovici Bloſii, lucem mereretur: eamque, niſi exiſtimaſſem ſuſcepturos eſſe alios, pridem ego ſcribere fuiſſem aggreſſus. At difficile hic eſſet, quantus ille vir fuerit, paucis explicare, qua animi ſubmiſſione, qua comitate, qua morum ſuavitate ac ſimplicitate, qua prudentia & ſubtilitate judicii. Quas illius virtutes & ipſi Belgarum magni Principes ALBERTUS & ISABELLA laudarunt, & patria ſuſpexit univerſa. Qua ille nobilium familiarum controverſias dexteritate ac felicitate componebat! Qua lenitate afflictos ſolabatur & recreabat! Quid de liberalitate ejus dicam? Quid de caritate erga omnes, præſertim religioſos homines? Quid de pauperum cura? Quid de libertate reprehendendi vitia, ſuadendi virtutem? Quid de vitæ auſteritate? Quid de ceteris naturæ gratiæque dotibus? Audeo dicere, ſi Heroicis illis vixiſſet Benedicti & Fulgentii, aut etiam Antonii & Hilarionis temporibus, quibus nondum vilitas virtutis irrepſerat, fuiſſe plane admirandam, quam unice tamen fugiebat, nominis celebritatem conſecuturum. Sed ad propoſitum redeo.

præcipue Antonius Winghius

vir magnus,

Cum accepiſſet ille Heribertum Roſweydum, cujus jam antea erat ei eruditio cognita probeque perſpecta, ad illuſtrandas Sanctorum Vitas, omnique in priſtinum reſtituendas nitorem ac dignitatem adjeciſſe animum; & unice earum eum habuit, & qua potuit, juvit, conſilio, & ſumptu ſuppeditando in amanuenſes & vecturam librorum, qui peregre peti, quique emi in eum finem debebant. Quo rem Roſweydus perduxerit, antea expoſui. Eo vita functo, metuere cœpit Winghius, ne eſſet nemo, qui humeros auderet oneri, quod tantum ac talem delaſſaſſet Heroa, ſupponere. Ita tunc, ut ad ipſum magnus ille S. Vedaſti apud Atrebates Abbas Caverellius, ſic ipſe ad Præſides noſtros Winghius ſcribebat: Eritne qui Roſweydo ſuccedat? Eritne adeo capacis animi quiſquam, qui quod ille conceperat diuque foverat, tandem excludat atque edat opus? Ubi ad id ego acceſſi, longe minor quam Roſweydus, rerum cognitione, judicio, auctoritate, ſtyli vivacitate, paratus tamen certe laborem tam ſancto dicare negotio; tum ille me intime complexus, omni deinceps favore erexit, conſilio inſtruxit, ſumptu (ut antea) in libros & amanuenſes ſublevavit: neque conquievit unquam, quin aſſidue hortaretur ac ſtimularet, ut quamprimum ederem partem operis aliquam. Haud facile verbis aſſequar, quanto ille ſtudio, quam indefeſſo animi ardore, eam rem procuraret, quaſi ea monaſterii ipſius, imo & patriæ univerſæ ſalus ageretur.

qui & olim Roſweydum,

ſic Auctorem varie adjuvit,

Cum vero intelligeret, ut neque aptus exiſtere concentus poteſt, niſi ſit qui ſonos, fides, modos unus temperet; neque navis curſum tenere, quantumvis valide compacta & præſtantibus inſtructa armamentis, niſi unus clavum regat gubernator; neque victoriam reportare exercitus, cui non Dux unus ſummo cum imperio præſit; ſic ab uno ordinari ac dirigi rem omnem oportere; ita tamen ſentiebat, niſi is aliorum fulciretur auxilio, fore ut & ſuccumberet oneri, & nemo fortaſſis deinde conſilii ejus gnarus reperiretur, qui inchoatum ab eo opus vellet perficiendum capeſſere. Urgere igitur Societatis Præpoſitos cœpit, utquia etiam mihi id gratum ſciret futurum, ipſeque neceſſarium judicaret, ſocium mihi & vaſti hujus moleſtique operis adminiſtrum darent. Evicit tandem qua apud ipſos, pro ſingulari ſua in Ordinem noſtrum benevolentia, valebat gratia & auctoritate, ut adjutor mihi adhiberetur P. Godefridus Henſchenius, egregie tum Latinis Græ-

& ut domeſticus adjutor daretur effecit.

ciſque

Digitized by Google

ciſque litteris, ac Theologicis quoque diſciplinis, eruditus, tum capaci cumprimis memoria, firmiſque viribus corporis, & valde ſtudioſus, de quo mox.

Jovis & ſucceſſor ejus,

Quia vero evenire plerumque ſolet, ut ad Præfectorum exempla, qui iis ſubiecti ſunt, facile ſtudia ac mores componant; ceteri Lætienſes monachi tum Societatem noſtram, quam inde a Bloſii temporibus ſingulari ſemper caritate dilexerant, arctius etiam complexi ſunt, WINGHII imitatione; tum ſtudia mea favore, conſilio, opera, aſſidue juverunt: præſertim qui tunc tirones aſceticæ vitæ rudimentis inſtituebat, eratque cœnobii Supprior, nunc Abbas, WINGHII digniſſimus ſucceſſor THOMAS LUYTENS: & qui tunc adoleſcentiores collegas ſuos Theologiam docebat, egregie cordatus vir, Chriſtianus Le Roy; qui deinde tumultibus belli Gallici cum ceteris ſanctis ſodalibus ſuis monaſterio exactus, WINGHIUM optimum Patrem, 31. Auguſti 1637. ſenio, mœrore, ac demum dyſenteria extinctum, ipſe decimo poſt die ſecutus eſt, atque ad illius pedes tumulatus in templo Societatis noſtræ Montibus. Nolo reliquos nominatim recenſere, ne ſim eorum pudori moleſtus, cum ſit nemo, cujus non ſim benevolentiam & auxilium quoque expertus; ut facile BLOSII WINGHIIque diſcipulos poſſis agnoſcere.

aliique Lætienſes monachi.

Cum igitur menſis Januarius paratus eſſet prælo, & legitime approbatus cœptuſque adeo jam cudi; datus eſt mihi, WINGHIO adnitente, adjutor, quem dixi, Godefridus Henſchenius ſub annum 1635. Hic cum aliis in rebus ſtrenuam mihi hactenus operam navavit, tum etiam, quod ad ipſum Januarium ſpectat, fideli conſilio juvit. Nam cum videret Vitarum, quæ jam impreſſæ erant, quaſdam in capita diſtributas, at non omnes; auctor fuit ut & reliquas ita partirer. Annotationes etiam (quæ aliorum quoque, ut antea dixi, virorum gravium erat ſententia) ut ſingulis capitulis adderem perſuaſit. Cumque ea cauſſa univerſum menſem recognoſcere cœpiſſem, operam quoque tam ſeriam & conſtantem contulit, ut Vitas etiam bene multas ipſe & recenſeret, & divideret in capita, & variarum rerum explicatione ornaret; quas habebam ego quidem antea, ſed raptim quandoque congeſtas, ſaltem non ita perſpicue diſtinctas & explanatas. Ea ratione illuſtratæ ab eo Vitæ S. Antonii Magni 17. Januarii, S. Cyrilli 28. S. Attici & S. Laurentii Juſtiniani 8. S. Juliani Mart. 9. S. Theodoſii Cœnobiarchæ 11. S. Viventii 13. S. Euthymii Magni 20. & aliæ.

e Societate Godefridus Henſchenius

conſilio

& opera,

Vitis multis recognitis:

Quod ego illius ſtudium cum mirifice probarem, omnino ſperavi fore, ut ſi me Deus, antequam univerſam hanc molem ſuſcepti operis conſummarem, evocaret e vita, ipſe oneri ſuccederet, & reliquum pari methodo abſolveret. Eam ob rem quæ ſingulari numero accepiſſe, legiſſe, contuliſſe, exaraſſe me antea ſcripſeram, cum illo participavi, & pluraliter extuli; quia vel ſuggeſſerat ille quæ ſcriberem, dividerem, adderem; vel quæ a me antea ſcripta, probarat. Eadem cauſſa faciendum duxi ut illius quoque exprimerem in fronte operis nomen. Nam etſi antea ſui fieri mentionem nolebat, ſatis ſibi eſſe dictitans ſi Sanctis probaret quem iis conſecraverat laborem ſuum, tamen perſuaſi, ut ne prohiberet non modo in ſequentibus tomis, ſed in hoc quoque, quem paratum jam habebam, ſuum nomen inſcribi; cum ita ſtatuerem, ſi quis me caſus ejeciſſet e vita, non fore tum neceſſariam deliberationem, cui id committendum videretur, cujus jam pars eſſet ſub illius nomine publicata. Ejus quoque ſtudio & induſtria omnes confecti Indices ſunt, tum inſigni judicio, tum multo ſane labore plenoque faſtidii. Non deerunt alii fortaſſis poſtea, qui in ſequentibus tomis hac nos laboris parte ſublevent: quod & antea Joannes Vienottus & Petrus Eulartius noſtri facturos ſe receperant, niſi prius, quod contigit, migrarent a vita: moralem ſibi popoſcerat Vienottus; alter reliquos ſuſcepiſſet. Hoc igitur Herculе fidos humeros una ſupponente, facilius cœlum nunc, Divos, inquam, cœli incolas portabo.

Ideo communicata cum eo ab Auctore omnia,

etiam ſtileſus,

Indices ab eo confecti,

§. II. *Alii adjutores ex omni ordine.*

PRæter hunc domeſticum & aſſiduum alii fuere adjutores quamplurimi, qui vel MSS. codices ſubminiſtrarunt, vel Vitas ſua manu deſcripſerunt, vel quas ipſi edere parabant, eas operi inſerendas meo obtulerunt, vel unde adipiſci nonnullas poſſem monuerunt, vel quæ olim editis ineſſent menda ſuggeſſerunt. Nihil attinet omnes hic enumerare, cum ſuis locis fideliter, unde ſingula ſim nactus indicarim. Videbatur hoc quidem magno illi Abbati WINGHIO ſupervacaneum, cum illa qui ſuggerunt, mittunt, commodant, non tam id ſpectent ut ſuum legatur in ſcriptis meis nomen, quam ut ſcribatur in libro vitæ. Verum id ego tum ad fidem impetrandam neceſſarium eſſe duxi, ut quæ ipſe non vidi, a quo didicerim ſignificem; tum utile ad gratitudinem teſtandam, ut profitear quis quid ad hanc rem ſuppeditarit. Ita vero id præſto religioſe, ut ne minimum quidem mihi hoc in genere beneficium detur, cujus non ire in poſteros memoriam velim.

Alii Vitas miſerunt,

ſuis locis honoris cauſſa citati;

Non abs re futurum arbitror, hic aliquot recenſere, quorum latiſſime induſtria ac benevolentia patuit. Facile omnium primas tulit Antonius Beatillus noſter, qui ut erat gloriæ Sanctorum amplificandæ ſtudioſus, tum ipſe quorumdam hiſtorias accurate ſcriptas edidit in lucem, tum mihi de aliis, iis præſertim quorum in regno Neapolitano viget veneratio, plurima ſuppeditavit, & impreſſa typis & manu exarata. Is Neapoli 7. Januarii 1642. grandis jam natu, & plurimorum benefactorum meritis cumulatus, ad Sanctorum contubernium emigravit.

Antonius Beatillus,

Joannes Gamans, & ipſe e Societate noſtra, Nienariæ in Ubiis natus, origine Gelder, plurima in Germania, Bohemia, Belgio deſcripſit de Sanctis, planeque ingentem mihi ſuppeditavit theſaurum, ac quaſdam Vitas ipſemet pro egregia ſua eruditione examinavit illuſtravitque, ut B. Godefridi Capenbergenſis, ac S. Thiadildis. Plura ac majora, ut ſpero, utroque in genere præſtabit, ſi valetudinem illius (cui parum ipſe parcit, maximo hactenus labore inſtituendis ad Chriſtianam diſciplinam militum animis occupatus) Sancti ſuſtentabunt.

Joannes Gamans,

Debeo quoque plurimam gratiam Andreæ du Cheſne Regis Chriſtianiſſimi Coſmographo; qui nuper magno litteratorum omnium luctu extinctus, ſed (quæ rara doctorum virorum felicitas) filio relicto, ſtudiorum, humanitatis, virtutum ceterarum hærede Franciſco, qui paterna opera provehit in lucem. Parens multas mecum Sanctorum Vitas communicavit, alias ubi reperire poſſem edocuit.

Andreas du Cheſne.

Submiſit quoque varia ex eadem Gallia Petrus Loverus Bellovacus v. cl. qui olim Francorum Reginæ Margaritæ a libellis fuit, ejuſque frater Joannes a S. Martino e ſacra congregatione inſtituti Ciſtercienſis, quam Folienſem vocant; Jacobus Sirmondus, Petrus Poſſinus, Odo Giſſejus, noſtri; e Burgundia Petrus Franciſcus Chiffletius noſter, ex Italia Silveſter Petraſancta collegii Lauretani Societatis noſtræ Rector; ex Hiſpania Thomas Tamayos de Vargas Regis Catholici Hiſtoriographus, aliique aliis ex provinciis. Etiam Roſſorum Sanctorum Vitas ultro & benevole communicavit Matthias Caſimirus Sarbievius noſter, legitime, ut publicari poſſent, approbatas. Multa Roſweydo olim Aubertus Miræus Eccleſiæ Antuerpienſis Decanus, de Belgicarum Eccleſiarum antiquitate optime meritus, tradiderat. Plures denique ſimili me ſibi beneficio obſtrinxere. De ſingulis agam alibi, ac fortaſſis aliquando

alii complures ſcriptis clari,

ſimul

Digitized by Google

ſimul de omnibus, tum doctis hominibus particulatim, qui hoc in genere aliquod apud me beneficium poſuerunt, tum de Eccleſiis & monaſteriis, quæ ſuos codices commodarunt, generatim. Fateor enim, plurimum mihi ſubſidii attuliſſe Venerabiles Patres Benedictinos Belgas, Anglos, Germanos; Carthuſianos Germanos ac Belgas; Ciſtercienſes Belgas ac Gallos; Præmonſtratenſes Germanos ac Belgas; Canonicos Regulares inſtituti Auguſtiniani Germanos ac Belgas; Carmelitas Belgas; Prædicatores Germanos ac Belgas; Franciſcanos, præcipue Hibernos, atque alios quamplurimos. Sed quæ a ſingulis accepi, ſuis locis edico: quid adhuc ab aliis expetam, infra aperiam.

Et ex plerisque Religioſorum ordinibus,

§. 111. *Martyrologiorum origo. Polemei Silvii laterculus.*

HÆc auxilia amicorum ſunt, hæc interiora operis fulcimenta, hæ ſuppetiæ privatorum. Alia ſunt publica adminicula, Scriptorum monumenta edita in lucem. His ut libere utor, ita profiteor ingenue; nec ut meum vendito, quod aliunde ſum mutuatus. Sed de Scriptoribus, eorumque monumentis, a me ſaltem citatis ac lectis, agam fortaſſis alias. Hauſi præcipue notitiam Sanctorum plurimorum ex Kalendariis ac Faſtis variarum Eccleſiarum, quaſque illæ uſurpant ſolennium precum Breviariis, in quibus qui venerationem in variis urbibus, cœnobiis, conventibus ſacrorum hominum obtineant, indicatur, præbeturque occaſio in Acta inquirendi. Verum quæ mihi deſunt iſtiuſmodi Breviaria, utinam conſequi omnia poſſim! Sed præ his quoque, magno mihi ſubſidio Martyrologia fuere. Cogito quæ habeo non pauca, ſaltem quæ maxime probata erunt, illa olim edere accurate recenſita, collataque cum iis quæ interea ſuggerent amici. Quia tamen hic nonnulla cito, quæ adhuc publici juris non ſunt, ne quis eam ob cauſſam forte hæſitet, paucula hic de iis a me pertractari cenſui oportere.

Martyrologia vetera, olim edenda.

Martyrum triumphos in Eccleſiæ conventibus celebrare publica laudatione, mos eſt antiquiſſimus ab Apoſtolicis inde temporibus; ideo inſtitutus, ut gratiæ Deo agantur, qui robur iis virtutemque ſufecit; ut animentur ceteri exemplo; ut laudentur vocenturque pie in vota, qui hic ingentibus meritis fidei & virtutis, Divina dignatione, cumulati, eorum nunc æternis præmiis perfruuntur. Eam ad rem deſcripti olim diligenter dies, quibus unuſquiſque hoſtem vicerat, ut anniverſaria conſtare, & feſtiva hilaritate peragi, memoria poſſet. Huc illa ſpectant S. Cypriani epiſt. 37. ad Presbyteros & Diaconos: *Denique & dies eorum, quibus excedunt, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare poſſimus. Quamquam Tertullus fideliſſimus & devotiſſimus frater noſter, pro cetera ſollicitudine & cura ſua, quam fratribus in omni obſequio operationis impertit, (qui nec illic circa curam corporum deeſt) ſcripſerit & ſcribat, ac ſignificet mihi dies, quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt, & celebrentur hic a nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito vobiſcum Domino protegente celebrabimus.*

Dies martyrii ſedulo annotari ſolitus.

Hinc Eccleſiæ faſti, quos Tertullianus lib. de corona militis c. 13. ſolennitatibus Gentilium, quæ vel ob victoriam natalemve Principum, vel in quoque municipio, peculiari inſtituto, agebantur, opponit: *Coronatur*, inquit, *& vulgus, nunc ex Principalium proprietatum exultatione, nunc ex municipalium ſolennitatum proprietate: & eſt omnis lætitia publica luxuria captatrix. Sed tu peregrinus es mundi hujus, civis ſupernæ Hieruſalem. Noſter*, inquit, *municipatus in cælis. Habes tuos cenſus, tuos faſtos. Porro hinc*, ut ad illam Cypriani epiſtolam ſcribit Jacobus Pamelius, *ſuam originem poſtea ſumpſerunt Martyrologia quæ vocantur.* Celebrabat unaquæque Eccleſia ſuos Martyres. Quæ nullis erant nobilitatæ, aut paucis, aliunde petebant quos venerarentur, præſertim primos Chriſtianæ religionis præcones, aut quorum fuerat maxime illuſtris conſtantia. Quin & Romana Eccleſia etiam alibi coronatos celebrat, cum habeat ipſa innumerabiles, ut extraneis non indigeat; ſi tamen matri omnium poteſt aliquis eſſe extraneus. Et hæc igitur & illæ ſuos ſibi Faſtos, ſuas feſtorum tabulas conficiebant.

Hinc Faſti Eccleſiæ, & Martyrologia ac Kalendaria;

Quid quod etiam privati ſibi Faſtos ejuſmodi deſcribebant, in quibus & publicas Reip. ſolennitates annotabant, & præcipua Eccleſiæ feſta? Ejuſmodi reperi in pervetuſto codice laterculum Polemei Silvii, vel P. Annei Silvii: nam primum ſcriptum erat *Patmei Silvii*; dein idem folium integre & accurate reſcriptum habebat, *Polemei Silvii*. Pro illo *Patmei* conjiciebam legendum *P. Annei*, uti in eodem illo codice habetur *Pannii Flori, Virgilius orator an poeta?* pro *P. Annaii Flori*. Complectitur vero *Silvii* ille laterculus nonnulla, quæ in eo deſiderantur laterculo, quem olim a Furio Dionyſio Philocalo prætitulatum, ex Roſweydi ſchedis a me acceptum, in commentariis ad Victorii canonem Bucherius noſter vulgavit; ſed & nonnulla, quæ fortaſſis jam exoleverant, prætermittit, in illo Furiano recenſita: habet autem Gentilium feſta plura, nonnulla Chriſtianorum. Eum laterculum aliquando cum animadverſionibus meis edere cogito, etſi mutilus eſt, quia quæ de ratione quærendæ lunæ, feſtique Paſchalis, poeticis fabulis, ac ſectis philoſophicis pollicetur, deſunt. Quo anno ea ſcripſerit Silvius indicat, cum nomina Principum Romanorum, inter Januarium ac Februarium menſes, enumerat: ita enim ſub finem habet: *D. N. Theodoſius præſens Auguſtus, D. N. Placidus Valentinianus; ſub quibus Joannes tyrannus extinctus eſt; & a quibus cum DD. matre Placidia, uxore Eudoxia, Auguſtis, nunc imperium poſſidetur. Quod Poſthumiano & Zenone viris clariſſimis Coſſ. adnotavi.* Fuerunt Conſules *Fl. Zeno* & *Poſthumianus* an. Chriſti 448. Et in Breviario temporum poſt menſem Auguſtum: *ab Urbis exordio mille & ducentis completis annis Poſthumiano & Zenone Conſulibus, Aſterio Conſule tamquam primus annus incipit.* Fuit *Aſterius* Conſul anno ſequenti, Chriſti nimirum 449. Hæc ergo ſcripſit Silvius anno 448. & initio ſequentis, cum necdum Romæ ſciretur quis Conſtantinopoli Conſul eſſet, qui *Protogenes* fuit. Hic ex eo Laterculo menſem Januarium, ut ſpecimen, quæque antea proponis, dabo: ex ceteris menſibus carptim quædam delibabo ſacra & profana. Ita ergo incipis:

Etiam privatorum,

ut Polemei Silvii laterculus,

In quo ſacra & profana ſignificantur,

ſcriptus anno Chriſti 448.

vel initio anni 449.

POLEMEI SILVII LATERCULUS. *Domino beatiſſimo Eucherio Epiſcopo Silvius. Laterculum, quem priores fecerunt, cum difficilibus ſupputationibus indiciis notatum legiſſem, ne minus doctis eſſet obſcurior, abſolutione poſitarum in eo rerum ſignificationem mutavi: & ad te potiſſimum, a quo mea omnia, pro ejus qui inter nos eſt amoris ſtudio, comprobantur, direxi. Lætificabor judicio tuo, ſi eum tibi placuiſſe cognovero.*

Eucherio Epiſcopo dicatur.

QUÆ IN EO SUNT, *Menſes ſinguli cum vocabulis ſuis, quibus apud diverſas gentes dicuntur: & in alternis inter eos foliis enumeratio Principum cum tyrannis; provinciarum etiam Romanarum, ſpirantiumque quadrupedum, volatilium, natantium: ratio quærendæ Lunæ, feſtivique Paſchalis: nec non urbis Romæ fabricarum enarratio: poetica fabula: Romana hiſtoria breviter concluſa ſeries; cum triumphatoribus, animantium ponderibus ſive menſuris, & metrorum omnium pedibus, ac ſectis philoſophicis continentur.*

Quæ in eo tractentur?

DE DIEBUS. *Dierum neceſſum non fuit formas depingi, quia ſibi omnes qualitate conſimiles ſunt: neque ut ſtultæ Gentiles loquuntur, nomina deſignari; quoniam nullius rei, niſi ſeptenarii propter revolubiles hebdomadas numeri, ſicut Scriptura cœleſtis edocuit, appellatione cenſentur. In*

De diebus;

quibus

Digitized by Google



a facta colonia eſt.
um dies humidus.

erdum tempeſtas.
. e menſibus pau- quędam in altis menſibus.
cra & gentilitia:

in p. Quo die Ro- * in in prętiak

iſus a ſuis (qui ab
non apparuiſſe con-

a cognatio: ideo
enenm odia, tem-

ium veris. Cruci.
e.
Reſurrectio.
.
oſes.
s tertia mappa.
rdinarii faſces de-
Interdum pluvia

nitidum.

i Valentiniani.
celebritas inſtituta
finitimi prius victi
es poſtularent, &
minarum veſtibus
tibus prædictos ſom-

& Martyrum Ma-

is.

Ægyptios quinque
enſis adjungitur.
temporum, ſub
Julius Cęſar victis
ceſſorem de digna-
ria Kal. Mart. per
, viginti & tribus
aviano, qui......
uſque nunc poteſtas,
re quibus Domitianus
tianus gemmas veſti-
ns ſemor, qui Chri-
mmunivit, diade
propria capill
ata confeſ
odie cu
dv

ſimul de omni
qui hoc in g
runt, tum de,
commodarunt
mihi ſubſidii
Belgas, Angl
ac Belgas; C
tenſes Germa
tuti Auguſtini
gas; Prædica
præcipue Hib
quæ a ſingulis
aliis expetam

Et ex plerisque Religiosorum ordinibus,

§. III. *M*

HÆc auxi
fulcime
publica admin
lucem. His ut
meum venditio
Scriptoribus,
tatis ac lectis,
etiam Sanctor
variarum Eccl
precum Brevia
riis urbibus,
num obtineant
inquirendi. V
ria, utinam c
que, magno
quæ habeo no
erunt, illa ol
cum iis quæ in
nonnulla cito,
eam ob cauſſan
pertractari cen

Martyrologia vetera, olim edenda.

Martyrum t
brare publica la
ſtolicis inde tem
agantur, qui r
tur ceteri exem
vota, qui hic
na dignatione,
perfruuntur. E
quibus unuſqu
conſtare, & fe
Huc illa ſpecta
Diaconos: *Deniq*
tate, ut comme
rum celebrare po
& devotiſſimus f
cura ſua, quam
pertis, (qui nec
& ſcribat, ac ſig
fratres noſtri a
tranſeunt, & cel
ob commemoratio
protegente celebr

Dies martyrii ſedulo annotari ſolitus.

Hinc Eccleſiæ
militis c. 13. ſole
riam natalemve
peculiari inſtitu
quit, *& vulgus,*
tatione, nunc ex
& eſt omnis latiti
grinus es mundi
inquit, mancipat
Porro hinc, ut a
bus Pamelius, *ſe*

Hinc Faſti Eccleſiæ,

& Martyrologia et Kalendaria;

Tom. I Maij Pag. xxxv



quibus nec ita modus certus horarum eſt, ut valeat a quocumque monſtrari: quia quod nequit dividi, nec poſſumus computare. Quarum, etiamſi oculis ſubjacerent, nulla malo erat æſtimanda, quoniam Deus univerſa bona conſtituit: quod qui eſſe credit aliter, in eo a quo cuncta ſunt non credit.

DE SIGNIS. *De ſignis nihil eſt quod dicatur, quia non ſunt, etiamſi dicuntur. Quis enim facies terreſtrium ſingulorum aliquando inter aſtra conſpexit? Quorum, quoniam longe poſt mundi ortum vana veterum profanorum arte conficta ſunt, mentio relinquenda eſt.* *ſignis,*

DE ANNO. *Annus primum decem menſium fuit, qui trecentos & quatuor dies habebat: licet, ut auctores plurimi prodiderunt, apud Ægyptios quatuor, apud Arcades tribus, apud Acarnanes ſex menſibus computatus fuiſſe referatur. Poſt annum a Rege Romanorum ſecundo inter Decembrem & Martium Januarius & Februarius fertur adjectus, ut trecentis quinquaginta & quatuor diebus, quos duodecies Luna renovat, atque vicenis novenis & ſemis vicibus curſum ſuum efficit, impleretur. Poſtremo additi ſunt decem dies cum quadrante, quod per quadriennium dies unus junctus creſcit, quarto anno, quem biſſextum vocamus, inſeritur. Cujus initium cum Ægyptiis, qui Nonas ideoq; non norunt, menſe Septembri, cum Græcis Novembri, Martio cum Judæis habetur. Nos Kalendarum rationem ſecuti a Januario, cujus ante dies octo & ſol ad celſiorem tramitem ſurgẽs recurrit, & quod eſt amplius, Dominus & Deus noſter Dei filius Jeſus Chriſtus corporaliter natus eſt, ordiemur.* *anno,*

JANUARIUS. dies 31.

Januarii feſta VOcatur apud Hebræos Sebit, apud Ægyptios Tibi, apud Athenienſes Poſidion, apud Græcos alios Audinæus.

Kalendæ ἀπὸ τοῦ καλεῖν, hoc eſt a vocando, quia cum in Roſtris . . . . . ad contentionem populus vocabatur.

4. Non. Circus privatus. Auſter interdum cum pluvia.

3. Dies Auſpicalium. Natalis Ciceronis. Ludi.

Prid. Ludi. Comitialis.

Nonæ, dictæ ideo quia nonus dies eas diſcernit ab Idibus. Tempeſtatem ſignificat.

8. Id. Epiphania, quo die, interpoſitis temporibus, & ſtella Magis Dominum natum nuntiabat, & aqua vinum facta, vel in amne Jordanis Salvator baptizatus eſt. Auſter interdum, vel Favonius.

7. Prima Conſulis mappa: quæ ideo ſic vocatur, quia Rex Tarquinius Romæ dum die Circenſium pranderet in Circo, de menſa ſua mappam foras, ut aurigis poſt prandium currendi ſignum daret, abjecerat. Auſter & imber.

6. Auſter interdum & imber.

5. Senatus Legitimus. Suffecti Conſules deſignantur, ſive Prætores.

4.

3. Carmentalia, de nomine matris Evandri.

Prid.

** ἰδεῖν, legendum videtur.* *Idus dictæ ἀπὸ τοῦ* . . . . videndo, quia priuſquam annus hic, qui eſt, fuerat, menſe medio Luna completa, quæ incipiebat Kalendas, de qua menſes dictos accepimus, videbatur. Secunda mappa. Interdum ventus aut tempeſtas.*

19. Kalend. Februarias.

18. Natalis Honorii. Circenſis. Interdum Auſter & pluvia.

17.

16. Ludi Palatini.

15. Ludi.

14. Ludi.

13. Natalis Gordiani. Circenſis.

12. Ludi. Ventus Africus tempeſtatem ſignificat.

11. Natalis S. Vincentii Martyris.

10. Senatus legitimus. Quæſtores Romæ deſignantur.

9. Natalis Adriani. Circenſis.

8. Interdum tempeſtas.

7. 6. Ludi Caſtorum Oſtiis, quæ prima facta colonia eſt.

5. Ludi. Auſter aut Africus. Interdum dies humidus.

4. Ludi.

3. Tempeſtatem ſignificat.

Prid. Circenſis, Adiabenis victis, interdum tempeſtas.

Hactenus Januarius. Nunc reliquis e menſibus paucula, ut propoſuimus, decerpenda, ſacra & gentilitia: cetera alias integra edam. *quædam ex aliis menſibus.*

Idib. Febru. Parentatio tumulorum in p. Quo die Roma liberata eſt de obſidione Gallorum.* ** an in prato?*

15. Kal. Mart. Lupercalia.

14. Natalis Fauſtinæ uxoris Antonini.

13. Quirinalia, quo die Romulus occiſus a ſuis (qui ab haſta, quæ ex Sabinis Curis, vocatur) non apparuiſſe confictus eſt.

8. Depoſitio S. Petri & Pauli. Cara cognatio: ideo dicta, quia tunc etſi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponuntur.

3. Natalis Conſtantini.

8. Kal. April. Æquinoctium. Principium veris. Cruci. Miſſio Gentilium. Chriſtus paſſus hodie.

6. Lavationem veteres nominabant. Reſurrectio.

Prid. Natalis Conſtantini. Circenſis.

3. Id. April. Natalis. Veri. Circenſes.

13. Kal. Maias, Circenſes. Conſulis tertia mappa.

11. Natalis urbis Romæ. Conſules ordinarii faſces deponunt. Parilia, dicta de partu Iliæ. Interdum pluvia & grando.

6. Id. Maii, Natalis Claudii tempus nitidum.

Kalendis Junii, Circenſis Fabricii.

Idib. Natalis mentis.

6. Non. Julii Natalis genuinus Domini Valentiniani.

Nonis, Ancillarum Syriæ, quarum celebritas inſtituta eſt ideo, quia capta Urbe a Gallis, cum finitimi prius victi tradi ſibi Romanorum Procerum conjuges poſtularent, & conſilio Philotedis ancillæ famulæ dominarum veſtibus adornatæ datæ illis fuiſſent; his nuntiantibus prædictos ſomno ſopitos & obrutos, facta victoria ſit.

8. Id. Natalis Julii Cæſaris.

8. Kal. Aug. Natalis Conſtantini.

Kalendis Aug. Natalis Pertinacis, & Martyrum Machabæorum.

7. Id. Natalis Conſtantini junioris.

4. Id. Natalis S. Laurentii Martyris.

3. Hippolyti Martyris.

7. Kal. Septemb. Poſt hunc diem apud Ægyptios quinque dierum epagomenos, tertiusdecimus menſis adjungitur.

Poſt Auguſtum ſubjicit Breviarium temporum, ſub cujus finem iſta habet. *Primus Gajus Julius Cæſar victis per decennium Galliis & Britanniis, ſucceſſorem dedignatus, Dominum ipſeſe fecit. Quo in curia Kal. Mart. per Brutum & Caſſium auctores ſuæ mortis, viginti & tribus vulneribus interempto; Auguſti ab Octaviano, qui . . . . . . conſtitutus eſt, eſſe cœperunt: quorum uſque nunc poteſtas, qua reguntur cuncta, perduravit. Ex quibus Domitianus primus chlamydem blatteam, Diocletianus gemmas veſtibus habitus regalis inſeruere. Conſtantinus ſenior, qui Chriſtianæ religionis miniſtros privilegiis communivit, diadema capiti ſuo, propter refluentes de fronte propria capillos (pro qua re ſuponis ejuſdem cognominis adornata confectio eſt) quo conſtringeretur, invenit: cujus more hodie cuſtoditur. Cujus regni . . . . ab Urbis exordia mille & ducentis completis annis Poſthumiano & Zenone Conſulibus, & Aſterio Conſule, tamquam primus annus incipit.*

Idib. Septem. Hoc die Romæ in æde Minervali per Magiſtratum annis ſingulis ex ære clypei figebantur.

Prid. Id. Octobr. Natalis Virgilii.

10. Kal. Novemb. Natalis Valentiniani purpura.

8. Id. Novemb. Natalis Juliani.

6. Natalis Nervæ.

16. *Kal.*

16. *Kal. Dec. Natalis Veſpaſiani, qui locum ... pluvia.*
18. *Kal. Januar. Natalis Veri.*
8. *Natalis Domini Corporalis. Solſtitium & initium hiberni.*
7. *Natalis S. Stephani Martyris.*
5. *Natalis Titi.*

§. IV. *Martyrologia Euſebii & S. Hieronymi, hujus ſpecimen.*

ALii fuere mere Eccleſiaſtici, & dicati ſacris faſti: quorum uſus is erat, qui eſt a S. Cypriano in ante citata epiſtola expoſitus, ut anniverſaria triumphi, quem martyres retuliſſent, coli memoria poſſet. Tale Kalendarium, aut Sanctorum indiculum fuiſſe olim in Eccleſia Cordubenſi, intelligi poteſt ex iis quæ Walafridus Strabus libro de rebus Eccleſiaſticis cap. 28. ſcribit: *Litania autem ſanctorum nominum*, inquit, *poſtea creditur in uſum aſſumpta, quam Hieronymus Martyrologium, ſecutus Euſebium Cæſarienſem, per anni circulum conſcripſit; ea occaſione ab Epiſcopis Chromatio & Heliodoro illud opus rogatus componere, quia Theodoſius religioſus Imperator in concilio Epiſcoporum laudavit Gregorium Cordubenſem Epiſcopum, quod omni die Miſſas explicans, eorum Martyrum, quorum natalitia eſſent, nomina plurima commemoraret.*

Alia legi in Eccleſiis ſolita Martyrologia.

Celeberrima igitur fuere Martyrologia Euſebii, S. Hieronymi, atque etiam Romanum. Euſebium collegiſſe Acta martyrum, certum, & ſupra ipſiuſmet eſt teſtimonio firmatum. Verum id opus qui MARTYROLOGION dicat, & vocis notatione neutiquam aberrabit, eſt enim ſermo de martyribus; a notione, qua *Martyrologii* nomen nunc uſurpatur, plurimum. An illi Actorum collectioni, quam ab eo oſtendimus *συναγωγὴν*, *συναγωγὴν*, *ἀναγραφὴν* appellari, adjecerit Sanctorum elenchum aliquem Euſebius, neſcio. Quidam id nituntur ex S. Gregorio probare, quem ajunt epiſtola 29. lib. 7. Indict. 1. ad S. Eulogium Alexandrinum Patriarcham data de eo martyrologio, quod ille ad ſe mitti poſtulabat, ſcripſiſſe. Verum ambiguum eſt, quid a Gregorio petierit Eulogius, ſimileme aliquem indiculum, an illam collectionem. Ita ei reſcribit Gregorius: *Utilis ſemper eſt docti viri collocutio: quia aut diſcit audiens, quod neſcire ſe noverat; aut agnoſcit, quod eſt amplius, id quod ſe & neſciſſe neſciebat. Quia in re ex audientium numero ego nunc factus ſum, cui ſanctiſſima veſtra beatitudo ſcribere ſtuduit, ut cunctorum martyrum geſta, quæ piæ memoriæ Conſtantini temporibus ab Euſebio Cæſarienſi collecta ſunt, tranſmittere debeamus. Sed hæc neque ſi collecta ſunt, neque ſi ſunt, ante veſtræ beatitudinis ſcripta cognovi. Ago ergo gratias, quia ſanctiſſimæ veſtræ doctrinæ ſcriptis eruditus cœpi ſcire quod neſciebam. Præter illa enim quæ in ejuſdem Euſebii libris de geſtis ſanctorum martyrum continentur, nulla in archivo hujus noſtræ Eccleſiæ, vel in Romanæ urbis bibliothecis eſſe cognovi, niſi pauca quædam in unius codicis volumine collecta.* Qui illi ſint Euſebii *libri de geſtis ſanctorum martyrum*, quos extare Romæ fatetur ſanctiſſimus Pontifex, incertum eſt. An hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri? Fuerunt certe viri studiti, qui nihil aliud de martyribus ab eo ſcriptum cenſerent. Vidi libellum de martyribus Nicomedienſibus, qui ſeparatim ſcriptus ab eo dicitur, e Græco codice Bibliothecæ Regis Catholici, verſum a Vincentio Marinerio, quem mihi exhibuit v. cl. Lucas Torres ærarii regii in Flandria Præfectus: ſed totus erat ex ejus hiſtoria eccleſiaſtica tranſcriptus, & ab alio fortaſſis. Aliud eum coagmentaſſe ex variis Actis opus, ſupra oſtendimus. Idne fortaſſe Romæ fuiſſe indicet S. Gregorius? an potius illud erat quod petebat Eulogius? Hoc mihi veriſimilius videtur: ait enim *ſanctorum martyrum geſta, ab Euſebio collecta* petiſſe. Breve martyrologium quis *cunctorum martyrum geſta* dixerit?

Tale an ſcripſerit Euſebius?

In S. Gregorii epiſtola ad Eulogium.

non ſatis probatur,

Martyrologium Euſebii qui videntur aſtruere, iidem S. Hieronymum illius faciunt interpretem. Ita præter Walafridum jam citatum, Venerabilis Beda Retractatione in Actus Apoſt. cap. 1. *Quibus aſtipulatur*, inquit, *& liber Martyrologii, qui B. Hieronymi nomine ac præfatione attitulatur: quamvis idem Hieronymus illius libri non auctor, ſed interpres, Euſebius autem auctor extitiſſe narretur.* Non aſſerit tamen Beda, vel Euſebium auctorem extitiſſe, vel Hieronymum interpretem, ſed *Hieronymi nomine & præfatione attitulari*, Euſebium vero *auctorem extitiſſe narrari*. Et lib. 2. in Marcum c. 26. citat *Martyrologium Euſebii & Hieronymi vocabulis inſignitum*. Præfiguntur Uſuardi martyrologio epiſtolæ duæ, una Chromatii & Heliodori epiſcoporum ad Hieronymum, altera ad ipſos Hieronymi: ſed utramque Baronius ſolidis argumentis demonſtrat commentitiam eſſe.

Idem vertit, aut eſt aliud ſcripſit S. Hieronymus, incertum.

Ejus epiſtola ad Chromatiū,

At Caſſiodorus libro de inſtitutione divinarum lectionum cap. 32. ſcribit: *Et ideo futuræ beatitudinis memores, Vitas Patrum, confeſſiones fidelium, paſſiones Martyrum legite conſtanter, quas inter alia in epiſtola S. Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum deſtinata, procul dubio reperitis, qui per totum orbem terrarum floruere, ut ſancta imitatio vos provocans ad cœleſtia regna perducat.* An fortaſſis ante Caſſiodori ætatem jam illa extabat, quæ nunc paſſim martyrologio Uſuardi præfixa legitur ſuppoſititia Hieronymi epiſtola? Erant certe jam tum multa parum perite & fideliter a multis ſcripta, ut patet ex concilio Romano ſub Gelaſio. Sed qui potuit vir doctiſſimus ſtylum ab Hieronymi elegantia remotiſſimus non agnoſcere? An erat tunc in hominum manibus vera Hieronymi epiſtola, & deinde intercidit, ac poſt alia eſt a quopiam imperite & fraudulenter conficta? Walafridus legitimam videtur agnoviſſe. Mihi nemo perſuaſerit. Si vere Hieronymi erat ea epiſtola, quam citat Caſſiodorus; fatendum erit, indiculum aliquem, ſeu Faſtus ab eo concinnatos, deſcriptis fortaſſe nominibus eorum, quorum in Euſebii collectione Acta extabant, & aliis additis. Sin jam ante erat ſuppoſita; tamen ea inveteravit opinio, martyrologium eſſe ab eo compoſitum aliquod: fuitque etiam poſt Caſſiodori ætatem in manibus martyrologium, S. Hieronymi nomine attitulatum, ut citatis Bedæ teſtimoniis manifeſtum eſt, atque ex Uſuardi Præfat. in martyrologium ſuum ad Carolum Regem. Verum periiſſe id multi viri eruditi exiſtimarunt.

citata epiſtola,

ut nunc extat ſuſpecta.

Reperit illud tandem in Carthuſia Trevirenſi Heribertus Roſweydus noſter, vetuſtiſſimo charactere exaratum, ſtatuitque in lucem emittere: & jam partem curaverat æneis laminis incidi, Balthaſaris Moreti v. cl. expenſis, editurus in adverſa pagina deſcripta elegantius ea quæ contracte & exoletis litteris erant efformata. Folia aliquot excuſa ut vidit, ad ſe a Moreto miſſa, Bartholomæus Gavantus Provincialis Præpoſitus congregationis Clericorum regularium S. Pauli, & ſacræ Romanæ Rituum congregationis Conſultor, mirifice probavit, ſcripſitque de illo ad eumdem Moretum plures epiſtolas, quas legi; aliàs opinari ſe, reliquis collegii illius, ſive Congregationis, ſapientiſſimis viris martyrologium illud *valde placiturum*; aliàs, *ſentire peritiores, utile fore Chriſtianæ Reip.* Alii quoque viri eruditi vehementer id laudarunt, ut præclarum ſacræ antiquitatis monumentum.

Ejus codex inſcriptum Martyrologium vetus,

probatum doctis.

Ejus martyrologii hic titulus eſt: *Chriſte fave votis. Codex S. Willibrordi, continet Martyrologium Hieronymi.* Deſcripſit illud Laurentius quidam, monachus (ut opinor) Epternacenſis, ſive S. Willebrordi: ita in fine habetur. *O Lector, vive, lege, & pro me ora. Tuorum Domine, quorum nomina ſcripſi, Sanctorum; omnium, quæſo, ſuffragiis miſerum leva Laurentium: quidem Lector ora.* *Scriptum.*

Laurentio Epternacenſi

Aſt

in autographo S. Willebrordi,

Aſt a quo is deſcripſit? Niſi vehementer fallor, ab ipſo S. Willebrordo, qui Bedæ ęqualis ex Anglia in Belgium venit, & Friſones alioſque populos vel fidei doctrina imbuit, vel pietate erudiit, ac nobile in Moſellana ditione cœnobium Epternaci conſtituit, de quo 7. Novembris pluribus agemus.

ut patet ex his que juxta Kalendario adſcripta,

Cur illud exiſtimem S. Willebrordi fuiſſe Martyrologium, hæ ſunt rationes: Martyrologio ſubjungitur vetuſtiſſimum Kalendarium, cui hæc in margine adſcripta: *In nomine Domini, Clemens Willibrordus anno ſexcenteſimo nonageſimo ab Incarnatione Chriſti veniebat ultra mare in Francia; & in Dei nomine, anno ſexcenteſimo nonageſimo quinto ab Incarnatione Domini, quamvis indignus fuit ordinatus in Roma Epiſcopus ab Apoſtolico viro Domno Sergio Papa. Nunc vero in Dei nomine agens annum ſeptingenteſimum vigeſimum octavum ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti in Dei nomine feliciter*. Quis illud *quamvis indignus* de alio, etiam vulgatis notæ homine, dixerit, præterquam de ſe? Deinde *nunc vero*, indicat ipſo vivente id ſcriptum: quis eſſet ita impudens & effrons, qui de viro tanto, & vivente, ſcribere illud auderet, *quamvis indignus*? Plane ſuſpicor, ipſiuſmet eſſe Willebrordi manum.

aliiſq. indictio.

Additum eſt Kalendarium, quo ipſum uſum eſſe omnino exiſtimo. Dein adiecta eſt tabula annorum Chriſti, indictionum, epactarum, cycli Lunæ, Lunæ Paſchalis, dierum Paſchæ, Lunarum Paſchalium, ab anno 684. ad 797. At nemo fere ejuſmodi tabulas ſibi conficit, niſi in uſum temporis conſequentis: ut videatur ipſemet Sanctus vel concinnaſſe eas ſibi, vel ab aliis factas deſcripſiſſe. Et vero in ipſo Martyrologio, quod fuit tamen monaſterii S. Willebrordi, ipſius non extat Willebrordi nomen: an id omiſſurus videtur fuiſſe, qui pręſertim in eodem monaſterio, id collegit, niſi ei propoſitum fuiſſet ipſum Willebrordi librum ex fide tranſcribere? Verum 7. Novembris inſcriptum margini: † *Hic Domnus Apoſtolicus vir Willibrordus Epiſcopus migravit ad Chriſtum*. Et decimo ejuſdem menſis, itidem in margine hæc ſunt exarata: † *Hic translatio ejuſdem S. Willibrordi*. Quæ poſterius ad ipſum vetus S. Willebrordi Martyrologium arbitror adiecta: & licet antiqua, non tamen Laurentii ſcriptoris videtur manus eſſe.

Si a S. Hieronymo id compoſitum,

Licet vero Martyrologium hoc S. Hieronymi dicatur, & ita illud citem paſſim toto opere; nullum tamen certum argumentum ſuppetit, quo id ab S. Hieronymo eſſe compoſitum confirmem, pręter eam, quam ante retuli, libri inſcriptionem, & quod in illud apte quadrare videantur, quæ ſunt ab Uſuardo in ſui Martyrologii præfatione ſcripta: *Præterea & venerabilium Hieronymi ſcilicet ac Bedæ Presbyterorum piis, & quamvis ſuccinctis, ſuper hoc provocabar deſcriptis: quorum prior brevitati ſtudens, alter vero quamplures dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis prateriiſſe neceſſaria. Quos tamen ſecutus cenſui*, &c. Si vere auctor eſt illius libelli Hieronymus, multa poſtea adiecta licebit paſſim obſervare.

poſtea auctum,

Nam 3. Januarii *S. Genovefæ Virginis* nomen inſcriptum, quæ centum fere poſt S. Hieronymum annis eſt mortua; 5. *S. Simeonis monachi Antiocheni*, ſive Stylitæ, qui ſex & quadraginta; 6. *S. Melanii Epiſcopi*, qui centum; 16. *S. Honorati Epiſcopi Arelatenſis*, qui 15. 1. Februarii *S. Brigidæ Virginis*, quæ ſupra 100.

copioſum & utile.

Ceterum plurima ſuppeditavit mihi hoc Martyrologium, ignorata aliis, Sanctorum nomina: illudque obſervavi, ubi vulgata Martyrologia uno alterove commemorato Martyre, addunt *cum ſociis*, ſocios ſæpenumero hic recenſeri. Exempli gratia: 30. Decembris ita habet Romanum: *Alexandriæ SS. Manſueti, Severi, Appiani, Donati, Honorii, & ſociorum Martyrum*. At citatum S. Hieronymi: *In Alexandria natalis Manſueti, Severi, & Appiani, Donati, Honorii, Polycliti, Sereni, Pauli, Papiani, Cleti*. Ita 3. Julii, Romanum:

Alexandriæ ſanctorum Martyrum Tryphonis & aliorum duodecim. Enumerantur ex his decem in Martyrologio S. Hieronymi: *In Alexandria Tryphonis, Menelai, Cyrionis, Eulogii, Porphoris, Africis, Chuſti, Juliani, Eradii, item Tryphonis, Oreſtis*. Sed viſum mihi operæ pretium eſt, dies aliquot, veluti ſpecimen poſtea integre publicandi operis, date. Ex Januario eos ſumam, perſpicuitatem vel ſic allaturus iis, quæ in opere meo hinc citavi. Paucula hæc Januarium antecedunt.

Quadam ex eo decerpta,

3. *Kal. Julii natalis Apoſtolorum S. Petri & Pauli Romæ.*

de feſtis Apoſtolorum,

2. *Kal. Decemb. natalis S. Andreæ Apoſtoli, in civitate Patras, provincia Achia.*

6. *Kal. Jann. natalis Apoſtoli S. Jacobi fratris Domini, & Johannis Evangel.*

8. *Kal. Jul. natalis Dormitionis Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ in Epheſo.*

12. *Kal. Jann. natalis S. Thomæ Apoſtoli in India; & translatio corporis ejus in Edeſſa 5. Kal. Jul.*

8. *Kal. Auguſt. natalis Jacobi Apoſtoli fratris Johannis Evang. in Hieroſolymis.*

Kal. Maii natalis S. Philippi Apoſtoli in civitate Hierapoli provincia Aſia.

8. *Kal. Septemb. nat. S. Bartholomæi Apoſtoli, qui decollatus eſt in India, juſſu Regis Aſtiagis.*

11. *Kal. Octobr. natalis S. Matthæi Apoſtoli, qui paſſus eſt in Perſida.*

5. *Kal. Novemb. natalis Apoſt. Simonis Cannanæi & Simonis Zelotis, qui a templorum Pontificibus occiſi ſunt, in Suanis civitate Perſarum.*

Januarii dies 1.

JANUARIUS. *Dies* 31. *Kal. Jann. Circumciſio Domini, Natalis Coronæ, qui jubente Aſclepio Urbis Præfecto, cum diceret, Hodie Octava Dei cæli ſunt, ceſſate a ſuperſtitionibus idolorum & ſacrificiis pollutis, a gladiatoribus hac de cauſſa occiſus eſt. In Oriente Stephani. Nicomedia Euphroſyni Epiſcopi, Priani, & aliorum 9. In Ratia Evanti, Hermetis. In Bononia Caii, Jaſti, Heracli. In Africa Victoris, Felicis, Narciſſi, Argiri & aliorum 4. Papæ, Primiani, Saturnini, item Saturnini, Victoris, Honorati, Leuſi, Hermetis. .... & militum 30. Ravenna depoſitio S. Severi cum fratribus ſuis. Auguſtoduno depoſitio Agrippini Epiſcopi.*

4. *Non. Iſiridoni Epiſcopi Antiochia. Et in alio loco Stratonici, Macarii, Abbani, Saturi, Poſſeſſoris, Firmi, Maximiani, Acutionis, Timothei, Heriſſi, Antaxi, ... Acuti, Tobiæ, Eugendæ. Et in Æthiopia Rutilæ, Claudiæ, Aurigæ, Vitalis de Hieroſolymis Stephani.* 2.

3. *Non. In Helleſponto, civitate Parethia, Cirici, Primi, Theogenis. Et in civitate Tomis Claudonis, Eugenis, Rhodi. Trium fratrum Argai, Narciſſi, & Marcellini pueri Chriſtiani, & Diogeni, Eugenii, Rhodonis, Primæ. Et in Africa Martialis, Statiliani, Conſtantii, Poſſeſſoris, Hilariæ, Firmi, Candidi, Rogatiani, Eugeniæ, Lucidæ, Acutæ, Pænicæ. Pariſiis Geneſeva Virginis. Vienna depoſitio Florentii.* 3.

Pridie Non. In Africa Aquilini, Gemini, Eugenti, Martiani, Quinti, Theodoti, Tryphonis. In Oriente civitate Bonania Hermetis, Aggai, Caii. Ædui Epiſcopi.

*Nonis, in Africa Felicis, Secundi, Honorii, Luciani, Candidi, Januariæ, * Cæliſtoriæ, Jocundi, Acuti, Petri, Marci, Severi, Anaſtaſii. In Antiochia Simeonis monachi.* 5.

** forte Conlii, Floræ.*

8. *Id. Epiphania Domini. In Africa Taleſphori, Flori, Jocundi, Petri, Marci, Acuti, Januariæ. Et alibi Honorii, Julii, Autonini. Apud Sirmiam Anaſtaſii. In Antio paſſio SS. Juliani & Baſiliſſæ. In India Celſi, Juliani. In civitate Redon natalis S. Melanii Epiſcopi.* 6.

7. *Id. In Nicomedia Luciani Presbyteri. Et in Antiochia Lucerii Diaconi. In Melitina civitate Polyeucti. In Heraclea Felicis & Januarii. Et in Græcia Spolicoſti, Palladæ, Candidæ. Alio loco Polianthi, Philonis, Candidæ.* 7.

6. *Id. In Græcia Eucti, Ruſtici, Piſſei, Timothei, Secundi, Lucii, Felicis, Jann. Et in Brundiſio Leucii. Et in Sirmis Anaſtaſii, Jocundi, Ratitis, Petri, Flori, Tilis, Floriani, Tatia-* 8.

Digitized by Google

Et alio loco Pathei. Auguſtoduno depoſitio Egemonii Epiſc.
5. Id. In Africa Epicteti, Quinti, Secundi, Jocundi,
9. *Saturnini, Vitalis, Quinti, Vincentii & Felicitatis, item*
Quinti, Felicis, Artaxis, Fortunati, Ruſtici, Silli, Quoti, & aliorum ſex. Martialis. In Smerna Revocati, Firmi, Poſſeſſoris, Januarii, Saturnini.
4. Id. in Africa Renocati, Firmi. In Irta Poſſeſſoris &
10. *aliorum duorum. Romæ in cimiterio Calliſti via Appia, depoſitio Miltiadis Epiſcopi. In Africa Saturi, Vitaliani, Felicitatis, Quinti, Artatis.*
3. Id. In Alexandria Petri, Leucii Confeſſ. & Alolami.
11. *In Africa Philoromi, Eugenii, Quinti, Januarii, Saturnini, Vincentii. In Spaniis Agenti, Donati, Auguſtini, Salvii, Felicis, Donati Presbyteri, Flori, Zemini, Pati, Panſalini, Eugenii, Stephani, & aliorum 12. Et depoſitio Hortenſii Epiſcopi.*
Pridie Id. In Achaja Cyriaci, Muſcenti, Saturi. In Africa Zotici, Caſtoli, Quinti, Rogati, Modeſti, Bic-
12. *ciani, Carotici, Caſtolini. In Ægypto Philoromi, Zotici, Caſtoli, Petri, Aventina.*
Idib. In Africa Ingenui, Vincentii, Satti, Felicitatis.
13. *In Campania Neapolim, Cyriaci, Cimini, Zotici, Heriſi, Glycerii, Felicis, Januarii. Romæ Secundi. Via Lavicana corona militum 15. Et alibi Quoſquonio, Enonis. Pictavis depoſitio S. Hilarii Epiſcopi.*

Hæc in ſpecimen modo ſufficiant; quæ ſi ab S. Hieronymo ſcripta ſunt, aliam dein manum acceſſiſſe oportet, quæ & poſteriores Hieronymo Sanctos adjecerit, & locorum nomina in caſum ablativum, addita plerumque præpoſitione, & accuſativum quoque tranſtulerit, neglectis (claritatis cauſſa) Grammaticæ legibus. Vehementer quoque dubito, num qui diverſis diebus referuntur, ſemper diverſi ſint Sancti; an non qui cognomines videntur, præſertim ſimul plures, iidem ſurtaſſe ſunt, vel oſcitante Librario, vel variantibus in dierum ſerie codicibus, bis deſcripti; niſi quando aliis juncti ſociis ſunt.

Simile aliud Hibernicum,
Simile prope exemplar, & ipſum perantiquum, habet Joannes Colganus Ord. S. Franciſci Lovanii in cœnobio S. Antonii de Padua Theologiæ profeſſor, ex Hibernia allatum: ſed aliquanto confuſius deſcriptum, omiſſis locorum nominibus, & ſubjunctis unicuique diei Sanctis Hibernicis. Hos ego conſulto omiſi, quia exploratum mihi haud erat, an olim venerationem habuiſſent, an ſolum, quia celebre ſanctitatis apud eam gentem obtinuiſſent nomen, ideo eſſent adſcripti: & non temere peregrinos Sanctos profero, niſi vel Acta ſim nactus, vel de publica illis impenſa legitime veneratione teſtimonia certa. Illud porro Hibernicum martyrologium ſolum poſterioribus Januarii diebus citavi, quia ſerius ejus mihi facta copia.

aliud minus Rhinoviense,
Aliud quoque martyrologium perbreve & mutilum, ſed cum illo Trevirenſi, ſive Epteroacenſi, conſentiens, quod olim Rhinowienſis juxta Baſileam cœnobii fuit, reperi in Roſweydi ſchedis. Principium Januarii ita habet;

cujus hic ſpecimen,
Kal. Jan. *Circumciſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem. In Oriente Stephani. Nicomedia Euphroſyni Epiſc. Priamiani. Eracl.....*
4. Non. Antiochia Iſidori Epiſcopi. Macarii Abbatis, Saturi, Poſſeſſoris, Firmi.
3. Non. Pariſius Genofeva Virginis. In Helleſponto Cyrici Primi.
Pridie Non. In Africa Aquilini, Gemini, Martiani, Eugenii, Quinti, Theodati.
Nonis, in Africa Felicis, Secundi, Luciani, Jocundi, Petri, Marci. Albi depoſitio.....
8. Id. Epiphania Domini noſtri Jeſu Chriſti. In Africa Teleſphori, Acuti, Januaria.
7. Id. In Nicomedia Luciani Presbyteri, Liceri Diaconi, Polioti, Felis, Januarii.
6. Id. in Græcia Cipiſei, Secundi, Timothei, Lucii, Ruſtici, Auguſtoduno.....
5. Id. In Africa Epicteti, Jocundi, Saturnini, Vitalis, Felicis, Fortunati.
4. Id. Roma depoſitio Melciadis Epiſcopi. In Sirmis Revocati. In Africa Firmi.
3. Id. In Alexandria Petri, Abſalmi, Philoromi. In Africa Felicis & S. Gregorii Epiſcopi.
Pridie Id. In Achaja Cyriaci. In Africa Zotici, Caſtoli, Quinti, Rogati, Modeſti.
Idib. Pictavis depoſitio S. Hilarii Epiſcopi. In Neapoli Vincentia. In Africa Ingenii.

Huic ſimile aliquo modo ſuſpicor fuiſſe, quod ſæpe citat Baronius e S. Cyriaci monaſterio acceptum. Ejus ut mihi deſcribendum exemplar curarent, nonnullos amicorum interpellavi: at ne vel ut illud viderent quidem, ipſis contigit. Citat & Petrus Galeſinius ſæpenumero vetuſta mſſ. martyrologia: ea cujuſmodi fuerint non poſſum divinare; video nonnumquam cum hiſce noſtris congruere.

§. V. *Romanum Martyrologium modernum & vetus.*

Romanum modernum ex Uſuardo eſt:
VEnio nunc ad Romanum martyrologium. Molanus cap. 4. de martyrologiis, Uſuardi eſſe ait, ſed auctum: negat Baronius, aſſeritque quamplurima Romæ extare antiqua manu exarata martyrologii Romani exemplaria, *quæ illi qui Romæ agunt, vix magno labore, pervigili diligentia, & ſumma ſint induſtria conſecuti.* At qui Romanum atque Uſuardi martyrologia conferre voluerit, facile vel ex unico die perſpiciet unum ex altero deſcriptum. Aliud ante annos mille habebat Romana

aliud olim;
Eccleſia; quod quale fuerit licebit ex citata ante epiſtola S. Gregorii ad S. Eulogium Alexandrinum 29. libri 7. animadvertere: *Nos autem,* inquit, *pene omnium Martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolennia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter ſit paſſus indicatur; ſed tantummodo nomen, locus, & dies paſſionis ponitur. Unde fit ut multi ex diverſis terris atque provinciis per dies, ut prædixi, ſingulos cognoſcantur martyrio coronati. Sed hæc habere vos beatiſſimos credimus.* Hæc ille. Non fuit igitur, quale nunc eſt, martyrologium; quia nunc de pleriſque *qualiter quis ſit paſſus indicatur.* Nec potuiſſet id ignotum eſſe Gallis, ut novum cenſerent ab Uſuardo concinnari oportere. Neque dubium eſt, quin ſi extitit, ex eo ſuum ille conſarcinarit, nimium impudenti plagio, cum Bedam, Hieronymum, Florum citet, quos ſit imitatus; unde omnia mutuatus ſit, diſſimulet. Quod nemini adhuc in mentem venit ſuſpicari.

non a Roſweydo editum,
Neque vero illud erat S. Gregorii ætate martyrologium, quod eſt a Roſweydo noſtro editum, cum hoc ſubinde non niſi unicum Sanctum, ſemper pauciſſimos referat. Ex illo vero *multi ex diverſis terris atque provinciis per dies ſingulos cognoſcebantur martyrio coronati.* Sed quod (ut ego quidem exiſtimo) moleſtum quibuſdam eſſet, plurima nomina & fere ignotorum Sanctorum recitare, paucis illuſtriorum retentis, cetera expunxerunt. Poſtea, ut non nuda nomina Sanctorum, ſed rerum ab iis geſtarum aliqua audientibus offerretur notitia, quod erat ab Uſuardo olim compoſitum, adſcitum in Urbem eſt, uſumque Eccleſiæ. Quando id factum ſit, nuſquam legi. Licebit igitur illud Roſweydi, *minus Romanum* appellare; paſſim tamen cum id cito, *vetus Romanum* nuncupo, quia nimirum eo titulo editum a viro doctiſſimo, eaque apud eruditos invaluit nomenclatio.

Verum aut mea me vehementer fallit opinio, aut illud ipſum, quod Hieronymi dicitur, vetus Romanum eſt, cujus S. Gregorius in citata epiſtola meminit;

ſive

Google



ſed quod S. Hieronymi dicimus,

ſive id S. Hieronymus ejuſve partem ſcripſerit, alius poſtea auxerit; ſeu potius e Romano Clero quiſpiam id collegit, at poſteritas, cum auctor lateret, id Hieronymi viri ſcientiſſimi opus credidit. Hujus exemplar ipſe fortaſſis in Belgium attulit S. Willebrordus, aut a S. Auguſtino ejuſve diſcipulis, Scotiſve aut Anglis monachis, qui ſæpius Romam itabant, in Angliam allatum ſibi deſcripſit. Utrum ex his S. Ado habuerit, minus illud Roſweydinum, an hoc majus, in ambiguo eſt. Scribit ipſe Præfatione ad ſuum martyrologium: *Huic operi ut dies martyrum veriſſime notarentur, qui confuſi in Kalendis ſatis inveniri ſolent, adjuvit venerabile & peruntiquum Martyrologium ab urbe Roma Aquilejam cuidam ſancto Epiſcopo a Pontifice Romano directum, & mihi poſtmodum a quodam religioſo Fratre aliquot diebus præſtitum. Quod ego diligenti cura tranſcriptum, poſitum apud Ravennam in capite hujus operis ponendum putavi.* Plures multo Sanctos habet Ado in ſuo martyrologio, quam qui in minori Romano continentur: imo parum admodum ex illo haurire ſubſidii potuiſſet; cum præſertim Uſuardi haberet martyrologium, quod & natales indicabat ſingulorum, atque etiam plurium. Si majus habuit, quod S. Hieronymi vocamus, cur non omnes expreſſit? An erat illud minori quidem iſto majus, ſed tamen a fuſiore hoc S. Hieronymi diverſum & contractum? An hoc auctum ex aliis tabulis, & non purum illud vetus Romanum? Fateor mihi hic aquam hærere. Illud tamen liquido conſtare exiſtimo, non eſſe quod deſcribit S. Gregorius illud quod eſt a Roſweydo vulgatum. Neque tamen hoc cuicuimodi ſit, reſpuimus. Utinam plures ſimilia antiquitatis monumenta, quod poſſunt, eruerent. Merito ab Andrea Sauſſajo, laudato viro, ſummis laudibus, vel hoc ipſo nomine quod hunc theſaurum primus refoderit in publicumque produxerit, ornatur Roſweydus, appellaturque *eximius Solis ſapientiæ radius, vivi fidei fontis rivulus, virentis juſtitiæ ſtipitis ramus, jamque cæli pulcrum ac æternum ſidus.*

quo & S. Ado uſus fortaſſe;

nihil tamen etiam illud Roſweydi.

§. VI. *Martyrologia Bedæ & Flori.*

POſt Euſebium Sanctumque Hieronymum, a quibus quid hoc in genere effectum ſit, haud ſatis conſtat, primus (qui quidem notus vulgo ſit) martyrologium privato ſtudio concinnavit S. Beda, Presbyter Anglus. Nam hujus ſe & S. Hieronymi *provocatum deſcriptis*, ſuum componere aggreſſum Uſuardus teſtatur. Et ipſe Beda in ſuorum operum catalogo, qui in editione Pariſienſi an. 1583. a Laurentio Barrenſi adornata, at non in Baſileenſi an. 1563. ſubiectus eſt epitomæ hiſtoriæ Anglicanæ (ſi tamen ipſius eſt fœtus illa epitome) inter alia ſic ſcribit: *Martyrologium de natalitiis ſanctorum martyrum diebus, in quo omnes quos invenire potui, non ſolum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel ſub quo Judice, mundum vicerint, diligenter annotare ſtudui.*

S. Bedæ Martyrologium.

Vulgatum eſt tomo 3. Operum Bedæ an. 1563. ac deinde ſeorſim typis Plantinianis an. 1564. vetus & ſane egregium martyrologium, ſub Bedæ nomine: cujus exemplar penes me eſt ab Heriberto Roſweydo collatum cum mſ. monaſterii Richebergenſis in Bavaria. Verum non poteſt id Bedæ merito tribui; cum is, teſte Uſuardo, *plures dies intactos reliquerit*, quales hic nulli. Deinde profitetur idem Uſuardus ſeſe Flori *latiora ſequi veſtigia* potius, quam Bedæ inſiſtere brevitati. At diffuſius eſt quandoque martyrologium hoc, quam ſit Uſuardi. Extetne uſpiam germanum Bedæ martyrologium, dubito. Nam cum pleraque ad uſum ſacrorum ſibi poſteri deſcripſerint, noluerunt in iis vacuos exiſtere dies aliquos, quoſque ille reliquerat ex aliis ſuppleverunt. Cito tamen illud *vulgatum Bedæ*, quia eo nomine jam innotuit.

non eſt quod vulgatum eſt ejus nomine.

Reperi vetera mſſ. quædam Bedæ præferentia nomen, in quibus tamen neque vacui dies, & quædam Bedæ poſteriorum adiecta Sanctorum nomina. Primum, quod olim Centulenſis in Gallia monaſterii, ſive S. Richarii fuerat, jam Vedaſtini apud Attrebates cœnobii. Exorditur a vigilia Nativitatis. Ex Januario dies aliquot adſcribam, integrum aliquando daturus.

Mſſ. 4. ejus nomine inſignita:

1. Centulenſe;

KAL. JAN. *Octava Nativitatis Jeſu Chriſti Domini noſtri, atque Circumciſio ejus. Romæ S. Almachii martyris. Item Romæ S. Martinæ Virginis. Item via Appia SS. 20. Militum ſub Diocletiano paſſorum. Cæſareæ Cappadociæ S. Baſilii Archiep. & Conf. In Africa, civitate Ruſpenſi S. Fulgentii Epiſcopi, vita & doctrina præclari. Apud Spoletum S. Concordii martyris. In territorio Jurenſi S. Eugendi Abbatis. Alexandriæ S. Euphroſynæ Virg.*

ejus ſpecimen.

4. *Non. In Thebaida Depoſitio B. Macarii Abbatis, magnarum virtutum viri. In Ponto, civitate Tomis, trium fratrum Narciſſi, Argæi, & Marcellini pueri. Antiochiæ paſſio S. Iſidori Epiſc. Eodem die Octava S. Stephani.*

3. *Non. Romæ S. Anteros Papæ & martyris. Civitate Aulana S. Petri martyris. Pariſius S. Genovefæ Virg. Ipſo die Octava Beatiſſimi Joannis Evangel.*

Pridie Non. Apud Cretam S. Titi Apoſtolorum diſcipuli. Civitate Bononia SS. Hermetis & Aggæi. Apud Africam SS. Aquilini, Gemini, Eugenii, Marciani, Quinti, Theodoti, & Tryphonis, præclariſſimorum martyrum, quorum geſta habentur. Romæ paſſio SS. Priſci Presbyteri, & Priſcilliani Clerici, atque Benedictæ religioſiſſimæ fœminæ, qui ſub impio Juliano martyrium paſſi. Item Romæ S. Dafroſæ uxoris Fabiani martyris ſub Juliano. Et Octava ſanctorum Innocentium.

Nonis, Romæ S. Teleſphori Papæ & martyris, qui illuſtre martyrium duxit. Antiochiæ S. Simeonis monachi, qui in columna ſtetit, cujus vita virtutibus & miraculis effulſit glorioſa.

8. *Id. Epiphania Domini noſtri Jeſu Chriſti. Antiochiæ paſſio SS. Juliani & Baſiliſſæ & Celſi pueri, & Marcianillæ matris ejuſdem, & Antonii Presbyteri, & Anaſtaſii, tempore Diocletiani. In territorio Remenſi paſſio S. Maceræ Virg. Autiſſodoro S. Germani Epiſc. & Conf.*

Alterum Bedæ nomine inſignitum martyrologium extat Leodii in illuſtri S. Lamberti Eccleſia, ſed ab illo Centulenſi longe diverſum, itaque recenter auctum, ut etiam *S. Franciſci Diaconi & Confeſſoris* 4. Octob. *S. Dominici Confeſſoris* 5. Aug. *S. Petri martyris de Ordine Prædicatorum* 29. Aprilis, adiecta ſint nomina. Dabo ex eo quoque dies hic aliquot.

2. Leodienſe:

KAL. JAN. *Octava Domini, & Circumciſio Jeſu Chriſti ſecundum carnem. Romæ natale S. Almachii martyris, qui jubente Alpbio Pr. Urb. cum diceret, Hodie Octava Dominica diei ſunt; ceſſate a ſuperſtitionibus idolorum & ſacrificiis pollutis, a gladiatoribus hac de cauſſa occiſus eſt. Romæ S. Martinæ Virg. & martyris. Eodem die apud Spoletum in civitate Tuſciæ S. Concordii martyris: qui tempore Antonini Imp. multa tormenta perpeſſus, ad ultimum gladio interimitur. Item Romæ via Appia coronæ Militum 30. quas ſub Diocletiano pro confeſſione veræ fidei percipere meruerunt. Apud Africam natale S. Fulgentii Eccleſiæ Ruſpenſis Epiſcopi & Confeſſoris. Apud Alexandriam S. Euphroſynæ Virg. quæ orationibus patris ſui Paphnutii de ſterili matre progenita, in puerili ætate conſtituta, clam ſe tonderi fecit, & monaſticam vitam expetiit, Smaragdi ſibi nomen imponens. Apud Cæſaream Cappadociæ natale S. Blaſii Epiſcopi, admiranda vitæ & doctrinæ viri. Ravennæ S. Severi Epiſc. & martyris.*

ejus ſpecimen.

4. *Non. Hieroſolymæ Stephani & Vitalis. In Thebaida depoſitio B. Macarii Abbatis, magnarum virtutum viri. In civitate Tomis trium fratrum Argæi, Narciſſi & Marcellini pueri, qui poſt multa tormenta in mare merſus martyrium conſummavit. Cujus corpus ad littus delatum magnis coruſcat miraculis.*

3. *Non. Natale Anteri Papæ & martyris, qui vigeſimus*

mus poſt B. Petrum, cum 13. annis, menſe uno, diebus 12. rexit Eccleſiam. Paſſus eſt ſub Maximino, & in cœmiterio Calliſti ſepultus via Appia. Pariſiis Genovefa Virg. eodem die S. Florentii Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopi & martyris. In civitate Aulana paſſio S. Petri, qui crucis ſupplicio eſt interemptus. In Helleſponto ſanctorum martyrum Cirici, Primi, & Diogenis.

Verum neque hæc conſentanea ſunt iis quæ de Martyrologio Bedæ ſcripſit Uſuardus. De tertio & quarto mſ. exemplari mox dicam. Poſt Bedam Florus extitit quidam, de quo Uſuardus: *Quos tamen ſecutus* (Hieronymum & Bedam) *cenſui & Flori memorabilis viri laniora jam in ipſo negotio ſequi veſtigia, præſertim in ſecundo ejus libro; ibi enim multa, quæ in priore omiſerat, & correxit & addidit.* Ado quoque: *Primum fuit imperium ac juſſio ſanctorum virorum, ut ſupplerentur dies, qui abſque nominibus martyrum in Martyrologio, quod venerabilis Flori ſtudio in labore Domni Bedæ accreverat, tantum notati erant.* Fuit Uſuardi & Adonis coætaneus Florus Eccleſiæ Lugdunenſis Subdiaconus, ſed Adone ſenior, junior Uſuardo, ſi quidem hic ſub Carolo Magno, & non ſub Carolo Calvo, martyrologium ſcripſit. Nam Wandelbertus, de quo infra, qui ſub Lothario Calvi fratre florebat, iſta habet: *Ope & ſubſidio præcipue uſus ſum ſancti & nominatiſſimi Flori Lugdunenſis Eccleſiæ Subdiaconi, qui ut noſtro tempore revera ſingulari ſtudio & aſſiduitate in Divinæ Scripturæ ſcientia pollere, ita librorum authenticorum non mediocri copia & veritate cognoſcitur abundare.* Hunc ego ſuſpicor illum Florum Magiſtrum eſſe, cujus vaſtum vidi Lætus volumen ex S. Auguſtini operibus magno ſtudio collectum, & alia alibi ſervari dicuntur. In Bibliotheca PP. extat tractatus quidam de vulgi erroribus circa tempeſtatum & tonitruum cauſſas, Agobardi Epiſcopi Lugdunenſis & hujus *Flori* nomine inſcriptus. Idemne fuerit Martyrologii auctor, mihi modo non liquet. Eum vero quod Trudonopoli in Belgio noſtro monachum fuiſſe, Trithemius lib. 2. de viris illuſt. Ord. S. Benedicti cap. 44. ſcribat, haud equidem ſcio quo auctore; neque ejus mentio eſt in Chronico Trudonenſi ulla.

At quiſquis ille Martyrologus fuit, duos ſcripſit de Sanctis libros, ut ex illis Uſuardi verbis patet: *Præſertim in ſecundo ejus libro; ibi enim multa, quæ in priore omiſerat, & correxit & addidit.* Primo ſuppleviſſe Bedæ Martyrologium videtur, idque Ado indicat: deinde quædam Sanctorum elogia dilataſſe, relictis tamen diebus quibuſdam, quos explere ſe voluiſſe Ado ſcribit. Dubitavi aliquando an non id, quod ſub Bedæ nomine vulgatum eſt martyrologium, Flori eſſet. Alia duo poſtea reperi mſſ. de quibus id potius quiſpiam ſuſpicetur: ſtatuere tamen certi nihil poſſum. Prius eſt domus Profeſſæ Societatis JESU Antuerpiæ cujus fronti inſcriptum recentiori manu: *Bedæ Martyrologium*, & ei quadrant utcumque, quæ de Flori opere traduntur: ſed neque antiquiſſimum eſt, & ex Anglia, ut reor, allatum, aut ab Anglo quopiam interpolatum; quoniam & alios quoſdam Anglicanos Sanctos, & ipſum recenſet Thomam Cantuarienſem. Alterum extat in monaſterio S. Martini Tornaci, hoc titulo: *Incipit Martyrologium Euſebii, Hieronymi, & Bedæ Presbyteri.* Huic ſimile omnino Lætus eſt, ſatis quoque antiquum, ſed abſque hoc titulo.

Ex hoc & noſtro illo dies aliquot dabo, non tam ut probem Flori eſſe, quod ipſe mihi nondum perſuadeo; quam ut alios excitem, quibus facultas eſt, ut *Florum* inveſtigent, ſi uſpiam latet; aut certe quæ repererint vetuſta martyrologia examinent, & cujus eſſe videantur auctoris expendant; aut ſi id ipſis non lubet, vel per occupationes non licet, mecum ea communicent. Ita ergo habet Tornacenſe illud ac Lætienſe. Dabo ex Januario dies aliquot, etſi a die Nativitatis initium ducat, ut plures alii.

Kal. Janu. *Octava Domini, & ſecundum carnem Circumciſio ejus. Et natalis Almachii, qui jubente Alipio Urbis Præfecto cum diceret, Hodie Octava Dominica dies ſunt, ceſſate a ſuperſtitionibus idolorum, & ſacrificiis pollutis; a gladiatoribus hac de cauſſa occiſus eſt. Ipſo die B. Baſilii Epiſcopi. Romæ paſſio S. Martinæ Virginis.* Lætienſe exemplar *SS. Baſilii* & *Martinæ* non meminit; pro his hæc habet: *Eodem die in Æthiopia Rutuli. Hieroſolymæ natale ſancti Stephani.*

4. *Nonas Januar. Romæ natalis S. Teleſfori Papæ & Martyris. Is ex Anachoreta cum 12. annos Eccleſiæ Romanæ præeſſet, jejunium ſeptem hebdomadarum ante Paſcha, & Miſſam in nocte Natalis Domini, ſed & ante ſacrificium hymnum Angelicum, videlicet Gloria in excelſis Deo, decantandum inſtituit, paſſuſq; eſt temporibus Antonini & Marci martyrium. Eodem die depoſitio beati Abbatis Macarii.* Deeſt *Macarius* Lætienſi mſ.

3. *Non. Jan. Romæ natalis Anteros Papæ & Martyris, qui duodecim annos rexit Eccleſiam, & in cœmeterio Calliſti ſepultus eſt in via Appia. In pago Viromandenſe inventio corporis B. Quintini Martyris ab Eligio Epiſcopo, & Tranſlatio ipſius. Eodem die Pariſiis depoſitio S. Genovefæ Virg. quæ in corpore poſita tantum in virtute prævaluit, ut mortuum ſuſcitaret. In civitate Auclara paſſio S. Petri, qui crucifixus eſt ſub Maximiano Imp. Ipſo die paſſio S. Theogenis, qui præcipitatus eſt in mare tempore Licinii. Et natalis Potiti, qui ſub Antonino Imp. primo fuſtibus eſt cæſus, dein carcere incluſus, & magno pondere ferri damnatus, unde eductus, in equuleum eſt ſuſpenſus. Et cum eſſet juſſus ab Imperatore ſecari, & canibus projici, eum milites tangere non poterant. Inde juſſus eſt frigi in ſartagine, frixuſq; plumbo ſuperfundi. Poſtea vero palo ferreo fixus a capite eſt uſque deorſum. Quo ab Angelo erepto, juſſit illi Imperator linguam abſcindi, oculos compungi. Et cum nec ſic vinci poſſet, juſſus eſt capite plecti, cum eſſet tredecim annorum puer.*

Pridie Non. In Africa natalis Aquilini, Gemini, Eugentii, Vincti, Tryfonis. In Oriente Bononia civitate, Hermetis, Aggei, Gagii.

Nonis, Hieroſolymæ depoſitio Simeonis Prophetæ, qui a Spiritu ſancto reſponſum accepit, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. In Antiochia, Eccleſia quæ vocatur Pœnitentia, depoſitio S. Simeonis Confeſſ. qui in columna ſtans arctiſſime dicitur vixiſſe, & incolis loci illius multas tribuit ſanitates. Hic poſt converſionem, nullam unquam mulierem oculis attentis inſpexit. Poſtquam vero columnæ editiori ſe ſanctitate fervens invexit, nõ modo extraneæ mulieri, verum etiam nec propriæ matri ſe videndum permiſit. Scriptum in geſtis ejus. Eodem die natale ss. Honorii, Luciani, Jocundi. Hi poſtremi deſunt in mſ. Lætienſi.

At mſ. Antuerpienſe, ſive potius, ut ſuſpicor, Anglicanum, Bedæ nomine, ſed ab recentiore manu, prætitularum, in multis conſentiens cum Leodienſi S. Lamberti, ita habet:

Kal. Jan. *Circumciſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem. Romæ natale S. Almachii martyris, qui jubente Aſclippio Urbis Præfecto, cum diceret, Hodie Octava Dominica diei ſunt, ceſſate a ſuperſtitionibus idolorum & ſacrificiis pollutis, a gladiatoribus hac de cauſſa occiſus eſt. Item Romæ, paſſio S. Martinæ Virg. Eodem die apud Spoletũ civitatem Tuſciæ, paſſio B. Concordii mart. temporibus Antonini Imp. Itẽ Romæ via Appia corona militũ triginta. Hi pro confeſſione veræ fidei ſub Diocletiano percipere meruerunt. Apud Cæſaream Cappadociæ, natale S. Baſilii Ep. admirandæ fidei atq; doctrinæ viri. In Africa natale S. Fulgentii Eccleſiæ Ruſpenſis Ep. Apud Alexandriã Euphroſynæ Virg. quæ orationibus patris ſui Paphnutii de ſterili matre progenita in puerili ætate conſtituta, clam ſe tonderi fecit, et monaſticã vitam expetiit, Smaragdi ſibi nomen imponens. Poſt etiam in recluſione viginti octo annos in omni ſanctitate perdurans, tacta ægrotationis incommodo, & mortem ſibi adeſſe cognoſcens, manifeſtavit ſe religioſo & cum lacrymis*

mul-

Digitized by Google

multoties quærenti eam patri. Cumq; quieviſſet, ſepulta eſt a Fratribus in eccleſia. In territorio Lugdunenſi monaſterio Jurenſium natale S. Eugendi Ab. cujus vita virtutibus & miraculis fulget. Ravenna Severi Ep. & mart.

4. Non. In Thebaida depoſitio B. Macarii Ab. magnarum virtutum viri. Et in Ponto, civitate Tomis, trium fratrum Narciſſi, Argei, & Marcellini pueri, qui ſub Licinio inter tirones comprehenſi cum nollent militare, caſi ad mortem martyrium conſummaverunt, & diu in carcere macerati in mare merſi ſunt; corpora eorum ad litus delata, a religioſis viris depoſita, magnis coruſcant virtutibus.

3. Non. Romæ natale S. Antheros Papæ & martyris, qui vicesimus poſt B. Petrum cum duodecim annis, menſe uno, diebus duodecim rexiſſet Eccleſiã, paſſus eſt ſub Maximiano, in cœmiterio Calliſti ſepultus via Appia. In civitate Aulana paſſio S. Petri, qui crucis ſupplicio interemptus. Apud Pariſium natale S. Genovephæ Virg. quæ a B. Germano Autiſiodorenſium Epiſc. Chriſto dicata, admirandis virtutibus & miraculis late claruit, & uſque ad annos octoginta in Chriſti ſervitute conſenuit.

Prid. Non. Natale S. Titi Apoſtolorum diſcipuli. Apud Africam natale SS. Aquilini, Germani, Eugenii, Marciani, Quinti, Theodecii, & Tryphonis, præclariſſimorum martyrum, quorum geſta habentur. Romæ paſſio ſanctorum martyrum Priſci Presbyteri, & Priſcilliani Clerici, atque Benedictæ religioſiſſimæ feminæ, ſub tempore Juliani impiiſſimi Auguſti, qui gladio martyrium compleverunt. Item Romæ B. Dafroſæ uxoris Fabiani martyris.

Nonis, Romæ natale S. Teleſforis, qui ſeptimus poſt Petrum Apoſtolum Pontifex ordinatus, ſedit annos undecim, menſes tres, dies 21. illuſtreq; martyrium duxit. Apud Antiochiam depoſitio S. Simeonis monachi, qui tertiodecimo ætatis ſuæ anno huic ſeculo abrenuncians, monaſterii clauſtra expetiit, ubi mira abſtinentia vix ſeptimo die cibum ſibi indulgens, Pſalterium infra quatuor menſes didicit. Deinde nimia domandi corporis intentione, fune palmeo renes ſibi conſtringens duriter laniatus eſt; unde in quodam puteo ſe recludens, & ex eo a Fratribus violenter ad monaſterium reductus, clam fugiens eremum petiit, ubi multo commoratus tempore, in columna eminiori ſanctitate fervens ſe concluſit, ubi non modo extraneæ mulieri, ſed nec propria matri ſe videre permiſit; & uſque hodie baſilicam columnæ illius nulla feminarum ingreditur. Nam quædam mulier veſte induta virili ingredi voluit, ſed mox ut limen attigit, retrorſum mortua cecidit.

§. III. *Martyrologium Uſuardi.*

OMnium celeberrimum Uſuardi martyrologium fuit. De eo ita ſcribit Sigebertus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis c. 85. *Huſuardus monachus, provocatus ſtudio Hieronymi & Bedæ, qui feſtivitates Sanctorum annuatim recurrentes partim annotaverant; maxime autem animatus ſtudio & juſſu Magni Caroli Imperatoris, cui diſplicebat quod Hieronymus & Beda, ſtudentes nimis brevitati, prætermiſerant plura neceſſaria, & quamplures Kalendarum dies intactos reliquerant, in gratiam ejus ſtuduit opus imperfectum ſupplere, & feſtivitates Sanctorum per ſingulos Kalendarum dies annotans integrum Martyrologium effecit.* Hæc ille. At Bedam ſolum queritur Uſuardus *quamplures Kalendarum dies intactos* reliquiſſe, non Hieronymum.

Uſuardus monachus Martyrologium ſcripſit,

Operæ pretium eſt ipſiuſmet Uſuardi Præfationem, ſive epiſtolam, qua opus ſuum Carolo Regi, Magno vel Calvo, dedicat, hic dare; ſed e veteri codice mſ. qui penes nos eſt, optimæ notæ. Quæ in pleriſque excuſis & calamo deſcriptis exemplaribus legitur, aliquantum diſcrepat, ut conferenti patebit. Ita ergo habet:

Domino venerabiliter recolendo Karolo Regum piiſſimo Huſuardus, quamquam indignus, Sacerdos & monachus, præſentis ævi proſperitatem & æternæ beatitudinis gloriam, Veſtram minime latet Celſitudinem, o Reverende Princeps, qualiter imitandis antiquorum ſtudiis monemur, quidquid in libris, maxime Eccleſiaſticæ doctrinæ congruis, minus debito perfectum habetur, vel pro poſſe ſupplere vel ſuppleri optare. Quæ res pia quidem ſollicitudine, addito etiam Veſtræ dignitatis juſſu, me compulit, ut videlicet Sanctorum recurrentes feſtivitates, ex diverſis ſanctorum Patrũ Martyrologiis in quamdam exciperem unitatem. Recolebam ſiquidem in ſacris Sanctorum ſolenniis multimodos propria negligentia exceſſus: quod me plurimum ad hoc eis in Dei amore perſolvendum cogebat officium; etſi non ſatis idoneum, utpote inſcium, ſed tamen Divino, ut confidebam, ac indigno eorum ſublevandum auxilio. Nam & venerabilium Hieronymi videlicet ac Bedæ Presbyterorum in hoc provocabar deſcriptis: quorum unus brevitati admodum ſtudens, alter vero quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa probantur hujus opuſculi præteriiſſe neceſſaria. Adhibui igitur Flori memorabilis viri collecta e pluribus in eodem negotio ſecundi libri commenta: quem maxime imitandum in his quæ viſa ſunt congrua ac memoria digna, cenſui; quia plura ſummo ſtudio, quæ breviter perſtrinxi, & correxit & addidit. Unde una vobiſcum legentem efflagito, quo non propere quidquid in ſequenti libello ſibi forte contrarium fuerit, inaudiſſe repudiet, nec me inſuper temerarium judicet; præſertim cum a talibus & tantis viris hoc præmonſtratum eſſe meminerit. Perpendat etiam, quia in rebus humanis, ut ait quidam, nihil perfectum ex omni parte ſoleat inveniri. Scriptorum quoque errore ita ſæpe conſtat vera permutari, ut plerumque dictantis adſcribatur vitio, quod mendaci ſolet admitti calamo.

regio juſſu,

alios imitatus,

Ceterum, benigniſſime Rex, idcirco hanc exiguitatis præfatiunculam huic operi inſerere curavi, ut ſciatis me non uſum levitatis conamine, ſed potius Religioſorum minus capacium utilitati conſuluiſſe. Quo tamen labore pro viribus, quo ſtudio cognoſcenda veritatis hæc perquiſierim, haud facile parvitas mea valet intimare. Supplex denique Veſtram expoſtulo Magnificentiam, ut ſi dignum decernitur, Veſtræ tuitionis anchora roboretur. Excellentiam magnitudinis Veſtræ per multa annorum curricula, ad communis utilitatis ſuffragia, Rex Regum ſua dignetur cuſtodire potentia. Amen.

in uſum Religioſorum;

Hactenus Uſuardi epiſtola ex noſtro codice, quæ aliquanto brevior extat in aliis exemplaribus, ex quibus tamen nonnulla ſuperiore paragrapho citavi. Ex hac certo ſtatui non poteſt, utri *Carolo* id dicarit opus, *Magno* an *Calvo*. *Magno* aſſerit Sigebertus, ut diximus; ſequuntur recentiores. At *Florum* citat *virum memorabilem*, quem ſub *Lothario* Calvi fratre poſt annum Chriſti 840. ſuperſtitem fuiſſe, & præcedenti paragrapho indicavimus, & mox ex Wandelberto patebit. Nam ſi, quod quidã volunt, alius fuit *Florus* martyrologus ab illo Lugdunenſis Eccleſiæ Subdiacono, quem Wandelbertus *ſanctum & nominatiſſimum virum* appellat, cur non eos Ado proximus temporum illorum diſcrevit? Cur quando *venerabilis Flori* meminit non ſeniorem dixit, aut aliud ſtatuit diſcrimen, cum vigeret adhuc in Lugdunenſi, ſuaq; Viennenſi propinqua Eccleſia, Flori alterius nomen, & fama eruditionis? Erit fortaſſis qui Florum ſub *Carolo Magno* ſcripſiſſe martyrologium illud contendat, & ad *Lotharium* ſupervixiſſe, qui anno poſt avi Caroli exceſſum viceſimo ſeptimo capeſſivit imperium. Verum non Imperatori *Carolo* dicatum Uſuardi opus recitata e noſtro codice epiſtola oſtendit. Conſentit Pariſienſis codex pervetuſtus, qui ita habet: *Domino Regum piiſſimo Karolo Uſuardus indignus Sacerdos & monachus perennẽ in Chriſto coronam*. Ergo, ſi is Magnus Carolus fuit, ante annum 800. editum eſt hoc opus, prius etiam Flori: ut neceſſe ſit fateri poſt libros illos editos ac recognitos, fere quinquaginta annis ſuperſtitem fuiſſe Florum. Non eſt id quidem ejuſmodi, ut evenire nullo modo potuerit, ſed ut mirum videri poſſit, ſi evenit. Verũ alia Uſuardi exẽplaria excuſa & mſſ.

idque Carolo Regi dicavit,

dubium de Magno,

& mſſ. illius epiſtolæ inſcriptionem his efferunt verbis: *Domino Regum piiſſimo Karolo Auguſto Uſuardus indignus Sacerdos ac monachus perennem in Chriſto coronam.* At ſi jam inde Caroli Magni tempore editum hoc erat opus ab Uſuardo, cur Wandelbertum ex Flori bibliotheca ſumere codices oportuit, ut natales Sanctorum perdiſceret, cum ex Uſuardi libro ſi jam extabat, minori labore haurire omnia poſſet? At neque Ado Uſuardi meminit. Jam ſi eodem quo Wandelbertus tempore

an Calvo,

Uſuardus ſcripſit, cum Imperium Lotharius, Franciæ Occidentalis regnum Carolus adminiſtrabat, cur hic, ut ille, tranſlationis S. Sebaſtiani ſub Ludovico Pio factæ non meminit? Denique a peritioribus, quid certi opinari queam, lubens addiſcam.

Uſuardi pluribus uſus ſum exemplaribus. Nam præter geminam Molani editionem anni 1568. & 1583. Pa-

Varia ejus exemplaria habita auctore.

riſienſem an. 1536. Lubecanam an. 1475. habui exemplar, quod olim Aubertus Miræus in Roſweydi noſtri gratiam Pariſiis cum alio vetuſtiſſimo, &, ut ipſe rebatur, Uſuardi autographo, contulerat. Verum ex eodem illo codice mihi integrum illud Martyrologium deſcribi poſtea curavi. Eum codicem Uſuardi ævo aut non multo poſt ſcriptum cenſet Sirmondus noſter, qui pro ſua humanitate meum illud apographum cum alio quadringentorum facile annorum, aut etiam vetuſtiore, qui in eodem S. Germani cœnobio Pariſiis aſſervatur, accurate contulit. Sed quod ſupra citavi exemplar noſtrum, utrique illi longe præfero, & purius ac ſyncerius reor: nam antiquiſſimum illud Pariſienſe Idibus Januarii hæc habet: *In monte Verziaco S. Viventii Confeſſoris*, cum conſtet poſt Uſuardi ætatem tranſlatas eſſe Vergiacum S. Viventii reliquias, niſi extremis fortaſſe Calvi temporibus ſcripſit, & diu poſtea illi ſuperſtes vixit, iſtaque tunc adſcripſit. Sed a noſtro illa, quod ideo magis genuinum cenſeo, abſunt exemplari. Fuit hoc quondam monaſterii Carthuſianorum, quod *B. Mariæ Virginis Capella* dicitur, ſive *de Herines*, juxta Ediugam, aut, ut nunc appellant, Eughianum, Belgii oppidum: deinde Auguſtini Hunnæi, viri celebris, fuit: poſtea donatum collegio noſtro Lovanienſi. Alia habemus

eidem aucta.

complura Uſuardi exemplaria, ſed in quibus & amplificata Sanctorum elogia, & plurium nomina adſcripta, qualia Eccleſiarum Pragenſis, & Bruxellenſis, multorumque monaſteriorum, quæ non attinet hic percenſere: faciam id alias, cum Uſuardum edam, ſed nativa ſimplicitate; variorum auctaria ſeorſim. Editum idem fuit, ſed auctum, Coloniæ anno 1490. cum Aurea Legenda; atque illud eſt quod plerumque cito Colonienſis Martyrologii nomine, quia & Colonienſia feſta exhibet, & videtur eo Colonienſis Eccleſia uſa. Idem Uſuardi Martyrologium a Venerabilibus Patribus Carthuſiæ Colonienſis auctum, editumque anno 1515. & 1521. quod & poſtea Molanus præſtitit. Antea vero a ſe emendatum & modice auctum, titulo Martyrologii Romani ediderat Bellinus de Padua Auguſtinianus, Venetiis anno 1498. ac deinde Pariſiis 1521.

§. VIII. *Martyrologia Rabani, Wandelberti, Adonis, Notkeri, Ditmari.*

Iiſdem Lotharii Piique patris temporibus eruditionis laude floruit Rabanus Maurus Abbas Fuldenſis, idem

Martyrologium Rabani editum & mſ.

poſtea Moguntinus Archiepiſcopus, cujus extant complura ſcriptorum volumina, nuper a Georgio Colvenerio recenſita editaque. In his eſt Martyrologium, quod in codice monaſterii S. Galli, adſcripto Rabani nomine, repertum, primus vulgavit Henricus Caniſius IC. to. 6. Antiquæ Lectionis. Et ſimile habeo exemplar e codice monaſterii S. Maximini Treviris, qui 500. circiter videbatur eſſe annorum, acceptum, ſed nullius nomine auctoris inſcriptum. Rabano cur illud abjudicem, nullum me magnopere argumentum movet, niſi quod ejus antiqui non meminerint, at nec omnium meminerunt, & *Diverſa* extitiſſe ſuo tempore *ſanctorum Patrum Martyrologia* Uſuardus teſtatur; ſuffragaturque vetuſtus ille codex, quo Caniſius eſt uſus.

Wandelbertus quoque, cujus jam ſupra meminimus, Prumienſis in Trevirenſi diœceſi monachus, Martyrologium metro heroico conſcripſit, atque Otrico viro illuſtri dicavit, præfixo inter alia anapæſtico carmine ad Lotharium Imperatorem Ludovici Pii filium. Marty-

Wandelbertus metricum ſcripſit.

rologium hoc ſub titulo *Ephemeridum Bedæ* to. 1. operum illius, & ſub veri auctoris nomine a Molano in prima Uſuardi editione, vulgatum; ex veteri mſ. edam aliquando accuratius. Hic partem Præfationis viſum, eſt delibare. Ita orditur:

Epiſtola Wandalberti Diaconi ad illuſtrem virum Otricum ſuper iis, quæ ſequenti opere continentur, metrorum generibus, incipit feliciter.

Domino Otrico Wandalbertus ſalutem dicit.

Veteri & perantiquo præcepto monemur, ut parere majoribus, morem gerere æqualibus, conſulere minoribus ſtudeamus. Ego quis tibi, Cariſſime, ut minori (quod cogitatu ipſo nefas judico) conſulere nequeo; in te enim ipſo tibi (ut revera ſapientem decet) omnis opis conſilium, totiuſque providentiæ copiam eſſe perpendo; morigerari vero, ſicut æquali, ſenſus & ingenii tarditate non valeo; quod primum conſtat, ut majori parere & obſecundare viribus cunctis, & omni facultate deſiderem. Maxime, quod inceſſanti

Otrici rogatu,

& infatigabili ſtudio ac benevolentia me, poſtquam longe a patria rebuſque domeſticis non tam exulare quam degere cœpi, tua ope, conſilio, providentia & liberalitate fultum intelligo: nec leviter pecco, ſi cum morem gerere nequeo, parere pro ingenii paupertate refugio. Itaque quod inopinato ſtudio ex me & inevitabili conſtantique auctoritate poſtuſti, ut per anni totius ſpatium occurrenteſque diebus Sanctorum feſtivitates, & ſolennes undecumque Chriſtianorum votorum celebritates, metro digererem, feci ut potui, non tam artis uſu atque ſolertia quam tua devotione, & immerito erga me Sanctorum ad id peragendum adjutus, ut confido, favore. In quo opere, quia ſolemnium dierum certiſſima comprehen-

Flori libris uſus;

ſio non leviter nec facile pro librorum varietate obſtabat, ope & ſubſidio præcipue uſus ſum ſancti & nominatiſſimi Flori Lugdunenſis Eccleſiæ Subdiaconi, qui ut noſtro tempore revera ſingulari ſtudio & aſſiduitate in Divina Scriptura ſcientia pollere, ita librorum authenticorum non mediocri copia & veritate cognoſcitur abundare.

Ab hoc ego ſumptis veteribus, emendatiſque codicibus Martyrologium librum, a Kalendis Januariis uſque ad finem anni, per dierum ſingulorum occurrentes feſtivitates, metro edidi, præmiſſa, ut congruere exiſtimavi, Invocationis ad Deum, Allocutionis ad omnes, qui forte erunt lectores, Com-

alia addidit carmina.

mendationis ad te operis hortatorem, & ad Cæſarem beniġniſſimum Hlotharium, argumentique, ſive propoſitionis diverſo metro deſcriptione, & addita poſt editam Martyrologium concluſionis hymnique in omnes Sanctos editione. Cui etiam operi diſtincte menſium ſingulorum adjeci apertam brevemque, ſecundum uſus Gallicos diſpoſitionem, & horarum diurnarum vulgarem in noſtris regionibus dimenſionem: quod utrumque a ſuperiori opere nequaquam diſcrepare diſputavi. In fine præterea totius operis, de creatione mundi per ordinem dierum ſex breve carmen addidi, & explanationem myſtici ſenſus in homine accipiendi ſubjunxi, ut ea quæ de totius anni curſu deſcripſeram, repetita ab initio mundanæ creationis explanatio commendaret. Hoc opus quod, &c.

Poſt Præfationem, ſequitur Invocatio metro concepta, tum Lectorum allocutio; Commendatio libri ad Otricum, dein ad Lotharium hæc:

Tuque, favendo Cæſar adeſto,
Sceptra parentum qui pietate,

Quique

Digitized by Google



ꝑſit
dem
ver-
ipue
xem-
, cui
iſtola;

nobio
dabi-
, quod
his An-
uno Io-
oi.
genſem
onicon,
x ipſius
qui ſibi
cetera:
s noſtris
magiſte-
es ſalva-
n recepta-
liis, quam
ent, Mar-
erit mar-
n eo dum-
on poteſt.
ejuſmodi
um vix ul-
oi aliquod

ntea ſcripſi
i ſue erudi-
uſianos Co-
orum ſcripta
ium, & Æ-
hic martyro-
dicitur, ſed
, ille vero li-
o compoſuiſ-
lius Novidius
que Baptiſta
allus: Ephe-
oxorum, ſi-
ofana promi-

ni, Eccleſiæ
cus. Tradi-
quod verſibus
di.
in Faſtis ſuis
vario, quod
Mariæ Eyu-
nienſi colle-
m eſt. Illius
tonium Gen-
aliumve, eo-
Reperi id ci-
ndoneavi, qui

508. marty-
ur; quo ſub-
s quotidianus
e Villa vitis
cuſum anno

n Franciſcus
Mau-

S. Adonis Martyrologium editum & mſ.

B. Notkeri, editum.

Ditmarus an Martyrologium ſcripſerit?

Faſti ſacri [illegible]

Rodolphi Calendarius.

mſ. Floravium SS.

Viola SS.

Panis quotidianus.



& m
Dom
gnus
At ſi,
opus
theca
perdi
ri lab
mem:
Uſuar
Occid
ut ille
ctæ no
opinar
Uſu
ter gen
riſienſe
plar, c
gratiam
tur, Uſ
illo codi
poſtea c
to poſt k
humanit
dring nt
qui in co
accurate
ſtrum, t
rius reor
Januarii
feſſoris,
ſe Vergia
ſe Calvi te
vixit, iſta
magis gen
quondam
Virginis C
gam, aut,
dum: deinc
ſtea donatu
complura U
ficata Sanct
qualia Eccle
rumque mo
re: faciam
ſimplicitate
fuit, ſed auc
genda; atqu
martyrologi
& videtur eo
martyrologiu
lonienſis actu
& poſtea Mo
& modice au
rat Bellinus
1498. ac dei

§. VIII. *Ma*

Iſdem Loc
laude flor
poſtea Mogu
plura ſcripto
nerio recenſi
quod in codic
nomine, rep
ſms IC. to. 6.
plar e codice
circiter videb
nomine aucto

ex Calvi,

Vetus ejus exemplaria habuit auctore

etiam au-lia.

Martyrolo-gium Ro-fani edi-tum & aſ-

NAPOLI

Quiq; benigna lege gubernas.
Te moderator nam Deus orbis
Juſſit habenas flectere avitas,
Imperiiq; ſceptra paterni:
Teq; periclis ipſe paramis
Exuit olim, deq; cruenta
Cæde furentum ſæpe reduxit.
Aurea celſo vertice Roma
Te decorando nomine ſanxit
Cæſaris orbi mox fore Regem.
Itala primum te Duce tellus
Eminuit: poſt Francica temet
Sceptra regentem mundus adorat.
Luſtra per orbem quinque recurrunt,
Nomine poſtquam clarus & armis
Cæſariana jura recenſes.
Tempora Chriſtus longa videntem
Te regat; omnis te veneretur
Teq; tremiſcat purpura Regem.

Commendatio libri ad Lotharium Imp.

Quando id ſcriptum?

Hinc quo anno hoc compoſitum ſit opus colligi poteſt; cum nimirum quinque luſtris, ſive 25. annis Imperatoris oomen Lotharius geſſiſſet; non a Ludovici patris morte, cum ei non nisi 15. aut circiter annos ſuperſtes fuerit; ſed luſtra hæc quinque ducenda ſunt ab eo tempore, cum in conventu Aquiſgranenſi Ludovicus *filium primogenitum Lotharium Imperatorem appellari & eſſe voluit*, an. 817. ut in illius Vita dicitur. Scripſit ergo hoc martyrologium Wandelbertus an. 842. Sequitur deinde *Propoſitio*:

Carmine qui vacuas captavi ſæpius auras,
Rumores vulgi quærendo ſtultus inanes,
Aggrediar tandem veram de carmine laudem
Quærere, & æternum mihi conciliare favorem;
Spectandos breviter ſignans altuſq; viroſq;
Atque dies, anni reditu volvente per orbem,
Ordine qui luſtrent ſcribens ſolennia quæque.
Hic mihi nonnumquam Sanctorum nomina leges
Carminis excedent, ſed non mutilanda vocandi
Eſt cenſura bonos, veniam pietate merebor.

Ad calcem martyrologii iſta ſubjicit: *Martyrologium metricum, editum a Wandelberto ad Illuſtrem virum Otricum Clericum, explicuit in Chriſti nomine feliciter. Amen.* Tum hæc ſubnectitur *Concluſio*.

Hæc nunc Chriſte tuo Deus
Conſcripſi breviter munere carmina,
Conſtans expetiit quæ ſtudio pervigili fides.
His digeſta micant ſimul
Cæleſtis patriæ & militia agmina,
Summo perpetui quæ radiant æthere luminis:
Quorum te veniam prece
Indignus rogitans obſecro criminum.
Multo ſupplicii namque premor perpetui metu.
Trinis ecce decenniis
Vitam dego miſer; quinus & inſuper
Ævi curriculis orbis adeſt atque meatibus;
Me nunc nil recolens boni
Egiſſe atque pii, concutior nimis:
Curæ nam ſtimulant mortis. Ad intima
Lapſum jam releva Pater
Tandem, & præteritis exue ſordibus;
Squalet conſcia quis mens, nimiiſq; angoribus tremit.
Sanctorum retuli canens
Hic certamina, præclaraq; Martyrum
Vexilla ante oculos conſtitus, ſignaq; ovantium
Horum glorificat, Pater,
Sanguis te jugiter, mors loquitur pia:
Vivunt namque tuo præſidio & luce perenniter.

Concluſio operis.

Sequitur in omnes Sanctos hymnus Sapphicus, dein & alia de menſibus carmina, & horis, atque opere ſex dierum.

S. Ado eodem ſeculo Viennenſis in Gallia Epiſcopus, de quo agemus 16. Decembris, luculentius ſcripſit martyrologium. Edidit illud Jacobus Moſander; dein Roſweydus cum tribus mſſ. codicibus collatum, Everbodienſi, S. Pantaleonis, Petri Scriverii, hunc præcipue ſecutus. Habemus cum tribus aliis collatum mſſ. exemplaribus, videlicet monaſterii S. Laurentii Leodii, cui tamen Uſuardi ad Carolum Regem præfixa eſt epiſtola; Eccleſiæ Taroanenſis, cœnobii Lobienſis.

S. Adonis Martyrologium editum & mſ.

Adoni ſuppar fuit B. Notkerus Balbulus, in cœnobio S. Galli apud Helvetios monachus, cujus Vitam dabimos 8. Aprilis. Is quoque martyrologium ſcripſit, quod eſt e Bibliotheca S. Galli ab Henrico Caniſio in tomis Antiquæ Lectionis publicatum, ſed mutilum non uno loco. Obiiſſe dicitur Notkerus an. 912. de quo alibi.

B. Notkeri, editum.

Arbitrantur quidam & Ditmarum Meſburgenſem in Saxonia Epiſcopum, cujus extat inſigne Chronicon, martyrologium aliquod compoſuiſſe, quod ex ipſius verbis lib. 7. Chronici confici putant, ubi eum qui ſibi ſoceſſurus eſſet multa monet, hæcque inter cetera: *Habes ſatis de libris, quos hic ab anteceſſoribus noſtris collectos inveni, & inſuper quos contraxi. In his magiſterium ſalubre reperies, ac hos exaudi & tunc potes ſalvari. Sanctorum reliquias, & munda earumdem receptacula, cum aliis utilitatibus plurimis, tam in prædiis, quam in mancipiis, ego acquiſivi, & ne te forſitan laterent, Martyrologio inſcripſi meo.* Verum idne ipſe confecerit martyrologium, an ab alio deſcripſerit, aut etiam eo dumtaxat ſit uſus, certo ex illis verbis concludi non poteſt. Multa alioquin extant paſſim martyrologia, ejuſmodi piorum Antiſtitum olim ſtudio conſcripta, cum vix ulla eſſet Eccleſia, quæ non vel proprium ſibi aliquod conficeret, vel aliunde adſciſceret.

Ditmarus an Martyrologium ſcripſerit?

§. IX. *Martyrologia recentiorum.*

PRimum hic eos miſſos facio, quos antea ſcripſi Uſuardi vulgaſſe martyrologium, non ſine erudita appendice, Bellinum de Padua, Carthuſianos Colonienſes, Joannem Molanum: deinde quorum ſcripta non vidi, Alexandrum Eſſebienſem Anglum, & Ægidium de Dammis Flandrum; quorum hic martyrologium recenſuiſſe, auxiſſe, locupletaſſe dicitur, ſed inchoatum opus perficere non potuiſſe; ille vero librum ſacrorum Faſtorum carmine elegiaco compoſuiſſe. Prætereo & quæ hoc in genere Ambroſius Novidius Fraccus Ferentinas commentatus eſt; quæque Baptiſta Mantuanus, & nuper Joannes Bachottos Gallus: Epiſemerides quoque variorum, etiam heterodoxorum, ſive Diaria hiſtorica; in quibus ſacra ac profana promiſcue narrant, nec ſemper ex fide.

Faſti ſacri Mantuani.

Eſt in manibus Radulphi a Rivo Bredani, Eccleſiæ Tungrenſis Decani *Calendarius Eccleſiaſticus*. Traditur is deceſſiſſe e vita 3. Novemb. 1403. Quod verſibus complexus martyrologium dicitur, non vidi.

Radulphi Calendarius.

Uſus ſum plurimum, uti & Roſweydus in Faſtis ſuis concinnandis, *Florario SS. ſive Promptuario*, quod manu Henrici de Eyck Canonici Eccleſiæ B. Mariæ Eyndoviæ in Brabantia ſcriptum; poſtea Lovanienſi collegio Societatis Jesu donatum, nunc noſtrum eſt. Illius auctorem ſuſpicor, at non firmiſſime, Antonium Gentium, aut Joannem Gilemanuum fuiſſe, aliumve, eorum æqualem, regularem Canonicum. Reperi id citatum in codice quodam monaſterii Corſendoncani, qui circiter annum 1490. erat ſcriptus.

mſ. Florarium SS.

Editum eſt Haganoæ in Alſatia anno 1508. martyrologium, quod *Viola Sanctorum* inſcribitur; quo ſubinde uſi ſumus. At rarius eo, quod *Panis quotidianus* appellatur, editum ab Hieronymo de Villa vitis Canonico regulari, idem Haganoæ excuſum anno 1509.

Viola SS.

Panis quotidianus.

Edidit martyrologium a ſe concinnatum Franciſcus

Google

Martyrologium Maurolyci, Maurolycus Abbas Meſſanenſis an. 1568. typis Venetis, cum Sanctorum indice, & Primi Cabilunenſis, ut ait, Epiſcopi Topographia Sanctorum, anno 1450. compoſita, ſed a ſe recognita.

Caniſii, Prodiit anno 1573. Dilingæ in Svevia Martyrologium Germanicum, quod Georgio & Marco Fuggeris ab Adamo Walaſſero 1562. dicatum. Auctum id deinde ex Galeſinio & aliis, recuſumque anno 1599. Id a Petro Caniſio noſtro compoſitum eſſe Matthæus Raderus noſter in ejus Vita, & Philippus Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu, teſtantur: eſtque præfixa ipſius Caniſii Præfatio.

Galeſinii, *Martyrologium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ uſui in ſingulos anni dies accommodatum*, edidit anno 1577. cum eruditis & *multiplici antiquitatis Eccleſiaſticæ doctrina cumulatis Annotationibus*, Petrus Galeſinius Protonotarius Apoſtolicus, S. Caroli Borromæi in reſtituenda Eccleſiæ diſciplina fidus adminiſter. Quod, aliaque ejus opera, mirifice Gregorius VIII. Pontifex Maximus probavit.

Felicii. Simile quoque Martyrologio eſt, niſi quod etiam profana complectatur, *Calendarium hiſtoricum* a Conſtantino Felicio Medico Italice ſcriptum, editumque Urbini anno 1577. quod quia ſerius nactus ſum, ſolum poſterioribus Januarii diebus citavi.

Ferrarii Catalogus generalis, Præ ceteris magno mihi uſui fuit *Catalogus generalis Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, ex variis Martyrologiis, Kalendariis, tabulis, monumentiſq; Eccleſiarum, nec non Vitis eorum impreſſis ſeu manuſcriptis, & quam plurimis hiſtoriis collectus, ac in 12. menſes inſtar martyrologii diſtributus, ſuis ubique notis appoſitis, auctore Philippo Ferrario Alexandrino ordinis Servorum B. Mariæ Virginis, ſacræ Theologiæ Profeſſore, ac publico Matheſeos in Ticinenſi gymnaſio interprete, Sanctiſſimo Domino in Christo Patri D.* Urbano *Papæ* VIII. *dicatus*, excuſuſque Venetiis an. 1625.

& SS. Italiæ. Haud parum quoque adjumenti mihi ejuſdem Ferrarii alter attulit *Catalogus Sanctorum Italiæ, in menſes 12. diſtributus; in quo vitæ illorum ex particularium Eccleſiarum monumentis compendio deſcribuntur, adiectis ſcholiis notiſq; perbrevibus*; excuſus Mediolani an. 1613.

Variarum gentium propria Martyrologia; Aliarum quoque gentium Martyrologia, Kalendaria, Faſti, Hagiologia, non parum mihi attulere ſubſidii: Antonii Vincentii Domenecci, Ordinis Prædicatorum, Hiſtoria Sanctorum Catalaniæ, Barcinone excuſa an. 1602. Martyrologium Luſitanicum ab aliquot Patribus Societatis Jesu collectum, editumque Conimbricæ: Anglicanum Joannis Wilſoni an. 1608. editum, & ab eodem recognitum an. 1640. Joannis Molani Natales, & Indiculus Sanctorum Belgii: Auberti Miræi Faſti Belgici & Burgundici: Arnoldi Raiſſii Auctarium ad Natales Molani; ejuſdemque Hierogazophylacium Belgicum, ſive de Sanctorum reliquiis: tum quæ de Sanctis Belgii ad Romanum Martyrologium a ſe Teutonica lingua verſum adjecere Henricus Adriani 1600. & Andreas Boyus noſter an. 1642. quæque ad Gallicam ejuſdem Martyrologii verſionem Balduinus Willotius noſter anno 1645. & alius item e noſtris Leodii an. 1624. Octavii Cajetani noſtri *Idea operis de Vitis Siculorum Sanctorum* edita Panormi an. 1617. Davidis Camerarii liber de Scotorum pietate excuſus an. 1631. Catalogus præcipuorum ſanctorum Hiberniæ ab Henrico Fitſimon noſtro concinnatus. Sacrarium & Calendarium ditionis Leodicenſis in Belgio, excuſum an. 1618. Sacrarium perantiqui Comitatus Namurcenſis an. 1619. Vidi & Adami Regii Kalendarium Scoticum, e quo nonnulla annotavi; & alia plurima mſſ. & excuſa Kalendaria.

Gallicanũ Sauſſaji. Cum jam prope quintus mihi impreſſus eſſet dies Januarii, prodiit Pariſiis illuſtre & magnificum Andreæ Sauſſaji v. cl. Martyrologium Gallicanum tomis duobus, quo plurimum ſum uſus, utarque, ut ſpero, deinceps. Utinam brevi prodeant, quos pollicetur, apodictici in illud commentarii.

Materiam quoque non exiguam ſuppeditavere, variorum Ordinum Martyrologia; Benedictinum Arnoldi Wionis, libro 3. Ligni vitæ, editum an. 1595. Hugonis Menardi, cum duobus Obſervationum libris 1629. Kalendarium Benedicti Dorgani a S. Joanne, editum Maclovio poli an. 1622. Præmonſtratenſe, venerabilis Domini Joannis Chryſoſtomi Vander Sterre Abbatis monaſterii S. Michaelis in hac urbe: Canonicorum regularium Conſtantini Ghini Senenſis canonici regularis S. Salvatoris, an. 1621. Kalendarium ſacri Ordinis Ciſtercienſis excuſum Divione an. 1617. Menologium Ciſtercienſe Chryſoſtomi Henriquez cum luculentis notationibus 1630. Martyrologium ſacri Ordinis Prædicatorum, Seraphini Sicci Papienſis, ordinis Magiſtri generalis juſſu editum an. 1616. Cum jam prior Januarii tomus eſſet excuſus, prodiit Martyrologium Franciſcanum, cum amplis commentariis, cura ac labore Arturi a Monaſterio. Sed illud in eo opere atque Chryſoſtomi Henriquez Menologio, haud probo, quod nulla inter eos, quibus ab Eccleſia olim decreti permiſſive ſacri honores ſunt, & ceteros ſola adhuc hominum opinione, nullo Eccleſiæ judicio confirmata, claros, differentia ſtatuatur: quo fit, ut his quidem honoris nihil accedat, de illorum veneratione plurimum detrahatur, dum uno omnes gradu habentur. Alios novimus viros doctos qui vel obſervationes in Romanum Martyrologium meditantur, vel ſuarum provinciarum, aut ordinum elucubrant Martyrologia; atque eo pacto beatorum cœli civium ſtudent gloriam amplificare. Utinam brevi ipſorum lucubrationes lucem aſpiciant? *Monaſtica.*

§. X. *Varia Breviaria, quibus Auctor uſus.*

Quæ ab Apoſtolicis temporibus, publicæ peragi in Eccleſia, diſtinctis horarum ſpatiis, preces ſolent, earum eſt ſumma, poſt artem typographicam repertam, excuſa, atque ex re, Breviarium appellata. Certius qui quibuſq; locis Sancti colantur, quaque cæremonia, cognoſcere licuiſſet, ſi omnium Eccleſiarum propria conſecutus Breviaria eſſem: quamquam ſunt nonnullæ, quæ proprium non habent, ſed cum Romanæ Eccleſiæ ritus ſequantur, ac feſta celebrent omnia; ſi quos vel ignotos Romanis faſtis, vel alia celebritate Cœlites venerentur, ſeparatim propria illorum officia preceſque publicas edi curant. Quæ ejuſmodi hactenus nactus ſum breviaria, propriaq; officia, hic exponere libuit, eo ſolum conſilio, ut quæ mihi deeſſe ſentio quamplurima, ſuppeditent, qui ſunt Sanctorum propagandæ gloriæ ſtudioſi. *Breviaria, quibus Auctor his uſus.*

Primum Romanæ Eccleſiæ Breviaria habeo antiqua aliquot, præter ea quæ nuper ſummorum Pontificum Clementis VIII. Pauli V. Urbani VIII. auctoritate recognita auctaque ſunt; habeo, inquam, excuſa annis 1479. 1490. 1515. Leonis X. juſſu; 1536. Pauli III. auctoritate a Franciſco Quignonio Cardinale recognitum, recuſumque an. 1541. 1542. 1546. 1551. 1557. Pii V. an. 1572. Miſſale quoque Romanum editum an. 1508.

E reliqua Italia pauca hæc ſuppetunt: Catalogus Sanctorum, qui in urbe ac diœceſi Neapolitana celebrantur, Decii Carafæ cardinalis & Archiepiſcopi juſſu editus an. 1619. cum Officia propria SS. Fortunatæ, Gaudioſi, Potiti: itemque propria aliarum eodem tractu Eccleſiarum; Salernitanæ excuſa an. 1594. Brunduſinæ 1583. Montis-regalis 1605. *ex Italia,*

* Provinciæ Mediolanenſis hæc habeo: Breviarium Mediolanenſe an. 1635. Officia propria Eccleſiæ Vercellenſis 1581. Bergomenſis 1610. & S. Baſſiani Laudiſ-Pompejæ Patroni 1628.

Ex Hiſpania pauca hæc ad manum ſunt: Ordo reci- *Hiſpania.*

tandi

tandi officium Divinum ac Miſſas celebrandi, juxta ritum Breviarii Miſſaliſque Romani, pro pleriſque diœceſibus Hiſpaniæ, 1635. Officia propria SS. Hiſpaniæ 1605. Eccleſiæ Toletanæ 1616. Compoſtellanæ 1596.

Luſitania, E Luſitania Breviarium Eborenſe 1548. Officia propria Eccleſiæ Ulyſſipponenſis 1590. Conimbricẽſis 1588.

Gallia, E Gallia Germaniaque habeo aliquamulta, ſed plura vacant. Gallica hæc ſunt: Provinciæ ſecundæ Lugdunenſis, Breviarium Rotomagenſe 1587. novum 1626. Miſſale an. 1585. itemque Breviaria Ebroicenſe 1585. Conſtantienſe 1609. Lexovienſe 1624. Bajocenſe. Officia propria Eccleſiæ Abrincenſis.

Lugdunenſis tertiæ, Breviarium Andegavenſe 1624. Coriſopitenſe vetus. Officia propria Eccleſiæ Redonenſis 1620. Nannetenſis 1623. Briocenſis 1621. Maclovienſis.

Lugdunenſis quartæ, Senonenſis Breviarii pars æſtiva.

Pariſienſis provinciæ, Breviarium Pariſienſe vetus an. 1584. novum 1636. Carnotenſe 1633.

Provinciæ Aquitaniæ primæ, Breviarium Lemovicenſe 1625.

Provinciæ Viennenſis, Officium in ſolemnitate S. Lazari Epiſcopi Maſſilienſis, an. 1633. Officia propria monaſterii S. Victoris Maſſiliæ.

Provinciæ Belgicæ primæ, cujus metropolis Auguſta Trevirorum vulgo nunc Germaniæ accenſetur; Breviarium Virdunenſe 1625. Tullenſe 1535. Monaſteriorum SS. Maximini, Naboris, Willebrordi, in diœceſi Trevirenſi, an. 1600.

Provinciæ Belgicæ ſecundæ, cujus pars eſt in novas Metropoliticas duas ſedes divulſa; Breviariom Ambianenſe 1550. Noviomenſe 1630. monaſterii Origniacenſis in Veromanduis 1619.

Belgio, Provinciæ Mechlinienſis, cujus pars olim ſub Germania ſecunda, pars maxima ſub Belgica ſecunda cenſebatur, Breviarium Antuerpienſe an. 1496. Burgenſe 1520. Bruxellenſe 1516. Breviarii mſ. Eccleſiæ Lovanienſis pars. Officia propria Eccleſiæ Ruræmundenſis 1609. Gandenſis 1572. monaſterii Blandinienſis mſſ.

Provinciæ Cameracenſis, quæ olim erat ſub Belgica ſecunda; Kalendarium præfixum officio Curatorum 1562. Morinenſis Breviarii pars hyemalis 1542. Audomarenſis pars hyemalis 1518. Breviarium Inſulenſe 1533. Officia propria Eccleſiæ Atrebatenſis 1632. Tornacenſis 1626. Namurcenſis 1619. Audomarenſis 1610. S. Waldetrudis Canonicarum Montibus 1625. Malbodienſis Canonicarum 1624. Abbatiæ Dononienſis 1625. monaſterii Pacis-Virginis Ord. S. Benedicti Duaci 1611.

Provinciæ Ultrajectenſis, quæ olim fuit Germaniæ ſecundæ, & tota nunc ſub hæreticis eſt; Breviarii Ultrajectini pars æſtiva an. 1508. & 1518. vetus Horarom Directorium ejuſdem Eccleſiæ. Officia propria excuſa an. 1623. Eadem recenti manu exarata, diverſa ab excuſis, Directorium Eccleſiæ Harlemenſis.

Germania, Provinciæ Colonienſis, quæ olim metropolis erat Germaniæ ſecundæ, nunc latios patet; Breviarium Colonienſe an. 1498. item aliud antiquum. Editi an. 1577. juſſu Salentini Archiepiſcopi pars hyemalis, editi vero Ferdinandi Bavari auctoritate pars æſtiva. Breviarium Monaſterienſe 1489. Mindenſe 1516. Leodienſe an. 1520. item pars æſtiva 1514. Novum 1636. item Officia propria 1623. Miſſale 1509.

Provincia Moguntiacenſis, quæ olim caput erat Germaniæ primæ, nunc partem Rætiarum, Vindeliciæ, Germaniæ magnæ complectitur; Breviarium mſ. in membrana, aliud excuſum 1495. 1507. & juſſu Danielis Archiepiſcopi 1570. item Diurnale 1612. Spirenſe excuſum 1478. item 1507. auctoritate Philippi Epiſcopi, & pars hyemalis 1590. juſſu Eberhardi Epiſcopi Erfordianum antiquum. Conſtantienſe an. 1561. Chriſtophoro Antiſtite editum; & Marco Sitico Cardinale 1575. itemque Officia propria ſeparatim excuſa 1636. Breviarium Herbipolenſe an. 1575. jubente Julio Epiſcopo, & pars æſtiva 1507. itemque Officia propria juſſu Philippi Adolphi Epiſcopi 1625. Breviarium Wormatienſe 1576. Hildeſheimienſis pars æſtiva 1516. Argentoratenſis pars æſtiva 1478. Officia propria Eccleſiæ Auguſtanæ 1638.

Eccleſiæ Bambergenſis autocephalæ Breviarium juſſu Viti Epiſcopi editum 1575.

Provinciæ Salisburgenſis, Officia propria Eccleſiæ Salisburgenſis, Viennenſis 1632. Friſingenſis 1627. Ratiſponenſis 1611. Paſſavienſis 1608. & hujus vetus Breviarum an. 1505.

Provinciæ Pragenſis, Officia propria Eccleſiæ Olomucenſis juſſu Franciſci Epiſcopi Cardinalis a Dietrichſtain edita 1630. Urbano VIII. approbante.

Provinciæ Bremenſis, Breviarium Raceburgenſe circiter annum 1506. Breviarii Lubecenſis pars æſtiva.

Dania, Sleſwicenſis Eccleſiæ in Dania breviarium 1512.

Polonia, Cammenſis in Pomerania Eccleſiæ breviarium 1521. Officia propria SS. Poloniæ 1614.

Anglia, Ex Anglia ſolum habeo breviarium Sariſburienſe an. 1499. ejuſdemque an. 1557. recuſi partem æſtivam. Officia propria aliquot Sanctorum Hiberniæ 1620.

Ordinum religioſorum. His ſubjungam Religioſarum familiarum breviaria quę habeo perpauca; breviarium monaſticum Ord. S. Benedicti, Pauli V. auctoritate editum. Canonicorum regularium editum an. 1488. Præmonſtratenſe editum an. 1598. & 1608. Prædicatorum 1555. Officia propria Canonicorum regularium congregationis S. Salvatoris Ord. S. Auguſtini 1613. Canonicorum regularium Lateranenſium, auctoritate Pii V. recuſa cum Notationibus Gabrielis Pennotti an. 1634. Eremitarum Ordin. S. Auguſtini 1627. Minorum 1614. & 1629. Ordinis Servorum D. Virginis 1634. Miſſale militum Rhodiorum S. Joannis 1507.

§. XI. *Menæa & Menologia Græcorum. Rutenorum Kalendarium.*

GEntes reliquas Græcia quondam ſapientiæ ſtudiis ſuperavit, etiam chriſtianæ, quæ tot tantoſque vel procreavit ipſa, vel omni doctrina expolivit, Eccleſiæ Antiſtites, Divinæque Doctores diſciplinæ. Verum exſtincta eſt nunc lucerna ejus. Luxus nempe, morumque diſſolutio, & faſtus illius obſcurarunt fulgorem: *Græcorum Menæa & Menologia* inde in fœdos errores prolapſa ac hæreſes, & quidem, ut ipſum quodammodo obſtrueret ſibi Divinæ miſericordiæ fontem, adverſus Spiritum ſanctum. Tandem immaniſſimæ Turcarum genti in gravem atque acerbam tradita ſervitutem, in magna ut plurimum verſatur nunc honeſtarum artium ignorantia; nonnulli tamen, qui præſertim in Italia litteris dederunt operam, & eruditionis laude excellunt, & orthodoxę ſtudio religionis, ut non ſit gentis univerſę omnino ſalus deſperanda, ubi diuturnis ęrumnis placatum ei fuerit clementiſſimum Numen.

Habuit illa quoque, & prima fortaſſis, habetque etiamnum ſua martyrologia, quę fere *Menæa* aut *Menologia* appellat, quaſi menſtruales dicat, puta faſtos, *antiquum mſ. Romæ,* aut Divinorum officiorum deſcriptiones. Citat Baronius Gręcum menologium, quod a Paulo Sfondrato Cardinale, Gregorii XIV. nepote legendum acceperat, olim Baſilii Macedonis Imperatoris juſſu ante annos fere octingentos, conſcriptum, ipſorumque, quorum in eo elogia celebrantur, Divorum imaginibus ornatum: aſſervatur id nunc in Vaticana Pontificis maximi bibliotheca. Utinam eſſet qui id Latine verſum proferret in *aliud e Sileto verſum.* publicum, aut nobis certe illius deſcriptum communicaret exemplar! Editum eſt quidem ab Henrico Caniſio to. 2. Antiquę Lectionis menologium Gręcorum, ſed

ſed Latine dumtaxat, ex bibliotheca & tranſlatione Cardinalis Sirleti; verum diſcrepat hoc mirum quantum ab illo Baidii, ut elogia quædam inde deprompta, & cum hoc Sirleti collata fidem faciunt. Hoc autem, quod Caniſius edidit, plurimum ſum uſus.

aliud Græce editum Venetiis, Aliud extat, ſed ſuccinctius, μηνολόγιον in Græco libello precationum, qui Ὡρολόγιον inſcribitur. En ejus tibi e Januario ſpecimen: ἡ εἰς τῷ πρώτῳ, ἡ κατὰ σάρκα περιτομὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας τοῦ μεγάλου. 1. *Circumciſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem, & S. P. N. Baſilii Magni Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ.* Subnectuntur quotidie antiphonæ aliquot. 2. *S. P. N. Silveſtri Papæ Romani.* 3. *S. Malachiæ prophetæ, & ſancti Martyris Gordii.* 4. *Synaxis*, vel commemoratio, *Sanctorum 70. Apoſtolorum, & S. Theoctiſti Abbatis in Cucumo Siciliæ.* 5. *Sanctorum Martyrum Theopempti & Theonæ, & S. Syncleticæ.* Eſt illud menologium in epitomen redactum a Chriſtophoro Patricio & Proconſule Mitylenæo, extatque in eodem precum libello. Atque hoc Januarii in eo initium: *Volens circumciditur Chriſtus. Venit enim ut Legem impleret, non ſolveret. Cum eo ſimul celebratur nunc Magnus Baſilius. 2. Et Romanus Papa Silveſter. 3. Et Malachias. 4. Gordius illuſtris. 5. Paulus Thebarum germen. 6. Divinus baptiſmus Salvatoris.* Extat brevius etiam in alio minori Græcarum precationum libello menologion, quaſique Kalendarium. Ita exorditur Januarius. 1. *Circumciſio Domini. & Baſilii Magni.* 2. *Silveſtri Papæ Romani.* 3. *Gordii Martyris.* 4. *Commemoratio Apoſtolorum.* 5. *Theopempti Martyris.*

ejus compendium per Chriſtophorum Mitylenæum,

aliud minus,

aliud a Contio Græce editum. Aliud excuſum Venetiis an. 1535. Græcum menologium citavit, edidítque cum Nicephori Chronologia a ſe recenſita, Antonius Contius, ſed cum Latino Kalendario permixtum, ita tamen ut quidam vacui relicti ſint dies. Specimen hoc eſto in Januario.

A *Circumciſio Domini.*

Περιτομὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας τοῦ μεγάλου:

B Τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου Πάπα Ῥώμης.

C

D

E

F *Epiphania Domini, ſeu Theophania.* Τὰ ἅγια Θεοφάνεια τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

aliud Latine a Genebrardo. Magis cum iis, quæ antea citavimus Græce edita, congruit Calendarium Græcorum a Genebrardo editum ante commentarios in Pſalmos; in quo Januarii hoc exordium eſt: 1. *Circumciſio Domini.* 2. *Silveſter Papa Romanus.* 3. *Malachias & Gordius martyr.* 4. 70. *Diſcipuli & Theretiſtus.* (imo Theoctiſtus) 5. *Theopemptus & Theonas MM. Syncletica.* 6. *Theophania Chriſti, divinuſq; Salvatoris baptiſmus.*

Majora Græcorum Menæa, Sed maximo mihi uſui Græcorum Menæa fuere, quæ Venetiis aliquot voluminibus edita multos quotidie Cœlites recenſent, pleroſque eorum quorum eſt in Latinis Faſtis celebris ab antiquo memoria, tum alios partim ignotos omnino Latinis, partim a Scriptoribus laudatos, non tamen Eccleſiæ Catholicæ martyrologiis inſcriptos. Timide primum ea volvere cœpi, veritus ne quos ſchiſmatis adverſus Latinam Eccleſiam propugnatores Menæis inſeruiſſent: itaque eram affectus animo, ut mallem aliquos præterire, etiam ſanctitate illuſtres, ſed mihi ignotos, quam temere ullum immerito ornare titulo ſanctitatis. Sciebam in veteribus Sanctis minus eſſe periculi, præſertim martyribus, etſi nihil de iis traditum litteris legiſſem; uti multi ſunt etiam in Romano martyrologio, quorum vel exciderunt, vel numquam fortaſſis integre ſcripta ſunt acta. Jam ſi ſunt multi in omnibus fere Occidentalibus provinciis Sancti, quorum nulla in Romano martyrologio memoria extat; quid mirum in Græcia Aſiaque eſſe complures, ubi prius quam in multis occiduis regionibus ſeminata Chriſti religio eſt, multoque martyrum ſanguine irrigata? Verum ubi diligenter examinavi Menæa illa, nullum adhuc reperi inſcriptum, quem conſtaret aut Eccleſiæ Romanæ debitam obedientiam abjeciſſe, aut hæreticis inflatum erroribus. Si qui ulla ratione ſuſpecti fuere, hos omiſi.

a Matthæo Radero verſa, Quamquam hac me ſollicitudine ac metu magnam partem Matthæus Raderus noſter, vir egregie doctus liberavit. Ediderat is quondam pias & jucundas, acceptas fere e Menæis, hiſtorias vitaſque Sanctorum, libellis aliquot, quibus *Viridarii* præfixerat titulum. Adjecit deinde animum ut ea omnia quæ de Sanctis memorantur in Menæis, Latine verteret, annotationibus illuſtrata. Egeram, illius rogatu, cum Balthaſare Moreto ut eas lucubrationes prælo ſubjiceret: reſponderat hic, ſi Auctor in animum induceret, non nudas Divorum hiſtorias Latine edere, ſed integra omnino Menæa recognoſcere, (quoniam obſervaſſe me in iis menda plurima dicebam) eaque interpretari; ea ſe Græcolatine eleganter excuſurum. Non diſplicuit optimo ſeni conſilium, etſi haud fortaſſis pares tanto operi jam vires erant: ſed haud diu ſuperſtes fuit. Penes me etiamnum illius autographum eſt: quo & uſus ſum quandoque, ſed raro, nec niſi ejus verſione cum Græcis exemplaribus collata: ſæpius, atque adeo plerumque, ipſemet ſtylo meo Græca ſum interpretatus. Et erant nonnumquam ea omiſſa a Radero, quæ ſola poterant mihi uſui eſſe: nam cum nihil de geſtis Sanctorum narratur, ſed ſolum expreſſo nomine, diſtichon unum aut plura ſubnectuntur, in Sancti cujuſpiam laudem, hæc fere ille omiſerat; quæ ego ſæpe, quia aliquantulam afferre lucem cenſebam, verti. At quorum Sanctorum deſcripta plenius acta habebam, eorum promere e Menæis compendium nihil attinuit; niſi ſi quid erat in actis prætermiſſum, aliterve narratum.

& Catholico judicio ſano; Illud porro, ut ad id quod cœperam revertar, me ut ſecurius uterer Menæis permovit, quod in præfatione ſua Raderus, qui omnia legit ac diſcuſſit, aſſerit nihil in iis ſchiſmaticum eſſe, nedum hæreticum. Neque, opinor, ſiviſſent Veneti in ſua urbe ea excudi, ſi quidquam continerent rectæ religioni contrarium.

accurata & pia ab Antonio Arcudio, Denique illud plane confirmavit animum, quod excuſum eſt Romæ in ipſo Vaticano Typographio anno 1598. Anthologion Græcorum, a Clemente VIII. approbatum; in cujus ad eumdem Pontificem Præfatione Antonius Arcudius, qui id concinnavit, oſtendit Catholicos etiam Sacerdotes & monachos illis uti Menæis: ita enim cauſſam illius componendi Anthologii explicat: *Qui a ſanctis Græcorum Patribus ad Divinum officium celebrandum, ſacras preces laudeſq; Deo de more perſolvendas ordo inſtitutus eſt, is quidem accuratus & pius, ſed diffuſus itidem ac prolixus, quippe qui viginti fere voluminibus, hoc eſt, Pſalterio & Horologio, Paracletico, Octoico, Anaſtaſimo, Pentecoſtario, Triodio, duodecim Menologiis, Typico & Stichirario continetur. Quo fit ut Presbyteri vel monachi Græci, qui ritu Græco vivunt, & Divinum officium perſolvere tenentur, cum iter agunt vel peregre proficiſcuntur, tot volumina ſecum deferre; quive morbo detinentur, vel alia juſta de cauſſa choro intereſſe impediuntur, illa evolvere minime valeant: præterquam quod tanta multitudine codicum non modo non abundent, ſed frequenter etiam careant, & ideo munus ſuum interdum non recte obire, nec ei competenter ſatisfacere poſſunt; interdum etiam omnino omittere cogantur, excepto unius Horologii, quod apud eos tanquam Diurnum eſt, & deferri facile poteſt, recitatione*; & infra: *Denique quidquid omnino in viginti illis voluminibus ſparſim fuſeq; continebatur, id totum brevius* *quæ in illo Anthologio minus continentur.*

colle-

Digitized by Google


Покро
Пелагіа
Іаковъ
Андроник
Евлампиі
Протасі
Келесі
Лукиан
Аверкиі
Іаковъ
Зинові
Епимахъ
Стахиі

collectum hoc libro uno perſtringitur. Si liber hic, Pontificis Maximi auctoritate in Vaticano cuſus typographio, compendium eſt majoris illius operis, quod multis voluminibus continetur; ipſum arbitror majus opus purum eſſe & ab omni alienum hæretica fraude, quod & *accuratum planeq;* liocere prædicat Pontificem alloquens Auctor ille. Quæ vero in Anthologio habentur lectiones, ex fere ex majoribus illis Menologiis ſumptæ ſunt.

Pontificii probatum,

Eaſdem lectiones, aliaſque minores, imo quæcumque ad hiſtoriam pertinent Sanctorum, ex Menæis ad verbum fere deſcripſit, & in vulgarem Græcam linguam vertit Maximus Epiſcopus Cythereus, & *Βιοι αγιων*, *Vitas Sanctorum*, inſcripſit, excudique Venetiis curavit, omiſſis antiphonis, verſibus, & ceteris, quæ & a Radero in Latina interpretatione omiſſa ante ſcripſi.

Βιοι αγιων Maximi Ep.

Editum eſt ab Antonio Poſſevino noſtro in Apparatu ſacro Ruthenorum Kalendarium, quod tam in Moſcovia quam in reliqua Ruſſia ait in uſu eſſe. Monet autem multos in eo eſſe, *quos non agnoſcimus*, inquit, *ſive quoniam fuere ſchiſmatici, ſive quod eorum vita nobis haud innotuit*. Poterat addere: *vel vitioſus fuit codex, e quo id deſcriptum*; ſunt enim plurima nomina mendoſiſſime expreſſa. Congruit autem in pleriſque cum Græcorum Menæis & Menologiis, uti Græcos ritus univerſim colit Ruſſia. Dabo hic ex illo Kalendario Januarium, ut planum fiat, quod dixi, cum Græcorũ Kalendariis conſentire.

Calendarium Ruthenorum,

ex eo Januarius:

1. *Circumciſio Domini noſtri* Jesu *Chriſti*.
2. *S. Silveſtri*.
3. *S. Prophetæ Malachiæ*.
4. *S. Concilium Theoctiſti*. imo: Synaxis 70. Diſcip. & Theoctiſti.
5. *S. Mart. Theoperti*. Lege, Theopempti.
6. *Epiphania Domini*.
7. *S. Joannis Baptiſtæ*.
8. *S. Domna*. Dominicam vocat Horologiom Græc.
9. *S. Mart. Poluesti*. corrige, Polyeucti.
10. *S. P. Gregorii*. nempe Nyſſeni.
11. *S. P. Theodoſii*.
12. *S. Mart. Tatianæ*.
13. *S. Mart. Hermogenis*. Fortaſſis hic Hermylus eſt.
24. *S. P. Sabæ*. in Sina nimirom.
15. *S. P. Pauli*.
16. *Sancti Apoſtoli Petri*. catenæ videlicet veneratio.
17. *S. Antonii*.
18. *S. P. Athanaſii*.
19. *S. P. Macarii*.
20. *S. P. Euthymii*.
21. *S. P. Maximi*.
22. *Sancti Apoſtoli Timothei*.
23. *S. Mart. Clementis*.
24. *S. Exxima*. imo Xenæ, ſive Euſebiæ.
25. *S. P. Gregorii*. Theologi.
26. *S. P. Sozontis*, forte Xenophontis.
27. *S. P. Euchremii*. imo Ephæm Syri.
28. *S. Mart. Ignatii*.
29. *Trium Sanctorum, id eſt, Baſilii Magni, Gregorii Theologi, & Chryſoſtomi*.
30. *S. P. Chryſoſtomi*.
31. *SS. Cyri & Joannis*.

§. XII. *Syrorum Coptorumque Kalendaria*.

SYrorum Kalendarium edidit Commentariis in Pſalmos præfixum Gilbertus Genebrardus, quod menſe Januario iſthæc propria habet:

Kalendarium Syrorum,

1. *Circumciſio*.
6. *Epiphania, quæ & Luminarium. Ea nocte aqua conſecratur in totum annum*.
7. *Decollatio Joannis Baptiſtæ*.

Antonius Magnus.
Efraim.
Gregorius Theologus. Baſilius Magnus.
Niniviticum jejunium.

Lucas Waddingus to. 3. Annal. Minorum ad an. 1342. nu. 49. ſcribit Fratres Minores, qui Hieroſolymis degunt, feſta Romani Kalendarii celebrare, itemque propria quædam Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, quorum iſthic Kalendarium exhibet pag. 499. Januarius propria iſthæc habet:

Hieroſolymitanum;

14. *S. Malachiæ Prophetæ, ſemiduplex*.
15. *SS. Abacuch & Michææ Prophetarum & Confeſſ. ſemidupl.*
26. *S. Paulæ viduæ, duplex*.
30. *S. Matthiæ Ep. & Conf. duplex*.

In Maronitarum collegio Romæ duo aſſervantur volumina de Vitis SS. an Syriaco, an Coptico ſive Ægyptiaco, an Arabico deſcripta charactere, nondum intellexi. Continent ſex menſes priores, a Thot videlicet, qui fere Septembri noſtro reſpondet, (nam ab eo, ut & Græci, annum auſpicantur) ad Mechir. Optarem ea volumina verti Latine a quopiam, aut illas ſaltem Vitas, quæ ſunt antiquiorum Sanctorum, ante hæreſis Eutychianæ exortum: nam non modo *Dioſcori* Patriarchæ nomen die ſeptimo Toth adſcriptum, ſed & poſteriorum aliquot Patriarcharum, quos non facile eſt omni Eutychianæ hæreſis aut Monothelitarum ſuſpicione liberare: an tamen ut Sancti memorentur, an ſolum res ab iis geſtæ narrentur, & dies quo deceſſeront, ad memoriam poſterorom, certaſque conſignandas temporum notas, haud ſcio. Indicem, ſive Kalendarium, ſex illorum menſium, mihi Athanaſius Kircherus noſter Roma miſit; e quo hic Tybi menſem dabo, cujus primus dies in 27. diem Decembris incidit.

Copticum; hujus ſpecimen.

1. *S. Lydius martyr ſub Maximino. manifeſtatio corporis S. Stephani*.
2. *Gallanicus Ep. m. ſub Diocler.*
3. *Theodas Patriarch. Alexand. Innocentes pueri hodie ſanguinem fuderunt*.
4. *Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ dilecti Domini. Prochorus*.
5. *S. Auxainus m.*
6. *Circumciſio. Obitus Matthæi Patriarchæ. Raptus Eliæ Prophetæ. Baſilius*.
7. *Martianus Papa Alexandrinus. Salbathris Papa Romanus ſub Conſtantino, qui eum baptizavit*.
8. *Dedicatio habitationis ſanctæ, cui præfuit S. Macarius. Andronicus Patriarcha Alexandrinus pater Beniamin*.
9. *Abrahum Gabriel Patriarch. Inſtitutio jejunii feriæ 6.*
10. *Jonathas diſcipulus S. P. Pachomii*.
11. *Baptizatus eſt Chriſtus in Jordane. Apparitionis dies. Anatolius ſub Dioclet. m.*
12. *Theodorus Antiochenus m. ſub Numerio Rege*.
13. *Feſtum celebratur aqua in vinum transſmutata in Cana Galilææ*.
14. *Arſanides*.
15. *Abdia Propheta. Maximus frater Damathii. Gregorius frater Baſilii*.
16. *Philotheus m. Joannes Patriarch. Alexand.*
17. *Maximus & Damathius*.
18. *Jacob Ep. Niſibenus*.
19. *Inventio corporum mm. Bahue, Baſura fratrum, & Anira matris eorum*.
20. *Prochorus unus ex 70. Diſcipulis Domini*.
21. *Hoc die requievit Deipara. Item S. Hilaria filia Zeithon Regis*.
22. *S. Antonii Stellæ terreſtris, & Patris omnium monachorum*.
23. *S. Timotheus diſcipulus S. Pauli*.
24. *Maria Virgo Alexandrina*.

25. Pe-

Digitized by Google

25. *Petrus Publicanus, ſive Telonearius.*
26. XLIX. *mm. Monachi ſeniores, tempore Theodoſii.*
27. *S. Serapion m. Translatio corporis S. Timothei,*
28. *Clemens m. item Aun-Bagam.*
29. *S. Akaſſana.*
30. *Baſcus, Helis, Ghani, & Sophia mater mm. ſub Adriano, vel Gordiano.*

CAPUT QUINTUM.

Lectoribus commendata ab Auctore.

§. 1. *De hoc opere quid Sanctos Auctor precetur.*

AVete Cœli Cives, bellatores fortiſſimi, inclyti triumphatores; & benignos huc, media e pompa æternæ ſolennitatis, vultus vertite, ad homuncionem veſtra undique veſtigantem & coacervantem certamina, ac longi ſitus ſquallore, qua fas fuit, deterſo, producentem in publicum, Vobiſque dicantem. Non poſtulo, hæc legatis nunc ipſi: habetis librum alium (non, ut quidam e vobis dicebat olim, orbem terrarum, rerumque aſpectabilium naturam omnem, quam cum ex edito montis jugo contemplaretur, Dei ſe potentiam ac majeſtatem dicebat admirari, omniſque officium virtutis condiſcere, ut Philoſophorum non requireret ſcholas) alium is nunc, Voſque omnes librum habetis, in quo aſſidue defigitis oculos: in quo Verbum unicum inſcriptum, ſed ſcribenti coævum & conſubſtantiale; Verbum ita efficax, ut per id facta omnia ſint; ita clarum, ut illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum; ita plenum, ut eo Verbo omnis comprehendatur Dei ſapientia. In illum dum intuemini codicem, æterna, ſed nativa, ſplendentem luce, nihil aliunde requiritis ſcientiæ ac cognitionis. Nihil igitur eſt quod vobis nuntiemus inertes nos ac ſtupidi: cum in eo, velut illuſtri ſpeculo, cernere poſſitis, quæcumque uſpiam locorum fiunt aut facta unquam ab unoquoque hominum ſunt. Quid eſt enim, ut veſtrum quidam dixit, quod non is videat, qui omnia videntem videt? Nihil igitur neceſſe eſt, ut vobis veſtrorum civium res geſtas ſcribamus, quas & in Deo perſpicue cernitis, & mutuis colloquiis jucundiſſime celebratis. Nam, ſi non fallimur, eminus auguſtæ illius civitatis mores atque inſtituta ſpeculantes, ita Deum perpetuo veneramini, ut & quæ a ſingulis veſtrum geſta ſunt olim præclare, illius excitante, vireſque ſufficiente gratia, aſſidue prædicetis.

Tamen quia hæc ad veſtram apud mortales propagandam gloriam, veſtræque dilatanda civitatis pomœria, collegi, ut ea ne aſpernemini ſupplex precor. Quidam veſtro e cœtu aliorum olim ſcripſere Acta ſumma pietate; alii hortati quoſdam ſunt ut ſcriberent, ac jam vita functi quidam, ultro Scriptores excitarunt, qui vel ipſorum vel aliorum Acta componerent. Unde argumentum duco minime dubium, acceptum iri vobis, quod & ipſi religioſe egiſtis, & aliis ſuaſiſtis; & ut fiat etiamnum eiſis auctores. Id quia perſuaſum erat mihi, oblatum hunc a Præſidibus meis laborem lubens ſuſcepi. Nam, ut S. Paſchaſius Ratbertus olim in ſimili deſudans curriculo Præfat. in Paſſionem SS. Ruffini & Valerii ſcripſit: *Religioſum ſane credebam obſequium, ac ſanctis Martyribus dignum, ut quorum doctrina vita nobis iter oſtenſum eſt, quorum exemplis ad virtutem inſtituti ſumus, quorum precibus ſalvamur, ac præſidio protegimur; eorum quoque victorias ad noſtræ fragilitatis inſtitutionem, monumentis* insererem, *nec perire per negligentiæ torporem* paterer, *utilem nimis atque ſalutarem cunctis pie legentibus provectum. Si enim veſtis exigua particula, vel modicus reſoluti corporis pulvis, de Sanctorum memoriis comparatus, ineffabile fidelibus præbere patrocinium creditur; quis digne vel explicare vel cogitare valeat, eorum vita virtuteſque quantam ſalutis materiam conferant devotis mentibus, cum replicantur? Inde namque fides firmatur, pietas nutritur, mundi contemptus adſciſcitur, deſiderium ſupernorum generatur, & ut totum breviter dicamus, mors aufertur, vita largitur. Sic enim Salvator, Qui credit, inquit, in me, etiamſi mortuus fuerit vivet. Ad reſurrectionem denique ex mortuis, ad immortalitatis bonam perpetuam, Hiſtoria Sanctorum incentivum eſt ſanctitatis, gradus profectionis, janua perpetuæ contemplationis.*

Verum quam me hæc provocabat ſanctiſſima illius Corbejenſis Abbatis adhortatio, tam alterius ex eadem hac noſtra Belgica ſapientiſſimi Abbatis Bonæ-Spei Philippi ab Eleemoſyna terrebat cautela, in epiſtola de vita S. Amandi ad Hugonem Abbatem: *Qui Beatorum*, inquit, *prædicare mores, explicare vitam, retexere geſta diſponit, ſic expedit vivat ut loquitur, & factis oraet quod oratione commendat; ut vocis propriæ teſtimonio redargutus, imitatione non approbet, quod aſſertione proſequitur.* Tum illa, fateor, præclara virtutis exiſtit prædicatio, ſplendida, efficax, digna Sanctis, cum Sanctus de Sanctis ſcribit, ut de S. Bonaventura S. Thomas Aquinas olim pronuntiavit. Non inficior, quod quidam argutantur, fieri poſſe ut ſtrabus ac gibboſus pictor ſpecioſas imagines efformet, quia nimirum ars, qua præſtat, nihil vitii habet. At mihi, qui non tam pingo ipſe, quam ab aliis picta, a vobis ipſis pleraque, profero in lucem; & veluti venum expono, ſi morum depravatione ac fœditate turpificatus nunc me ingeſſero, verendum merito eſſe video, ne & qui hæc comparaturi lecturique accedent, avertantur; & qui ea olim ſcripſerunt, geſſerunt, tam abnormem ſint præconem repudiaturi.

Quare vos oro obteſtorque, Sancti, ut gratiam mihi a Deo impetretis, qua mores ipſe meos ad illius voluntatem, veſtra exempla, conformem; hoc majorem ad bene apteque ſcribendum facultatem divinitus conſecuturus, qui ſanctius vixero. Eja optimi Cœlites, voluiſtis hic optime omnibus, ne ergo reſpuite veſtrum ultro implorantem auxilium, ſeque nihil non impetraturum patrocinio veſtro confidentem. Erit illa Deo grata, vobis honorifica, ceteris fructuoſa laudatio mea, ſi veſtræ vita mea quam ſimillima extiterit. At præſertim cum me Imperator veſter ex hac evocabit vitæ ſtatione, providete ne imparatus deprehendar: extremum cum hoſte certamen ſecundate; precibus auxilioque, ut ſi non veſtris triumphis æqualem gloriam, poſſim tamen certe e vita decedens aliquā ſperare lætitiæ partem veſtræ: nec ſit qui coram ſeveri Judicis tribunali audeat accuſare, talibus fretum advocatis; aut ſi, ut eſt impudens adverſarius meus, qui omnium veſtrum fuit, diabolus, ita eum reprimatis rogo, nihil ut moliri ultra audeat, ſed continuo mihi vindiciæ dentur ſecundum libertatem illam auream, illam veſtram, filiorum Dei; atque in cœli Capitolia inductos, in veſtrum admiſſus ſenatum, coram gratuler vobis, atque in ſempiternum jucundiſſima celebrem prædicatione, quæ hic quaſi denſa in caligine vix tenuiter aſſecutus ſum, veſtrorum præconia laborum. Ac vero, non dico ſi mereor, (ſcio non meritum hactenus) ſed ſi vere, ſi ſerio, ſi cordate id vos precor, uti vos mihi teſtes eſtis, ſuggerite Regi, *ut educat me de iſto carcere*, & veſte indutum nuptiali adſtare ſibi jubeat. Delectatur, dicite, noſtris ille tropæis, nec ſatis ea nunc capit; da ei Domine luculentam gratiam, qua mox & a macula omni noxæ cujuſcumq; expietur, & tuis ſeſe juſſis accommodet: tumque e tenebris illis miſerrimorum temporum eductum, inſere cœtibus noſtris, ut hæc melius perſpiciat, diſertius jucundiuſque concelebret.

Atque interim dum illa differtur ſpes ac votum meum,

Margin notes (left): Sanctis Auctor [illegible] — omnia in Deo videntibus, — Ut tamen acceptum ſit hoc opus ſperat, — Ipſorum exemplo ſuſceptum, — [illegible] utile;

Margin notes (right): Joan. 11. 25. — præſertim ſi ipſe ſanctius viveret, — exorat, ut ſibi gratiā impetrent, — adſint in morte — & judicio

juvent in hoc opere;

meum, hæc etiam in opere, quod ad laudem veſtram, Deique gloriam ſuſceptum eſt, opem ferte. Scitis multa latere, plurima ſcripta non eſſe. Imo dicebas tu olim S. Ignatii (dabunt enim hanc mihi veniam glorioſi collegæ tui, ut te Patrem meum nominatim compellem, qui legendis Sanctorum hiſtoriis ad ſtudium virtutis Deique amorem quondam fuiſti revocatus, & fortaſſe nobis filiis tuis hanc ut mentem Deus injiceret effeciſti) dicebas, inquam, ſi non alia Sancti cujuſque fuiſſent decora virtutum, donorum cœleſtium præſidia, opes meritorum, quam quæ ſunt tradita litteris, nequaquam tanti te illos, quanti faceres, eſſe facturum. Utinam ad hæc eruenda exponendaque calamum meum tantiſper beatiſſimi illius cœtus veſtri mediaſtinus aliquis regeret, (non poſtulo ut aſpectabilis, neque me dignum cenſeo; ſed tacito quodam afflatu ac præſidio) quanto citius, accuratius, aptius cuncta aſſequerer explicaremque! Favete igitur atque opem ferte certamina veſtra triumphoſque edenti. Curate ut quæ apte ſcripta ſunt olim, reperiam; ſpuria a legitimis ſecernam; digeram concinno ordine ac methodo omnia; & ſiqua ſunt obſcuriora, accommodate ea explicem ac dilucidem.

adjutoribus hujus operis gratiam impetrent,

Eos vero homines, qui mihi ad hæc ſtudia opem ac ſubſidium ferunt, arcano urgete hortatu, tegite patrocinio veſtro, ornate donis cœleſtibus. Domeſtico huicce meo & aſſiduo adjutori ac ſocio Ἀγιογραφῷ, eadem quæ mihi popoſci, cumulate tribuite. Ceteri, qui ſuos codices commodarunt, qui obſervanda ſuggeſſerint, qui alia quavis ratione conatus meos promoverint, mercedem hic ut a Deo percipiant, atque æternam in cœlis, providete; utque quamplurimi ſimili me auxilio ſublevent, brevi ut conſummare hoc opus queat.

& lectoribus,

Denique iis etiam, qui ſolum hæc legent, impetrate à Deo ad veſtra conſectanda exempla ardorem animi, ac lumen cœleſte, ut intelligere valeant, quam bonus ſit Dominus, quam munificus; quam fructuoſum ſit illi famulari, quam honorificum ac regium. Efficite ut ſentiant quod ſit decus caſtitatis, quanta eleemoſynæ emolumenta, qui ſplendor patientiæ, quæ ſecuritas obedientiæ: ut pervideant quæ mundi contemptum, rerumque omnium, quas vani homines ambiunt, abdicationem conſequantur bona: quam Deo nixum numquam illius bonitas fruſtretur, quam certo eum præſidio tueatur, quam ampla mercede muneretur: utque demum ceterarum virtutum, quas coluiſtis, quam jucunda ſit, quam utilis, quam glorioſa exercitatio, pervideant, & in eam ſedulo incumbant, eoque pacto honorem veſtrum ac Dei gloriam nitantur aſſidue propagare.

§. II. *Quid eruditos lectores Auctor poſtulet.*

Ipſe nec reprehendi renuſat,

Viri eruditi, ſi qui hæc in manus commentaria ſumetis, ſalvete; & porro paucula, ni moleſtum eſt, quæ vos velim rogatos, auſcultate. De me primum utcumque viſum erit ſentite. Si inertem, ſi hebetis ingenii, ſi non ſatis accuratum, ſi deſtitutum pleniore diſciplina optimarum artium, ſi judicio neutiquam acri ac ſolido præditum, judicaveritis; neque a vero aberrabitis, neque eam ut vobis opinionem evellam laborabo. Scio quidem eum ab omni retro memoria inveteraſſe morem, ut facile Scriptorum opera, etiam non lecta damnentur, ipſique ſugillentur Scriptores; eo perverſiore quandoque præjudicio, quod unde iis commendatio poterat accedere, ab ordine, in quem cooptati ſunt, piorum graviumque hominum, inde invidiæ, odii, maledictorum ducatur occaſio. Ut quod univerſim de Clericis olim Sidonius Apollinaris, id peculiariter de ſe ſuique ordinis hominibus pronuntiare Religioſi quidam poſſint: *Iſta proveniunt Clericis ſi aliquid dictetur auctoribus, qui colubrinis oblatratorum molaribus fixi, ſi quid ſimpliciter edamus, inſani; ſi quid exacte, præſumptuoſi vocamur. Nec facile eſt præterire ſeu ſupercurrere cervices ejuſmodi vituperonum.* Poſſet iis, qui hoc maledicendi laborant pruritu, illa modeſta ſapientiſſimi Joannis Molani hac ipſa de re monitio opponi: *Precor te*, inquit, *Candide Lector, ut in hiſtoriis Sanctorum legendis, atque aliàs ſemper, tardus velis eſſe & modeſtus in reprehendendo. Procul abſit ab hæreticorum ingenio, qui, teſtibus Petro & Juda Apoſtolis, quæcumque ignorant, blaſphemant.*

nec laudari cupit:

Verum nec iſta quidem uti cupio defenſione. Neque ulla oſtentatione adductus hunc laborem ſuſcepi, ut metuere ac refellere reprehenſiones debeam. Ac ne poſitam quidem in hocce ſtudio laudis materiam unquam duxi. Nam Vitas colligere diligenter, etiam qui tenui ingenio, judicio, ac doctrina præditus eſt, poteſt: digerere jam collectas, expendere, examinare poterat alius quivis longe quam ego felicius, præſertim qui religioſius inſtitueret vitam ad Sanctorum normam, eorumque ſibi opem emereretur.

cur ſuum præfixerit nomen:

Nomen ipſe huic operi an præfigere meum vellem dubitavi. Nam quod Vitæ ſingulæ ſuum habebent auctorem, videri poteram nequaquam illo teneri Eccleſiæ decreto, quo vetatur ne qui libri emittantur in lucem niſi auctoris præfixo nomine, & majorem fortaſſis Vitæ ipſæ obtinerent auctoritatem, ſi *Vitæ Sanctorum ab antiquis compoſitæ Scriptoribus* edi dicerentur. Sed ut aliter facerem, partim Majorum judicium perſuaſit, partim ea formido, ne neſcirent, qui volent multa forte ad hujus abſolutionem operis ſubminiſtrare, quo ea, & ad quem mittere deberent. Deinde vero, quia plurima a me partim ex variis obſervata collectaque auctoribus, partim ex propria adjecta aut explanata ſunt conjectura, uti explicationes, annotationes, præviæ diſſertationes; verendum erat ne quis illa vel tribueret ipſe perperam antiquis Scriptoribus, vel falſo a me tribui criminaretur.

Lectores rogat ut moneant, ſicubi erravit;

Hoc igitur ita conſtituto, ſi quid hoc in opere vobis præclarum videbitur, id veterum eſt, iis impertite quam merentur laudem. At me ſicubi conjectura fefellit, ſi non ſum ſcriptorum ſententiam probe aſſecutus, ſi adulterinum aliquod ſcriptum pro legitimo ſuſcepi, ſi reſpui quod rectum erat & purum; date veniam & me admonete. Habebo gratiam: & ingenue quidquid illud erit, ut jam in voluminum horum appendice feci, retractabo. Non potui ſemper omnia, quæ ad ſingulos Sanctos ſpectabant, nanciſci, luſtrare, examinare: ſæpe profana hiſtoria provinciarum & urbium, in quibus geſtæ res erant, non ſuppetebat. Denique quæcumque erroris cauſa fuerit ac modus; viam monſtrate erranti.

non correcturus,

Non pudebit pedem referre: qui ultro obteſtor Lectores omnes, ut faces ſuæ eruditionis præluceant incedenti per obſcura antiquitatis ſepulcra. Qui enim poſſum non cupere verum videre? aut qui id poſſum ſemper videre, ſi quandoque defoſſum, occultatum, mendaci oblitum tectorio ſit? Aut cur me pudeat corrigere quod perperam ſcripſerim, cum magnus ille Annalium Scriptor, in iis, atque ipſo etiam martyrologio, a ſe tanto ſtudio & cura recognito, poſtea quædam reperit quæ emendanda cenſeret; quod & nuper Pontificis Maximi auctoritate perfectum eſt? Quid, quod in ipſo quoque publicarum precum Breviario, diligentiſſime concinnato, tamen nuper emẽdata ſunt quædam?

ut ante alii:

ut Acta SS. quæ non vident communicent,

Deinde precor omnes, ut quæ me fugerunt veterum ſcriptorum monumenta, Acta Sanctorum, Latina ac Græca, ſuppeditetis. Profitebor palam unde acceperim, ut veſtræ vobis & benevolentiæ in communicando, & in eruendo eruditionis laus conſtet. Theſauri abſconditi quæ eſſe utilitas poteſt? Solet Reſp. inventos theſauros ſibi vindicare, etiamſi veriſimile ſit a privatis eos olim fuiſſe defoſſos: vos eum qui publicus olim fuit ſupprimetis, & perdi ac diſſipari ab rudibus poſteris veſtris ſinetis potius, quam ut publicæ rei emolumento

edi

ſibi veſtris? Vidi certe nonnullos, qui etiam infimis precibus induci ſe non paterentur, ut ad breve tempus commodarent manu exaratos codices ſuos, unde deſcribi Vitæ aliquæ poſſent; eos poſtea typographis ac bibliopolis venderent diſcerpendos abolendoſque, vili lucello Sanctorum gloriam, emolumentum ſpirituale ceterorum, poſthabentes. Redemi ipſe nonnumquam jam ex parte diſcerpta volumina. Expono tamen quandoque, cujus illa collegii vel conventus aut familiæ fuerint, ut ſaltem majoribus honorem ſuum redhibeam, quod ſcribi curarint, quem ſegnes invidique poſteri non merentur.

At non omnium ea eſt indoles: multi rogati libenter ſua communicarunt, multi ultro nec rogati miſerunt, alii indicarunt quæ haberent, parari vel deſcribere, vel minimum facere deſcribendi copiam. Iis & ego gratias habeo, &, qua ſolum licet, commemorando beneficio conor referre, & propitios iis fieri Sanctos precor, ac mercedem iis ſuæ caritatis & benevolentiæ tribui ab eo qui in Sanctorum ſuorum honoribus honoratur. Ne ſinite, quæſo, veſtra ſitu & pulvere conſumi: ne ſervate incendio aut hoſtili populatione diſſipanda, cum prodeſſe & vobis & aliis plurimis poſſint. Neque difficile erit litteras ad me in hanc urbem mittere, ad quam ex omni fere orbe terrarum aſſidue veredarii appellunt. Si me interim alio Præſidum juſſa, quæ mihi ut Divina imperia capeſſere fas eſt, ablegarint, at non difficile erit mihi ea hunc accipere. Si cui modus idoneus deſtinandi quæ cupit minime occurrat; poteſt in vicina ſibi urbe aliqua noſtri Ordinis hominibus litteras tradere, & rogare, ut vel huc, vel ſaltem Romam ad noſtros mittant, facile deinde huc perferendas.

(quod multi fecerunt;)

& facile ad eum mitti poſſunt:)

Neque ſolum ut ineditas adhuc Vitas ſubminiſtretis rogo, ſed & ſi quæ exteris in regionibus excuſæ ſunt a viris doctis; ſi quæ alia extant monumenta, lucem ſtudiis meis allatura. Tum illud vos unice obteſtor, ut ſi quæ martyrologia, præſertim antiqua, & a vulgatis Uſuardi, Adonis, Bedæ diſcrepantia occurrerint, ea ut communicetis, aut ſaltem ſuggeratis. Quantum illa mihi attulerint utilitatis, imo publico, perſpiciet qui noſtra hæc leget. Quæ ſi negligantur, eveniet fortaſſis ut Cœlitum non paucorum penitus oblitteretur in terris memoria. Citat Jacobus Pamelius in ſcholiis ad 22. S. Cypriani epiſtolam Guilielmitarum Brugenſium mſ. martyrologium, quod modo apud eos non extat, atq; ex eo quædam producit, quæ in nullo alio martyrologio adhuc reperi, ut ad menſem Februarium dicam. Baronius quoq; mſ. martyrologium monaſterii S. Cyriaci citat, alia Galeſinius. Latent alibi alia, quæ vel lucem poſſent afferre illis quæ habeo eorumdem forte auctorum, quæque edere aliquando cogito; vel ipſa edi ſeparatim: aut ſaltem ex iis Sanctorum vulgo ignotorum hauriri notitia poſſet. Neque enim in moderno Romanæ Eccleſiæ martyrologio, ut fatetur Baronius cap. 8. libelli de martyrologiis, omnium inſcripta Sanctorum nomina ſunt, nec uſpiam in uno aliquo. Recte enim Molanus abyſſum quamdam cenſet futuram, ſi quis de omnibus Sanctis vel breviter loqui voluerit.

ac mſſ. Martyrologia,

Illud quoq; Lectores rogo, ut ſi quo in loco Sanctorum interceſſione miracula patrentur a Deo, ea ſi conſignata ſunt litteris, communicent qui nacti erunt: ſolere enim etiam illa quondam diligenter conſcribi, atq; ab iis qui Sanctorum opem erant experti, dari libellos, qui morbi ac curationis modum diſerte continerent, tradit S. Auguſtinus lib. 22. de civit. Dei cap. 8. Si quæ ad locum quempiam translatæ Sanctorum reliquiæ, eſtque ejuſmodi translationis deſcripta hiſtoria; ſi quæ ad eorum honorem inſtituta ſodalitia, templa, monaſteriave condita; ſi qui fontes, fructuſve, aut res aliæ, eorum meritis, ceteris ſunt mortalibus ſalutares; ſi quid eſt aliud denique, quod de Sanctis ullis extet, vel ipſis honorificum, vel hominibus utile; ne ſinite, obſecro, id a me ignorari, atque in hoc de Sanctis opere prætermitti.

miracula,

Translationum hiſtorias,

Denique ſi quæ in hiſtoriis ad Sanctos pertinentia obſervaſtis, vulgo non animadverſa; ſi quæ Acta ſpuria, qualia etiam antiquiſſimis temporibus quædam fuere ab ineptis hominibus conſcripta; ſi quid circa Sanctorum ætatem, patriam, res geſtas, habitos iis honores, ſcripta eorum, aliorumve de iis; hæc ſi ſolicitoſe ſuggeſſeritis, gratiam habebo. Sin erit, qui ſuas illas expolire & edere lucubrationes malit, omnino id ut faciat hortor: nolo, niſi id ipſe probet, præcerpere quidquam: utar, & in opus meum derivabo cum ediderit. Si ſatius duxerit in majori opere meo id quodcumq; eſt publicare, edam lubens illius nomine, ut jam quorumdam inſerui hiſce tomis lucubrationes.

obſervationes circa hiſtoriam ſacram.

Agite viri eruditi, capeſſite præclarum illud & laudabile ſtudium, ſaltem cum otii tantum Reſp. vobis atque officii veſtri ratio permittit. Quidam nummos veterum, inſcriptiones ſepulcrorum, arcuum, rerumque aliarum, Deorum etiam ipſorum imagines conquirunt, eruditis obſervationibus illuſtrant, eduntque in lucem. Mihi credite, major hic honos, & apud mortales ipſos, qui quidem recte de rebus ſentiunt, & apud Sanctos, qui qua in re ſit vera dignitas ſita, vel ſoli, vel optime intelligunt. Majus luculentiuſque pretium opera referetis, non inanis gloriolæ, quam tribuerent fortaſſe vobis ii, a quibus nec laudari pulchrum cenſeatis; ſed illis e lucubrationibus & cultus amplificabitur Sanctorum, & multorum ad complectendam virtutem ſtimulabuntur animi: quibus ex rebus magna ad vos redeat utilitas neceſſe eſt. Scio eos plerumque qui ſtylo valent, eniti ut eo ſplendorem nominis comparent, favorem Principum, ampla in repub. munia. Sed ne dubitate, Sancti, quibus ſtylum dicabitis veſtrum, plenius munerabuntur, perenni mercede.

ad quas colligendas, & vel hic vel ſeparatim edendas hortatur;

At quibus edere ſua animus non eſt, ii ſaltem quæ de Sanctis repererint, erueruntve communicent. Cum martyrologium Gallicanum componere aggreſſus eſt Andreas Sauſſayus v. cl. litteras dedit, ut ipſe teſtatur in Apparatu ad idem martyrolog. cap. 26. ad omnes Chriſtianiſſimi illius regni Cathedrales Eccleſias, quibus inſtituti operis meditationem ſignificavit, & Antiſtites alioſq; viros primarios rogavit, ut *ſubſidia quæ Deus ipſorum in manibus collocaſſet, pro ſua in Deum ipſum eximia pietate, in Sanctos imperii illius tutelares ſingulari devotione, ſuoq; in communem matrem, Galliam nimirum, amore, impertiri dignarentur.* Et *accepta quidem fere ubique fuerunt*, ut ait, *ex littera cum favore; dataq; undique ferme reſponſa, cœpta ut perſequeretur intento animo hortabantur. Votis Præſules Proceresq; Cathedratici ſtatim aſpirabant. Opem omnes pollicebantur: nonnulli uberem & promptam; alii, qui combuſta ſuperiori ſeculo ſacraria Eccleſiaſtica deplorabant, nihilominus quas ex cineribus poſſent eruere reliquias, ſacra antiquitatis indices, ſe collecturos atque ocyus tranſmiſſuros promittebant; interim commonefaciebant ut viriliter ageret. Verbis potiores ſteterunt, ſupraq; ſpem nonnulli plura quam expectabat præſtitere. Pauci fuerunt admodum, qui promiſſam opem pro viribus non impenderint. At qui non tranſmiſerunt ſuppetias, excuſatoriis plerique litteris cauſas (ut plurimum petitas ex archivorum direptione) prodidere.*

ſperat ſe que hic rogat conſecuturum ut alii in ſimili ſtudio.

Confido fore quamplurimos, non modo ex eadem humaniſſima Gallia, ubi ſane ejuſmodi ampli & illuſtres extant theſauri, ſed & ceteris ex provinciis, qui pari benevolentia ſuppeditent quæ habent vetera monumenta, non tantum ad ſuarum provinciarum, Eccleſiarum, cœnobiorum, quorum egregia lumina producuntur, laudem, ſed ad Dei potiſſimum gloriam augendam; Sanctorumque honorem, & ad horum conciliandum ſibi patrocinium.

§. III.

by Google

§. III. *Ab heterodoxis Auctor quid poſcat.*

FRatres. Non eos amabili hoc compello nomine, qui cum guſtare debuiſſent quam bonum & jucundum ſit habitare fratres in unum, maluerunt ſequi deſideria erroris, & profugi e cœnobiis abjecto cucullo, qui innocentiæ retinendæ iis perpetuus hortator eſſe poterat, carnis voluptatibus qua poſſent indulgere. Hi, cum matrem omnium Chriſtianorum Eccleſiam, a qua & ipſi, & eorum proavi olim, Chriſto per baptiſmum generati ſunt, turpiſſimam meretricem, ejuſque filios ſanctiſſimos monachos, quorum prædicatione fidem olim Angli, Batavi, Nortmanni, Germani, & alii ipſorum majores, edocti ſunt, Antichriſti miniſtros appellare non erubeſcant; cum bella ferere interneciua per omnes late gentes conentur; cum virulentis maledictis Principes Chriſtianos, ordinatas a Deo poteſtates, inſectentur; cum in omnes convicia evomant, cum Chriſtianam caritatem, quæ ſignum eſt filiorum Dei, oderint; *Fratres* tamen dici volunt, & *Fratres in Chriſto* appellant gregales ſuos. Hi ut Sanctos ipſos ſcurrili ſua petulantia inceſſunt, hoc etiam allatrabunt & mordebunt opus meum. Latrent ut volunt, & omnibus id ſannis irrideant. Non eſſet difficile eorum retundere ſtoliditatem; verum iis non ſcribimus, eorum judicia nihil moramur, quorum deſperata prope eſt ſalus.

Heterodoxos, non miniſtellos apoſtatas,

Ad vos meus hic ſpectat Sermo, qui vel temere horum perſuaſione decepti ineptorum magiſtrorum, vel inter perverſe ſentientes educati, a teneris unguiculis ſiniſtras imbibiſtis de rebus Divinis opiniones; non ita tamen obfirmaſtis animos, quin ſi errare vos, certo intelligeretis, velletis illico pedem reflectere. Habetis certe quidem dubitandi ſaltem & de veritate ſerio inquirendi occaſionem, cum non neſciatis contra ſentire tot provincias, quæ acceptam a majoribus religionem inviolatam tuentur, inque iis tot verſari noveritis doctiſſimos atque integerrimos viros, qui ſcriptis libris, & palam tradenda doctrina, & reliqua vitæ ratione, eadem ab Apoſtolicis temporibus ſervata fidei myſteria perſuadent. Verum ſi ad illa fortaſſis nomquam cogitationem applicueritis, ſumatis tamen aliquando hos in manus libros, vel antiquitatis ſcrutandæ gratia, vel quoquo modo explendæ curioſitatis; illud vos rogo, ut advertere tantiſper animum velitis.

ſed alios minus obſtinatos, errare tamen ſuſpicans,

hortatur Auctor,

Perſpicietis, non hiſce tantum poſterioribus ſeculis, ſed ab exordio noſtræ religionis, Romani Pontificis in definiendis fidei dogmatis, atque omni quæ de fide oriretur controverſia dijudicanda, ſupremam, & ſacroſanctam fuiſſe auctoritatem: ejus nutu indictas ſynodos generales, ejus probatas judicio; ceteras omnes partes Chriſtianæ Reip. ejus conſilio fultas firmataſque. Intelligetis venerationem invocationemque Sanctorum primis etiam illis heroicis temporibus uſitatam; eorum reliquias honorifice conditas, ſervatas: bonorum operum ſemper exercitationem viguiſſe: nullum imputatæ illius ſanctitatis, quam vobis veſtri illi rabulæ inculcant, veſtigium. Neminem reperietis ex omni retro antiquitate ita furioſum, ut Deum, quæ vetat ac plectit flagitia, diceret ut fiant providere ac cogere: neque cuiquam impune ceſſiſſe, quod ea perpetrarit, quantumvis fide eſſet imbutus, niſi una dignos fecerit pœnitentiæ fructus. In Euchariſtia vere ſuſcipi Chriſtum noſtræ ſalutis auctorem diſcetis: confitenda eſſe veteri ritu Sacerdotibus peccata: hos conſecrari debere ab Antiſtitibus, ut ante munus valeant ſuum exequi: inungi ſolere & chriſmate fideles ab Epiſcopis, & a Sacerdotibus moribundos oleo conſecrato, in peculiaris gratiæ, qua hi adverſus diaboli machinamenta in extremo illo vitæ actu, illi adverſus tyrannorum furorem armarentur, ſacramentum. Eamdem denique a principio extitiſſe cognoſcetis in Eccleſia fidei puritatem, eamdem morum diſciplinam, eamdem Eccleſiaſticorum graduum differentiam, eamdem cæremoniarum obſervantiam.

ut Eccleſiæ Catholicæ fidem eamdem, quam nos, omni ævo viguiſſe ex Vitis SS. agnoſcant,

Illud deinde vos hortor, ut cum hæc perſpexeritis Deo animos veſtros colluſtrante, ne corda obduretis, ne temporis emolumenti vanique honoris amittendi metu, regnum amittatis æternum. Habetis hic quæ ſequamini exempla prope innumera eorum, qui quæ ſibi fuerunt lucra arbitrati ſunt detrimenta ut Chriſtum lucrifacerent; qui etiam graviſſimos cruciatus corporis pertulere, non modo facultatum & dignitatis jacturam, ne agnitam veritatem proderent. Sed & Dei vobis licebit venerari in iis protegendis providentiam, in eorum muneranda virtute liberalitatem. Illi vos date, date veritati manus, & quam illa præſcribit vitæ ſanctimoniam amplectimini.

& agnitam veritatem profiteantur,

§. IV. *Quid pios Lectores roget Auctor?*

VOs mihi volo operis mei Lectores. Vobis præcipue ut prodeſſem, hunc omnem laborem ſuſcepi. Sancti ſcriptione non egent: eruditi quidam non multum; quidam etiam volvere hæc nolent, quia dictionis elegantiam conſectantur, cujus ante profeſſus ſum minimam mihi fuiſſe curam. Vos qui theſaurum quæritis, non capſæ, qua latet, ſplendorem, libentius hæc, ut ſpero, legetis: neque illud penſi habebitis, an vile ſit opertorium, quo pretioſum quod quæritis virtutum involutum eſt monile; an vilis concha, quæ unionem concludit? Vobis ut ſervirem, ne quid eſſet ubi ceſpitaretis, annotationes, præfationes, aliaque adjeci; in quibus docti quidam inutilem poſitum eſſe laborem cenſebunt. Et fuerunt, ut ante ſcripſi, qui indignum viro erudito arbitrarentur, adeo multa, & forte obvia, annotare. Primum ego me illorum, dederim quibus eruditorum appellationem, ſecernam numero; dein contemnam ut proſim non abnuam. Scio vobis nec inutile, nec injucundum fore, noſſe ubi ſita ſit urbs quæpiam cujus mentio occurrit; qua ætate quæ narrantur geſta ſint, quo die colatur Sanctus quiſpiam: Ipſi hæc olim, minus adhuc in hoc ſtudio verſati, requirebamus nonnumquam. Et quis noſſe aut meminiſſe omnia poteſt? Nec ii quidem ipſi, qui hæc reprehendunt.

Piorum hominum gratia hoc ſcriptum opus.

adhibitæ Annotationes, &c.

Vos vero nunc hortor, ut quorum illuſtria hic certamina legitis, religioſe veneremini Sanctos, caſta prece, ac ſtatuis, imaginibus, ſacellis eorum honori poſitis, modiſque aliis, quos Chriſtiana probat devotio, & ſua cuique ſuadebit pietas. Solent quandoque, Dei nutu, certis ætatibus quorumdam reperiri & honorifice transferri Sanctorum corpora, ac tunc fere novis decorari miraculis, ut populorum iis virtus inflammetur. Fortaſſis & quorumdam hominum idem benigniſſimus mundi Rector mentes impellit, ut eorumdem Divorum Acta deſcribant, expoliant, evulgent, ut multorum adverſus eos accendi religio queat. Utinam vel illum feram fructum lucubrationum mearum, ut uni ſaltem e glorioſo illo Cœlitum cœtu meritus mea opera redhibeatur honos; ejuſque concilietur peſſum eunti mundo patrocinium.

hos rogat Auctor ut Sanctos honorent,

At nullum Sanctis gratius erit obſequium veſtrum, nullum acceptabilius donarium, quam ſi eorum beneſacta imitemini. Habetis omnium virtutum plurima & clariſſima exempla. Unum ſaltem ſinguli proponite vobis, quod exprimere ipſi moribus velitis. Id ſi evenerit, neque me ſcriptionis, neque lectionis vos unquam pœnitebit.

& imitentur,

Demum vos obſecro obteſtorque, ut pro me precemini Deum ac Sanctos, ut & apte perveſtigare, ordinare,

ac pro ſi orius. nare, dilucidare hæc eorum Acta valeam; & potiſſimum mores ipſe meos ad eorum normam effingam, Sanctorum fultus favore, Divina gratia roboratus: illudque poſtremo aſſequar, ut vobiſcum in Sanctorum aliquando glorioſum contubernium cooptatus, quæ neque verbis explicare, neque ſatis intelligentia aſſequi nunc poſſum, æternum contemplari mentis oculis merear, ac dulciſſimis vobiſcum prædicare ſermonibus.

EPILOGUS, ITERATA AUCTORIS Proteſtatio.

HAEC ADMODUM REVERENDE PRÆLATE, Voſque religioſiſſimi Lætienſis cœnobii Patres, quibus auctoribus, quorum excitatus exemplo, ad hoc elucubrandum opus acceſſerim; quid ſpectem, quo procedam ordine; quam vera hæc ſint quæ trado ac probabilia; qui opem contulerint hactenus, quibus ex fontibus pleraque hauſerim; quid Lectores flagitem, ac Vos præſertim: nam mihi plurimorum inſtar Vos eſtis, quorum & judicium atque eruditionem in ſacris antiquitatibus examinandis, & promptum ſtudium in indagandis, & benevolentiam in communicandis, ſum frequenter expertus. Precum quoque Veſtrarum mihi non defutura ſpero auxilia; quibus ſubnixus & maturius accuratiuſque hoc perficiam opus, & ad imitanda, quæ memoro, Divorum exempla diligentius incumbam. Ac ſane plus in ſanctis illis Veſtris precibus præſidii colloco, quam in quantavis vel induſtria vel contentione, mea aut aliorum. Neque mea hæc me opinio fefellit adhuc. Dicam libere: unum e præcipuis hujus operis in cœlo Patronis, qui vitam mihi, qui vires, qui otium, qui lumen ingenii a Deo impetrent, eſſe cenſeo ſanctiſſimum Veſtrum quondam Abbatem ANTONIUM WINGHIUM. Nec enim poteſt quam hic ita ſancte ſuſceperat mentem, in cœlis mutaſſe, etſi clarius nunc pervideat imbecillitatem meam, & quibus involutus tenebris ſim peccati & ignorantiæ. Et quidem poſtquam ille migravit e vita, viſus ſum mihi quandoque, felicius quam ſperaſſem, allatam undeunde operi huic difficultatem extricaſſe: quod illius patrocinio acceptum tuli; nec vana, ut arbitror, fide. Vos ſpero ab amantiſſimi Parentis vel judicio vel benignitate nequaquam velle diſſentire. Oro igitur, ut precemini identidem Deum, Dei Matrem benigniſſimam, Sanctoſq; omnes, ut hoc ſanciant, curentq; opus a me conſummari; ſed & ſtudia ita conformari mea moreſque, ut plus ipſis ab imitatione quam laudatione mea honoris accedat, mihi ceteriſque mortalibus emolumenti.

Id tamen ita ſuſcipi a Vobis opus meum volo, quod & antea profeſſus ſum, ut HISTORIAM HUMANAM. Si quæ ſunt ex Divinæ Scripturæ libris hauſta quandoque, ſi quæ ex probatis veterum ſcriptis; iis par eſt ſuam conſtare auctoritatem; iis vero quæ ex aliorum hiſtoricorum monumentis, quantam ſinguli merentur auctores. Si quæ a me viſa commemoro, in iis an fidem merear, ii viderint; quibus meæ explorata eſt vitæ ratio. Quæ ante meam geſta ſunt ætatem narranti nolo fidem habeat quiſquam, niſi a quibus ea acceperim, edicam: illis vero credi poſtulo, ſi digni ſunt, ſin minus, ignoſci ſimplicitati meæ, qui improvide crediderim.

Non exiſtimo uſpiam me a ſacroſanctis Summorum Pontificum legibus, decretis Conciliorum, Catholicorum Patrum ſcitis vel latum unguem recedere: in eoque operam pono, ut maxime genuina & probata Sanctorum Acta promam. Si quid tamen aut protuli in lucem, quod non modo in ſolemnibus Eccleſiæ conventibus recitari, ſed nec privato ſtudio a piis hominibus legi, verum perpetuis obrui tenebris Eccleſia volebat, ſi quid temere pronuntiavi ſcripſive non ſatis illius definitionibus conſentaneum; id repudio ipſe ac damno. Neque ſciens ulli tribui *Sancti* ac *Beati* appellationem, cui non eam vel Eccleſiæ judicium, vel majorum pietas, vel antiquorum Scriptorum auctoritas contulerit. Nulla cujuſquam, qui non videatur *per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum virorumque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ vel Ordinarii*, venerationem obtinere, miracula, vaticinia, arcanorum manifeſtationes commemoravi, quæ ſunt nuper iteratis Pontificis Maximi conſtitutionibus vetita. Si tamen peccavi uſpiam imprudens (nam Sanctos Deumque arbitrum mentis meæ teſtor, ſponte id nec feciſſe, nec facturum unquam, etiamſi me millies ea cauſſa mortem neceſſe eſſet oppetere) ſed ſi inſcius uſpiam hoc in genere ſum hallucinatus; moneat eruditiſſimi Religioſiſſimiq; Patres, vel alius quivis veritatis ſtudioſus: corrigam illico: neque hæc ſolum corrigam, quæ tanti ſunt momenti, ſed ſi quid aliud, quantumvis exiguum, circa Chronologiam, topographiam, Acta ipſa, remve aliam quamcumque peccavi, a quocumque cognovero veritatem, continuo retractabo. Æternam Veritatem precor, ut mentes Veſtras meamq; illuminet, & calamum regat; donec perenni nos ſui conſpectu ac fruitione, ſtudiis hiſce & laboribus ærumniſque perfunctos, dignetur.

IN TOMUM



Козма
Акиндин
Архистратига Михаила
Екатерина
1
2
3
4
5
8
9
10
14
15
16
22
23
24
25

NAPOLI

IN TOMUM PRIMUM

DE ACTIS SANCTORUM

MENSIS FEBRUARII

PRÆFATIO

AD AMPLISSIMUM ET ADM. REVERENDUM DOMINUM AC PATREM

GASPAREM ROGER

CELEBERRIMI MONASTERII LÆTIENSIS ORDINIS S. BENEDICTI ABBATEM, EJUSQUE RELIGIOSISSIMUM CONVENTUM.

Obtulimus ante annos complures, Admodum Reverende Domine, Januarium noſtrum, ſive eorum Acta Sanctorum, qui Januario menſe in variarum gentium orthodoxis Faſtis commemorantur, venerabili Deceſſori Tuo D. Thomæ Luytens. Ac futurum tunc ſperabamus, ut non diu poſt Februarium producere in lucem liceret. Vitas quippe plurimas eorum, quorum hoc menſe memoria recolitur, undique collectas, jam conditas in ſcriniis noſtris habebamus: ut id ſolum deſiderari videretur, eas ut recognoſceremus, quibuſque magis eluceſcerent, hiſtoricas obſervationes adderemus. Quam enim inſiſtere cœperamus methodum, eam continuo ſenſimus eruditorum pleriſque probari.

Verum ad opus proſequendum denuo accinctis, plures ſe, quam antea rebamur, undique difficultates objecerunt. Quorumdam enim Divorum Acta ita erant implexa, intricataque a variis ſcriptoribus, qui longo poſt eorum ætatem tempore ea collegerant, ea ſola fortaſſis fama, aut minime certis ſolidiſque monumentis, vel qui ſuo ea judicio temere interpolaverant, ut vix, nec niſi ingenti labore, eo redigere illa poſſemus, ut cum coætaneorum, aut alioquin antiquorum & ratæ auctoritatis ſcriptorum commentariis legitima conſenſione, ceu veritatis vinculo, juncta conſtrictaque eſſe viderentur. Alibi inter ipſos hiſtoricos, qui de Sanctis nonnullis ſcripſerunt, magna nonnumquam circa locum, tempus, aliaque adjuncta, ſine quibus factorum ratio haud ſatis conſtat, cernebatur diſcrepantia, ut quid potiſſimum amplecteremur, non facile eſſet ſtatuere. Alias quæ ad quos Reges (Merovingicæ præſertim apud Francos ſtirpis) provinciæ pertinuerint, paullo operoſius diſquirendum fuit, ut intelligi eorum poſſent Sanctorum Acta, qui in iis provinciis, ſub Regibus aliis quam vulgus recentiorum ſcriptorum exiſtimat, vixerunt. Quorumdam etiam multiplicia Acta, edita antehac quædam, alia adhuc in manu exaratis codicibus recondita; nonnulla ab certis, quorum nomina extent, auctoribus conſcripta, alia ab gravibus quidem & doctis, ſed quorum lateant nomina, nacti eramus: quæ ſi univerſa publicare vellemus, immenſus eſſet labor ſubeundus, ſi omittere aliqua, incertus jaciendus calculus. Multorum Acta, etiam vetuſtiſſimorum, mandata litteris non erant, ut ad ea inveſtiganda, quibus eorum vitæ ratio intelligi poſſet, plurima evolvere Patrum ſcripta oporteret. Imo ipſorummet ſcripta Sanctorum, & quandoque bene multa, perlegenda fuere, ut ex iis vita ipſorum delineari utcumque poſſet. Ita 4. Februarii S. Iſidori Peluſiotæ eruenda fuit ex ipſius epiſtolis Vita: Quædam interea aliæ ſubceſiva opera lucubrationes a nobis vulgatæ. Quid jam occupationes, quas ipſa religioſi inſtituti ratio imponit? quid ſpiritale auxilium, identidem proximis (in hac præſertim actuoſa Domo) variis in rebus, multiplici ratione modoque, adhibendum? Nonnulla quoque (ut eſt naturæ infirmitas) ſtudia noſtra ſunt valetudine interpellata. Denique longius tempus effluxit, quam ſperaveramus, quamque optarant multi viri graves atque eruditi, qui quæ ſcripſeramus ſcribimuſque, ad Dei gloriam bonumque publicum pertinere arbitrantur.

Serus hic tamen fœtus, ut in lucem prodiit, abire ad Vos, ac religioſiſſimæ Lætienſi congregationi, Tibi præſertim, Admodum Reverende Domine, ſiſtere ſeſe geſtiebat; & vero debebat: nimirum fauſtiſſimi velut ſideris ſecundo afflatu, Deceſſorum Tuorum Antonii Winghii ac Thomæ Luytens, favore, hortatu, liberalitate, auxilio, conceptus, ac Tuo. Fortunatum enimvero ſe vel ideo cenſet, quod Te illorum imitatorem ac diſcipulum adire nunc queat, ſanctiſſimo illi cœtui præfectum: qui ſub Winghio Abbate, ante annos 43. religioſum ſtadium ingreſſus; in eo monaſticam diſciplinam ab Thoma Luytens, tironum Magiſtro, edoctus; utriuſque exemplo & adhortationibus, ad omne ſanctimoniæ decus, ſecundum S. P. Benedicti Regulam, & Venerabilis, Patris itidem Veſtri, Ludovici Bloſii Statuta, ſis conformatus. Non referemus hic, quam ſemper fueris, ex eorum inſtitutione, ſilentii atque clauſtralis ſeceſſus, religioſæ quoque paupertatis, & præſertim obedientiæ, diligens ac ſeverus cuſtos. Quarum tamen virtutum exercitatio apud veros honeſtarum actionum æſtimatores majorem Tibi gratiam & honorem peperit, quam (quæ merito, cum omni ſpe ſeculi, dudum ſpreviſti) vitæ ſplendide inſtituendæ, quibus parentum circumfluebat domus, præſidia: quodque germanus Tuus diu geſſit, in ampliſſima & quondam regia urbe Tornaco, perquam honorificum Senatoris munus.

Jam ſi recenſere velimus, quæ in cœnobio officia geſſeris, quanta cum omnium commendatione; primum illud occurret, quod ſecularium hominum judicio tenue fortaſſis videri poterit, ſed non tenuem tibi cœleſtis gratiæ quæſtum attulit, ma-

gnam etiam apud domeſticos virtutis non raræ opinionem; quod communis horti procurandi Tibi impoſitum munus, tanta ſubmiſſione ac diligentia geſſiſti. Dein eximia caritate, animique alacritate, domeſtico noſocomio præfuiſti. Vidimus ipſi, quanto tunc nitore & cura eſſet hoc compoſitum: etſi nulli eo tempore illic ægri erant, vel Tua ſollicitudine præveniente ac propulſante morborum cauſſas, vel id largiente Deo Opt. Max. ut quicumque Lætias incolebant, in lætitia & vacuitate corporalis moleſtiæ, jugum monaſticum læti portarent. S. Doſithei ſub S. Sindone Abbate, Sanctoque Dorotheo inſtitutore, viſus ſane tunc nobis es induſtriam obedientiæque ſimplicitatem, pari in munere, præclare exprimere.

Deinceps ferale ab vicinis Gallis exortum eſt bellum, quod tum extremam illam Hannoniæ, quam incolitis, partem haud leviter concuſſit, tum religioſiſſimum veſtrum cœtum recipere ſe Montes, urbem provinciæ illius primariam, coegit, ubi majori quiete in res divinas incumbere, ac religioſæ vitæ munia exequi liceret. Ad ipſius tamen monaſterii cuſtodiam deſignari virum aliquem prudentia & robore animi inſignem oportebat; ne ea quæ ibi relicta erant, vel publici prædatores diriperent, vel occulti ſurunculi compilarent; aut etiam moles ipſa ædificiorum, niſi ſarta tecta curarentur, ſenſim labefactata decideret. Ad eam rem Tu potiſſimum delectus es; planeque feliciter rem Lætienſem Oeconomi titulo per annos ſeptem adminiſtraſti, cum aliquot conventus Veſtri Religioſis.

Inde Montes revocato impoſitum eſt munus Prioris. Eo autem per aliquod tempus ſapienter ac proſpere geſto, intereaque Venerabili D. THOMA LUYTENS vita functo, Abbas es, magno Tuorum conſenſu, Principumque & populi univerſi approbatione, renuntiatus. Si nobis de Te cum alio potius quam Tecum eſſet ſermo; libere ac veriſſime oſtenderemus, quæ ſunt a Spiritu ſancto Eccleſiaſtici 32. præſcripta, a Te præclare eſſe obſervata. Nam poſtquam Tui *Rectorem Te poſuerunt, non es elatus: eſque in illis quaſi unus ex ipſis. Curam illorum habes.... ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam.* Quamquam enim vulgo diſſimulent Tui, domeſticorum, etiam Præſidum, laudes, ob ſingularem ſuam modeſtiam, ne earum partem aliquam in ſe oblique derivare velle videantur; erumpunt tamen, ac ſe ſuo produnt lumine, etiam quæ abditiſſimo ſeceſſu ſtudioſe occuli quodammodo videntur virtutes Tuæ. Neque ignorant etiam externi, quanta Tu quoque modeſtia ac ſimplicitate converſeris inter Tuos, quam ſincere ac fraterne abſque fuco ullo ac ſimulatione: qualem etiam, quamque exactam geras monaſticæ diſciplinæ curam: quo zelo religionis inflammatus, eadem omnia divini cultus officia, domeſticarumque exercitationum munia, æque obſervari jubeas in Montenſi refugio, atque antea cum integer cœtus Veſter Lætiis ageret: quod & Tuis omnibus, utpote viris religioſiſſimis, gratum eſt, & apud externos, qui id intelligunt, magnifice collaudatur. Perſpiciunt præterea non Tui ſolum, ſed ceteri omnes qui Te norunt, quam non ambias, imo quam ſollicite devites, honorem: quam eos qui alta ſapere videntur, parvi æſtimes; quanto interea judicio ac prudentia de negotiis publicis patriæ, cum ceteris Hannoniæ Proceribus urbiumque Legatis, deliberes, quanta modeſtia ſimul ac gravitate ſententiam dicas: quanta fide & dexteritate, quæ Tibi in communibus illis provinciæ conciliis curanda committuntur, perficias. Sed iſta potiſſimum ornatis & illuſtribus viris patent: quas vero eleemoſynas, in his etiam anguſtiis temporum, prout ſuppetunt facultates, multas & luculentas largiris indigentibus, ii prædicant, quorum manibus illæ in cœleſtes theſauros deportantur, pauperum videlicet greges.

Verum hæc, quamvis paucula, & longe meritis Tuis inferiora, ſuſpicamur, haud ſatis æquis oculis Te eſſe lecturum. Unum tamen adhuc reticere non poſſumus; neque vero Tu, ADMODUM REVERENDA DOMINA, neque Tui prohibere jure poteſtis, ne quod veriſſimum eſt pronuntiemus; quatuor, qui, Te inter ac Venerabilem LUDOVICUM BLOSIUM, Lætienſi congregationi præfuerunt, Abbatum cura, ac Tua nunc induſtria, ita virtutum omnium ſtudium vigere apud Vos, ut hæc toto Belgio, & ad exteras quoque gentes, celebretur BLOSIANA reformatio. Cui profecto neminem adverſari poſſe arbitramur, qui quid ſit religioſa aſceſis, vel exigui temporis uſu didicerit. Qui enim penitus a profeſſione religioſa alienus, S. BENEDICTI Regulæ partem nullam unquam obſervavit: næ ille, ſi ſtatuta BLOSIANA vel Regulæ S. P. BENEDICTI repugnare aſſerat, vel eximiam quamdam perfectionem non continere, riſum quibuſdam, ſui commiſerationem pluribus moveat: qui, quamvis, humanæ fortaſſis litteraturæ opinione inflatus, ſibi multum ſapere videatur, tamen quid dicat non intelligit. Scimus nos, ſciunt qui vobiſcum agunt familiarius, ſeculares, Eccleſiaſtici, omnium Ordinum religioſi, Epiſcopi quoque & Archiepiſcopi; quam ſerio ac ſevere Evangelicam paupertatem colatis; quam libenter ac hilariter intra monaſterii ſepta commoremini, firmioribus ſancti propoſiti, quam portarum, clauſtris incluſi: quam aſſidue cœleſtia meditemini; quam religioſe Divina miniſteria obeatis; quam arctum ſervetis ſilentium: quam ſitis in omni ratione victus ac veſtimentorum frugales; quam ceterarum ſtudio virtutum, quæ in religioſis congregationibus commendantur, addicti.

Cur non igitur Lætias, ubi tam acri & indefeſſa opera in omnimodæ *ſanctitatis* cultum incumbitur, Acta *Sanctorum* venire æquum ſit? Scripſit olim Stephanus Binetus noſter, ſe Lætiis tres velut ordines Sanctorum reperiſſe, pictos, mortuos, viventes: quod in templi veſtri Choro, Sanctorum, qui religioſas congregationes fundarunt, pictas effigies vidiſſet; dein præclarum & ingentem ſacrarum Reliquiarum theſaurum; ac denique Religioſorum cœtum pietate ceteriſque virtutibus conſpicuum. Quartam nos Sanctorum apud vos claſſem & coram ſæpius aſpeximus, & nunc eam amplificaturi imus. Sunt enim in inſigni Veſtra bibliotheca Sancti complures, non penicillo picti, ſed calamo; variorum nempe, de eorum pietate ac laboribus, monumenta ſcriptorum. Quæ cum indefeſſo ſtudio volvi terique a Veſtris meminerimus; eo acceptiores fore Admodum Reverendæ Paternitati Tuæ confidimus, quas nunc adportamus Vitas Sanctorum, veteres quidem pleraſque, ſed novo velut cultu expolitas: quarum plurimæ quondam a Veſtri Ordinis ſcriptoribus mandatæ litteris, a nobis, Veſtro favore excitatis, multo labore conquiſitæ & illuſtratæ.

Porro, ut in Præfatione ad Januarium Deceſſori Tuo, qui ſcopus noſter eſſet, quæ totius operis methodus, ordo, ſtylus, quæ ſingularum partium probabilitas, expoſuimus; ita nunc nonnulla de iis Tecum, ſi annuis, conferemus: ſuccincte tamen, quod quæ ibi prolixius ſunt diſputata, hic omnia repetere nihil admodum opus eſſe videatur, cum illa accurate perlecta a Te Tuiſque noverimus. Unum nunc reverenter poſcimus ac flagitamus, ut hæc ſtudia noſtra quo ſoles favore proſequaris, Tuiſque ac Tuorum precibus noſtros adjuves conatus.

CAPUT I.

Hujus opeſis ſcopus: in eo contenta.

QUid hoc noſtro in opere ſpectemus, quem ad finem omnis noſter multorum annorum labor collineet, ſatis ſuperque in noſtra ad Januarium Præfatione videmur declaraſſe: nimirum ut quidquid geſtum olim a Sanctis præclare, id omne lectoribus repræſentemus, non noſtris tamen verbis, ſed veterum ſcriptorum, qui eorum facta litteris tradidere, vel deſtinato ſtudio in peculiarem aliquem commentarium redacta, vel aliis inſerta hiſtoriis. Nam fuit ea omnibus retro ſeculis in Eccleſia conſuetudo, ut quæ Sancti egregie *Acta Sanctorum collecta olim,* egiſſent, aut fortiter perpeſſi eſſent, quæque a Deo ad illorum illuſtrandum honorem edita conſtaret prodigia, diligenter litteris mandarentur. De lu- *ab Euſebio,* cubrationibus ejuſmodi ab Euſebio, Cæſarienſi in Palæſtina Epiſcopo, conſcriptis aut collectis, ac deinde ſexcentis poſt eum annis a Simeone Logotheta, ſive Metaphraſtes, illic fuſe a nobis actum: de- *Metaphraſte,* que hujus ætate, dignitate, ſcriptione, laudatione per Michaelem Pſellum poſt annum ab ortu Chriſti milleſimum compoſita. Actum ibidem de Jaco- *atque aliis.* bo Voraginenſi Genuenſium Epiſcopo, atque ejus Lombardica hiſtoria, ſive Aurea Legenda: deque hujus recognitione per Claudium Rotam. De Vincentii item Bellovacenſis Speculo, & S. Antonini Archiepiſcopi Florentini Chronicis. De Catalogo quoque Sanctorum Petri de Natalibus Epiſcopi Equilini, cujus poſtea nobis melius comperta eſt *Petri de Natalibus Ep. Equilini* ætas: non enim, ut ibi diximus, S. Antonino ſuppar fuit, ſed longe eo antiquior. Citat namque Thadæus Donuola in *brevi tractatione de loco martyrii S. Felicis Epiſcopi Spellatenſis*, *grande & antiquum* illius Catalogi exemplar, *tabulis cupreſſinis,* *Catalogus SS.* *& corio violaceo* compactum, *ſtudioſeque aſſervatum in ſelectiſſima bibliotheca Illuſtriſs. & Excellentiſſimi* *quando ſcriptus?* *D. Joannis Angeli Ducis ab Altempt .... manu Vaxilini Zordani Presbyteri Veneti, Eccleſiæ S. Raphaelis Plebani, accuratè exaratum anno* 1408. qui annus S. Antonino erat ætatis 19. ab ingreſſu in Ordinem Prædicatorum tertius, ut in hujus Vita apud Surium 6. Nonas Maji videre eſt. Ipſe vero Petrus (ut ad calcem ejus codicis de ſe teſtatus) *Sanctorum Catalogum ſcribere inchoavit anno Domini* 1369. *die feſto S. Barnabæ, adhuc Plebanus exiſtens Sanctorum Apoſtolorum Venetiarum, diœceſis Caſtellanenſis: opus vero ad exitum perduxit anno* 1372. *die* 26. *Maji, jam creatus Epiſcopus Equilinus provinciæ Gradenſis*. Nicolaus v. Pontif. Max. poſtea Gradenſem & Caſtellanenſem Epiſcopatus, (uti 8. Januarii §. 3. ad Vitam B. Laurentii Juſtiniani dictum) ita univit, ut ſuppreſſo utroque titulo, Patriarchatus Gradenſis dignitate in urbem Venetiarum translata, eumdem B. Laurentium primum Venetiarum Patriarcham crearit anno 1451. Chriſti, poſt collectum a Petro Catalogum 79. Mortuus eſt autem S. Antoninus anno 1459. poſt eundem conſcriptum a Petro Catalogum 87. ipſe annos natus 70.

Surii opus de SS. Ibidem Laurentii Surii Carthuſiani præclarum opus commendavimus, e quo ſua hauſerunt recentiores plurimi, qui Vitas Sanctorum vario modo, ac ratione ſtyloque ediderunt. Illic quoque cap. 5. §. 6. indicavimus, quale ſibi Heribertus Roſweydus e Societate noſtra vir doctiſſimus deſignaſſet opus, voluminum omnino 18. Quorum 16. priora Vitas complecterentur, ſed nullas, quarum ipſe non eſſet manu exaratum nactus exemplar, vel quas non ex archetypis fideliter & integre expreſſas ſciret. *Intereſſe* enim ajebat, *originalia Vitarum* *Majus deſignatum a Roſweydo* *ſcripta ſemel extare, quod perparum fidei breviatoribus ſit ſine illis: quando ſcilicet quiſque ſuo captu rem delibat, & dum ſuo palato conſulit, alterum ſuo guſtu privat*. Illis 16. voluminibus, unum Annotationum, alterum Indicum variorum adjicere cogitabat. Quæ quidem tam ampla lucubratio ut perfici poſſet, feſtive quærebat Cardinalis Bellarminus, cautumne auctori eſſet, ducentos adhuc annos victurum? tot enim ſibi ad eam abſolvendam neceſſarios videri.

Latius tamen noſter patet labor. Neque enim eas ſolum dare Vitas cogitamus, quarum nacti eri- *noſtrum quale?* mus MS. exemplar, vel ex archetypo fideliter expreſſum. Quid enim ſi illuſtrium Sanctorum vel perierint Acta, vel numquam plane litteris tradita; extet tamen eorum, ut fit, apud hiſtoricos memoria; non licebit quæ hi tradiderint colligere, & in lucem proferre? Quid ſi ſolum epitome extat deperditorum Actorum, eaque haud ſatis perite ad hiſtoriæ normam exacta, nefas erit eam lectoribus proponere? Etiam his deſtituti monumentis, aut legitimo ſcriptorum teſtimonio, ſi cujuſpiam Sancti repererimus populi ſermonibus miracula ac beneſacta celebrari, vel ex appenſis circa tumulum anathematis ac tabulis; non id qualecumque eſt, exponemus? Atque hæc inſtituti operis ratio etſi illic ſatis eſt accurate explanata; tamen quia multis illa Præfatio noſtra, ſive eam viderint nunquam, ſive olim legerint, non eſt nunc fortaſſis ad manum; breviter hic videtur repetenda: ſed non, ut ibi fecimus, cauſſis omnium operoſe expoſitis.

Primum igitur Acta inquirimus, quæ ſint ab iis conſcripta, qui illa geri ab Sanctis viderunt: is *continet Vitas a ſpectatoribus ſcriptas,* enim poſt Divinas litteras primus maximeque legitimus gradus hiſtoriæ. Talia quinto Februarii ſunt Martyrum Japoniorum Acta, a Ludovico Froio exarata: talis ſexto Vita S. Amandi per Baudemundum, B. Margaritæ de Cortona 22. per Junctam Mevanatem, & aliæ complures, & quæ a publicis Notariis excepta in judicio, Martyrum Præſidumque dicta ac facta. His proximi ſunt ac prope pares ii ſcriptores, qui non ſpectarunt ipſi quidem quæ narrant, ſaltem omnia; ſed ab iis qui ſpectarant acceperunt. Accedunt illi, quibus nec ipſi ſpectatores retulerunt, ſed alii fide digni, qui ex ſpectatoribus didicerant. Tum qui ex probatis *aut de ſpectatoribus auditas,* documentis, publicisque tranſactionum, donationum, teſtamentorum inſtrumentis, aut certe hiſtoriis, quas harum trium claſſium auctores com- *vel aliunde collectas,* poſuerant; ſive auctorum ipſorum aut tabularum verbis, ſeu ſtylo ſuo commemorant. Hæc tamen omnia ut juſtis momentis ponderentur, diſcutimus, qua licet: cujuſmodi illi ipſi fuerint ſcriptores, (etiamſi autoptas ſe oculatoſque & auritos teſtes profiteantur) an viri prudentes ac probi, an non hæretici; non partibus, quas laudant, nimium ad- *omnes tamen ſedulo examinatas:* dicti; non ad quilibet credendum faciles, & in ſcribendo inconſiderati, ut velut certa aſſeverent, quæ ab leviſſimis hominibus audierint. Tum illud quoque indagare oportet, an non etiam probatiſſimorum auctorum ſcripta, adulterata ſint a poſteris, aut inepte interpolata: quod etiam in donationum inſtrumentis evenit, ut adjecta iis ſint quædam, & quandoque integre conficta. Ac ſunt propterea hæc univerſa ad veritatis rationem revocanda, expenſis, quantumvis faſtidioſe, temporibus, ac locis; & nationum, apud quas ea feruntur ga-

ſta, inſtitutis, tum hominum, qui interveniſſe dicuntur, ætate ac moribus. Alia ſunt ſequioris notæ ſcripta, quæ longo poſt Sanctorum ætatem tempore compoſita ſunt, quod vel abolita eſſent, quæ ſolida fide olim fuerant exarata, vel certe numquam litterarum monumentis, quæ geſta erant a Sanctis, commendata. Hæc ergo ex fama a majoribus accepta, aut vulgaribus monumentis, nec ſat certis, collecta, ſæpe ab ignotis auctoribus & tempore incerto, ita prodita ſunt poſteris: qui tamen illa, cuicuimodi eſſent, meliorum defectu, amplexi ſunt. Neque nos illa omnino reſpuimus, tamen magis etiam quam priora ſuis ponderibus examinamus, & ad authenticarum hiſtoriarum calculos expendimus. Eas quoque Vitas damus, quæ ea antiquioribus, & forte genuinis Actis contractæ, aut varie interpolatæ, prætermiſſis aut breviſſime perſtrictis, quæ de virtutibus Sanctorum erant ſcripta; miraculis vero, præſertim quæ minime vulgaria viderentur, accumulatis, ac ſæpe immodice exaggeratis; intertextis etiam temporum notis, deſcriptionibus locorum, rerumque explanationibus ſuperfluis: quæ Vitæ propterea penſiculatius examinandæ & ad libram lineamque certam redigendæ.

tum aliæ nullis unquam ſcriptæ;

aliam ex genuinis deperditis contractas & interpolatas;

His omnibus, etiam quæ a veteribus conſcriptæ ſunt, Vitis præmittimus prolegomena quædam, ſive obſervationes neceſſarias, ut Vitæ ipſæ quod merentur pondus obtineant. In iis quærimus quibus locis ac temporibus ii vixerint Sancti. An exploratum ſit publicam iis habitam olim venerationem? Qui eorum Vitam ſcripſerint, quo tempore, qua clari eruditionis fama? Unde exemplar nacti ſimus, aut etiam plura? Neque unquam diſſimulamus, cujus humanitate vel ipſi nobiſcum ſint communicati codices, vel ea iis Vita deſcripta & ad nos miſſa. Hoc arbitramur ad teſtandam gratitudinem noſtram, fidemque Vitis illis addendam, valere. Ipſæ tamen Vitæ, præſertim ab ignotis auctoribus compoſitæ, quam ſolidæ videantur, aperimus.

In ſingularum Prolegomenis varia enucleata.

Poſt ſingula quoque capita (nam in certa capita ac paragraphos, Vitas longiores partimur, ut interquieſcere lector poſſit) poſt illa ergo capita Annotationes, ſi quæ neceſſariæ videantur, ſubnectimus: non ut Roſweidus meditabatur, poſtquam omnes excuſæ eſſent Vitæ. Eas Annotationes ſperamus lectoribus uſui fore, præſertim eruditione mediocri præditis, quibus præcipue conſulimus. Quamquam poterunt fortaſſis eædem ſiniſtra eruditiſſimorum judicia ſiſtere, qui quandoque Vitas abnormi ſtylo conſcriptas, nullis locorum notis temporumque additis, aut vitioſe expreſſis, temere aſpernarentur, niſi his fultas veluti adminiculis viderent.

Annotationes poſt ſingula capita;

Damus enim Acta ipſa Sanctorum eo ſtylo quo primitus ſcripta ſunt, quantumvis agreſti & incompto, ſiquidem aſſequi ita primigenia phraſi ſcripta poſſimus. Atque id novimus eruditis hominibus admodum probari, etiam heterodoxis. Certior inde dictorum fides, quando ipſa æqualium Scriptorum, aut certe, antiquiſſimorum, quos quidem conſequi potuimus, verba repræſentamus. In quibus tamen ſi qua dictio barbara aut inuſitata, quæ vel offendere poſſit, vel non ita commode intelligi; (quales multæ in medii ævi ſcriptoribus) eas in Annotationibus explanamus, niſi & nos earum fugiat notio.

In quibus ratio priorum ſcriptorum ſtylus, cum neceſſe eſt, explicatur;

Mallent nonnulli (quibus ibidem cap. 1. §. 7. fuſe reſpondimus) compto & eleganti ſtylo narrari quæ certiora videntur: cetera reſecari, aut penitus omitti. Verum ab his longe noſtra diſcrepat ratio: nam ſic res innumeras quæ nobis obſcuræ aut incertæ videri poſſunt, propterea quod alios ſcriptores, quorum teſtimonio confirmentur, nondum legerimus, deberemus taciti præterire, non ſine Veritatis ipſorumque Sanctorum aliqua injuria, ac piorum hominum detrimento. Quis enim nobis eam dedit poteſtatem, ut quia non aſſequimur quaſi ſint ſcripta aliqua auctoritatis, ea expungamus ac mutilemus? Nam quod aliqua omni careant ſermonis elegantia, nemini mirum videri debet, cum multis ætatibus vel nulli vel perrari extiterint, quorum eſſet limatus & elegans ſtylus, aut etiam ſatis Latinus: unde & ipſi Regum annales a multis inſcite prorſus ſunt conſcripti, uti a Fredegario, aliiſque Gallis & Hiſpanis antiquis ſcriptoribus. Si qui politulum adepti ſtylum ſibi videbantur, ii ad privata emolumenta, aut inanem fucum gloriæ ſibi comparandum conferre operam ſuam maluerunt. Multi res geſtas Sanctorum ita literis tradiderunt, ut vel ſtudio humilitatis ipſam etiam ſermonis munditiem devitarint, vel quæ ſimplici & vulgari eſſent ſtylo conſcripta, facilius intelligi, ab rudibus etiam hominibus poſſe exiſtimarint, ac majorem fructum allatura. De S. Hegeſippo iſta habet S. Hieronymus libro de illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus cap. 22. *Egeſippus vicinus Apoſtolicorum temporum, omnes a paſſione Domini uſque ad ſuam ætatem Eccleſiaſticorum actuum texens hiſtorias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros compoſuit ſermone ſimplici: ut quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* Quæ verba apud Uſuardum ad 7. Aprilis, in Martyrologio quoque Romano de eo leguntur. Sunt tamen Vitæ inſigni venuſtate expolitæ, & ab antiquis auctoribus Latinis ac Græcis multæ, & ab recentioribus plurimæ, tum eorum Sanctorum, qui ſuperiori ſeculo vixerunt, tum veterum, quorum ii ex certis monumentis Acta collegerunt, & ſuo ſtylo exornarunt.

nam iis olim ſcripta

defectu elegantiam ſcriptorum

vel ex humilitate;

quædam eleganter;

Si quorum hactenus diximus, ab aliis quocumque ſtylo exarata, vel eruta ex certis monumentis, Acta non reperimus; ea nos undique ex variis ſcriptoribus, ſacris præſertim, &, quæ aſſequi perveſtigando poſſumus, documentis, velut conſutis centonibus, utcumque viſum eſt, inter ſe invicem conſerta proferimus. Ac demum quæ in nullis ſcriptis reperta, fama vulgique ſermonibus celebrantur, iis præſertim locis, ubi Sanctorum illorum reliquiæ aſſervantur, aut ubi illorum invocatione eduntur miracula, ea quoque non reſpuimus, ſed nec plus quam mereantur addimus momenti.

quædam a nobis collecta ex variis, etiam fama;

Denique modis omnibus conamur fontem oſtendere, e quo piæ doctrinæ atque exemplorum rivi promanent, ad ſalutem mortalium: ſive fons ille ſuis adhuc marginibus, antiqua arte, ſcite ornatus ſit; ſive jam abditus, ſpiſſiſque arborum umbraculis tectus hactenus fuerit, ut operoſa interlucatione ad eum pandere aditum oporteat. Si neutro modo ad ipſum pertingere fontem poſſumus; ab eo certe perignotos meatus profluentes ſcaturigines ſcrutamur, ut ab abditum aquarum theſaurum pervenire, qui majori pollebit induſtria, queat, & quo volet, qualibuſque volet canalibus, puros ſalubreſque latices deducere.

Opus hoc fons eſt quidam.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT II.

Cur quandoque plures Vitæ Sancti unius edantur?

Videntur hic plures Vitæ unius Sancti edi, viſum ſibi pro ...

VIſi ſunt pii quidam homines illud in noſtro opere improbare, quod unius Sancti plures Vitas edamus. Nam cum ipſi eas ideo potiſſimum legant, ut virtutum inde colligant exempla; copia atque prolixa lectione non diſtineri; mallent omnia clare ac perſpicue dici, aut ſaltem non ſæpius idem, ut ajunt. Multas tamen & graves ob cauſſas contrarium nobis viſum eſt; idemque probarunt (quorum uſi ſapientiſſimo conſilio ſumus) præter Antonium VVinghium Abbatem, Joannes Tulenarius, Laurentius VVeenus, & potiſſimum Jacobus Tiemus, Domus hujus noſtræ Præpoſiti, maximo judicio viri, & ſcriptis clari. Probarunt ii quoque, ut plures alios præteream, qui noſtrum hoc opus recognoverunt, ſuoque calculo confirmarunt, & ipſi ſumma eruditione ac prudentia conſpicui. Atque revera ſunt ſubinde a diverſis auctoribus, doctis & gravibus ſcriptæ Vitæ unius ejuſdemque Sancti. Horum autem ſcriptorum duplex eſt ordo, nam ambo quandoque ipſo quo geſtæ res ſunt tempore vixerunt; & narrat fortaſſis unus nonnulla, quæ alter prætermiſit. Qui poteſt igitur altera ejuſmodi Vita prætermitti, abſque injuria auctoris, ac hiſtoriæ fraude.

Edite, inquies, unam; ex altera, quod deeſt, ſupplete. Quo id modo? An ut in unius narrationem ex altera verba aliquot aut integras periodos intrudamus, atque ita novam quamdam Vitam, una ſic interpolata, procudamus? Alieniſſimum id ab noſtro inſtituto, & doctorum hominum exſpectatione, qui genuina volunt veterum ſcripta. An ſufficere cenſes, ut alterutram edamus, ex altera ſubnectamus quæ deeſſe videbuntur? Quid ſi utraque par eſſe videatur, quem nos, aut qua ratione delectum adhibebimus, qui patientur lectores unam ſubtrahi ſibi, & in æternas abdi tenebras; quam etiam fortaſſis, ſi vidiſſent; alteri prælatam voluiſſent? Nonne igitur ad fidem nobis conciliandam, Vitis ipſis auctoritatem, dari utramque expedit? Atque id valere quoque videtur, etſi una ejuſmodi Vitarum (qui alter erat ordo comparatorum ſcriptorum) longo poſt tempore ſcripta eſſet, quam res geſtæ, alteraque Vita edita. Habet prior quidem ſcriptor antiquitatis prærogativam, in qua vis ineſt magna, ut quæ narrat credibiliora videantur; alter tamen, etſi ſeculo uno alterove poſterior, plura poteſt vetera documenta examinaſſe, & adjuncta rei geſtæ certius exploraſſe.

Attamen ſi ſcriptor anonymus, nec gravi ſatis ſtylo nec methodo probabili uſus, ex alterius (præſertim ſi & is anonymus atque ignotus) lucubratione ſuam decerpat; quamvis diffuſius fortaſſis ac phraſi mutata; non facile utramque edendam cenſemus: ſatis enim ſuperque feciſſe videmur, ſi lectorem monuerimus extare aliam in MSS. codicibus, re nihil, dictione aliquantulum diſcrepantem, aut etiam principium ejus recitaverimus. Quod multo etiam magis licere nobis videtur, ſi quas in ſecundis reponendas Vitas judicamus, ex editæ jam ſint, inque hominum manibus verſentur. Neque enim plerumque tales, ſaltem integras, recitamus: allegamus tamen quandoque ex iis aliqua in noſtris Annotationibus, ut conſulere eas, ſi volet, lector, quod ei promptum eſt, queat. Ita multas a Simeone Metaphraſte, ejuſve ſcribis, interpolatas, Latine dein editas a Lipomano ac Surio, ſolum citamus, quo jam diximus modo, quando antiquiores e Latinis Græciſve MSS. nacti ſumus, quas iis merito præferendas cenſeamus. Damus tamen aliquando utraſque, ſi

multum diſcrepant, etſi MSS. antiquiores videantur, quia quæ adjecit Metaphraſtes, vir doctiſſimus, ex ea aliorum ſcriptis, quorum immenſam copiam habebat, credi poteſt hauſiſſe, quæ ſcripta dein abolita ſunt, præſertim cum Barbari Conſtantinopolim ac reliquam Græciam expilarunt.

Denique non id primi in uſum duximus, ut plura unius Divi Acta proferremus. Multorum id, ſi non omnium, fuit ante nos, eſtque etiamnum, eruditorum hominum inſtitutum. S. Cypriani Martyris qui diligenter recognita edidere in lucem opera viri doctiſſimi, Jacobus Pamelius & Nicolaus Rigaltius, nonne plura ejus martyrii acta ex vetuſtis codicibus deſcripta præfixere? Idem S. Chryſoſtomo in Græca Latinaque editionibus factum: idem Gregorio Magno, & recentioribus Petro Damiano, Bernardo Claravallenſi, atque aliis. Niſi forte exiſtimant, qui contra ſentiunt, id ſolum fas eſſe, cum ſcripta cujuſpiam publicantur, ut quid de eo plures ſenſerint conſtet; non item ſi dedita opera, non ſcripta ejus, ſed res geſtæ inveſtigentur; cum illud hic uſurpari multo æquius videatur. *Id alii quoque fecerunt,*

Quid quod veterum Patrum eadem fuit ſententia? Judicio ſunt quæ in hoc volumine ad diem 1. Februarii de S. Ephrem Syro proferimus. Poſt duplicem ipſiuſmet de ſua converſione narrationem, ac luculentum Teſtamentum, egregiam de ejus rebus geſtis orationem compoſuit, ediditque S. Gregorius Nyſſenus, aliam Vitam antiquus quidam anonymus: alii quædam, etiam ab illis omiſſa, in ſuas hiſtorias retulerunt, ut Sozomenus Scholaſticus. *Idem ſenſere Patres.*

Neque nobis, quos ad ſingulorum Sanctorum ornandam memoriam quidquid eruere undique factorum potuimus, vulgare convenit, id non licere ſentient, ut arbitramur, qui Regum regnorumque commentariis etiam plures Sancti unius Vitas inſerunt, unde Regum eorumdem illuſtretur memoria, provinciarum urbiumque antiquitates eruantur. Andreas Cheſnæus Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Geographus, vir eruditiſſimus, nobiſque, dum viveret, amiciſſimus, tomo 1. Scriptorum coætaneorum hiſtoriæ Francorum, geminam S. Leodegarii Auguſtodunenſis Epiſcopi Majoriſque Domus Regiæ ac Martyris, Vitam edidit, & quidem integram utramque: priorem ab anonymo ſcriptam, dicatamque Ermenario, ipſius Leodegarii in Sedem Auguſtodunenſem ſucceſſori; alteram ab Urſino ſcriptam, jubente Anſoaldo Pictavorum Pontifice, qui Didoni S. Leodegarii avunculo ſuffectus erat. *Et alii ad profanam hiſtoriam illuſtrandam, ut Cheſnæus.*

Quis vero illuſtris familiæ cujuſpiam, orbiſve aut provinciæ, antiquitatem atque ornamenta exornare ſtylo conatur, qui non ad adſtruendam dictis ſuis auctoritatem, quæ poteſt omnia corradat, ſubinde in vilibus pittaciis exarata, etiam ab ignotis & ineruditis ſcriptoribus, qui ſæpe omnes eadem narrant, ac nonnumquam verbis iiſdem, quæ ceteri a primo deſcripſerunt, aut alioquin iiſdem e tabulis acceperunt? *Alii idem egere in hiſtoria ſacra ſcriptis.*

Nam quis e litteratorum grege, ſi opuſculum aliquod reperit vetuſti auctoris, ſive is antea notus extiterit ſcriptis, aut ſaltem nomine, ſeu plane ignotus, quæcumque opere illo tractetur materia, non continuo adlaborabit, ut typis mandetur ac lucem videat, vel ſeorſim vel in voluminibus antiquæ lectionis? Et hoc quidem ſtudium publicis utilitatibus conſulendi non reprehendimus. Sed idem illis qui Divorum res geſtas, etiam ab aliis pertractatas, ſuo & ipſi ſtylo explicarunt, fieri debere aſſerimus, ac multo etiam potiori jure. Sive etenim nomen lateat, ſeu notum ſit, auctoris, opus tamen ipſum tum ſua antiquitate, tum argumento id mereri videtur. Cedo enim, ſi Plinii quis aut alicujus, qui ætate illa vixerit ætate, non modo antiquioris alicujus, reperiat uſpiam epiſtolam, aut ignoti operis fragmentum, etiamſi quæ illo res narratur, ab aliis

compluribus commendata ſit litteris; non illico id quodcumque eſt volet ad eruditorum manus venire? non hi avidiſſime arripient? Excellentium Imperatorum, Græcorum ac Romanorum, Vitæ & elogia a quamplurimis ſunt poſteritati propagata. Si illorum valeret ratio, qui hic contrarium ac nos ſentiunt, unicum reſervari, cetera diſcerpi, concidi, diſſipari oporteret; aut ſaltem nefas eſſet unius alicujus ex illis Imperatoribus, puta Alexandri aut Africani, plura ejuſmodi elogia, a variis concinnata, in unum opuſculum colligere, & eo modo in publicum emittere. Quod qui affirmare velit, næ is contra eruditorum omnium opinionem, atque adeo contra communem ſenſum hominum pugnet.

Sublevatur lectoris labor per ſynopſin marginalem; Quibus tamen grave ſit ac moleſtum, ita multa de Sancto uno volvere, & ſæpe res non admodum diverſas referentia; egregie ſane eorum faſtidium ſublevamus, addita ad marginem omnium, quæ narrantur, ſuccincta ſynopſi, ut, quod feſtive olim dicebat Balduinus Cabillavius noſter, die uno perlegi volumen bene vaſtum queat: qua ratione omne fere ſcriptorum genus, inter innumeras alias occupationes, incredibili aviditate devorarat. Si quæ res occurrent ſic obiter legenti, quas diſcutere penſiculate velit, licebit quæ in pluribus ejuſmodi Actis narrantur, invicem comparare. Ita nos nihil *non omnia de iiſdem rebus ſcripta pervolvere ſolemus;* fere quod alicujus momenti videatur, aut in Vitis ipſis traditum, aut aliunde ad eas illuſtrandas accerſitum, edimus; quin prius quæcumque ſunt a veteribus hiſtoricis aut Patribus in eam rem ſcripta, examinemus. Quæ quidem noſtra diligentia neceſſe eſt, ut moram operi afferat, ne tam cito quam multi vellent abſolvatur. At nobis ea ratione prius ſatisfecimus, ut ſatisfaciamus & Lectoribus: quibus certe, ſi quas ejuſmodi Vitas omitteremus, neutiquam fieret ſatis. Demus etenim, exempli cauſſa, S. Amandi Epiſc. Trajectenſis ad 6. Februarii eam ſolum editam fuiſſe Vitam, quam Baudemundus Abbas Blandinienſis, ejus diſcipulus, ſcripſit, quæ ſane *plures nonnunquam Sancti Vitæ ſcriptæ ſunt, grata lectoribus,* omnium maximam obtinere debet auctoritatem; quid iis dicemus, qui requirent quam Philippus Abbas Bonæ Spei compoſuit? Eſt hæc quidem in manibus: at forſan paucorum. Non eſt perinde ea quam Milo monachus pluſquam 300. annis ante Philippum verſibus deſcripſit, in quatuor libros diſtributam: nec quæ de ejuſdem ſancti Antiſtitis elevatione, ac translatione Milo idem proſa aliique de miraculis ad poſteros tranſmiſere.

etiam miracula, quæ utiliter producuntur, Nam miracula (quod quidam aliquando nobis ſuadere conati ſunt) minime prætermittenda ducimus. Valent ea (ut alibi plenius dictum) ad augendum honorem Sanctorum, ad ingenerandam mortalibus de impetranda ab illis ope fiduciam, ad deterrendum a ſceleribus impios, maximeque eos qui ſacrorum hominum locorumque immunitatem violare aut quoquo modo minuere niterentur. Eadem miracula hiſtoriæ quoque, profanæ æque ac ſacræ, lumen præferunt. Cheſnæus certe in citato antea ſcriptorum Francicorum opere, non ſolum ex variorum Sanctorum Vitis, ſed ex libris quoque miraculorum, quæ ſunt eorumdem Sanctorum meritis facta, profert non pauca ad hiſtoriam Regum explanandam.

CAPUT III.

Sanctorum Hibernorum Scotorumque Vitæ quatenus hic relatæ? verſæ aliæ e linguis peregrinis.

Vitæ ſic plures editæ, ſæpe populorum de SS. lites ſopiunt; QUando (ut fieri oportere capite præcedenti contendimus,) unius Sancti plura Acta a variis conſcripta recitantur, illud, præter jam dicta, ex iis redundat emolumenti, ut quæ inter urbes ac populos quoſdam de nonnullorum Sanctorum loco natali, reliquiis, rebuſque aliis ad eos pertinentibus, exiſtunt controverſiæ, neque ſatis perſpicue ex una Vita decidi poſſunt, ex aliis fortaſſis ultro ſopiantur, aut corruant. Poſſemus in hoc ipſo primo tomo Februarii, hujus rei exempla commonſtrare, nisi metueremus vel ex eo ſolo alteri parti addicti videri, qui ſoli veritati obnoxios nos profitemur. Quia enim multi Veritatem ad ſeſe, velut apprehenſis veſtimentorum ejus laciniis quibuſdam, trahere nituntur, aut eam ita exornare vario cultu, ut opertam potius ignotamque latere, quam qualis eſt, in propatulo conſpici eam malle videantur; nos illa, quibus quodammodo involuta tectaque eſt, ſi paria haud reducemus, ne videamur invitis eam & repugnantibus, eum maxime tamen quærere ſe eam clamitent, invidioſe proponere. Allatis ſecundis tertiiſve Actis, aut aliis veterum teſtimoniis, ipſa vultum ultro fortaſſis ingenue reteget, ut eam, qui volent, queant agnoſcere.

Atque (ut tantiſper adhuc eidem inhæreamus propoſito) nonnumquam dum plures ab antiquis ſcriptoribus compoſitæ Vitæ vulgantur, non ipſorum dumtaxat Acta ſingula ex aliis fiunt clariora, ſed plurium aliorum geſta explanantur. *Ignotorum SS. Acta illuſtrant,* Id licebit in S. Brigida Virgine Scota 1. Februarii perſpicere. Ejus præter bene longa prolegomena, quinque Vitas edidimus, ferme *ut S. Brigidæ ad minimum SS. illuſtranda.* idoneæ molis volumen. Sed quia in iis plurimorum Sanctorum Hibernorum, ſive Scotorum, mentio fit, ad horum adſtruendam ſanctitatem, ac res geſtas illuſtrandas, eæ plurimum conferunt Vitæ.

Tulit enim vero *Scottorum patria Hibernia*, ut eam Beda lib. 5. hiſtor. Eccleſ. gentis Anglor. cap. 1. vocat, innumerabilem olim Sanctorum multitudinem. Quam ad rem probandam unicum S. Bernardi in Vita S. Malachiæ Epiſcopi, ad diem 3. Novembris edenda, teſtimonium ſufficiet. Illic de Benchorenſi in Ultonia ad ſinum qui *Knockfergus* dicitur, monaſterio ita ſcribit: *qua in inſula multi olim monachi;* *Ipſum quoque locum Benchor ..... tradidit ei Princeps, ut ædificaret ibi monaſterium, vel potius reædificaret. Nempe nobiliſſimum extiterat ante ſub primo Patre Congello, multa millia monachorum generans, multorum monaſteriorum caput. Locus vere ſanctus fecundusque Sanctorum, copioſiſſime fructificans Deo; ita ut unus ex filiis ſanctæ illius congregationis, nomine Luanus, centum ſolus monaſteriorum fundator extitiſſe feratur. Quod idcirco dixerim, ut ex hoc uno conjicias lector, quam ingens fuerit reliqua multitudo. Denique ita Hiberniam Scotiamque repleverunt genimina ejus, ut ea potiſſimum tempora Davidici illi verſiculi præcinuiſſe videantur: Viſitaſti terram & inebriaſti eam ..... Nec modo in præfatas, ſed in exteras etiam regiones, quaſi inundatione facta, illa ſe* SANCTORUM EXAMINA *effuderunt. E quibus ad has noſtras Gallicanas partes S. Columbanus aſcendens, Luxovienſe conſtruxit monaſterium* &c. *& Sancti,* *Pſal. 64. 10* *etiam ad exteros profecti;* Qui e patria, ut habet S. Bernardus, in exteras regiones abiere Scoti Hibernive Sancti, eorum præcipui, noſtratium, Gallorumve aut Germanorum, vel etiam ſuorum gentilium, qui ſocii fuerunt peregrinationis, celebrati ſunt ſcriptis. In iis porro ſcriptis aliorum quoque mentio fit, qui in natalibus inſulis remanſere: quorum nonnulli apud Anglos quoque, genteſque alias, fama celeberrimi fuere, ut *S. Patricius* Hiberniæ Apoſtolus, *S. Columba* Abbas, *S. Brigida* Virgo, *S. Congellus* atque alii, quorum ex Vitis, aliorum Sanctorum, qui alias nobis omnino eſſent ignoti, nomina ac ſubinde geſta aliqua addiſcimus. *quorum & in Vitis exteriorum innoteſcunt geſta;*

Sunt quidem a Joanne Colgano ſacræ Theologiæ profeſſore ex Ordine Minorum, edi promiſcue cœpta ſanctorum Hibernicorum, etiam qui fere ſola in patria noti ſunt, Acta, labore immenſo: haud adhuc conſtat, an pari apud exteros fructu, propterea quod his ignota ſunt, quibus illorum ſanctitatem ac dies iis dicatos adſtruit, Martyrologia, & alia quæ ſequi ſe profitetur documenta. Suaſimus aliquando, ut hæc prius vulga- *Vitas plurimorum edidit Colganus.*



Digitized by Google

Digitized by Google

vulgaret: nam cum ea amatores antiquitatis probaſſent, futurum ut firmiori deinde gradu ad Vitas ipſas progrederetur. Ajebat autem ſe complura habere Martyrologia, quædam ante annos 800. ab ſanctis & doctis viris concinnata. *aliaque prius Hibernenſia Martyrologia;* Concilia item Hibernica, poemata, ſcriptaque alia miræ antiquitatis: & nobis pro ſua humanitate duorum ejuſmodi Martyrologiorum ecgrapha ad Februarium ſpectantia communicavit: unum compoſitum ajebat a B. Mariano Gormano Abbate Lugmudenſi circa annum 1071. alterum a S. Enguſſo Epiſcopo, qui ſeculo octavo vixerit, aſſervatumque in Tamlachtenſi monaſterio: iis non haud raro uſi ſumus. Verum quod ei fideliter dabamus conſilium, ei tunc ſeſe acquieſcere negabat poſſe: ſive quod amici ac præſides vulgari prius Vitas mallent, ſeu quia fortaſſis in iis Martyrologiis aliqua reperiebat, quæ minus probatum iri uaſutis cenſoribus putaret, cum ipſe quædam poſterius adjecta videri fateatur. Deo tamen ſupplicamus, ut ad opus de Sanctis, ut inchoavit, perficiendum, vires ei ſubſidiaque alia largiatur. Tranſcripſimus ex eo opere in noſtrum quandoque Vitas aliquas, ſed eorum dumtaxat Sanctorum, quorum in aliis Vitis vulgo notis, minimeque ſuſpectæ fidei, mentio fit. *ſumimus tamen quaſdam;* Quorum vero incomperta alibi memoria, eorum non temere Acta, ab eo licet vulgata, proferimus; nihil tamen eorum ſanctitati, aut etiam publicæ venerationi, ſi quam olim obtinuerunt, priuſquam hæreticorum jugo Hibernia opprimeretur, detrahentes.

non omnes præſertim valde portentoſas, & genium ignotorum. Eo autem ſollicitius ab iis calamum abſtinemus, quod fere contextæ ſint ex portentoſis miraculis: quæ vere fortaſſis olim acciderunt ob ſinceram piiſſimæ gentis ſimplicitatem; tamen ita imperite nonnumquam congeſta ſunt, omiſſis iis quæ ad virtutum officia ſpectabant, ut riſum potius movere lectoribus queant, quam Sanctos illos venerandi imitandique affectum. Nec queri quiſquam merito poteſt, nos Sanctis illis injuriam facere, ſi quorum in nullis Faſtis reperimus nomina, nulliſque in Actis aliorum Sanctorum; ea quæ de ipſis in ſolis gentis illius extare monumentis dicuntur, atque eorum non pauca Scottica aliave barbara lingua conſcripta, operi noſtro non inſertamus.

Quamquam non aſpernamur univerſim, quæ peregrinis linguis ſcripta ſunt. *Quaſdam in aliis linguis vertimus;* Profitemur enim nos Acta Sanctorum edere, ut olim Latinis litteris ſunt conſignata; ſi Græce ſolum extant, nos ea fideliter interpretari. At ſi quorumdam, quos certis in Eccleſiis, urbibuſque ac provinciis coli didicimus, perſcrutati Acta, nulla aſſequamur, niſi vernaculo populi illius ſermone exarata, puta Italico, Hiſpanico, Gallico, Teutonico; nihil nos ab inſtituto noſtro alienum facere arbitramur, ſi ea Latine vertamus, aut verti ab aliis curemus, in lucemque demus, ſive manu ſolum exarata reperiantur, ſive typis vulgata. *duplici modo* In his tamen ſumimus id nobis, ut quandoque breviori epitome complectamur, quæ multis ac ſuperfluis verbis ad faſtidium exaggerata ſunt. Niſi id eveniat nonnunquam, ut quæ linguis illis edita ſunt, ea e Latino exemplari tranſlata dicantur, idque nos exemplar aſſequi nullo modo potuerimus: tunc enim preſſius illa convertimus, ut ſi non verba, ſententiam certe omnem repræſentemus. Sed liquidior in iis ratio, quæ Latine ſcripta, aut Græce.

Porro Hibernis (nam eorum occaſione huc devenimus) ſervamus religioſe, quam in Præfatione ad Januarium cap. 2. §. 6. dedimus fidem: ut quam adverſus Scotiæ hodiernæ incolas acriter defendere nituntur nominis Scottorum, ac patriæ poſſeſſionem, & Sanctorum, qui plerique olim Scotti appellati, poſſeſſionem iis neutiquam abjudicemus: *Litem de SS. inter Scotos & Hibernos non decidimus.* ſed nec ſecundum eos potius quam Scotos pronuntiemus. Quos enim Scotos, ſeu Scottos, in vetuſtis codicibus nuncupatos reperimus, Scotos vocamus: Hibernos, quos Hibernos. Neque an Hiberni, ac Scoti, quorum patria (ut ex Beda diximus) Hibernia, una gens fuerit, diſputamus. Litigent ipſi ſane, quoad volent, inclyti illius collatione decoris, modo fidei orthodoxæ & Chriſtianæ caritatis communione invicem devincti permaneant. Quorum tamen in Vitis mentio fit provinciarum, urbium, fluminum Hiberniæ, circa quæ Sancti, de quibus ſermo incidit, habitarunt, eos in Hibernia vixiſſe affirmamus, etſi Scoti fuiſſe dicantur: idem de iis ſtatuimus, qui cum Hiberni appellentur, in Pictorum Scotorumque locis, ut in Jona, ſive Hy, inſula aliiſque habitaſſe aſſeruntur: eos enim Scotiæ, quæ id nomen hodie ſola retinet, tribuimus. De omni reliqua controverſia, ob quam inter ſe infeſtiſſime altercantur, ne inquirere quidem nobis lubet, ut de multis in Germania monaſteriis olim Scoticæ genti ædificatis, an utriſque aliquando communia fuerint.

CAPUT IV.

De Dextri, Maximi Ep. Cæſarauguſtani, Luitprandi, Juliani Petri Chronicis Hiſpanienſibus, judicium.

PRopoſitum etiam nobis illud antea fuit, ut Hiſtorias quaſdam, Adverſaria, Chronica rerum Hiſpanienſium, quæ noſtra memoria ſub Dextri, Maximi, Luitprandi nominibus edita, etſi minime nobis probarentur, tamen quia a viris eruditis laudata, illuſtrataque commentariis eſſent, ipſi non impugnaremus. *Chronica Dextri, Maximi &c. nobis ſuſpecta,* Verum difficile deinde viſum, non indicare lectoribus, ubi occaſio tulerit, cur ab iis diſſentiamus: quia nempe ut plurimum veteribus ſcriptorum monumentis repugnent; ut etiam cum nil occurrit, quod iis contrarium ſit, uti tamen ſola eorum auctoritate minime auſimus, quam alibi fluxam & inanem deprehenderimus. Neque tamen definire illud poſſumus, ſint iſta necne, ante duo triave forſan ſecula a quopiam collecta; an nuper excogitata omnia; an potius ex levibus quibuſdam lineamentis, uſpiam in vetuſto aliquo codice inventis, efficta & adornata. Novimus quid de iis ſentiant, *& multis viris doctis* etiam in Hiſpania quidam eximia antiquitatis ſcientia ac ſingulari judicio præditi homines; atque in primis D. Nicolaus Antonius Hiſpalenſis, vir nobilis, *etiam Hiſpanis,* & in Curia Madritenſi, juris ſcientia, ceteraque eruditione, ac virtutis exiſtimatione clariſſimus, Ludovicus Nonius, & ipſe nobis, dum viveret, amiciſſimus, quo non multi in omni antiquitate, præſertim Hiſpaniarum, magis verſati, quiſquilias vocabat. Alius quidam vir doctiſſimus, inque ampliſſima conſtitutus dignitate, nobis aliquando retulit, plurima eſſe per omnem Hiſpaniam monumenta antiquitatis, tum Romanæ tum Chriſtianæ, ſed pleraque ignorata: intereaque nunc repertas ſub terra tabellas, nunc alia ſuppoſititia ſcripta proferri in lucem, & defendi, ut ita ſcilicet publica approbatio tentetur. Ut ut ſit, dabunt cordati homines nobis eam veniam, ut quamdiu ſuſpecta nobis ſunt, quacumque ex cauſſa, liceat iis non uti: *non ſequimur,* etſi non certa ac ſolida alioquin ratio, ſed noſtra ſolum nos doctrinæ tenuitas, ingeniive tarditas revocaret. Ea ſane ſi viſa nobis non eſſent, tacite præterire liceret: cur non igitur liceat, quia viſa ſunt, quare iis niti nolimus indicare?

Qui porro volet cur magnis illis auctoribus adſcripta falſo eſſe hæc Chronica arbitremur, ſummatim cognoſcere, (nam particulatim omnia expendere, longi eſſet laboris, quique operis noſtri abſolutionem plurimum retardaret) is de Dextro quod in

Digitized by Google

Præſat. ad Januarium cap. 2. §. 6. diximus, ſecum reputet. S. Hieronymus in libro de illuſtr. Eccleſ. ſcript. cap. 132. ita ſcribit: *Dexter Paciani, de quo ſupra dixi, filius, clarus apud ſeculum, & fidei deditus, fertur ad me omnimodam hiſtoriam texuiſſe, quam necdum legi.* In illius quoque libri prœmium ad ipſum Dextrum, iſta habet inter cetera idem Hieronymus. *Quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ eloquentiæ ſtetit, non eſt facere dedignatus in Bruto, Oratorum Latinæ linguæ texens Catalogum,* &c. De patre vero S. Paciano (quo de agemus 9. Martii) idem cap. 106. iſta habet: *Pacianus in Pyrenæi jugis, Barcilonæ Epiſcopus, caſtigatæ eloquentiæ, & tam vita quam ſermone clarus* &c. Tria hæc capita ſunt, ex quibus Dextri eloquentia ac ſtyli nitor colligi poſſit: inſtitutio, Ciceronis aſſidua lectio, ſcriptio cum jam eſſet *clarus apud ſeculum*, qui deinde, ut alii tradunt, Præfectus Prætorio fuerit. Nemo autem vir illuſtris ad libros edendos facile animum ſolet adjicere, niſi qui ſtylo excellere ſibi videatur: neque ſane Dexter, ea præſertim ætate, qua Symmachus V. Pr. S. Ambroſius Ep. Aurelius Prudentius v. cl. atque alii eloquentia & ſtyli venuſtate præſtabant, ſcribere aggreſſus temere eſſet, & quidem ad S. Hieronymum, niſi ſe exiſtimaſſet tum hujus maſculæ facundiæ, tum ſuæ dignitati parem afferre orationem poſſe. Jam Chronici illius quam parum culta dictio? quam non reſpondet tanti auctoris dignitati! quam non ſapit frequentem lectionem Ciceronis? Profecto irridere potius eum S. Hieronymus videri potuit verbis illis, *Cicero tuus*, ſi non alia pollere eum ſtyli gratia noviſſet. Quid pater Pacianus, *caſtigatæ eloquentiæ, & tam vita quam ſermone clarus*, non etiam filium ſermone clarum fieri voluit, quem ad omne & virtutis & ſcientiæ decus informabat? Neque enim illud dici poteſt, nimis cito eum deceſſiſſe, prius quam filius diſciplinarum earum capax eſſet, quandoquidem *ſub Theodoſio Principe jam ultima ſenectute mortuus ſit*, quando & filius apud ſeculum clarus jam erat, uti ipſo quoque tempore ſcripſit S. Hieronymus. Neque arbitramur virum gravem, ut Dexter fuit, ita vi quadam prætoria, Hiſpaniæ ſuæ vindicaturum fuiſſe quotquot vel leviſſimo indicio arripere poſſet, inque Sanctorum claſſem redacturum, de quibus ambigi poſſit an fuerint Chriſtiani: nec illud non animadverſorum fuiſſe, in ignominiam id potius ſuæ gentis, quam decus redundaturum. Illud enim taciti præterimus, quod annos ab ortu Chriſti, & quidem inſcite, numeret, quod nulli tunc, ac ne multis quidem poſt ſeculis, fuit uſurpatum. Cur non potius Conſules, aut Æras Hiſpanicas adſcripſit? Si id poſtea adjectum dicant, unde norunt non & alia plura adjecta, ac forſan omnia? Habeant tamen Chronicon hoc quo volent loco; nos illud neque Dextri *omnimodam hiſtoriam* eſſe cenſemus, neque ea fide ſcriptum, ut ejus ſtare auctoritate cogamur.

Dexter vir doctus;

eſſidus legeus Ciceronem;

a S. Paciano patre doctiſſimo inſtitutus;

tam locuples;

& tolla non ſuſpicit?

De Maximo iſta S. Iſidorus Hiſpalenſis, ejus æqualis, libro de ſcriptoribus cap. 33. habet: *Maximus Cæſaraugustanæ civitatis Ep. multa verſu proſaque componere dicitur, ſcripſit & brevi ſtylo hiſtoriam de iis quæ temporibus Gothorum in Hiſpaniis acta ſunt, hiſtorico & compoſito ſermone. Sed & multa alia ſcribere dicitur, quæ necdum legi.* Sed quod nuper editum eſt Maximi Chronicon Dextri Chronico ſuperſtructum, nihilo majoris eſt firmitatis. Fatetur auctor in Præfatione eſſe *continuationem omnimodæ hiſtoriæ, quam fecit Fl. Lucius Dexter*. Multa, ut in Dextro, vana ac falſa, quæ nos vel omittemus, ne noſtræ curſum ſcriptionis morentur, vel (ſi tanti erit eam operam ſubire) refellemus, uti tomo 3. ad 23. Februarii pag. 394. refutata breviter ſunt, quæ de S. Celſo ſcripta ſunt eo Chronico, deque Ferrando Carthaginenſi in Africa Diacono, quem perperam *Hectorem* eſſe volunt Epiſcopum Carthaginis Spartariæ, qui Concilio Tarraconenſi anno 516. interfuit. Quo ex loco ſatis perſpicue probari videtur, ſubditititium hoc quoque opus eſſe, neque a Maximo Epiſcopo tam inconſiderate fuſum. Hugo Menardus, ut to. 3 Februarii pag. 740. diximus, aſſerit *hoc Chronicon multa continere abſurda, & S. Maximo prorſus indigna*. Georgius Cardoſus Menardo ſubſcribit.

ut Maximus, laudatur a S. Iſidoro,

ſic hallucinatus eſſet in rebus ſua ætatis.

Luitprandus Ticinenſis Diaconus, ac dein Cremonenſis Ep. ſcripſit *Rerum geſtarum ab Europæ Imperatoribus & Regibus libros ſex*: ac deinde Legationem, quam ad Nicephorum Phocam Imperatorem pro Ottonibus Auguſtis ſuſcepit. Eſt autem opus utrumque pridem typis excuſum, teriturq; hominum eruditorum manibus. Ejuſdem nomine *Chronicon* quoddam & *Adverſaria* nuper edita ſunt, quæ variarum incertarumque narratiuncularum *pa..ψδιαν* continent. Præfixa eſt Tractemundi Epiſcopi Illiberitani ad eumdem Luitprandum epiſtola, Luitprandique reſponſio: inſunt autem in utraque multa, quæ alii forſan non molli calamo caſtigabunt. Nobis illud hic quærere liceat, quomodo in Hiſpanias penetrarit Luitprandus, ut potuerit Toleti Subdiaconus ordinari, aut quomodo eum, per loca acribus Maurorum ſepta cuſtodiis, in manifeſtum ſervitutis periculum ſeſe conjicere vitricus ſuus ſit paſſus, ſub cujus adhuc cura anno 948. Ticini degebat, ut lib. 6. cap. 1. ipſe indicat? Aut quando tandem Toleti Subdiaconus fuit? Ex Juliani Subdiaconi Toletani libro de ordine Archiepiſcoporum, iſta citat Hieronymus de la Higuera noſter Prologo in Luitprandi Chronicon: *Anno 946. Bonitus Toletanus Epiſcop. annis duobus: ſub hoc floruit Eutrandus, ſive Luitprandus, Diaconus Ticinenſis, Toletanus Subdiaconus, & Traſemundus Presbyter, poſt Epiſcopus Illiberitanus, ab eodem Bonito miſſus.* Quid illud *ſub hoc floruit*, ſibi vult? Nempe quod ipſe Luitprandus in Reſponſione ad *Traſtemundum* ſcribit: *cum una Toleti quondam convivimus.* Hunc Juliani Subdiaconi librum necdum vidimus: neque ſcimus, idem ſit nec ne Julianus Petri Archipresbyter Eccleſiæ S. Juſtæ Toleti, cujus Adverſaria Chroniconque edita anno 1628. Hic certe in Chronico ad annum 946. videtur paullo longius Bonito tempus Sedis tribuere, ac de Luitprando ita ſcribit: *Sub hoc fuit Subdiaconus Eutrandus, vel Luitprandus, Archidiac. Ticinenſis, hiſtoriarum ſcriptor haud ignobilis, & pariter poeta excellens.... Florebat per id tempus & Toleti Presbyter Traſemundus, poſt Illiberitanus Ep. vir ſanctus: ad quem Eutrandus ſcripſit Subdiaconus Toletanus, poſt Ticinenſis Diaconus.*

Luitprandi hiſtoria probata,

non Chronicon aut Adverſaria.

nec videtur Toleti fuiſſe ſub Bonito Ep.

Videamus ea quæ certum eſt Luitprandum de ſe ſcripſiſſe, an eum his conſentiat. *Hugo, Arelatenſium ſeu Provincialium Comes*, ut lib. 3. cap. 4. ſcribit, regnum Italiæ ſuſcepit ſub annum 926. Statim ipſo regni initio, ut res ſuas ſtabiliret, *cum Reges ac Principes* (ut eodem libro, cap. 5. ſcribit idem Luitprandus) *amicos circumcirca acquireret, ſtuduit nomen ſuum etiam Achivis longe a nobis poſitis notum facere. Imperabat vero his tunc temporis memoria ſatis & laude dignus Romanus Imperator, liberalis, humanus, prudens ac pius: cui cum propter morum probitatem, tum propter linguæ urbanitatem, genitorem meum direxit nuntium.* Ac paullo poſt: *magnoque ab eo genitor munere donatus, ad Hugonem Regem, qui ſe illuc tranſmiſerat, rediit lætus. Poſt reditum vero ejus, paucis interpoſitis ſolibus, languore correptus, monaſterium petiit, ſanctæque converſationis habitum ſumpſit: in quo poſt dies quindecim mortuus, me parvulo derelicto, migravit ad Dominum.* Idem Luitprandus lib. 4. cap. 1. iſta ſcribit, quæ circa ann. 930. videntur contigiſſe: *Ea ſiquidem tempeſtate tantus eram, qui Regis Hugonis gratiam vocis mihi dulcedine acquirebam. Is enim euphoniam magnopere diligebat, in qua me coæqualium puerorum nemo vincere poterat.* Dein Rex Hugo anno 947. in Provinciam reverſus ..... *brevi eſt viam univerſæ carnis ingreſſus.* Non multo ante, ac fortaſſis eodem ipſo tempore, Berengario Marchioni Eporediæ, qui dein Longobardiæ tyrannus, poſtea Rex eſt factus, conciliatus eſt Luitprandus. Teſtatur id

anno 927. Ticini patre orbatus adhuc parvulus;

poſtea Hugoni Regi Italiæ acceptus ob cantus peritiam;

lib. 5.

Digitized by Google

DIPTYCHION CONSTANTINOPOLITANVM





Digitized by Google

Berengarii Marchionis, jam deinde Regis ſecretarius factus.

lib. 5. cap. 54. his verbis: *Tanta hac Berengarii fama, humanitate, liberalitate, parentes acciti mei, ei ad ſerviendum me tradunt. Cui etiam immenſis oblatis muneribus, ſecretorum ejus conſcium, ac epiſtolarum conſtituunt ſignatorem. Cui cum fideliter* LONGO TEMPORE *deſervirem, hac me, quam profecturus ſum ſuis in locis, mercede donavit..... Hic* (Berengarius) *ſuperſtitibus Hugone & Lothario, magnus veraxq; ſtrenuus, non bonus, ſed bono ſimilis eſt viſus. Eis autem decedentibus, & ad regni faſtigia omnibus illum promoventibus, quantum alas erexerit, quantiſq; diludiis nos omnes irriſerit, non tam verbis quam ſuſpiriis ac gemitibus narro.* Primum inter hæc diludia fuit, antequam Rex eſſet, quod lib. 6. cap. 1. narrat idem ſcriptor, mortuo Hugone, Lothario ejus filio regni adhuc titulum retinente, omnia interim gubernante Berengario, geſtum. Nam Conſtantinus Porphyrogenitus Imperator, qui *dejectis* jam antea anno 944. *Romano*, de quo jam egimus, *filiiſq; ejus, Conſtantinopoleos regebat imperium, audito Berengarium præſtare Lothario, per Andream, qui ab officio Comes Curiæ dicebatur, litteras Berengario dirigit: in quibus continebatur, vehementer ſe Berengarii nuntium velle videre, cujus in reditu cognoſceret, quanta eum caritate diligeret..... Berengarius itaque calliditate ſuffarcinatus, cogitans quem potiſſimum mitteret, cui nil impenſa ob itineris longinquitatem præberet, vitricum meum, cujus tunc ſub cura degebam, convenient: Quanti, inquit, eſſet privignum tuum Græcas litteras non ignorare? Cui cum diceret, Utinam divitiarum mearum eâ gratia partem mediam diſtributã haberem; Non neceſſe, inquit, habes, neque centeſimam impartiri. Conſtantinopolitanus Imperator litteris, ut meum ad ſe nuntium dirigam, orat. Quod tum ob animi conſtantiam nemo melius, tum ob dicendi copiam nemo commodius facere poteſt. Quid dicam, quam facile doctrinas ebibet Græcas, qui tam puerilibus in annis epotavit Latinas? Hac ſpe quam mox vitricus meus animatus, impenſas omnes diſtribuit, meq; magnis cum muneribus Conſtantinopolim direxit.* Ea munera cum Imperatori offerre ſuo nomine ſtatuiſſet; atque *Berengarius ex parte nihil præter epiſtolam, & hanc mendacio plenam, detuliſſet;* ſatius poſtea fore duxit, illa velut a Berengario miſſa offerre, *parvumq; munus, prout poſſet, verbis ornare.* Profectus eſt autem Conſtantinopolim Luitprandus, cum VIII. Kalend. Septembris in feriam ſextam

anno 948.

incidit, ac per conſequens cum littera Dominicalis eſſet A, quod inter annum 943. & 954. non niſi 948. contigit, quo Paſcha inciderat in 2. Aprilis. Eo igitur anno, poſt obitum Hugonis, Lothario ejus filio adhuc titulo tenus regnante, illa ſuſcepta a Luitprando legatio. Videtur porro inſequenti anno reverſus poſtquam interfuiſſet celebritati, qua Imperator die Palmarum aurea numiſ-

ſequenti reverſus.

muta in diverſæ dignitatis Præfectos, Magiſtros item, ac Patricios erogabat. Sed caput 5. lib. 6. quo iſta narrat, mutilum eſt: & deſunt fortaſſis non ſolum reditus ejus hiſtoria, ſed & alia complura de iis quæ ſub eodem Berengario geſſit, paſſuſque eſt, deque fuga ad Ottonem in Germaniam.

non ergo ante an. 950. ivit in Hiſpaniam,

Hæc a nobis idcirco allata ſunt, ut oſtenderemus Luitprandum in Hiſpania anno 946. & ſequenti non videri fuiſſe, quo tamen tempore aſſeritur Toleti ſub Bonito Epiſcopo floruiſſe: ac neque multis poſtea annis, cum Berengario *longo tempore deſervierit.* Si enim eo exulatum abiit, inde in Germaniam; quando tandem Ticinenſis Diaconus eſt factus, Ticinum ante hiſtoriam ſuam

nec longo tempore poſt.

ſcriptam minime reverſus? Si erat antea Diaconus, imo, ut Julianus habet, Archidiaconus, quomodo Toleti Subdiaconus præpoſtero ordine factus? Liceat hic demum nobis de eo Epiſcopo, cui ſuos ille commentarios miſit, conjecturam noſtram promere. Is *Raymundus* aut *Regemundus* appellatus antehac in edit. Baſileenſi anni 1532. in *Traſtemundum* transformatus eſt ab iis qui Chronicon illud & Adverſaria cuderunt: in Chronico Juliani Petri *Traſemundus* vocatur. Quid ſi *Recemundus* fuit, de quo tom. 3. ad diem 27. Februarii cap. 13. Vitæ B. Joannis Abbatis Gorzienſis mentio fit? Is certe ab Abderrhamano Cordubenſi Arabum Rege ad Ottonem Magnum miſſus, haud dubie Luitprando apud eumdem Regem exulanti innotuit. Erat vero, ut ibidem nu. 128. pag. 714. dicitur, *adprime Catholicus, & litteris optime tam noſtrorum quam ipſius, inter quos verſabatur, lingua Arabica, inſtructus:* quibus animi ejus ornamentis con-

Quis Regemundus, cui hiſtoriam dicavit;

ſentanea ſane illa fuit *petitio, qua totius Europæ Imperatorum Regumq; facta ponere* Luitprandum *compellebat, ſicut qui non auditu dubius, ſed viſione certus eſſet.* Et congruit his quoque tempus, quo commentarios illos ſcripſit Luitprandus, nempe inter annum 957. & 960. Nam

ſcriptam poſt annum 957.

lib. 4. cap. 7. ita loquitur: *Duxerat idem Rex Otho, ante regni ſuſceptionem, ex Anglorum gente nobiliſſima Regis Adelſtani fratris filiam ſibi uxorem, nomine Otgit: ex qua & filium genuit nomine Liutolphum. Cujus ob recentem jacturam quoties memoriam agimus, lacrymis ſinum replemus. O ſi numquam natus, aut non tam mature eſſet defunctus!* Mortuus eſt autem Liutolphus anno 957. ut tradunt Hermannus Contractus, Lambertus Schafnaburgenſis, & alii. Ergo poſt eum annum commentarios illos elucubravit Luitprandus. Ante annum tamen 960. Siquidem lib. 3. cap. 7. iſta habet: *Leo Græcorum piiſſimus*

ante 960.

Imperator... corporis humani debitum ſolvens, viamq; carnis univerſæ ingrediens, regni ſui heredem, Alexandrum fratrem germanum, unicumq; filium Conſtantinum, QUI NUNC USQUE SUPEREST *& feliciter regnat, parvulum, &, ut Græci ajunt, ἄλαλον, id eſt, mutum & infantem dereliquit.* Hic eſt Conſtantinus Porphyrogenitus, ad quem antea a Berengario miſſus fuerat Luitprandus. Mortuus is eſt, ut alibi diximus, die 9. Novembris, anno 959. Indict. 3. jam ſcilicet a Septembri inchoata. Eo autem ſpatio, quod inter 959. & 956. annos fluxit, illæ Abderrahmanis ad Othonem duæ legationes contigerunt: quarum una functus eſt *Recemundus*, Epiſcopus a barbaro Rege nominatus; & una ad eum Ottonis, quam obiit B. Joannes, Gorzienſis poſtea Abbas. F

Iſta porro ſic allata ſunt a nobis, magis ut rationem lectori reddamus, cur teſtimonia ex illis Chronicis deprompta arbitremur ejuſmodi non eſſe, ut neceſſario iis acquieſcere debeamus; quam ut eos, qui magnorum illorum auctorum fœtum eſſe putant, refellamus. Si

Sequemur eos, qui certiora afferent.

argumenta, ob quæ tum hic generatim, tam alibi particulatim, diſſentimus, claris ac certis rationibus diſſolverint; ingenue illis aſſentiemur. Ac profecto quidem, non diffitemur Luitprandum lib. 5. cap. 5. ita ſcribere; *Hoc in tempore, ut ipſe Pater bene noſti, ſed magnam & cunctis terribilem paſſus eſt eclipſim feria ſexta, hora diei tertia. Qua etiam die Abdaram* REX NOSTER *a Radamiro Rege Chriſtianiſſimo Galiciæ in bello ſuperatus.* Atque ita habetur etiam in Baſileenſi anni 1532. editio-

An Luitprandus Abdaram Regem noſtrum vocarit?

ne. Suſpicamur tamen mendum irrepſiſſe, ac *Rex veſter* legi debere: tum ob rationes hactenus allatas, tum quia lib. 1. cap. 1. ita ſcribit: *Quemadmodum tuam, Pater, prudentiam latere minime reor; imo me melius ſcire, ſicut ab ipſis, qui* VESTRI *ſunt tributarii Regis Abderhamenis poteſt conjicere.* Qui enim alioqui factum dicemus, ut Maurorum Hiſpanienſium Regem nunc *Veſtrum* nunc *Noſtrum* prudens ſcriptor appellet? Neque objici poteſt, tam in libri primi quam quinti primo capite potuiſſe errorem committi: nam ideo ait Regemundum melius ſcire, qui ab ipſis Regis illius tributariis potuerit intelligere. Quid ni enim, ſi in Hiſpania habitaverat Luitprandus, indeque genus ducebat, itaq; erat Hiſpaniæ addictus, ut etiam Maurum tyrannum illic dominantem *Noſtrum Regem* appellaret, etiam ipſe ab illius tributariis ac ſubditis ea cognoſcere potuit?

Juliani Toleti Chro

De Juliani quoque adverſariis & Chronico idem quod de prioribus nobis videtur; ſincerum germanum-

que

Digitized by Google

alicn & Adverſaria jam refutatio parla.

que veteris ſcriptoris fœtum non eſſe, ſed, ad conciliandam Dextri Chronico auctoritatem adornatum. Alioquin ſi quis probet ſcriptum a Juliano; imperitum ſane ſcriptorem fuiſſe Julianum illum dicemus, qui multa operi ſui infarſerit inepta. Quale illud quod in Chronico pag. 17. num. 32. habet: *Martialis lib. 7. meminit Lini Papæ, more Chriſtiano oſculantis.* Verba Poetæ lib. 7. epigr. 94. hæc ſunt: *in Linum.*

Bruma eſt, & riget horridus December,
Audes tu tamen oſculo nivali
Omnes obvios hinc & hinc tenere,
Et totam, Line, baſiare Romam, &c.

Ubi hominem importune officioſum ridet, qui omnes quovis tempore obvios oſculabatur. An is mos Chriſtianus? An id paſſim & ubique agere graviſſimum virum, ac Pontificem Maximum decebat? Alia ſunt id genus multa in hiſce Adverſariis ac Chronico Juliani.

CAPUT V.

De ſepulchris ac lipſanis nuper in Sardinia inventis: an omnia Sanctorum? De Menæis Græcorum, & aliorum populorum Hagiologiis.

PLures vulgati his annis libri de veterum Chriſtianorum ſepulchris & lipſanis in Sardinia inſula nuper inventis: quæ Sardi ſcriptores aliique omnia Sanctorum eſſe judicarunt, quod in templis pleraque, nonnulla etiam intra templorum aut ſacellorum parietes, condita erant. Scimus Sardiniam νοσερὰν οὖσαν τὸ θέρος, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς εὐκαρποτάτοις χωρίοις a Strabone lib. 5. vocari, *morbidam inſulam æſtivo tempore, illic præcipue ubi feraciſſima eſt*: ideoque delectam ab Romanis, in quam ſontes relegarentur, ac præcipue Chriſtiani, perſecutionum temporibus. Ubi tamen non ſola cœli gravitate, duriſque laboribus, ſed variis etiam cruciatibus multi enecati ſunt. De Sancto certe Pontiano Papa iſta leguntur in Martyrol. Romano ad 19. Novembris: *Natalis B. Pontiani Papæ & Martyris, qui ab Alexandro Imperatore cum Hippolyto Presbytero in Sardiniam deportatus, ibiq; fuſtibus mactatus, martyrium conſummavit* &c. Antiquus etiam codex de Romanis Pontificibus, qui ſub Loitprandi nomine editus fuit, iſta habet: *In exilium eſt deportatus ab Alexandro in Sardiniam, in inſulam Bucinam, Severo & Quintiano Coſſ. & in eadem inſula afflictus & maceratus fuſtibus defunctus eſt* III. *Kal. Novemb.* Quæ eadem habentur in antiquioris libri de Romanis Pontificibus, qui S. Damaſo tribuitur, MS. exemplari Sereniſſ. Reginæ Sveciæ. Uſuardus, Beda, Ado ita habent: *Sardiniam deportatur, ibiq; fuſtibus mactatus martyrium conſummavit.*

In Sardinia morbida inſula multi Martyres & Confeſſores,

Romani,

Quid quod ex Africa ſub crudeliſſimis Wandalorum Regibus plurimi eo Epiſcopi ac ceterorum ordinum Clerici deportati? Victor Uticenſis lib. 2. de perſecut. Wandalica tradit, Catholicos plurimos, qui *in palatio militabant*, aut *publicas agebant actiones*, juſſu Hunerici *domibus projectos, omnique ſubſtantia ſpoliatos, in inſulas Siciliam & Sardiniam relegatos. Idem deinde tyrannus plurimos in Sardiniam Epiſcopos ex tota Africa ejecit, ut alibi dicetur.*

& Afri:

Sub Traſamundo etiam Rege, cujus (ut in Vita S. Fulgentii 1. Januarii dicitur) erat *adverſus religionem Catholicam mens implacabilis & ira terribilis*, ſexaginta & amplius Epiſcopi in Sardinia exularunt, cumque iis S. Fulgentius atque ejus Clerici ac monachi. Ita cap. 20. Vitæ jam citatæ: *Interea repente diriguntur miniſtri regalis furoris, ut detentus etiam ipſe, cum ceteris in exilium Sardiniam Confeſſor Chriſti nobilis truderctur..... Comitantibus ergo monachis ſimul & Clericis, magiſter egregius utriuſq; profeſſionis exit, flentibus omnibus laicis, de cathedra honoris ad locum beati certaminis, paratus fidem Catholicam mente libera, voce forti, coram Regibus & poteſtatibus confiteri.* Hic primum ille cum Illuſtri & Januario Epiſcopis, ſuiſque & illorum Clericis ac monachis, monaſtico ritu ſanctiſſime vixit: deinde, ut cap. 27. habetur, *juxta baſilicam ſancti Martyris Saturnini, procul a ſtrepitu civitatis vacantem reperiens locum, Brumaſio Calaritanæ civitatis Antiſtite venerabili prius, ſicut decuit, poſtulato, novum ſumptibus propriis monaſterium fabricavit: in quo 40. & amplius Fratribus congregatis, diſciplinæ cœnobialis ordinem cuſtodivit illæſum, nemini dans licentiam profeſſionis ſanctæ regulam præterire.*

Quid jam mirum, ubi tot Confeſſores vitam ſanctiſſimam egerunt, plurimoſque ſuo exemplo & inſtitutione ad virtutis exercitationem permoverunt, & non pauci ærumnis ac laboribus confecti obierunt; illic plurima Martyrum & Confeſſorum tumulata corpora reperiri? Quædam tamen, Antiſtitum præſertim, ad ſuas poſtea ſedes revecta ſunt, ut S. Pontiani Papæ. Ita Damaſi liber de Pontificib. *Quem B. Fabianus adduxit cum Clero per navim, & ſepelivit in cœmeterio Calixti, via Appia,*

Non tamen ex dictis certo conficias, quotquot alia ibi Chriſtiano ritu ſepulta corpora reperiuntur, Martyrum eſſe aut Confeſſorum: at ſolum id probari poſſe videtur, eſſe Chriſtianorum, niſi alia addita ſint martyrii aut teſtatæ ſanctimoniæ ſigna. Nam quoſdam eorum ſcriptorum falli manifeſtum eſt, dum quoties B. M. nomini cuipiam præpoſitum eſt, interpretantur *Beatus martyr*, cum ſolum ſit *Bona memoria*: atque ita nonnumquam integre voces illæ expreſſæ, nuſquam (quod nunc quidem meminerimus) *Beatus Martyr*. Illa vero qualis conjectura Dionyſii Bonfanti, qui in Triumphis Sanctorum regni Sardiniæ lib. 7. cap. 9. reperta *Sanctarum Martyrum Cæciliæ, Sinniæ, Giniæ* corpora probat ex hac epigrapha addita ſepulchro?

B. M. ſepulchris inſcriptum non eſt beatus Martyr, ſed beatæ vel bonæ memoriæ.

quædam inſcriptio vidicule expoſita,

.....ORIE CECILIA
....NOS SVINVA GINIA
.....XIII KALENDAS SETEMBRES.

Eam enim inſcriptionem ita retulit Franciſcus Eſquivel Archiepiſcopus Calaritanus in Relatione miſſa ad Paulum V. Pontificem Maximum anno 1617.

.....ORIE CECILIA
.....NOS SVINVA. GINA
....XIII CALENDAS SEPTEMBRES.

Seraphinus Eſquirrus in Sanctuario Calaritano, edito anno 1624. ita ſculptam ait:

ORIE CECILIA
NO SVINVA GINIA XIII CALENDAS SEIEMBRES.

Unde autem ea diſcrepantia? Porro Bonfantus ita eam inſcriptionem exponit: Bona Memoria Cecilia vixit...... annos, Sinnia, Ginia, depoſita ſub die 18. Kalendas Septembris. Ubi primum vix intelligimus, qui potuerit ſcribere 18. *Kalendas Septembris*, cum duabus lineis prius habeatur XIII. *Kalendas Setembres*. Quod & ipſa mox ſequitur, ſcribens *triumphaſſe* eas 20. *Auguſti*, non 15. quod fuiſſet XVIII. *Kalendas*. At nobis ea inſcriptio ita legenda, & ſupplenda, qua parte deleta, videtur: *Bona memoria Cæcilia, vixit annos quinquaginta, depoſita* XIII. *Kalendas Septembres*. Ita pro QUINQUAGINTA ab imperito ſculptore inciſum lapidi SVINVA GINIA, littera S pro Q initio poſita, Q ita omiſſa in ſecunda ſyllaba: aut forte qui hanc inſcriptionem e lapide exſcripſit, litteras non ſatis apte expreſſas, detritaſve legere nequivit, & mutavit. Nihil autem eſt, unde Martyrem fuiſſe Cæciliam conjici queat. Neque enim inde erui id poteſt, quod *bona memoria* præfixum, alioquin innumeri quotidie fierent Martyres, quorum nominibus recepto inter pios uſu illud additur: non quod

vitæ

Et nova Martyrii confictæ.

vitæ tempus, aut dies obitus exprimatur; id enim æque olim Ethnicis ac nunc Chriſtianis uſitatum. Bonfantus autem non ſolum illud QUINQUAGINTA divellit in duas voces SVINVA GINIA, ſed *Suinna* in *Suinia* vertit, illudque ait eſſe quod Sardis familiare eſt *Suis* nomen. Alia id genus plurima ſe in eo auctore obſervaſſe nobis retulit Raphael Freſneus Gallus, ſagaciſſimus indagator antiquitatis.

Cur quorum in Sardinia reperto nuper ſepulchro, in opus noſtrum non continuo referamus?

At præcipuum apud nos momentum, ne Sardoa illa ſcripta ſequeremur, habuit Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini, ſapientiſſimi humaniſſimique Principis, auctoritas: qui moneri nos juſſit, quorum Sardi recens exuvias repetiſſent, venditarentque ut Sanctos, eos ne temere in opus noſtrum referamus; donec conſtet, quæ Eccleſiæ Romanæ de his ſententia ſit, aut niſi eorum martyrium publicaque ab antiquo veneratio ſatis ſit aliunde explorata.

Menæa Græcorum etiam Catholicis probata,

Menæis Græcorum aliquanto ſecurius videmur uti poſſe. Conſtant ea vaſtis aliquot voluminibus, ſacras precationes, quas in eccleſia publice recitant, continentibus, quemadmodum apud Latinos Breviaria ſunt: ſed his illa multo diffuſiora ſunt, ac præter hymnos, odaria, antiphonas, plurium quotidie Sanctorum elogia habent, ſuccincta quædam, alia ampliora. Hiſce porro Menæis ipſi etiam orthodoxi Græci utuntur. Etſi enim in iis ineſſe hymni nonnulli dicuntur a ſchiſmaticis, ut Philotheo Patriarcha, compoſiti; tamen Latini quoque ſcriptores, graviſſimi ac religioſiſſimi, ea citare non verentur, multaque ex iis excerpta typis mandare. Sunt tamen in iis multa, quæ videntur correctionis egere, ut ſæpe lectorem admonemus, cum occaſio incidit.

nobis nondum integre examinata:

Quod autem in Præfat. ad Januarium cap. 4. §. 21. pag. 51. ſcripſimus, *nullum adhuc reperiſſe nos inſcriptum Menæis, quem conſtaret aut Eccleſiæ Romanæ debitam obedientiam abjeciſſe, aut hæreticis inflatum erroribus*; quidam latius accepere, quam nos ſcribentes cogitabamus, quaſi id de omnibus, quorum eſſent in Menæis deſcripta nomina, pronuntiaſſemus. Quod ſane neutiquam ita intelligi volumus, ſed de iis ſolum, quorum jam Acta atque elogia expenderamus; neque enim univerſum Menæorum opus examinavimus, ſed prout in progreſſu operis noſtri neceſſarium viſum. Ac ſæpe ex Menæis nihil delibamus, cum pleniora certioraque habemus Acta, ſeu Latina ſeu Græca. Sed quorum in Faſtis Latinis vel nomina omnino non extant, vel Acta jejuniſſimis perſtricta; ea ſi in Menæis luculentius explanata, inde depromimus. Antiphonas paſſim adjunctas, continentesque varia Sanctorum encomia, ſed fere ex Actis, aut elogiis quæ diximus, hauſta, ſæpenumero prætermittimus: ſubinde autem evolvimus eas ac diſcutimus, ubi videtur operæ pretium. Quando minus ſolida eſſe, quæ de Sanctorum illorum cultu publico memoriaque traduntur, viſa nobis fuerint; vel taciti præterimus, quaſi inſerendum numero Divorum talem aliquem non putemus, vel plerumque cur abſtineamus ab ejus commemoratione calamum, lectori indicamus.

Item quæ recentioribus Martyrologiis, nobis non probata?

illi quatenus utamur;

Idem licere nobis arbitramur, de claris ſanctimoniæ laude hominibus ſtatuere, quorum nomina ac geſta ſunt recentiorum quorumdam Martyrologiis inſcripta, ut niſi ſatis nobis perſpectum ſit eos in album Cœlitum publico Pontificis Maximi decreto relatos, aut ab immemorabili tempore, cultu, qui Sanctis impendi ſolet, communi populorum pietate, Eccleſia minime refragante, honoratos; eos vel ne attingamus quidem, vel necdum certi quidquam nos de iis comperiſſe fateamur. Ea autem Martyrologia, vel unicæ Eccleſiæ aut Epiſcopatus Sanctos complectuntur, vel populi unius aut nationis. Celebria hoc in genere ſunt, quod Andreas Sauſſajus edidit Martyrologium Gallicanum, quemque ante 40. annos Philippus Ferrarius Catalogum Sanctorum Italiæ, quam Joannes Tamajus de Salazar *Anamnesin* SS. Hiſpaniæ, ac demum quod Georgius Cardoſus Hagiologium Luſitanicum. Quam vellemus, poſtremi hi duo, viri ſane doctiſſimi humaniſſimique, minus Chronicis, quæ Dextri, Maximi, Luitprandi, Juliani, dicuntur, adhæſiſſent! Quamquam Cardoſus ad 11. Februarii pag. 327. libere pronuntiat, (uti & nos ad eumdem diem ex eo retulimus) quando Dexter, & Luitprandus *invicem pugnantia tradunt, ſuſpicione non carere, propterea quod MSS. exemplaria, priuſquam prælo committerentur, per variorum manus iere, & quiſque quod ad patriæ ſuæ honorem facere videretur, inſeruit*. Miramur virum doctiſſimum, ubi id comperit, velle unquam auctorum illorum teſtimoniis ſtare. Unde enim conſtat, non etiam ubi minime diſſident, eſſe adulteratos? Nihil ſane ad enervandam illorum auctoritatem afferri efficacius poteſt. Illud vero in Cardoſi opere præclarum, quod eos qui vere Sancti aut Beati publice habentur, ſecernat ab iis qui fama ſolum ſanctitatis, vel martyrii, aut etiam miraculorum, celebres ſunt, nondum, Eccleſiæ judicio, tabulis Cœlitum adſcripti.

CAPUT VI.

De monaſticis recentiorum quorumdam Martyrologiis.

Multa monaſtica Martyrologia venerabiles cum Beatis promiſcent:

PLura extant Martyrologia, quæ religioſarum quarumdam congregationum conſpicuos ſanctimonia homines exhibeant. Ad quæ nuperrime acceſſit, quod Gabriel Bucelinus, monachus Weingartenſis, ac Veltkirchii in Rhætia ſuperiori, S. Joannis Baptiſtæ Prior, vir admodum diligens ac doctus, poſt Arnoldum Wionem & Hugonem Menardum aliosq; contexuit, *Menologium Benedictinum, Sanctorum, Beatorum, atque illuſtrium ejuſdem Ordinis virorum elogiis illuſtratum*. Id prodiit cum jam pars eſſet maxima Februarii excuſa. Ejus nobis deinceps eruditionem ac diligentiam ſubſidio futuram ſperamus. Erit tamen fortaſſis, qui in hoc quoque Menologium, ut in alia item plura, cadere poſſe exiſtimet, quod in Præfat. ad Januar. cap. 4. §. 9. de Chryſoſtomi Henriquez Menologio Ciſtercienſi & Martyrologio Franciſcano Arturi a Monaſterio pronuntiavimus his verbis: *Cum jam prior Januarii tomus eſſet excuſus, prodiit Martyrologium Franciſcanum cum amplis commentariis, cura ac labore Arturi a Monaſterio. Sed illud in eo opere, utque Chryſoſtomi Henriquez Menologio, haud probo, quod nulla inter eos, quibus ab Eccleſia olim decreti permiſſive ſacri honores ſunt, & ceteros ſola adhuc hominum opinione, nullo Eccleſiæ judicio confirmata, claros, differentia ſtatuatur: quo fit, ut his quidem honoris nihil accedat, de illorum veneratione plurimum detrahatur, dum uno omnes gradu habentur.* Et Chryſoſtomum quidem, nobis perfamiliarem, de his antea monueramus, ut qui vel ad aras invocantur, vel ſunt alioquin ab Eccleſia tabulis Cœlitum adſcripti, vel ab omni memoria Sancti aut Beati publica populorum religione habiti, eadem conſentiente Eccleſia, eos omnes ſecerneret ab illis qui ſolum opinione ſanctitatis in vita ac morte, aut etiam fama miraculorum, celebres fuerunt, eorumque nonnulli haud ita pridem: cavendum enim eſſe ne in recentem Urbani VIII. Pontificis Maximi bullam peccaſſe judicaretur. Noſtrum ille quidam conſilium probare videbatur; negabat tamen ei ſe tunc poſſe obtemperare, aut editionem differre operis, quod concinnaſſet, majori diligentia, quam ſubſidiis librorum rerumque aliarum; cum jam & typo-

quod nobis alibi improbatum,

præſertim in Arnol. Henriquez, & Franciſcano Martyrol. A turi a Monaſterio:

typographus eſſet paratus, & Abbates ſui Ordinis complures opus illud expectarent. Præſagiebat etiam fortaſſis arcano quodam inſtinctu naturæ, fore ut non admodum diuturna ſibi vita contingeret: paullo enim poſt, etſi non admodum grandis natu, deceſſit.

Idemque his in nova editione,

Alterum ſcriptorem vehementer noſtra illa, verbis quæ retulimus expreſſa, atque ita modeſta, admonitio pupugit. Is ſuum illud Martyrologium anno 1653. recudit, *accuratius* (ut ait) *recognitum & auctum*: quæ nobis editio non niſi abſoluto jam excuſoque Februario, cum hanc Præfationem Indiceſque moliremur, innotuit. In hac Prologum bene longum præfixit, in 26. diſtributum articulos. Secundi autem articuli hic eſt titulus: *Minoritici Ordinis Cœlites facti neque Beati, ſunt in triplici differentia. Bollandus emendatus.* Explicata ea, totidem fere verbis quot in priori editione, differentia, poſt alia quædam, §. 2. ita ſcribit: *Denique in refellendis quorumdam dictis, minus veris & impune effutis adverſus nos inſtitutumque noſtrum; dignum duxi abſtinendum a dicacitatibus, & verbis malignis, ſeu provocatoriis, vel indebite prolatis. Etenim, ut D. Hieronymi verbis utar epiſt. ad Furiam, Aut loquendum, ut veſtiti ſumus; aut veſtiendum, ut loquimur. Mentem ſecuti S. Auguſtini lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 29. ita nos alloquentis; Diligite homines, interficite errores: ſine ſuperbia de veritate præſumite, ſine ſævitia, pro veritate certate.* Ut autem declaret, quinam illi ſint quorum *interficere errores* velit, immediate addit: *Quapropter redeat ad ſe Joannes Bollandus, & calamum iterum abſtergat ſcribentis, velociter, (Tomo I. Actor. Sanct. in præfatione generali cap. 4. §. 9.) haud ſibi probatum eſſe, quod nullam poſuerim differentiam inter Beatos noſtros Minoritas. Utique illi dixiſſem cum apud Salvatorem ſimilitudinem: Medice cura teipſum, Lucæ 4. verſu 23. Ecquid fallacius, librum perſcrutari ſolius Indicis inſpectione? Legat, ſi velit, noſtras Annotationes; & clare certoque ſciet, quo titulo, quave de cauſa quiſque apud noſtrum Martyrologium Franciſcanum, Beati nomen jure ſit adeptus; licet diverſo gradu, varioq; modo id evenerit; quo differentia perſpicue aderit: cum teſtimoniis ita probatis & authenticis, ut iis amplius requiri non poſſit: reſpective tamen circa quemlibet eorum.* Ita ille.

polliticus ſtilo in reprehendendo modo ſtato,

in nos invehitur;

Haud ſane improbavimus, eorum hominum ſanctitate illuſtrium nomina exemplaque poſteritati tradere: verum ita id fieri optabamus, ut primo aſpectu innoteſceret, qui *Sancti* aut *Beati* appellari poſſent, pingi cum radiis, aliiſque ſanctitatis jam probatæ inſignibus ornari; ne ſi quis alteri quam qui in ea claſſe jam locati ſunt, honorem illum tribuat, Urbani VIII. prohibitioni non paruiſſe, gravemque propterea notam incurriſſe arguatur. Præclare id diſcrimen Beatorum ac Venerabilium ſtatuit Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitanico: atque in Gallicano Martyrologio Andreas Sauſſajus, diverſa ad id uſus forma characterum. Ipſe quoque tandem poſt multa Arturus art. 22. differentiam conſtituere videtur, ſed verbis ſane implexis atque obſcuris, ut nobis quidem videtur. At nihil tale indicarat in prima editione, quod quidem perſpexerimus.

ac tandem differentiā inter Beatos & Pios videtur ſtatuere;

Quid autem ſibi vult cum *abſtergere* me jubet *calamum velociter ſcribentis*? An me exiſtimat præcipiti ſtylo Acta Sanctorum decurrere, & haud ſatis mature cogitata chartis illinere, preloque tranſmittere? Næ ille fallitur vehementer. Multi e contra viri graves, etiam Præſules, nos frequenter increpant, quod non celerius noſtra edamus: poſſe, ſi quid poſtea addendum videatur, ſeorſim id fieri. Nonnulli, qui Januarium noſtrum accurate legerunt, fatentur ſatis ſe perſpexiſſe, magnum ei elucubrando laborem a nobis impenſum, nec jam ſe mirari, quod non citius provehatur opus. In ſtylo quidem poliendo haud multum operæ ac temporis ponimus: Arturus tamen, ut reor, ſtylum non facile nobis objiciet, qui, ut jam ante profeſſus eſt, *Dignum duxerit abſtinendum a dicacitatibus.*

nobis in ſcribendo præcipitantiam temere objicit;

qui Annales forſan ſumus,

ſed utiliter;

At cur illa nobis inculcat ex Evangelio, *Medice cura teipſum?* An nos uſpiam non diſtinximus a Sanctis aut Beatis eos qui ſolum Venerabiles dicendi erant? Nam hoc erat, quod in ipſo requirebamus. Certe in eo genere nimium fere religioſi ſumus, quorumdam judicio. Quod autem inſinuat nos libros perſcrutari ſola Indicum inſpectione, errat profecto.

Nos ipſius Annotationes omnes legimus: nec eas ſolas, ſed & auctores ab eo citatos, accurate pervolvimus, quos quidem habuimus: Marianum enim Florentinum non vidimus, cum non ſit typis vulgatus, neque exemplar MS. nanciſci potuerimus, uti nec quoſdam alios. Sed primarios omnes ſcriptores annalium antiquitatumque Ordinis, Bartholomæum Piſanum, Marcum Ulyſſipponenſem, Petrum Rodulphium, Franciſcum Gonzagam, Barezzum, ac præcipue diligentiſſimum Lucam Wadingum, quibus locis agunt de Sanctis quos Arturus commemorat, ſedulo legimus, & expendimus. Neque ex illis auctoribus, ipſiuſve Annotationibus, intelligere antea potuimus, Martyrologio illi inſertos eſſe *diverſo gradu, varioque modo*, ut jam videtur profiteri. Denique quod ibi ſcripſimus, ſcimus a pluribus probari: neque ſane ſuſpicari potuimus eum ſic ſua ſcripta amare, ut neminem a ſe diſſentire pateretur. Qui namque ita eſt animatus, ſatius eſſet operam ſcriptioni non addiceret, nam illud neſcio an hactenus quiſquam vel conſecutus ſit, vel ſapienter ſperare poſſit ſe conſecuturum.

falſo item objicit, quod Annotationes ſuas non legerimus.

Multa ipſe congerit de ſanctitate Seraphici Ordinis ſui, qua præcellere eum omnibus omnino Ordinibus, omnibus in rebus, contendit. Gratulor ipſi ſanctiſſimum ſuum inſtitutum. Sed quid ad ea quæ ſcripſeramus id ſpectat? Sane ipſius Ordini uſque adeo nihil detractum volumus, ut potius, ubi licuit, ejus omni ſtudio amplificaſſe honorem nobis videamur. B. Odorici de Portu Naonis (quem multi ex ipſo ordine, viri alias doctiſſimi, & præcipuis in eo muneribus perfuncti, ignorabant Utini publicam habere venerationem) primi nos Vitam, ab ipſomet conſcriptam, protulimus in lucem 14. Januarii: primi item Marochienſium quinque Martyrum 16. Januarii Acta dedimus, prout videntur a Joanne Tiſerando compoſita.

Multas Sanctorum ipſius Ordinis Vitas honorifice addidimus,

quaſdam primi;

At fortaſſis illa Arturo ignota, cum non videatur opus noſtrum legiſſe, ſed quæ in ejus præfatione de ſe ſcripta eſſent ab alio didiciſſe. Edidit enim hoc ipſo anno 1657. tomum alium, quem *Sacrum Gynæceum, ſeu Martyrologium ampliſſimum ſanctarum ac beatarum mulierum*, inſcripſit, & in eo ſupra mille auctores citat, quorum & catalogum præfigit, interque eos 60. circiter *Jeſuitas*: at non in his Joannem Bollandum aut Godefridum Henſchenium. Cumque plurimas, quæ non ita pridem vel martyrii agone perfunctæ ſunt, vel magna innocentiæ & ſanctitatis laude vitā finierunt, illi includat Gynæceo; multarum, quas ea Martyrologiis ante mille fere annos exaratis in Januario retulimus, omnino non meminit. Nam 28. Januarii S. *Marinam* Martyrem recenſet, annotatque: *Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum hoc die ex Beda & Galeſinio.* Perperam citatur a Ferrario Beda, apud quem S. *Mariæ* eo die non extat, ut illic indicavimus, memoria. At 27. Januarii, vetuſtiſſimum ſecuti Martyrologium Romanum, quod S. Hieronymi vocatur, atque alia, eam retulimus cum *Ss. Veneria, Fortunata, Tecuſſa, Secunda, Perpetua, Juliana, Vincentia, Victoria*, quas omnes Arturus prætermiſit, aliaſque quamplurimas, ut S. *Noitburgam* viduam, *Hixtamq;* ejus filiam, 26. Januarii;

ipſe non videtur opus noſtrum legiſſe,

id anſquam ſitam;

cum tamen poſſet ſuum Martyrologium feminarum augere;

B. Orin-

Digitized by Google

B. Oringam, *Chriſtianam* dictam, Virginem Etruſcam &c. Non tamen ipſi ſuum, *Medice cura teipſum* objiciemus, qui ne ipſos quidem Indices noſtros legerit, & opus erat? Potuiſſet alioquin ex eo opere ſuum locupletare: neque, opinor, neglexiſſet. Quis enim ſuſpicari audeat, conſulto eum noluiſſe a nobis ullas deſcribere, quod aliquid in ipſius Martyrologio viſi eſſemus reprehendiſſe? Non eſſet ille affectus ſincero ſcriptore, nedum viro religioſo, dignus. Miror tamen ſi noſtrum opus habebat, cur cum 29. Januarii *B. Redigundem* accepit e ſolo Tamaio, qui tamen *Acta SS. Bollandi* citat, tomum, diem, paginam 975. non tomum illum noſtrum inſpexerit: uti & priorem tomum ad 6. Januarii, ubi Tamaium eumdem citat, non Bollandum, e quo ille Acta accepiſſe ſe fatetur *S. Macræ*. Illud etiam magis miramur, quod qui ſæpius auctore Tamaio multas in ſuum opus Sanctas adlegerit, 25. Januarii *S. Felicitatem* omittat, a Tamaio relatam. An diſplicuit, quod is Bollandum citans, dicat *ab alio amplius requirere, eſſe oleum & operam perdere*? Non tamen ut nos Arturus criret laboramus: nec enim nobis honorem ex laborioſo hoc opere quærimus, ſed Sanctis. Horum celebrentur ab mortalibus atque imitatione exprimantur beneficia: noſtra vero nomina, ſi Deo & Sanctis ipſis ita placuerit, aboleantur; modo inſcripta permaneant in libro vitæ.

niſi alia de cauſa id noluit.

CAPUT VII.

Ordo dicendorum & ſymmetria.

Ordinata his omnia

VAſtum ſit licet, quod molimur, opus; ordinatum eſt tamen, cunctaque in eo diſtincte ac diſtribute poſita. Ne nos ipſos in ejus progreſſu confuſio perturbaret, non modo lectores, quorum commodo conſulendum, ſi fructum hinc aliquem percipere eos volumus. Qua igitur ſerie ac methodo dicenda componeremus atque inſtrueremus, antea mature deliberatum.

ſecundum dies

ac tempora;

Primum quos commemoramus Sanctos, hi ſunt ad eos dies collocati, quos Faſti Romani, aliive auctores (ſi Faſtis forſan inſcripti non ſunt) aut ipſamet Acta aſſignant: aut quibus eos in propria Eccleſia aut civitate, præcipua religione coli didicimus. In eadem collocatione, temporum quoque ordinem, quoad ejus fieri potuit, ſecuti ſumus, ut primi ii eſſent, quos conſtaret prius vita eſſe defunctos. Sicubi nullus erat character additus, e quo duci conjectura aliqua de tempore obitus poſſet; ei illos ætati adſcripſimus, cui potiſſimum congruere videbantur.

quoque die ſingulos Sanctorum

Ut autem ad initium cujuſque diei perſpicere lector poſſit, quorum Sanctorum eo celebritas agatur, aut a nobis illuſtretur memoria; primo loco litteris majoribus nomina recenſemus eorum, de quibus acturi; quorumve edituri Acta ſumus, addito etiam loco, quo aut vixerunt aut præcipue coluntur, &, quam geſſerunt, dignitate, aut vitæ modo & conditione. Exempli gratia, S. Blasius *Ep. Martyr*, *Sebaſtia in Cappadocia*. *S. Hadelinus Presbyter Viſeti & Cellis in Belgio*. Cujus autem Sancti in Breviario Romano eo die feriæ aguntur, ejus illo in catalogo majoribus quadratis litteris ſignamus nomen: V. G. 5. *Februarii* S. Agatha *Virgo Martyr*, *Catanæ in Sicilia*. Non tamen, ut in Martyrologio fit, primo loco ſtatuimus, niſi id ordo temporis poſtulet. Hoc tamen majorum litterarum diſcrimen ſubinde, vel oblivione noſtra vel typothetarum incuria, neglectum.

dein alio rejectorum

Dein Sancti in quibuſdam Faſtis eo die ſignati, a nobis in alium rejecti, aut omnino prætermiſſi indicantur, quaque id cauſſa factum ſit. Nam cum ſæpe a Græcis ac Latinis, & quandoque particularibus Eccleſiis, diverſo die feſtum cujuſpiam Sancti agitur; imo & ab una eademque Eccleſia aut Civitate, ob varias Inventionum, Tranſlationum, Miraculorumve cauſſas: Vitam tamen, ceteraque ad eam ſpectantia, non niſi ſemel dare poſſumus, ad eum nempe diem, quo in ſuo Ordine, aut urbe ejus Reliquias aſſervante, vel ceteroquin ejus venerationi præcipue devota, maximam habet celebritatem. Indicamus tamen, cum aliis diebus ejus nomen in ullis Faſtis ac tabulis Eccleſiaſticis reperimus adſcriptum, ut ſi qui eum tum colant, norint ubi valeant reperire.

& prætermiſſorum;

Deinde in recentiorum quorumdam Martyrologiis ac Menologiis, ſeu quo alio nomine inſignitis ſacris ephemeridibus, multi inſcripti ſunt, quibus tamen, ut antea diximus, debiti Cœlitibus honores nuſquam tribuuntur, neque illa ſummi honoris pleniſſima appellatio *Sancti* aut *Beati*, ſecundum Eccleſiaſticas ſanctiones, competit. Eorum ergo ut plurimum nomina tamen recenſemus, ſed monito lectore, nondum eſſe eos in album Sanctorum receptos, aut nobis id non conſtare. Nam ſi nuper admodum mortui ſunt, neque de ulla iis decreta veneratione, vel leviſſima ſuſpicio eſt, omnino omittimus.

ordo in utriſque;

In his quoque ordo adhibitus. Prius enim qui ad menſem Januarium pertinent, aut alioquin Februarii eos dies, qui illum, in quo verſamur, præcedunt, Sanctos ordinatim rejicimus. Tum quos omnino prætermittendos ducimus, recenſemus ſecundum cujuſque ætatem. Demum qui ad ſequentes Februarii dies, aut alios menſes ſpectant, menſium ipſorum dierumque ſerie adnotantur.

ad Vitas Prolegomena;

Ad ipſa dein Sanctorum Acta accedimus. Si nulla extant, quid tamen de Sanctis ipſis exploratum ſit edicimus, ac ſubinde nuda e variis Martyrologiis nomina proferimus. Si Acta ſumus adepti, iis præfigimus Prolegomena, ſive prævios commentarios: in quibus, quo tempore ac loco vixerit Sanctus quiſque, an publico cultu dignatus, an antiquitus ſemper in Divorum numero habitus, diſquirimus. Tum a quo mandata litteris Acta, quam gravi ſtylo ac fideli: quibus e codicibus nacti ea ſimus, & cujus beneficio ac humanitate, quod, ut gratitudinem noſtram teſtemur, nuſquam diſſimulamus. Atque id ſane viris cordatis vehementer placuiſſe didicimus: & fuere, qui cum varia Sanctorum geſta collegiſſent, aut ad illa notationes confeciſſent, ad nos miſerunt, noſtro in opere edenda, ut viſum nobis eſſet. Quod quidem adſcripto eorum nomine fecimus: niſi ſi diſerte ſtipulati eſſent, ne quam ſui mentionem faceremus, quibus ſat eſſet Sanctorum res geſtas illuſtrari, quoquo modo id fieret.

quandoque etiam ad hiſtorias tranſlationis;

Si Sancti cujuſpiam tranſlatæ Reliquiæ, ſi miracula ad eas facta, ſi quæ ſodalitia ad eorum amplificandum honorem erecta, templa ædificata, inſtitutæ publicæ panegyres, de his quoque diſſerimus in Prolegomenis: earumque rerum narrationem, ſi mandata litteris, Vitæ ſubjicimus. Si tamen utraque longior, & Prolegomena ipſa in multos diſtributa paragraphos; ut lectoris commodo ſerviatur, quæ ad ejuſmodi Tranſlationis hiſtoriam, quæ ad illam illuſtrandam aliunde petenda, propria Præfatione ante ipſam narrationem poſita explicamus.

Vita capitibus diviſa;

Secundum ea Prolegomena, Acta ipſa Sanctorum, quo primum ſtylo olim conſcripta fuere, ut cap. 5. explanatum, damus, certis capitibus, ut quaſi reſpirare lector poſſit, diſtincta: quam diſtinctionem ſi ſcriptores ipſi feciſſe videantur, plerumque retinemus; ſin minus, aut certe ſi nimium frequentes ſectiones tituliqne occurrerent, aliam commodiorem adhibemus.

Sin-

Digitized by Google

Singulis capitibus Annotationes, ſi neceſſariæ videantur, ſubnectimus, ſed perbreves: ſi nimirum variantes in MSS. codicibus lectiones occurrerint, ſi urbium locorumque explicanda nomina, ſi verba inuſitata, ſi res doctrinave paradoxa, ſi diſcrepans a vulgari Chronologia, ſeu firmanda, ſeu refellenda. *ad capita Annotationes,* Et juvantur hiſce Annotationibus qui mediocri præditi eruditione, (nam his præcipue ſcribimus) & quicumque alii: doctiſſimi neque iis egent, nec forte jam libris, ſine quibus tamen docti non evaſiſſent: denique Annotationes illas præterire, qui vult, poteſt.

In ipſo impreſſionis modo, quæ noſtra ſint, quæ aliunde tranſcripta, ut ea ipſa characteris forma dignoſci poſſint, curavimus: etiam in Annotationibus, quæ tamen minori charactere excuſæ. *litteris a b c &c. designatæ:* His quæ præfixa littera, eadem in margine per illius capitis decurſum quæri debet: cui ſimilis in ipſo contexto expreſſa, locum, qui explicatione egere viſus, indicat.

In margine ſuperiori nomen Sancti, de quo agitur, expreſſum, in altera dies menſis: ut libro qua parte libuerit aperto, cujus Sancti narrentur expliceturve Acta, & ad quem is diem pertineat, intelligi poſſit. *tituli paginarum:*

Quia vero, ut fuſe dictum cap. 2. ſubinde plures Vitæ Sancti unius a diverſis ſcriptæ auctoribus eduntur, in exteriori margine ſummo loco adſcriptum, quis eam Vitam auctor compoſuerit, ne plura revolvere folia lectorem oporteat, dum ab certo quopiam compoſitam auctore Vitam quærit. *nomen auctoris in margine,* E. G. pagina 514. in ſupremo margine hæc ſunt: *Vita B. Rabani Mauri Archiep. Moguntini 4. Februarii.* tum in laterali margine: *Auctore Rudolpho Presbytero.* at poſt paginam 522. *Auctore Trithemio Abbate.* Ita die 6. Februarii ad priorem S. Vedaſti Vitam appoſitum: *Auctore anonymo, ex MSS.* Ad ſecundam: *Auctore Alcuino, ex MSS.* Atque ita paſſim factum toto opere.

Porro quia duo ſimul in hoc opere deſudamus, Joannes Bollandus & Godefridus Henſchenius; atque communi quidem conſilio omnia ordinamus, ac mutua ſcripta recognoſcimus; ſinguli tamen ſeorſim ſingulas Vitas diſcutimus, Prolegomenis, Annotationibus, ſummariis marginalibus ornamus ac dilucidamus; curandum duximus, ut cujus potiſſimum labore ſingula eſſent elucubrata, aut e Græco verſa, indicaremus, primis nominum litteris in exteriori margine appoſitis ad initium Vitæ cujuſque aut tractatus de Sancto quopiam: ut nimirum conſtare lectori queat, ubi G. H. viderit, Godefridi Henſchenii id eſſe opus, Joannis Bollandi, quando J. B. erit adſcriptum. *aut J. B. G. H.* Quorſum hoc, inquies, cum paullo ante profeſſi ſitis, vos pro nihilo ducere, ut nomina veſtra citentur? Ita eſt ſane. Legantur hæc Sanctorum Acta, & quæ in iis plurima ac præclariſſima extant exempla virtutum, imitatione exprimantur, aut ad aliorum inſtitutionem recitentur; id ſatis eſt nobis: ut ea nos collegiſſe dicamur, non eſt quod expetamus, aut omitti nolimus. Nomina tamen noſtra appoſuimus, tum quia vetat Eccleſia ita temere libros ſine auctoris nomine protrudi; tum quia id maxime ad rem noſtram conducere exiſtimamus, ut ſubmitti nobis poſſint quæ adhuc nos fugerunt. *quorſum hoc:* Eo autem poſito, mihi Joanni Bollando, qui hæc nunc ſcribo, præcipue viſum eſt faciendum, ut ſciatur quæ ab eruditiſſimo collega meo ſcripta ſint, ne eveniat, quod factum haud ſemel ab iis qui Januarium legerunt, ut ſub nomine meo citarent quæ ab illo erant ſcripta. Cenſui igitur eſſe ſatius, ut utriuſque nomen indicetur: præſertim quia, cum ſtudii ſit laboriſque patientiſſimus, ac firmis viribus corporis, ſpero ab eo abſolutum hoc opus iri, cum me nunc præter ingraveſcentem ætatem multiplex infirmitas debilitet. Hoc igitur & initio Præfationis ad quamlibet Vitam appoſuimus ſignum, & in ſummo exterioris marginis in unaquaque pagina, quamdiu ea durat Præfatio.

Ad ejuſmodi porro Præfationes ac Vitas, earum ſuccinctam quamdam epitomen in marginibus apponimus, ut cui integra quæpiam Acta evolvere non vacat, habeat tamen eorum velut breviarium, quod celeriter percurrere poſſit, ac ſi quid penſiculatius examinandum videatur, id ſeligere. *ſummaria in marginibus.* In iiſdem marginibus litteræ poſitæ certis intervallis A B C D E F, quarum in Indicibus uſus, ut certius deſignetur quo quidque loco, quaque parte paginæ reperiri poſſit.

Appendicem adjecimus ad ſingulos tomos, in quam contulimus quæ poſt ſingulos dies excuſos ab amicis ſuggeſta erant, quæque ipſi repereramus, antea ignorata, vel non integra reperta. *Appendix poſt tomum.* In eadem Appendice retractamus ſi quid perperam prius ſcriptum, vel excuſum. Uſque adeo non pudet, ignorantiam erroremque agnoſcere, ſeu per nos animadverſum, ſive ab amicis indicatum: quibus tantum abeſt, ut iraſcamur, ſi quid monuerint, ut etiam gratiam ſimus habituri.

Etſi autem ſumma attentione legat quis ingentes ejuſmodi libros; non tamen (quæ eſt humanæ mentis imbecillitas) recordari quo quidque loco habeatur poterit, niſi ſi epitomen ſibi conficiat quis omnium quæ legit, quod non eſt unicuique opportunum. *Indices neceſſarii.* Ad ſublevandam ea in re memoriam maxima eſt Indicum apta concionatorum utilitas. *hic ſex,* Senos cuique tomo addidimus.

Primus, qui huic Præfationi immediate ſubjicitur, *1 SS. hujus tomi 1.* eſt eorum Sanctorum, quorum ſex prioribus Februarii diebus natalis celebratur, ſive Acta extent, ſeu ſolum obiter conſignata in Martyrologiis memoria. Præfigitur cuique Sancto dies, qui illi præcipue dicatus: at non litteræ S, aut B, aut, †, ut alibi cum omnes Sancti ſint aut Beati, nec ſint a quibus eo ſigno diſcernantur. Rarius quoque litteræ A B C D E F additæ ad certa paginæ ſpatia deſignanda, quia cum tituli majoribus characteribus excuſi ſint, inque iis Sanctorum nomina; facile eſt vel unico oculi conjectu hæc reperire, uti & titulos capitum, quæ raro plura incidunt in unam paginam. Hic tamen non ſolum conditio, dignitas, aureola cuique Sancto ſua additur; *cum ſynopſi dicendorum,* ſed quaſi ſub unum aſpectum producitur quidquid de eo Sancto in hoc volumine ſcriptum: capita προλεγομένων æque ac Vitarum, ſingularumque tituli. Si nec Prolegomena ſunt ulla, nec capita, quidquid tamen aſſequi potuimus, indicatur. An ex Martyrologio uno illius Sancti notitiam hauſerimus, an ex pluribus: ex Menologio Græcorum, an Menæis. Ne tamen tot citationibus moles operis nimium exaugeatur, his fere contractionum notis utimur, ut manuſcriptum v. g. ita exprimatur *MS.* manuſcripta *MSS.* Martyrologium *Mrol.* Martyrologia *Mroll.* Menologium Græcorum, *Mlog. Gr.* Menæa Græcorum, *Men. Gr.* Martyr *M.* Martyres *MM.* Presbyter *Presb.* Epiſcopus *Ep.* Virgo *V.* Virgines *VV.* &c.

Hunc ſequitur INDEX CHRONOLOGICUS. Inchoamus eum a Chriſti nativitate. Nam qui antea vixere Sancti, non ita multi ſunt, ſaltem Eccleſiaſticis Faſtis adſcripti: & tamen eorum ætas ad Commentarium proprium de illorum geſtis, ſecundum probabiliorem Chronologiam, indicatur. *2 Chronologicus,* In annis autem ab ortu Chriſti computandis, vulgarem & receptam jam paſſim epocham ſequimur: in Imperatorum, ac Regum Francorum per tria prima ſecula, annis aptandis, proprios inveſtigamus characteres. In hoc Indice quæ ab Sanctis geſta (potiſſimum, qui primis ſex diebus Februarii celebrantur) non omnia, ſed præcipua, ſuis temporibus aptamus, ex certis Chronologicis notis, aut probabili conjectura, noſtra aut aliorum.

Qua-

Quatuor reliqui Indices in calcem cujuſque voluminis poſt Acta Sanctorum rejecti ſunt: in quibus cur appoſitæ litteræ a b c d e f, quæ in ſingulis expreſſæ, antea indicatum, ut nimirum qua parte deſignatæ paginæ reperiri quidque poſſit, lectores intelligant. Tertius ergo INDEX HISTORICUS eſt, nomina complectens hominum, quotquot hoc volumine occurrunt. Sanctorum tamen nominibus † præfixa, non S aut B littera, ne earum litterarum frequenti inter alias interjectu, attentio lectoris, quidpiam celeri oculorum conjectu veſtigantis, turbetur. Sanctorum autem, quorum hoc volumine natales aguntur, in primo Indice poſita nomina, hic omittuntur: niſi fortaſſis eorum in aliorum Actis mentio fiat. Ibidem ut in primo Indico, omnium ſtatus ſeu conditio expoſita, & in iis qui vulgo minus cogniti ſunt, etiam ſeculum quo vixerunt, aut regio, in qua verſati. De notis contractarum vocum ante dictum.

3. Hiſtoricus nominum;

Quartus INDEX TOPOGRAPHICUS nomina regionum urbiumque continet: quæ ſi Sancti cujuſpiam ortu, obitu, reliquiis nobilitatæ, eorum Sanctorum appoſita ſunt nomina, indicata pagina qua de iis agi cœptum, etſi ſæpius dein recurrant.

4. Topographicus;

Quintus eſt INDEX ONOMASTICUS, ſeu vocum barbararum aut obſoletarum, minuſve uſitatarum, quæ in hoc tomo occurrunt, brevis collectio.

5. Onomaſticus;

Sextus denique INDEX MORALIS eſt, non ſola continens virtutum aut vitiorum vocabula, ſed rerum plane omnium, quarum notitia ad virtutum vitiorumque tractationem poſſit accommodari, ut ſint velut univerſales quidam loci communes, ſed perbreves.

6. Moralis.

CAPUT VIII.

Lectio hujus operis fructuoſa; qualiter ſuſcipienda?

Lectio hujus operis utilis,

SAtis jam multa de ſymmetria omni operis hujus dicta eſſe videntur. Finis, ad quem id poſtremo refertur, Dei gloria eſt, ac Sanctorum. Non quaſi ea ſolo labore noſtro incrementum ea magnum immediate acceptura videatur, (etſi non ingratum tamen Cœlitibus Deoque futurum illum confidimus) ſed fructu, quem lectio ejus pariet uberrimum, præcipue augebitur.

præcipue ſi ad inflammandam pietatem ſuſcepta,

Erit vero is multiplex ac varius, prout comparati animis erunt, qui ad legendum accedent. Ea etenim lectione quidam mentem ſuam cupient ad amorem Dei laudemque excitare, qui tantum Sanctis ſuis gratiæ robur contulerit, quo vim dæmonis, mundique & carnis illecebras, frangerent, ac dein immenſa eos gloria cumularit in cœlis, & inſigni apud poſteros celebritate. Alii ſeſe ad eorum pietatem factaque imitanda accendere, ea lectione volent. Nonnulli hoc præcipue ſpectabunt, ut ad Divinæ gratiæ flatus accipiendos corda præparent ſua. Quamquam enim Spiritus ubi vult ſpirat, & ſæpe nil tale cogitantes, imo ad deſignanda ſcelera tendentes cum Saulo, velut injecta manu percellit ac ſiſtit, eorumque mollit animos atque in contraria ſtudia convertit, uberes etiam arcano quodam ictu fontes lacrymarum e petra cordis eliciens; multo tamen frequentius id luculentiuſque evenit, cum ſe homo, prævio tamen etiam Spiritus ejuſdem inſtinctu, ad illum efficaciorem impulſum comparat, fundendis precibus, ſacris rite obeundis, audienda concione, rebus piis meditandis legendiſve: iis enim rebus invitari quodammodo ac ſollicitari idem Spiritus videtur.

aut ad alios erudiendos:

Alii denique non tam ſuum internum fructum religionis ac virtutum ceterarum ſpectant, quam aliorum mortalium ſpiritalia emolumenta. Ad eum finem excerpere & colligere virtutum exempla ſatagunt, quibus in publicis concionibus, catechiſmis, ac piis cum omni hominum genere colloquiis utantur: quibus commentationes aſceticas aſpergant ac locupletent: quibus dejectos mœrore aut morbo homines ſolentur. Eſtque in his omnibus ad Dei Sanctorumque amplificandum honorem vis magna: ad ea vero peragenda ingens ex horum voluminum noſtrorum lectione copia ſuppetet.

aut ad ſtilo pia alia ornanda,

Erunt alii fortaſſis, qui non hæc myſtica ſectentur, ſed quo hiſtoriam quampiam, familiæve aut civitatis alicujus, vel etiam gentis, antiquitates illuſtrent, hinc eruere, quæ eo ſpectabunt, velint: aut alios quoque de honeſtis rebus commentarios ornare. Et ſunt quidem ſtudia omnia ejuſmodi plena dignitatis, niſi prava quæpiam intentio illa dedecoret. His tamen ipſis magnopere ſuademus, ne motum Divini Spiritus, ſi qui interea concutiat animum, repellant. Majus inde profecto emolumentum, quam ex meditata primum lucubratione percipient: quamquam ne illam quidem propterea abjicere aut quoquo modo negligere opus ſit.

aut ad tædium levandum.

Legent denique hæc quidam, nullo alio fine, quam ut ea lectione tempus fallant: aut ut animum recreent, utque mœrorem, quo torquentur, leniant, ac tantiſper calamitates vel proprias, vel publicas Eccleſiæ ac Reip. obliviſcantur. Eſt id quoque multis perquam utile, etiam ultra eum modum, quem ſibi præfixerunt. Meminimus Parentem noſtrum Ignatium, cum de bellis rebuſque aliis inanibus ſcriptos libros, ex vulnere decumbens, popoſciſſet, nec ulli ejuſmodi ea in domo eſſent reperti; oblatam Chriſti Vitam ac Sanctorum, non alio primum propoſito, quam ut tædium levaret, legere cœpiſſe: inde altius aſſurrexiſſe, & ſancto Spiritui obſecundantem, ſenſim ab eo ad ſublime faſtigium ſanctitatis eſſe provectum. Neque duos illos Agentes in rebus, quos commemorat S. Auguſtinus lib. 8. Confeſſionum cap. 6. fortuito in Vitam S. Antonii incidiſſe, ac parte ejus lecta accenſos animis, ſeſe abrupiſſe a vana ſpe mundani favoris, nec ad Aulam Imperatoris cum Potitiano quartoque ſodali reverti voluiſſe, ſed affigentes cor cœlo illic in paupere caſa manſiſſe; illos, inquam, arbitror principio otioſa curioſitate legere Vitam illam cœpiſſe, quæ tamen iis ſanctioris vitæ occaſio fuit, nec levis poſtea Auguſtino ipſi ſtimulus.

Heterodoxi in hac lectione ſpectare quid debeant?

Etiam heterodoxi, ſi hæc aliquando, alio licet conſilio, legant, illud ſubinde fortaſſis in mentem veniet: Hi omnes tantos labores ſuſceperunt, tantas toleravere ærumnas, non ſuis viribus, ſed Divinæ gratiæ auxilio fulti, eique adhærentes doctrinæ, quam tot jam ſeculis, ut vel hinc perſpicimus, inconcuſſam retinet ac tuetur Romana Eccleſia. Nonne ſatius ſit horum fidem amplecti ac facta imitari, quam viles aliquot apoſtatas contra iſta blaterantes ſequi ad exitium duces? Utinam ſanctas ejuſmodi cogitationes alte in animum demittant? Neque exiſtiment eos, qui iſta egerunt, non fuiſſe magna præditos mente, ut pervidérent quam vana ſint hæc, quibus multi mortales ſe miſere mancipant: quam ſublimia repoſita virtutem colentibus præmia ſint in cœlo: quanta eos gloria, etiam in terris, conſequatur: cum e contra quotquot vanitati hic ſervire maluerunt, ignoti jam, ac longa ſepulti nocte jaceant: adeo ut vix paucorum ex iis memoria extet, & fere ex actis eruta Sanctorum, quos quidam eorum aliquando perſecuti ſunt.

Lectio talis monachis uſitata, ſuper menſa,

Atque hæc dicta ſunto iis, qui privato ſtudio ad hæc legenda animum appulerint. Sed multo illa fructuoſius legentur audienturve in religioſorum hominum cœtibus etiam in triclinio ſuper menſa. Solent enim ab antiquiſſima memoria monachis ad menſam accumbentibus, tum Divinæ Scripturæ libri, tum deinde Mar-

tyrum

Digitized by Google

tyrum certamina aut Sanctorum geſta legi, ut non ſoli corpori ſed & animæ ſuum præbeatur alimentum: atque eo pacto ciborum appetentia, & ingluvies refrænetur; confabulandi occaſio excludatur, & quæ eo præſertim tempore effervescere poſſet contentio. Ideoque ſapienter a S. P. Benedicto præſcriptum cap. 38. Regulæ: *Menſis Fratrum edentium lectio deeſſe non debet*. Quam diu ante S. Benedicti ætatem uſu receptam fuiſſe, manifeſtum eſt ex iis quæ affert Julius Nigronius noſter Tractatu aſcetico 4. de Lectione ſacra ſuper menſam parte 1. cap. 1. & in Diſquiſitionibus monaſticis Benedictus Haefteuus libr. 10. tract. 2.

inde & Clericis; Ea conſuetudo a monachis ad Clericos manavit. Ita citato primo capite num. 3. Nigrunius: *Hanc laudabilem monachorum conſuetudinem probabile eſt in Clericorum perfectionis amantiorum veniſſe morem, ac pedetentim in legem tranſiiſſe, non modo longinqui temporis uſu, ſed etiam Eccleſiæ conſenſu atque juſſu*. Plura illi ambo & præclara in citatis tractatibus de iſtiuſmodi lectione congerunt. Januarium certe noſtrum, ut primum in lucem venit ac notitiam religioſorum hominum, accepimus non ſolum in noſtræ Societatis collegiis, ſed & *menſis eorum lectus Januarius,* aliis cœnobiis ita ſuper menſa fuiſſe lectum. Illuſtriſſimum quemdam Archiepiſcopum novimus, multis gravibuſque pro pietate laboribus perfunctum, onuſque etiamnum legationis pro Seda Apoſtolica ſiſtinentem, ſibi pridem ſuper menſa Januarium eumdem *aliiſque magnis viris.* prælegi curaſſe, & anagnoſten juſſiſſe identidem ad Annotationes Appendicaſque attendere.

Alioquin cum in publico conventu, ut in triclinio locisve aliis ac temporibus hæ Vitæ leguntur, minutiores Annotationes, quæ ſolummodo, vel annos Regum Pontificumque, vel variantes lectiones continent, *Omitti in publica lectione quædam poſſunt;* omitti poſſunt. Si in aliqua inſit quidpiam majoris momenti, ad finem cujuſque capitis, repetitis ea ipſa narrationis contextu verbis aliquot, ad quæ illa poſita annotatio, litteraque alphabeti præfixa indicata, ipſa quoque legi poterit.

ex Vitis una, cum plures? Cum plures ſunt Sancti unius Vitæ, ſecundum ea quæ in propriis ad eas Vitas prolegomenis monuimus, ſtatuere poterit qui ei lectioni moderatur, an omnes legendæ, an una præcipua, & quæ ea ſit inter plures.

Quid cogitandum, cum ſola occurrunt nomina? Neque metuendum arbitror, ne piis hominibus illud faſtidium pariat, quod ſubinde de Sanctis quibuſdam nil præter Martyrologiorum verba afferatur, aut eadem in quibuſdam prolegomenis operoſius recitentur. Nam primum nemini tædium affert in Officio Eccleſiaſtico lectio Martyrologii ad Primam. Nam auditis Sanctorum nominibus, etſi Acta ignorentur, ſaltem ad Deum erigi animus poteſt, ut ei gratias agat, qui hos ſibi amicos elegerit; utque Sanctis ipſis gratuletur, ſeque excitet ad eorum imitandam in Dei cultu perſeverantiam; ut pro iis oret regionibus, quas illi vel ſuo ſanguine perfuderunt, vel benefactis illuſtrarunt, quæ nunc fortaſſis datæ ſunt in manus impiorum; ut denique ſancto quodam gaudio exultet auditis tot fortiſſimorum Heroum nominibus, & confidat fore eos ſibi Eccleſiæque Patronos ac Protectores.

quo rogamus pios lectores, Illud ad extremum lectores, Catholicos præſertim ac religioſos, obſecramus, ut Deum pro nobis Sanctoſque precentur; ac ſaltem cum librum ſumunt in manus, nobis optent gratiam, ut, quæ hic Acta Divorum collegimus, imitemur.

& doctos? Viros vero eruditos & in antiquis monumentis verſatos obteſtamur, ut quæ nondum ad manus noſtras venerunt Acta Sanctorum Latina aut Græca, ea communicent, ſub ſuo nomine vulganda, aut unde nanciſci poſſimus ſignificent: tum ſicubi minus accurata Actorum exemplaria ſecuti ſumus, & ſi qua alia in re erratum quidpiam, moneant. Gratias iis agemus, & Sanctos, ut referant, precabimur.

IN TO-

Digitized by Google



Digitized by Google

IN TOMUM PRIMUM

DE ACTIS SANCTORUM

MENSIS MARTII

TRACTATUS PRÆLIMINARIS DE VITA, OPERIBUS ET VIRTUTIBUS

JOANNIS BOLLANDI SOC. JESU

Editioni eorumdem Immortui, ad Reverendum Adm. Patrem Noſtrum

JOAN. PAULUM OLIVA S. J.

PRÆPOSITUM GENERALEM

PRÆFATIO.

ALEXANDRI VII. Pontificis nuper Maximi, votum fuit, diuturno litterarum mutuarum commercio notum Bollandum, primum hujus vaſti operis auctorem, coram etiam de vultu cognoſcere. Id quoniam interjecta terrarum tam multarum ſpatia ſperari non patiebantur de homine, annis, morbis & laboribus fracto: proximum eſſe potuit, ut amici deſiderium leniret vel ſuis expreſſa lineamentis imago corporis, vel vitæ operumque hiſtoria, melioribus virtutum ejus coloribus adumbrata. Verum priuſquam alterutrum poſſet factum exhiberi, Sanctiſſimus ipſe e vivis abiit, iiſdem Sanctorum cœtibus adjungendus, in quorum plenitudinem receptum ante annos duos Bollandum confidimus. Eo igitur a nobis ſublato, cui ante omnes debuerat hic Tractatus inſcribi, primum Tu nobis occurris, PATER NOSTER ADM. REVERENDE, qui nobis, & Romæ coram & hic per literas non ſemel, fidelis interpres fuiſti affectus illius, quo dicta SANCTITAS dignata eſt oſtendere *quanti virum illum feciſſet vivum, & quantum doleret acerbum ejus etiam in tam matura ætate ac virtute occaſum.* Accedit quod propria animi tui ſponte profeſſus, *Te ſemper unica amaviſſe viventem, & mortuum amara perre'tuream in ſucceſſoribus ſuis*; in vicem defuncti *Te nobis Patrem* obtuleris benevolentia ſpeciali, juſſeriſque *audenter poſtulare a Te, quidquid in operis ſui favorem auderet Bollandus.* Quid autem ille petere auderet majus, quam quod effuſe adeo impendiſti nobis, Romam ad conquirenda Acta Sanctorum venientibus, patrocinium auxiliumque? Tuæ proinde PATERNITATI, poſt ſummi Pontificis favorem, debemus maximam partem fructuum, ex illa peregrinatione relatorum. Præterea eoſdem fructus exponit dilucide præſens Tractatus, non ſine grata commemoratione præcipuorum amicorum, quorum auxiliaris opera per Italiam, Germaniam, Galliaſque utiliter nobis fuit commendationibus Tuis conciliata. Debet igitur hoc etiam nomine dirigi ad Te proluſio hæc ad tomum primum de Sanctorum Actis. Idque eo magis par eſt fieri, quod priora de iis volumina quinque, Januarium Februariumque complexa, in manibus ſæpe, in oculis ſemper aſſe volueris, quamdiu habendis ad Chriſti Vicarium Collegiumque Eminentiſſimorum Cardinalium Concionibus diſtinebaris: & factus deinde Societatis Præpoſitus Generalis, Provinciæ noſtræ Moderatoribus ſcripſeris, *opus illud ſanctum inſtanter teneręque commendans.* Hac igitur fiducia finem facimus addictam nobis tam luculentis teſtimoniis gratiam pluribus prædicandi: & ſub auſpiciis potiſſimum Tuis natum elaboratumque Martium exhibentes, Deum Sanctoſque precamur, ut Te ſupremum noſtræ Societatis Caput cœleſtium benedictionum unguento perfundat; quod in omnia defluum Corporis hujus membra, ad nos, velut oram veſtimenti extremam, quadamtenus deſcendat, ſcribendis quæ Sancti olim geſſere intentos in umbra & quiete; interim dum alii Filii Tui, per orbem univerſum Sanctorum exempla ſuis in factis exprimentes, in ſole pulvereque deſudant.

CAPUT I.

Pia Joannis educatio, Humanitatis ſtudia, tirocinium Societatis.

1 PAtria Bollando, anno MDXCVI. 13. Auguſti nato, fuit Julii-mons, in Limborgenſi Ducatu pagus: huic vicinum Bolland, in diœceſis Leodienſis confiniis, familiæ nomen dedit & habitandi locum per multos poſt natum Joannem annos parentibus inter ſuos primoribus: qui cupientes primum illum ex ſe fructum offerre Deo, ad cujus obſequium jam inde a principio puer factus videbatur, miſere Trajectum Humanioribus ſtudiis imbuendum, anno ætatis ejus decimo. Ibi tantos brevi progreſſus habuit, ut quinquennii ſpatio omnes claſſes pervolans, numquam non primum præmium in aſcenſu referret; ut magnifico teſtimonio aſſeveravit, perpetuus toto illo quinquennio Bollandi Condiſcipulus & ad mortem uſque amicus ſinceriſſimus, Ampliſſimus Dominus Arnoldus Verheyden, ſupremi Mechlinienſis Conſilii Senator. Interim magiſtrorum tam reverens fuit, tam obſervans ſcholaſticæ diſciplinæ, ut nemo aliorum, qui eaſdem tum pariter ſcholas frequentavere, meminerit vel verbo unquam vel nutu increpitum, nedum ſeverius caſtigatum ob aliquod puerile delictum. Ad hæc iis, quæ ætatem primam commendant, virtutibus; ingenuitate, inquam & facilitate morum coram domeſticis, benigna comitate inter ſocios, ſic erat ornatus; ut quamvis maturitatem haberet cum utraque conjunctam, quantam ab illis annis nemo ſperaret, & licet primas præriperet omnibus; nulli tamen non eſſet cariſſimus: converſis in venerationis amori mixtæ materiam prærogativis, quæ alias reddere potuiſſent æmulorum obnoxium invidentię: quemadmodum, non ſine jucundæ recordationis ſenſu, commemorare ſolebat Vir poſtea in Ordine Franciſcano præclarus, tunc contubernalis & domeſticus Joannis, R. P. Ægidius Jamar.

2 Itaque cum forte fortuna, Pontani progymnaſmata in ſchola prælegens Magiſter, incidiſſet aliquando in eum locum, ubi, neſcio quis, ſpecioſo conſummatæ eruditionis præconio indigitabatur, *Cornu-copię ſcientiarum*; ſubitus diſcipulorum omnium plauſus extitit, eum titulum certatim adaptantium perpetuo fere ſuo in omni litteraria exercitatione Imperatori: prout ſæpe auditum eſt ex eorum tunc uno Joanne Ramirez, poſtea in noſtra Societate ſinceri oris ac pectoris candidiſſimi viro, & magni zeli operario. Erat ſane prodigio ſimile, videre & audire tredecim vix annorum puerum, ad ſolam geographicarum tabu-

bularum inſpectionem, diſerte enarrantem res omnes memorabiles in Indiis geſtas a Luſitanis fideique præconibus, ex quo illæ feliciter Europæis commerciis apertæ fuerunt. Nempe jam tum Maffei hiſtorias Indicas accurate legerat, & illa memoriæ fidelitate retinebat, qua ad extremam uſque vitam ſic valuit, ut quacumque de re, loco, perſona ſermo incidiſſet (cujus quidem aliquando notitiam habuiſſet) minutiſſimas quaſque illius circumſtantias continuo proferret, cum ſtupore colloquentium; non anni, non diei notam, non genus aut nomen prætermittens.

3 Ut vero ad Poetas Oratoreſque volvendos una cum claſſe gradum fecit, non modo in utroque ſcribendi genere exercuit ſtylum facilitate admirabili; ſed etiam ex illis partim, partim ex Latinis Hiſtoricis, Livio præſertim, diligenter lectis, Romanarum Græcarumque antiquitatum magnam omnino acquiſivit notitiam: qua deinde colloquiis, lucubrationibus, orationibus ſuis ſuavem aſpergebat ſaporem eruditionis reconditæ. Annis autem poſtea ſubſecutis, quibus eas diſciplinas tractare tradendas aliis moroſius debuit, ita profecit hoc in genere, ut prompte ac nihil fere præmeditatus, ſoluta ſtrictave oratione quodecumque argumentum vel ſcriberet ipſe, vel ſcripturis materiam paratam daret. Quod etiam ſenex ſæpe fecit adoleſcentibus, quos Societati noſtræ idoneos talibus incitamentis ſimul ad diligentiam impigram ſtudiis navandam ſtimulabat, ſimul inſinuabat in gratiam moderatorum ſuorum, quorum honorem ac reverentiam iſta fere ſpectabant; nonnumquam tam operoſe concepta digeſtaque, ut vel ſola ſcriptio videretur triduum quatriduumve exigere. Inter magiſtros pueritiæ ſuæ duobus imprimis plurimum ſe debere fatebatur: Patri ſcilicet Henrico Nemio, Illuſtriſſimi Gaſparis Archiepiſcopi ac Principis Cameracenſis fratri, qui ingreſſum in litterarum ac pietatis palæſtram, ſuavi quadam nec minus efficaci induſtria, mirifice ad ſumma quæque in utroque ſtudio ſperanda animabat: deinde P. Gerardo Montano ſeu vanden-Berghen, ſub quo Poeticam Rhetoricamque abſolvit. Cum hoc poſtea Madritum evocato, & eaſdem artes ibidem multis annis tradente, frequens Bollando fuit per litteras communicatio: quarum nonnullæ, Mechliniam ad ipſum datæ & uſque ad obitum ſervatæ, ſuperſunt.

4 Annum ſub hæc decimumquintum explebat, quando Humaniorum ſtudiorum emenſus curriculum, petiit admitti in Societatem Jeſu, &, pro ea quam de ſe faciebat ſpe, facile impetravit. Ingreſſus itaque eam Mechliniæ eſt 21. Septembris anni 1612. & inter tirocinii experimenta, quamvis Sociorum pleriſque ætate minor, cunctis tamen præluxit exemplo certæ ad omnem virtutis formam capiendam indolis, & feriæ voluntatis ad ea, quæ didiciſſet per omnem vitam ſuis in moribus exprimenda. Vires etiam bene compacti corporis majores ei quam aliis erant, ideoque probationis tempore Antuerpiano deſtinatus collegio fuit, tum recens a Profeſſa domo ſecreto: & curatorem refectorii egit ea ratione, ut quotidie ex Aquenſi domo in Anglicanam (ita tunc vocabantur domus quas Societas incolit) omnem transferret panem, qui Sociis in collegio commorantibus in prandium cœnamque neceſſarius erat. Laborem hunc fortiter & conſtanter exantlavit, non exiguum viæ interjacentis ſpatium cum caniſtro bene onuſto emetiens quotidie ſemel iterumque, quamdiu hoc ei officium manſit: manſit autem per unum alterumve menſem. Pari fere temporis ſpatio Collegio Lovanienſi probandus inſervivit, Sacerdotibus ad aram facientibus toto matutino tempore miniſtrans, poſtmeridiano humillima quæque ſervitia domus pari promptitudine & alacritate obiens.

CAPUT II.

Bollandus poſt Philoſophica ſtudia, litteras Humaniores ſexennio docet: Theologiam quadriennio audit.

5 LAborabat Provincia, non ita pridem a Gallo-Belgis diviſa, operarum per multa collegia diſtribuendarum penuria: hanc ob rem poſt primum tirocinii annum, juſſus eſt Bollandus audire Philoſophiam: ipſoque in ſtudiorum curſu Lovanio tranſlatus Antuerpiam cum Magiſtris & Condiſcipulis ſuis, ſelectas ex univerſa theſes ibidem feliciſſime propugnavit: ut ingenii ſui ſpecimen publicum primo in ea urbe daret, quam habiturus provectior erat doctrinæ ſuæ palæſtram præcipuam. Ex hinc litteris Humanioribus docendis admotus, variis in urbibus, Ruræmundæ, Sylvæ-ducis, Bruxellis, Antuerpiæ munus illud exercuit; initio facto a Ruræmundana Syntaxi, quam ſecundo anno Sylvæducis numeroſiſſimam habuit, centum ac quadraginta & plurium diſcipulorum: quorum quanto ſtudio curaret profectum, vel ex ea liquere poteſt diligentia, quam ſecundariis quoque illius claſſis exercitationibus impendebat; metricæ videlicet arti & Græcæ litteraturæ. Nam ad hanc quidem cum Chryſoſtomi de orando Deo explicaret Homiliam, nec niſi ex ea componendorum Græce thematum materiam caperet, ita animaverat ſuos, ut, ſumpto a primis exemplo, ceteri paſſim omnia illius orationis vocabula alphabeticum in ordinem ſibi digererent, ne dictionario opus foret. Iſti vero, Poeticæ ſcilicet, primam ſub matutina lectione horam ſubinde ſic dicabat, ut quæ diſcipuli tunc e ſoluta in ligatam orationem traduxerant carmina, dimiſſis ſcholis, legeret univerſa, manu ſua adnotans & ſingulis poſt meridiem exhibens, quid & quatenus quilibet recte vertiſſet.

6 Eodem ſecundo anno per ſacras Quadrageſimæ ferias bis in hebdomade dicebat Latine ad collectam juventutem trium ſuperiorum ſcholarum, capitum circiter trecentorum & ſexaginta: dicebat autem ea tota eloquentia & gravitate, ut non modo æſtimationem doctrinæ inter omnes Collegas præcipuæ in eum conferrent auditores; ſed etiam prærogativam auctoritatis maximæ eidem deferrent, quamvis intra ætatis annum vigeſimum conſtituto: quod tamen ne putaretur, faciebat præcocis barbæ plenitudo, qualis tricenarium decuiſſet. Ergo Bruxellis quoque, cum anno Magiſterii tertio Græca doceret, dirigendo ſtudioſorum Sodalitio eſt præfectus; in quo ita ſibi conciliavit animos Sodalium omnium, ut quam vix ullam repererat altaris ſupellectilem, brevi effecerit etiam argenteam: confecto inſuper novo altari, ad quod moliendum Collegii Rector, pio Joannis zelo recreatus, non modicam de ſua eleemoſynam contulit, & gratuitam per hebdomades aliquot domeſtici ſcrinarii operam. Eamdem præfecturam toto quod ſecutum eſt triennio tenuit, ſed Ruremundæ & Antuerpiæ, auctoritate eo majori, quod primum jam inter Magiſtros locum teneret Rhetorices Profeſſor. Fructus ex ea adminiſtratione Sodalitatum egregius extitit. Ut enim non dicam quam multi ex illis varia amplexi ſint Religioſorum Ordinum inſtituta, conſtat in iis minimum fuiſſe triginta, qui Societati nomen dedere: quorum non nemo poſt obitum Bollandi ex Germania ſcribens, magno cum animi ſenſu recolit, debere ſe vocationem ſuam ejus exhortationibus, prorſus cordatis, inſtillandoque erga Deiparam reſque divinas affectui accommodatiſſimis. Et valebat gratia ſingulari ad promovendam diſcipulorum pietatem, etiam in privatis familiaribuſque colloquiis: propter quę certatim frequentabatur & expetebatur congreſſus illius: eoque avidius, quod rariſſimis exemplis hiſtoriiſque condiebat ſermonem: quibus etiam puerorum parentes, quantavis dignitate conſpicuos, ad ſe frequenter alliciebat. Commendabatur præterea eo nomine, quod

cum

Digitized by Google

cum diſcipulis ſuis quaſi cum provectis ætate viris agendum ſibi propoſuiſſet, raro præmiis, pœnis multo rarius utens; cum abſque his quidlibet obtineret. Iſtud autem propoſitum ſuum maxime tenebat inter Sodales Deiparæ Virginis, poſt ſingulos conventus conſultationem inſtituens cum iis de obſervatione regularum, & bono ipſius Sodalitatis communi: unde fiebat, ut iſtam exactiſſimam ſervarent cuncti; hoc, per ipſoſmet promoveretur efficacius: quia quæ iſtic concipiebantur decreta, ſtabiliendæ diſciplinæ & fovendæ pietati opportuna, iis ſe omnes facilius patiebantur adſtringi; quod ſuo arbitratu, non inductione aliena, talia in conſuetudinem videbantur recipere: ideoque per multos poſteriores annos apud ſucceſſores durarunt, quæ hac ratione fuerant a Bollando conſtituta.

7 Moliebatur eo tempore Societas noſtra ſpecioſiſſimum ex Liguſtico marmore templum, quo gloriatur Antuerpia tamquam inter prima orbis Chriſtiani numerando, etiam nunc, quando eam materiam viliorem copia, & tractabiliorem hominum induſtria fecit. Ei, cum perfectum eſſet, conſuetis Eccleſiæ ceremoniis rite dedicando, non tantum præparabatur ornatus interior ſolemnitati conveniens, & ſacrorum feſtivior apparatus, nec non ea omnia quæ excitandæ cum ſpirituali gaudio pietati conciliandæque novo templo gratiæ poterant excogitari a Concionatoribus ad id delectis; ſed etiam judicatum eſt dedicationem eamdem hoc quoque fieri celebriorem poſſe, ſi in area, quæ ante ipſum templum ſpatioſa procurrit, ab Gymnaſii noſtri ſtudioſis in ſcenam produceretur Fundator Societatis Ignatius, adhibito theatrali apparatu quam fieri poſſet exquiſitiſſimo. Sed providendum prius erat, ut auctor inveniretur, deſignati dramatis majeſtati parem ſortitus felicitatem, doctrinam, prudentiam, dexteritatem; quibus non vulgaribus opus erat, ut ſucceſſus minime vulgaris ſperaretur. Opportune igitur accidiſſe videbatur, quod Antuerpiæ Rhetoricam doceret Bollandus, qui frequenti experimento talem ſe probaverat, ut haud facile alius cenſeretur in inventione felicior, in compoſitione elegantior, in diſponendis rebus prudentior, in exercendis ad ſcenam juvenibus dexterior. Quare tertium annum in eadem ſchola docenda perſeverare juſſus, ſeque accingere ad exequendum quantum fuerat in conſultatione decretum, nihil minus præſtitit quam a ſummo ipſius ingenio ſperabatur. Totam enim S.P.N. Ignatii, qui idem & novi templi patronus erat, vitam gloriamque ſic digeſſit in partes, tanta ſtyli varietate & elegantia explicavit, tam feliciter per exercitos egregie adoleſcentes declamavit, ut etiamnum inter maxime ſenes, qua cives qua Patres, vivat memoria incomparabilis illius, ut loquuntur, Actionis. Quanto autem labore ipſa ſteterit auctori ſuo vel inde colligas, quod bifariam diviſa argumenti tam fœcundi materia, duobus conſequentibus diebus fuerit continuanda: non enim recitationi tam prolixæ recitantium fauces laterque potuiſſent ſufficere, nec debebat convocatus ad ſpectaculum populus tamdiu attineri ante templum, ut non eſſet tempus agendis Deo ipſo in templo gratiis, & dictorum e ſuggeſto Concionatorem audiendi de iis quæ propius animæ ſalutem tangerent.

8 Tam præclaro fine cum ſuum docendæ juventutis munus abſolviſſet Bollandus, & ſimul ætatis annum quartum ſupra vigeſimum expleviſſet, miſſus Lovanium eſt ad Theologici curſus ſtudium. Hoc pene emenſo, cum eſſet Sacerdos conſecratus anno 1625, delectus inprimis fuit, qui theſes ex tota Theologia proponendas ſuſtineret ſub R. P. Adriano Crommio. Eoque in actu ita ſecit abunde ſatis, ut judicio R. P. Ægidii de Coninck, ſtudiorum Lovanienſium Præfecti, deſignandus fuerit ad tradendam noſtris Philoſophiam, niſi ipſe, ſui ad eam rem animi propenſionem rogatus, alio potius, ſi ſuo id relinqueretur arbitrio, ſe ferri declaraſſet: ita ſuaviter rem agente Deo, ne Sanctis ſuis dicatum Scriptorum occuparent ſtudia, haud ita multum illuc facientia. Non tamen ſic fuit ab illis alienus, ut quæ in Philoſophicis ac Theologicis ſcholis didiciſſet, nollet non aliquando recolere, & aliis in Germania vel alibi tradere; ſi Belgii, in magnum diſcrimen per conjurata Francorum Hollandorumque arma adducti, fortuna aliqua ſic tuliſſet, ut profugi Antuerpia Societatis homines, ſedes alibi & occupationem quærere cogerentur: cumque in finem ſervari ſemper voluit ſcripta ſua, quibus ex dictantis Profeſſoris ore acceptis ſtudioſus aſſueverat. Ceterum quamvis ſpeculativis ſcientiis perdiſcendis altiuſque penetrandis ita intenderat animum Bollandus, ut ſodalium prorſus ceſſerit nemini, quoties in exercitationibus ſcholaſticis diligentiæ profectuſque ſpecimen dandum fuit; apparebat tamen majorem ipſius eſſe indolem, quam ut his ſolis expleri & acquieſcere poſſet. Quamcumque igitur vel officioſa caritas erga ſuos Societatiſque amicos, dedicandis Theſibus exornandiſve Academicis Actibus implorata; vel religio, Sanctos eccleſiaſticis faſtis tum primum inſcribens publiceque gratulationis argumento monſtranda, occaſionem obtuliſſet ſtyli ſtricta vel ſoluta oratione exercendi; eam omnem excipiebat promptiſſima, illaque faciebat, quæ in Bibliotheca Societatis noſtræ per P. Philippum Alegambe dicuntur, *varia edita carmina & orationes, ſed tacito fere aut alieno nomine*. Longum eſſet enumerare ſingula propter eorum multitudinem: quam ſumma illius promptitudine non illibenter utebantur Superiores, cum ſcirent quam per ejuſmodi diſtractiones nihil aut parum decederet ei ab acquirenda Theologicarum rerum ſcientia: & libentius ſoliti avertebant in Bollandum, quæcumque oblata non eadem felicitate facilitateque ſe confecturos ſperabant.

9. Inter illuſtriora ejus temporis & talis exercitationis argumenta fuit Illuſtriſſimi Adami Georgii Borſitæ, Comitis de Martinitz, ad Juris lauream ſolemnis promotio, in qua exornanda primæ Bollando partes obtigere: atque nomine ſuperſunt litteræ ab Illuſtriſſimo illo Heroe ad ipſum datæ, quibus collati in ſe familiamque ſuam honoris munus cum multa gratiarum actione agnoſcit. Sanctis deinde Ignatio atque Xaverio cum aliis tribus in Cœlitum Album canonice relatis, expedienda rurſum Bollando fuere carmina, emblemata, inſcriptiones, & quidquid optimi filii pietas parentum ſuorum laudibus favensis cum ſociis potuit excogitare ad augendum feſtivæ celebritatis ſplendorem. Beatorum quoque titulum adeptis Petro de Alcantara & Joanni de Capiſtrano gratulandum ſimili apparatu fuit: inveniuntque poſt mortem ſunt quæ iſta occaſione elucubravit Bollandus. His Theologicorum ſtudiorum interpellationibus, quas ille inter occupationes non numerabat, acceſſit longe laborioſior alia exhortationum frequenter ad Sodales Juriſtas habendarum, ut, quam Bruxellis auſpicio tam felici primum ſuſceperat adminiſtrationem, Deiparæ Virginis cultor & amator præcipuus, numquam prorſus deponeret; ne inter ſtudia quidem, quamdiu per obedientiam utcumque licuit. Eodem tempore non perfunctoriam dediſſe operam Orientalibus linguis nonnullis ad Grammaticæ artis regulas ordinandis, oſtendunt multa ab eo perquam ſtudioſe ſcripta digeſtaque. Erat autem in eo genere tam facilis, ut cum aliquando clauſiſſet ſcholas per dies pluſculos hiemalis aſperitas, ipſe ne otioſus aſſideret foco, Arabicæ linguæ fundamentis perſcrutandis ſe dederit; itaque profecerit, ut facillimum ei futurum fuiſſet hauſtam brevi illo temporis intervallo ſcientiam uſu lectioneque confirmare, ſi quando e re ſua eſſe vidiſſet. Adeo ut mirari non debeamus, quod in pleriſque Europæarum gentium vernaculis linguis ita fuerit verſatus, ut nullo negotio Latine redderet, quidquid vel alienæ pietati vel operi ſuo ſubſervire volebat.

CAPUT III.

Præfectura ſcholarum Mechlinienſium per quinquennium.

10 STatim ac Theologiæ audiendæ finem P. Bollandus impoſuit, tot annorum experimento edocti

Digitized by Google

Majorem, quam eſſet velut a natura factus ad juventutem regendam & pios Sodalitiorum Marianorum cœtus promovendos, Scholarum Mechlinienſium ei impoſuere Præfecturam, cui in hunc diem Congregationis Latinæ adjuncta permanet procuratio. Utramque pari ſedulitate & omnium ſatisfactione ſuſtinuit totis quinque annis, Magiſtris pariter ac diſcipulis eorumque parentibus carus & venerabilis; ampliſſimo autem Sodalitio illi tam acceptus, ut ſemper ad frequentiſſimum cœtum verba faceret, ſupremi Conſilii Præſide ac Senatoribus propemodum omnibus, nec non e civili Magiſtratu multis, Advocatiſque & Canonicis, aliiſque e Clero viris primariis diligentiſſime convenientibus. Non enim ad habendas exhortationes, quamvis adeo copioſe inſtructus ab eruditione omnigena, accedebat niſi accurate meditatus, quod teſtari poterunt etiamnum ſcripta ſingulorum ſermonum argumenta. Domeſticis quoque noſtris Caſus, ut vocant, conſcientiæ explicabat eodem tempore hebdomadatim, propoſitis theſibus, quas ſimiliter ad obitum uſque ſuum ſervavit. Annuas præterea Collegii litteras atque hiſtoriam ceteraque id genus alia conſcribebat; quæ & ipſæ inter poſthumas ſchedas repertæ. Diu autem poſtquam Mechlinia demigraſſet, videre erat quantopere ſibi obſtrinxiſſet animos tum civium illorum, quorum filios rexerat in Præfectura; tum Sodalium Marianorum, quos omni ſedulitatis officio ſibi demeruerat. Horum enim plurimi, quoties ſua eos negotia detuliſſent Antuerpiam, accedebant ad ipſum officii cauſſa. Quod ipſe cum rebus ſuis parum opportunum judicaret, illud potiſſimum tempus annuo per exercitia ſpiritualia ſeceſſui deligebat, quo Mechlinia frequentiores hoc hoſpites ſolet emittere, Antuerpienſium encœniorum celebritate allectos. Duravit tamen erga Bollandum affectus non tantum maturorum jam ætate virorum, ſed puerorum quoque qui meminerant eum ſe habuiſſe Præfectum. Nec defuerunt, qui poſt obitum quoque illius hoc oſtenderent: inter quos non nemo, Peckii Brabantiæ Cancellarii filius, nunc Religioſorum in Carthuſiano Ordine Aſcetarum Superior, primis felicitatis ſuæ prærogativis adnumerat ſub P. Bollando ſtuduiſſe; ideoque memoriam mortui, magnis ſenſus minime ſimulati indiciis demonſtravit apud ſe caram eſſe ac venerabilem.

11 Quid nunc de ipſis ſcholarum Magiſtris dicam, quibus animandis, juvandis, inſtruendis, nullo loco ac tempore deerat; ſatis gnarus diſcipulorum profectum ex recta Magiſtrorum inſtitutione pendere? Amabatur ab iis, licet ætate propemodum paribus, & honorabatur ut pater: ipſe autem viciſſim eorum non in litteris tantum, ſed etiam in virtute conſulebat profectui: & nequid vel a religioſa probitate vel a vera Latinitate haurirent alienum, auctores claſſicos, quibus erant utiliter uſuri, ab omni repurgabat obſcœnitate; plura exemplaria ſua manu caſtigans: non tamen ſic rigidus cenſor, ut ex iis ita correctis non caperent lectores perfectum ſenſum poematum ac fabularum. Quin & adoleſcentibus ſecularibus ſibi commendatis idem quandoque præſtabat beneficium, juxta exempla jam olim a ſe expurgata: quæ hunc in finem aſſervata reperimus, & novimus quibuſcum fuerint communicata: addita, quo ſecuros ipſorum Magiſtros redderet, manus ſuæ ſubſcriptione, teſtante libellos illos abſque noxa haberi ac legi jam poſſe. Solos aurei ſeculi ſcriptores volebat tractari inſpicique ab iis, qui necdum ſtylum efformarant proprium, quod in iſtis principiis facile alias aſſumatur aliquid, vix ullo, cum invaluerit, labore corrigendum. At ubi ſolidiores videbat aliquem feciſſe progreſſus, tum etiam ſuadebat legi alios: quod & ipſi non pauca habeant laude digna, & ex utrorumque collatione quædam judicii maturitas efflorescat, quam Criticen nominamus. Sed moderationem hic requirebat magnam: quare cum aliquem ſubjectorum ſibi Magiſtrorum cognoviſſet L. Annæi Senecæ Philoſophi operibus lectitandis plus æquo affici, non prius quievit, quam, interpoſita quoque Rectoris ipſius auctoritate, librum e manibus lectoris imprudentis excuteret: non graviter minus quam vere aſſerens, ex auctore illo hauriri non poſſe ſuccum ullum veræ Latinitatis, nedum ſolidæ Chriſtianæque probitatis: ſed neſcio quam aliam ſane ſterilem adumbratæ virtutis, ad ſpiritualem profectum nihil valituræ, uti nec ad ſtylum efformandum idonea eſſet ſcabra illius hirſutaque facundia, Stoici faſtus aculeis aſpera.

12 Amabat Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Boonen comprimis Bollandum, mirabaturque in ætate non magna tantam rerum agendarum peritiam, tantam conſiliorum maturitatem. Confeſſario illo Conſiliariorum plurimi utebantur, & ſi cui vel morbus gravior accideret, vel extrema inſtaret cum morte lucta, advocabant ut præſtantiſſimum tali in articulo adjutorem. Fuit in his vir ætate grandævus, qui in eodem Conſilio poſtea filium, & alterum tunc habebat in noſtra Societate Religioſum, celebrem deinde catholicæ veritatis adverſus hæreticorum Calviniſtarum deliria verbo ac ſcripto propugnatorem. Hic cum eſſet ad extrema deductus, ſecumque perpenderet quanta mora in Concilio illo ſupremo reorum cauſſæ capitales tractarentur; angebatur animo, quia in minori, ut dicebat, ætate ac magiſtratu patrio (ubi judices omnes habuerat ex ore ſuo pendentes) ſolitus fuiſſet ſuadere & perſuadere, ejuſmodi homines, qui crimen morte dignum committerent, juſta damnatione præripiendos eſſe potius gravioribus, quæ adhuc eſſent commiſſuri, delictis, quam minori pœna indulgentius caſtigandos propter ſpem emendationis incertam, cum certo Reipublicæ periculo conjunctam; imo & ſalutis æternæ ipſorum, qui pie ac Chriſtiane morerentur judicio damnati. Ita ſe judicante & impellente, pœnam mortis ſubiiſſe plurimos in territorio illo, quos nunc videbat dimittendos fuiſſe, ſi tanta patronorum induſtria, tanta judicum clementia diſceptatæ eorum cauſſæ fuiſſent. Horum proinde ſanguinem ſe metuere, ne forte vindictam expeteret præfervidæ ſeveritatis: hoc unicum eſſe quod animum nunc angeret, nec ſineret mortem cum pace opperiri. Erat procul dubio dæmonis ea fraus, nodos in ſcirpo quærentis & laqueos bono viro texentis ex eo ipſo quod juſte ac laudabiliter egerat. Sed occurrit Pater, productoque e ſinu Breviario Horarum Canonicarum, centeſimum Pſalmum recitare cœpit: *Miſericordiam & judicium cantabo tibi, Domine, pſallam & intelligam in via immaculata*: quem apta paraphraſi moribundo exponens, cum perveniſſet ad illum verſum: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem*; oſtendiſſetque eum fuiſſe Davidis Regis a Deo laudatiſſimi zelum, quem ipſe fuerat imitatus: non potuit ultra occultare vir optimus inundantem animo ſuo voluptatem, & lacrymantibus oculis converſus ad Bollandum: O quanta me conſolatione, inquit, affecis, Pater: jam lætus morior.

13 Porro quod Bollandus maximi faceret omnem quantulamcumque partem officii ſui, documento ſit accuratio quotidiana, qua Martyrologium ad menſam legendum prævidebat ipſe: eo quod, deficientibus tum adhuc in eo accentuum notis, ſæpe contingeret novitios anagnoſtas tam barbare pronuntiare nomina, tum ipſorum Sanctorum tum locorum, in quibus paſſi coluntve memorantur, ut perfectus ſenſus vix intelligi poſſet. Sæpe etiam, cum futurum proſpiceret ut in aliquo cæſpitarent (maxime ſi indicanda mobilia feſta aut ſimile quidpiam) eos ipſe ad ſe præmonendos accerſebat, aut ante refectorium inambulans opperiebatur venientes ad ambonem. Sedulo etiam hortabatur, ac ſtudioſe diligenterque ſe ad legendum præpararent; cum diceret, ex emendata vitioſaque adoleſcentis alicujus Magiſtri lectione, ſæpe de ingenio doctrinaque illius præjudicium ferri a graviſſimis Patribus, quod ad virilem deinde ætatem perductis & ad

obeunda

Digitized by Google

obeunda Societatis munera adhibendis, magnopere prodeſſe vel obeſſe poſſit. Si perperam aliquid legentes publice correxiſſet, cavebat ſedulo ne verecundiæ ſenſu majori quam par eſt tangerentur: habebatque in promptu hiſtoriolam aliquam circa ejuſmodi errorem aut vocem, qua ſimul & recreabat correctum & doctiorem dimittebat a ſe. Quæ omnia etiam ſervavit Antuerpiæ, lectorum ad menſam multis annis Præfectus, ſemperque ſollicitus ut mature moneretur deſiniendo brevi qui prælegebatur libro, ut poſſet juxta officii iſtius regulas de novo ſubſtituendo cogitare atque cum Superiore conferre.

54 Redeo ad Gymnaſii litterarii curam, in quo regendo non ſolis Mechlinienſibus ſcholis proderat Bollandi dexteritas; ſed, cum brevi per Provinciam totam eo nomine magnus & eximius audiret, conſulebatur non raro a Provinciali ejuſq; Socio, circa methodum noſtris in ea palæſtra præſcribendam, prout indicant epiſtolæ eorum variæ hac ſuper re ad eum ſcriptæ. Cum autem per ætatem debuit ad Provinciales conventus accedere, ad eas fere ſemper fuit conſultationes deputatus, quæ pro litteris humanioribus da more inſtituuntur. A magiſtris vero, tam Antuerpiæ degentibus quam aliunde ibidem hoſpitibus, pro communi paſſim oraculo habitus, eorum excitabat induſtriam, promovebat conatus, adhortatione, conſilio, inſtructione: *Expertus id ego ſum*, inquit eorum non nemo, *cum ab annis jam fere viginti ſeptem inter Magiſtros cœpi numerari, & mecum et poſt me collega multi: quibus ea qua longo uſu ſtudioque didicerat ſine fictione, ſine invidia communicabat, cordate & libenter & abſque ulla jactantiæ ſpecie. Quoties per occupationes ſuas atque infirmitates potuit, (poſſe autem credebatur ſæpe, quia egregia caritas ſuperabat incommoda quæ alii ex alterutra capite voluiſſent prætexere; ipſe autem revera patiebatur maxima, cum domo abeſſe cogebatur) præſentia ſua animabat honeſtabatque magiſtrorum ac diſcipulorum exercitationes in ſcholis, dicta comprobabat judicio, & in ſpem animabat majorum conatuum. Vix unquam ab ejus colloquio de litterarum ſtudiis inſtituto diſcedebat aliquis, niſi doctior, & erectiors ad ea ſtrenue proſequenda animo. Quam multa aut ſuperioribus aut ſcholarum Præfectis aut noſtrarum litteras repetentium Magiſtris ſuggeſſerit, ad promovendum litterarum ſtudium ſcholarumque diſciplinam in primis utilia, vel deprompta ex ingenio ſuo grandique experientia, vel ex inſtituti noſtri ratione ac Superiorum ordinationibus eruta; luculenter videre licet in ſchedis, ejus manu ſatis prolixe hac de re ſcriptis, quæ ab ejus morte in manus meas devenerunt. Certe niſi ſacratiori ſcriptioni utilius ad Dei Sanctorumque gloriam fuiſſet occupandus, optandum erat ut noſtris humaniora repetentibus & ad Magiſterium informandis datus fuiſſet inſtructor. Quantus ab eo derivatus fuiſſet Latinæ Græcæque eruditionis amor ac ſtudium! quanta cum provinciæ noſtræ ornamento! At, quod ex officio non potuit facere, fecit ubicumque potuit ex caritate, ob quam apud omnes litterariæ rei æquos æſtimatores, qui optimum juxta ac doctiſſimum virum novere, & familiari conſuetudine ejus frui aliquando & excitari meruere, nomen ejus eſt eritque in benedictione perenni.* Hæc vir magnus, & ipſa rerum iſtiuſmodi peritiſſimus, ac plurimos annos in celeberrimorum frequentiſſimorumque gymnaſiorum Præfectura verſatus.

55 Quo tempore Mechlinienſem Præfecturam Bollandus geſſit, multa fecit aggreſſuſque eſt, quibus & ſcientiæ litterariæ acquiſivit non parum, & publico ſe profuturum ſperabat. Erat namque ei cum cultiſſimis illius ævi viris Erycio Puteano, Hermanno Hugone, Andrea Schotto, Heriberto Roſweydo communicatio frequens per litteras: ex quibus poſt mortem inventis ſcimus animum adjeciſſe ad hiſtoriam Belgicam excerpendam ex collactaneis hactenus ineditis Edmundi Denteen, qui Ducibus Brabantiæ quatuor a ſecretis, ac demum ſub Philippo Bono factus Canonicus, primum ſecularis Lovanii, dein Regularis Corſendoncki, in dicti Philippi gratiam, Andreæ fratris veſtigiis inhærendo, ex antiquis Chronicis, regiſtris ſcripturiſque Chronicon Brabantiæ concinnarat: ſed cujus rudiorem ſtylum polire Bollandus, exemptiſque vernacularum linguarum diplomatis, lectori faſtidium parituris, minorem reddere molem cogitabat. Græcis quoque auctoribus illuſtrandis ſtudium impendebat ſuum, Latineque reddendos ſuſceperat Theognidem Gnomologum & Apollonium Rhodium, alioſque, incitante potiſſimum Andrea Schotto: jamque in eo ſtudio ſic profecerat, ut Hermannus Hugo de variis Græcorum ritibus, apud Plutarchum & Athenæum indicatis, ad ipſum velut ſcientiſſimum referret. Maxime autem afficiebatur tractatibus aſceticis ac paræneticis, quorum ſelectiſſimos quoſque ex Italica, Hiſpanica, Francica lingua cogitabat Latinos facere, & ad publicam totius Eccleſiæ utilitatem emittere in lucem, facili ſibi, & aliis multum profutura opera.

CAPUT IV.

Antuerpiam mittitur Bollandus, P. Heriberti Roſweydi ſucceſſor.

56 Talia cogitanti & quadantenus exordiente Bollando moritur Antuerpiæ die V. Octobris, anno Chriſti 1629. R. P. Heribertus Roſweydus, in ſubſecutis Bollandi operibus ſæpe nominatus, & ſæpius etiam a Succeſſoribus ejus deinceps nominandus. Qua morte ubi converſa ſunt alio Joannis conſilia ſtudiaque, ſic nobis quoque mutanda nonnihil erit ratio modusque de eodem ſcribendi. Hactenus enim per varia officia & loca Bollandum deduximus, quo modo præibat ipſa annorum in iiſdem traductorum ſeries: deinceps vero uno in loco, eodem in officio conſiſtentem exhibituri, non tam quo quidque factum dictumve ſit tempore conſiderabimus, quam quomodo aptum ſit pendeatque ex aliis, circa idem quodque punctum dicendis: quia non annales texit, ſed hiſtoriam vitæ inter ſtudia laborioſiſſima ductæ: & hæc ipſa variis occupationibus, interpellationibus, morbis impedita: quæ ut nihil opus habent ordine chronologico cognoſci ſingula; ſic ſæpe opportuniſſime, eodem non obſervato, prout res exigit, conjunguntur. Prius igitur cogitatis omnibus majus opus moliendi, quodque vaſto & capaci ingenio Bollandi par eſſet, occaſionem attulit Heriberti obitus, hac quam dicimus ratione. Cœperat vir ille, vere magnus animo & doctrina, jam inde cum Duaci Philoſophiam doceret, nonnullas Sanctorum Vitas colligere, in eaque collectione primis adhuc decem annis præſentis ſeculi laboris aliquid diligentiæque poſuerat: ſed ex S. Pantaleonis apud Colonienſes monaſterio exemplar nactus antiqui Martyrologii, quod eſſe vetus Romanum arbitrabatur, eatenus a Baronio deſideratum, paulatim ad alia cœpit verti: & illud quidem una cum Adonis Viennenſis Epiſcopi Martyrologio typis ſubjecit Plantinianis, deinde ſemel atque iterum Vitas Patrum, collatas cum variis Mſſ. nec non ſanctorum Patrum opuſcula quædam. Et hæc inter numeroſiſſimi confeſſionalis curas occupationeſque multiplices. Quin & Catholicæ fidei veritatem adverſus celebriores ſui temporis ſectarios propugnare aggreſſus, contra Caſaubonum, Plancium, Capellum & alios decertavit: numquam inventurus diſputandi finem, dum illi, conſueta hæreticis pervicacia, victi quantumvis atque convicti, impudentiſſime tamen arenam repetunt, & fractis ſæpius armis, velut integris noviſque victorem ſuum laceſſunt ac laſſant. Præterea conſiderans fructum poſſe præſentiorem reportari a Belgis Latine ignorantibus, ſi ſua in lingua legenda iis obtuliſſet opera, quibus in veræ ſanctitatis ſtudio & antiquæ Religionis tenore conſervari poſſent & confirmari; Belgica reddendas imprimendaſque curavit Sanctorum vitas, pridem a Ribadineira Hiſpanice compilatas non ſine illuſtri auctario ſuo: concin-

navit etiam idiomate eodem hiſtoriæ eccleſiaſticæ tomos inſignes, eiſque propriam Eccleſiarum Belgicarum hiſtoriam in Annales apte diſtributam ſubtexuit. Vitas denique ſanctorum Patrum atque ſanctarum Virginum & alia plura, in Bibliotheca Societatis enumerata, piæ plebi cognoſcendas ſua induſtria obtulit: de quibus omnibus fuſe Bollandus in præfatione ad primum Janu. tomum, inſcripta Lætienſi Abbati Thomæ Luytens, Roſweydi olim in Duacena Philoſophia diſcipulo.

57 Ita factum eſt, ut præclara illa de Vitis Sanctorum ex Mſſ. Belgicarum bibliothecarum primogenio ſtylo eruendis cogitata differrentur in longum; ac demum intervenìente morte, cum annum ageret ſexageſimum ætatis, prorſus evaneſcerent. Dixi non cœpta, ſed cogitata dumtaxat, nam licet Roſweydus editis a ſe Sanctorum Faſtis, quorum Vitas in Mſſ. Belgicis ſciebat reperiri, quamdam ſperandi a ſe operis ideam præfixerit: nihil tamen habuiſſe paratum prælo, aut brevi parabile vel ex hoc colligas, quod primum ſecundumque tomum de Vita ac feſtis Chriſti & B. Virginis promiſerit, in chartis autem nihil reliquerit, quod de eo argumento ſcribere volenti unum duoſve terniones impleret; ac ne divinando quidem poſſimus aſſequi, quomodo ſperaverit duos integros tomos, ſub iſtis titulis ex ſolis antiquis, quod propoſitum habebat, manuſcriptis conficiendos. Ex his autem qui primi futuri erant, quidni de reliquis judicemus, nihilo paratiores fuiſſe ad prælum, etſi materia eſſet collecta copioſior? Pro tomo certe tertio, qui de Sanctorum diebus publice feſtis futurus erat, vix aliquid conſideratione aut prælo dignum inter collectanea repertum eſt: pro duodecim vero ſequentibus tomis, juxta ordinem menſium Vitas aliorum Sanctorum habituris, rudis dumtaxat indigeſtaque moles. Denique decimus ſextus tomus, ex ſeptem jam ante id tempus impreſſis Martyrologiis, per ſingulos anni dies collectus erat deſcriptuſque ab amanuenſibus: indigna tali opere futura appendix, niſi aliunde aliquid ornatus accederet: cujus nulla nobis apparent veſtigia, ac ne utilitas quidem ejuſmodi collectionis, cum ſingula ſeorſim excuſa extent, nec difficulter reperiantur. Poſt illos ſedecim tomos excuſos promittit Roſweydus tomos duos Illuſtrationum, ut appellat: quorum primus Annotationum foret, ſecundus Indicum. Sed hi tanto longius aberant a prælo, quanto minus parata erant ea, quibus ſubſervire debebant volumina: ad quæ ille ſe profitetur non niſi anno 1615. poſt editas prima vice Patrum Vitas accingi cœpiſſe: *ſed alio Eccleſiæ hoſte, cui neceſſario occurrendum fuerit prodeunte, relictis Sanctorum Armariis, ad Sanctorum Armamentaria me converti*, inquit in nova ſecundæ editionis allocutione; ne tunc quidem ad inchoandum opus toties promiſſum expeditus. *Nam poſt tres debellatos hoſtes, poſt hiſtoriam Eccleſiaſticam & nonnulla alia patria data, cum jam*, inquit, *Vitas Sanctorum in manus reſumerem & Januarius plutcum premeret ut ad prælum adornaretur, interpellor ab accuratiſſimo Typographo mihique amiciſſimo Balthaſare Moreto, qui aſſerebat Vitas Patrum poſci identidemque repoſci. Huic igitur operi rurſus me impendi, & correctioni ejus editionique dedi æſtivos hoſce menſes*, anni ſcilicet 1628. poſt quos non niſi unicam æſtatem vidit, ipſamque, ut deinde patuit, habuit in aliis occupatam.

58 Tali ergo in ſtatu cum negotium de Sanctis reliquiſſet Roſweydus; appareret autem chartarum aliqua moles, quarum multæ poſtea viſæ ſunt ſolis titulis inſcriptæ in ſpem futuri operis; cœptum eſt a Moderatoribus in deliberationem adduci, an ſupellex antiquaria tam copioſa, ut videbatur, tineis eſſet blattiſque relinquenda; & opulenta matureaque, ut credebatur, ſeges, nemine colligente manipulos jam reſectos, perdenda per ignaviam; cum poſſet labore non magno inferri in horrea, & viros omnes eruditos gaudio, Societatem gloria, Eccleſiam utilitate cumulare. Quin potius, inquiebant, vir aliquis doctus ſeduluſque quæritur, eique transſcribitur hæreditas univerſa: modo is deſertam a Roſweydo provinciam, ſuſcipere velit? Convenere in poſteriorem ac meliorem partem ſententiæ omnium: propoſitique tres ſunt e numero Sociorum, quorum aliquis non infeliciter ſperabatur eam Spartam exculturus, videlicet P. Maximilianus van Habbeeck, P. Joannes Bollandus, & alius vir quidam eruditiſſimus, etiam nunc inter vivos ſuperſtes cum magna æſtimatione politioris doctrinæ. Sed difficile videbatur Maximilianum, habendis in ampliſſimo hoc emporio concionibus tantum non prægravatum, eo adducere ut novum inſuper onus admitteret. Ergo, quod proximum erat, in P. Bollandum conjecti ſunt oculi: qui & ipſe excuſans neſcire quid vel quantum eſſet a Roſweydo paratum, jubetur Antuerpiam ſe transferre, & coram luſtrare univerſam congeriem chartarum, temere in acervos conjectarum.

59 Ivit igitur, vidit, rediit Bollandus; in ſpem inductus haud omnino vanam inter tot paleas latere ſemen meſſis non contemnendæ, ſi induſtrii operarii (qualis Roſweydus erat) & ſerio in eam culturam incumbentis (quod hic facere non potuerat abductus ad alia) acceſſiſſet labor omnia vincens. Retulit autem Provinciali reverſus, ſe quidem præter quam expectaverat indigeſta reperiſſe cuncta: multaque ſcrutantem & interrogantem ex Antuerpienſibus Patribus aliud ſcire potuiſſe nihil, quam Roſweydum ſæpe rogatum, ecquando tandem promiſſo operi eſſet impoſiturus finem? ſignificaſſe nonnullis, non finem, ſed initium faciendum a ſe Octobri proximo; eo ipſo ſcilicet quem Deus ei vitæ ultimum decreverat. Addebat tamen Bollandus, videri ex præparata ab eo in Sanctorum Vitis materia aliquid non pœnitendi operis a ſe poſſe confici, ſi modo, ut in re integra, ſuus conceptus ſibi liber relinqueretur; & libri, quos multos ad uſum ſtudiorum ſuorum Heribertus coemerat, quoſque præpropere e cubiculo raptos atque in publicam bibliothecam viderat aſportatos, loco ſuo uſuique reſtituerentur. Annuit utrique poſtulato Superior, ipſumque, mox ut nuncupatis quatuor ſolemnibus Societatis votis annumeratus Profeſſis eſt anno 1630. S. Joannis Chryſoſtomi feſto die, a ſodalitate Latina Mechliniæ habenda Antuerpiam tranſtulit; & pro Scholarum Præfectura, promiſcui ſexus confeſſiones excipere in templo noſtro juſſit. Quæ poſtrema occupatio quantum habeat oneris, eo in loco ubi hoc potiſſimum miniſterio, & quod ad illud conſequens eſt, ægris ſaniſque pœnitentibus impendendo obſequio, ſuſtinetur vita Sociorum; norunt omnes qui Societatem Antuerpiæ norunt. Ad hæc tamen duo cum deſtinaret Bollandum, addebat Provincialis, commendare hortarique ſe, ut quod vacui haberet temporis, id omne daret parandis ad prælum Sanctorum Actis, quæ Roſweydus collegerat. Nempe ut molem futuri operis nec ipſe nec conſiliarii ſui ne minima quidem intelligebant ex parte; ita exigui fore laboris cenſebant, & ſubciſivis horis facile abſolvendum; ſicut ea quæ ante hac Roſweydus alia, ut diximus, ex Mſſ. non magno opere & labore ediderat, fructu tamen plauſuque non minimo.

CAPUT V.

Colligendis Sanctorum Actis intendit Bollandus: plurimos gentium variarum Scriptores in libris eorum edendis adjuvat.

60 FUit divinæ providentiæ opus, quod non modo Provincialis (Jacobo Stratio nomen erat, antiquæ probitatis viro) haud ſatis ſciret, quid eſſet hoc quod Bollando imponeret: ſed nec ipſe, qui onus ſuſcipiebat, illius molem, quanta erat, animo comprehenderat. Faſſus eſt enim poſtea non ſemel da ſa, cum viderat excuſum Januarium, quantoque molimine porro opus foret ut

vel proximus Februarius, nedum menſes alii venirent ad prælum; id ſi prævidere cogitando potuiſſet, conſternandum fuiſſe operis propemodum immenſi magnitudine, quodque orbis univerſus miratur ab homine uno duobuſve, non dico ſperari efficiendum, ſed vel cogitari optandum potuiſſe. Quis enim niſi vel temerarius, vel revelatione divina de felici ſucceſſu evidenter ſecurus, ſpes ſuas audeat propagare ad ſeculum etiam poſt ſe futurum, commentationemque auſpicari non niſi a pluribus ſucceſſive abſolvendam, exemplo novo inter omnes quotquot hactenus floruere ſcriptores? Magnum tamen etiam hoc ipſum fuit quod jam tum animo agitabat Bollandus, & Roſweydi cogitatis multo vaſtius ampliuſque: quod proinde miseris cum primariis illis occupationibus duabus, totum hominem requirentibus, per annos plures ſuſtineri & feliciter promoveri potuiſſe. Etenim Roſweydus intra Belgium fere & loca vicina Belgio propoſitæ ſibi collectionis ſpem omnem concluſerat: Coloniæ, Treviri, Pariſiique extremi conatuum ejus limites fuerant; & hi quidem parce admodum timideque tentati per amicos pauculos. Quid autem Bollandus? Auſus eſt totam circumſpicere Europam, quam late noſtra ſe diffundit Societas, & quaquaverſum ſpes ſuas extendere; diligenti in omnes partes ſcriptione utens, & ad conferendam operam invitans aliquos ex Provinciis fere ſingulis.

21 Id vero quanto ei labore ſteterit, haud facile dixero, cum litterarium illud, quod dixi, commercium nec abſque magno temporis impendio exerceri poſſit, nec niſi frequenti operoſoque obſequio conſervari. Exercuit nihilominus & conſervavit, & tunc & tota deinceps vita, labore tanto majore ſemper, quanto magis augebatur numerus: dum, ut fieri aſſolet, amicitiæ amicitias novas conciliant, ad inſtar nuptiarum affinitates longe lateque nectentium. Et quia is, qui aliena uti vult opera, neceſſe eſt ſuam liberaliter offerat & exhibeat promptius; ita autem fere nati ſunt homines ut ultro oblata utantur fidentius, quam ſuam ipſi rogati exhibent: incredibile eſt quantam in ſe traxerit Bollandus negotiorum molem: quando nemo fere ex omnibus fuit, qui ſubſidii quidpiam ipſi conferret, & non viciſſim multo plus regeret quam ſuſceperat oneris. Adde quod ipſi, utpote multi, exiguo labore ſuo poterant ſinguli Bollandi poſtulatis facere ſatis, cum ſolus ipſe obſequii vicem rependere omnibus teneratur. Rependebat autem liberaliter, nulli nec tempori nec labori parcens; nec enim repulſam quiſquam tulit, qui operam auxiliumque rogaſſet hominis, brevi ab effuſa caritate & mirabili obſequendi promptitudine tota Europa notiſſimi.

22 Et primum quidem, quia Poeſeos ſtudiorumque humaniorum amans perinde ac peritus erat, intima ei familiaritas coaluit cum externarum Provinciarum Poetis, præcipue autem P. Joanne Caſimiro Sarbievio; cujus carmina non tantum Antuerpianis typis cudi recudique curavit; ſed etiam exornanda epicitharismatis aliorum in eadem arte illuſtrium virorum: ex quibus adhuc in vivis aliqui ſatis noti ſunt, alii in fata conceſſere atque fuere, ex noſtra quidem Provincia, Maximilianus Habbequius, Joannes Tullenarius, Lucas Diericks, Michael Mortierius, Sidronius Huſchius, Guilielmus Boelmans; ex alienis autem, Gilbertus Joninus, Nicolaus Smicius, ac præter noſtros, Erycius Puteanus; quorum omnium poemata, in laudem ſecundi illius Horatii ſcripta, prolixa etiam oda ipſe Bollandus cumulavit, prout iſtæ cum operibus prædicti Sarbievii nunc leguntur. Ita cum innotuiſſet Lithuanis, ex eadem mox provincia ad Bollandi caritatem recurrit ſanctæ venerandæque memoriæ R. P. Nicolaus Lancicius: & poſtquam tractatulos varios ipſi haud fruſtra commendaſſet ad prælum promovendos, tandem ingenue faſſus eſt, metuere ſe, ne ſi in Provincia poſt mortem ſuam relinquerentur plurimæ commentationes ſuæ, inter variorum manus diſtractæ perirent; Romaque impetravit facultatem hæredem univerſarum inſtituendi Bollandum, dum ea adhuc in ſua viventis poteſtate forent. Itaque cunctas lucubrationes, ſua hactenus manu exaratas, Antuerpiam miſit, tali conditione, ut pro ſuo arbitratu judicioque imprimeret, ſupprimeret, expungeret, emendaret Bollandus quæcumque libuiſſet. Tantam ſanctiſſimi viri erga ſe fiduciam Bollandi operoſa humanitas fruſtrari ſpe ſua quamvis magna & ardua, haudquaquam paſſa eſt; ſed edita ineditaque eatenus, nulla prorſus re mutata, duobus ſimul tomis curavit imprimi ab operum ſuorum Typographo C. V. Joanne Meurſio, qui nunc in omnium verſantur manibus, & nihilo minori piorum hominum fructu leguntur. Atque hæc cauſſa fuit P. Alberto Wyuck Kojalowicz mittendi ad Bollandum compoſitam a ſe ejuſdem P. Lancicii Vitam, quæ, modo apud nos aſſervatur, aliquando fortaſſis ea multorum votis prælo ſubiicienda. Neque fuit accepto muneri ingratus Bollandus: ſed varia Alberti jam dicti libraria negotia hic curavit, & ſimilia beneficia in plurimos alios ejuſdem Provinciæ contulit: quorum fere præcipui fuere R. P. Joannes Riwocki, bis Provincialis, & Bartholomæus Himpel; magno Bollandi labore ſtudioque circa res litterarias adjuti animatique. Lithuaniæ proxima Polonia Provincia eſt, cujus etiam Regi illi parent; huic cum ſuprema poteſtate præfuit R. P. Martinus Hincza, & pro libro ſuo Polonice edendo de Vita Deiparæ Chriſtique infantia, petiit & impetravit incidendas in æs imagines viginti ſex: quæ, non abſque frequenti moleſtia reciprocæ conſultationis, tam cum auctore quam cum chalcographo, accuratæ ſunt omnes a Bollando. In eadem Polonia non abſimilem pro ſuis rebus curam diligentiamque nonnullis officiis ſuis emeruere Carolus Creizem, Fredericus Szembeck, Nicolaus Cichovius, ac varii alii: nec enim hic omnes nominamus quos novimus, ne ignotos nobis & æquali ac potiori jure nominandos, aliqua lædere injuria videamur.

23 Quid autem in Bohemia? Ibi ex ſuis olim Profeſſoribus duos ſucceſſive habebat Theologicis in Pragenſi Academia cathedris impoſitos, Joannem Ghiſmars & Petrum Wadinghum: quibus e Belgio iſtuc evocatis ex Hiſpaniis Collega obtigerat Rudericus de Arriagha. Huic ergo Philoſophiam ſuam optanti excudere, & interceſſione Collegarum apud Bollandum utenti, curavit typos Plantinianos; iterumque ad excudendam Theologiam univerſam. Nec minus ipſi Wadingho prompta utiliſque fuit diſcipuli ſui opera, ut liber de Incarnatione excuderetur. Omitto Theodori Moreti lucubrationes varias, quorum noviſſimus de Æſtu Maris magno Doctorum omnium plauſu exceptus; item Caſparis Tauſchi & aliorum opuſcula. In Auſtria Ferdinandi II. virtutes ſcripſerat Guilielmus Lamormainus, pientiſſimi Imperatoris dum viveret Confeſſarius: ea ut hic recuderentur, Bollandus recepit effecitque. Indidem ſubmiſſa Franciſci Amici Theologica opera, ut in Belgio excuſa Antuerpienſes Bibliopolæ ſuſciperent per exteras regiones diſtrahenda, iterumque hic recudenda admitterent, quantum non ſcribendum literarum, quantum laborandum non fuit, ut pacta conventa firmarentur inter ipſos ac P. Martinum Lbermire, Amici diſcipulum in Italia, & in Belgio zeloſiſſimum doctrinæ ejus Promotorem? Theologia quoque P. Joannis de Dicaſtillo, quam ille partim in Auſtria partim in Bavaria ſcripſerat, Bollando curante ad prælum venit Meurſianum. Ejuſdem ſollicitudine effectum eſt ut Henrici Marcellii Controverſiæ, & Franciſci Vekeni de Deo uno ac trino opus Antuerpiæ excuderentur. Prætermitto autem ex omnibus jam dictis Provinciis plurimos, quorum miſſos ad ſe libros iſtic excuſos hic ad librarias promovit officinas, haud abſque multiplici moleſtia curandæ permutationis, nunc librariæ per naves curruſque, nunc pecuniariæ per collybiſticas ſchedas, & pari temporis pretioſi impendio.

24 Transfeo in Hiſpaniam Italiamque. Et ex Hiſpania quidem, quamvis Lugdunenſibus Francorum typis ejus gentis Scriptores commodius frequentiuſque utantur, Antuerpiam tamen ad Bollandum propter varia ſua opuſcula recurrit Joannes Euſebius Nierembergius, imprimendorumque Latine librorum initium fecit. Atque hic propter nominis ſui celebritatem ſolus eſſe pro multis poſſat; niſi in memoriam recurreret nobis Franciſcus Garzia de Valle, auctor Concionatoris Evangelici: quo admittente cum vaſtum quadraginta aut plurium tomorum opus Hiſpani Patres conficiendum decreviſſent, quod omnium in univerſam Scripturam commentatorum catenam complecteretur, tanta is ad Bollandum acceſſit fiducia, ut ſcriberet: *Tuum eſto, mi Bollande, conquirere aureorum viginti quinque millia; tantundem D. de Lira ſubminiſtrabit, ut imprimendo operi, quod Concilii Regii Senatores Gloſſam Regiam dici permiſere, detur initium.* Sed res omnis, majori animo quam prudentia concepta, in fumos abiit; ſic tamen, ut per Bollandum non ſteterit quo minus eo quoque præſidio litterati fruerentur, reſpondente eo quod operam poſſet, non pecuniam addicere. In Italia negotium eidem fuit per litteras multas atque frequentes, librorum iſtic compoſitorum cauſa, cum Mediolanenſibus, Romanis, Neapolitanis ac Siculis Patribus: adeoque laudata & commendata fuit R.P.N. Mutio ipſius hoc in genere accuratio ſumma, ut cum placuiſſet univerſum Societatis noſtræ Inſtitutum Antuerpiæ typis Meurſianis recudi ad exemplaria Romana, non prius crederet ei conſilio tuto ſtari poſſe, quam humeros novo oneri Bollandos ſubjiceret, quemadmodum magno cum amoris ſingularis affectu jam dictus Generalis Præpoſitus teſtabatur. Haud tamen ideo minus Bollando id accidit permoleſtum, maxime quia ſecretum in principio exigebatur tale, ut nec janitori quidem auderet fidere: nam ipſe ex ſummis ædibus deſcendebat ad portam, ut ſingulorum foliorum exempla ſuſciperet relegenda, & relecta ad typographum præſtolantem referret in proprias conſignanda manus. Qui licet perpetuus ei labor non fuerit; ſed re cum Socio communicata, multum imminutus poſt menſes aliquot; exantlandus tamen is omnis fuit, qui corrigendis faſtidioſe typothetarum erroribus impenditur: præterquam quod tota moles iſta prius recognoſcenda illi fuerit, quam traderetur in manus librariarum operarum, & mutationes additioneſque, quæ identidem Roma novæ ſubmittebantur, insererentur ſuis locis. Inter Italos plurimos, habebat Bollandus arctiſſimam amicitiam cum Silveſtro Petra-ſancta, ea eo tempore ſibi contractam, quo ille Petro Aloyſio Caraffæ, Apoſtolico ad Principes Rheni Nuntio, poſtea S.R.E. Cardinali, cum titulo Theologi & Confeſſarii miſſus comes, Antuerpiam excurrerat, ſacras de Domini Paſſione meditationes mercatoribus Italis propoſiturus. Hanc quoque dum vixit Silveſter, perpetuis ſemper officiis coluit: qualia fuere edenda curare Symbola ejus heroica, Controverſias contra Molinæum, Cardinalis Bellarmini Latinam vitam; in diſtractione Teſſerarum gentilitiarum Romæ excuſarum allaborare. Quod idem P. Joanni Rho, aliiſque variis Italis fecit, & nominatim Vincentio Guiniſio, cujus etiam Allocutiones progymnaſticas, poemata, orationes prælo curavit ſubjiciendas. Utiliſſime denique non tantum Italiæ, ſed univerſæ Societati laboravit Bollandus, quando Bibliothecam Scriptorum noſtrorum, a P. Philippo Alegambe collectam quidem, ſed prout nova quotidie hebdomadis ex Italia aliiſq; regionibus ſupplementa mittebantur, locis infinitis augendam ornandamque ſuſcepit: adeo ut vix ullus liber fuerit, excepto Societatis Inſtituto, qui plus ejus operæ temporiſque abſumpſerit.

CAPUT VI.

Belgarum, Anglorum, Francorum labores litterarios Bollandus promovet.

25 NEque vicinis Gallo-Belgis, quamvis Antuerpianorum typorum haud adeo egentibus, cum poſſint patriis librariis uti, ſuam paſſus eſt operam deeſſe Bollandus, quoties eam requireret aliquis. Requiſivit autem P. Jacobus Lobbetius non ſemel, requiſiverunt alii, quos nominare omnes longum, paucos e multis non ita facile, cum P. Bollandi amicitiam æque omnes magni fecerint, faciantque etiam nunc: recurrent tamen mox infra aliqui, ſingulari quodam obſtricti beneficii genere & a paucis expectando amici. Hic autem Gallo-belgis conjungimus Anglos, quorum, quamdiu Antuerpiæ proprium non habuere Procuratorem, negotia varia Bollandus curavit: gaudens vel ſic ſubſervire ſe poſſe Apoſtolicis illis viris, quorum ſudore & ſanguine fides irrigata in Anglia, hactenus vigoris ſui damna non ſentit, ſed novis indies incrementis augeſcens tot inter adverſa melioribus temporibus ſe conſervat. Verum, ut extra propoſitas nobis his duobus capitibus rei librariæ metas non egrediamur, ſatis erit hoc loco Michaelem Alfordum commemoraſſe: cui, SS. Helenæ & Conſtantini hiſtoriam daturo, inſignem operam navavit Bollandus: nec minus æſtimandam alteri ex eadem gente doctiſſimo viro Thomæ Comptono, cum Meurſium Typographum ſuum induxit, ut Philoſophicum ejus curſum ſuſciperet imprimendum.

26 Operibus etiam Venerabilis Ludovici Bloſii Lætienſis Abbatis, recte & magnifice recudendis, tanto adlaboravit diligentius Bollandus, quod non ſolius tituло caritatis, ſed maximorum beneficiorum ea eo monaſterio acceptorum grata recordatione ſentiret eo ſe ſtimulari; multaque ordinavit in iis & concinnavit, maxime circa Bloſii ipſius Vitam, excuſam ante ejus opera, priſcorum Patrum pietatem ſpirantia. Hac occaſione crevit egregie Lætienſium Abbatum erga Bollandum & piæ ejus opera affectus, quẽ teſtatus eſt noviſſimus eorum Franciſcus le Louchier, cui longam vitam Deus & felicem gubernationem concedat, litteris 17. Octobris datis, quas, intellecto de morte ejus nuntio, ipſe manu ſua exaravit in hæc verba.

Non ſine mœrore intelligere potuimus mortem optimi Patris Bollandi, omnibus nobis, uti amiciſſimi, ſic etiam juſta amoris viciſſitudine dilectiſſimi. Et quamvis nemini de ejus ſalute liceat dubitare; quippe qui Sanctos omnes, pro quorum gloria tot labores tamque continuos ſubiit, obvios ſibi habuiſſe æſtimandus eſt: tamen, cum juſtus vix ſit ſecurus, omnes pro anima ejus refrigerio celebravimus ad altare Privilegiatum; non tantum ex caritate, ſed ex debito. Credant mihi Reverentia Veſtra quod tanti Patris memoria, tam cari viri amicitia apud nos in benedictione ſemper erit; nec ulla unquam oblivione delebitur. Hi, qui illius colloquiis & præſentia frui meruere dum viveret, ad nomen R. P. Joannis Bollandi continuo exhilareſcunt, quamvis mortuum lugeant. Verum cum nemini pateat cœli aditus niſi per mortem, bono ſeni, bene de Eccleſia merito, Sanctorum cultori indefeſſo, Divinæ gloriæ addictiſſimo, atque ex omni parte integerrimo, gratulandum potius quam condolendum eſt.

27 Iſtud porro, a quo tantiſper deflexímus, aliorum libris in lucem edendis obſtetricandi ſtudium in Bollando, expertus eſt per tot terrarum mariumque pericula ab ultimo Oriente huc delatus Martinus Martinius, Societatis Jeſu apud Sinas laborantis Procurator, in Urbem miſſus anno 1653. qui cum Sinenſe regnum vaſtiſſimum, totidem Geographicis tabulis exprimendum in quot provincias illud dividitur, huc attuliſſet incidendum æri, & cum accurata curioſaque ſingularum deſcriptione imprimendum; nec Antuerpienſes typographi e re ſua eſſe putarent ampliori in forma celari mappas quam communis librorum menſura patitur: auctor eidem Bollandus fuit, ne quidquam mutaret; ſed ut opus illud ſuum committeret celeberrimo apud Amſtelodamenſes typographo Joanni Blaeu, qui gaviſurus eſſet tam nobili auctario locupletare Geographicum ſuum Atlantem. Conſilio autem mox operam addidit; effecit enim per ſuos iſtic amicos ut non modo vir ille Clariſſimus totum opus ſumptibus ſuis incidendum imprimendumque curaret, quamvis acatholicus,

quam-

Digitized by Google

quamvis Romano Pontifici dedicandum cum magnifica fidei Catholicæ inter Sinas ſtabilitæ commendatione; ſed etiam ut ipſe Amſtelodamenſis Senatus Apoſtolicum hominem publico ære ducendum reducendumque curaret, ut præſens intenderet initio impreſſionis, & miris ſuis veriſque de ampliſſimo regno narrationibus ejuſmodi rerum avidos recrearet. Quod ita ſucceſſit, ut uberes ab ea excurſione fructus, nec ſpernenda pro reditu ad Sinas adornando ſubſidia ſe retuliſſe gaviſus Martinius ſit, nec minus ſibi gratulatus Typographus de lucro ex iſto opere multo copioſiori, quam ex ullo alio unquam retulerat: in linguas enim notiores converſum, identidem prælo ſubjiciendum fuit, multoque ſæpius quam ulla Atlantis Geographici pars, cum titulo particulari Atlantis Sinenſis.

28 Perſeveravit autem Bollandus alios in ſuorum operum editione laborantes juvare ad finem uſque vitæ: quem imminentem videri poteſt præſagiiſſe Wilbrandi Weiſcheri V. C. *Euthanasia* ſive Conſiderationes triginta, quibus homo moribundus adverſus mortis horrorem excitari animarique poſſit: quas a ſummo Pontifice aliiſque principibus viris diu expetitas, poſt mortem auctoris ab interitu vindicandas ex muſæo ſuo miſit, ac P. Bollando commendavit promovendas ad prælum, vir inter Monaſterienſes Clariſſimus Bernhardus Rottendorffius; tamquam amicus amico, ſibique ob multos de Sanctorum Vitis MSS. codices communicatos obſtricto. Quod poſthumum opus diligenter lectum, non prius Bollandus deſtitit Cl. Viro Balthaſari Moreto, Plantinianæ Officinæ hæredi, quique judicio ejus tribueret plurimum laudare & commendare, quam poſt diuturnæ expectationis tædia impreſſionem inchoatam videret: quod pauci ante mortem diebus accidit, nec modice recreavit ægrotantem. Iiſdem quibus mortem proximam operiebatur diebus, judicium tulit de quodam Gallo-Belgæ alicujus opuſculo, informandis per exempla Sanctorum ad veram pietatem ſervis ancilliſque compoſito, atque a ſe per ultimos vitæ menſes lecto; quamvis viſu tam debili uteretur, ut quas ſcriberet litteras legere amplius ipſe non poſſet: & cenſuit prælo dignum videri. Quod eo libentius hic referimus, quia pene ultima ea verba fuere, quæ pridie mortis ſuæ fari potuit, loquela copioſiori rheumate impedita, ipſoque rationis uſu non niſi per intervalla ſui copiam faciente. Alias ſæpiſſime rogatus in vita, ut libris ad prælum paratis cenſorium oculum commodaret, magna id accuratione ſemper fecit, nec libertate minori, licet in favorem Auctorum, ut par erat, propenſior: quos ideo malebat prius de judicio ſuo, ſi quid emendandum immutandumque crederet, privatim reddere certiores, quam ſperatæ Superiorum approbationi quidquam præjudicare. Unde gratiam apud Auctores magnam inibat, & in ipſa opera ab eo cenſa multum redundabat utilitatis: cum amice monentem, & monita ſua docte ſolideque confirmantem nemo non libenter audiret & ſequeretur.

29 Quam multis Scriptoribus hujus aliarumque provinciarum etiam longiſſime diſſitarum hac ratione ſervierit, etſi eum ſic conſtet ſerviviſſe plurimis, nihil attinet propalare: quia non omnia, quæ ab amicis ſuperioribuſve requiſitus relegit, potuerunt ad prælum pari facilitate ac felicitate pertingere: ſufficit hoc unum dixiſſe in genere, fuiſſe in Belgio Scriptores plurimos noſtræ præſertim Societatis, qui ſe libenter meminerunt aliquo inſigni beneficio adjutos ad ſcribendum, vel ad ea quæ ſcripſerant procudenda. Erat enim non tantum ad operam ſuam ſublevandis alienis laboribus addicendam exhibendamque liberalis; ſed etiam in communicanda ſupellectile litteraria ſua, quamvis magno molimine ſumptuque collecta, pene ad indignationem aliorum profuſus. Talem enim ſe præbebat aliis, quales æquum putabat erga ſe reperiri eos, qui haberent aliqua de Sanctis monumenta, operi ſuo ſubſervitura. Hi tamen, ne qua debitæ laudis parte fraudatos ſe quererentur, omni data occaſione libenter ampliterque profitebatur Bollandus, per quos profeciſſet; nec ullam gratitudinis demonſtrandæ occaſionem, ſive in titulis ſive in commentariis ad ſingularia Sanctorum Acta præviis, ſibi permiſiſſet elabi, quin ſignificaret ex cujus MSſ. aut cujus opera ejuſmodi monumenta fuiſſet adeptus. Eam autem, quam diu, liberalitatem Bollandi expertus inter alios eſt Franciſcus la Hier Lotharingus: cui ſermone Gallico paranti edere magnum Virginum Menologium, omnes muſæi ſui theſauros inſpiciendos evolvendoſque conceſſit. Bartholomæo Fiſen, Leodienſis Eccleſiæ hiſtoriam Epiſcopalem & ejuſdem Flores Sanctorum ſcripturo, quidquid ad illius facere poterat inſtitutum prompriſſime commodavit. Hugoni Wardæo & Joanni Colgano, Sanctorum Hibernorum Acta ſimili ſtudio illuſtrare aggreſſis, ſubmiſit e ſuis MSſ. non pauca, ad quæ illi conferrent reperta collecta a ſe monumenta: ob quæ aliaque Minoritarum Hibernenſium Lovanienſi conventui præſtita beneficia, iidem reſcribentes quod ſolenni ſacro parentaſſent defuncto: *Quid minus*, inquiunt, *facere poteramus pro eo quem novimus de Catholica Eccleſia ac nominatim de Inſula noſtra bene meritum ſcribendo, optime autem de domo hac bene etiam faciendo, & ſuſtinendæ paupertati ſubſidia opportuna haud raro procurando?* Patri quoque Ægidio Bucherio; ad priorem Belgii Romani partem conficiendam haud modico adjumento fuere quinque illi tomi, quos Græca deſcribendos curaverat Jacobus Tirinus, ab utriuſque olim Magiſtro Joanne Deckerio compoſitos, quoſque Tirino defuncto, a Superioribus ſuis Bollandus obtinuerat; in his enim quia omnis de annis Chriſti diſquiſitio cum multiplici doctrinæ chronologicæ temperamento ventilatur, acceptam inde ſummatim doctrinam in opus ſuum Bucherius tranſtulit, prout & ante ipſum compendioſius fecerat Tirinus.

30 Nec utenda tantum, ſed imprimenda quoque non raro dedit aliis Bollandus: quibus in lucem editis, ipſemet potuiſſet clareſcere, & magnam ab eruditis mereri gratiam. Talia ſunt quinque valde illuſtria monumenta, quæ ſupradicti Bucherii librum de Paſchali canone Victorii Aquitani auxerunt ornaveruntque, a pag. 243. (ubi ut ſequenti doni hujus meminit & pretium dignitatemque expendit) ad paginam 289. Pari modo acceptis a Jacobo Sirmundo muneribus litterariis, quibus opus de Sanctis inſtrueretur, nihilo pauciora nec minus æſtimanda remiſit: in quibus capitale munus fuit ingens tomus MS. operum Hincmari, quæ ante id tempus modica, hoc aliiſque adminiculis adiutus, ad duos tomos auxit Sirmundus. Nihilo inferiori munificentia cum Petro Franciſco Chiffletio noſtro, in Burgundia commoranti, certavit; itemque cum illuſtri Galliarum Hiſtorico Andrea du Cheſne, ab utroque viciſſim adiutus in multis: huic enim Bertinianos Annales, eatenus ineditos, nunc vero tomo tertio ſcriptorum hiſtoriæ Francorum inſertos ſubminiſtravit: iſti vero tranſcribendum reliquit Marii Epiſcopi Lauſanenſis chronicon, quod nunc ex Chiffletii dono dicti jam operis tomo primo editum legitur a prænominato Andrea. Operam quoque Chiffletio eidem multam commodavit Bollandus, per amanuenſes eidem deſcribenda curans, quæ ipſe, cum Belgicas Bibliothecas luſtraret, in variis locis notaverat, ac ſibi profutura credebat. His ſimilibuſque officiis cum Gallos ſibi demereretur, incredibile dictu eſt quanti ſemper Bollandum fecerint, maxime cum eum non fama tantum ſed etiam ex operibus cœperunt cognoſcere. Quanti vero etiam nunc faciant illius memoriam, luculenter comprobant variorum litteræ, poſt mortem ejus intellectam datæ a Viris, ex ingenti doctrinæ & eruditionis laude præcipuis. Ex his Reverendiſſimus Dominus Franciſcus Boulaert, Canonicorum Regularium ad S. Genovefæ Pariſiis Abbas, & totius Gallicanæ Congregationis Generalis, ægre admodum ſe tuliſſe profitetur acceptum nuntium de morte R. P. Joannis Bollandi, *quem*, inquit, *ab annis triginta atque amplius, ob eruditionem maximam*

tan-

tanta pietate conditam, ſingulari ſemper fuerat amore proſecutus. R. P. Honoratus Nicquetus, aditis pie libellis notus, & Rothomagenſi Collegio ob virtutem ac ſenium amabile venerandus, cenſuit *morte ejus factam eſſe communem reipublicæ Chriſtianæ jacturam, & commendatiſſimam ſibi fore* reſpondit *illius animam; quamquam viatorum precibus non multum videretur egere is, qui tantis nominibus Sanctorum in cœlis regnantium gratiam conciliavit ſibi, pro ſtudio & labore improbo ſimul honorans triumphantem Eccleſiam, & militantem ad egregie rem gerendam inflammans.* Alios prætereo, ne prolixior ſim: ſimilia enim ſcripſere plurimi, nobis de morte ejus amice condolentes, collætantes autem de ſubſecuta mortem gloria.

CAPUT VII.

Quomodo Societatis honorem hoc in genere Bollandus promoverit: alia ejuſdem cura diſtractiones que multiplices.

31 PORro qui communi totius Eccleſiæ utilitati & ornamento per ſeſe alioſque, quorum egregios conatus ſuſcipiebat promovendos, tam gnaviter fructuoſeque ſerviebat, nequaquam putavit negligendam ſibi occaſionem quamcumque oblatam ad proprium Societatis emolumentum conferendi aliquid per eam, de qua nobis ſermo inſtituitur, librorum tractationem. Sciens enim quam neceſſarium noſtris functionibus ſit, ut homines, quorum ſaluti ſeſe ad Dei gloriam impendit Societas, veram habeant de ejus inſtituto, ſanctitate, doctrina opinionem; ad eamque ingenerandam propagandamque miram habere efficaciam hiſtorias de illuſtribus viris & egregia quadam vitæ ſanctimonia conſpicuis ſcriptas, Apoſtolicarum item Miſſionum ſucceſſus, & glorioſa pro Chriſti religione aſſerenda Martyrum apud Indos Japoneſq; certamina, curabat eadem quamplurimis legenda exhibere, & habere bono numero exemplaria, quæ diſtribueret commendaretque, ac noſtris ſuper menſam legenda pararet. Imo varia hujus generis ex Italico idiomate vertit in Latinum, & typis evulganda locavit: quædam etiam vulgari ſermone Belgico, in quibus Martyrum Japonicorum catalogi.

32 Non poteſt autem tacitus præteriri hoc loco, quo de libris a Bollando curatis agitur, annus centeſimus Societatis; cujus præclare procurata ſolemnitas non modo Provinciam noſtram mirifice excitavit ad majorum ſuorum ſequenda veſtigia, ſed etiam Bollando non exiguæ laudis materiam obtulit. Etenim ad hujus anni augendam lætitiam Provincialis Tollenarius, ut erat maximorum vir animorum, opus aliquod illuſtre, & quod omni deinceps poſteritati in monumentum perpetuum foret, volvebat animo: quale autem id futurum eſſet, necdum ipſe apud ſe diſcernebat, ſed majori plurium conſilio rem relinquens integram, convocavit præcipuos, quos ad manum habebat, Provinciæ Patres; juſſitque de titulo materiaque diſpicere ſecum, deinde in commune conferre. Hic, variis varia ſane idonea ſuggerentibus, præ cunctis tamen Provinciali, quem ceteri mox ſecuti, arriſit conceptus Joannis Bollandi; clarus, facilis fœcundusque; quia apparebat eum ſic diſtribui poſſe in partes, & per multorum manus elucubrandum dividi, ut ex in unius corporis molem collectæ, venuſtiſſimæ cujuſdam ſymmetriæ majeſtate legentium & intuentium oculos oblectarent animoſque: & ſtyli ex poëmatis, orationibus, emblematis mixti diverſitate gratiſſima, prolixum vetaret credi, quod ſic placeret. Neque exhibendam cenſebat naſcentem, creſcentem, laborantem, patientem Societatem ad Ducis ſui Jeſu exemplum, ac demum cum eodem poſt prædicationis labores & paſſionis ignominiam glorioſiſſime honoratam: quibus ita per libros quinque tractatis, ſtatum alium volebat ſubjici, in quo hæc peculiariter circa Flandro-belgicam Societatem valuiſſe quoad ſingula demonſtraretur: omnibus autem librum præliminarem de Jubilæo & rebus eo ſpectantibus præmitti. Nec minus recta Bollandus concepit, quam utiliter adjuvit Provincialem, ut ſingula in opus reducerentur, dum, pro ſingulari quam habebat præclariorum in provincia ingeniorum notitia, ſuggerebat ei, qui quam partem felicius meliuſque componerent, pro ſua quoque parte excitans pleroſque ad demandatam ſibi Spartam gnaviter excolendam. Interim vero inibat contractum cum Typographo per Socium, per eundemque diſponebat typos & formam, ac ceterum omnem, qui a librariis poteſt ſuppeditari, apparatum. In quo licet temporis multum poneretur, haud abſque diſpendio ſui operis, quod magnis tunc paſſibus properabat ſub prælo; nihil tamen negari poterat ſolennius jubilaturæ hoc in ornatu Societati; nihil Tollenario, cujus tantus erat erga opus a Bollando ſuſceptum affectus, ut alter illius Parens dici quodammodo mereretur.

33 Etenim Antuerpiam venienti prima fere de ſtudiorum ſucceſſu interrogatio erat; ſic ut ſigillatim edoceri vellet, quid haberent præ manibus, quid abſolviſſent, in quo laboraſſent ſtudioſius. Ibidem autem commoranti nullum diuturnius tranſiit ſpatium, quin quæ elaborata erant ad ſe ferri juberet, allata legeret, lecta comprobaret collaudaretque; præſertim Commentarios ad Acta prævios, ex quibus plurimum novæ ſcientiæ & jucundiſſimæ voluptatis ſe teſtabatur percipere, magiſque in iis complacere ſibi quam ſuis ipſius in lucubrationibus: quare ad lectionis non perfunctoriæ beneficium, tot inter occupationes ſuas, addebat non raro examinandi ſingula & expendendi laborem, acri judicio ſuo cuncta trutinans appendenſque. Mitto quæ ad ſublevandos Bollandi labores voluit ille a Superioribus fieri; cum eorum pleraque hic recoſaret, nolens in re aliqua præ ceteris haberi ſingularis. Tantum dico, quod cum ob hæc aliaque Tollenario obſtrictiſſimum ſe ſentiret Bollandus, ſuarum viciſſim partium eſſe crediderit omnem conferre induſtriam, ut quod tantus ſtudiorum ſuorum fautor, æſtimator, promotor machinabatur opus, cito & feliciter abſolveretur, ad communem provinciæ imo Societatis totius famam illuſtrandam. Itaque effectum eſt, ut intra octo menſium anguſtiſſimum ſpatium conceptus, elaboratus, impreſſus prodiret in lucem liber, Imago primi ſeculi Societatis Jeſu dictus, ſoluta ligataque oratione, tam eleganti, tam varia, tam rebus temporibuſque idonea, ut pene dicere audeam, nihil infra expectationem futurum fuiſſe, ſi bona ipſius quod deſcribebatur, ſeculi portio impenſa ei conſcribendo fuiſſet: Patris quidem Tollenarii laude præcipua, Auctores ſingulos admoventis operi, & eas quæ confectæ afferebantur partes maximo cum judicio digerentis ordinantiſque; ſed Bollandi quoque commendatione non exigua, ob eam quam diximus rationem.

34 Atque hæc occaſione librorum, quibus conſcribendis intendebat Bollandus, geſta ab eo ſunt cum iis, qui & ipſi libros conſcribebant: cum aliis vero noſtris externiſq; in hac quidem re haud ita ſe verſantibus, induſtriis tamen benevoliſque, ut ipſi quoque ſuam vellent conferre operam ad inquirenda & ſubmittenda, quæ variis in locis latere ſciebantur, Sanctorum Acta, tractandum alia ratione fuit. Hos ergo ut ſibi demereretur, non tantum piis certabat monoſculis; ſed quidquid ex amplo ceteroque omnium affluenti emporio ad ſtudia, pietatem, hilaritatem pro ſe ſuiſque requirebant ex typographicis, chalcographicis aliiſque officinis, id omne ſollicite procurabat emendum, conſarcinandum, transferendum; tam frequenter tantaque in copia, quaſi conſtitutus ad aliena negotia Antuerpiæ procurator, unum hoc ex officio ageret: laborioſam iſtam caritatem etiam ad novum orbem Indiaſque extendens, requiſitus ab iis, qui eo proficiſcentes ipſam poterant experiri. Animadvertens autem quamplurimi eſſe, quos præcipue caperet rerum οὐρανῶν,

vel

Digitized by Google

vel ad ædificationem pertinentium vel publicæ rei ſtatum concernentium, accepta per ſcribendi vices notitia (quia hæc & confert auctoritatem apud externos, non aliunde fere conſuetos ingredi in ſermonem, & noſtris præbet occaſionem utiliter religioſeque tranſigendi tempus, quod modeſtæ per colloquia mutua recreationi poſt prandii & cœnæ horas deputatur) longo tempore diligentiſſimus fuit in illis conquirendis, digerendiſque, & partim per ſe partim per conductum amanuenſem deſcribendis. Judicio autem magno ſecernebat rumuſculos a certioribus nuntiis: qua de re pro omnibus loquentes audire juvat Collegii Colonienſis Patres, idque ex epiſtola Jacobi Kritzradt, qui Bollandum in ſcholis olim Magiſtrum habuit: *Gratias, inquit, omnes ei debemus maximas pro indefeſſo litterarum per annos triginta quatuor commercio, quo plurimi viventes & mortui ſingulariter ſunt recreati. Ego fateor quot hebdomadis ut minimum & ſæpius quandoq; provocatum me fuſis litteris, maximo cum delectu & judicio ſcriptis, ſemper conatum fuiſſe aliqua cum moleſtia reſpondere tantæ caritati*. Ita ille.

35 Quid autem diceret ſcriberetve amicorum Joanni Bollando intimus Franciſcus Vander-Veken, ſi adhuc vitam in terris ſuperſtes duceret? Per hunc Illuſtriſſimus tunc Fabius Chiſius, Apoſtolicus ad Principes Rheni Nuntius, poſt Alexander VII. Pontifex Maximus, quamdiu ad componenda Germaniæ bella pacis conciliator in Germania fuit, accipiebat P. Bollandi epiſtolas hebdomade qualibet, & viciſſim ipſi tranſmittebat ſuas. Exinde vero etiam tum cum ad S. Petri cathedram ſublimatus, eumdem Vekenum, doctrinæ Theologicæ merito & memoria ſuaviſſimæ apud Agrippinenſes amicitiæ ſibi cariſſimum, Romam accerſiit, nihil aliud fere quærebat prius ab eodem hebdomadatim ad familiarius colloquium admiſſo, quam ecquid ſcripſiſſet P. Bollandus? Quare cum profectos Romam Bollandi Socios idem Sanctiſſimus ad pedum oſcula venerabundos admitteret, ab hac interrogatione affari eos Prior exorſus eſt: *Qui valet noſter amicus P. Joannes Bollandus? Quoties inter nos ſcripſimus? nec tamen vidimus unquam*. Et vero viderunt ipſi, haud abſque ſolatio & admiratione ſua, in domeſtica ſecretioreque Pontificis ipſius bibliotheca, litterarum a P. Vekeno ex Bollandi authographo tranſcriptarum faſces complures, in grandia volumina digeſtos compactoſque; indicio ſane evidenti quam dignas etiam tunc judicaret ſupremus Dei in terris Vicarius, quæ perpetuo in familia Chiſia conſervarentur. Litteras vero Apoſtolici Nuntii aliaſque ſimiles cum noſtris per varia Collegia Patribus, nec non Societatis noſtræ per Hollandicam miſſionem operariis communicans Bollandus, mirum quantam eis gratiam apud cives ac principes viros conciliaverit. Adeo ut R.P. Petrus de Bie, circa annum hujus ſeculi 36. ac porro ſecutos Rector Collegii Dunkerkani; cum novum iſthic templum, corrogatis publice ac privatim eleemoſynis, magnifice conſtrueret, gratias agendo profeſſus ſit, nullo cæmento felicius coaluiſſe novæ ſtructuræ lapides, quam gratia per litteras P. Bollandi acquiſita: qui ne extremis quidem vitæ menſibus induci potuit, ut ab hoc caritatis officio prorſus ceſſaret; quamvis caligantibus oculis nec relegere poſſet quas ſcribebat epiſtolas. Multum præterea laborioſiſſimo ac diligentiſſimo in omnibus Viro debet domus noſtræ Bibliotheca, primum quidem ab ipſomet inſigniter aucta, deinde ſtudiorum Socio commendata; qui Bollandi permiſſu, hortatu, conſilio uſque adeo eam amplificavit, ut, quoad excuſorum librorum copiam delectumque, vel prima ſit Societatis, vel conferenda cum primis.

CAPUT VIII.

Accepto ſtudiorum Socio, novam propoſiti operis formam Bollandus concipit & orditur.

36 TAm multis tamque variis ſimul rebus cum diſtraheretur Bollandus, primas tamen curas impendebat muneribus iis, ob quæ gerenda potiſſimum fuerat Antuerpiam deſtinatus. Sodalitatem enim commiſſum ſibi non modo habendis parandiſque ſedulo Latinis concionibus excolebat, ſed ut Sodalium numero ac dignitate augeretur, dedit operam; viros omnes hujus urbis litteratos ad conveniendum pelliciens. Exorſus autem a Reverendiſſimo Epiſcopo Maldero, Decano Miræo, Canoniciſque præcipuis; apud hos, itemque apud Conſulares viros, alioſque in civili dignitate primarios tantam inivit gratiam, ut & ipſi præſentia ſua frequentiaque ceteris omnibus Latine doctis eſſent ad conveniendum incitamento. Nihilo minus negotiorum Bollando erat ex ſede, quam obtinebat, Confeſſionali; ut enim erat natura benevolus, & cupiebat omnibus facere ſatis, multum cogebatur temporis impendere conſulentibus: virginibus præſertim mulieribuſque devotis, quæ ab eo frequenter poſtulabant inſtrui, & ſub illius prudenti directione in exercitio orationis, mortificationis atque aliarum virtutum haud vulgarem profectum ſe facturas ſperabant. Ita occupato Bollando tempus aliquod effluxit Antuerpiæ, & niſi quod in P. Heriberti gratiam Thomæ a Kempis defenſionem ſuſcepiſſet, relictamque ſibi a deceſſore hæreditatem magnam Vitarum undique acquiſitarum & manuſcriptorum codicum acceſſione auxiſſet, nihil aut parum admodum promoverat in opere, quod ſubſecivis quas paucas inveniebat horis perficiendum ſuſceperat. Nec vero res, maturius ab amicis Superioribuſque expenſa, videbatur ejuſmodi, quæ inter tot taleſque occupationes ſecundaria quadam opella abſolveretur. Decretum igitur primo eſt, ut ex inferiori templi parte, cujus confeſſionales exedras ſexus potiſſimum fœmineus ſtipat, transferretur Bollandus ad baſilicæ noſtræ porticum ſuperiorem, quo Confeſſionis gratia viri aſcendunt. Paulo poſt etiam proviſum eſt, ut Sodalitati Latinæ præficeretur alius; & majori parte præcipui oneris liber Bollandus reſpirare tantiſper poſſet, ac cogitare de querelis eorum exaudiendis, qui lamentabantur ſine ſuo fruſtrari expectationem tantam, ab ipſo Roſweidoque excitatam; & mirabantur annis plurimis ad excutienda inquirendaque Sanctorum Acta commoveri Belgium, & noviſſimo quinquennio Europæ magnam partem: nec tamen quidquam proferri in lucem.

37 Sed opus erat vaſtum ac magnum, & imprimis tetricum homini ſolitario, non habenti quicum de ſtudiis dubiiſque conferret. Prælo autem ſi quid volebat ſubjicere, cogebatur incredibili cum labore ac tædio ſolus relegere paratos jam typos, & relegendo emaculare. Quis vero perficeret inchoata, ſi ipſe deficeret? quis Typographum, imperfecto in opere magnam impenſæ pecuniæ jacturam facturum periculo eximeret & ſolicitudine? Audiit hæc Lætienſis Abbas Antonius Winghius, numquam nobis niſi cum debita honoris & gratitudinis præfatione nominandus, & juſta queri Bollandum arbitratus, magnoque incenſus deſiderio videndi aliquando partem ſperati tamdiu operis, octingentos Præpoſito florenos obtulit, quibus domus hæc, ſolis ex inſtituto eleemoſynis victitans, minori cum onere ſuo aleret Socium, P. Bollandi adjutorem. Delectus ergo unus eſt, Sociuſqoe adjunctus anno 1635. qui olim Magiſtrum habuerat Bollandum in gymnaſio Silvæducenſi, & idoneas corporis atque animi vires ad ejuſmodi ſtudium ſortitus videbatur. Mox autem incaluere ambobus ex mutuo conſortio convictuque animi, & aliam prorſus futuri operis formam concipere auſi ſunt, quam ſibi hactenus, dum ſolus eſſet, Bollandus præſtituerat. Nam ſicut Roſweydo fuerat conſtitutum, ſi vita & otium ſuperfuiſſent, de Sanctis tomos dare duodecim, nudas eorum Vitas exhibituros (quod aliud non erat, quam inchoatum ab Aloyſio Lipomanno Epiſcopo Veronenſi opus, & a Laurentio Surio Carthuſiano in meliorem formam redactum auctumque, novarum Vitarum additione extendere) ita Bollandus cogitabat primo deceſſoris ſui conceptui eatenus inſiſtere, ut ex Martyro-

logus,

Digitized by Google

logiis, quorum collectionem ſeorſim peculiari tomo promiſerat Heribertus, ad unumquemque diem præmitteret aliquid, quo ceterorum Sanctorum, quorum non darentur Vitæ, notitia aliqua haberetur. Jamque ea Actis Januarii aliquod volumen in unum collegerat, cui inter relegendum additurus eſſet marginales annotationes, ſingulos pro ſingulis menſibus tomos ſimili modo paraturus, ac paullatim & ſucceſſive ſubjecturus prælo.

38 Hoc conſilium ſi porro ſecuti ambo fuiſſent, multo minori labore ac tempore, quam vel Januarius vel Februarius confecti ſunt, totum pridem opus habuiſſemus. Verum cum ſuas ipſi jam noſſe vires, & cogitare cœperunt quam humile eſſet tantoque apparatu atque orbis Chriſtiani expectatione inferius, iſtam inornatam molem de charta in papyrum transferre: non abſque ratione judicaverunt in iſtiuſmodi congerie, quamvis multa forent viris piis ac doctis nova æque ac grata, plura tamen futura, quæ cavillarentur impii, deſpicerent ſcioli, mediocriter eruditi haud ſatis probarent, quia non intelligerent ſatis. Tum etiam occurrebat animis, jam pridem in Sanctorum Vitas, velut ineptiſſimarum fabellarum farraginem, lividos hæreticorum exerceri dentes; traduci Catholicus velut ſtolide ſimplices, qui fidem adhibeant narratiunculis cum veriori, ut ipſi calumniantur, hiſtoria, & evidenti alias veritate pugnantibus. Itaque vel nihil in hoc genere ſcribendum eſſe amplius, vel Sanctorum Vitas proponendas in tam conſpicua luce eruditionis omnigenæ, coævorum Auctorum ſic fulciendas conſenſu, errores qui forte irrepſere tam ingenue agnoſcendos ſingulos & corrigendos, dubia quæ incidere poſſent aut aliis Scriptoribus jam inciderint, tam prudenter examinanda; ut invidorum perſtrictis oculis, ora quoque maledica obſtruantur, cogantorque Catholicæ veritatis æque ac Sanctitatis adverſarii utriuſque ſaltem revereri majeſtatem, in Sanctorum ſplendoribus apparentem; earumque inter ſe copulatarum concordiam in exitium inaniſſimorum figmentorum ſuorum non immerito formidare. Arduum opus, & quod ſtetit, ſtabitque poſteris labore maximo, antequam eo quo cœptum eſt pede perficiatur univerſum: licet indefeſſa Bollandi induſtria, eique ſub ſerviens Sociorum opera, præcipuas Europæ Provincias peragrando ſcrutata, materiam undique tam copioſam collegerint, etiam pro ultimis menſibus; ut eorum quidam, puta October vel November, duplo majorem complectantur maſſam impreſſorum & manu exaratorum monumentorum, quam ad conflandum Martium neceſſaria fuit. Supereſt enim ultimus iſque difficillimus actus, qui in ſecernendo dijudicandoque conſiſtit: propter multitudinem perplexitatemque ſubnaſcentium ex Auctorum diſſenſione controverſiarum. Quod conſiderantes viri aliquot ex Regiis Conciliis primarii, ex proprio foro docti æſtimare, quam ſit difficile certam de rebus in diſquiſitionem adductis proferre ſententiam; videri ſibi nonnumquam dicere, in iſto de Sanctis opere tot graviſſimas agitari ac dirimi lites, quot Divorum Vitæ aut Martyrum claſſes proferuntur in medium: in quibus haud minus laboratum fuerit a Scriptore, quam ipſi in civilibus aut criminalibus cauſſis, ſecundum juris formā & patrias conſuetudines terminandis, laborent.

39 Ipſis autem ita ſentientibus datum aliquando reſponſum eſt, nec invitis acceptum auribus; cauſſas quidem ad ipſorum delatas tribunalia hoc plerumque nomine graviores eſſe, quod iis cognitis de fortunis, honore, vita hominis ferenda ſententia ſit: at eorum qui Sanctorum Acta tali, de quo ſermo eſt, opere, illuſtranda ſuſcepere, ex aliis capitibus multo difficiliorem eſſe conditionem, quam qua ſuo ipſi in foro jus dicunt. Ut enim taceatur quod integræ quandoque gentes pro ſuis quibuſdam, apud vulgus receptis, opinionibus haud minus decertent acriter, quam privati id in judiciis faciant pro poſſeſſionibus vitaque tuendis: in modo certe ipſas cauſſas tractandi circa comparationem magnum invenitur diſcrimen. Nam Judici forenſi, ſententiam de re quapiam laturo, præparatam diſcuſſamque adferri actionem ab Advocatis, a Procuratoribus; nec aliud eſſe ipſius munus, quam ſecundum allegata probataque jus dicere. In illo autem, quod circa Sanctorum Acta poteſt conſtitutum concipi foro, unius eſſe ejuſdemque Scriptoris, Judicis ſimul perſonam & pugnantium utrimque Advocatorum ſuſtinere onera; & ante omnia Procuratorem agere, novis veteribuſque inſtrumentis adjumentiſq; ad eruendam fulciendamque veritatem undique conquirendis. Hæc autem numquam tam multa poſſunt præparata haberi; quin ingreſſus in cauſſam videat deeſſe ſibi varia, & quidem ex longinquo petenda, quæ oporteat expectare, ut nihil prætermittatur diligentiæ ad accuratam diſcuſſionem rei, antequam aliquid definiatur, requiſitæ. Iterum ſententiam ab ipſis latam via ultra paucorum, quorum diſceptatur cauſſa, ſenſum notitiamque pertingere: ab illa autem appellare volentibus unum dumtaxat alterumve, quo experiri poſſint, ſupereſſe judicium; poſt quod acquieſcere definitioni neceſſe ſit litigantes: & hoc quidem inter paucos ſic agi, ut qualem quiſque calculum miſerit, maneat in occulto. In hoc vero opere, neque occultum poſſe manere ſuffragium, neque tantam definientis auctoritatem concipi, ut non a quocumque quandocumque placuerit inſtitui novum judicium poſſit, & ſemel pronuntiatæ ſententiæ auctor ad reddendam facti rationem citari. Et quoniam omnium volentium legere res ſubjicitur arbitratui, legant autem per mundum univerſum plurimi quæ ſic imprimuntur, tam multorum eſſe ſoſtinenda judicia cenſurum, quam lectorum oculos; & quidem opinionibus ſæpe contrariis, aliquando etiam affectibus in diverſa trahentibus occupatorum.

40 Judicum Forenſium quodcumque eſt ſtudium ultra communis juris limites haud quaquam ſeſe extendere longius, quam quo earum, in quibus ipſi agunt ac vivunt regnorum, provinciarum aut urbium porriguntur propria ac municipalia jura. Idem ſtudium plerumque intra unius alteriuſve ſeculi, huic in quo verſamur proximi, decurſum contineri. Aſt illi nullos neque temporum neque provinciarum eſſe terminos: ſed quotquot a Chriſto nato fluxere ſecula, ac ſæpe etiam anteriora ſcrutanda eſſe; neque probationes tantum, ſed ipſa, de quibus judicium ferendum eſt, Acta per totam Chriſtianam Europam conquirenda, & veteri novæque geographiæ collatione deinceps illuſtranda: ut quid, quo loco, ac tempore & a quibus actum ſit perſonis definiatur. Scribendum eſſe per varias regiones labore magno, tempore non exiguo, ad notos ignotoſque; quorum multi ſæpe nec reſponſo quidem conſulentes dignentur, quia vel perferendum diffidant, vel moleſtiam metuant interrogationis iterandæ circa ſimilia alia. Adde varios, qui prorſus ubi re aliena reſcribunt, quibus tamen gratias & verbis & obſequiis ipſis referre oporteat, pro eo quod benevole ſunt conati: multos item qui ſua nolint communicare, & blattis tineiſque malint conſervare rodenda, niſi majori aliqua auctoritate cogantur perſuadeanturve, e re ſua publicaque facturos ſi faveant, & ſymbolam conferant ad opus, toti litterariæ ac Chriſtianæ reipublicæ utiliſſimum. Tantæ autem auctoritatis qui ſint, ut hoc facere poſſint, quis non videat multo labore obſequioque conciliandos, ut velint eo dimittere dignitatem ſuam, & eam pro impetranda chartularum, in ſpeciem vilium, tranſcriptione, interponere? Acta tamen Sanctorum ſcribentibus haud ſemel contigit ejuſmodi Patronis indigere.

41 Ita cum in menſe Februario conficiendo manifeſtum occurreret Martyrologii erratum, & ignorata illius cauſſa varie eos angeret torqueretque, nec ſuo ſatis auderent judicio fidere, dum neſciunt quam ſic ſcribendi occaſionem potuerit habuiſſe Illuſtriſſimus Cæſar Cardinalis Baronius; viſi quidem ſibi haud immerito ſunt certius aliquid poſſe cognoſcere, ſi liceret videre illud ipſum

Google

Martyrologium, quod Mſ. ſæpiſſime ille citat Ihudatqua ſub nomine S. Cyriaci, e cujus monaſterio veteri id habuerat: ſed ut illius obtinendi facultas daretur, Cardinalis Caraffæ, ſupra cum laude nominati, auxilium implorandum fuit: eoque annitente, tranſcriptus eſt codex, & tranſumptum cum originali ſuo accurate collatum: ex quo deinde patuit librariorum feſtinantium inadvertentia excidiſſe lineam unam; itaque neceſſario factum fuiſſe, ut duæ diverſiſſimæ Martyrum claſſes in unam confuſæ, uni quoque adſcriberentur loco, cum variis eſſent in locis paſſi. Ergo fidenter jam, ſed tamen reverenter, a ſententia magni illius Auctoris receſſere: quod ſubinde aliis in locis faciendum eſſe abſque ulla ipſius nota vel injuria profitemur. Fatemur enim fieri poſſe, ut magni alicujus gigantis humeris inſidens, quantumvis pumilus, proſpiciat longius aliquanto, & quæ ipſum latent intueatur: idque nunc etiam fieri facilius in propoſito caſu, propter tot antiquorum monumentorum millia, partim ab ipſis auctoribus recens inventa collectaque, partim jam ante ab aliis in lucem eruta; ſed poſtea quam Baronius deſiit eccleſiaſticam hiſtoriam per Annales dirigere: quæ ille ſi videre potuiſſet, rectius utique certiuſque judicaſſet, & nunc, ſi viveret, faceret. Etenim ſæpiſſima accidit ut occurrant in hiſtoria & quæſtione facti, nodi aliqui diu inexplicabiles, qui eruderato aliquo veteri teſtimonio facillime poſtea reſolvantur. Quod cum Catholici ac religioſi Scriptores verecunde faciunt, ipſis quoque, quos ſic refutant, honor ſuos manet, & heterodoxis occaſio tollitur ſeipſos tumide velut ſuper alienorum errorum ruinas a ſe factas extollendi, ſi quod chronologicum ſφάλμα deprehenderint.

CAPUT IX.

Editi anno 1643. Januarii approbatio & fructus.

40 TAm difficilem arduamque provinciam, Socio ſuccollante, cum humeris ſuis excepiſſet Bollandus, non ſuccubuit oneri; ſed lente progredientem ſub prælo Januarium, ſi tempus imprimendo impenſum ſpectes feſtinantem vero celeritate maxima, ſi laborem ſcriptioni impendendum attendas, magno niſu promovebat ad finem: quando morbus eum graviſſimus invaſit, qui pene in magnam rerum ſuarum diffidentiam Typographum, Socium vero in extremam adduxit ſollicitudinem. Dolebat iſte ingentes pecunias, in ſpem futuri operis a ſe expoſitas, in diſcrimen datas: quis enim, ſi ceteri menſes vulgata Auctoris morte crederentur non ſecuturi, unam imperfecti operis partem tanto pretio emptam vellet, quando ſtaturi erant tomi duo ingentes? Hic vero angebatur animo, quod videret prærepto tantæ auctoritatis, prudentiæ, ingenii viro, periculum eſſe, ne, prævalentibus eorum, quibus tam operoſa molitio haud ſatis probabatur, ſententiis, vel animos ſibi deficeret ad proſequenda nihilominus cœpta, vel facultas ſubtraheretur. Erant ambo tum forte Lovanii, quo eos per menſem Octobrem ſua quædam negotia evocaverant, tantoque importunior acciderat morbus, quod nec proſpicere quidem rebus ſuis abſentes ſecundum exigentiam poſſent. Quodam igitur die Socius poſtquam coram infirmo, cœleſti Pane reficiendo, ſacrificaſſet in conjuncto infirmariæ ſacello, tanto imminentis jacturæ ſenſu affectus receſſit, ut redundantem in corpus animi paſſionem ante illius diei veſperam exceperit febris vehementiſſimæ incurſus: quam fruſtra conatus diſſimulare & poſtridie ad infirmum reverſus, ſtatim ut abſolvit ſacrificium, recedere debuit, pedibus ultro ſe ſuis nequiens ſuſtinere.

43 Vocati igitur ad hunc quoque ſunt medici, & pariter omnes pronuntiarunt non in minori vitæ diſcrimine hunc eſſe quam illum: imo intra horas non multas eo redactus eſt, ut de eo, qui poſterius cœperat ægrotare, multo jam formidarent magis. Sed ſatis habuit pientiſſimus Deus utriuſque, mutua vice anxii, experiri caritatem, & objecto mortis periculo exercere fortitudinem animi, ad divinæ voluntatis nutum pariter excipiendum parati. Itaque poſt paucos paroxyſmos, ab illa febris malignitate plene convaluit, qui proximior letho videbatur Socius; & Bollandus, tantum recuperavit virium, quantum requirebatur, ut revehi Antuerpiam poſſet. Ibi toto reliquo anno languit, nec non initio anni ſequentis 1642. uſque ad Paſcha, ſic ut nulli graviori ſtudio eſſet idoneus. Verum cum firmus ad quoſvis labores ſuſtinendos Socius non intermitteret curam typorum, & quæcumque ad abſolvendam impreſſionem neceſſaria erant diligenter expediret; demum, conſumptis morbi reliquiis, Bollandus ipſe novis viribus animiſque in opus ſuum cœpit incumbere. Ita octavo anno, quo ſimul & componi & imprimi Januarius cœperat, emiſſus in lucem eſt 1643. duobus craſſiſſimis voluminibus, continentibus nominatos Sanctos mille centum ac viginti. Multo autem major prætermiſſorum eſt numerus; quorum mentio licet paucis lineis attingatur, ſtudium tamen non exiguum & judicii maturitatem maximam eiſdem deberi, manifeſtum ea ad fit, quod addenda ſit ratio, ob quam hi, a Scriptoribus variis inter Sanctos cujuſque diei relati, aut ad alios rejiciantur dies, aut omnino prætermittantur, velut de quorum ſanctitate & eccleſiaſtico cultu vel prorſus nihil habeatur, vel dubium plane incertumque ſit. Quorum autem Sanctorum res geſtæ vel memoriæ in iiſdem tomis ex incidenti illuſtrantur, ii propemodum ſunt innumerabiles.

44 Hic tamen menſis (ut ſunt rerum omnium principia magis difficilia, & perfecta minus) ſi aliquibus non plene faciat ſatis, præſertim primis diebus aliquot, cum necdum plene conſtaret inter Auctores de nova forma inducenda operi, dum ſolus eſſet Bollandus excudi cœpto, nemo inde præjudicium formet minus æquum: ſed aliquouſque in lectione progrediens, conſideret reliquorum dierum elucidationem exactiorem: multoque majorem Februarii poſt annos decem ſecuti perfectionem. Nam Januario multa addi potuiſſe, tum cum is ſcriberetur, adhuc latentia, deinde protracta in lucem, docebunt Tomi aliquot Supplementorum, toto opere confecto imprimendorum: in quibus facile dimidium unum implebunt Sancti ſpectantes ad Januarium, iique vel prorſus ignorati antea, vel abſque Actis cum exigua eorum cognitione producti. Orbis porro univerſi ſenſum, poſtquam cognoſci ac volvi manibus tam felici initio Januarius cœpit, longum foret explicare per litteras undequaque ad P. Bollandum gratulatorias, quarum plura ſunt reperta exempla. Unus pro cunctis eſſe poterit Jacobus Merlo Horſtius, Coloniæ Paſtor S. Mariæ in Paſculo & Sacræ Theologiæ Licentiatus, vir tam conſpicuus ſanctimonia, ut ejus, tamquam aliquando inter Cœlites referendi, Vita conſcripta exter, & piorum Colonienſium teratur manibus, ſub titulo Ideæ veri ac pii Sacerdotis, dedicata Fabio Chiſio tunc Apoſtolico Nuntio, poſtea Paſtorum omnium totiuſque gregis Chriſtiani Paſtori ſupremo. Doctrinam autem ejuſdem minime vulgarem tum edita ab eo opuſcula comprobant tum S. Bernardi Claræ-vallenſis opera omnia, ipſius inſigni ſtudio elucidata, & duobus tomis magnificentiſſime excuſa Coloniæ & recuſa Pariſiis. Hic ergo vir talis ad Bollandum, numquam ſibi antea viſum aut etiam per litteras appellatum, primum ſcribens ipſo, quo Januarius prodiit, anno, die 4. Julii, ſic loquitur:

45 *Opus multorum votis expetitum hactenus, nec niſi multis vigiliis ac ſudoribus elaboratum, lætus accepi, vidi, pervolvi. Quid dicam amplius? obſtupui. Nimirum vaſtum mole, nec minus accuratum induſtria, reſplendens ubique eruditione rara, doctrina multiplici, quem non in ſui admirationem rapiat? Ego certe (ut de me ingenue fatear)*

tear) ad primum aſpectum ejus, perlectis obiter ſolis præambulis, attonitus hæſi, dum ſcilicet ex veſtibulo & quaſi propylæo, totius reliqui operis ac fabricæ quodammodo interioris facio conjecturam. Gratulor itaque Reverendæ Paternitati Tuæ, imo gratulor Eccleſiæ Dei ſeu Reipublicæ Chriſtianæ, quæ Acta Sanctorum, hactenus quidem vel tenebris & oblivione ſepulta, vel quibus neſcio commentis, quiſquiliis, nugis, nævisque deformata, nunc demum ſinceriori quam unquam fide edita, novo ſtudio ac labore illuſtrata, leget. Undeletor ex animo, tam grandis & ardui operis jacta tandem eſſe fundamenta: minus nunc quippe dubitare de progreſſu, nedum deſperare licet; quando in tam felici auſpicio operis pene dimidium contemplari datur. Adde quod, poſtquam tam grata promulſide lectorum orexis irritata eſt, defuturi non ſint deinceps qui ceteros miſſus exigant & ſollicitent. Sed ipſam triumphantem Eccleſiam novis jam exultantem gaudiis videre mihi videor, eo quod divinæ virtutis magnalia, quæ olim in Sanctis tam mirabiliter eluxerunt, ſed temporum injuria aut incuria hominum minus quam par erat illuſtria & conſpicua deliteſcebant quadamtenus; novam nunc poſtliminio lucem accipiant, & divinæ gloriæ non exiguum adferant incrementum, ac mortalium animis potentes ingerant virtutis ſtimulos & calcaria ceſtandæ pietatis. Age ergo, Reverende Pater, quod auctore Deo & Superis aſpirantibus agis. Opus urgere utrumdem ac promovere ne ceſſa: nihil deſpera, tot tantiſque adjutoribus, qui deeſſe non poſſunt in ſua cauſſa tam ſtrenue laboranti; quin opem favoremque præſtabunt deinceps, quem hactenus non ſemel expertus haud dubie es. Nos, quibus non niſi benevolentis animi vota ac deſideria ſuppetunt, beatos cælicives enixe rogamus, ut faveant, & adſint patrocinio ſuo, & hærentem, lictantem, laſſatumque (quod via tam caliginoſa & ſalebroſa gradienti evenire ſubinde neceſſe eſt) durent, roborent, recreent: vitam quoque ac vires operi tam arduo pares, id eſt, pene plus quam humanas a ſummo Deo impetrent: nam tales requiri quis non videat? denique ut Sanctis iſtis ex voto laboribus perfunctum, in conſortium recipiant ſuum, corona quam ipſi poſſident æterna donandum.

46 Hæc ille, profundæ caliginis & occurrentium plurimis ſalebrarum haud immerito moleſtiam appendens & exaggerans. Nam ſi hiſtoriam temporum præteritorum tractantes Scriptores ſuſpenſo ubique gradu procedere neceſſe ſit univerſim omnes, neque quidquam niſi maturo prorſus judicio definire; multo id in Sanctorum Actis faciendum eſt magis, quorum corruptelæ non ſoli veritati officiunt; ſed religioni quoque pernicioſiſſime adverſantur. Judicium autem quam ſincerum maturumque mundus in Bollandi operibus agnoverit, libet exemplis pauculis notum facere: inter quæ primum ſit omni exceptione ac ferme humana auctoritate majus. Lis erat inter Arelatenſem Eccleſiam & Ordinis Antoniani in diœceſi Viennenſi Archimonaſterium de Reliquiis magni monachorum & eremitarum Patriarchæ Antonii. Utraque pars coram Pontificio tribunali immemorabilis temporis prætexebat poſſeſſionem; antiquorum monumentorum, quod ad rem faceret, nihil magnopere proferebat. Juſſit Alexander VII. Acta Sanctorum Januarii menſis ſibi notiſſima perlegi: in quibus cum tranſlatione corporis variæ & poſtrema Conſtantinopoli in Galliam ab Joceline facta, ex antiquis monumentis edita, apparuiſſent, non dubitavit ſecundum Antonianos ferre ſententiam Chriſti Vicarius; quando irrefragabili conſtabat teſtimonio, occaſione advecti in Viennenſem Provinciam corporis, fundatum illic & Ordinem fuiſſe & monaſterium, in quo deinceps frequenti populorum concurſu cultum eſſet ſacrum illud pignus; maxime cum nullo argumento probarent Arelatenſes vel ſpoliatum a ſuis monaſterium fuiſſe, vel inde ad ſe delata ulla ſacra oſſa, aut aliunde partem illorum tam notabilem aliquam, ut velut de integri corporis poſſeſſione gloriari poſſent; eſto Reliquias nonnullas poſſideant.

47 Ad hoc ſupremæ ſedis de operibus P. Bollandi judicium, quoniam S. Antonii mentio incidit, addi etiam aliud poteſt; reipſa quidem gradibus propemodum infinitis levius, quoniam hominis ab Eccleſiæ Catholicæ unitate extranei; magnum tamen, qui etiam in errore ſuo ſinceri æſtimatoris veritatum ea antiquorum conſenſu probatarum, quamvis eas ſibi non putaret in religione ſequendas eſſe. Fuit is Gerardus Joannes Voſſius, qui familiari heterodoxis temeritate, quidquid placitis ſuis adverſari intelligunt ut ſpurium ſuppoſititiumque rejicientibus, Vitam S. Antonii, ſub magni Athanaſii nomine hactenus apud doctos indoctoſque receptam, ut ipſe poſtmodum faſſus eſt, tam multa continet encomia Crucis, exoſæ novatoribus horum temporum; nec dubitati ſuit quin ſalutaris Signi uſus fuerit primorum ſeculorum Chriſtianis ad omnem propemodum actionem prævius, & contra præſtigias dæmonum efficaciſſimum amuletum. At ubi in præfixo ad eamdem Vitam commentario vidit, quanto antiquorum Patrum conſenſu, plura ea hac ipſa Vita luca allegantium, ea S. Athanaſio tribueretur; promiſit ſe retractaturum quod dixerat; fecitque in eo, quod primum poſt hæc edidit, opere *De Vitiis ſermonis*, abſque ullo ſcrupulo vel dubitatione proferens Athanaſii auctoritatem ex ea deſumptam Vita. Quin idem Voſſius, cum primum Januarii tomos vidit, teſtatus eſt, hoc demum ut aliquando fieret ſibi ſemper fuiſſe in votis, utque certa a dubiis, probabilia a manifeſto falſis (quemadmodum in eo opere factum laudabat) ſecernerentur. Ita ſi prodirent reliqua Sanctorum Acta, nihil habituros dicebat ſuæ ſectæ miniſtellos quod oggannirent. Et ſane ſtetit hactenus, etiam inter hæreticos, operi iſti æſtimatio ſua; nec inventus eſt quiſpiam qui vel ipſum inſtitutum modumque tractandi, vel notabilem aliquam illius partem in invidiam voluerit dubitationemque adducere. Præpediuntur ſcilicet conditionibus iis, quibus in ipſa operis præfatione adſtricti tenentur lectores heterodoxi, ſi ſcribere contra volent & hæc Sanctorum Acta reprobando impetere.

CAPUT X.

Progreſſus operis variis Bollandi morbis retardatus.

48 Quanto magis legebatur & latius innoteſcebat Januarius editus, tanto etiam creſcebat approbatio publica & communis omnium gratulatio. Quod ſi eadem proportione Bollando creviſſent vires ac robur corporis, & neceſſarium promovendis ejuſmodi ſtudiis otium, potuiſſet haud dubie intra annos non adeo multos Februarius, ſed & alii menſes aliqui jam editi haberi. Verum permiſit Deus partim in corpus laborioſiſſimi viri incurrere morbos varios, partim negotiorum molem ita ipſi Socioque acceſcere, ut mirari nemo jure debeat, vix demum poſt exactos duodecim annos ab excuſo Januario, Februarium ſucceſſiſſe. Atque, ut a primo exordiar, per gravem illam, de qua ſupra egimus, Lovanii ægritudinem, eamque ſecutum aliquot menſium languorem, robuſta illa corporis habitudo, magnis diuturniſque laboribus par, ita fuit immutata, ut quaſi facto aditu plurimi ſimul morbi in eum irruerint. Ex illo enim tempore, quamvis utcumque reſtitutus ſibi, non tantum nephriticis arenoſi tormenti doloribus magis fuit, quam unquam antea obnoxius (ſic ut de adhibenda ſectione ſæpe cogitaret, plene formato calculo prægravari ſe ratus) ſed & aſthmate & vertigine capitis frequentiſſima vexabatur. His autem duobus malis, quid poterat eſſe incommodum magis, quam in ſummis ſub tecto ædibus habere cubiculum locumque ſtudiorum, & per altiſſimas ſcalas aſcenſum identidem difficillimum moliri? Quod tamen propter ædium undique habitatarum anguſtias ultra annum 1647. faciendum ei fuit, uſque

dum

Digitized by Google

dum muſæum, ut infra dicemus, commodiori loco obtinuit.

49 Interim prædictis doloribus incrementum proceſſu temporis capientibus, juſſus eſt Bollandus remedium petere ab aquis Spadanis, per tres quatuorve annos potandis: ſed ad has (ne videretur prætextu illo delicias quærere, quarum ſemper fuerat oſor inſignis) ea approbatione medici utebatur vino non Rhenano, ſed Gallico; nihil moratus quorumdam obloquia, qui tali exemplo ſe notari putabant. Semel etiam Spadam profectus eſt, ut ex ipſis fontibus aquas efficaciores hauriret, eademque occaſione ſuos in Bolland conſanguineos viſeret, tum primum ex quo Societatem ingreſſus erat, nec umquam poſtea niſi hac vice conſpectos. Etenim horum caritatem religioſiſſime ſemper refrænavit, & innatum cunctis erga ejuſmodi affectum ita ſuppreſſit, ut de iis non loqueretur niſi rariſſime, idque ab aliis interrogatus. Et tamen fratres germanos tres diu habuit in vivis, Hubertum, Lambertum & Richardum: ex Huberto autem natus erat Joannes, factus deinde Paſtor in Bolland, eodem quo Patruus anno defunctus, cui adhuc ſuperſtes vivit frater: Lambertus duos ex ſe liberos genuerat: Richaldus vero etiam nepotes ex filio reliquerat. Præter hos habebat Bollandus ſororem Barbaram Toſſano Laurentii nuptam; ex quo nunc defuncto, quatuor liberos vidua retinuit, Joannem ſcilicet Sacellanum in Bolland, Laurentium & Petrum conjugatos, atque Joannem etiam nunc cœlibem. Horum porro primus Joannes, datis huc poſt obitum avunculi litteris ſignificavit, ex illa quam diximus viſitatione manſiſſe apud omnes cariſſimam tanti patrui avunculique memoriam: addidit etiam Bollando alios duos fuiſſe fratres, Cornelium & Joannem, alteramque ſororem, quæ Margarita diceretur, ſecundis nuptiis procreatos; ex quibus Joannes cœlebs vivens primus obierit, Cornelius & Margarita honeſtis matrimoniis juncti, plures Bollando nepotes nepteſque procrearint; qui licet non omnes vel Bollandum vidiſſent necdum nati, vel de eo in ætate puerili conſpecto meminiſſent; omnes tamen ex majoribus ſuis ea de ipſo referri audierant, ex quibus adhuc maneret apud ipſos digna viri meritis æſtimatio.

50 Ceterum cum aquę Spadanæ rurſum Bollando ſuaderentur, exiguumque in iis creſcentis mali remedium ipſe eſſet expertus, earum & humanorum remediorum abſque fructu adhibendorum ſatur, ad divina potius ſe convertit; & S. Liborio Cenomanenſi Epiſcopo, ſed qui in Paderbornenſi diœceſi propter tranſlatas eo Reliquias colitur, devovit ſeſe. Tum (incitante potiſſimum Apoſtolico Nuntio ſæpius memorato Fabio Chiſio, tunc negotiu pacis Monaſterii tractante, & calculi ſectionem ſub ejuſdem Sancti invocatione feliciter experto) Acta illius ſuſcepit illuſtranda ſingulari ac ſatis prolixo libello, typiſque excuſa, ipſi, quem in conquirendis ex Italia Sanctorum Vitis habebat multipliciter adjutorem, Illuſtriſſimo, inquam Nuntio dedicavit. Addidit ejuſdem Sancti imaginem, ſe curante eleganter in æs inciſam & per varias orbis Chriſtiani provincias ſtudioſe ſparſam ad eorum incitamentum ſolatiumque, qui ſimili malo preſſi, eumdem ſibi vellent Patronum adſciſcere. Verum, exercente viri patientiam Deo, non ablati dolores, ſed duplicati ſunt graviſſima hernia, adeoque moleſta, ut ægre ſe loco movere poſſet, & quolibet die bis decumbere in lectum cogeretur, donec dilabentia inteſtina (quibus continendis numquam ſatis idoneum vinculum confici potuit) in locum naturalem collegiſſet. Nulla autem nox labebatur, quantumvis laſſo frigentique, quin cogeretur quater aut quinies ſurgere, peoritata per eamdem iliorum inordinationem & calculoſam affectionem urina exoneraturus ſeſe: quo fiebat ut magna diei parte ſomnolentus, extra præſcriptas orationi, Sacrificio, ceteriſque Sacerdotii oneribus horas, & quas curandi corporis communis neceſſitas, ipſius autem peculiaris & multiplex requirebat, paucas inveniret alias, operi ſuo promovendo impendendas. Itaque veritus Provincialis ut diu in vivis ſupereſſet Bollandus, de aliquo alio cœpit cogitare, qui cum priori ipſius Socio cœpta proſequeretur. Viſus autem præceteris idoneus eſt Alexander Barvoetius, Balthaſari Corderio per Gallias, Italiam, Hiſpaniamque additus olim ad ſtudia non abſimilia comes, & tunc a decurſo ſtadio Theologico dimiſſus cum laude. Feciſſetque haud dubie ſatis ſpei, quæ tantis præjudiciis fuerat de ipſo concepta, niſi propter plurium linguarum notitiam laboranti in Regiis caſtris militi ad ſpirituale animarum ſubſidium tantiſper adeſſe juſſus, & in eo caritatis officio impendens ac ſuperimpendens ſeſe, primo ſtatim anno ſublatus immatura fuiſſet morte, tantoque de ſe graviorem luctum reliquiſſet Provinciæ, quanto grandius erat opus, ad quod fuiſſe deſignatum circumlatæ per omnia collegia litteræ, obitus ac laudum ejus præcipuarum nuntiæ, indicarunt.

51 Placuit interim Divinæ bonitati famulum ſuum Bollandum, liberum majori ex parte facere moleſto calculi cruciatu: quod medici credebant eſſe beneficium ipſius herniæ, commeante propter eam per laxiora inteſtina liberius aere & calculoſas fæces extergente. Ipſe vero, ut S. Liborium impenſe coluerat, ſic ejus interceſſionibus levamen illud malebat attribuere: eoque fidentius celebrem ad herniæ curationem patronum B. Conradum Placentinum, Neti in Sicilia ſecundum tertii Ordinis S. Franciſci regulas Eremitam, ſibi conciliandum putavit. Quod & fecit illuſtranda inſigni operoſoque commentario illius Vita, quæ dari debebat ad 19. Februarii diem. Deinde implorata Patrum noſtrorum Romanorum opera aliquam ſibi Reliquiarum ejus partem requiſivit, quam pretioſo incluſit reliquiario acceptam a Collegii noſtri Netini Rectore: qui eam ab Epiſcopo ſub illius atteſtatione habuerat, collectam anno 1616. quando in gratiam Placentinorum, hunc ſuum civem ſpeciali cultu proſequi incipientium, diſſectum eſt brachium, ut ſuis ad P. Paulum Ottolinum litteris ipſe declarat. Denique, ne apud ſe ſolum Sancti hujus veneratio conſiſteret in Belgio, ipſius imaginem curavit a chalcographo efformandam juxta exemplar, quod ab elegantiſſimo penicillo, ut vulgo, loquimur, miniatum habebat. Porro exceptarum ex ære inciſo imaginum iſtiuſmodi, magnam continuo vim quaquaverſum miſit ad amicos: ſperans ſe illius Sancti interveniente ſuffragio vel corporis fœde rupti integritatem, vel ad dolores ſuſtinendos tolerantiam, ut dicere ac precari ſolebat, impetraturum a Deo. Nec dubium quin impetraverit alterum: quamvis enim defluentia enormiter ilia ipſam quoque gradiendi facultatem maximis impedirent moleſtiis, & conſtaret omnibus, qui alieno auxilio egentem aliquando attigerant, ſummos eum pati dolores; raro tamen apud Socios de iis querebatur; ſed ſingulari fortitudine animi eos tolerabat atque offerebat Deo.

52 Horum tamen dolorum ſuorum, Deo ſic diſponente, luculentum teſtimonium ipſemet ſcripſit anno vitæ penultimo, quando Provincialis noſtræ in Belgio Societatis, cupiens Cæſareis contra Ottomanicam violentiam armis pro virili ſua Deum propitiare per ſe ſuoſque, ſubditis omnibus ſuis imperavit, ſinguli ad immediatum Superiorem ſcripto conſignata adferrent pietatis ac pœnitentiæ opera, quæ ad hunc finem ſtatuerent offerre Deo; ut eorum collecta ſumma & exhibita Imperatori, qui præcipua inſtantia flagitaverat a Generali Societatis Patrum Fratrumque precibus commendari, manifeſtum faceret Auguſtiſſimæ Domui, quam ſerio ſalutem ejus, cum totius Chriſtianæ Reipublicæ incolumitate conjunctam, amaret curaretque Societas. Tunc Bollandus conceptam ſchedulam Superiori tradidit in hæc verba, quæ non pigebit hic tota deſcribere, ut mortificationum ejus, qua-

les

les extremis vitæ annis ſolas potuit uſurpare, hoc ad poſteros maneat monumentum.

In nomine Domini. Ad Dei bonitatem hoc tempore propitiandam Eccleſiæ, hæc nunc coram Deo propono. Primo, Omnia opera expreſſa intentione Deo adhuc finem afferre; ac præſertim, quæ mihi a Superioribus injuncta ſunt, ſtudia ſerio exequi, prout valetudo patietur. II. *ſingulis hebdomadis præter ordinariam abſtinentiam unam adhuc aſſumere.* III. *In omni refectione appetitum aliqua re, ad quam fertur, fraudare.* IV. *Incommoda valetudinis, quæ aſſidue diu ac multa patior, æquo animo ferre, niſi placeat Deo iis me liberare: mallem enim præ iis plures per hebdomadam, imo etiam quotidianas diſciplinas ſuſcipere.* V. *Diligenter diſciplinam domeſticam obſervare, & præſertim ſilentium ad focum.* VI. *Quotidie, prout opportunum erit viſitare ſeptem altaria templi noſtri, & Patronis, præſertim Beatiſſimæ Virgini, neceſſitatem præſentem commendare.*

53 Hæc ille, præter Sacrificia Sacerdotibus omnibus communiter indicta. Nec minus feciſſe quam propoſuerat, notarunt ii, qui deinceps ſingularem in punctis notatis accurationem ab eo tempore ſunt admirati, quamvis iſtiuſmodi propoſitorum ignari. Petro de calculi doloribus nimium gauderet ſe levatum, faciebat recurrens per intervalla chiragra gonagraque, quaſi ad articulos defluentibus petrificis guttis, quæ prius illapſæ renibus eoſdem excruciaverant. Ab his tamen quia nec continuum Bollando, nec acutiſſimum tormentum fuit, minus male affecta eſt valetudo ejus, quam a paralyſi, quæ tempore quodam Bruſſellas evocatum ſic diſſolvit (quamvis non plene formata perfectaque eſſet) ut nervis munere ſuo maligne fungentibus, ſuſtinere ipſe ſe in pedes non poſſet, niſi ſubaxillaribus uteretur fulcris, quibus adjutus per cubiculum ad uſus neceſſarios poterat utcumque prorepere. Ea probatio ſi perpetua fuiſſet, omnem prorſus facultatem ſuſtuliſſet quidquam amplius proficiendi in opere inchoato. Sed Sanctis pro ſuo Scriptore, ut credimus, deprecantibus, confirmatus intra hebdomadas paucas rediviт Antuerpiam. Ibi, quoniam judicabant medici non convenire ipſi craſſioris cereviſiæ potum, ſed tenuiorem ſuadebant hauſtu vini temperandam: ipſe, quamvis ſuæ hoc in genere ſibi conſcius abſtinentiæ, (quippe vix potu ſolitus niſi tenuiori uti) ad paucula tamen ſeptimanas permiſit ſibi vinum fundi: dein ſe vero vitandæ ſingularitatis deſiderio ad priorem rediit ſolius potus tenuioris conſuetudinem, uſque dum ætatis privilegio ſibi exhiberi vinum paſſus eſt jubilarius Senex, frequenter tamen etiam tum recuſare vel abſtinere viſus.

54 Urgebant inter hæc ſummi infimique ut Februarii menſis Acta, ad quæ anhelabant, ederentur in lucem. Idem autem poſtulantibus Romanis Patribus reſcripſit Bollandus, non poſſe quidquam a ſe tot inter occupationes ac morbos ſuos expediri, niſi Confeſſionalis ſedis levaretur onere: quia frequentiſſimi pœnitentes non tantum ſacræ abſolutionis cauſſa ventitabant ad ipſum, ſed etiam conſiliorum præſtantiam maturitatemque admirati, ſtudia illius ſæpiſſime interpellabant, nunc ſuos in Academiis filios, nunc alia peregre, ubi plurimum poſſe norant, negotia commendaturi; nunc de familiæ curis cum eodem collaturi. Sed & Socium ſuum, in quem potior pars inclinata recumberet, dum ipſe propter infirmam valetudinem ſtudia frequentius cogebatur dimittere, exonerandum videri. Quippe qui meliorem ætatis ſuæ partem, & ferendis ſtudiorum laboribus idoneam magis, ſic impendebat hactenus pœnitentibus ægris, negotiis aliis; ut ſi omnes temporis colligerentur particulæ, quas ab iis vacuas poterat invenire, ex uno anno vix duos treſve menſes fuerit reperturus. Annuit ergo ut liberaretur uterque, Reverendus admodum Pater noſter: ſed ſocius majorem ædificationis publicæ & domeſticæ utilitatis rationem habendam ratus quam commodi ſui, oravit ne cogeretur liberationem iſtam admittere, eo tempore, quo, præter Bollandum duobus aliis virorum Confeſſariis ex ſuperiori porticu ad inferiora fœminarum confeſſionalia traductis, nequaquam conveniebat ſe quoque abduci. Retinuit itaque confeſſionalem adhuc ſedem quadriennio integro, multo jam quam antea occupatam magis propter eorum, quos dixi, mutationem: ſic ut unus ipſe quavis fere hebdomade ſæpius noctu excitaretur ad ægrorum morientiumque ſolatia, quam alii plures, uſque dum ipſe Præpoſitus Domus iſtius Confeſſionalis curam in ſe ſuſcepit.

CAPUT XI.

Digerendis ordinate ſcriptis ac libris ſuis Muſæum impetrat inſtruitque Bollandus.

55 NOn minima Bollando difficultas erat, cum Januarium menſem imprimeret, ea apparatus undique conquiſiti multitudine atque varietate. Eam enim ad expeditum uſum explicari non ſinebant duorum, in quibus pluribus annis ſe continuerat, cubiculorum anguſtiæ: maxime cum ea ſub tecto eſſent ſumma domus; & tam exiguum admitterent per humillimas feneſtras lumen, ut quoſdam eorum ſcrutari angulos impoſſibile plerumque eſſet, niſi admoto candelæ præſidio. Ergo acervata in cumulos jacebant ſcripta, plena quoque in luce difficulter ab invicem ſecernenda: libri non per forulos pluteoſve digeſti, ſed cumulati diſtinguebantur in claſſes, Bollando quidem tenaciſſimæ memoriæ beneficio notas, ſed quas impoſſibile eſſet prorſus manere invariatas, cum iiſdem libris etiam Socium uti eſſet neceſſe: qui ſi quid non ſuo repoſuiſſet loco, turbari oportebat certis alligatam circumſtantiis rei cujuſque phantaſiam, quam menti ſuæ Bollandus impreſſerat: in chartis autem ſcriptiſque eo id contingebat frequentius, quanto minor erat ſingulorum moles, & numeroſior multitudo magis obnoxia confuſioni. Juvandæ quidem memoriæ cauſſa varios ſibi excogitabant catalogos: ſed & in his conficiendis multum abſumebatur temporis, nec minor labor impendebatur. Viderat aliquando eorum unum Abbas Winghius, Sanctorum menſis Septembris nomina continentem, prout ea in variis excuſis manuque exaratis martyrologiis ac Breviariis quolibet occurrunt die. Ut autem vidit: hunc enim vero aſininum eſſe laborem dixit. Quod joco exceptum familiari, conſuetudinem induxit, ut hic aliquo undecim pro ceteris menſibus ſimiles catalogi etiam nunc Aſinini dicantur. Quemadmodum vero iſti ex martyrologiis proprium habent, & habebant uſum, ſic alii ad alios ſerviebant fines; nulli tamen tam erant perfecti, ut non ſubinde per duos treſve dies chartæ eſſent excutiendæ complures, cum erat ad eos ſcribendum reſponſum, qui operam offerebant ſuam ad Codicum antiquorum tranſcriptionem, & contentarum in iis Vitarum tranſmittebant ſyllabum, ſi forte earum aliqua Bollando deeſſet. Itaque ne non reſponderet per proxime abeuntem curſorem, media ſæpe hyeme ad decimam undecimamque nocturnam producebat cum ſocio ſuo laborem, operoſe explicans quid de ſingulis haberet deſideraretve.

56 Necdum ſcilicet inciderat cogitatio Indicis generalis, complexuri ſecundum alphabeti ſeriem eorum Sanctorum omnium nomina & diem, quorum edita ineditave Acta in Muſæo erant: qualis Index anno demum ſeculi hujus ſexageſimo adinventus, magno cum laboris compendio ſingulorum Actorum initium & finem exhibet, nec non uniuſcujuſque molem, menſemque ac diem ad quos ſpectant. Sed neque hic, ſi tum fuiſſet, neque alii particulares Catalogi efficere poterant, ut inter illos ſic indiſcretos acervos nulla oriretur confuſio. Cum nihil eſſet proclivius, intentis difficili alicui diſquiſitioni &

in præ-

Digitized by Google

in præſentem curam deſixis animis, quam ut non vacaret vel luberet tam accurate circumſpicere, quo quidque reponeretur loco; quod iterum deinde ſumendum in manus, fruſtra per dies complures hebdomadaſque quærebatur. Huic ergo malo remedium Bollandus, ſimul & valetudini ſuæ, ex aſcenſu deſcenſuque altiſſimarum ſcalarum plurimum attritæ, levamen aliquod quæſiturus; conſideravit aulam (quæ, ſupra commune refectorium haud ultra primam contabulationem educta, toto pene anno manebat vacua) non magno molimine poſſe ſtudiorum ſuorum uſibus adaptari.

57 Poſtquam vero, ſuperatis difficultatibus nonnullis, eam emeruit annorum aliquot humili patientia, non fabrefactos curioſius pluteos conquiſivit, non ornamenta Muſæo novo datura ſplendorem: ſed religioſæ memor paupertatis, ſimplici & modeſta abiegnarum tabularum commoditate contentus, ita rem ordinavit, ut in ipſa tenuitate decor quidam concinnitaſque reluceant. Circumduxit enim ad parietem pluteum unum continuum, in quo expoſitæ chartæ ac libri tantiſper abſque confuſionis periculo exponerentur, dum iis utendum foret. Huic deinde ſuperædificari capſas juſſit pro numero menſium, eaſque in forulos apte diſtribuit, qui pertinentes ad unumquemque diem Vitas ſchedaſque Mſſ. ſeorſim caperent, & geminis ſingulæ valvis clauderentur, ad excludendos pulveres ſic confectas, ut in iis ſpectari aut legi quædam poſſint ad ſubſidium ſtudiorum ſuorum opportuna. Exinde altius aſſurgunt foruli, pro menſura librorum majores minoreſque, quales etiam ſub ipſis pluteis circumductos videre eſt. In his totus apparatus librarius ad hoc ſtudium pertinens, ſic digeritur; ut ſeorſim hiſtoriæ univerſales, ſeorſim peculiares locentur; ſingularium ſcilicet diœceſeon, urbium, monaſteriorum monumenta complexæ: tum Sanctorum Vitæ particulares, quibuſvis impreſſæ idiomatis per diſcretas inter ſe claſſes dividuntur, ac denique nova antiquaque Eccleſiarum plurimarum breviaria: præter Mſſ. codices complures, quos ſimili digeſtos ordine videre eſt: ut omnium uſus nunc facillimus ſit, ſtatimque appareat num quid alieno repoſitum ſit loco, nec in quærendo tempus debeat ullum inſumi.

58 Itaque velut in gazophylacio quodam expanſum hic videas totum illum litterarium theſaurum, quem tot annorum laboribus collectum, undique conquiſierat Bollandus; eo æſtimandum magis, quod fere particularia quæque contineat, vix alibi invenienda. Nuſquam certe tam multa tamque curioſa ſimul vidiſſe ſe dicunt, in ulla quantumvis inſtructiſſima bibliotheca, qui præcipuas omnes Europæ videre. Quod enim ad Sanctorum Vitas impreſſas attinet (nam de Mſſ. quæſtio eſſe non debet) & particulares ſacrorum locorum hiſtorias, ſuperat hoc muſæum Barberinianam Romæ, & Mazarinianam Pariſiis Bibliothecam, quæ duæ particularibus iſtis libellis abundant præ ceteris. Et tamen iſti adornandæ parcitum nullis impenſis eſt: hujus vero fundator, e Gallia miſſum per omnes Germaniæ, Italiæ, Hiſpaniæque provincias circuire juſſerat Raphaelem du Freſne, induſtrium maxime hoc in genere virum; qui novorum veterumque librorum quaslibet excuteret officinas, & quovis pretio compararet, quidquid uſpiam rarum ac tali dignum bibliotheca reperiſſet.

59 Bollandus certe, cum moreretur, Sanctorum ac Beatorum Vitas ſingulares Italico impreſſas idiomate, ſupra quadringentas habuit: urbium vero, epiſcopatuum ac monaſteriorum Italicorum hiſtorias pluſquam ducentas: ex quibus judicium feras de ceteris hujus generis aliarum linguarum & partium libris. Hæc autem omnia quam ſunt neceſſaria ei qui Sanctorum ubicumque exiſtentium Acta illuſtranda ſuſcepit, tam magna egeruntur induſtria, patientia, ac labore, ut in regionibus tam procul diſſitis invenirentur, coemerenturque; in primis autem ut compararentur amici, qui iſta curare vellent ac poſſent, aut ad ea comparanda conferre ſumptus neceſſarios. Quod cum non ignoraret ipſius Bollandi olim in Theologicis Magiſter Adrianus Crommius, deinde ſtudiorum & bibliothecæ Præfectus Lovanii, ſolebat dicere, nolle ſe ejuſmodi libros tot moleſtis ſcriptionibus comparare, ac ne oblatos quidem eo quo offerri ſolent pretio, id eſt, cariſſimo emere: quandoquidem exiguum occupantes locum, parum aut nihil conferant ad externum ſplendorem, nec multum ad uſum quotidianum: eo autem pretio quo parvus aliquis illius generis in quarto vel octavo libellus comparatur, labore autem multo minori, haberi poſſe inſignem in folio codicem, qui toti bibliothecæ ſit ornamento. Sed aliud ipſe, aliud P. Bollandus ſpectabat, & vero etiam ſpectare debebat: neque dubium quin ab ejuſmodi ſupellectili apud peritos rerum æſtimatores majus pretium futurum ſit Bollandiano Muſæo, quam alicui in ſpeciem amplæ bibliothecæ.

60 Atque hic nobis in mentem venit, quod ante annos aliquot accidit Nobiliſſimo Domino Schenkel, Toparchæ de Walcourt, viro inter Gandenſes Conſulari. Eſt is antiquitatis Numariæ curioſius adeo, ut neminem credatur habere toto orbe parem; etiam apud exteras gentes hoc nomine celebris: frequentantibus domum ejus quotquot per Flandriam illuſtres viri peregrinantur, cum ibi collectum videre liceat quidquid alibi ſparſum eſſe ſcitur in hac parte rarum. Nam ſi quis eſt apud Reges Principeſve in antiquariis eorum ſcriniis nummus unicus, aut ita rarus ut hactenus eum non potuerit adipiſci, talis ne ſibi omnino deeſſet, laboravit ut gypſo ſaltem vel lineis expreſſum nanciſceretur; ſumptu magno nec ſtudio minore. Hic ergo intelligens etiam Antuerpiæ in bibliotheca noſtra aſſervari non paucos, eorum viſendorum cauſſa advenit: ſed ad Bollandi muſæum deductus, quemadmodum de Regina Saba legitur, ultra ſpiritum non habuit. Tantam enim tamque ordinatam librorum ſcriptorumque copiam conſiderans, ad unum opus toto orbe conquiſitorum, ſuas ſibi raritates fatebatur vileſcere, quibus magnum ſe hactenus exiſtimaverat: neque jam multum credere quod ſibi ad rem Numariam univerſam animo complectendam ſuffeciſſet fiducia, quando videret inventum hominem, qui quidquid ubique eſt ſacræ in litteris eruditionis, novæ pariter & antiquæ, auſus eſſet colligendum ſperare, & conatus ſuos eo uſque proveniſſet. Itaque, nihil ultra de Nummis inſpiciendis cogitans, velut attonitus abiit unde venerat.

61 Vetuſtiſſimi quoque monaſterii, quod a S. Amando nomen & principium in Tornacesio habet, digniſſimus Abbas Nicolaus du Bois, non alia cauſſa Antverpiam venit, quam ut videret viſionem hanc magnam; & totius apparatus ordinem pulcherrimum contemplatus, dixit longe majorem eſſe quam fingere ſerum ipſa cogitando potuiſſet. Cupiditas eum videndi luſtrandique coram orta ipſi erat ex lectione eorum, quæ de S. Amando fuſiſſime deducta ſunt ad 6. Februarii. Ibi enim accurate diſcuſſa definitaque viderat, quæ ſuum antea animum torſerant dubia, & neque a Bucherio neque ab aliis eruditiſſimis viris, multum inſtanterque requiſitis, potuerant habere ſolutionem. Viderat a Sigeberto, eumque ſecutis Baronio atque aliis omnibus, in applicandis æræ Chriſtianæ annis ad tempora Amandi ceterorumque eo ſeculo Sanctorum, erratum fuiſſe ad annos omnino viginti tres. Habebat præterea ipſum Childerici Regis diploma, quo S. Amandus obtinuerat Bariſiacum Prioratum: & quia puellus Rex, nondum per ætatem ſcribere nomen ſciens, ſolam Crucem ſignaverat, nomen ſuum addente Immechilde Regina; in monaſterii ſui novo & ampliſſimo refectorio hujus donationis hiſtoriam nobili pictura exprimendam curarat: puerum in ea Regem cum plenæ ætatis grandæviori Regina

Digitized by Google

repræſentari jubens. Sed erroris & aniſtorias evidentis convinci picturam judicabant eruditi quotquot videbant: utpote nihil dubitantes, quin ea quæ illic Immichildis ferebatur, Bilichildis eſſet Childerici conjux: ita judicantibus Hieronymo Vigneſio, Joanne Jacobo Chifletio, Philippo Labbe, aliiſque genealogicarum rerum hoc ævo peritioribus. Quare cum Immichilden patruo ipſius Childerici pueri Sigeberto uxorem fuiſſe, non jam unico ſui diplomatis teſtimonio, ſed pluribus aliis ineluctabilibus argumentis confirmatum vidit; exilivit præ gaudio, ob diplomatis & picturæ ſuæ veritatem tam luculenter defenſam: nec prius acquievit quam ſuis ipſe oculis inſpexiſſet eorum, qui tam ſolide ac profunde abditiſſimas quaslibet antiquitates ſcrutabantur, apparatum.

62 Inſpexerat eum etiam aliquando Conſtantinus Hughenius, Toparcha de Suleghem, Principi Auriaco a ſecretis, idemque in omni cultiori litteratura eruditiſſimus; ac tantam ejus æſtimationem ſecum abſtulerat, ut Sereniſſimo Electori Brandeburgico, diſſimulata perſona Antuerpiam excurrenti, inter monita viſendæ utiliter ampliſſimæ civitatis hoc primum dederit, ne crederet aliquid in re litteraria eximium vidiſſe ſe, ſi non ad illius muſæi inſpectionem deduceretur. Itaque prædicto Principi domum noſtram ingreſſo, prima quæſtio fuit, num ad antiquos libros eſſet ducendus: nec ſatis patienter ferebat prius oſtendi ſibi ampliſſimam bibliothecam & templi noſtri viſu digniſſimam ſupellectilem. Deinde vero demonſtravit, longius ibidem moram trahens ac multa curioſe quærens & audiens, gratiſſimum ſibi accidiſſe, quod familiarius (neque enim commodum eſt tum domeſticis tum ipſis inibi ſtudentibus paſſim eo adduci exteros) eo admiſſus fuiſſet. Simili eum aviditate Muſæum ſæpe dictum luſtravit Sereniſſima Suecorum Regina Chriſtina, incomparabili poſiti ultro ob fidei catholicæ liberam profeſſionem ſceptri exemplo admirabilis. Habuerat enim jam tum, cum adhuc in regno degens de eligenda religione deliberaret, operis in Belgio inchoati notitiam a Godefrido Frankenio noſtro, qui primus Catholicorum Sacerdotum ipſam auſus fuerat convenire, utque de cognoſcenda antiquæ religionis unitate & veritate interpellare. Eidem autem poſtea rogante, miſſa fuerat prædictæ Reginæ, Vita S. Anſcharii Archiepiſcopi Hamburgenſis, Danorum Suecorumque Apoſtoli, prout ea ad 3. Februarii impreſſa & illuſtrata extat. Poterat nempe non tantum in ea mirari Regum proavorum ſtirpem, contra Danorum Suecorumque Scriptores, paſſim mutuo exemplo errantes, dilucide ſolidiſſimeque deductam: ſed fidem quoque Catholicam, qualem nunc Eccleſia profitetur Romana, primitus iſtic prædicatam cognoſcere: quare ejus ultro mentionem ingerens, Laconica brevitate ſuum de ea expreſſit ſenſum, dicens: *Legi & gratum fuit*.

CAPUT XII.

Februarius anno 1658. in lucem datus laborioſa moles, & commendatio eruditorum; aliqui item libelli prævii.

63 PRoliaior capitis præcedentis digreſſio nec opinantes deduxit ad Februarium menſem, nonnulloſque illius delibavit fructus prius quam de editione ipſa ſermonem licuit inſtituere. Patet tamen ex jam dictis, quomodo liber a templi oneribus Bollandus cum Socio, muſæo item commodiſſimo utens, & a rebus ad propoſitum finem ſpectantibus undique inſtructiſſimo, multo majoribus quam antea paſſibus ad illius menſis abſolutionem procedere potuerit; valetudine præſertim poſt annum 54. hujus ſeculi magis confirmata. Sua tamen impeditus mole menſis iſte tardabat prodire e prælo, quia bellis undique ardente Belgio, ceſſabant cum exteris nationibus commercia, aut plurimum periculi & difficultatis habebant; unde non tam facilem promittebat ſibi Typographus tanti operis distractionem. Præmuniendo ergo quodammodo itineri & complanando quantum fieri poſſet, conſcripti libelli quidam alii ſunt: qui facilius per plurimorum manus & provincias etiam diſſitas volitarent, curioſumque lectorem ad ipſa, ex quibus hauſta eſſe apparebat, Sanctorum Acta ſcrutanda pellicerent. Siquidem ii ſic concepti ſunt, ut videre ſit, hinc quidem in Diatriba de Trajectenſibus Epiſcopis, antiquitatem Eccleſiaſticam haud aliunde certius & ſecurius elici: inde vero, in ſimili alia de tribus Dagobertis Francorum Regibus commentatione, politicam quoque Regum Principumque hiſtoriam ex iis ſolis quandoque recte confici atque educi. Dagoberto enim II. S. Sigeberti Regis Auſtraſiæ filio, cujus vita pueri & a regno in Scotiam ablegati, nomen viri tunc noverant eruditi, Diatribæ iſtius Auctor reſtituit regnum non brevius quam annorum ſeptemdecim, quod ingrata poſteritatis oblivione per annos mille occultatum latuerat.

64 Hanc tam inopinatam veritatis huc uſque abditiſſimæ retectionem ſecutus eſt Franciæ plauſus, gratulantis inventum in Belgio virum, qui Francicas antiquitates felicius quam Franci hactenus omnes ſcrutatur, evolveritque inextricabilem eatenus circa plurimas donationes, fundationes, bella etiam publice geſta & Regum ſucceſſiones controverſiam; ideoque inextricabilem, quia alii primo, alii ultimo Dagoberto cenſebant attribuenda, quæ medii iſtius & tunc recens reſtituti, fuiſſe evidenter jam demonſtrari agnoſcunt omnes iſtarum rerum periti. Hoc opuſculum, cum legiſſet ſecreti Conſilii Præſes, ut erat ſummi judicio vir, de Auctore necdum ſibi viſo cognitoque pronuntiavit, neminem umquam legiſſe ſe, qui tam raros, tam ſelectos, tam accommodos quæſtioni proferret auctores, & rem propoſitam tam nervoſe efficaciterque concluderet. Quod idem quia Francorum omnium erat judicium, diu vix alius inter ipſos quam de Rege invento ſermo fuit, ſicut iidem poſtea retulere: non aliter atque eſſe in populo ſolet, nobili aliqua urbe ex improviſo intercepta & cæſis graviſſimo prælio hoſtibus, obtentaque victoria præter expectationem grandi: adeo autem invaluit hoc tractatu vulgato Scriptoris auctoritas, ut in graviſſima de Regum ſtirpe quæſtione nonnemo ex ipſis, licet ob bella tunc hoſtibus, fidenter ad hujus unius arbitrium provocaret adverſarios, tamquam hiſtoriarum Francicarum, ut ipſe cenſebat, peritiſſimi. Eminentiſſimus vero Cardinalis Brancaccius, cum ſua in Bibliotheca Romæ oſtenderet ac commendaret Sanctorum Acta, dicebat alium ab iiſdem Auctoribus ſcriptum habere libellum, qui ſibi eſſet miſſus tamquam pretii incomparabilis cimelium, quale ipſum eſſe revera deprehenderit, & oſtendebat librum de tribus Dagobertis.

65 His igitur duobus præmiſſis, aureſque & animos lectorum magna ſecuturi operis expectatione implentibus, emiſſus tandem in lucem tribus tomis Februarius eſt, anno 1658. Februarium editum ſecuræ mox ſunt, ſed propter exilitatem molis cito prævolarunt, tamquam adventus illius præcones, Notitiæ breves Galliarum, Belgii, Hiſpaniæ, Italiæ atque Germaniæ, ex Actis Sanctorum Januarii ac Februarii eductæ, ſummatimque indicantes, quid ad cujuſque regni, provinciæ, urbis, antiquitates vel Sanctos proprios pertinens in quinque eatenus editis tomis contineretur. Eſt Februarius menſium omnium minimus, & vigintiocto diebus abſolvitur; unde in Romano martyrologio pauciores trecentis Sanctos nominibus ſuis expreſſos reperies: hic autem ultra eum numerum plus quam mille reperiuntur.

Eum-

Digitized by Google

Eumdem menſem octodecim circiter ternionibus abſolvit Surius, quorum duodecim a Lipomano accepti: hic numerantur terniones ducenti quinquaginta ſeptem in tribus tomis, charactere tam mediocri impreſſis, ut ipſi tres, quoad molem materiæ in iis comprehenſæ, Baronianos ſex ferme adæquent; ſuperent vero etiam plures, ſi labor & ſtudium, quæ argumentis tam variis impendi debuerunt, conſiderentur.

66 Etenim Baronius (quod abſque Scriptoris clariſſimi diminutione dictum ſit) quibuſdam chronologicis principiis ſemel poſitis, redigere ad annos ſuos labore non maximo potuit ea omnia, quæ ex ſingularum ætatum gentiumque Hiſtoricis velut illuſtriora excerpere placuit. Controverſias incidentes non obligabatur attingere, niſi quatenus volebat, ſibique videbatur eas poſſe diſſolvere & explicare: reliquas diſſimulatas ei licuit præterire pro arbitratu. Non tenebatur ille barbarorum vocabulorum reddere rationem; non perſonarum de quibus agebat ſingularum ætatem, patriam aliaſque circumſtantias definire: non urbium aut locorum ſitum inquirere: non vetuſtatem, fidem, auctoritatem Scriptorum quibus utitur omnium indagare atque exponere: multa etiam ex aliena fide tranſcribere potuit ſibi nec lecta neque viſa. Bollandus vero, & qui poſt ipſum in illo verſantur opere, hanc ſibi præſcripſere legem, ut nullum, quem non ipſi inſpexerint legerintque, teſtem præſumant adducere; & ſingulorum quibus primario nituntur ætatem, veracitatem, prudentiamque in ſcribendo, ſibi declaranda exiſtiment. Nihil eorum, quæ ad Sancti alicujus pleniorem notitiam pertinent, volunt indiſcuſſum relinquere: nullum locum tam obſcurum, tam ignobilem gentem, tam remotam præterire regionem, quæ Sanctos aliquos colat aut coluerit aliquando; nullam denique vocem tam barbaram quo ſuam non extendant diligentiam, quantum quidem per editos ineditoſve auctores, per litterarum commercia, per obſequia conciliatorum ubique amicorum humanus poteſt labor obtinere.

67 Non illi tantum generalem quamdam eccleſiæ ac regionum præcipuarum hiſtoriam ordinant, quamvis & in hac ſæpe iis multumque ſit deſudandum: ſed particulares quorumcumque Epiſcopatuum, civitatum, monaſteriorum, religioſorum Ordinum origines, ſucceſſiones hiſtoriaſque ſcrutantur & explanant pro viribus. Nec ideo minus laborandum eis quiſpiam exiſtimet, quod primigenio Auctorum ſtylo Acta Sanctorum proferant: cum hinc multipliciter creſcat ſtudii ac ſcriptionis labor, dum coguntur, cum Manuſcriptis pluribus conferre ſingula, aut propter locum aliquem dubie ſcriptum plures non raro epiſtolas ſcribere. Adde quod ita facientibus nullus diſſimulationi locus, nullus inertiæ relinquatur: quæ duo facillime obrepere ſolent Scriptori, ſtylo ſuo non verba ſed ſenſa aliena, quantum & quomodo expedire putaverit, proferenti. Verum illa ipſa antiqua Acta, quantula pars ſunt totius operis? certe ſi commentarii annotationeſque non accederent, & plurimorum Sanctorum res geſtæ, vel numquam deſcriptæ vel nunc deperditæ, non eruerentur ex auctoribus variis, vix unum ipſa tomum implerent.

68 Et tamen cum iſta agentes, duce atque inſtitutore Bollando, in caliginoſum exoletæ antiquitatis receſſum plerumque primi ſeſe penetrent, latentem protracturi veritatem, nulliſdum obloquentium interpellantur vocibus aut querelis: ſed nemine contradicente, eorum aſſertis, quoad capitales ac præcipuas definitiones ullas in ſumma ab æmulis obtrectatoribuſque quieta alia & alia identidem diſcunt. Confirmant ſtabiliuntque in ſequentibus, ſi quid non ita clare dictum aut ab aliquo vocatum in controverſiam nova ac pleniore luce videtur egere. Ultro etiam indicant emendantque, ſi quid minus recte ſibi ſcripſiſſe videntur; haudquaquam indulgentes propriorum, quicumque potuerunt obrepere, errorum cenſores. Neque enim hoc ſibi ſumunt, ut numquam erraſſe ſe vel errare poſſe exiſtiment: ſed gratiam quoque habent, ſi quis indicaverit quidpiam quod luce majori vel etiam correctione indigeat, idque plus ſemel hactenus oſtendere, plerumque a ſeipſis, raro ab aliis admoniti. Quid autem mirum eſt, productis, quæ latuerant, certioribus monumentis, everti aliqua, quę fuerant tamdiu probabiliter conſtituta, quamdiu aliunde non affulgebat evidentior veritas? quam unam ſectari ſe profitetur Bollandus, & qui Bollandum ſequuntur, omni partium depoſito affectu.

69 Interim quam multa ſunt in tomis quinque jam editis diverſiſſima ab opinationibus vulgo receptis, & ab inveteratis certarum urbium ac nationum erroribus, quodam præſcriptionis jure ſubnixis? Illis autem ſi opponi poſſet aliquid, reperti proculdubio fuiſſent jam pridem, qui manus dare recuſaſſent, ſtrinxiſſentque calamum in patriorum aut ſuorum ſenſuum defenſionem. Cum edita eſſent ad 10. Februarii Acta S. Guilielmi, Fundatoris Guilielmitarum in ſtabulo Rodis territorii Senenſis, quidam ex noſtra Societate, ſed provincia altera, vir ſane doctus, quia Guilielmus vocabatur, ferendum non putavit in dubium revocari, quæ ipſe cum aliis paſſim opinatus fuerat de Guilielmo iſto, velut poſtremo Aquitaniæ Duce, & a S. Bernardo ad veri Pontificis obedientiam adducto, nec tantum Wilhelmitici Ordinis in Italia, ſed etiam Vallis-ſcholarium in Francia Inſtitutore, nec non de ſeculari ipſius vita ante converſionem. Omnia enim illa tam male inter ſe cohærent, ut oſtenſum ſit confundi geſta plus quam decem Guilielmorum Aquitaniæ Ducum, quorum primus illuſtris contra Saracenos ſub Carolo Magno, officio non jure hæreditario Dux, poſtea in Benedictino Ordine Gellonenſis Monachus Sancti nomen cultumque meruerit ad diem 28. Maii: poſtremus, trecentis annis & quinquaginta junior, nec Sanctus fuerit nec monachus unquam: intermedii multa geſſerint, quæ perperam poſtremo tribuantur. Denique ab his omnibus diſtinguendum tum Eremitam illum: qui ex *vetuſta proſapia* ut Petraccha cenſet, aut ex *Comitibus provinciæ Pictavienſis proſapia*, ut antiquiora Officia Eccleſiaſtica habent, eremiticam in Italia vitam magno pœnitentiæ rigore illuſtravit, & ſectatores a ſe dictos habuit ſub S. Benedicti regula: tum etiam ab altero, qui quamvis Sanctus non habeatur, magna tamen in ſanctitate Pariſiis vixit, & Canonicorum Regularium novum cœtum inſtituit, nunc S. Genovefæ Abbati Generali ſubjectum. Hæc, inquam, cum diſcuti Pater ille ac refutari audiret, faſſus eſt eo ſe animo ſuſcepiſſe legenda, ut edito ſtatim ſcripto everteret: ſed coactum conceptam bilem combibere, cum rem ita undique ſtabilitam vidit, ut nec hiſcere quidem contra poſſet.

70 Idem, quod prior iſte, facturus quidam in Ordine Auguſtiniano Superior in officio Prioratus, etiam ipſe Gulielmus, caperturuſque num forte retrahere ad Ordinem ſuum poſſet S. Guilielmum, quem multi querebantur per injuriam minime tolerandam ab eodem abductum; evidenter cognovit non alio titulo a ſuis coli S. Guilielmum, quam quod duo Ordines per annos paucos ſub eodem Generali Landſranco conjuncti auctoritate Pontificia fuerint. Quare idem ille ſæpe, & privatim & coram teſtibus, affirmavit, omnia ſe probare ac ſingula, nec ſatis capere unde haberi potuerint tam accurate citata, tam certis Pontificum Bullis & publicorum inſtrumentorum teſtimoniis roborata. Alius ex eodem Ord. Provincialis in Italia, exorſus Auguſtinianos Annales conſcribere, quorum primum tomum recens ediderat, obviam Bollandi Socius Bononiæ factus, oſtendebat ſe noſſe & magni facere Acta jam vulgata duorum menſium. At in Guilielmo, inquit, Ordini noſtro non favetis. Reſpondit Socius: Veritati Eccleſia-

ſticæ ſtudemus: quam ſi edocti fuerimus nos minus aſſecutos eſſe, mox libenti gratoque animo monſtratam viam certiorem, arripiemus. Hæc verba in ipſo prævii commentarii exordio legiſſe te puto; eadem nunc repeto. Experire ſodes; calamum habes, eumque non ineruditum. Addico ego intra quatuordecim dies reſponſum vulgandum typis, & ingenuam erroris confeſſionem, ſi erraſſe oſtenderis aut ullum adhuc dubitandi locum eſſe relictum. Verum ille ingenuitate pari commiſſurum ſe negavit, ut gratis talem ſibi adverſarium ſoſcitaret. Tertius denique Ciſtercienſis apud Dunenſes Prior Carolus de Viſch occurrit, qui ſcriptis contra Auguſtinianos libellis allaborarat multum, ut ipſis ereptum Guilielmum ſuo Ordini aſſereret: iſtis autem lectis gratulatus eſt diſputationis odioſæ & nunquam ſatis explicatæ finem, poſtquam probatum eſſet eum Ordinem, qui ad S. Guilielmum principium refert, quamvis nunc habitu fere cum Ciſtercienſibus communi utatur, ab illo tamen & Auguſtiniano tam eſſe diverſum, quam ipſi duo ſint inter ſe.

71 Hæc aliaque ſimilia, ut magnam Bollando ejuſque operi conciliabant auctoritatem & famam, ita laborem ejus vehementer augebant; cum jam frequentiſſimis Cardinalium, Epiſcoporum, virorumque Principum litteris interpellaretur, de Sanctis, de Reliquiis, de ſuarum Eccleſiarum ac regionum antiquitatibus ſacris conſulentium: quibus abſque inurbanitatis nota nec reſponſum negari poterat, nec per alium ſcribi; ac ne ſcribi quidem, niſi prævio quandoq; plurium dierum aut hebdomadarum ſtudio. Receptæ vero etiam poſt mortem ejus epiſtolæ hujuſmodi nonnullæ ſunt, atque inter alias Pyrrhi Ghezardi, in noſtra Societate Romæ Procuratoris Generalis, datæ 5. Septembris, ipſo quo Bollandus extremis Sacramentis munitus eſt die: in quibus præfatur ſe ad eum recurrere, *tamquam ad arcam ſcientiæ circa venerationem Sanctorum*. Meminerat fortaſſis, quid actum eſſet anno 1654. circa electionem Patroni principalis pro toto Navarræ regno diverſa ſentientibus, hinc Nobilitate omni inde Clero, & magna utrimque animorum contentione certantibus, his pro S. Firmino Ambianenſi Epiſcopo, quaſi is etiam Pampelonenſis fuiſſet, & quidem primus ab Apoſtolorum diſcipulis ordinatus; illis pro S. Franciſco Xaverio, quem in Regno illo natum, & magnis coruſcantem miraculis, extra controverſiam dicebant, Navarræ genti præcipuo cuidam eſſe ornamento. Miſſus enim Romam a Nobilitate Procurator P. Gaſpar Lopez, per virum auctoritatis in noſtra Societate omnino primariæ egit apud Bollandum, ut totam S. Firmini hiſtoriam ad monumentorum antiquorum fidem & recentiorum ſcriptorum opiniones varias conferendo illuſtraret, eo quo alia in ſuis operibus modo, ex quo deinde appareret quantum ponderis haberent ea quibus adverſa pars nitebatur fundamenta: ad Bollandum autem ideo recurrendum putaverat, *quoniam* (ut inquiebat is qui P. Gaſparis cauſſam illi commendabat) *in Romana Curia Auctoritas ejus tanta erat, quanta eſſe poſſet alterius cujuſvis in iſta materia*. Scripſit igitur de S. Firmino commentarium eum, quem ad 25. Septembris excudendum ſervamus: ſed ita ſcripſit ut ſolidiſſime probatum relinqueret, neque nihil eorum quæ de S. Firmino Clerus Pampiloneſis aſſereret verum eſſe, neque omnia poſſe pro veris admitti: quo effectum eſt, ut S. R. E. Cardinales ſacris Ritibus propoſiti & Apoſtolici Palatii Auditores intelligerent; *probationes hinc inde allatas neutri parti ſatis ſuffragari: eumque ideo cauſſam indeciſam dimiſiſſent, numquam vel ſero & difficillime terminandam*. Sanctiſſimus D. N. Alexander VII. anno 1657. ſapienter decrevit, ſopiendam totam controverſiam eſſe hac ratione, *ut quotannis, tamquam de Patronis æque principalibus dicti Regni, ex præcepto Eccleſiæ recolerentur feſta Sanctorum Firmini Martyris & Franciſci Xaverii Confeſſoris, a Clero ſeculari & regulari nec non Univerſitatibus & populo Pampilonenſi totiuſque regni Navarræ*.

72 Sed ut ad Februarium revertatur oratio, placet hoc loco proferre epiſtolam Anſelmi Cottelii, viri ex religioſiſſimo Carthuſianorum Ordine haud modice eruditi, ut ex ejuſmodi ſpecimine appareat, quid non ille modo de ſancto hoc opere, ſed alii paſſim Religioſorum Ordinum homines docti judicaverint. Eſt autem epiſtola, qua anno 1658. die 27. Martii, poſt acceptum, ut petierat, Februarium, reſpondet Bollandi litteris, precum ejus ſuffragia poſtulantis: ut qui tot curis ſtudiiſque diſtractus fovere in ſe cuperet divini amoris flammas, ex conſortio amici, in ſanctæ illius quietis ſolitudine ſacros ardores cum otio nutrientis. Ita ergo ſcribit.

73 *Benigniſſima veſtra mentis favor, ex pura promanans fonte dilectionis, humaniſſimam illam tuam dictavit epiſtolam: quam grato amplectens animo, videbam vix alio poſſe quam divino ſpiritu animari, quando vos a dubia mortalium fide ſincere dividit character caritatis. Illa eſt quæ utriuſque orbis mortales comprehendens nullis novit fatigari laboribus, & ſic numquam morituras laurus parat ſanctiſſimæ Societati veſtræ. Cetera ubi evacuabuntur, ſola hæc fulgebit in perpetuas duratura æternitates, quia ad juſtitiam plurimorum animos erudivit ac cœlo invexit. Sed ad tua ut veniam, Venerande Pater, epiſtolæ argumenta: erubeſcere me primum fecit. An glacie mea, hoc eſt, frigidis & ſine calore verbis, veſtros ego ſuccendere poſſem ardores? Novum potentiæ genus (ut eſt apud Tragicum) unda flammas aleret. Succenſa tot Divorum amore corda geritis, ut labores immenſi exhaurire ſpiritus veſtros non poſſint. Non multis probari debet, quod ipſa facta loquuntur. Nec dubium, quin beatiſſima illa Sanctorum agmina, quorum illuminatis Acta & luci datis, de cœleſtis loco voluptatis continua vos irrigent ſcaturigine aquæ ſalientis in vitam æternam, & inde rurſus uberrimus ille fons aſcendat, univerſam irrigans Eccleſiæ ſuperficiem, & ſiccitatem emolliens ignorantiæ incredulitatis. Nam ut terra ſine aqua, ſic multorum circa Divorum geſta exaruere mentes: quæ nunc veſtra caritatis fluentis largiter irrigata, ad optatam pertingere poterunt menſuram pietatis.*

74 *Eamdem epiſtolam tuam condecorabat illius virtutis fulgentiſſima gemma, quæ ſua neſcit æſtimare, & alienas correctiones parata eſt animo libens ſuſtinere; quod ipſum a perfectiſſima provenit radice caritatis. Ut enim ſol ſuorum eſt genitor radiorum, ſic vera profundaque caritas genitrix eſſe videtur humilitatis, quæ individua comitata matris ſuæ veſtigia ſequitur, & ubicumque hæc ſedem locat, haud diu ſe illa abeſſe patitur; bene enim conveniunt & una ſemper in ſede morantur. Nam celare quidquid humilitas vellet, ita in ſalutem proximorum novit proferre caritas, ut nec humilitati meritum deſit, nec jura dilectionis, quibus proximo obſtringimur, ullum noſcantur capere detrimentum. Et ſic caritatis moderari ardorem conſuevit humilitas, ut ex eo quod Legem & Prophetas impleverit, non intumeſcat. Laudanda Societas! Quidquid ergo ex harum naſcitur conjunctione & labore virtutum, nullis poterit defectibus ſubjacere; quam ſemel occuparunt mentem (ut veſtras probantur poſſidere) omnem ab ea poſſunt erroris procul amovere caliginem. Tale porro eſt opus veſtrum, quod regia incedens via, a dextris neſciat declinare aut ſiniſtris. Tale eſt opus veſtrum, cui vix addi poterit aliquid, in quo corrigi non poterit aliquid. Sic dilucidata ſunt omnia, ut majoris lucis radius affundi nullus queat. Sine nube ſolem, ſine nocte diem habemus. Quid ultra poſcimus? Divorum panduntur arcana & intima cœleſtium penetralia patuere. Quid expaveſcimus ruentis ſemper in pejus ſeculi noctem, quando obſcura ejus tot illuſtrant aſtrorum faces? Quot hic Sanctorum lego nomina, tot ſidera numero. Ite, ite in fabulas ingenioſi vates, Caſtoreſque & Polluces ac quæcumque cœlo ſigna mendaciter intuliſtis, habete vobiſcum; noſtra nobis ſtella multa* bent-

benigniori aſpectu lucent, nullis figmentis temerata. Obruimur malis? horum auxilio a cunctis eruimur. Poſcimus bona? horum patrocinio conſequimur poſtulata. Erramus? revocant in viam, & monſtrant qua teneamus aſtra, & ſi bene fecimus fuerimus, fulgeamus ut aſtra.

75 Hactenus ille, nec in his finem facit Acta Sanctorum dilaudandi, ſed nos abrumpimus ut externo uni domeſticum aliud addamus teſtimonium. Eſt illud a R. P. Ferdinando del Plano, acris in omni re litteraria judicii viro, pluriumque ac præcipuorum in hac provincia Collegiorum Rectore, die 23. Aprilis in hæc verba Gandavo perſcriptum.

Pergit Reverentia Veſtra accumulare beneficia, priuſquam de prioribus acta ſint gratia. Superiori hebdomade Sancta, diebus ſane occupatiſſimis, accepimus Februarium & Notitiam Galliæ. Ego utramque ſpectavi & luſtravi obiter, laudavique ut qui elegantes, quos non intelligunt, characteres. Quantum tamen imperito ad ejuſmodi diſcernenda judicio capere potui, vidi admirabilem in conquirendo diligentiam, in commemorando firmitatem doctrina acri judicio nixam, ſolertiam in abditis eruendis. Facem præfert omni hiſtoria: ut & in iis, ubi tenebra obſcurabant veritatem, nunc progredi liceat; & ubi aberrare fecerant, in viam regredi; & extra anxietatem eſſe iis, qui deviandi formidine ad ſingula timidi trepidique ambigebant. Ne mihi quæſo tarditatem excuſetis lente feſtinantis operis. Quod perennare debet, difficiles habet, non tantum partus, ſed etiam parturitiones. Memini me a Clariſſimo Gevartio audire annis abhinc quinquaginta: Quod cito fit, cito perit. Cumque alius corrigere volens ſubjiceret: Perit. Nimis longum eſt, inquit, non tam diu durat: quod ſcribitur æternitati, decimum in annum premendum eſt.

76 Ita illi privatim: aſt inter eos qui publico typo vulgatis teſtimoniis Bollandi labores commendaverunt, doctrina, ſanctitate, humanitate ſingulari eminet Joannes Bona, reformatæ congregationis S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis in Italia Generalis Abbas, ob eas, quas dixi dotes, bonis doctiſque omnibus, ſed imprimis Alexandro VII. uſque in ipſa morte cariſſimus, ab eoque Conſultor conſtitutus Congregationis quam appellant Indicis, in qua de libris damnandis probandiſve agitur. Hic præter Manuductionem ad cœlum, libellum prorſus aureum ideoque cuſum ac recuſum ſæpius etiam in Belgio, & in Hollandia quidem Teutonico idiomate: præter, hoc, inquam, majus opus edidit, & Harmoniam Eccleſiæ pſallentis inſcripſit; ubi in ſyllabo Auctorum, quorum eſt adjutos ſcriptis, collocat *Joannis Bollandi laborem, in colligendis Sanctorum Actis Eccleſia Dei multum utilem*, optatque *ut vitam habeat operi tam prolixo parem*. Theophilus etiam Rainaudus noſter (ut alios plurimos prætermittam) cujus nunc opera novemdecim tomis omnia prodierunt (etſi Bollando ſubodienſus, quod circa S. Annemundum Delfinum, Lugdunenſem Epiſcopum, opinionem ſuam modeſte refutatam legiſſet) in primo operum ſuorum tomo Acta Sanctorum compellat *opus, quo vix majus habitura Eccleſia ſit*. Sed hoc divinando: certius & amplius multo eſt, quod ad præſentia præteritaque reſpiciens tempora Alexander Pontifex, ea, qua nulla eſt inter humanas major ſanctiorque auctoritate pronuntiavit; *nullum opus & Eccleſia Dei glorioſius hactenus nullum editum eſſe a quoquam, nec etiam inchoatum.*

CAPUT XIII.

Romam invitatus Bollandus Socium eo ablegare decernit: alium promovendis ſtudiis aſciſcit.

77 HÆc cum ita ſe haberent, mirum non eſt quod tam ipſe Sanctiſſimus Dominus noſter, quam Eminentiſſimorum Cardinalium aliorumque Curiæ Romanæ Prælatorum aliqui judicaverint, Bollandum Romam invitandum, ut operi ſuo profutura monumenta ex Vaticana aliiſque Bibliothecis erueret, quæ multa iſtic in codicibus Mſſ. latere, conjectura haud vana ominabantur. Quis enim alius quam Auctor ipſe, omnes ſuſcepti a ſe operis rationes perſpectas habens, in iis poſſet verſari utilius? An non plus uno die facturum ſe præſentem crederet, quam multis per litteras & amicos centum? Ita ipſi; & vera cenſuiſſe ex infra dicendis abunde conſtabit. Nunc pergimus dicimuſque mirum etiam non fuiſſe, quod Admodum Reverendi Patres Generales Societatis tam ſolliciti fuerint, ut ab alia occupatione omni liber Bollandus cum Socio redderetur. Hoc autem factum laudaverunt omnes periti rerum æſtimatores, fueruntque tam religioſi aliqui, ne quid impedimenti Bollando objiceretur, ut modum quandoque viderentur excedere. Ex his præcipue nominandus nobis occurrit Reverendus Dominus Bartena, olim Bollandi diſcipulus, poſteaque ex S. Walburgis Paſtore Canonicus Eccleſiæ Cathedralis: quem cum in morbo periculoſo Domus hujus Præpoſitus viſitaret, rogaretque ut aliquem e Patribus extrema ad obſequia, ſi opus foret, deſtinare vellet; requiſitus ille quem ex omnibus ſibi notum cuperet: *Vellem*, inquit, *Reverende Pater, & ſi quidem optio detur, neminem magis quam P. Bollandum aut Socium ejus: verumtamen per Dei amorem oro te, ne mittatur alteruter, ſed alius quivis, potius quam ut vel moriens eorum utiliſſima ſtudia tantiſper interrumpam.* Atqui extrema iſta officia ſunt, quæ ab amicis amici accipere poſſunt, & ſolent ut rebus omnibus aliis præhabenda exigere. Quanto ergo facilius fuit multos alios eruditos viros ſua minoris momenti abdicare ſolatia, quæ ex inſpectione lectioneque librorum Bibliothecæ noſtræ ſibi offerebantur, profitentes ſæpe eo ſe acceſſuros eſſe, niſi quoties fere ad Bibliothecam admitti petierunt, ſubmitti ſibi vidiſſent alterutrum Scriptorum, in illuſtrandis Sanctorum Actis utilius occupatorum. Imo Franciſcani Ordinis Lector quidam, cum aliquid ex eadem Bibliotheca tranſcripturus, videret Bollandi Socium honoris cauſſa apud ſe manere; non potuit continere ſe ne moleſtiam animi quamdam teſtaretur, eo quod diceret non dubitare ſe, quin in tanto domeſticorum numero, æque ac in ſui Ordinis conventibus, eſſent aliqui, qui viribus & ætate defecti, nulli jam magnæ rei vacare poſſent amplius, & iſto humanitatis officio cum magna virorum intelligentium ædificatione ſuoque nonnullo fructu, incommodo certe haud magno, fungerentur.

78 Quod porro ad peregrinationem Romanam attinet: primus in facultate ad eam offerenda fuit Adm. R. P. N. Mutius Vitelleſchus, ab Eminentiſſimis Cardinalibus Petro Aloyſio Caraſa & Franciſco Barberino in eam cogitationem inductus. Sed diſtulit initio P. Bollandus, imprimendo Januario occupatus, ac poſtea variis ex cauſſis excuſavit omnino, ſicut & iter Colonienſe, quamvis inſtantiſſimis precibus ad hoc ſuſcipiendum urgeretur. Licentiam tamen eundi ſemel datam, ſi forte aliquando aliter videretur, curabat a Mutii ſucceſſoribus Præpoſitis Generalibus aut eorum Vicariis ſemper renovari: uſque dum firmata inter Chriſtianos Principes

toto orbe concordia, cum audiſſet Adm. R. P. N. Goſwinum Nickel, amice apud Patres Belgas queſtum, quod cum alii tam multi votis omnibus ambiant Romam accedere, ſolus Bollandus poſt ſæpius iteratam facultatem numquam compareret, ut pene videri poſſet contemnere gratiam; neque illam tantum, ſed etiam copioſiſſimum fructum, qui poſſet ea tot codicibus Mſſ. colligi, quales una Roma plures haberet quam Belgium univerſum. His ita dictis & quæ audierant perſcribentibus Patribus, cum videret ſuam valetudinem ſic confirmatam, ut Socii ſolatio auxilioque haud ægre ad tempus aliquod cariturus eſſet, eademque occaſione aſciſci poſſe alterum in ſpem perficiendi, quod reſtaret, operis: rogavit ut ſibi conceſſa facultas in ſuorum ſtudiorum Conſortem transferretur, eique adjungeretur, quem judicabat idoneum, itineris comes. Utrumque magna cum animi benevoli ſignificatione Adm. Reverendus Pater Noſter conceſſit, litteris 27. Martii anni 1660. in hanc formam datis.

Eſſet ſane mihi jucundus conſpectus Reverentiæ veſtræ, adeoque vellem ut ipſa uteretur facultate a me & a quatuor deceſſoribus meis ſæpius conceſſa & confirmata. Quod ſi tamen putat ſe non poſſe per valetudinem infirmam ſuſtinere laborem itineris tam longinqui, conceſſam facultatem libenter transfero in communium ſtudiorum Socium P. Godefridum Henſchenium: qui proinde venire poterit, quandocumque ipſi commodum erit. Per me etiam licet, ut cum illo veniat P. Daniel Papebrochius. Voluntatem meam ex me intelliget P. Provincialis. De cetero ſtudiis veſtris ſemper favebo, & quacumque ratione potero, ea ſtudioſe promovebo.

79 Ea conſilia ut primum per Provinciam innotuere, ita probata ſunt univerſis, ut omnes dicerent, multo citius id fieri debuiſſe: in novo autem Socio deligendo præſagium aliquod Bollandum eſſe ſecutum: Quippe qui ſæpe fuerat, multo ante quam ille ad Societatem Jeſu poſtulandam animum applicuiſſet, de eo dicere auditus, fieri poſſe, ut puer iſte ſibi ſuccederet. Hunc ille, Confeſſiones noſtro in templo excipiens, magno ipſius bono noſſe cœperat, & familiarius amiciuſque habitum frequenter ad colloquium admittebat. Tum ſuam illam præſagitionem fovens, non tantum animabat ad excolendum multa lectione ac ſcriptione ſtylum, ſed etiam ad quamdam Græci ſermonis aliarumque linguarum notitiam concupiſcendam. Cum autem eum vidit prope abeſſe a meta ſtudiorum Humaniorum, ſuadere ei ſerio cœpit, ut de eligendo vitæ ſtatu deliberationem inſtitueret. Et tamen non ignorabat quam petulanter idem ſuadentes alios graviſſimos viros repuliſſet adoleſcens: ſed ut loqui ei Bollandus cœpit, præcauto licet obfirmatoque nullam ejuſmodi rei admittere mentionem, excidit, ut poſtea faſſus eſt, omnis illa pervicacia, ſeque in poteſtate ejus & directione futurum reſpondit; promptitudine tanta, ut ipſe ſibi admirationi eſſet, & inſolitum quidpiam in vultu habituque loquentis videretur agnoſcere. Quin etiam, urgentis intus conſcientiæ ſtimulos diutius non ferens, quibus vim efficaciamque tum forte dabat ardens ipſius Bollandi oratio, prævertit ſuum directorem, & referens libellos ſcriptaſque inſtructiones ad exordiendam coram Deo conſultationem datas, negavit iis ſibi opus eſſe, cui de divina circa ſe voluntate ſatis eſſet ſcientiæ, ſi modo ſatis virtutis eſſet ad obſequendum. Pridem enim ſe ad religioſum ſtatum capeſſendum haud obſcura admonitione impelli, & quidem ad Jeſu Societatem: ſed obfirmato hactenus animo obſtitiſſe; quandoque etiam, ne omnia Deo negare videretur, unam illam excepiſſe. Nunc autem nolle diutius reluctari Deo: adjuvaret itaque & conſilium daret, quo poſſet finem optatum conſequi. Præſtitit pluſquam rogabatur Bollandus: ita enim illius rebus accurandis ordinandiſque ſe dedit, quaſi vel a natura pater vel a lege tutor conſtitutus, uſque dum Philoſophiæ abſolvit curriculum. Probato autem per triennium candidato cum non impetraret admiſſionem apud Provinciæ Moderatores, temporum iniquitate abſterritos ab recipiendis tironibus, eidem Cardinalis Caraffæ conciliavit Patrocinium, aſſumptoque mox ad Generalatum R. P. N. Vincentio, dicti Cardinalis conſanguineo & gentili, negotium feliciter expediendum impetravit. Quin & ipſius jam admiſſi parentes, Societatis amantiſſimos, ad reliquæ prolis educationem ita prudenter ſapienterque inſtruxit, ut tres alii fratres, ſorores duæ cum vidua poſt mariti obitum matre Deo ſervientes; iſti quidem in Societate ſub votis religioſis, hæ vero in propoſito continentiæ ſub Noſtrorum directione, totius familiæ patrem agnoſcant & venerentur Bollandum. Occaſione autem prædicti adoleſcentis, hic addere poſſumus, Bollandum ſimili benevolentia complexum fuiſſe plures alios ejuſdem ætatis, quos noverat ad Societatem vel idoneos eſſe vel propenſos; cumque iis fuiſſe ſolitum tractare horis ſæpe integris, de rebus ad virtutem ſtudiaque ſpectantibus, tam prolixe, tam benevole, tam mature; ut viri quandoque in Republica primarii non ſatis mirari ſe poſſe dicerent, talis tantique viri cum puero tricubitali colloquia tam ſeria, acſi cum eo maximi momenti negotia habuiſſet conficienda. Erat enim Bollandus in omni congreſſu ſuo, facundus quidem & amabilis, ſed ita maturus, ut ne trimulis quidem quadrimulisve infantibus liberiori riſu jocove blandiretur; ſed induebat maturitatem, quantam ætas illa capere poterat, amica ſuavitate permixtam: unde in teneris quoque illis animis imprimebatur magna quædam æſtimatio viri, tamquam ſupra vulgi menſuram ſapientis.

CAPUT XIV.

Proficiſcentes Romam Socii quomodo a Bollando adjuti ſint: quantam ejus cauſſa ubique humanitatem experti.

81 MOnitis de apparando itinere Bollandi Sociis prima cura fuit, cum Magiſtri auxilio, conſilio, directioneque conficere accuratiſſimum indicem Actorum omnium, quæ vel in Mſſ. Codicibus ſchediſve, vel in libris excuſis, Muſæum Bollandianum tunc continebat; eo fine ut directorium eſſet perpetuum ad quævis monumenta dignoſcenda, ſecernendaque ea, quibus deſcriptis opus foret, ab aliis quibus non egebant. Atque hic eſt ille Generalis ſecundum ordinem alphabeti catalogus, cujus facta ſuperius mentio eſt, & quem ſemper ad latus circumtulere, etiam cum per aſpera montium iter pedites faciebant. Eo autem intra quatuor menſes confecto, auſpicati ſunt iter Julio menſe anni 1660. feſto S. Mariæ Magdalenæ die propemodum exacto, in comitatu ipſius Bollandi, Coloniam uſque Socios proſecuti. Cœperunt illi tum primum evidenter cognoſcere, quanta ubique terrarum eſſet de Bollando opinio, quam grata recordatio illius apud omnes, qui unquam litteras ejus vel legerant acceperantque ipſi vel legentes audiverant. Etenim Superiores domiciliorum noſtrorum, quæ in duodecim Provinciis Societatis plura quam centum adivere, nullum faciebant finem effuſæ erga hoſpites, per multos quandoque dies, caritatis; idque totum ſe facere profitebantur Bollandi intuitu, & illuſtrium ipſius operum, quorum fama quaquaverſum jam pervolarat: erubeſcentibus Sociis ad nimiæ humanitatis officia; cum, tamquam adventantes eos præſtolarentur ad oſtia Collegiorum, ita ſtatim adeſſent Rectores aut Provinciales de acceſſu præmoniti; alibi honoris cauſſa cubiculis ſuis cederent, neque exorari paterentur ſeſe ut extraordinaria illa urbanitatis ſpecie abſtinerent; quia in omnium ore Bollandus erat & opera ejus.

82 Hæc porro peregrinatio, uti fructus Bollando attu-

attulit majores quam unquam ſibi potuiſſet promittere, ita ingentium eidem fuit meſſis laborum: quos identidem leniebant epiſtolæ Sociorum, nuntiantes, quid, ubi, quando, apud quos promoviſſent commune negotium. Earum ſupra centum quadraginta ad ipſius manus pervenerunt, accurate in reditum Sociorum ſervatæ: ex quibus Bollandus excerpens quæ ſpectabant ad Sanctos, jucunde fallebat expectationem, ultra quam præconceperat animo, abſentium. Quia autem in rebus improviſis ſæpe occurrebant varia, circa quæ haud ſatis poterant ipſi per ſe certi aliquid conſtituere, recurrebant in iiſdem litteris ſæpe ad Magiſtrum, ut ex præſentium monumentorum inſpectione definiret, quid opus facto eſſet de alibi inventis. Denique & peregrinantium benefactoribus, pro ſumma ſua erga omnes gratitudine, ſcribebat Bollandus operoſe, & cum ad locum aliquem celebriorem perventuros ſciebat, præmittebat monita, ſecundum quæ iter, actiones, ſtudia ſua dirigent. Sollicitus interim, ne quid ſuis deeſſet per viam eorum mediorum, ſine quibus nec longinquæ peregrinationis expenſæ poterant ſuſtineri, neque amanuenſibus (quorum plurium ſubinde ſimul opera impendebatur) mercenarii laboris pretium perſolvi; interpellabat amicos multorum annorum obſequio obſtrictos, & in iis excitabat zelum ad ſubſidia pecuniaria large conferenda in pii iſtius operis promotionem. Quæ omnia tum multo intelligentur meliuscum expoſita fuerit temporis in iter inſumpti compendiaria ratio. Simul etiam conſtabit iis, per quos adjutus in Sociis Bollandus fuit, nec inutiliter collocata fuiſſe eorum beneficia, nec apud immemores gratiæ referendæ, ubicumque res & occaſio feret.

83 Die igitur 5. Auguſti, poſt luſtrata octiduo integro Urbis Colonienſis ſanctuaria; & expertam modis omnibus Patrum noſtrorum caritatem (quibus nihil potuit accidere jucundius quam a tanto tempore cogniti ſibi per litteras & continuata obſequia amici us videre oculoſque, & coram audire ac reddere voces) poſt Illuſtriſſimi Nuntii Marci Gallii Ariminenſis Epiſcopi hoſpitalem menſam, & plenas commendationum litteras ab eodem ad Italos amicos acceptas; avulſus a Sociis Bollandus, non abſque dulcibus utrimque lacrymis & multa itineris fauſti comprecatione, ipſe quidem Antuerpiam verſus, Patribus Matthia Gamans & Jacobo Kritzratt comitantibus, avectus eſt; illi vero itinere Bonnam Confluentiamque inſtituto. Hinc adverſo Rheno ad S. Goaris oppidum aſcendere in cymbula: ubi ab Ernesto Lantgravio Haſſiæ ejuſque Sereniſſima conjuge, in ſuſcepta noviter Catholica religione ferventiſſimis, tanto excepti ſunt pietatis ſenſu, quantum verbis exprimere haud facile ſit. Ibi poſt diei unius moram, quæ piiſſimis Principibus ad arcem invitantibus negari non potuit, navigio & commeatu novo eorumdem munificentia inſtructi ſunt. Hujus autem liberalitatis occaſione, ex ea quam conſcenderant cymba retracti ad oppidum, recordati ſunt monuiſſe Bollandum, ut ad oppidi portas meminiſſent S. Goari ſe captivos ſiſtere ac redimere, ſub ejus protectione porro feliciter navigaturos; cujus ceremoniæ oblitos ſe fuiſſe tum primum obſervavere, cum appenſum reduces viderunt collare. Ei ergo religioſe inſeruerunt cervices, ac tum demum, velut impetrata tranſeundi licentia, proſpera navigatione utentes, mitius ſecum actum eſſe gaviſi ſunt, quam olim cum Carolo V. actum audierant, qui pene naufragio fertur luiſſe ritus illius neglectum, dum prætemavigare feſtinus nititur; alias, ut ajebat, Religioni facturus ſatis.

84 Ita Moguntiam pervenere 13. die Auguſti, una hora antequam eodem adveniret Joannes Gamanſius, Bollandiani operis ferventiſſimus adjutor; unde ſub ejus nomine multa, quæ eruit ex antiquis Codicibus, monumenta prodiere in Sanctorum Actis, plura prodibunt impoſterum. Vir enim curioſiſſimus ejuſmodi rerum & diligentiſſimus, quidquid per omnes Rhenanas Provincias ſacræ eſt antiquitatis multos annos indeſinenter ſcrutatus, Bollandi ſtudia mire potuit promovere: quem propterea ipſius Sociis ducem comitemque itineris Provincialis Rheni Superioris R. P. Riequinus Goltgens obviam miſit. Hoc dirigente, ad varia ſacræ antiquitatis monumenta luſtranda in Rinchaviam egreſſi, non modice gaviſi ſunt, viſis in Bingenſi Monaſterio non tantum oſſibus ſacris S. Hildegardis, ſed etiam voluminibus membraneis antiquis, quibus Divæ illius prophetiæ continentur; omniaque eo evolverunt accuratius, quo poſſent certiorem Lectori aliquando ſuo fidem facere, pſeudoprophetiam, quæ ſub ipſius nomine contra Religioſos mendicantes conficta olim eſt & nunc haud abſque interpolationis malignioris additamento ab hæreticis fere hominibus Societati Jeſu calumnioſe adaptatur, purum putumque commentum eſſe. Interim in urbem venerat Bollandiani operis ſtudioſiſſimus Henricus Julius Blumius, tunc Electori ſuo Conſiliarius intimus, nunc ſacræ Cæſareæ Majeſtati ſimili in obſequio carus & Baronis titulo ab eodem auctus. Hujus prima cura fuit cognoſcere an adhuc ibidem eſſent hoſpites, quorum deſiderium fecerat Electori: eoſque ad ipſum introduxit, poſt colloquium prolixum cum Principe humaniſſimo, etiam menſæ convivas adhibendos.

85 Data deinde, eodem Blumio intercedente, facultas eſt inſpiciendi incomparabilem Eccleſiæ Cathedralis in Reliquiis ac vaſis ſacris pretioſiſſimis Theſaurum, nec non Bibliothecam ab antiquis Mſſ. locupletem: in qua poſtquam curioſitati ſuæ fecerunt ſatis, cum bona Principis gratia abiere Wormatiam die 21. Auguſti, rheda vecti Electorali. Tum Spiram & Francofurtum, ac denique Aſchaffenburgum: ubi prædicti Gamanſii litteraria ſupellex, maxima copia & labore incomparabili collecta, dum tota inſpicitur examinaturque, in eum finem, ut quod adhuc ex ea Sanctorum Actis deerat, deſcribendum ipſe ac ſubmittendum curaret; dies abivere ſex antequam porro moveri potuerint. Electoris Moguntini humanitatem ejus in Herpibolenſi Epiſcopatu Vicarius Capituli nobiliſſimi, Decanus Roosenbach, 9. Septembris per omnia imitatus eſt: & quatriduo poſt Princeps & Epiſcopus Bambergenſis. Quin Senatus Norimbergenſis Præſeſſor, quamvis acatholicus, magnificentiſſime in arce atque per urbem Socios habuit, ſic ut civibus ac Senatoribus omnibus venerabiles propterea eſſent: & Prædicantium Lutheranorum Superintendens Dilherus, non modo publicæ Bibliothecæ uſum libentiſſime conceſſit, ſed etiam, cognita ex frontali imagine operis Bollandiani dignitate, præſentem mox numeravit pecuniam, qua aliquos tomos ſibi mittendos emeret. Habet Norimberga Teutonici Ordinis palatium amplum, cui ſoli ex tot ſacris olim ædibus libertas manſit, ut in ejus ſacello poſſint Catholico ritu ſacra fieri: quæ tunc ibidem procurabat Sacerdos, fidei orthodoxæ zelator egregius idemque ſacræ Theologiæ Doctor, Venator nomine. Ut autem ex commendatione P. Viti Erbermanni noſtri, celebris in Herbipolenſi Academia Doctoris, agnovit hoſpites qui & unde eſſent; non modo per dies aliquot benigne habuit, ſed tota deductis urbe ſacra profanaque ædificia celebriora fecit pateſcere, nec niſi cum litteris ſuis diſcedere voluit, per quas Elingæ innoteſcerent Provinciali Teutonici Ordinis Commendatori, ſuam iſtic ſedem ſpatioſam habenti: ne opus foret Sociis ad hoſpitia hæreticorum divertere.

86 Abeuntes Elinga proſecutus in rhedis eſt honoratus nobilium ex ea familia comitatus, donec tranſito Weiſſenburgo per ditiones Catholicorum Eyſtadium abirent. At die 22. menſis, perluſtrata Academiæ Ingolſtadienſis ab antiquis libris inſtructiſſima Bibliotheca, inſpectoque Neoburgo, Auguſtam-Vindelicorum perventum eſt; ubi S. Udalrici Abbas, cum omnia templi

Digitized by Google

ſacra perhumaniter ſpectanda exhibuiſſet, ex ampliſſimo Mſſ. Codicum theſauro vetus Martyrologium, quo egebant ſolo, deſcribendum conceſſit. Abſtinuere deinceps Socii a viſitandis Principibus: quod eorum officioſa humanitas non modicam itineri moram injiceret, nec intento fini magnopere commodaret. Ergo Monachii, quo fuerant Septembri exeunte appulſi, ſatis habuerunt Peutingeri Bibliothecarii beneficio impetraſſe inſpectionem codicum Mſſ. quos electoralis Bibliotheca Græcos Latinoſque multos exhibuit; & Oenipontı domeſticum palatii Archiducalis Muſæum, remiſſoque ad ſuos Gamanſio, Octobri ineunte, Monachio Ebersbergam avecti, crebro iter fecere pedites, jumento uno ſarcinario bajulove viæ duce contenti. Ita per Tyrolim progreſſi ſunt donec Oenipontem pervenere; ubi tranſcendarum Alpium difficultas animo apprehenſa rhedam ſuaſit uſque Tridentum conducendam: quam tamen minime neceſſariam fuiſſe, oſtendit mox hoſpitiorum commodiſſimorum ad ſingula fere milliaria occurrentium frequentia, per quam fieri potuerat, ut nullum eſſet iter commodius expeditis peditibus quam Alpeſtre illud. Tridenti continuæ pluviæ & navigia tumenti nimium Atheſi non audentia ſe committere, invitos hebdomade integra detinuere; nullo fere alio fructu, quam qui ex domeſticorum profuſa caritate, & temporis diuturnitate aucta potius quam imminuta, perceptus jucundiſſimus eſt.

87 Tandem detumeſcentibus aquis, die 22. Octobris Veronam defluxere in rate, ubi ex Cherubino Lazaroni ad S. Zenonem Priore Benedictino, nonnullus litterarius fructus eſt: non tantus Vicentiæ Patavique, quamvis antiqua utrobique monaſteria, & multorum Sanctorum præclaras reliquias non inutiliter viſitare licuerit. Deerant nempe Manuſcriptorum monumenta, quæ Venetiis demum copioſe reperta, potiſſimum in illuſtri S. Marci Bibliotheca: ubi ad inſtitutum facientes fuere Græci Codices, a Cardinali Beſſarione Reipublicæ legati, ex quibus Aloyſius Lipomanus hauſit varias Sanctorum Vitas, quas e Græco converſas Latine vulgavit: quaſque indidem, ſi opus foret, deſcribendas diligenter Bollandus monuerat: quod ut liceret videre favore illuſtriſſimi Condolmerii, per uxorem e Belgio ductam conciliati, obtinuere; ejuſdem etiam domeſtico Sacerdote ad ducatum, cymba ad iter continuo per urbem uſi, nec non ad S. Georgii-majoris monaſterium celebre, ubi haud parvi momenti Mſſ. examinanda fuere.

88 Decem dies Venetiis acti in ſacram omnem antiquitatem, Reliquias, monumenta inquirentibus; per librarias etiam officinas inveſtigantibus, num quid ad rem pertinens continerent: atque ita primi collecti ſunt fructus, quos cum aliis libris Vicentiæ & Patavii comparatis mari in Belgium ex Italia advectos, Bollandus excepit a Sociis; his poſtea acceſſerunt alii duo librorum eodem ſpectantium faſces, Bononia Anconaque ſubmiſſi. Et Bononiam quidem haud ante diem 13. Novembris pervenere, Ferraria ex itinere luſtrata. Bononia Imolam, Imola Faventiam itum Æmilia Via, per quam porro rectum iter licebat tenere Ariminum verſus, ſed Urbis Ravennenſis antiquitas, & Sanctorum, quibus ornatur, multitudo perſuaſit ut eo deflecterent, & triginta Italica milliaria uno hiemali die pedites perambularent. Labori fructus ſuus ſtetit: Illuſtriſſimus enim Archiepiſcopus & Princeps Lucas Torrigianus, vir librorum ſcientiarumque amantiſſimus æque ac peritiſſimus, poſtquam curioſiſſimæ Bibliothecæ ſuæ oblato uſu hoſpites recreaſſet, magis etiam recreavit ſubmiſſis ex metropolitico Archivio monumentis omnibus Mſſ. ad Sanctos Ravennates pertinentibus, quæ injuria temporum reliqua fecerat? Quibus excuſſis, & quantum opus fuit tranſcriptis, in Æmiliam regreſſi ſunt viam, & Forum-Livii atque inde Cæſenam tenuere, hoſpitalitate Celſi Roſini in vicino S. Crucis monaſterio, Abbatis hoc loco memorandam. Tum Ariminum locupleti Bibliotheca inſtructum, Piſaurum, Fanum, Seno-galliam, ac demum Anconam pervenere ipſis Kalendis Decembris: ubique ſcrutantes, ubique colligentes, quibus Magiſtrum ſuum Bollandum locupletarent.

89 Ancona Auximum, Auximo Lauretum iter fuit, de quo infra pluribus: inde Recineto, Macerata ac Tolentino Fulginium, ad Ludovicum Jacobillum, Scriptorem de Sanctis Umbriæ nobilem & Bollando amiciſſimum: Sed cum is abeſſet ab urbe, ſatius viſum eſt tantiſper Aſſiſium, Peruſiumque excurrere, facili peditibus per frigus itinere. Peruſio non abſque fructu reduces, reperere virum humaniſſimum, & tamdiu hoſpitio ejus uſi ſunt, dum excurrerent omnia de Sanctis monumenta, quibus, ex tota Umbria Picenoque collectis, multis annis fuerat uſus ad ſuorum librorum confectionem. Quid eſſet ex iis deſcribendum cum annotaſſent, totam eam curam ſuſcepit in ſe officioſiſſimus hoſpes, & deinde, partim ſua, partim amanuenſium opera, prompte ac liberaliter explevit, magno talium Scriptorum faſce poſt menſes aliquot Romam miſſo, quorum frequens deinceps mentio incidet, cum commendatione debita viri tam bene de Actis Sanctorum meriti. Placuit exinde pedeſtri, ut ante hac fere per Apenninum itinere & diverticulo per montem Falconis facto, ad S. Claræ incorruptum corpus reverenter ſpectandum, abire Spoletum. Ibi conducti Romam equi ſunt; ne alibi quam in Alma Urbe natalitia feſta agenda eſſent. Ita feliciter viæ terminum Socii tenuere, atque in complexum venere operum ſuorum ſtudioſiſſimi, Patris noſtri Adm. Reverendi Goſwini Nikel, & optatiſſimorum pridem amicorum: qui veluti ſi Bollandum ipſum tenuiſſent, nullum prætermiſere officii genus, quo crederent ejus rebus ſe poſſe commodare,

C A P U T XV.

Ingentes in Urbe fructus collecti a Sociis Bollandi, Pontificio favore inſigniter adjutis.

90 UT Socios Bollandi veniſſe Romam, ad colligenda Sanctorum Acta, vulgavit fama; poſt primos ſalutationum ac viſitationum reciprocarum æſtus; non ab iis tantum, quos vel ex litteris ſuis vel ſcriptis noverant; ſed etiam a pluribus eatenus ignotis conventi ſunt, ſuos vel alienos codices Mſſ, ac Bibliothecas offerentibus. Horum præcipui fuere Joannes Mari, S. Angeli in Piſcina Canonicus, copioſam domi collectam habens ſacrorum monumentorum farraginem: Joſephus a Coſta vir clariſſimus, Cardinalis quondam S. Severinæ nepos & multorum ejus Codicum Mſſ. hæres: Ferdinandus Ughellus, Ss. Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas-ſalvias Abbas Ciſtercienſis, Auctor Italiæ ſacræ tomis novem vulgatæ; cujus tanta erga hoſpites liberalitas ac pene prodigalitas fuit, ut cum duo ingentia collectaneorum volumina iis traderet examinanda, ipſique facultatem peterent deſcribendi quæ vellent: Non deſcribenda, inquit, ſed habenda trado; quando iis ego jam uſus abunde ſum, & omnia Bollandi meritis inferiora exiſtimo. Felici profecto meſſis ampliſſimæ omine in dominatrice urbe faciendæ: excepta enim ex his duobus voluminibus ſunt plus quam ſexaginta Sanctorum Acta, necdum alibi reperta. In quibus ſic ultro & abſque tranſcribendi onere datis, cum diu laborandum non eſſet, factus eſt ad Barberinianam & Vallicellanam Bibliothecas tranſitus; inducentibus in iſtam ipſo Eminentiſſimo Cardinali Franciſco, in hanc religioſiſſimo atque officioſiſſimo viro Franciſco Marcheſio, Romani Oratorii Presbytero; qui ſuis omnibus Superioribus Sociiſque opera P. Bollandi ſtudiaque commen-

Digitized by Google

mendans, quanto ea Romæ ſucceſſu promoverit, haud facile poterit æſtimari; cum non alienam, ſed propriam rem agere, & quidem unice videretur.

91 In utraque porro, quam laudavimus, Bibliotheca, brevi reperta materia eſt tam copioſa, ut pluribus ſimul amanuenſibus per menſes aliquot occupandis ſufficeret: curatumque fuit ut quos opus eſſet, accipere codices, eos ad tranſcriptionem commodiorem ſecum auferre poſſent Bibliothecæ Vaticanæ uſus, Holſtenio mortuo & alio necdum ſuffecto, impeditior erat. Igitur conſilium ſuſcepere Socii Neapolim excurrendi, partim, ut illic quoque venarentur Sanctorum geſta, ſi qua adhuc reliqua fecerat noſtrorum iſtic, imprimis piæ memoriæ P. Antonii Beatilli, accuratiſſima diligentia: partim ut Caſinenſem MSſ. Codicum Bibliothecam luſtrarent, cujus pars major Longobardicis exarata characteribus difficulter alienis oculis poterat examinari. Probavit conſilium R. P. N. Generalis Nikel, probavit Cardinalis Barberinus, & ipſe Monaſterii Abbas Angelus de Neapoli: litteraſque commendatitias ſinguli mox expediendas curarunt, quarum auxilio & prævolante Neapolim P. Bollandi fama relatus eſt non pœnitendus fructus ex Clericorum Regularium, qui Theatini dicuntur, inſigni ad Sanctos Apoſtolos Archivio; quod Antonius Caracciolus, Neapoli ſacræ ſcribendæ intentus, collectis undique monumentis locupletarat. Caſini vero tantum repertum eſt & duobus diebus adnotatum, quantum Scriptor unus, Longobardicorum characterum peritus eo deinde Roma ſubmiſſus, non potuit niſi menſe integro tranſcribere: Ne autem graves viderentur ſumptus huic excurſioni impenſi, magnifica Dominorum de Roomer & vanden-Eynden, Mercatorum Belgarum, liberalitas effecit.

92 Eſt autem minime prætereundum hoc loco, quod noſtri Neapolitani, quibus antiqua & magna cum Bollando intercedebat conſuetudo obſequiorum & litterarum, ut ſuum erga ipſum affectum in colendis honorandiſque ejus Sociis demonſtrarent, non contenti caritate maxima, qua ipſos per ſeptem ſua domicilia deduxere, effecerint per quoſdam Illuſtriſſimos amicos & apud Archiepiſcopum Cardinalem Philomarinum potentes, ut quæ ſolis fere ſupremis Principibus eorumque Legatis aut Ordinum Religioſorum Generalibus fieri conſuevit gratia, ea ipſis fieret in exhibendo S. Januarii cruore, ad objectum Capitis colliqueſcente ebullienteque. Allegabant ſiquidem P. Bollandi merita, cujus nunc Socii advenissent, futuri fideliſſimi teſtes tam inſignis evidentiſque miraculi in libris (quos ideo allatos ſuæ Eminentiæ commonſtrabant) ſi quidem haberentur digni ſuis illud oculis uſurpare. Annuit his intellectis Cardinalis, & conceptæ ſpei ſucceſſus reſpondit (quantum arbitrari ſæpius experti poterant) feliciſſimus. Etenim poſtquam majoris campanæ ſolenni tinnitu ſignum civitati ampliſſimæ datum fuiſſet, exponendarum ſpeciali ex cauſa Reliquiarum, atque in rheda cujuſdam Marchionis, cum multo Patrum noſtrorum comitatu, deducti fuiſſent ad templum Cathedrale & ſumptuoſiſſimum Patronorum urbis ſacellum; ante omnes (qui plurimi confluxerant, & in his ipſe Frater Cardinalis ex Ordine Capuccinorum cum multis ſuis Religioſis) accedere juſſi ſunt poſt altare, ubi intra eamdem arcam tenui aſſerculo diviſus a Capite Sanguis ſervatur. Contemplati itaque eum ſunt intra phialam per grumos concretum, ac fere inſtar arenæ humidioris. Deinde vero ſuper altare allatum cum Capite prædicto, mirati ſunt colliqueſcentem paullatim, ac demum efferveſcentem in bullas, & totius pene phialæ implentem ſpatium, cujus dimidium dumtaxat antea occuparat. Denique, ſublato Capite, rurſum viderunt ad priorem reverti conſiſtentiam quantitatem: prout ad perpetuam rei memoriam ibidem mox deſcriptum in libro fuit, una cum Sociorum Bollandi nominibus, quibus is favor cenſebatur divinitus eſſe indultus, coram hominibus deputatis ex Clero, ſenatu, Populoque, nam penes eorum ſingula Collegia claves ſacrarii iſtius ſunt.

93 Februarii dies 19. fuit, cum Roma Neapolim verſus abirent: 20. Martii, cum rediere ad amplexum veterum, & tunc pariter Romæ præſentium amicorum Aimerici Bigotii V. CL. cujus rurſum infra occurret mentio, Julii Blumii Electoris Moguntini ad Pontificem Ablegati, & Erneſti Haſſiæ Landtgravii: quorum hic ſuus ad Rhenum hoſpes, iſte itineris Venetiis Bononiam uſque comes, uterque P. Godefrido amiciſſimus. Interim litteras Bollandus acceperat, quibus ſpem faciebant Socii celeris ante æſtivos calores reditus: ſiquidem poſt Barberinianam ac Vallicellanam Bibliothecas nihil magnopere reſtare credebant præter Vaticanam: & in ea quoque ſperabant ſe poſſe haud multo tempore expedire quidquid agendum foret. Sed ut eos fefellit opinatio ſua, ſic Bollandum concepta ſpes reviſendorum eodem anno Sociorum: non pauca enim in utraque jam nominata Bibliotheca reſtare deprehenſum eſt accuratius ſcrutantibus. Adhæc intacta manebat Ducis Altempſii illuſtriſſima Bibliotheca, nec non baſilicarum Lateranenſis, Liberianæ, Tranſtiberinæ & Vaticanæ Archivia, ex quibus relata ſunt poſtmodum monumenta nec numeri nec pretii contemnendi: introducentibus ad hæc quidem præcipuis dictarum Baſilicarum Canonicis, ad iſtam vero R. P. Aloyſio Spinola, tunc Germanici Collegii Rectore, nunc S. D. N. Clementis Papæ IX. Confeſſario, poſtquam per litteras ad Ducem, tunc forte abſentem, datas impetraſſet Sociis inſpiciendi deſcribendique facultatem. In Vaticana vero Bibliotheca latebat laborandi materia, quanta via ante Octobrem menſem potuit exhauriri, ac ne exhauriri quidem: relictum eſt enim in quo Græcus iſtius Bibliothecæ Scriptor, vacuus ab officio horis, id eſt, majori diei parte, laboraret tranſcribendo, toto poſtquam inde abierunt Socii quadriennio: nec adhuc labor ei omnis finitus eſt.

94 Et hujus quidem accurationi Scriptoris (cui Laurentio Porcio nomen, titulus Abbatis) propter ſingularem Græcæ linguæ peritiam & uſum codicum antiquorum fidere ſe poſſe credebant Socii, neque operoſius relegenda quæ ille tranſcripſiſſet. Aſt ab aliis quinque vel ſex, qui in Latinis Actis mercenariam exercebant manum, uti pretio ſic & peritia multo minori ſcripta, recenſenda ad textus originales fuerunt omnia. Quo fiebat, ut cum a prima in ſeram lucem aliud fere nihil agerent quam ſcripta relegere, vel ſcribenda diſponere; vix tamen his ſufficeret tempus, nedum negotiis aliis, litteriſque in Belgium & per Italiam dandis ad eos, qui morantibus Romæ Sociis ſubmiſſuros ſe promiſerant, quæ illi in itinere annotarant. Et tamen præveniebant ipſi communem ſurgendi horam, ut Sacris ante lucem perfuncti, expeditum haberent ſtudiis ſuis urgendis diem. Quorum quia tantus exiſtebat fructus, ferebat patienter moram Bollandus, eoque libentius etiam patiebatur abeſſe, quod per æſtivos calores ſciret fieri non poſſe, ut abſque evidenti vitæ diſcrimine Roma excederent. Deinde cum Romæ eſſent convocati ex omni Europa ad Generalem Congregationem Patres, operæ pretium erat cum iis, quorum Provinciæ adiri non poterant, ſtabiliri amicitiam, ad promovenda per ipſos Sanctorum Acta neceſſariam: eventuſque docuit ingentes in eo conſilio concluſas fuiſſe utilitates.

95 Ceterum ut a fructibus ex ipſa Urbe relatis non abeamus longius, operæ pretium eſt intelligere, quod (poſtquam in Belgium rediere Socii, & vacavit inire rationem reportati lucri) invenerint Sanctorum, quorum antea ſola nomina norant, & plurimorum ne nomina quidem, Acta, toto hoc itinere reperta, ad mille accedere; eoque numero non comprehendi alia quadringenta, de quibus aliqua quidem habebant, ſed hac occaſione nacti ſunt ſinceriora & antiquiora, vel eodem ſpectantes inven-

ventionum, translationum, miraculorum hiſtorias: eo item numero non comprehendi plurimos, quorum ex MSS. Græcorum Menæis & Latinorum Martyrologiis hactenus proſus deliteſcens eruta notitia eſt, cum aliqua vitæ vel paſſionis epitome. Atqui tantæ multitudinis pars longe maxima ex Romanis vel Bibliothecis vel archivis vel amicorum ſcriniis collecta eſt; ſic ut ſeptingenta Acta facile in ſola urbe Roma cenſeantur reperta. Quod autem reperiri, &, cum reperta fuerunt, haberi potuerunt, nulli magis eſt acceptum referendum quam primo Chriſtiani orbis Capiti, cujus exemplum ceteros animavit excitavitque. Supra omnes enim ejus ſe erga Bollandum illiuſque ſtudia benevolentia extulit: quippe qui præter alia jam alibi relata, ut primum de conſilio tranſmittendorum in Italiam Sociorum inaudivit, continuo per Illuſtriſſimum Ferdinandum Furſtenbergium, tunc intimum Cubicularium ſuum, nunc Paderbornenſem Epiſcopum & S. R. Imperii Principem, ſcribendum curavit, expectatiſſimum ſibi fore eorum adventum, quibus ad promovenda cœpta omnem eſſet opem ſavoremque impenſurus.

96 Neque ſane minus quam promiſerat fecit: ſtatim enim Illuſtriſſimo Vaticanæ Bibliothecę Cuſtodi Lucę Holſtenio, S. Petri Canonico, in mandatis dedit, ut ſublata cujuſvis excommunicationis interminatione, qua fere adſtricti pulpitis ſuis Romæ detinentur libri, non modo Vaticanos omnes Codices MSS. qui de Sanctis agerent; ſed cetera omnia totius Almæ Urbis MSS. venturis P. Bollandi Sociis ſciret eſſe permiſſa; ipſiſque curandum, ut ea inſpicere omnia, & commode cum vellent, tranſcribere poſſent. Amabat pridem Bollandum Holſtenius, & opera ejus faciebat permagni: itaque mandatum Sanctiſſimi tanta excepit promptitudine, tam propenſo affectu tum ipſis tum aliis ad ſe accedentibus indicavit; ut in eo homine magnam Socii ab initio ſpem reponerent eximii fructus non admodum magno labore ac tempore colligendi. Jam enim oſtentabat Græcarum Vitarum catalogos, quos nunc primum in ipſorum adventum excogitatos parabat, ne nimium in quærendo & Codices omnes a capite ad calcem evolvendo, laborarent. Sed placuit Deo, vitæ humanæ ac mortis arbitro, ut quibus ille tam liberaliter præparabat obſequium ſuum, ab iis acciperet ipſe extrema Chriſtianæ caritatis officia, per triduum quo diſponebatur ad mortem, inter ipſorum manus preceſque obeundam; ſolis illis Sacerdotibus extremo hoc in articulo utens, quamvis officii cauſſa etiam Cardinales accederent. Quin & eorum manu ſcribi voluit extremas tabulas, quibus ultimum diſpoſuit de manuſcriptis, aut æque ac manuſcripta æſtimandis libris; de ſingulis ſigillatim notari jubens, quos, quibus legaret. Præterea ſubſcriptam a ſe fidei catholicæ Romæ formulam (quam Reginæ Sveciæ eamdem profeſſuræ ipſe Pontificis nomine Oeniponti excepturus paraverat, & tunc mutatis mutandis aptaverat ſibi) eorum quoque nominibus ſubſcribi petiit, tamquam teſtium ad eam rem advocatorum. Quæ poſtquam peregiſſet omnia, & his agendis pia ex ipſorum præſcripto ſuſpiria deſideriaque ad camandas in æternum Dei miſericordias miſcuiſſet, tandem in Dei manus tradidit ſpiritum, Purificatæ Virginis feſto die, pridie S. Anſcharii, quibus erat pientiſſime devotus; huic ut patriæ ſuæ Archiepiſcopo, iſti ut Catholicorum omnium matri, quibus ſe ab avitis Lutheraniſmi erroribus abductum, gaudebat eadem opitulante adjunctum. Obiit autem, ut placidiſſime vixerat, placidiſſima morte: quam qui præſentes ſpectabant adjuvabantque Bollandi Socii, merito ſenſere ut ſecurim ſpei ſuæ injectam.

97 Per menſem interim Januarium, dum vitæ mortiſque dubius langueret Holſtenius, ac lenta ſine ſenſu phthiſi conſumeretur, nec multum hoſpitibus poſſet in Vaticana Bibliotheca commodare, intellexerunt ipſi apud Patres Congregationis Oratorii S. Mariæ in Vallicella, magnum Latinorum Actorum ſervari theſaurum, a Baronio ejuſque in ſimili ſtudio Sociis collectum. Hujus cum uſum liberiorem adipiſci Sanctiſſimi Domini commendatione optarent; eum ipſis benigne præſtitit per Illuſtriſſimum Spadam, Noſocomii S. Spiritus in Saxia Priorem ex eadem Congregatione aſſumptum; efficaciſſimis verbis teſtatus, ſe eam omnem humanitatem, quam P. Bollandi Sociis exhiberent ac porro eſſent exhibituri prædicti Patres, habere habiturumque velut ſuis impenſam obſequiis. Quod palam omnibus enuntians Spada, ad tantum erga hoſpites favorem animos inclinavit univerſorum, ut plus quam liceret ipſorum cuiquam illis concederent; permittentes ad commodiorem deſcriptionem domum efferri Manuſcripta quæcumque, & amanuenſibus traderet habitique exinde apud eos ſunt velut domeſtici, quandoque etiam lauto prandio recreati. Quibus de rebus monitus ex Urbe Bollandus, ut iis ſe gratum exhiberet, R. P. Præpoſito eorum Hieronymo Barnabæo ejuſque ſubditis exaravit epiſtolam; cujus ideo ſubiiciemus exemplum, ut ſpecimen ſit aliarum ab ipſo ſimili occaſione ſcriptarum, & teſtimonium gratitudinis, quam ſuorum ſtudiorum Fautoribus exhibebat. Ita ergo ſcripſit.

98 *Sanctitatis ac doctrina ſplendore Eccleſiam Dei a Vobis mirifice illuſtrari, non Alma Urbs ſolum omniſque Italia, ſed univerſus prædicat quaqua patet orbis Chriſtianus. Quæ duo decora Congregationis veſtræ cum reverenter ſuſpiciam, tum illam potiſſimum ſingularem benevolentiam colo, qua Patres Godefridum Henſchenium & Danielem Papebrochium, meos in pervestigandis Actis Sanctorum edendiſque in lucem adjutores, complexi eſtis. Neque enim ſolum in luculentiſſimam Bibliothecam veſtram admiſiſtis, poteſtate facta, quæ nobis deeſſent, e locuplete MSS. codicum penu depromendi; ſed tanta id præſtitis caritate, ut de ea omnibus fere hebdomadis jam prope a trimeſtri magna grati animi ſignificatione ad me ſcribant. Ea nempe inter magnum parentem veſtrum S. Philippum Nerium & Beatum Fundatorem noſtrum conjunctio animorum fuit; cujus ad vos manavit hæreditas. Nobis quoque diligens ſane danda eſt opera, ut ei reſpondere valeamus. Quamobrem præter preces, quas ad Deum, & Sanctos pro veſtra incolumitate quotidie fundemus, præterque paratiſſimam voluntatem ad omne, quod acceptum vobis fore ſentiemus, obſequium; efficiemus ut qui noſtra legent, ii quæ ex veſtris fontibus hauſerimus, & quam propenſa veſtra voluntate intelligant; tum ex generalibus ſingulorum menſium præfationibus, tum ex particularibus prolegomenis ad Vitas eas quas e Veſtris codicibus deſcripſerimus. Quia vero divina illa caritas veſtra & norma nobis erit, ad quam conformare officia noſtra nitamur; & ſtimulus, qui alacritatem in nobis excitet ad impendenda, quæ debere fatemur, obſequia: obteſtor ego Te, R. P. Præpoſite, Voſque Religioſiſſimi Patres, ut materiam, in qua vobis deſerviamus, imperetis. Atque illud adhuc beneficium poſtulo, ut qui nos ita omnibus officiis devinxiſtis quique duobus illis Patribus, Sociis meis, præclara virtutum exempla præbuiſtis, gratiam nobis a Deo precibus veſtris ſanctiſque deſideriis impetretis, quo Actus illuſtres, quos conquirimus, Sanctorum imitemur, atque ego comprimis, qui hoc etiam nomine eſſe æternum cupio*

Reverentiarum Veſtrarum

humillimus in Chriſto ſervus

Joannes Bollandus.

99 Altera vice, cum iidem Patres, quibus tanto operoſe gratias agit Bollandus, impenſæ ſibi a dicti Oratorii Patribus benevolentiæ teſtes ad ipſum Pontificem acceſſiſſent; ipſiſque hoc nomine, velut amicitiæ tam bene coalitæ conciliatori, egiſſent gratias; non modo oſtendit Sanctiſſimus Dominus id ſibi accidiſſe gratiſſimum, ſed etiam accedenti eodem die ad pedes

ſuos

Digitized by Google

ſuos prænominato Illuſtriſſimo Spadæ, tanta energia verborum idem teſtatus eſt, ut manifeſtum faceret, Bollandi ſtudia laboreſque, inter graviſſimas ſuas ac publicas curas, non infimo in loco ſibi ac pretio eſſe; ipſique Oratorii Patres, eo intellectu, ſummopere lætarentur, hanc ſe demerendi Sanctiſſimi Patris nactos eſſe occaſionem, & cumulate offerrent omnia, quæ poſſent a ſe quomodocumque præſtari.

CAPUT XVI.

Pontificis favores alii, & præcipuorum S. R. E. Cardinalium: eorumque de Bollandi operibus æſtimatio.

100 Satis ea, quæ hactenus adducta ſunt, propenſum erga Bollandi ſtudia Pontificis animum declarare poſſunt: lubet tamen adjungere etiam haud minus illuſtria ejuſdem affectus argumenta. Primum fit, quod ſub adventum Sociorum in Urbem, inter podagræ dolores cum R. P. Joanne Paulo Oliva, tunc Concionatore ſuo, agens de hoſpitibus Belgis, dolenſque quod affixus lecto non poſſet eos, ſic ut optabat, ad ſuum conſpectum alloquiumque admittere; ex abundantia caritatis dixerit, credere ſe quod non magis illi ad ſe Pontificem videndum anhelarent, quam ipſe eos videndi audiendique deſiderio teneretur. Cui rei, oblata commoditas idonea eſt ea Dominica, qua feſtum Purificationis ſubſequente ab eorum templorum domorumque Procuratoribus, qui Papam Patronum immediate agnoſcunt, honorarias candelas ſolenniter accipiebat. His enim longo ordine prægreſſis, & celerius ſolito ablegatis, hoſpites Belgas longo detinuit alloquio, ab iis exorſus verbis, quæ ſupra retulimus, de Bollando numquam a ſe viſo, ſæpe per litteras convento. Quæſivit deinde, *an ideo veniſſent Romam, ut aſſiſterent morienti Lucæ Holſtenio, viro docto, homini pio, cui difficulter in utroque genere parem, & erga exteros undique advenientes tam officioſum Bibliothecæ Vaticanæ ſucceſſorem inveniret*. Ingemuerunt illi ad amici optimi recordationem, eo ſibi acerbam magis, quod fructuum Romæ colligendorum præcipuam ſpem, in ejus benevolentia & inſigni rerum codicumque notitia collocatam, per ejus mortem ex improviſo amiſiſſent. Sed conſolatus mœrantes filios optimus Pater eſt, affirmavitque ne ſic quidem aliquid defuturum ipſis; quando ſui eſſe officii æſtimabat ad talis operis promovendam molitionem, omnes, qui conferre poſſent aliquid, ſi minus ſua ſponte voluntarii eſſent, efficere auctoritate propria voluntarios: pergerent modo magnis animis urgere cœpta. His aliiſque per horam integram affectuoſe dictis, & viciſſim quæ dicerent ipſi benigniſſime auditis, a ſe dimiſit optime animatos; atque in receſſu admonuit, ut per P. Franciſcum Vekenum, notum jam olim Bollandi amicum, audacter ad ſe fidenterque recurrerent, quoties favore ſuo egerent.

101 Rurſum cum perluſtratis novem menſium ſpatio omnibus Urbis Bibliothecis archiviſque, acturi pro exhibitu favore gratias acceſſiſſent, & ante ſacros proſtrati pedes, ad figenda iiſdem Bollandi nomine extrema oſcula, ſupplicarent, ipſi atque ſibi bene ut precaretur Chriſti Vicarius; juſſit eos in pedes aſſurgere, atque ad interius conclave familiarius ſecum ingredi; ubi & ipſis ſingulis nummum tradidit ſua inſignem effigie, perennaturi favoris pignus & teſtem P. Bollando deferendum, atque per ſeſquihoræ ſpatium cum iiſdem inambulans libenter audivit, ubi & per quos potiſſimum fuiſſent adjuti. Imo non nemini miniſtrorum ſuorum moroſitatem, ob quam coacti fuerant aliquoties pro remedio ſupplicem libellum offerre, molliſſime excuſavit, effecitque ut deinceps non ipſi tantum, ſed deſignatus quoque ab eis ſcriptor Græcus, poſt ipſorum diſceſſum efferre domum poſſet e Bibliotheca Vaticana, quoſcumque codices eorum nomine poſtulaſſet, ad deſcribenda ex iis Sanctorum Acta, juxta catalogum hunc in finem relictum: exemplo numquam uſurpato, aut ſaltem nemini alias tam ampliter indefiniteque conceſſo. Neque utendo privilegio impedimentum attulit decretum in Congregatione Conſervatorum Bibliothecæ non diu poſt conditum, quo ſanciebatur, ne cui quacumque ea licentia liceret retinere libros e Bibliotheca acceptos ultra diem decimum quintum. Cum enim ſollicitus Illuſtriſſimus Allatius, ne vel rebus P. Bollandi incommodaret, jubendo intra dictum terminum referri libros prædictos; vel ſuam poteſtatem excederet, diuturniorem uſum indulgendo; de ſua perplexitate ad Pontificem retulit: hic autem reſpondit in præſenti caſu ſic explicandum videri decretum, ut libri debeant intra decimum quintum diem referri, non tamen primum aut ſecundum aut tertium: ſed toties quindecim replicandos eſſe dies, donec eſſet P. Bollandi Sociis ſatisfactum. Innuens vultu ſubridenti, ſi refigenda lex foret, ejus cauſſa refigendam eſſe: qui ut aliorum omnium, Vaticanis libris uti volantium, excedebat merita, ſic nec comprehendi deberet lege aliis omnibus lata. Quod intelligens Allatius, ſimulque gratiſſimum Pontifici ſe facturum, ſi Bollandi ſtudia, quantum in ſe erat, foveret niteretur, ad cumulum benevolentiæ nonnullas Sanctorum Vitas Latinas a ſe ex Græco factas, ultro obtulit donavitque.

102 Denique cum iidem jam Florentiam digreſſi, iſtic quoque in monaſteriis nonnullis inveniſſent libros, quos nefas eſſet ſub excommunicationis pœna locis ſuis efferre, idemque in pluribus Italiæ locis ſibi obventurum intelligerent; denuo ad Sanctiſſimum Dominum recurrentes, ſupplicarunt, ut ſibi de aliquo Brevi Apoſtolico contra ejuſmodi clauſuras proſpicere, eaſque ſolvere dignaretur. Fecit autem abſque mora quod rogatus fuerat; & quidem, ut ex ore ipſius ad Bollandum ſcripſit Vekenus, libenter fecit tenore ſequentium litterarum, inſcriptarum.

Godefrido Henſchenio Societ. Jeſu Presbytero.

Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut nobis exponi feciſti, tu componendo & in lucem ad publicam militatem edendo ingenti opere de Actis Sanctorum, una cum dilecto filio Joanne *Bollando Presbytero Regulari Societatis Jeſu, des operam: eaque de cauſſa multis codicibus manu exaratis, qui in variis Bibliothecis & archiviis extra almam Urbem noſtram exiſtentibus, aſſervantur, opus habeas; verum per varias ordinationes Apoſtolicas ſub diverſis pœnis prohibitum reperiatur, ne dicti codices commodentur, ſeu ex Bibliothecis & archiviis hujuſmodi reſpective extrahantur........ Nos te ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volentes .... Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus & indulgemus &c.*

Quin & revertentes in Belgium Socios pari proſecutus caritatis affectu, gaudebat de eorum ſucceſſibus ſæpius interrogare prænominatum Vekenum, ad quem ipſi litteras frequenter dabant; & reverſis per eumdem gratulatus eſt reditum, benigneque tum ipſis, tum ipſorum Magiſtro Bollando largitus eſt indulgentias, in honorem S. Franciſci Saleſii, Gebennenſis Epiſcopi Divorum Albo recens adſcripti, a ſe conceſſas; quas ipſi in pios fideles, & potiſſimum in ſui operis fautores adjutoreſque, diſtribuerent; ad calcem libelli ſupplicis, hac ſuper re ſibi a Confeſſario ſuo R. P. Joanne Baptiſta Cancellotto oblati, manu propria adſcribens; quantum earum numerum

merum unicuique ipſi tum diſpenſandum concrederet.

103 Conſonum porro naturæ eſt ac rationi ut capitis ſenſum ſequantur membra, Pontificis exemplum Cardinales ejus: faverunt autem Bollandi Sociis certatim etiam ipſi, quotquot ab eis accedebantur, credita in aliquo poſſe prodeſſe. Ex his Franciſcus Barberinus S. R. E. Vice-Cancellarius, eos præ Abbatibus aliiſque ſimili in dignitate viris, admittebat ad audientiam; in conclave interius introducebat, loquebatur prolixe propenſeque de ſtudiis eorum, educebat ad ſcalas uſque ſuarum ædium, nec niſi in rheda ſua volebat abire; eamdem quoteſcumque voluiſſent uſurpabat utendam, niſi aliam ipſi conſuetudinem ſuam eſſe excuſarent; & omnes ampliſſimæ ſuæ Bibliothecæ libros, quamdiu & quomodocumque egerent, ſeu ſcriptos manu ſeu typis excuſos, eiſdem permittebat. Quin & Caſinenſibus monachis, quorum erat Protector, & aliis humaniter commendavit per litteras: effecitque ut ex monaſterio Cryptæ-ferratæ concederetur ipſis pars æſtiva Menologii Græci, juſſu Baſilii Imperatoris Porphyrogeniti compilati, ut inde deſcribendum curarent Martium: cujus non exiguus deinde uſus fuit in illo menſe perficiendo. Denique luculentiſſimis ſignis demonſtravit ubique cordi ſibi eſſe Bollandi memoriam & pridem animo altæ impreſſam: ubi vero mortuum intellexit, præſetulit ſenſum iſti ſuæ de viri meritis æſtimationi parem, & noſtro in urbe pro Flandrobelgis Pœnitentiario, Carolo Alexandro a Mandeuſcheidt, exaggeratiſſimis verbis declaravit.

104 Cardinales etiam Brancaccius & Sforza ad ſuas Bibliothecas ultro acceſſivere prædictus Bollandi adjutores, in iiſque monſtravit alter Sanctorum Januarii ac Februarii Acta magno a ſe haberi in pretio: & alter quidem non abſque aliquo ſenſu ſuo intellexit, inter multa ſita cariſſima MSS. pauca admodum eſſe, quibus deſcriptis opus haberent, propterea quod ea jam fere alibi repeperiſſent. Nam quemadmodum antiquos numos colligentibus accidit, ut principio quidem apud omnes ejuſmodi raritatum propolas multos inveniant, quos velint comparatos; ſerius vero utcumque jam inſtructis, non niſi paucos hinc inde, eoſque rariores: ita etiam ipſis contingebat poſt tot annorum diligentiſſimam conquiſitionem, & Vaticanam, Vallicellanam, Barbarinianam in Urbe Bibliothecas excuſſas, pauca admodum occurrere apud alios, quæ vel jam antea non haberent Antuerpiæ, vel tot menſium ſpatio Romæ non repeteriſſent. Cardinalis præterea Azzolinus, negotiorum Sereniſſimæ Reginæ Chriſtinæ, dum ea apud Suecos ſuos abeſt, curator in Urbe, omnia illius MSS. quibus tunc locos in novo palatio parabatur, magna exhibiturus alacritate, ſua ipſe in rheda aliquoties deduxit Patres ad ea inſpicienda. Intellexerat enim quomodo ipſa Regina, antequam tranſiret in Italiam, profitendæ fidei Catholicæ cauſſa, ad plures menſes ſubſiſtens Antuerpiæ, quo miſerat inſtructiſſimam Bibliothecam, pleniſſimam Bollando facultatem dediſſet ea utendi; qui propterea tantiſper intermiſerat menſis Februarii impreſſionem, omnia MSS. legendaria, chronica, Martyrologia exhibente Bibliothecario Regio, Iſaaco Voſſio; non abſque impendio laboris magni; quia impreſſis permixta libris in ciſtaſque compacta, difficulter eximebantur quæſita: diligentia autem tam ſingulari, ut eam vix fugerent pituca quædam veterum Martyrologiorum fragmenta, quæ, ſibi repererint defuiſſe, cuncta rurſum Romæ ſcrutati. Nec reticendus hoc loco Cardinalis Palavicinus, de noſtra Societate ad eminentiſſimam iſtam dignitatem Alexandri VII. imperio aſſumptus; qui officii cauſſa a Bollandi Sociis viſitatus, vicem mox humaniſſime reddidit, & tunc & alias pluries proteſtans, omnem quamcumque vel purpura ſibi dediſſet auctoritatem, impendere ſe velle Sanctorum Actis quacumque ratione promovendis: ac & reipſa fecit, aditum aperiens in Bibliothecam palatiumque Farneſianum, hoc generis omnis raritatibus, itam libris curioſis locupletem.

105 Cur autem Eminentiſſimis Eccleſiæ Principibus non accenſeam Romanæ nobilitatis Principem, Innocentii X. Nepotem, Camillum Pamphilium, tanta erga Dei cultum propenſionis virum, ut eodem ſimul tempore quatuor pulcherrima ex marmore templa conſtrueret, cum Romæ eſſent Bollandi Socii. Hic cum Sanctorum vidiſſet Acta, perſuaſus & in iis locum eſſe poſſe Vitæ B. Lodulphi ex Comitibus Pamphiliis, cognomento Columbini, qui Ordinis Sanctæ Crucis Fontis-avellanæ fundator & Epiſcopus Eugubinus obiit 13. Kal. Februarii 1047. non quidem in Januario jam excuſo, niſi ſupplementorum tempus expectetur: ſed aliquo alio menſe; quo placeret Principi, translatione ſolenni corporis, dedicare novam aram ſacellumque, Romæ apud Auguſtinianos Diſcalceatos, in templo ejuſdem munificentia erecto & marmoribus convaſtito. Sub ipſum igitur diſceſſus articulum accerſivit ad ſe Bollandi Socios, & quoniam in Bibliotheca ejus non multum inveniebant quod e re ſua eſſet, liberali eleemoſyna adjuvit ad reditum: addens P. Bollando munus, Aldobrandinæ Villæ (quam uxorio Olympiæ Aldobrandinæ Roſſanenſis Principis jure in Tuſculano poſſidet) deſcriptionem, juſto plurimarum æneanum figurarum libro expreſſam: ut quoniam ad hanc, dictam jure Villarum omnium Reginam, ducere ipſum ſpectatorem non poterat, in ejus ſaltem qualicumque imagine laſſum ſtudiis animum recrearet, atque vel ſic veniret in partem aliquam Sancti operis.

106 Imprimis autem commemorandi hic ſunt Eminentiſſimi dictæ Sanctitatis Nepotes; ex quibus Cardinalis Chiſius Sociorum poſtulata magna ſemper cum benevolentiæ ſignificatione deferebat ad Pontificem & judicium requirebat de Sanctorum corporibus, quæ ad ſe fuerant ex cryptis Romanis delata, cum illuſtribus ſane Martyrii notis in tumulo repertis. Alter Pontificiorum Nepotum Cardinalis Bichius, Auximanus Epiſcopus, eoſdem Socios, quorum alterum in Belgio familiariter noverat Bruxellis Internuntius, apud ſe velut fratres triduo integro habuit & ſacra ſuæ Urbis cuncta per ſe monſtravit. Quin etiam ut diſceſſuros Lauretum ſua in rheda deduceret, accinctus itineri fuit; veniſſetque comes, niſi effuſus ſubito imber feciſſet rhedis impervias vias, & hoſpites coegiſſet diſcedere in equis, ne amitterent opportunitatem celebrandi ibidem feſtum Immaculatæ Virginis Conceptæ, & dein recolendi præcipuam eo loco ſolemnitatem, qua die Decembris 10. recolitur memoria translatæ iſtuc Angelicis manibus ædiculæ ſacræ. Idem deinde Cardinalis cum Piſauri, ubi Legatione per Urbinatem Ducatum Apoſtolica nunc fungitur, litteras accepiſſet de morte Bollandi, tales inde 6. Nonas Novembres remiſit.

Ad magnam ſollicitudinem me animi ægritudinem, quam de obitu R. P. Joannis Bollandi triſtiſſimum attulit epiſtola veſtra nuntium. Plane enim vir ille dignus erat, qui pro ſumma in Deum pietate, in amicos ſincera integritudine, proque virtutum omnium quibus cumulatiſſime redundabat excellentia, numquam fato concederet, ut vixiſſet; ut novis laboribus atque ingenii præclaris monumentis de Catholica Eccleſia bene mereri, ſuamque Societatem indies magis illuſtrare poſſet. Sed quoniam Divina providentia ita conſtitutum eſt, ut omnibus ſtatuto tempore univerſæ viam carnis ingredi neceſſe ſit; Altiſſimi conſilio acquieſcentes, a mœrore nos quoque temperare non gravemur: cum præcipue id fuerit in cauſa levamenti, Amici ſcilicet noſtri vel in morte fortunata conditio; qui poſt multas exantlatos glorioſe vigilias, morbis ſenioque confectus, ad juſtitiæ coronam, quaſi

bonus

bonus athleta, proceſſit. Quod & Sanctiſſimi Domini noſtri dolorem leniet, cum ex meis litteris tanti viri interitum intellexerit. Quod reliquum eſt Reverentiæ veſtræ, ejuſque ſtudiorum ac peregrinationum comiti felicia omnia a Deo exoptare numquam prætermittam. Ad hoc enim me impellit & ſingularis veſtra erga me obſervantia & ardentiſſimum, quo flagro, deſiderium, ut operoſam ad confundendas hæreticorum inſanias ſuſceptam provinciam, ſummo Eccleſiæ plauſu ad finem uſque fortiter perducere poſſitis.

Hæc ille, pene infra purpuræ ſuæ dignitatem officioſe, niſi Sanctorum honori quantavis dignitas recte ſerviret: itaque ſeſe oſtendit ſentire, quando fidenter rogatus conferre operam, primum ut de S. Benvenuto, Auximano Epiſcopo, collecta haberentur quæ ſupererant monumenta, deinde ut antiqua B. Thomaſſi Eremitæ Camaldulenſis Acta in Colle-ſtacciario, Eugubinæ diœceſis oppido tranſcriberentur; tanta cum promptitudine benevolentiaque id fecit, quantam poterit lector ad diem 22. & 25. Martii admirari, propriis ejuſdem Eminentiſſimi Cardinalis litteris, iſtic prolatis ipſoque facto declaratam.

C A P U T XVII.

Bollandi Socii commendatitiis litteris ab omnium Religioſorum Ordinum Generalibus inſtruuntur ad reditum.

107 Quid nunc judicia referam virorum aliorum, in Civili & Eccleſiaſtico Ordine dignitate & litteris conſpicuorum, de Bollando & operibus ejus? Prolixa menſium viginti novem peregrinatio fecit, ut ejuſmodi multa audirent Socii, nec adulatoriæ ſimulari reapſe experirentur. Sed eadem pariter tantum ipſis obtulit negotiorum, ut talibus teſtimoniis memoriæ commendandis nec vacaret nec luberet attendere, magis de Magiſtro ſuo ditando in vita quam poſt mortem collaudando ſolicitis. Non poſſunt tamen hic prætermitti Ordinum Religioſorum Generales, qui eoſdem Bollandi Socios inſtruere dignati ſunt patentibus litteris ad omnia ſuæ juriſdictionis monaſteria, quæcumque adire contigiſſet in Belgium revertentibus. Etenim remittentibus ſeſe æſtivis caloribus, æſtus quoque occupationum deferbuit, quæ illos nonum jam menſem præter ſpem opinionemque ſuam retinebant in Urbe: quamvis omne pene illud tempus ſtudiis, exiguum ſacrariis Romanis viſendis, nullum autem prorſus impenderint profanis antiquitatibus novitatibuſque, quas alii fere ſolas ſpectatum eunt, curioſius perluſtrandis. Ergo non tam finientes quam abrumpentes negotia, quæ adhuc poterant remorari; cœperunt abitum apparare, & ſcriptorum quidem bene magnam ſarcinam Mediolanum per conductas tranſportandam compoſuere; libris vero Romæ coemptis ingentes duas implevere ciſtas, quæ mari in Belgium deferrentur. Inde ad agendas gratias & vale amicis dicendum converſi, curarunt a ſingulorum Ordinum Religioſorum Generalibus patentes, quas diximus, auferre litteras: ex quibus non incongruum fuerit hic referre aliquas, ut omnes eorumdem Ordinum Religioſi ubique terrarum, ad quos Sanctorum Acta pervenient, cognoſcere poſſint, quis Capitis ſui de iis ſenſus ſit, & huic ſuum valeant conformare. Quoniam tamen extra Italiam alii vix Ordines ſe extendunt, qui ſuos Romæ habeant Generales, quam eorum qui Mendicantes dicuntur, licebit abſque priorum injuria horum potius verba quam aliorum adnumerare.

108 Sit igitur prima Reverendiſſimi Patris Joannis Baptiſtæ de Marinis epiſtola, 22. Septembris data ad omnes & ſingulos Præſidentes & Fratres Provinciarum, Congregationum, Conventuum & locorum Ordinis FF. Prædicatorum: ſit, inquam, prima, propter Angelicum Doctorem Thomam; cujus & doctrinam minima noſtra profitetur Societas, & Acta hoc menſe Martio antiquiſſima ac veraciſſima dantur ſingulari ſtudio illuſtrata. Eſt autem ejuſmodi.

Ut religioſiſſimus Sanctorum cultus imitatio eſt, teſte Lactantio, utque nulla compendioſior & efficacior ad ſalutem inſtitutio quam Sanctorum exempla; ita vix ulli de Eccleſia triumphante ac militante digniùs merentur quam qui Sanctorum hiſtorias & geſta e tenebris eruunt in lucem, & in Eccleſiæ monte, utpote abſolutiſſima totius Chriſtianæ perfectionis exemplaria, fidelibus imitanda proponunt. Quare cum RR. adm. Patres Joannes Bollandus & Godefridus Henſchenius, doctiſſimi & religioſiſſimi ſacræ Societatis JESU Sacerdotes, eo in argumento deſudent, omniumque quotquot toto orbe coluntur vel a Catholicis Scriptoribus celebrantur Acta Sanctorum ex antiquis monumentis colligenda, digerenda, commentariiſque & variis obſervationibus illuſtranda feliciter adeo ſuſceperint, ut quinque grandia volumina de Sanctis menſium Januarii & Februarii duntaxat jam ediderint; in quibus permulta de noſtri Ordinis Sanctis eaque non vulgaria & ſcitu digna diſerte & perhonorifice ſcripſere. Cumque ex iis alter, ſcilicet Rever. P. Godefridus Henſchenius cum R. P. Daniele Papebrochio ſtudiorum & laborum Socio, ceu apis ſolicita, poſt luſtratam accurate Vaticanam Bibliothecam, alias Europæ Bibliothecas doctorumque ſcrinia obeat, e quibus pios & ſalutares favos ſuos locupletare poſſit & cumulare. Ut communis Eccleſiæ cauſſa eſt, & præfato ſacræ Societatis opus, cum qua a cunabulis vetus & conſtans a Patribus noſtris nexa & juſſa intercedit neceſſitudo, cujuſque obſervantiam encyclicis noſtris toti nuper Ordini commendavimus: ita, de veſtro pro Dei & Sanctorum gloria juvandaque proximi ſalute zelo, quæ ſe dat occaſio, certiores; tenore præſentium noſtrique auctoritate officii præfatos RR. Adm. Patres ad omnia religioſæ humanitatis nec non hoſpitalitatis officia, Sanctoſque eorum circa Sanctorum geſta, ut ſupra, conatus, & labores, pro eorum votis, quantum in nobis eſt, vobis facimus commendatos. Quatenus ſponte etiam oblatis & liberaliter communicatis ſive Ordinis ſive aliis documentis, codicibus, manuſcriptis, ad eorum facientibus inſtitutum, quæcumque apud vos erunt; illos opera, induſtria, gratia, auctoritate, obſequiis, qua parte dabit vobis Dominus, plene juvetis: mihi, Ordini, Deo facturi, quidquid illis bonoque eorum operi, numquam ſatis laudando & juvando, impendetis. Ad quod vos hortamur & monemus, ut in partem hic venientes laborum, etiam mercedis poſſitis aliquando eſſe participes, concives Sanctorum facti & domeſtici Dei. Valete

109 Encyclicæ, quarum hæ litteræ, regiſtratæ folio 82. mentionem faciunt, & quarum exemplar impreſſum ac manu, ſigillo, nomine prædicti Magiſtri Generalis ſignatum, Bollandi Sociis datum fuit, hoc principium eſt, *Cum templi velo diviſo crucifixi Jeſu tunicam argutâ antitheſi componens S. Athanaſius*: &c. dataeque reperiuntur eodem anno 1661. 25. menſis Martii & regiſtratæ fol. 357. Utriſque autem debita reverentia delata eſt, ſed nuſquam utilitate majori quam Florentiæ atque Mediolani. Nam Florentiæ in utroque conventu S. Marci ac S. Mariæ de flore, antiqua erant Ordinis monumenta non pauca, quæ deſcribenda benigne conceſſa ſunt. Mediolani vero, cum jam diſceſſum ex ea urbe pararent Socii, tandem in conventum S. Mariæ Gratiarum delati caſu, ipſis quidem fortuito ſed Deo Sanctiſque proviſo, inexpectatum repr-

reperere theſaurum; Ambroſii videlicet Taegii MSS. volumina, in quæ ille quotquot nanciſci potuit Ordinis ſui monumenta, invariato fere primorum auctorum ſtylo collegerat, ipſiſque materiam præparaverat, in qua toto fere menſe utiliter occuparentur, dum inventas ibi opes indeſeſſo exhauriunt labore, quamvis dimidiæ horæ itinere eundem redeundumque fuerit bis quovis die. Etenim licet libentiſſimis animis conceſſiſſent Patres, ut jam dicti tomi, diſtractis catenis a ſuo avulſi pluteo, cui jam ab annis centum quinquaginta & amplius affixi hæſerant, efferentur e Bibliotheca in cellam quietam & ab interpellationibus liberam; non tamen e monaſterio efferendos cenſuerant, quia multa in iis continebantur rem ipſius conventus temporalem concernentia.

110 Porro biduo prius quam iſtæ, quas ſupra protulimus, in Conventu S. Mariæ ſupra Minervam a Magiſtro Ordinis Prædicatorum Generali litteræ expedirentur; expeditæ ſunt illæ quas Reverendiſſimus Pater Hieronymus Ari, Prior Generalis totius Ordinis Fratrum B. V. Mariæ de monte Carmelo antiquæ obſervantiæ Regularis, intuitu meritorum P. Bollandi juſſerat legitime conſignari, in ſuo præcipuo S. Mariæ Trans-pontinæ Conventu, die ſcilicet 20. Septembris in hæc verba.

Reverendus & doctiſſimus vir Godefridus Henſchenius, Societatis JESU Presbyter, ſeu lucidiſſimum ſidus firmamento veritatis affixum, Religionis noſtri ſplendori, quem vetuſtatis caligo offuſcare quandoque tentat, propriis lucubrationibus inſigniter conſulit. Idemque veluti ſuavis & felix aura, ſive ut expertus nauta, per obblaterantium procellas noſtræ hiſtoriæ carbaſa promovens ſeu gubernaculum regens, proſpera navigatione eamdem tranquillo ſiſtit in portu, e quo, injuriarum temporis expers, immenſas probatiſſimo Scriptori grates habere non deſinit. Id omnes & ſingulos noſtri inſtituti Alumnos intelligere volumus, ut præſtantibus adeo prædicti P. Henſchenii meritis, ejuſque tam ſingulari erga nos affectui cunctis officiis jugiter, ut par eſt, reſpondentes, nihil negligant obſequii, nihil in ipſum gratitudinis & amoris omittant. Expreſſeque iiſdem præcipimus, ut quæcumque monumenta libroſve Ordinis ipſi, cum opus fuerit, communicare non renuant; in ejus itineribus eum in noſtris domibus peramanter excipiant; nec non ipſi in omnibus quovis tempore, quantum vires ſuppetent, aſſiſtant & inſerviant, ut digniſſimo viro, nobis commendatiſſimo & optime merito de noſtra religione; quam utique valde exoptamus ut illi perpetuis obligationum nexibus indiſſolubiliter ſe devinctum exhibeat.

111 Ut autem præmiſſis Generalis Dominicani litteris tam ampla in forma concipiendis, manum ſtylumque ſuum commodaverat Jacobus Barelier, Gallus, Reverendiſſimi Socius, atque in ſacra Theologia Magiſter: qui ultro ſe in Bibliotheca Vaticana ſtudentibus adjunxerat, & intellecta ſtudiorum ac peregrinationis cauſſa omnem, quicumque ab Ordine ſuo ſperari poterat, favorem addixerat; ita & ad iſtas Carmelitarum tam ſingulari affectu conſcribendas, vehementer impulerunt R. P. Paulus a S. Ignatio ipſius Ordinis Procurator Generalis, in Actis Sanctorum hactenus editis verſatiſſimus, & R. P. Gabriel ab Annuntiatione, ejuſdem Ordinis Aſſiſtens Germaniæ, qui ſe ipſius olim Henſchenii diſcipulum fuiſſe mira gratitudine recolebat. A quibus poſtremis nemo exiſtimet nullam nominatim factam Bollandi mentionem, quaſi neſcirent hujus potiſſimum ſtudio ea ſingulari erga Ordinem affectu elaborata fuiſſe plurima, ſed ideo ſolius Socii meminiſſe iſtic ſciat, quia huic ſoli ſerviturae erant ejuſmodi litteræ, & in manibus omnium tunc verſabatur opuſculum ejuſdem ſtudio expolitum, atque conventui Provinciali Mechliniæ collecto anno 1659. inſcriptum, complectens antiquam S. Petri Thomaſii Vitam, ut ea in Bollandiani Muſæi antiquo MS. extat, a Philippo Mazzerio Cypri Regni Cancellario & individuo pene peregrinationum a dicto Petro in Orientem ſuſceptarum comite, luculenter conſcripta. Nam & hic habitam fuiſſe ipſius Bollandi rationem magnam, & eximium Carmelitici Ordinis erga eum ſemper extitiſſe affectum, facile intelliget, qui in ſequentibus leget honores ipſius funeri honeſtando delatos.

112 Breviori forma, ſed quoad rem nihilo minus efficaci, uſus eſt Admodum Reverendus Sebaſtianus a Neapoli, Fratrum Minorum de Obſervantia Vicarius Generalis, litteris in conventu Ara-cœli datis 30. Septembris; in quibus appellatur *Admirabile opus de Vitis Sanctorum*. *Inſigne* vero *opus* nominat Magiſter Petrus Lanfranconius, totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis in ſimilibus aliis, 29. Decembris Ancona ſubmiſſis, poſtquam in Generali Ordinis ſui Capitulo ejuſdem operis promotionem commendaſſet cunctis qui convenerant Patribus. Quod idem jam prius fecerat Congregatio Generalis Abbatum Caſinenſium Ordinis S. Benedicti Parmæ collecta, a qua 18. Maii ejuſdem anni 1661. conditum decretum tranſmittens ad P. Godefridum ejuſdem Congregationis Præſidens Generalis Reverendiſſimus Dominus Ludovicus Balbus, his verbis uſus fuerat.

Ex litteris Paternitatis veſtræ Adm. Reverendæ & uberius ex voce noſtri Abbatis Caſinenſis, magno cum animi noſtri gaudio accepimus, quam ſancte atque utiliter Paternitas veſtra cum Adm. R. P. Bollando laboraverit & pergat laborare in Sanctorum, quotquot toto orbe coluntur aut a Catholicis Scriptoribus celebrantur, Actis digerendis & illuſtrandis; quorum pars quinque tomis jam Antuerpiæ edita Januarium & Februarium complectatur, ceteris menſibus ſuo Ordine ſecuturis. Cumque non modo ad univerſalem totius Eccleſiæ utilitatem, verum etiam ad ſingulare ſacratiſſimi Ordinis noſtri ornamentum plurimum id conducere dignoſcatur; libentiſſimis animis univerſum noſtrum Capitulum Generale communi voto annuit poſtulationibus Paternitatis veſtræ, mandavitque ſpeciali decreto ut omnes Prælati, poſtquam ad ſua ſe receperint, revolvi curent Bibliothecas & archivia monaſteriorum ſuorum; & ſi qua repererint monumenta ad Vitas Sanctorum ſpectantia, nondum edita, eorum notas, ſignatis initio & fine cujuſque vitæ, Paſſionis vel Tranſlationis, tranſmitti curent per Ordinarios tabellarios Romam Adm. R. P. Jacobo Schellebraet Societatis JESU: ad cujus nutum eadem monumenta tranſcribi permittent, ad ornamentum & gloriam Ordinis noſtri & communem Eccleſiæ utilitatem. Quin etiam Paternitatibus veſtris, quod inſigni ſuo labore Sanctorum Ordinis noſtri, gloriam uſque adeo ſtudeant illuſtrare, plurimas gratias agimus: Deumque Optimum Maximum precamur, ut Paternitati veſtræ, pro Sanctis ſancte laboranti, ejuſque in hoc egregio ſtudio Sociis, vitam & valetudinem, perficiendis bene cœptis tamiſque conatibus neceſſariam, ſervent.

113 Prævivit exemplo, mox a ſoluto Capitulo, in eodem electus Generalis Præſidens Ludovicus Carveſius, Ferrariæ in S. Benedicti majoris Abbas: ſed Romam 3. Idus Septembris ſcribens, excuſare coactus eſt barbarorum incurſiones, deprædationes, incendia, aliaque temporum ac bellorum incommoda, quibus factum ſit ut antiquiores codices & celebriora monumenta, ad ſpiritualium ac temporalium rerum notitiam reſervata, rapta, extincta, deleta ſint; adeo ut non tam mirandum ſit iſta non amplius invenire,

veniri, quam ſupereſſe potuiſſe poſt tot luctuoſas calamitates, pauca quædam ex minus antiquis ſyngraphis, pro levioribus monaſteriorum juribus retinendis, dum graviora via memorantur amiſſa. Eadem ferme excuſabant alii: quidam, ut invenire potuerunt, ſic miſere reſidua. Non tamen inutiles ejuſmodi fuerunt literæ, etiam apud illos qui nihil habebant in manuſcriptis: hoc enim ut minimum obtentum eſt, quacumque iter fuit; ut cum deeſſent cetera, humaniter ſaltem prompteque oſtenderentur Reliquiæ ſacræ, vel jam olim ſubtractæ monaſteriorum ruinis, vel poſtmodum acquiſitæ. Uſum quoque non uno in loco habuerunt epiſtolæ aliorum per Italiam Religioſorum Ordinum; ut apud Ciſtercienſes Reformatos Joannis Bona, Generalis ipſorum ſupra laudati, patentes: & Gaſparis a Caſtro Sancti-Petri, Abbatis S. Mariæ Pacis, apud Canonicos Regulares, Lateranenſis Congregationis, quorum ille Procurator Generalis, vice Abbatis Generalis in Gallia Ciſalpina viſitationis cauſſa abſentis, ſcribebat.

114 Petri item Ferraccii in Congregatione Camalduleuſi Abbatis Generalis, datæ ex Monaſterio Roſæ Senarum; & Calliſti Puccinelli, Prioris ſimiliter Generalis Ordinis ſervorum B. Mariæ Virginis in Conventu Dominæ Annuntiatæ de Florentia expeditæ litteræ apud ſimilium Ordinum Religioſos, magno commodo fuere, & honori commendationique etiam apud alios. In primis autem profuerunt, quas Daniel Serſalis, Vallumbroſanæ Congregationis Abbas Generalis, Romæ ſignavit in monaſterio S. Praxedis de Urbe. Harum enim beneficio tum in ipſo Vallumbroſano Archicœnobio, tum in aliis circa Florentiam ejuſdem Ordinis humaniſſima excepti, varia de Sanctis Vallumbroſanis accepere monumenta, quorum nonnulla etiam menſe Martio proferuntur. Id vero quod ſubditis ſuis alibi poſitis Servitarum mandabat Generalis, ipſe Florentiæ cumulatiſſime præſtitit, jubens accurate tranſcribi antiqua omnia de B. Philippo Benizio Ordinis Inſtitutore monumenta, quæ ejuſdem Ordinis hiſtoricus Gianius magno ſtudio collegerat, & in ſacriſtia velut theſaurus pretioſiſſimus uno in codice pergameno, holoſerico bracteiſque argenteis ſumptuoſe veſtito, aſſervabantur cum Reliquiis B. Julianæ Falconeriæ, cujus indidem accepta Vita, ſicut & Vita B. Joachimi Servitæ, nec non alia quædam aliorum Ordinum, ipſis apud quos Beati coluntur fruſtra deſiderata hactenus Acta. Denique apud Eremi Camaldulenſis incolas, quamvis monachorum ejuſdem nominis Generali minime ſubiectos, ipſius tamen auctoritas valuit ut deſcribendum traderent Codicem in ipſorum repertum Bibliotheca, in quo multæ Sanctorum etiam antiquiorum Vitæ ſeu Paſſiones eatenus ignotæ latuerant. Eadem auctoritas Bollando conciliavit amicitiam Andreæ Vallemanii, plurium ſucceſſive monaſteriorum in Ordine Camalduleuſi Abbatis. Hic enim poſtquam Bollandi litteris plene ſibi ſatisfactum agnoviſſet in controverſia, ſuper S. Romualdi ætate mota, idque per chronologicas rationes in tomo 2. Februarii propoſitas, & epiſtola plus quam una planius fuſiuſque deductas, evidentiſſimeque convincentes, Sanctum Fundatorem ſolum annis ſeptuaginta, non viginti ſupra centum vixiſſe: conatus eſt tantum præſtare ſolus, quantum a toto poterat Ordine expectari, ſuos ubique ſolicitans & urgens, ut quæ haberent communicarent, eaque Antuerpiam ipſe diligenter tranſmittens.

CAPUT XVIII.

Ingentes fructus ex reliqua Italia a Sociis ad Bollandum relati.

115 Talibus ad reditum inſtructi litteris Bollandi adjutores, cum ipſum de omnibus reddidiſſent certiorem, tranſmiſerunt exemplar memorialis eum in finem Romæ excuſi, ac dein iterum recuſi in Gallia, ut quoſcumque adirent viros religioſos aut litteratos, compendio docerent, quid vellent quærerentque; & tum ipſos, tum alios, quos convenire haud aliter poſſent, de modo rationeque Acta Sanctorum promovendi inſtruerent. Tam bene precantibus Adm. R. P. Generali, Vicario ejus, & præcipuis Societatis Patribus, ipſoque imprimis Pontifice Maximo, tertio die Octobris diſceſſerunt ex Urbe: & biduo poſt, quia in Bibliotheca Latini Latinii, Eccleſiæ Cathedrali Viterbienſi legata, nihil erat quod ipſos Viterbii detineret; poſt honorem incorrupto S. Roſæ corpori ibidem exhibitum, proceſſere Senas; ubi eos pridem præſtolabatur Illuſtriſſimus Eques, idemque templi Cathedralis Ædilis, Ludovicus de Vecchiis, Pontificis conſanguineus. Ad hunc ſuus in Belgio frater, Apoſtolicus pro Alexandro VII. Internuntius, ipſa Sanctorum Acta tranſmiſerat, futura ornamento ampliſſimæ ipſius Bibliothecæ, & commendationi Bollandi Sociis. Et fuerunt ſane tum apud Illuſtriſſimum ex Picolominea gente Archiepiſcopum, tum apud Sereniſſimum Principem Matthiam, Magni Hetruriæ Ducis fratrem: quibus faventibus, ipſoque per omnia deducente Equite, mora nulla fuit, ut quidquid in publicis privatiſve archivis erat, circa Sanctorum, maxime Senenſium, geſta inſpiceretur, & Florentiam tranſmittendum notaretur. Sed hoc poſtremum ut fieret, multis deinde litteris curandum fuit. Itaque conſiderantes Socii, & ſimul quam difficulter impetrarentur ea, quæ Romam euntes poſt tergum reliquerant (locum & codicem notaſſe contenti, ex quo deſcribi juberent quæ Romæ non reperiſſent) magis etiam quia nihil jam reliquum eis ſpei erat, ad quam ſe reſervarent; decreverunt aliquo impendio temporis, quo in ipſis ubi motæ precium foret locis manerent, redimere ingentes ſcribendarum perpetuo litterarum moleſtias; quando nemo eſt aptior curator negotiorum, quam is cujus ea propria ſunt.

116 Scripſere igitur ad Bollandum, eoque ipſorum conſilium probante, a die 14. Octobris anni currentis uſque ad 18. Februarii anni proximi, permanſere Florentiæ; a mane in veſperam occupati tranſcribendis ſua fere manu Sanctorum Actis. Nemo enim iſtic inveniebatur; qui operam mercenariam aut vellet aut poſſet commodare, vetuſtorum characterum & præcipue Græcorum peritus; ſed viri nobiles in iiſdem verſati plures quam alibi uſpiam, cum Sereniſſimi Duces omnibus ſcientiis inſtructiſſimi, ipſi præbeant ſe egregios hominum litteratorum Mæcenates, neque alia via facilior quam per eruditionem vulgari majorem ad ipſorum intimiorem amicitiam acceſſus pateat. Ergo Florentina nobilitas, quæ officioſa in hoſpites undecumque advectos humanitate omnes Europæ ſuperat nationes, acrius etiam ſtimulata amore operis inter ipſos notiſſimi de Sanctorum Actis, ambitioſe eam profudit in Socios Bollandi: uſque adeo ut ex ea duo, Andreas Cavalcantius & Antonius Magliabechius, quaſi ad obſequia eorum conducti jugiter adeſſent: propter inſignem rerum hominumque tota urbe peritiam, & ſuum erga Sanctos eorumque Acta zelum ſtudia vincentes amicorum, obſequia famulorum.

Digitized by Google

rum. Etenim diſponebant ipſi inter ſe, quo, quando, quomodo ducendi ad ſacram venationem Patres forent; & ut in rem præparatam venirent, ac ſtatim poſſent operi admovere manum, efficiebant per amicos. Quo factum eſt, ut quatuor menſium ſpatio plus effectum Florentiæ ſit, quam anno integro confici Romæ potuiſſet, niſi ſuos iſtic amanuenſes habuiſſent.

117 Multum etiam proderat Bibliothecæ Laurentianæ, unde præſtantiſſimus Græcarum Vitarum theſaurus eſt erutus, ad collegium noſtrum vicinia tanta, ut cum ibi ſignum daretur ad prandium, inde regredientes ac per poſticum admiſſi in domum, benedicendæ cum reliquis menſæ ſat mature adeſſent. Favit etiam expediendæ ſcriptioni cœlum, adeo clementem indulgens hyemem, ut nullius fomenti egerent in loco alias frigidiſſimo, ſed a prima in ultimam lucem continuare poſſent ſcriptionem, modica dimidiæ horulæ quiete per tempus ſumendi prandii interpolatam. Sed ut libera eſſet deſcribendi facultas, agendum apud Magnum Ducem fuit: cui viſendo dum tempus idoneum & commodæ fandi expectantur horæ, Illuſtriſſimus Senator Carolus Strozzi obtulit ex ſua MSS. librorum ſupellectile copioſa, in quo utiliter occuparentur, ab ipſo ſtatim primo quo advenerant die. Apud hunc enim longiſſimæ ætatis eruditum ſenem, ſummo ejus labore & ſtudio collectum erat, quidquid ſacram profanamque hiſtoriam ſpectans, ex publicis privatiſque tabulariis tota poterat civitate haberi; ut propterea ad ipſum, tamquam commune oraculum, civitas tota concurreret, ſive memoriæ veteres illuſtrium familiarum, ſeu Urbis Senatuſque jura ac privilegia, ſeu Sanctorum cultus nomiaque requireretur. Habebat etiam antiquos Legendariorum codices non paucos, vili pretio olim ab iis redemptos, qui ſali piperique dilaceranda deſtinaverant, æſtimandæ antiquitatis imperiti.

118 In his itaque ceteriſque ejus ſcriptis cum aliquid temporis novi hoſpites poſuiſſent, & bonam Medicæorum codicum partem ſcrutati, adnotaſſent ex iis deſcribenda, ad Sereniſſimum Ducem Ferdinandum ac Leopoldum Fratrem ejus induxit ipſos Franciſcus Redi, Patricius Aretinus, vir ob ſingularem medicæ artis peritiam, Linguæ Hetruſcæ elegantiam, politioris Litteraturæ hiſtoriæque ac phyſices ſcientiam magnam & cultiſſimos mores, gratioſiſſimus in aula. Itaque non modo benigne auditi ſunt de Bollando & opere illius loquentes (quod ipſi magno Duci ex fama, fratri ejus etiam ex lectione innotuerat) ſed inſuper ampliſſimam poteſtatem obtinuerunt quidquid vellent deſcribendi, ex quibuſvis ſeu Latinis ſeu Græcis Codicibus. Fuit forte inter hos unus, Sanctorum Menſis Maii Acta continens a die 15. ad finem, in epitome quidem, ſed longe quam in Menæis aut Synaxariis inveniri ſolet prolixiori: cumque eorum Sanctorum eſſent multi, quorum hactenus primogenia Acta nulla reperta eſſent; ſed nomen ſolum breviſque memoria in prædictis Græcorum eccleſiaſticis libris; Sociorum unus, non nulla ſpe ductus reliquam iſtius collectionis partem in aliqua Baſilianorum apud Siculos monachorum Bibliotheca reperiendi, Bollandum conſuluit an illuc navigaret; interim dum Florentiæ ſubſiſtit ſenior, & Medicæis codicibus tranſcribendis intendit, celerem promittens ante Paſcha regreſſum. Sed ille prudentiori conſilio vetuit ſeparari ab invicem; qui, ſi quid alteri humanitus accidiſſet, mutuo erant auxilio conſervandi. Cumque nec mare tutum eſſet a tempeſtatibus & a piratis toto Mediterraneo liberius vagantibus formidoloſum, reſpondit morte ipſa ſibi futurum gravius, ſi permiſſa ſuo in ejuſmodi diſcrimen alteruter incidiſſet. Terreſtre igitur proſequerentur iter, & ad ſe, per abſentiam ipſorum duplici gravatum pondere & multitudine negotiorum, redire quantocyus feſtinarent: modo nihil, quod agi deberet ac poſſet, infectum relinquerent in iis per quæ erant tranſituri locis.

119 Tali mandato accepto, cum ſtrenue inchoatum urſiſſent opus, & quidquid tota urbe in monaſteriis templiſque fuit Sacrorum monumentorum excepiſſent ipſi; Aretii vero per modo dictum Franciſcum Rhedi, Piſis per Ambroſium Chimentellum in ea Academia Profeſſorem eruditiſſimum, per alios alibi deſcribenda curaſſent: Vallumbroſam quoque, Camaldulum, atque in Alverniæ montem pietatis & doctrinæ cauſſa pedites excurrerunt. Sumpſerunt deinde abeundi licentiam ab amicis, tanto affectu tum ſeorſim ſingulis tum ſimul omnibus ad valedicendum confluentibus, ut nemo eorum potuerit continere lacrymas, indices minime ſimulati amoris. Piſtorium autem S. Attonis Epiſcopi ſedem, dein Lucam progreſſi ſunt, ubi Franciſcus Maria Florentinus morabatur, expertiſſimus Medicus idemque ſacræ ac profanæ hiſtoriæ ſciens adeo, ut ipſe Sanctiſſimus Dominus ALEXANDER VII. cenſuerit, Patres non poſſe ex Italia abſque inſigni jactura diſcedere, priuſquam virum illum convenient. Præbuit hic utrique liberale hoſpitium, & ex Muſæo ſuo aut aliunde conquiſitis Codicibus fructuoſæ materiam ſcriptionis, uſque ad Februarii menſis finem. Martium Sarzanæ auſpicati ſunt, in ampliſſimis Nicolai Cazoni ædibus magnifice excepti ab illuſtriſſimo illo viro, Auguſtini Favoriti avunculo; ejus qui Conſiſtorii Cardinalium Romæ, & privatim ipſius Cardinalis Chiſii Secretarius, Bollandi opera faciebat maximi, & Socios tum iſtic laborantes juverat multis in rebus, tum hic voluerat ſuo loco haberi. Ubi poſtquam triduum expectaſſent navigandi commoditatem, ea tandem propter continuam maris ventorumque inclementiam deſperata, equites per aſperas ac pene invias rupes profecti ſunt Genuam: magnam ibidem noſtrorum experti caritatem, ſed minus operæ pretium, quam fama tam celebris emporii ſperare fecerat, relaturi circa Sanctos: quia eadem peſtilentia, quæ ante paucos annos magna incolarum parte vacuaverat urbem, etiam damnaverat igni, quidquid pene antiquorum ſcriptorum vidiſſe ſe meminerant cives.

120 Poſt dies igitur aliquot fruſtra ferme poſitos in requirendis Genuenſium Sanctorum, quæ pauca reperta ſunt, Actis, videndaque eadem occaſione anguſtiſſima ædificiis publicis ac privatis civitate; 20. Martii Mediolanum verſus cœpere progredi, nonnullumque fructum Papiæ collegere, tam ex MSS. quam ex humaniſſimo alloquio Caroli Septalæ Epiſcopi Dertonenſis, illic morantis ad inquirendum in Acta miraculaque B. Bernardini Feltrienſis ex Ordine Minorum. Hoc enim omnia ſuæ diœceſeos monumenta mandavit inſpici, & quæ e re forent Mediolanum deſtinari. Ibidem etiam Angelum de Neapoli, ex Abbatia Caſinenſi ad vicinam Papiæ S. Spiritus Abbatiam regendam tranſlatum, reperientes, rurſum ejus conſpectu, & prompti ubicumque res ferret promiſſione auxilii recreati ſunt; gratias agentes pro favore in Parmenſi Capitulo rebus ſuis impenſo. Mediolanum 26. Martii ingreſſis, prima cura fuit Bibliothecæ Ambroſianæ cuſtodem Ferrarium convenire: cui in gravi octoginta duorum annorum ætate & conjuncta eidem cæcitate graviſſimum accidit, quod pridem optata Sancti operis ſibique commendatiſſimi promovendi occaſione nunc uti non poſſet. Monuit tamen quid facto opus eſſet, ut ab Illuſtriſſimo Comite Borromæo, ejuſque ad dictæ Bibliothecæ conſervationem Aſſeſſoribus, obtineretur facultas tranſcribendi Codices iſtic reperiendos:

periendos: quamvis id permittere contra primas fundatæ Bibliothecæ leges videretur. Sed Pontificis Romani & Hetruſci Ducis exemplum recens, ipſiuſque operis eorum oculis ſic ſubjecta majeſtas, ut quid ex omnibus Europæ partibus in illud collatum eſſet, arbitrari poſſent, fecit ut hujuſmodi caſum lex comprehendiſſe cenſeretur: & continuo apertus eſt campus ampli ſtudii laborisque in codicibus tam Græcis quam Latinis. Præcipuus autem fructus relatus eſt ex plurium MSS. Menæorum cum excuſo Venetiis exemplari collatione, ſuppletique eorum defectus ſunt multorum cognitione Sanctorum, in illa editione prætermiſſorum: unde non parum lucis deinceps affundetur Sanctis, ex Græcarum Eccleſiarum uſu antiquo proferendis: confirmatior etiam habebitur cultus, ex plurium Codicum fide probatus.

121 In his aliiſque, quæ poſtea apud PP. Prædicatores oblata diximus, duo fere menſes abiere, antequam colligerentur ſarcinæ, & ex præmiſſis Roma ſcriptis noviſque in itinere & Mediolani collectis una conficeretur, quæ centum viginti libras appendens ad P. Bollandum mitteretur Antuerpiam; tam copioſæ meſſis contemplatione ſolaturum ſuam ſolitudinem, interim dum reliquum per Galliam iter lente emetientes Socii, feſtinarent tamen ad amplexum ejus, ſaltem ante anni exitum excipiendum. Menſis Maii fuit dies 23. cum Mediolano egreſſi illi, Novariam primum, inde Vercellas, ac demique Taurinum petiere: ubi Regia Sabaudi Ducis Celſitudo inter Græcos ſuæ Bibliothecæ codices reperit occupatos, benigneque ſalutatis indulſit licentiam efferendi ad Collegium nonnullos eorum: ex quibus mox deſcripta fuerunt, quæ erant in rem Sanctorum futura. Diutius hic commorandum fuiſſet: ſed Joannes Jacobus Torrenerri, emeritus illius Collegii Rector, ac vetus Bollandi amicus, ſæpe in ipſo opere ob plurima Sanctorum Acta e Sabaudia & Pedemontio curata nominandus, in ſe recepit curandam deſcriptionem eorum, quæ pro canonizatione B. Dalmaæ, uxoris S. Elezarii, legitime Acta ex autenticis promittebat Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dominus Marchio Planetiarum, Carolus Emmanuel Philibertus Hiacinthus de Simiani, inter præcipuas ac publicas in toga & ſago curas, hiſtoricæ rei, & imprimis operis de Sanctorum Actis inchoati amantiſſimus.

CAPUT XIX.

Reditus Sociorum per Gallias in Belgium ad Bollandum.

122 REbus Taurini ſic compoſitis, ut nihil jam tranſitum in Franciam moraretur: 4. die Junii Camberium Socii diſceſſere: unde cum paucis abeſſent leucis, prope abfuit uterque a periculo vitæ, de quo infra agetur. Inde autem præſenti Dei Sanctorumque educti auxilio, poſt brevem Camberii moram, Gratianopolim tenuere, & luſtrata majori Chartuſia, cum fructu arctioris communicationis inter religioſiſſimum illum Ordinem & Bollandum ac Succeſſores ſtabilitæ, ad S. Antonii Archimonaſterium, inde Turnonium abierunt; per hujus Collegii Patres Sanctorum cauſſam in Toloſana Societatis noſtræ provincia promoturi. Tum Vienna Lugdunum promoverunt iter, atque inde Matiſconem; non magnum antiquorum monumentorum lucrum efferentes ex iſtis Provinciis, in quibus Hugonotarum rabies, diabolico auſu atque furore omnem veteris Religionis ſpeciem abolere conatum, effecit ut ejuſmodi ſupereſſet vel nihil vel perparum. Cluniacenſi primum in monaſterio repertæ ſunt reliquiæ olim inſtructiſſimæ Bibliothecæ, quæ dierum aliquot moram meruere; deinde Ciſtercii. Utrobique autem eximia excepti ſunt caritate, ſpem inſuper poſtremo loco non vanam nacti per R. D. Jacobum de Lannoy Gallo-Belgam; iſtic Religioſum & Bibliothecæ curatorem, multa alia Sanctorum Acta ex reliquis Ciſtercienſis Ordinis monaſteriis impetrandi; de quibus brevi quædam nacti, merito gratulari Bollando per litteras ſunt, talem amicum acquiſitum, qui in iſto ſtudio verſatiſſimus, & impigerrimus eſſet futurus adjutor. Pedibus ferme iter ſuit, quoties ab itinere recto deflectebant Socii: ergo Divionem quoque pedites pervenere & mox in Petri Franciſci Chiffletii MSS. collectanea immerſere ſe, permiſſi quidquid lubuiſſet auferre, cum inſigni ſex menſium Synaxario Græco, cujus pene miraculoſe ſervati tranſcriptique hiſtoria latius explicatur 6. Martii ad Acta S. Heſychii Thaumaturgi inde accepta. Ingens quoque operæ pretium relatum ex inſigni MSS. Codicum Bibliotheca Domini Conſiliarii Bouhier, in qua holoſerica unius formæ atque coloris opercula intuenti oſtenduat, quo in pretio vir ille Ampliſſimus habeat antiqua MSS. Nam præter alios optimæ notæ codices repertus eſt unus, integrum ac genuinum Martyrologii a Beda conſcripti textum continens, de quo in fronte tomi ſecundi menſis Martii collocato, fuſe in prologo ad eumdem agitur. 4. Auguſti die Altiſſiodorum appulſis placuit Pontiniacum, celebrem Ordinis Ciſtercienſis Abbatiam, excurrere. Viæ pretium fuit S. Edmundi Cantuarienſis Archiepiſcopi vidiſſe lipſana, & vetuſti Legendarii partes quatuor inde avexiſſe, ex quibus quædam eſſent Altiſſiodori deſcribenda: inveniſſe item integrum de Actis miraculiſque S. Edmundi codicem, quem majori ex parte poſtea tranſcribendum curavit & Antuerpiam miſit ad P. Bollandum veterem amicum, P. Thomas le Blanc, Collegii noſtri eo loci tunc Rector & Romæ familiariter cognitus, atque ad promovenda Sanctorum Acta mirifice animatus.

123 Exinde Senonibus luſtratis, Pariſios uſque nihil fuit quod properantes magnopere moraretur. Appulere 21. Auguſti: ubi proximo ab adventu die ad hoſpites diu expectatos acceſſit Philippus Labbe noſter, libris editis notiſſimus, & ex condicto ad virum Bollandiani operis æſtimatorem ſummum, D. Antonium Wyon d'Herouvalle duxit, per quem deinde tum alia multa obtenta ſunt, tum codices Thuanæ Bibliothecæ, alias inacceſſæ propter moroſitatem cuſtodis. In collegio autem Claromontano Gabriel Coſſartius, & Franciſcus Vavaſſor aliique complures in complexum venere; antea editis libris & litteris noti, & multiplici caritatis officio poſtea notiores. Nam cum præcipua ſpes colligendorum fructuum eſſet in Regia Bibliotheca, monaſteriiſque S. Victoris Canonicorum Regularium, & S. Germani de pratis Benedictini Ordinis ſecundum reformationem Congregationis a S. Mauro nuncupatæ; itemque in iis quas olim Cardinalis Mazarinus, & etiam tum Cancellarius Franciæ Petrus Seguierius poſſidebant, atque ab omnibus iis locis remotior eſſet Profeſſa S. Ludovici Domus; ſuaſerunt amici migrare in Collegium, ubi & habituri erant Socii inſtructiſſimam Bibliothecam, ex propriis etiam MSS. collaturam aliquid, & varias ex dictis Bibliothecis admodum vicinas. Auditum eorum conſilium eſt, & faventibus ubique qui rogabantur Bibliothecarum cuſtodibus, non pœnitendus fructus relatus; tum ex illis, tum ex monaſteriis quibuſdam, atque imprimis Regio Cœleſtinorum monachorum, & altero Bernardinorum, quos Fulianes nuncupant; apud quos haud ita pridem diem ſuum obierat R. D. Joannes a S. Martino, communicatis ultro citroque Sanctorum Actis Bollando notiſſimus, qui ſuis in colle-

ctaneis multa inventus eſt conſervaſſe, neceſſario deſcribenda.

524 In duabus quas loco poſtremo nominavimus Cardinalis & Cancellarii Bibliothecis, præ ipſis cuſtodibus verſatus erat R. P. Franciſcus Combeſis, Ordinis Prædicatorum Congregationis S. Ludovici, qui veteri amicitia conjunctus, quidquid gratiæ vel opis adferre potuit ad negotia provehenda impigre contulit. Operam etiam ſuam liberaliter addidit, ad curandam ex Mazariniana eorum quæ ipſi mandaſſent deſcriptionem per idoneos amanuenſes, quos haud ita diu poſt habiturum ſe haud vane diffidebat: & moram fere patiebantur pleraque, tranſcriptis Latinis & Menæorum MSS. collatione cum impreſſis facta. In Segueriana ob difficilem aditum, ea procul habitantis cuſtodis frequenti abſentia, difficultas reperiebatur, eoque gravior quod illius Bibliothecæ eatenus inviolata lex nullum ſinebat efferri MS. quamvis viri in eccleſiaſtica vel ſeculari dignitate eminentes rogarent. Cum tamen in ea liber unus aſſet, quem totum fere tranſcribi oportuiſſet, interpoſuit gratiam ſuam Franciſcus Anatus Regis Confeſſarius: & operis illius, cui ſubſervitura erat tranſcriptio cum ipſius Domini commendatione non modica, ſic propoſuit expoſuitque dignitatem; ut favor, quem vel ſperaſſe multis videbatur temerarium, impetratus ſit, & diurna nocturnaque aſſiduitate tranſcriptus liber Domino ſuo intra dies ſedecim reſtitutus.

525 Reſtabat Bibliotheca regia, MSS. Græcis etiam ipſa dives, & in his ſolis neceſſaria: quæ prima eſſe potuerat, ſi non ab urbe abfuiſſet in ſua diœceſi D. Colbert Lucionenſis Epiſcopus, Bibliothecæ Præfectus conſtitutus a Rege, ſine cujus facultate deſcribi nihil poterat. Sed & hæc pene deſperata, allata tandem pleniſſima eſt rebus alibi abſolutis, ut intra decem dies deſcribi potuerit quidquid ea ea neceſſarium erat. Atque ita 9. die Novembris diſceſſum Pariſiis Rotomagum eſt, ubi ſe nobilis Aimerici Bigotii, quamvis abſentis, Bibliotheca obtulit, & ſatis fuit reliquiſſe ſchedulam, ut a viro Bollandianis ſtudiis addictiſſimo quæcumque juvare poterant impetrarentur; ſicut olim, cum adhuc in vivis eſſet parens, Rotomagenſis Conſiliarius, P. Frederico Floveto allaborante, accepta inde fuerant plurima, ad idem inſtitutum facientia. Deinde R. D. Franciſco de Pomeray, in S. Audoeni monacho Benedictino ex Congregatione S. Mauri deducente, ſuſcepta excurſio eſt ad Gemmeticenſe, Fontanelleonſe, Beccenſe ejuſdem Ordinis & Congregationis per Normanniam monaſteria antiqua, & quidquid ibi erat veterum MSS. ſtudioſe examinatum. Unde reverſi Socii obivere librarias officinas, omnique Ambianum eundi commoditate deſperata, 21. dicti menſis die flexere Dieppam, atque inde Augum, non ſine fructu juvantorum ibidem S. Laurentii Dublinenſis primigenio ſtylo miraculorum & corporis honorati. Sperabatur Abba-villæ futura opportunitas melior Ambianum eundi, ubi avidiſſime expectabantur Socii a pluribus eruditiſſimis viris; imprimis autem a Carolo du Freſne Domino Cangii, Conſiliario Regio & Theſaurario Franciæ, atque Financiarum in Picardia Generali Adminiſtro; multa ex ſuis, multa ex alienis MSS. communicaturo, quemadmodum ſcripſit poſt annos aliquot ad Bollandum jam mortuum, litteris 5. Octobris datis, ſuum de Capite S. Joannis Baptiſtæ tractatum hiſtoricum judicio illius cenſuræque ſubiciens. Sed cum ſoluto in pluvias cœlo, via longior eſſet quam pedibus ſperaretur commode conficienda, nec equi vel currus haberi poſſent, abeundum recta Atrebatum fuit; ubi ex celeberrimo Nobiliacenſi S. Vedaſti cœnobio, & inſtructiſſima Eccleſiæ Cathedralis Bibliotheca ſpicilegium collectum eſt aliquod, etiam poſt Roſweydi diligentiam ſummam; cum eoque ac reliqua ea Gallis meſſe properatum Antuerpiam, ad amantiſſimi & deſiderantiſſimi Bollandi complexus: qui demum poſt menſium novem & viginti abſentiam, 21. die Decembris anno 1662. exeunte, obtigit.

526 Prima reverſis cura fuit de felici ſuo in Belgium reditu, repertoque in eo ſtatu Bollando, ut plurium adhuc annorum laboribus par eſſe videretur, & finem inchoandi mox Martii ſperare, cum amicos alios, tum ante omnes commonefacere Superiores Societatis: ex quibus qui tum, cum Romam advenere Socii, Generalis præerat univerſis Adm. R. P. Noſter Goſwinus Nickel, & ipſos maxima ibidem humanitate ac paterna prorſus ſolicitudine foverat, diu ac ſæpe de ſtudiis eorum aliiſque ſucceſſibus audire cupiens, talem Januarii proximi die 27. epiſtolam remiſit:

Legi pergratas litteras veſtras, & gratulor tum vobis, tum libris, tum ſcriptis feliciter appulſis Antuerpiam. Non me pœnitet benevolentiſſima facultatis data ut Reverentia Veſtra cum P. Daniele hoc iter ſuſciperet. Romanos, Florentinos, Mediolanenſes, Pariſienſes, ac omnes exantlatos exantlandoſque adhuc labores coronabit urbs æterna, cujus cives refertis in tabulas immortales. Gratulor meo Bollando de vobis reducibus, et vobis de eo ita reperto, ut adhuc una proſequi bene cœpta poſſitis. Deus & acta & agenda, quæ pro Sanctorum Actis ſuſcepiſtis, plena Sanctorum omnium benedictione ducat ad optimum & ſperatum finem.

Similiter R. Adm. P. Vicarius Joannes Paulus Oliva, anno poſt per alterius mortem Generalis Societatis, ſicut tam ante quam poſt ſuſceptum regimen modis quibus poterat omnibus (poterat autem utroque in ſtatu plurimis) adjuverat Socios, ita etiam de perpetua ſua erga ipſos benevolentia eoſdem voluit ſecuros reddere, reſponſo in hunc modum formato ad P. Godefridum.

Reverentia veſtra cum P. Bollando & P. Daniele toto animo & calamo habitas in Eccleſia cœleſti. Quidquid autem benevolentia vel a me, vel a plus quam centum Societatis domiciliis eidem exhibitum eſt, tum meritis veſtris totum debebatur, tum Sanctis, quorum Actuarius & Hiſtoriographus es. Deus hunc annum faciat vobis fœcundum ad unum alterumque tomum in lucem edendum, magna tum Societatis commendatione, tum, quod potiſſimum eſt, pietatis per Cœlitum exempla nervoſe incitandæ incremento. Precor & valetudinem & mentem vigentem, ac tam honorato labori parem.

527 Pium votum, cui potuiſſet fieri ſatis, ſi aliud acceſſiſſet, quo libris noſtris regius ſplendor exoptaretur, ſcilicet pro impreſſione charta Imperialis & character Lupareus major: quibus conceſſis Acta Sanctorum Martii tot complevisſent tomos, quot menſis iſte complectitur dies: adeoque alternis menſibus, aut citius etiam, potuiſſet aliquis tomus apparari prælo: uti modo intra ſexaginta menſes, quot a reditu Sociorum in Belgium ad abſolutæ impreſſionis diem numerantur, integer menſis cum omni apparatu & variis Indicibus abſolutus eſt, & tribus craſſis voluminibus, ſed minore charactere excuſus. Cum tamen primus annus dimidius pene abierit tum a reditu prædicto conficiendis negotiis, quæ per abſentiam hæſerant imperfecta, & multa nova adferebantur in reditum dilata; tum ipſo, qui allatus erat, theſauro ordinando digerendoque, & in rationum tabulas, ut ſic loquar, in indices ſcilicet, referendo ſigillatim per partes. Quid quod ipſe generalis index, tanto incremento jam auctior, uſui amplius eſſe non poterat, niſi eatenus ſaltem reſcriberetur quatenus opus fuit, ut quæque ordine ſuo ſecundum Alphabeti ſeriem reperirentur. Ergo hoc quoque prius abſolvendum fuit opus, ceteraque eodem ſpectan-

ſtantia omnia, & Muſæum, tam inſigniter locupletatum, diſtributo per forulos incremento, ad priorem ſtatum atque ordinem redigendum, ut rurſum eo uti ad ſtudia ſua, perinde atque antea, Scriptores poſſent. Id autem ubi factum fuit, reſumptus in manus eſt menſis Martius, & magno ardore urgeri cœptus tam feliciter, ut circa Paſcha anni 1665. ad prælum venerit Tomus primus, interim dum componuntur alii duo excudendi: ſed quem eheu! inchoatum videre Bollandus potuit; abſolutum vero non niſi e cœlis: ut minime vana plerorumque in hac provincia præſagitio fuerit, cum Februarius prodiiſſet, moriturum ſcilicet Bollandum in Martio, ſi quidam reliqui menſes pari paſſu, quo primi duo, progrederentur. Eodem reſpexit poſt mortem Bollandi eleganti Epigrammata Renatus Rapinus, is qui mira felicitate Virgilium in paſtoritio & georgico carmine imitatus, Eclogas & Hortorum culturam ſcripſit, atque de utriuſque ſtyli natura, artificio ac diſcrimine dilucide diſſeruit omnia. Eſt autem hoc quod ſubiicio epigramma:

Bollandus ſacrum faſtis dum ſcriberet annum,
Mors imperfectum barbara rupit opus.
Mandabat ſcriptis Divos, Divumque labores,
Et qua quiſque olim venit ad aſtra via.
Scriptori menſis præceſſerat unus & alter,
Tertius inceptum cum male ſolvit iter.
Parce tuo, Bollande, queri de funere faſtis
Hic demum ipſe tuis annumerandus eras.

Porro adjuvantibus ejus e cœlo precibus, ſpes haud temeraria eſt celerius multo promovendos eos, qui ſuperſunt, menſes: quandoquidem ab aliis ferme occupationibus liberi Auctores, operi ſui unice permittuntur vacare, & colligendi labor multum eſt imminutus peregrinatione Romana; quæ ſi ſuſcepta non fuiſſet, poterat Martius venire in lucem fortaſſis ante triennium. Servet modo valetudinem Deus, ipſamque rempublicam eo in ſtatu, ut animi facultaſque Typographis maneat ſumptuoſam adeo impreſſionem proſequendi: & ſperare audebimus, ſingulis quinquenniis ſexenniiſque menſem deinceps ex reliquis unum proditurum in lucem.

CAPUT XX.

Orandi ſtudium in Bollando: B. V. Mariam, Angelos, Sanctos, res omnes ſacras venerantis conſuetudines pia.

128 SEd poſtquam reduximus ad Bollandum operis quæ proſequendo admovimus Socios, in quorum ille diu optaverat ſinum alias omnes curas rejicere; Deo, Sanctis, ſibi deinceps victurus: tempus monet ut prius quam diſſerere de morte illius incipiamus, de virtutibus ejus colligamus pauca, quibus exornatam animam, ſummi Judicis tribunali ſiſtendam, apparavit. Etenim ex illo tempore, quo ſoſpites Socii Antuerpiam tenuere, tam frequens ei de morte brevi obeunda ſermo fuit & cogitatio, ut iſtud Simeonis Juſti haud dubie agnoſceretur animo identidem ſuo verſare, *Nunc dimittis ſervum tuum Domine*. Hic igitur finis eſto labores ejus cœlo acceptos, Eccleſiæ utiles, Societati glorioſos commemorandi. Facile eſt quidem ex eiſdem cognoſcere non tantum raras ingenii dotes, ſed ipſas quoque animi religioſiſſime compoſiti virtutes multas, quamvis earum ipſe eſſet ſtudioſiſſimus occultator: neſcio tamen quomodo eæ ſparſæ per varia effulgent minus, quam ſi in unum colligantur, & mutuo quodammodo accendantur ſplendore; ut prorſus congruum videatur præcipuas aliquas, prout eas familiarior Sociorum & domeſticorum convictus obſervare potuit, explicare hoc loco, & morienti ex iis coronam contexere.

129 Studium orationis, per quam omnes in animam inducuntur virtutes, inductæ nutriuntur & incrementum capiunt, fuit in Bollando conſtans imprimis ſedulumque, quodque tot inter occupationes merito admireris, ordinatiſſimum. Etenim in recitandis ſingulis Officii Canonici partibus aptiora tempora ſubſequi tantillum vel prævenire ſcrupulo ſibi nonnullo ducebat, itaque conſueverat paullo ante meridianum conſcientiæ examen Sextam recitare & Nonam: Matutinum vero cum Laudibus haud ante quartam veſpertinam. Et in hoc, licet, ob viſus imbecillitatem difficultatemque reſpirandi, ſolidam ponere horam debebat: noluit tamen admittere conſortium Socii, alternatim pronuntiaturi pſalmorum verſus, lectiones autem omnes recitaturi ipſo reſponſoria ſubiiciente, juxta uſum chori in Eccleſia receptum. Cum enim id ſemel iterumque diuturna ſuaſione inductus feciſſet, recuſavit deinceps, quod minus hoc ſibi, aliter aſſueto, commodum experiretur ad ſolitam attentionem & pietatis fructum, quem ex Sacerdotalis penſi perſolutione quotidiana ſummum percipere nitebatur. Tantum autem abfuit, ut propter conſueta aſthmatis vertiginumque incommoda, licere ſibi crederet aliquando ab Officio aut parte illius recitanda abſtinere; ut etiam in extremo morbo, cum prorſus impoſſibile eſſet vel cantare lectionem, non exiſtimaret acquieſcere ſe debere prohibentibus, niſi conſultus Superior diſpenſare ſe diceret quoad omnem, quæ forte adhuc timeri poſſet hoc ex capite, obligationem.

130 Sacrum faciens, afflabat præſentibus eoſdem illos ſingularis reverentiæ religioniſque affectus, quos ipſe compoſitione vultus ac reliqui corporis gravitate modeſta, lentaque & diſtincta pronuntiatione exprimebat in ſe. Apparabat fere ad illud ſeſe mentali oratione ſatis prolixa, & multa deinde pietate agendis Hoſpiti ſuo gratiis impendebat horam plerumque dimidiam. Addictiſſimus B. V. Mariæ cultor ſertum illius, quod Roſarium vocant, recitabat oppido diligenter, & venerationem magnæ illius matris conabatur multimodis promovere, præcipue per libellos pios, quos ex remotis etiam regionibus, una cum Sanctorum Actis accipiebat. Pervigilia feſtivitatum Marianarum publica aliqua proſequebatur pœnitentia: & extrema etiam in ætate Sabbathinum tam conſtanter jejunium tenuit, ut huic pietati ejus non immerito credamus a Deipara impetratum, quod morbo defunctus ſit tribus ſabbathinis diebus circumſcripto; quorum primus eum affixit lecto, ſecundus omnibus Eccleſiæ Sacramentis ad ultimum præmunivit agonem, tertius huic mortalitati exemit, tranſeuntem ut confidimus ad immortales Superos, quorum non tantum virtutes illuſtrare ſcribendo, ſed etiam ſuis in actionibus ſemper ſtuduit exprimere imitando. Eos autem Sanctos præcipuo proſequebatur & venerabatur affectu, quorum tunc inter manus verſabat Acta. Cum vero eadem abſolvebat, ultimamque de iis paginam relegebat, velut valedicendo atque ad alios cum bona ipſorum gratia tranſeundo; dicebat: Habent quod ſuum eſt, orent pro nobis. Non tamen propterea prorſus deſinebat eos invocare, quibus ſemel laborem ſuum ſtudiumque impenderat. Sed eos, veluti familiarius ſibi jam cognitos & minori molimine in amicitia retinendos, ſatis habebat quothebdomadis menſibuſve recolere: quia novorum acceſſione illud facere quotidie prohibebatur. Certe inventus poſt mortem ipſius libellus eſt, iſque admodum tritus, per modum Litaniarum continens

mille centum & ſeptuaginta Sanctorum nomina, quorum Acta dederat in Januario, ut vel ſic primum eſſet in invocandis eorum plurimis, qui pridem dati oblivioni ab ipſo nunc habent, quod rurſum facti ſint venerabiles mundo.

131 Has Litanias ex ipſiuſmet relatione ſcimus annis multis ſolitum quotidie recitare: ſed accedente ad Januarium Februario, cum videret fieri non poſſe, ut hujus quoque menſis Sanctos ſimili modo honoraret, excreſcente nimium eorum numero; alias ſibi praxes excogitavit, quibus utriſque poſſet ſacere æqualiter ſatis. In ſancto quoque Miſſæ ſacrificio, ſolebat exprimere ad orationem, *A cunctis*, nomen Sancti, de quo erat iſto die ſcripturus: ſed facere deſiit, poſtquam id ne fieret contraria prohibitione cautum intellexit. Sanctorum generales Litanias, ad quas omnes quotidie convenimus ante cœnam, ne forte audiret mutilas, aut ſerius adveniens aliis turbamento foret (neque enim poterat propter herniam, niſi adminiculo fultus aliquo, inflectere genua) præveniebat campanæ ſignum, & antequam ceteri advenirent ad hanc communem orationem, religioſe ſe in genua componebat. Eodem ex affectu aſſervabat ſuffragia Sanctorum menſtrua, quæ inter nos de more diſtribuuntur: quorum ingens numerus deſcriptaque pari multitudine eorum nomina, pro quibus orare præcipiebatur, credibile faciunt omnium, quotquot ſic accepit, habitam eſſe ab eo rationem accuratam, nec non obligationis iſta ſibi ſortitione injunctæ. Idem cum ſciret ſolitos eſſe noſtros in Italia atque alibi recitare Officium ſacrumque de Sanctis earum quas incolunt diœceſeon; præcipue ſuaſit, ut talis uſus etiam in noſtræ provinciæ conſuetudines induceretur: utque perſuaderet efficaciter, componere cœpit propriorum domui huic feſtorum directoria, eademque facere perſeveravit, cum qui curam talem in ſe ſuſceperat, aliquando abeſſet. Similiter Sanctorum eorum elogia, de quibus ob corpora huc translata vel inſignes Reliquias feſtum peculiariter celebrat Profeſſa Domus Antuerpienſis (quod omnino vigeſies & octies facit) ante martyrologium recitanda confecit Bollandus; &, ne ab Anagnoſtis per oblivionem prætermitterentur, præcavebat diligenter, quamdiu eorum curam habuit.

132 Maximo etiam & peculiari cultu Sanctos honorabat Angelos, de quibus parvas quaſdam Litanias recitabat frequenter; & in propoſitis exercitiorum tempore ſcriptis, multa leguntur de illorum & ejus, quæ Angelorum Regina eſt, invocatione crebra. Quod autem hoc in genere faciebat ipſe, etiam aliis ut facerent fiebat Auctor, ſiquando occaſionem naciſcebatur. Ita cum Sociis ex Italia in Galliam tranſituris memoriale quoddam ſcriberet rerum ab iis obſervandarum itinere reliquo; Primo, inquit, ſedulo implorandum auxilium Angelorum cuſtodum in itinere per Alpes & in periculoſa trajectione fluviorum. Nec fruſtra monuit: nam quamvis inter curas occupationeſque tam varias hujus moniti non ſatis infixam menti haberent memoriam; ipſius tamen piis ad Angelos fuſis precibus exiſtimant ſe ereptos ab evidentiſſimo ſubmerſionis periculo, quando Camberio appropinquantes temere tentavera vadum per Larchi fluminis lutulentas lateque diffuſas aquas. Cum enim tenaci ipſius limo primum unius ipſorum equus, tum ipſe eques pedibus fruſtra tranſiturum ſe ſperans, ſic hæterent immerſi, ut fuerint neceſſario perituri, niſi mature ſuccurreretur; Deo volente factum eſt, ut in loco procul a conſpectu domibuſque remoto, per eorumdem veſtigia ſequeretur cum familia ſua in equis loci Dominus, qui S. Albani Comitem ſe dicebat. Hic conſpecto eminus periculo progredientium e Societate Jeſu Patrum, in qua filium habebat & conſanguineos alios, accurrit concitus; quoſque, obſtrepentibus aquis, multo clamore avertere non potuerat, ne in eas profundius ſeſe inferrent; per Prætorem ſuum, alio loco minus formidoloſo tranſire juſſum, ac deinde poſita veſtium inferiorum parte accedere ad porrigendam manum, diſcrimini eruit periclitantem: poſtquam etiam in pedes erectus equus eſt, & per frenum magno niſu eductus ab aliis: atque ita omnes demum per notum indigenis vicinumque vadum, in eam, a qua male receſſerant, ripam deportati ſunt. Accidit autem hoc quoque mirabile: quod non tantum equus, de quo actum omnes arbitrabantur, eductus ſit e ſalebris, quibus ad aures uſque jacebat immerſus, una cum alligata ſuper dorſum ad ephippium ſarcina grandiore, modica dumtaxat parte extante ab aquis: ſed ipſa quoque ſarcina, ad ignem explicata ut ſiccaretur, exhibuerit integra & nulla ſui parte madefacta rariorum Martyrologiorum Actorumque ecgrapha cum quibuſdam Sanctorum imaginibus, licet cetera circumcirca omnia ſic pervaſiſſet aqua, ut, præter jam dicta nulla chartarum vel linteorum particula ſicca inveniretur. Hujus igitur divini erga ſe beneficii memores Socii, ipſum quod penes ſe tunc habebant Magiſtri ſui memoriale grati aſſervant: & illius quoque precibus factum credunt, tum quod jumentis ſubinde collabentibus, aut ad præcipitia declinantibus, vel vehicula evertentibus nuſquam gravius læſi ſint; tum quod inter tot itinerum, ſtudiorum, vigiliarum labores, in tanta cœli cibique ac potus varietate, nuſquam morbo aliquo diuturniori debilitata ſit valetudo ſua: cui tamen, Deo Sanctiſque freſi, minime parcere vel norant vel poterant, niſi cum maximo temporis, & eorum, propter quæ iter ſuſceperant, negotiorum diſpendio.

133 Curabat etiam P. Bollandus ut a Summo Pontifice impetraret per amicos Indulgentiarum in pios fideles diſtribuendarum numerum aliquem, quotieſcumque Sancto aliquo canonizato audiebat earum petendarum eſſe occaſionem; ſicuti cum Divis inſcriptus eſt S. Thomas de Villa-nova, & nunc recens, S. Franciſcus Saleſius: ſub cujus nomine acceptas benedictiones, ipſo quo extrema Sacramenta ſuſcepit die, in ſingulos Socios, tunc Antuerpiæ per tria domicilia partitos, diſtribui juſſit. Aliarum quoque ſacrarum rerum æſtimator ſummus, non modo benedictam aquam in Muſæo & cubiculo volebat habere ſemper; ſed foris quoque, ſi quando in ſuburbanum veniebat, providebat ut eſſet, vel ipſe conficiebat, in egreſſu ingreſſuque conſuetus eadem ſe aſpergere. Si quid mittebat alio vel alicunde mittendum expectabat, id ut ſalvum perveniret, volebat vel ceram benedictam vel Sanctorum adjungi iconculas aliquas, ceteriſque, ut idem facerent, ſerio inculcabat: effectu optimo, cum neſciamus unquam periiſſe ſcripta vel libros, in quibus id ab eo, aut ex præcepto ejus ab aliis, fuerat obſervatum. Caravacanas etiam Cruculas ex Hiſpaniis petebat ſtudioſe ac numero magno, & ipſe earum unam geſtabat ad collum cum reliquiario, quod cera benedicta & pulveribus Martyrum Romanorum ac ſacris quibuſdam numiſmatis inſtructum habebat ex vili materia, artificio nullo. Ut mirati vehementer domeſtici ſint, in eo non contineri ſaltem ſpectabiliores & celebriorum Sanctorum Reliquias alias: cum tales ad ſe miſſas ſæpe daret aliis, in oratorio ornatiori aut etiam publico honorifice collocandas, & quaſdam conſervaret in ſcriniis ſimili uſui deſtinatas: quod non ſatis decorum crederet, ſuo abditas geſtare in ſinu, quæ palam expoſitæ multorum poſſent pietatem accendere. Etenim Sanctorum lipſana venerabatur impenſe, plurimamque libenter dabat operam, ut eorum corpora templis noſtris exornandis impetrarentur. Ita per P. Nicolaum Lancicium obtinuit Sanctæ Virginis Martyriſque Honofriæ corpus integrum: quod cum ſuæ Provinciæ vindicare

dicare

Digitized by Google

dicare vellet vir quidam, in ea ac tota Societate auctoritatis permagnæ, alio ſubſtituto; fortiter, ne id ſibi licere crederet, Bollandus reſtitit: & pro ſecundo quod item Virginis ac Martyris eſſet habendo, tamdiu Romæ inſtitit, donec eo profectus Provincialis P. Guilielmus de Wael, negotium Bollandi diligentia confectum reperit, & S. Rufinæ corpus avexit ex Urbe: quod una cum priori S. Honofriæ egregia Domicellarum Hautappeliarum munificentia, argenteis duobus magni ponderis & artis ferculis incluſum, ſolennioribus feſtis exornat altare Mariani ſacelli, quod ab eiſdem memorabili ad poſteros liberalitate fundatum, & exoticis totum conveſtitum marmoribus, inter anguſtiora & viſu digniora Belgii ſacraria numeratur.

CAPUT XXI.

Mortificatio, obedientia, zelus, caritas Bollandi.

134 Pie crudelis in ſuum corpus, licet hernia, calculo, aliiſque doloribus vexatum ſatis, utebatur oblongo ea horridis pilis cilicio, per modum tunicæ brachiis truncæ defluente ad genua: item contexto æneis filamentis flagello, funiculiſque nodoſis atque inſerto ferreo aculeo aſperis, nec non acutiſſimis armillis: quæ omnia, crebro attrita uſu & elicito rubentia ſanguine, circa lectum ejus reperta poſt mortem ſunt. Adhæc ut Crucifixo ſeſe inter orandum conformaret, expandebat ſæpe in crucem brachia: idque nonnunquam in refectorio publice circa majora Domini noſtri feſta, aliis alias pœnitentias obeuntibus. Quam eſſet amans Societatis & inſtitutorum ejus, multipliciter demonſtrabat, propugnans ea totis viribus, neque ſe præſente aliquid jactari patiens, quod illis quomodocumque adverſaretur. Eodem ex capite omnem improbabat contra priores probatoſque uſus inductam propoſitamve novitatem, nec ſine diſplicentia ſumma audiebat invehi ab aliquibus ſententias novas in Philoſophorum vel Theologorum ſcholas, aut noſtros in eas propendere: quantumvis alias ipſi cariſſimi eſſent: maxime ſi ſciret præjudicium aliquod contra eas latum ab auctoritate majori publice privatimve. Erat enim Superiorum obſervantiſſimus: & quamvis ad eum, propter eximiam erga omnes caritatem, ſuas ſæpe domeſtici referrent difficultates, conſilii vel auxilii cauſſa; præfabatur tamen libere atque aperte, quod nollet ullatenus ſe ingerere regimini Superiorum, ea re ſalva, omnia facturum quæ afflictus poſſet deſiderare.

135 Eorumdem autem Superiorum mutationi, deliberationibuſque circa eam rem Romæ inſtituendis, nec ingerebat ſe neque nomen ſuum ab aliis patiebatur miſceri: cum diceret perinde ſibi eſſe quemcumque Deus atque Societas Superiorem dediſſent; tantum orare frequenter communem Dominum, quicumque Domui præficeretur (ſive is addictus ſuis ſtudiis eſſet ſive non) ut is talis eſſet, qualem Societatis inſtituta requirunt & commune bonum. Itaque licet non ignoraret quanta eſſet ſua apud Præpoſitos Generales exiſtimatio, quantique ſuum illi judicium facerent; de rebus tamen ad Provinciæ aut Domus regimen publice privatimque ſpectantibus, numquam ſcripſit Romam, niſi cum Conſultor Domus hujus Præpoſito additus, ea regula ſcribere tenebatur. Et hanc ſummam hoc in genere abſtinentiam ipſemet Bollandus in quadam epiſtola anno 1650. menſe Februario, eiſdem propemodum verbis indicavit: ſed & Romana tabularia & qui eis præfuerunt Aſſiſtentes, Secretarii, ac Subſtituti eorum, teſtabuntur. Unica quippe circa Superiores cura ei fuit, eorum ſartam tectamque ſervare auctoritatem apud ſubditos, & eiſdem apud Deum felicis quietique regiminis gratiam ferventer exorare; ſæpe ſupplicans, ut Provinciæ, Domibus, Collegiis Societatis de Prælatis idoneis zeloſiſque proſpiceretur, per quos & debitorum ſublevari onera, & communia commoda promoveri, & diſciplina regularis poſſet cum proximorum ædificatione efflorescere.

136 Simili zelo pro Religionis Catholicæ veritate ac puritate & decertabat ipſe, cum res ferret, adverſus hæreticos; & alios eadem in paleſtra magis ea profeſſo luctantes juvabat animabatque; ſæpe, at numquam fruſtra, requiſitus, ut vel contra errores ſcripturis ſuggereret opportuna librorum auctoritatumque ex hiſtoria ſacra petitarum præſidia, vel quæ ſcripſerant diſtribueret per amicos: quamvis id facere ipſe non poſſet ſine aliquo pecuniarum impendio, temporis vero & laboris, ob epiſtolarum hac cauſſa ſcribendarum accipiendarumque frequentiam, longe maximo. Ita rogatus a Silveſtro Petraſancta, cum hic orthodoxam religionem eſſet propugnaturus contra hæreticam & impiam Petri Molinæi epiſtolam, plurima diſcuſſit antiquiora monumenta, e quibus ſuperſunt varia de S. Georgio Megalomartyre, Sociis etiam profutura ad diem 23. Aprilis. Ita in celebri controverſia Lovanii anno 1640. excitata ab iis, qui facilem ſibi de orthodoxa fide victoriam promiſerant, ſi telum, ſub Auguſtiniani nominis grata ſpecie fallaciter occultatum, per Societatis noſtræ latus torquerent in matris Eccleſiæ viſcera, monitus de publico privatoque periculo Provincialis, & prudenter veritus, ne vicina quoque Belgio regna inficeret velox contagio peſti, quæ tanta hic incipiebat vehementia graſſari; Bollando potiſſimum dedit in mandatis, ut quos alibi ex noſtris norat ad ferenda laborantibus ſubſidia idoneos, eoſdem admoneret tempeſtatis hic excitatæ & ad ipſos mox deferendæ. Etenim quod in Hiſpania Joannes Martinez de Ripalda in ſuo de Ente ſupernaturali opere, quod tunc ſub prælo verſabatur, obtulerit gentilibus ſuis antidotum, quo contra venenum munirentur, ſi eo forte aſpirarent novatores, ſacræ Inquiſitionis metu non ſatis abſterriti: quod Franciſcus Anatus, nunc Regis Chriſtianiſſimi Confeſſarius, tunc Theologicarum rerum Tholoſæ Profeſſor, cœperit calamum ſtringere ad Eccleſiæ defenſionem; quod Dionyſius Petavius Pariſiis ex ſuis auditoribus unum præ ceteris aptiſſimum judicans Stephanum de Champs, Collegii Claromontani ibidem nunc Rectorem, probe inſtructum animatumque eduxerit in campum, tam illuſtribus deinde trophæis nobilitatum; hortante & inſtigante Bollando factum eſt: per quem illi primum, tum ipſum quo blaſphemum dogma continebatur librum, tum deproperatas Lovanii adverſus eumdem poſitiones cognovere: plurimis litteris ultro citroque ſuper hac re commeantibus, quarum adhuc multæ apud nos extant. Poſtquam vero præcipua quinque novæ hæreſeos cornua Innocentius X. Pontifex Maximus Vaticano decuſſit fulmine, multam ſæpe operam dedit Bollandus, ut & ipſius Apoſtolici decreti exemplaria & ad hujus defenſionem ſcripti impreſſique adverſus recalcitrantes libelli per hanc viciniaſque provincias dividerentur, uſui ad propugnandam veritatem futura.

137 Zelo fidei tuendæ ſuccedat zelus animarum, ad virtutes Chriſtiani nominis profeſſione dignas promovendarum vel ab erroribus ad Catholicæ veritatis agnitionem revocandarum. Hunc procurandis juvandiſque miſſionibus, ad eum finem ordinatis, Bollandus ſic declaravit; ut appareret non fuiſſe ejus electione factum, quod quietæ potius ſcriptioni, quam operoſæ actioni eſſet deſtinatus. Nam Miſſionariorum ſibi com-

mendata negotia ſedulus procurator exequebatur : & cum ad novam aliquam expeditionem ſuſcipiendam opera ejus requirebatur (ut requirebatur ſæpe, propter multiplicem regionum perſonarumque notitiam) ſemper inveniebatur promptiſſima. Sic cum Bergas ad Zomam aliquando in oculis haberet Provincialis, ut novæ miſſionis egentes, & opportunas fructui magno, colligendo ex adjuvandis Catholicis & hæreticis convertendis: curavit Bollandus per amicos ſeculares labore multo, receptores, fautores, diverſoria & quidquid aliud requiri primis initiis poſſet; ut per ipſum, mediaque curata minima ſteterit, quo minus iſtuc Societas ingrederetur. Cum item apud Moſchos Hollandus quidam nobilis fundare miſſionem decreviſſet, & res factibilis videretur, quod ſub Hollandi nomine & inter Hollandos Catholicos facile latere iſtic e noſtris aliqui & habitare poſſent : per ſibi notos in vicinis Provinciis diligentiſſima egit, ut ea ipſo loco diſceret accurate quæcumque ſcitu & obſervatu neceſſaria erant, de iiſque Superiorem edoceret. Eos qui verſantur in Indiis, tam Orientis quam Occidentis, quomodo Bollandus quotieſque adjuverit, non obſcura conjectura aſſequi poſſumus ex litteris, inde ad ipſum datis non raro per eos, qui ipſius hic fuerant caritatem experti, vel uſque eo delatam fama ex aliorum ſermonibus noverant. Cognitioni noſtræ propius Quat-mecchelen adiacet, Leodienſis Campiniæ pagus, patria Joannis weyer Sacræ Theologiæ Doctoris, eamque multis annis in Bohemia profeſſi, & intima amicitia cum Bollando conjuncti. Qui terræ natalis curam amoremque nequidem in tanto regionum intervallo deponens, litteras frequentiſſimas dedit ad Bollandum, & per eum multa ibidem curavit ad Dei honorem & ſpiritualem incolarum utilitatem. In his fuit tabula S. Ignatii, artis & pretii non contemnendi ab inſigni penicillo; deinde S. Franciſci Xaverii Confraternitas, per Miſſionarios hujus Domus ibidem inſtituta, cum egregio fructu pluribus jam annis iterato, non tantum inquilinorum ſed etiam accurrentium undique ex circumjectis pagis accolarum, ad invocationem Sancti hujus Thaumaturgi, & Indulgentias eidem loco a Pontifice impetratas, ad honorem magni Indiarum Apoſtoli promovendum; qui ibi nunc & altare marmoreum habet, & frequentiſſima miſeris confert beneficia ſanitatum; plurimum ad ſingula conferente & prima quadamtenus fundamenta jacente Bollando. Quorum aliorumque beneficiorum ergo, tum publice in dicti P. Joannis Weyer contribules, tum privatim in conſanguineos ejus collatorum, nomen promeruit non tantum amici, ſed & veri parentis, in epiſtolis illius, quæ de Bollandi obitu ſic nos conſolantur, ut ſimul gratulentur de obtenta, prout confidere audet, gloria.

138 Eximiam Bollandi caritatem tot quot ſupra protulimus exempla meridiana luce clarius demonſtrant; procul quidem poſitis exhibita omnia, ſed quæ ſatis oſtendant, quam prompta neceſſe ſit officia ejus erga præſentes fuiſſe. Quis filium amicumve in exteras miſſurus regiones ſtudiorum cauſſa, P. Bollandum popoſcit commendatitias, & plus quam ſperarat ab eo non retulit? Norunt multi, qui ſunt experti, & ſciunt quam ſubinde non unis litteris, nec ſemel ſcriptis opus fuerit, dum expenſarum rationes & pecuniaria cambia ultro citroque excipiuntur, ſubortæ complanantur difficultates & tricæ, curatur ut in virtutum ac litterarum ſtudiis continerentur & promoverentur adoleſcentes. Quis exteriarum Provinciarum hoſpes advenit Antuerpiam, cui per ſe Sociosve ſuos non exhibuerit officia omnia, quæ Provinciæ noſtræ erga exteros humanitatem eiſdem poterant commendatam reddere? Quis Sacerdotum aut laicorum Fratrum in valetudinario decubuit æger, quem non ſæpius in hebdomade viſitarit? Deprædicabat hanc ejus in eo genere aſſiduitatem P. Demſterus, Scotorum Romæ in ejus nationis Collegio poſtmodum Rector, Antuerpiæ per plures hebdomades infirmus; & cum inciperet convaleſcere, prolixis ſæpe Bollandi colloquiis recreatus: ſic ut ipſe non caperet; quomodo tanta caritas cum tot occupationibus poſſet conſiſtere, quantam ab otioſo homine vix alias expectaſſet. Deprædicabat eamdem etiam P. Euſtachius Paganus Neapolitanus, a Tirolenſi Archiduce in Hiſpaniam & Belgium miſſus, prolixiori etiam tempore curatus Antuerpiæ: qui ut aliquam benefico erga ſe viro redderet vicem, conciliavit ipſi amicitiam R. P. Caroli Zangrii, tunc Neapolitani Provincialis, poſtea Aſſiſtentis Italiæ & Vicarii Generalis, nec non P. Antonii Beatilli, Auctoris hiſtoriæ D. Nicolai Myrenſis, Barrii in Apulia quieſcentis; virorum eximiæ ſanctitatis laude illuſtrium, per quos inſigni de Sanctis Neapolitanis theſauro auctum muſæum Bollandianum eſt. His merito adjungendus eſt Adm. R. P. N. Goſwinus Nickel: hic anno 1636. Antuerpiam excurrens, poſt geſtum prima vice Rhenanæ Provinciæ magiſtratum ſupremum, cum ſua opinione diutius remanere cogeretur difficili detentus podagra, quantum a Bollando ſolatii acceperit, non deſinebat etiam deprædicare jam ſenior & totius Societatis Præpoſitus Generalis. Quia autem eodem tempore obſervarat, Januario infra prælum ſudante, quam improbo continuoque labore urgeretur editio, etiam diebus & horis iis, quas alii ex Superiorum religioſa indulgentia hilariter colloquendo vel ambulando impendebant; valuit accepta propriis oculis experientia, quemadmodum deinde Sociis profeſſus eſt Romæ, quo minus aures præberet nonnullis, ferme otioſum quiritantibus cum Socio ſuo Bollandum.

139 Quid nunc humanitatem illam ipſius commemorem, qua omnes cujuſcumque conditionis atque ætatis, quacumque de cauſſa accedentes, admittebat audiebatque, nullo unquam ſigno oſtendens vel importunam vel faſtidioſam alicujus ſibi præſentiam accidere? Quotquot noſtræ Provinciæ Socii hoc ex capite virum noverunt (quis autem credi poteſt non noviſſe aliquando, cum neminem negligeret vel contemneret) oportet unanimi fateantur conſenſu, haud facile inveniendum quemquam in hac virtute Bollando parem, nedum ſuperiorem. Quare de eo ſic ſcripſit emeritus Theologiæ Profeſſor, P. Ludovicus de Schildere, propter maximam librorum notitiam cum veniebat Antuerpiam apud Bollandum frequens; *Miratus ſum ſæpe benignitatem ipſius, quando ſcriptis ſuis occupatiſſimus, admittebat adventantes ad ſe magna comitate & affabilitate. Prudentia ejus in ſcribendo ſumma fuit, cum, quod ſciam neminem unquam ullo epiſtolarum ſuarum verbo offenderit. Doctrinam ipſius hiſtoricam deprædicat mundus univerſus, ſibi gratulans inventum eſſe eum, qui a tenebris educeret abſcondita, obſcure ſcripta expoliret, & plurimam ubique ambiguitatem ex antiquis monumentis eliminaret.* Hæc ille: ac alius quidam totius Provinciæ haud ita pridem moderator, *obſequendi & gratificandi ſtudium, cum ſumma humilitate & affabilitate conjunctum*, præcipue commendabat. Et vero ita ſuperabat omnem hac in parte virtutis communis modum, ut primo quolibet affatu accedentes raperet in amorem ſui.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

Extremæ lucubrationes & morbus ultimus Bollandi.

140 His aliiſque virtutibus (quæ, quales & quantæ fuerint, renum ac cordium ſcrutator Deus æſtimare novit, & æſtimatas digna mercede remunerare) necnon exercitiis ſpiritualibus, accuratione, ut alias ſemper, quam maxima obitis, ad mortem pie obeundam præparatus Bollandus, paullatim deficere atque langueſcere cœpit: ſic ut extremis vitæ menſibus nulli alicujus momenti ſtudio animum poſſet intendere amplius. Modo anguſtiati pectoris premebatur moleſtiis, nunc capitis vertigine laborabat: ſæpe debilitatem totius corporis ſummam ſentiebat, ſæpe prægravabatur ſomno; eo moleſtiori, quod Horarum Canonicarum lectionem cogeret identidem interrumpere, in eaque duas treſve horas ponere. Querebatur etiam deficere memoriam, etſi eam ad ſtuporem omnium in recreatione communi adhuc firmam proderet vegetamque. Nempe magnorum ædificiorum reliquiæ, etiam in ruinis, admirabilem oſtendunt ſervantque firmitatem, ita ut in eis conſumendis vires omnes ſuas videatur tempus exhauſiſſe. Querebatur tamen, nec ſine cauſſa: pridem namque cum Socii pararent in Italiam diſceſſum, examinandis S. Suiberti Actis pro primo die Martii dare cœperat quidquid habuit liberi temporis, quod ſane fuit permodicum, maxime poſtquam Socii receſſiſſent: ſed quadam implexarum quæſtionum indagine cinctum ſe invenit, quas inter tot negotia, in ſenem ſolitariumque undique incurrentia, haud ita potuit extricare, quin totum uſque ad reditum ipſorum triennium hac in re una abſumeret, nec parvam biennii poſt ſecuti partem. Hic tamen commentarius, quia in tantam excreverat molem, ut metus eſſet ne lectori prolixitate nimia faſtidium pareret confuſionemque; debuerunt ex Cenſorum Sociorumque judicio multa contrahi, multa etiam prorſus aboleri: magnæ quidem illa doctrinæ plena, ſed ad propoſitum haud adeo neceſſaria, cum paucioribus poſſet evidenter oſtendi, tota illa quæ ſub S. Marcellini nomine apud Surium alioſque leguntur Suiberti Acta, purum putum eſſe figmentum, anhiſtoriæ erroribus ſcatens propemodum infinitis, quos a coævo, ut ipſe ſe mentitur, Auctore produiſſe, prorſus ſit impoſſibile. Fruſtra certe in iis vel excuſandis vel a parte, ut rebantur, ſinceriori ſequeſtrandis, torſerunt ſe Scriptores omnes hujus ac ſuperioris ſeculi; dum contenti interpolata depravataque concedere, aperire non audent fœtidiſſimam illam tot pene mendaciorum vomicam, quot inibi articuli ſeu paragraphi continentur.

141 Ergo fatigatus faſtidioſo illo contentioſoque labore, eo magis quod amicos quoſdam ſuos videbat pro Pſeudo-marcellino illo, velut pro aris focisque certare; primum quidem aliorum Sanctorum Acta, a ſe ad eundem primum diem elaborata, recognoſcere cœpit ad nova illa monumenta, quæ peregre revertentes Socii de iiſdem advexerant. Deinde S. Caſimiri Poloniæ Principis Vitam aggreſſus eſt illuſtrare, ſuadentibus Sociis; qui ſciebant horum cauſſa plurimas ab eo litteras Vilnam & in Poloniam miſſas, ipſumque iſtarum hiſtorias gentium plene perſpectas cognitaſque habere. Sed in illo finiens hymno, quo Sanctus ipſe ſolitus fuit Mariæ laudes omni die dicere, tanto cum labore difficultateque eam commentationem pertexuit, ut negaverit poſſe ſe poſt hac amplius aliquid majoris molitionis aggredi. Nec vero aggreſſus deinceps eſt: nam ad relegenda Sociorum ſcripta convertens animum, ſuum de ſingulis cœpit ferre judicium. Sed hic quoque ex diuturna lectione faſtidium ac inconſuetum obrepſit: maxime quia caligantes oculi ſuum maligne præſtabant obſequium. Ad extremum igitur in ſerie prætermiſſorum ordinavit paucula: adeo ut vere dici poſſit iſtic ſtudiorum ſuorum metas (nam poſtrema hæc, diverticula potius fuere quam ſtudia) eum attigiſſe, ubi nullum inventurus eſſet admirandi amundique finem, in amabiliſſima ſpecioſiſſimaque omnium creaturarum, Dei, inquam, genitrice Maria; deducente ipſum ad communem Dominam Caſimiro, cui ſemper ſpecialiter fuerat devotus Bollandus; utpote Virgini & Virginum Reginæ, ob prælatam vitæ ipſi virginitatem, longe cariſſimo.

142 Itaque die 29. Auguſti, cum mane adhuc ſacris operatus eſſet, rediit ad commune Muſæum ex more, oppido ſe fatigatum querens: poſt meridiem vero cum reſponſum aliquod mittendum Coloniam per Sociorum alterum expediviſſet (jam enim hebdomadibus aliquot litteras ſcripſerat difficulter, & quas ſcripſerat negabat a ſe legi poſſe) ad cubiculum abiit Veſperas Completoriumque dicturus. Illis finitis, rurſum redivit ad muſæum, ſed adeo debilis, ut negaret ſe poſſe adjuvare in emaculando folio, quod a typothetis allatum fuerat; omnino præter conſuetudinem ſuam, cum ante hac numquam eſſet paſſus, niſi ſaltem ſe audiente, quidquam relegi & ultimo expediri ad prælum: Erant hæc initia morbi, paullatim ad caput aſcendentis: quo non obſervato, ad negotia quædam abiere Socii, ad cubiculum ipſe. Sed paullo poſt rurſum ex eodem egredi viſus eſt, manuſque ad parietem proximum applicare palpabundas, quaſi ſuſtinere ſe niteretur a lapſu. Accurrere illico, qui haud longe ſtabant, & ſuis excepere brachiis jam prorſus e mentis ſtatu emotum, nec quidquam apte reſpondentem, ignarumque quid ſibi vel ubi eſſet. Quare in Muſæum ab illis, inde in proximum cubiculum deductus molimine magno, videbatur in apoplexiam incidiſſe, & intra paucas horas moriturus: ſed diſcuſſit periculum ex aperta Medici judicio vena elicitus ſanguis, qui admirationi fuit omnibus, tam ſanus repertus ac ſi pueri quinquennis fuiſſet. Itaque Franciſcus Maria Florentinius, laudatiſſimus apud Lucenſes Medicus, de quo nos alibi iterum, ut morbi hujus ſymptomata intellexit, pro inſigni ſua in ejuſmodi rebus experientia judicavit, *Sanctum vividumque ſenem eo apoplexiæ genere eſſe extinctum, quo S. Hieronymus in Chronico narrat ſublatum Valentinianum egregium Imperatorem: nimirum ex ſanguinis per hiantem venulam eruptione ſuper cerebri meninges, ubi deinde putreſcens febrim letaleque coma excitaverit. Ita plures* inquit, *apoplexias fieri in mortuorum diſſectionibus obſervavi; præcipites, ſi vas grande adapertum fuerit; lentas magis, ſi vas parvum.*

143 Eſt autem menti ſuæ utcumque reſtitutus Bollandus, ſimul ut abundanti ſanguine levatus fuit, ſed abſque memoria rerum paucas ante horas actarum. Viſus eſt etiam ſat bene habere, niſi quod eſſet vehementer debilis; adeo ut nihil impediretur ultimo Auguſti die ſacram Euchariſtiam devote ſuſcipere, & Romam ad Congregationem Procuratorum abeunti P. Franciſco l'Hermite hilariter alacriterque valedicere. Verum poſt ſecundam a meridie ejuſdem lucis horam, difficili recurrentis febris paroxyſmo invaſus eſt, tertioque ſimiliter morbi die, qui ſecundus Septembris fuit; ſic ut jam conſtaret tertianam eſſe, ſed ita vehementem, ut ſemper uſu rationis privaret, quotieſcumque accederet. Ea ſolutus proximo die Jovis, ad inferius valetudinarium deſcendit, ſatis, ut tum quidem videbatur, robuſtus: ſed cum eodem die novus acceſſiſſet paroxyſmus, quaſi duplicis tertianæ indicium, numquam exinde liber a febri apparuit: etſi ad ſtata paroxyſmorum tempora gravius affligeretur, non abſq;

pe-

periculo imminentis lethargi. Quare judicatum fuit non eſſe differenda diutius extrema Sacramenta: quæ ei ad omnia præſentiſſimo ſunt collata, in Patrum noſtrorum Fratrumque corona, die v. Septembris, ſecundo quo in morbum inciderat Sabbato. Poſt hæc ad febrim acceſſit ſingultus perquam moleſtus; convocatique ad judicandum ſuccurrendumque, ſi fieri poſſet, plures medici, de vita actum judicabant; tentandum tamen, ſi quid per enemata afferri poſſet ſubſidii vitalibus, obſtructione præfocandis. Sed cum fruſtra eſſent clyſteres adhibiti, pejus etiam illa nocte habuit, ſic ut ſequenti mane reverſi medici animam agere exiſtimarent. Relevatus tamen præter ſpem omnium, poſtmeridianum tempus etiam hilariter egit, & blande excepit quoſcumque advenientes. Veſperi autem genuflexis ante lectum Sociis, & Magiſtri optimi benedictione extremum ſignari poſtulantibus, eamdem impertiit magna cum præſentia animi, verborum exquiſitorum efficacia, & internæ expreſſione humilitatis. Deinde ſub primam poſt medium noctis horam ſuſcepit Euchariſtiam, ut nocte etiam præcedenti fecerat, itemque ſequentibus duabus noctibus, deficiente paullatim natura, nec quidquam operantibus medicamentis. Mirabantur medici in tanta febrium ſingultuumque vehementia adhuc eum vivere. Vixit tamen ad finem fere tertii Sabbathi: & quidem ſui ac rationis compos toto die Veneris mortem præcedenti; quando circa noctem denuo rogatus a Sociis ut benediceret, ægre conſenſit: jam tempus eſſe ſignificans, quo ſibi potius illi deberent bene precari.

C A P U T XXIII.

Pridem paratus mortem obit Bollandus. Exſequiæ a Religioſis Ordinibus variis celebrantur.

144 AD ultimam uſque noctem, quæ fuit inter ſextam feriam & Sabbathum media, omnes ad ſe venientes cognoſcebat Bollandus: & ad cunctorum reſpondebat interrogata, quamvis impedita multum voce & difficulter intelligibili. Annuebat jaculatoriis precibus pie ſibi ſuggeſtis, & interdum vel repetebat eas, vel addito verbulo exaggerabat. Crucifixo avide figebat oſcula, & ad cœlum pie ſuſpirabat. At 12. die Septembris jam inde a nocte media & loquelam amiſerat, & poteſtatem mentis ſuæ exteriori ſigno exprimendæ. Die vero jam ad meridiem deducta, cum fugiente prorſus arteriæ pulſu animam agere crederetur, recitatæ ſunt conſuetę pro agonizantibus preces, & ſemel iterumque repetitæ. Quas inter adſtantium alicui venit in mentem, committendum non eſſe, ut nulla vel ex morientis vultu exciperetur imago viri, ita celebris in vita & magis poſt mortem celebrandi. Negabant Socii unquam id placuiſſe vivo, nec paſſurum eſſe morientem, ſi ſua eſſet in poteſtate, ajebant. Inductus nihilominus ad moribundi lectulum pictor eſt, Philippus Fruytiers, magni Rubenii olim diſcipulus: & ultima qua utcumque vixit hora, excepta ſunt vultus venerandi lineamenta, qualia in iſto articulo poterant & ſufficere videbantur efformandæ ſtudioſius operioſiuſque imagini, cui poſtea in æs inciſæ verſus ſequentes aptavit domeſticorum aliquis.

Bollandi vultum muta ſub imagine, ſculptor,
Ingenium ſcriptis explicat ipſe ſuis:
Sanctorum hoc geminis diſtincti menſibus Acta,
Tertius hoc Martis menſis & Acta probant:
Tertius, heu! idemque ſeni labor ultimus, annus
Quem doleas operi non habuiſſe parem:
Sed dabit his Sociale amor: ſic ſcribere perget,
Omne, ſuum finem donec habebit, opus.
Aſt animi ſpeciem ſi poſſent taliter ara
Reddere, uti vultus illa referre queunt.
Pauca forent Sociis condenda volumina, quando
Unica pro multis eſſet imago libris.

145 Expiravit Bollandus ſub horam quartam ſecundum meridiem, cum ultimo reſumerentur extremæ pro agonizante preces, & tertiam jam horam ceſſaſſet omnis arteriarum pulſus, nec niſi exigua reciprocati per halitum ſpiritus motione vivere cognoſceretur: ſic ut ſomno, quam morti ſimilior videretur hic exitus e vita, & ipſe admirabili ejus dilatione comprobaſſe crederetur factum pictoris, quod viventis humilitas ſemper improbaverat. Quin & poſt mortem favere viſus eſt, prima illa lineamenta vivis experimenti coloribus, ſupplentique ea quæ jam deleverat prorſuſque immutaverat ſtatus morientis. Nec dilata pictori ipſi merces ſua eſt, utpote cui gratia obtigit pientiſſime ſicut vixerat moriendi, ſtatim atque manum extremam imagini, nonnulliſque exinde ſumptis ectypis impoſuit; eo, ut confidimus, translatus, ubi nunc meliorem animæ Deo fruentis vultum jucundius contemplabitur. Porro imago hæc, quamvis ſub extremum ſpiritum deſignata fuerit; non tamen extremam illius ætatem perfecte refert: ſed juniorem aliquanto quam erat ea in qua mortuus eſt Bollandus. Cum enim pictor hic nullam præſtantiſſimi viri haberet animo impreſſam ideam, niſi quam ante complures annos hauſerat ex vegeto tum optimæque habitudinis vultu, tali Bollandum effinxit ſpecie, quali eum tunc fuiſſe meminimus, & optaſſemus ſemper manere nulla ætatis damna ſentientem. Sed nempe, ut Poſſinus, Societatis noſtræ Hiſtoriographus, de eo reſcripſit; *cœlum hunc vivum invidit terris, aut potius ſui ad ſe traxere Sancti, repræſentaturi mercedem vigiliarum & exantlatorum ingentium laborum in eorum & Dei procuranda gloria. Acquieſcere*, inquit, *neceſſe eſt beneplacitis divinis & ſenſum jacturæ noſtræ leviorem facere gratulatione felicitatis ejus*. Hanc maximi illius viri veriſſimam cogitationem, quod attinet ad Sanctos ſibi ſuiſque cœtibus Bollandum jungere affectantes, P. Franciſcus Vavaſſor, cultiſſimæ inter Gallos elegantiæ Poeta, ſic expreſſit:

De Scriptore ſuo Divi certamen habebant,
Tempora quæ vita, quam diuturna darent.
Pars major, ſalvum in terris ſupereſſe volebat,
Longius ut cœptum proſequeretur opus.
Pars minor ad ſuprema poli convexa vocabat,
Ut caperet ſcriptis præmia digna ſuis.
Finiit hanc litem qui ſolertiſſimus unus,
Et dedit ad comitem talia verba pius:
Juſta vire, Superi, & merces jam debita, cœlum eſt,
Si pergat, quid, ei quod tribuamus, erit?
At ſi deſiſtat, ſi quædam infecta relinquat:
Nonne ſat unius mox duo munus agent?

Agent utique; ſi (quod non tam a natura ingenioque ſuo quam ipſorum Sanctorum & Sanctos amantium interceſſionibus ſperant) fiat in ipſis ſpiritus Bollandi duplex: ſpiritus doctrinæ & pietatis: ut plus quam duplici, quæ adhuc ſupereſt, partis laboris facere poſſint ſatis, dum vita & vires patientur.

146 Nunc ut ad Bollandum revertamur, mortuus eſt is optatu ſibi nec improviſo tempore. Inventus eſt enim in menſa, ad quam ſtudebat, libellus P. Franciſci Poirè de methodo bene moriendi, ad dexteram; ad ſiniſtram vero ſupra laudati Bernardinorum reformatorum Generalis Bona Manuductio ad cœlum. Propoſita quoque in ultimis exercitiis ſpiritualibus ſcripta aliud fere non continent, quam quomodo ſe vellet ad mortem religioſe obeundam parare. Superiori indican-

canti ſub initium morbi, periculoſam eum videri, a quo fortaſſe non reſurgeret; reſpondit, ſe ſane nunc libentiſſime mori: petiiſſe aliquando, dum anno 1661. aliquo in diſcrimine vitæ jaceret, ut ſibi vita protraheretur tantiſper, dum reduces ex Italia Socios videret: eo voto abunde potitum, nihil habere amplius propter quod diutius optaret vivere: gratias agere Deo, cujus beneficio in Societate Jeſu vixiſſet ac moreretur; cætera prudentiſſimæ ejus diſpoſitioni relinquere. Idque ſic fecit ut totis illis quatuordecim diebus nullam de ſtudiis ſuis, nullam de allatis litteris, nullam de negotiis ullis admiſerit feceritve mentionem; niſi quod ſemel iterumque monuerit Socium, necdum perſolutam mercedem eſſe ei fabro, qui vinculum hermæ continendæ reparaverat. Mortuum Bollandum ſic Domus noſtra luxit, ut vitam ei magnamque in cœlis ominaretur gratulabunda felicitatem: quia tamen inſcrutabilia ſunt judicia Dei, qui etiam in Angelis ſuis reperit pravitatem, poſtulata continuo per noſtræ Provinciæ Collegia ſunt conſueta ſacrificiorum ac precum ſuffragia, ſi forte adhuc aliquid expiandum animæ, tam caræ Deo Cœlitibuſque, hinc extuliſſet.

147 Religioſorum deinde per hanc urbem monaſteriis aliquot, cum quibus Bollandus magis arctam coluerat amicitiam, indicatus obitus ejus eſt. Illi autem omnes ſic exceperunt hoc nuntium ut manifeſta patuerit Sanctos imitari Dei indolem, cujus viſione æterna beati ſunt, & jam velut deificatos, ſeſe glorificantem voluiſſe glorificare. Etenim quod nemo hic unquam factum meminit alicujus privatæ perſonæ honori, id factum eſt a religioſiſſimis illis cœtibus in funere Bollandi, conſenſione tam admiranda animorum ut ex condicto ſic agere communiter viderentur, non ſuo privatim affectui obſequi. In his ut dignitate auctoritateque, ſic etiam apparatu & magnificentia præcipuus fuit Ampliſſimus & Adm. Reverendus. Dominus Macarius Simeomo, Cœnobii D. Michaelis Ordinis Præmonſtratenſis Abbas. Eodem enim, quo defunctis deceſſoribus ſucceſſores Abbates ſolent, ritu & pompa publice in ſuo templo, multis e noſtra Societate præſentibus, parentavit Bollando, funebre perficiens ſacrificium in Pontificalibus, cum ſolenni muſicorum concentu, majoribuſque campanis omnibus lugubri ſonu propalantibus, qua in veneratione ipſe ac ſui Religioſi haberent piam P. Bollandi memoriam, ob Sanctos Candidi Ordinis ſtudioſe illuſtratos. Franciſcani Patres, ſtatim ut accepere ſchedulam, mœſti nuntii bajulam, ſuis indixere preces, miſereque ad R. P. Præpoſitum hujus Domus, qui indicarent exequiali ſacro adjuturos ſe cum privatim tum publice pios P. Bollandi manes; delectumque ad hoc eſſe diem 16. Septembris, quando pleniſſimo Religioſorum choro illud eſt ab omnibus decantatum. Apud Dominicanos Patres, ſub interregno conſtitutos, quia Priore magiſtratum deponente necdum erat declaratus ſucceſſor, non ita pronum erat tale quid conſtituere: vicit tamen affectus gratitudinis, quam ſe putabant debere Bollando, mortuo, ut intellexerant, eo die quo imprimebatur Vita B. Petri Hieremiæ, ex ſuo Ordine, diem 3. Martii finiens. Itaque non contenti privatim pro eo indixiſſe preces, ipſoque, quo lugubriter pro animæ illius refrigerio omnes ſacrificabamus, die 14. Septembris ad templum noſtrum miſiſſe Eximium Patrem Magiſtrum Franciſcum Dinghens, Sacræ Theologiæ in Academia Lovanienſi Doctorem & Studii ſui hic Regentem, atque in ætate jubilaria venerabilem ſenem, ut eodem quo noſtri ritu ſacrificaret; elegerunt etiam 17. menſis ejuſdem diem, quo, eodem Eximio Patre Magiſtro ſolenniter concinente ad aras, teſtarentur, quid omnes ſentirent de meritis defuncti.

148 Patres vero Carmelitæ majorem eſſe ſuam erga demortuum obligationem rati, quam quæ poſſet unius Conventus expleri obſequio, ad Provincialem ſuum, tum Bruxellis agentem, R. P. Danielem a Virgine Maria, intimum Bollandi amicum, retulere viri de Ordine ſic meriti mortem, requirentes quid fieri juberet. Juſſit autem ut per Provinciam univerſam, in qua Conventus quindecim numerantur, Officium defunctorum cantaretur cum Miſſa: quæ continuo 16. Septembris Acta ſunt Bruxellis, coram Collegii noſtri Rectore, Ex-rectoribus ejuſdem collegii duobus, aliiſque totidem graviſſimis Patribus quondam P. Bollandi diſcipulis. Antverpiæ autem expletum eſt Provincialis mandatum die 18. ſic ut tribus in templis Mendicantium Ordinum, tribus continuis diebus, non abſque admiratione magna civitatis, Bollando fit habitus inſolitus iſte honor: cui ut aliquam gratitudinis vicem rependerent Socii, ex variarum Reliquiarum theſauro, occaſione ſcriptarum ſcribendarumque Vitarum e pluribus locis ad Bollandum tranſmiſſo, ſelecta quædam & ſingulis aptiora obtulerunt: quæ ipſis & Bollandi memoriam conſervarent, & promovendæ inſervirent pietati. Provinciali præterea Carmelitarum, quoniam ob illuſtratam S. Petri Thomaſii Vitam præcipue agnoſcebat hic Ordo ſe Bollando obſtrictum, offerre placuit alteram ejuſdem Sancti Vitam, quam velut pretioſiſſimam gemmam, litterario ſuo gazophylacio inſerendam atque ad ſupplementum Januarii aſſervandam, Pariſiis deſcripſerant Auctore Joanne Carmeſſonio, FF. Minorum Terræ Sanctæ Miniſtro, eo qui & morienti adfuerat, & mortuum laudaverat pro concione, & miraculorum ab recepto in cœlis patratorum teſtibus canonice audiendis dederat operam. Inventa autem hæc Vita fuerat inter ejus, qui editam in Januario Vitam tam plerorumque teſtis occulatus ſcripſerat, Philippi Mazzerii Cancellarii Cypri manu exaratos codices, in monaſterio Patrum Cœleſtinorum: a quibus tranſcriptam una cum præclaris de feſto Præſentationis Virgineæ, dicti Philippi opera ex Oriente in Occidentem traducto, monumentis, cum præfato Provinciali obtuliſſent Socii, ut ex ore duorum oculatorum teſtium eximia B. Petri Thomaſii Sanctitas plenius Ordini cuncto innoteſceret, curavit continuo per R. P. Gerardum a Puero-Jeſu tunc Definitorem recognoſci omnia, & ſicut prius edita congruis annotationibus illuſtrari, Societatis noſtræ Provinciali Præpoſito Ægidio vander Beke & Domus hujus Superiori Petro vanden Berghe, nec non Bollandi Sociis duobus dedicanda, typiſque evulganda: prout anno 1666. factum eſt per epiſtolam, in qua prædictus Adm. R. P. Daniel a Virgine-Maria, poſtquam Societatem Jeſu & Carmeliticam Mariæ familiam oſtendiſſet præcipui cujuſdam amoris nexu conjunctas, crebris mutuiſque inter ſe beneficiis officiiſq; ſemper certaſſe, & honorem Ordinis a Bollando cum viveret auctum commemoraſſet; tranſiturus ad eum commemorandum, qui viciſſim Bollandi mortuo rependſus ab Ordine Carmelitico eſt, ſuum de ipſo ſenſum his verbis interpoſuit.

149 *Liceat eximii iſtius Patris, Domus veſtra Antverpienſis totiuſque Societatis illuſtriſſimi ſideris, tantiſper immorari memoriæ, quæ vere in benedictione eſt apud homines, ecquis dubitet quin & apud Deum Sanctoſque omnes? Etenim ſi teſte Joanne Molano in tractatu de Martyrologiis gratiſſimam Catholicis & iis qui pietatem amant operam faciunt, qui Sanctorum nondum impreſſa præclara geſta in Bibliothecis inveſtigare & prælo dare volunt...... ecquid cenſendum de eo, qui & omnia Sanctorum Acta ubivis terrarum extantia inquirere, & eruditis pulcherrimiſque annotationibus illuſtrare aggreſſus eſt, multumque progreſſus aliis perficiendi viam monſtravit? ..... Eſt & erit in benedictione memoria P. Bollandi apud univerſam Eccleſiam: cujus decor & ornamentum ſunt Sancti.*

Eſt

Digitized by Google

Eſt & apud Sanctos, quorum glorioſa memoria recolitur in eorumdem Actis ſcriptis, & dum exemplis virtutum iſtic expreſſis nos conformamus, acceptiſſimum illis exhibemus obſequium: ſumma enim religionis eſt, imitari quod colimus. Eſt denique apud Deum, qui in Sanctis ſuis glorioſus exiſtit & in eorum honoribus honoratur....... His ducti motivis plures ſanctiſſimi viri .... libentiſſime ſubiverunt laborem Sanctorum Vitas ſcripto conſignandi, ſeque per eum & Deo gratiſſimum præſtare obſequium & ad perfectionem proficere quam plurimum crediderant..... Qui inter aromata commoratur eaque aſſidue manibus contrectat, odorem ex illis quem contrahat, haud fieri poteſt. Sic & P. Bollandus tam multis annis Sanctorum cujuſvis Ordinis, temporis, regionis immerſus Sanctis geſtis, ea jugiter contemplando, ruminando, adornando, non parum pietatis in ſe tranſtuliſſe haud eſt ambigendus. Atque evidenter ſatis manifeſtare videtur candor ille ejus in verbis & geſtis, nec non præſtanti ejus & variæ eruditioni magnaque prudentia conjuncta comitas, humilitaſque, ac Chriſtiana quadam ſimplicitas: quarum ipſe me virtutum teſtem adſcribo. Ut proinde, ob illius eluſque & vitam præclare actam ac magnos labores exantlatos, in heroico illo pro Sanctis molimine ſuſcipiende & proſequendo, confidere liceat, ipſum non modo Beatorum conſortio jam frui, ſed & inter eos eminentioris gloriæ gradum aſſecutum. Atque ita ſi pium fuerit flere Bollandum, nobis & Eccleſiæ ereptum; pium etiam eſſe gaudere Bollando, Beatorum choris inſerto.

150 Hæc pro ſuo affectu Provincialis ille, iis conformia, quæ plures ſentiebant de Bollando; cujus corpus, eodem quo ceteros ritu ſolemus, XIV., ut dictum eſt, die extulimus ſepeliendum ſub ſacello S. Joſephi, adeoque & ſub eo quod alteri imminet altari; ad quod ultimis vitæ ſuæ annis ſacris quotidie fuerat operatus. Officio publice recitando interfuere ſeculares varii, qui Bollandum noverant familiarius: & inter hos Patrum Carthuſianorum Prior Peckius, qui etiam ordinavit, ut defunctorum Officium ſui canerent una cum Miſſa: quod idem ab ejuſdem Ordinis Patribus Liræ, & a Minoritis Hibernis Lovanii factum fuiſſe poſtmodum intelleximus. Simile quid Eccleſiæ Cathedralis Canonici aliqui & ex ceteris religioſis domibus plurimi ſe feciſſe teſtati ſunt, pro ſuo quique proprio erga virum doctiſſimum affectu. In quo deinde nec Ciſtercienſis in Monaſterio S. Salvatoris Prælatus, nec ejuſdem Ordinis extra hanc civitatem Abbas ad Scaldim in antiquiſſimo ſplendidiſſimoque S. Bernardi monaſterio paſſi ſunt deſiderari eas partes, quas Officii ſui eſſe credebant erga virum, æque de ſuo ac aliis Ordinibus omnibus bene meritum ſcribendo. Lætienſes ex Bloſiana familia monachi, memores qua veneratione atque amore fuerant viventem proſecuti Bollandum, ſinguli cum ſuo Abbate pro anima ejus ad Altare privilegiatum fecere.

151 Hæc tam ingentia bonorum omnium hujus urbis ſtudia, tam concordi affectu demonſtrata, Pariſiis intelligens P. Franciſcus Vavaſſor, ita 5. die Novembris gratulabundus reſcripſit:

De P. Joanne Bollando male narratis: etſi enim mors ejus immatura videri debet illius, qui annum ageret ætatis jam ſeptuageſimum: tamen virum tantum, incumbentem tanto operi, necdum etiam quarta parte illius perfunctum, ante diem perdidimus. Perdidimus autem nos: imo vero ipſe univerſus orbis Chriſtianus, de quo tam bene mereri cœperat; ipſi, prope dicam, Cœlites, quibus operam navabat, perdiderunt. Itaque minime miror, ſi, ut ſignificaſtis mihi per literas, Minoritæ, Dominicani, Carmelitæ, Præmonſtratenſes, Ciſtercienſes, plerique alterius generis homines, gratos ſe ei præbuerunt, & revera juſta, quæ dicuntur, perſolverunt. Quamquam hoc iſtorum eo mihi laudatius factum videtur, quod hic pari in cauſſa nihil experiamur tale, nec tam æquis & benevolis utamur hominibus noſtris. Amo, Patres mei, gentem veſtram, piam, fidelem, gratam. Faveo laudi Belgarum, qui & ſine invidia æſtimare ſuorum ingenia norunt, & ſine parcimonia, poſt mortem etiam, quoad fieri poteſt, remunerari. Sed, ut ſcripſi, damnum fecerunt in optimo Bollando litteræ hiſtoriaque id genus ſacra: veruntamen damnum quod per vos, Henſcheni & Papebrochi, rependetur. Prudens illud quidam conſilium, ut, quoniam ætas hominis par eſſe non poteſt maximis quibuſque operibus abſolvendis, dividatur penſum inter plures; alter alteri, quaſi vicarius diligentiæ, ſuccedat; poſteris interdum, quod agant commodo ſuo, relinquatur; ſed ſumma quoque felicitas eſt nancisci in tanta varietate judiciorum, qui velint; in tanta multiformis & accuratæ eruditionis penuria, qui poſſint præclara aliorum cœpta exequi ac perficere. Macti eſtote hac industria voluntatis, hoc robore animi atque fiducia. Tantum opto atque a Deo precor, ut, quando vobis multo plus eſt oneris relictum quam quantum deceſſor veſter tulit, plus vobis item valetudinis, virium, annorum ad præferendum concedat.

CAPUT XXIV.

Senſus piorum extra Flandro Belgicam nuntiato Bollandi obitu.

152 Ceterum hic referendæ candor gratiæ, quem vir iſte eloquentiſſimus in gente noſtra miratur & laudat, non ſolum extra Antuerpiam in varias Flandro-Belgicæ urbes ſe diffudit per Carmelitas, Minoritas, Carthuſianos, Ciſtercienſes, etiam Brugis in Dunenſi monaſterio Bollandi mortem variis piacularibus ſacris, licet privatim, proſecutos: ſed in ipſas penetrans Gallias per Reverendiſſimum Generalem Canonicorum Regularium S. Genovefæ Abbatem, Franciſcum Boulaert, transfudit ſe ad omnia, quæ ſunt plurima, eidem ſubiecta monaſteria; in quibus jubente ipſo, prout huc perſcripſit, preces & ſuffragia indicta pro anima P. Bollandi. Canonicorum quoque Regularium in regali Abbatia S. Victoris Pariſienſis Prior, cum ſuperveniſſet lugentibus Bollandi recentem mortem Sociis, nihil magis doluit, quam præreptam ſibi felicitatem ipſimet in manus tradendi martyrium Magiſtri Thomæ, Prioris olim in Abbatia prædicta & pro Epiſcopo Stephano Vicarii Pariſiis Generalis, recens a ſe ex antiquis monumentis compilatum, & Pontifici Maximo oblatum; ut quem Jotrenſe Concilium, Epiſcopus Pariſienſis Stephanus, S. Bernardus Clara-vallenſis Abbas, aliique, nec non Innocentius Papa II. Martyrem verum declaravere, ipſe congruo Martyribus cultu, qui ſolum deeſt, honorandum decernat. Itaque prædictus Prior, Philippus Gourreau nominatus, addixit Sociis P. Bollandi, ſe quoque curaturum, ut ſuorum Religioſorum ſacrificia & preces, pro optimo Magiſtro neutiquam deſiderarent. R.P. Marianus Sozinus, Patrum Congregationis Oratorii in Urbe Præpoſitus, literas in Belgium miſit, 15. Octobris ſcriptas hoc tenore

Obitus R. P. Joannis Bollandi, in eam nos animi anguſtiam egit, ut ſatius indicaremus ſolamen magis accipere quam ferre: tanta erat omnium noſtrum erga illum benevolentia, quam ſibi juncta pietati doctrina conciliaverat: tanta erat orbis Chriſtiani ſpes, quam religioſiſſimi æque ac utiliſſimi operis fovebat expectatione. Suffragia

pro

pro ejus anima refrigerio promittimus & ſolvimus.

153 Plura fortaſſis alibi alii, nobis ignota: quod autem ex litteris huc datis ſcimus, etiam viros in politica dignitate primarios, quæ religioſorum fuerunt, Bollando præſtitiſſe, non debemus reticere. Etenim ſupra laudatus Divionenſis Conſiliarius D. Bouhier, qui pridem cognitum habebat Bollandum ex lectis accurate operibus ejus, continuo ut obiiſſe audivit, ad recitandum pro anima ejus Officium defunctorum ſe contulit. Similiter nobilis ille Lucæ in Italia Medicus, in quo tantam hiſtoricarum rerum peritiam demiratos Socios ſupra narratum eſt, ſcripſit in hæc verba Antuerpiam.

Deceſſit P. Bollandus, vir ſummus & ſapientiſſimus? Nil mirum, ſi de piis omnibus optime merito pie omnium ſolliciti, juſta mœrentes juſta ſolvunt. Equidem perlectis litteris veſtris non continui lacrymas, ſed totus in gratiarum actionem effuſus, Ambroſianum hymnum recitare accœpi, metum reputans, impoſſibile eſſe, in exemplis Sanctorum ſemper verſatum, a Sanctis aliquando disjungi. Sanctos omnes, pro quibus tantum ſudavit & alſit, in ejus occurſum proceſſiſſe non dubito, ipſumque nobis ex alto jam occinere ſuum illud, In plenitudine Sanctorum detentio mea.

154 Ita quidem & nos confidimus, tum propter ſuffragia tam multa, tanto affectu impenſa mortuo; tum propter accurationem, qua ſolitus erat eadem ipſe pro aliis indicta perſolvere: neque indicta tantum; ſed alia etiam plura pietatis exercitia pro purgantibus animabus ultro aſſumpta: ſolitus præterea quoties iter agens tranſiret cœmeterium, aut reorum ſuppliciis addictum locum, vel crucem cæſi iſtic hominis indicem, Pſalmum *De profundis* recitare, & eumdem ſubjungere itinerario, cum primum urbis portam egrederetur. Hanc ejus conſuetudinem cum aliquando obſervaſſet quidam ex Rheni inferioris Provincia, tridui vel quatridui comes datus, ſcripſit ſe jucunda exempli utilis ſpecie eccretum idem deinceps pietatis Officium mortuis in ſimili occaſione cœpiſſe & perſeveraſſe impendere. Quod ſi aliquem ex amicis, vel propter commercium litterarum, vel propter communicatas Sanctorum Vitas de ſe bene meritum, intelligeret vitam commutaſſe cum morte; uno alterove aut etiam tertio ſacrificio proſequebatur defunctum, Socioſque ut idem facerent admonebat. Eumdem erga demortuos affectum hoc quoque demonſtrabat, quod in noſtrorum mortuorum funeribus libenter ſpectandaque cum gravitate Sacerdotale munus peragere conſueverit, diligenterque ſcribere ac ſuggerere, quæ laudabilia in ipſorum moribus ac vita obſervarat, & judicabat inſtruendo elogio opportuna.

155 Hujus ſui obſequii vicem copioſam a noſtris hominibus retulit: quippe qui nec in ſacrificiis mortuo impendendis, nec in dando virtutibus illius teſtimonio parci fuerint, non tantum in hac noſtra, ſed etiam Provinciis extraneis. Plurimi enim qua Rectores qua ſubditi ex Gallo Belgica, Germanicis, Gallicis, Italicisque Provinciis, reſcripſere aut ſe, aut ſecum ſubditorum ſuorum pleroſque, Miſſarum ſacrificia pro ejus anima etiam pluries obtuliſſe: ſinguli vere exquiſitis verborum formulis virtutem ejus doctrinamque deprædicant. Omnium vice audire lubet Alexandrum Wiltheim, Luxemburgenſis hiſtoriæ Scriptorem diligentiſſimum, & frequentibus ad Bollandum litteris hic notiſſimum, qui Luxemburgo ubi Rectorem egit 3. Octobris in hæc verba ſcripſit:

Ergo occidit lumen illud Eccleſiæ R. P. Joannes Bollandus: vir in quo certarunt humanitas & litteræ? Fruſtra de eo expoſcat aliquis judicium meum, Eccleſia tota omnibus deinceps ſeculis de Actuario ſuo præclariſſima ſemper judicia faciet. Ego quid poſſum? Dicere virum undequaque doctum? at tales quot tulit, quotve fert erudita hac ætas? Vulgo & ſummis viris gratum, laudatum, cultum, ſuſpectum? Et hæc fieri ſæpe vidimus. Aſt Acta Sanctorum, Roſweydo cogitata tantum aut leviter tentata, in lucem proferre cœpiſſe primum, cujuſmodi hoc eſt? Cœlos fingamus carere ſtellis, aut certe nubibus ita ſpiſſe obtectos, ut vix ſtellas habere videantur. Jam qui ſtellas cœlis dederit, aut vero nubium depulſa caligine, ut ſtellæ luceant clare, effecerit, quantus ille? quam ad imaginem Creatoris ſtellarum factus? Quid erat Eccleſia, id eſt, terreſtre hoc cœlum, ante iſtud Bollandi incomparabile cœptum? Cœlum quidem: ſed tot ſtellis aut deſtitutum aut obſcuratis minus lucidum, quot Sanctorum res geſtas vir ille magnus, aut novas & ante eum diem inauditas protulit, aut tenebris involutas doctis eruditiſque commentationibus illuſtravit. Hoc ſuſpiciet Eccleſia ſemper: hoc omnia ſecula deprædicabunt. Nec ſane video quid ad hanc laudem addi poſſit. Vos interim his veſtigiis gnaviter pergite inſiſtere, & digna æternitate molimina cum plauſu bonoque orbis terrarum perficite.

156 Hæc ille: poſt quem Hermannus Crombach audiatur, editis libris vir illuſtris & crebro litterarum eruditarum uſu cum Bollando conjunctiſſimus: cujus hæc eſt ad P. Godefridum epiſtola, die 22. Septembris ſcripta.

Serius intellexi, nec niſi octava poſt die, mortem R. P. Joannis Bollandi. Dolui, ut debui, vehementer, Societatem noſtram tali cultore omnis litteraturæ ſidere privatam; menſem Martium, in quo complures Sancti Colonienſes occurrunt, non modice retardatum; Reverentiam veſtram Patremque Danielem tam cano capite, duce ac ſocio curarum & laborum antevidua orbatos eſſe. Nec tamen ſortem beatam & conſortium Sanctorum animum, quoniam geſta tot vigiliis & inexhauſtis laboribus ab annis plus quam triginta, cum ſummo Eccleſiæ totius Catholicæ emolumento, illuſtranda ſuſcepit, invidere potui optimo ſeni fracto jam morbis & continuis ſtudiis attrito corpore, defectiſque viribus, quietem æternam in triumphante Societate pridem anhelanti. Vir ſane fuit maximis naturæ gratiæque donis cumulatus, Deo, Cœlitibus, & omnibus mundi verticibus, doctiſque omnibus merito cariſſimus: cujus memoria, dum ſtabit orbis, viva & immortalis perennabit in relictis orbi tot monumentis. De omnibus nationibus, omnibus vitæ religioſæ & ſecularis ordinibus optime meritus, comis & affabilis omnibus; oraculum orbis Chriſtiani in ſummis hiſtoriarum difficultatibus, & abſtruſarum reconditarumque quæſtionum implicatis nodis, nulli roganti, graviſſimis licet implicatus negotiis, ſuam negavit operam aut tarde exhibuit: divinæ bonitatis inſtar longe lateque ſe diffundens, cunctiſque communicans ingenii ſcientiarumque dotes, effuſa & ſui quodammodo prodiga caritate. Cujus cum jam remuneratione fruatur in cœlis, larga, ut confido, & redundante; non eſt par nos ejus cauſa triſtari, qui, quorum præconium ſcribendo peregit, eorum virtutes ſedulo ut contemplatus ſic æmulatus, ſublimem inter eos locum credi poteſt obtinuiſſe. Eo autem dolendum minus quod non abierit, ſed præceſſerit, futurus apud Deum Cœliteſque Patronus inchoati operis: quod ut Reverentia veſtra cum Socio Daniele feliciter decurrat totum, animitus voveo, ter divinis myſteriis pro amantiſſimo Patre, ut mortuum comperi, operatus.

157 Nefas poſt hæc fuerit Adm. R. P. N. Generalis Joannis Pauli Olivæ ſupprimere litteras, quas ad demortui Socios ſcripſit 31. Octobris: tum quia ipſe eſt Caput Societatis noſtræ, ad eumque propius pertinet de ſuorum ſubditorum meritis ferre ſententiam; tum quia illuſtria duo continet & hactenus prolatis nobiliora, videlicet Reverendiſſimi Patris Generalis Carmeli-

ta-

tarum eximiam benevolentiam, & ipſius, qui tranſcendit omnes, ſummi Pontificis Alexandri VII. ſenſum, novis majoribuſque indiciis ſub tali teſte declaratum. Hæc autem epiſtolæ verba ſunt.

Etiam hic apud Carmelitas Tranſpontinas, non ſine lugubri ſplendore, parentatum eſt optimo P. Bollando, de quo 18. Septembris ſcribitis. Vixit ille inter Vitas Sanctorum, quidni obierit pretioſa morte Sanctorum, acceptus amantiſſimo amplexu ab illis; quorum beato vita imaginem pinxit ac commendavit, ac in Reverentiis veſtris commendare pergit immortali memoria poſterorum? Ceterum illud ſolatur dolorem meum, poſt illum ad ſedes æternas a vita & necis Domino evocatum, quod aureo uno ramo avulſo, non deficient alter aureus, imo duo. Scribo itaque P. Provinciali, & tenere ei inſtanterque commendo Reverentias veſtras opuſque illud Sanctum, quod Eccleſiæ tantæ utilitati, & Societati tanto ſplendori & Deo tantæ gloriæ futurum eſt. Etiam SUA SANCTITAS, *audita P. Bollandi morte, non ſine mœroris ſignificatione lucubrata, oſtendit, quanti virum illum feciſſet, vivum, & quantum doleret acerbum ejus, etiam in adeo matura ætate ac virtute, occaſum. Simul operis, ab illo inchoati ac Reverentiis veſtris relicti, laudes atque utilitates in Eccleſiam univerſam profecturas, ita eſt proſecutus; ut mihi, licet currenti, acres omnino ſtimulos addiderit, ad celeſte illud opus omni ſtudio adjuvandum. Quocirca audeant Reverentiæ veſtræ a me petere quidquid in operis illius favorem auderet P. Bollandus; quem ego & vivum amavi unice & mortuum amare pergam in Reverentiis veſtris. Ac quia ſilentium eſt vox apta dolentium; hic ſileo: & quoniam P. Bollandum, inſtar Patris veſtri, lugetis boni filii; ecce me vobis Patrem. Utrique veſtrum ita rem agat, ut de utroque veſtrum dici poſſit illud: Mortuus eſt Pater ejus, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.*

CONCLUSIO.

ATque hæc ſunt præcipua, PATER NOSTER ADM. REVERENDE, quæ ex fideli domeſticorum aliorumque familiarium relatu, ex propria noſtra experientia, ex epiſtolarum autographis apud nos magno numero aſſervatis, de Sanctorum Hiſtoriographo Joanne Bollando & virtutibus ejus; de inchoatæ ab eo ſcriptionis exordio, progreſſu ac ratione; de amicorum Principumque officiis ad eam provehendam collatis; de piorum atque eruditorum virorum circa ipſum judiciis; deque iis omnibus, per quæ poſteritati innoteſceret homo ipſe & opera ejus colligi potuere, ad hoc conſcripta, ut ſua Bollando in iis quæ geſſit fecitque laus, & amicis ac benefactoribus eorum quæ præſtitere gratia poſſit perennare. His autem quærendis audiendiſque, ſicut inter tot occupationes graviſſimas, horas aliquando integras & pronas aures libens dediſti; ita in præſenti ſcripto legendis recolendiſque non invitus oculos commodabis eos, quibus totius Societatis noſtræ incolumitati & utilitati proſpicis. Reſtat, quoniam rem benevole jubes, ut in noſtri favorem operis petere audeamus quidquid auderet Bollandus; oremus hoc idem, quod ipſe orare ſolebat cum viveret; videlicet ex magno illo precum ſacrificiorumque theſauro, quorum Deo per totam Societatem oblatorum penes Paternitatem Tuam diſpenſatio reſidet, ſubſidium aliquot proſequendis ſtudiis operibuſque ad nos a Bollando deductis, & Sanctorum, quos in lucem proferimus, exemplis ipſa imitatione exprimendis. Deinde vero, quia mortui jam ſunt pleriqne eorum, quos per omnes Societatis provincias multis obſequiis Bollandus ſibi comparaverat amicos & in perquirendis atque Antverpiam deſtinandis Sanctorum Actis adjutores; neque ſenior & in dies occupatior intendere potuit novis amicitiis conciliandis: eſſet hoc noſtrum imprimis votum, idemque in rem præſentem opus utiliſſimum, ſi Tuam auctoritatem interponeres apud omnes Societatis noſtræ Præpoſitos Provinciales, ad hoc ut in ſuis quique Provinciis aut præcipuis noſtrorum domiciliis deſignandum curent ſinguli virum unum alterumque induſtrium: ad quem noſtra de Sanctis quarumque Provinciarum referre dubia poſſimus, viciſſim edocendi & adjuvandi in iis quæ occurrerint inveſtiganda. Primum ut opus hoc (quod non tam Bollandi aut noſtrum eſſe cenſemus quam univerſæ Societatis) uno quaſi humero ubique urgeatur promoveaturque. Tum ut per eoſdem quibus a Te fuerit commendatum, commendetur porro etiam aliis Eccleſiarum Prælatis, cœtibus ſcholaſticis, hominibus eruditis: qui omnes ſuarum diœceſeon, Ordinum ac profeſſionum Sanctos, regionum quoque & urbium hiſtorias haud modice hic illuſtratas invenient. Ita diſtractis celerius exemplaribus promptiores invenientur Typographi ad ingentia illa pecuniarum impendia facienda, ſine quibus tam vaſta moles nequit in lucem venire; & Sanctorum Acta ubique innoteſcentia quamplurimos iis imitatores cultoreſque conciliabunt, per quos Dei gloria & Eccleſiæ Catholicæ decor magis magiſque toto orbe terrarum effulgeat & efflореſcat.

IN TO.

Digitized by Google

IN TOMUM SECUNDUM

DE ACTIS SANCTORUM

MENSIS MARTII

PRÆFATIO

AD REVERENDOS ADMODUM DOMINOS AC RELIGIOSISSIMOS PATRES

PRÆPOSITUM ET PRESBYTEROS

Congregationis Oratorii S. MARIÆ in Vallicella ſecundum inſtitutionem S. Philippi Nerii in Urbe Roma.

QUam efficacis, etiam ad poſteros, exempli fuerit amicitiæ intimæ neceſſitudo, mutuis crebriſque obſequiis culta, inter ſanctiſſimos Congregationis Veſtræ noſtræque Societatis Fundatores, PHILIPPUM atque IGNATIUM; multis procul poſitis, alieno contigit relatu audire; nobis reipſa quoque experiri, cum fructu haud ſane minori quam voluptate. Summa quippe voluntate Veſtra etiam ad ſecretiora Bibliothecæ Vallicellanę ſcrinia invitati atque introducti, toto illo, quo Romæ ſubſtitimus, novem menſium ſpatio, nuſquam ſumus quam inter vos ſuavius, familiarius, frequentius converſati. Cum ſcilicet eadem qua domeſtici libertate permitterebamur evolvere atque ſcrutari, quidquid ſacrorum utraque in lingua monumentorum Illuſtriſſimi Cæſaris Baronii diligentia aliorumque ejus ſucceſſorum ſagacitas congregaverat undique conquiſitum. Neque inſpicere tantum licebat cuncta; ſed & tranſcribere, & ab aliis tranſcribenda efferre, per Veſtram ergo nos indulgentiam profecto maximam & omnino ſingularem, quęcumque inſtruendis & locupletandis Sanctorum Actis profutura judicabamus. Itaque quamvis PONTIFICIS MAXIMI & imperium ſecuti & favore adjuti, nulla almæ Urbis archivia, Bibliothecas nullas indiſcuſſas reliquerimus: copioſior tamen apud Vos, quam alibi uſpiam collecta nobis meſſis eſt: quia alibi fere, ut hoſpites in alieno, verſabamur; inter codices autem Veſtros, ut fratres ac familiares, in proprio.

Interim oculis nequaquam incurioſis eximia quoque præclariſſimarum virtutum conſiderantes exempla, quorum non modo odor urbem atque Italiam ſuaviſſime perfundit, ſed & fama late trans Alpes cognita celebratur, alterum ex Vobis nihiloque minoris æſtimandum cepimus fructum; unde non tam novis luminibus illuſtraretur intellectus, quam acribus ſtimulis excitaretur voluntas ad veſtrarum laudum amorem imitationemque in nobis aliiſque deſiderandam, crebraque ac grata commemoratione promovendam, per quæcumque loca iter redeuntibus in Belgium fuit. Etenim cum adm. R. P. Hieronymi Barnabæi tunc Præpoſiti veſtri blanda caritas omnibus quibus poterat modis foveret ſublevaretque labores noſtros, Sanctorum cauſſa ſuſceptos, ab ipſoque ſanctiſſimo Domino ſibi non perfunctorie commendatos; cum Odorici Rainaldi erudita ſenectus, Pauli Aringhi diligentia ſolers, Pauli Frigerii ingenioſa pietas, Franciſci Marcheſii labor indefeſſus, noſtris libentiſſime impenderent uſibus, multiplicem illam magnamque eruditionem & experientiam, quam ille in digerendis Annalibus eccleſiaſticis & ad noſtra uſque tempora perducendis, alter in perſcrutandis ſubterraneæ Romæ anfractibus ac cœmeteriorum ſacrorum latebris, tertius in deſcribendis D. Thomæ Aquinatis atque Catharinæ Senenſis geſtis, quartus in ordinandis cognoſcendiſque domeſticæ Bibliothecæ manuſcriptis impreſſiſque voluminibus per annos multos acquiſiverant; cum denique omnium, promptorum docere & viciſſim diſcere cupientium, effunderet ſeſe erga nos humanitas tanta, quantam nec a Fratribus fas fuerat expectare; incurrebant in oculos virtutes illæ omnes, quibus vel inter vos conjuncti vivitis ſuaviſſime, vel Societatis noſtræ pro Deo atque Eccleſia ſuſceptos toto orbe labores æſtimatis abſque invidia, & relatis exinde fructibus ornamentiſque gaudetis ut propriis; vel ad proximorum ſalutem in templo, in oratorio, in privato domi foriſque congreſſo utiliſſime occupamini; vel denique conſulitis poſteritati, piis eruditiſque lucubrationibus inſiſtentes.

Quibus de rebus cum hebdomadatim fere perſcriberemus aliquid ad ſtudiorum noſtrorum auctorem moderatoremque p. m. Joannem Bollandum, non potuit ſe continere candidiſſima illa & erga benefactores gratiſſima anima, quin affectum ſuum teſtaretur per litteras, & quantum ſe Vobis debere agnoſceret, orbi univerſo declarandum promitteret, nuncupato Vobis eorum tomorum uno, qui proxime collecta pro menſe Martio Sanctorum Acta in publicam lucem daturi eſſent. Meminiſtis ipſi quo animorum veſtrorum gaudio, quanta cum approbatione univerſorum in Congregatione lecta & audita fuerit epiſtola illa: nos certe jucundiſſimo experimento cognovimus, quo loco apud vos eſſet Bollandi nomen. Quamvis enim a primo noſtro adventu in Urbem eo nos eſſetis affectu complexi, cui neque promptitudinis neque efficaciæ aliquid adjici poſſet; exinde tamen Vos ipſos quodammodo affectumque illum priorem videbamini velle ſuperare obſequii impenſi ſuavitate & tenerrimi cujuſdam amoris blanditiis. Neque contenti omnia nobis pervia apertaque feciſſe, ipſis prope manibus humeriſque ſubvehere certabatis aſcenſuros ad bibliothecam; nec finem faciebatis circumſpiciendi anxieque requirendi, numquid auxilii vel ſolatii poſſetis adferre nobis inter Vos ſtudentibus reſque noſtras agentibus. Cum vero ad inſolita iſtiuſmodi obſervantiæ teſtimonia erubeſcentes, aliquando modeſte reluctaremur, hoc unum reponebatis, Vos Bollandum, de Eccleſia Catholica, de Sanctorum gloria, de tota re litteraria tam præclare meritum venerari in nobis, eique impenſa putare obſequia quæ nobis exhiberetis. Utique eodem fere reſponſo utentes quo ſimili in cauſſa, antea occurreratis verecun-

I dia

Digitized by Google

diæ noſtræ: cum veſtra erga nos ſtudia collaudare & collaudando incitare dignatur eſſet, ea ſe beneficia in nobis recepiſſe recepturumque profeſſus, Adm. R. P. Joannes Paulus Oliva, quem tunc temporis Veſtrum omnium nominabatis Patrem, & modo Societas noſtra Præpoſitum habet Generalem. Hujus igitur, quem jam nominavimus Patris utrimque communis, filii, iſtius, quem ſupra diximus, tam cari Vobis æſtimatique tunc adjutores & ſocii, nunc in relicta, heu dolor! laborioſi operis parte longe maxima, & congeſtorum ad id undique monumentorum locupleti inſtrumento hæredes ac ſucceſſores, contractum utriuſque nomine debitum poſt mortem quoque ſponſoris alterius ex utriuſque voluntate exolvimus: & hunc ſecundum Martii tomum offerimus eo libentius, quod S. Gregorii Acta ille contineat. Etenim cum in hujus egregii Doctoris nomen conſecratum ſit auguſtum illud templum, quod auſpiciis Gregorii XIII circa annum 1577 a fundamentis in Vallicella ſurrexit, ad ſacras ibi conciones quater in die habendas, aliaſque pias functiones obeundas, a quibus tantus in populum fructus, tantus in Congregationem veſtram ſplendor profluit: cumque præcipua ſolennitate ejuſdem Sancti feſtum recolatis ut Patroni, poſt Virginem Deiparam, ipſius loci præſidem antiquiorem, aſſumpti omnino convenit, ea Acta Vobis inſcribi potiſſimum, ſtudiis illuſtrata noſtris, quorum lectio præ ceteris opportuna futura eſt uſibus veſtris.

Quoniam autem tum præſentes verbis, tum abſentes litteris ſæpe eſtis hortati, ut antiquorum Martyrologiorum, quorum tanta eſſet apud nos collecta copia, quantam diebus ſingulis adducimus ad confirmandum vetuſtum Sanctorum Martyrum cultum, quantamque via credibili ſit humana potuiſſe diligentia cumulari; quoniam, inquam inſtitiſtis ſemper, ut eorum ſyntagma aliquod vulgaremus, quale Heribertus Roſweydus e paucis, quæ tunc ad manus ejus venerant, poſt edita duodecim tomis Sanctorum Acta, ſperari juſſerat ſuperius a ſe cogitati idea, Sanctorum Faſtis ab eodem præfixa; noluimus irritas eſſe ſuaſiones, precibus amicis intermixtas: ſed voluntati Veſtræ decrevimus obſequi, & tale quidpiam huic ipſi Tomo Vobis offerendo præmittere; quo vice ceterorum tantiſper frueremini, dum vaſti operis laborioſa moles lenta progreſſione tendit ad finem, poſteris dumtaxat noſtris ſperandum. Etenim ut omnino id facere decerneremus effecerunt noviſſimæ adhortationes veſtræ, R. P. Franciſco L'hermite Provinciæ noſtræ nuper ad Urbem miſſo Procuratori, & nunc hujus Domus Antuerpienſis Præpoſito, commendatæ: qui Roma redux ſignificavit, nihil Vobis æque in votis eſſe, quam iſtud a nobis accipere ante omnia confectum: quo abſolvendi ſeri operis deſiderium laturos Vos levius, & lucem non exiguam adferendam putatis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quæ tota jam facta eſt veſtri per eximios Cardinalis Baronii Annales, magno ſtudio atque labore & continuatorum Vobis, & recenſeri, ſuppleri atque emendari cœptos ex iis monumentis, quæ plurima Eminentiſſimi auctoris fugiſſe diligentiam tam non eſt mirum, quam curioſiſſimo huic ſeculo eſt gratulandum, paullatim e tenebris eruta eſſe & quotidie erui nova atque nova.

Videbatur quidem principio aut impoſſibile eſſe omnino, aut difficile admodum, nec niſi cum magno operis potioris impedimento ſperandum, quod exigebamur officium: cum nihil hoc in genere perfectum, nihil eruditis oculis veſtris, nihil lucubrationibus noſtris prioribus dignum judicaremus nos poſſe circa Martyrologia polliceri, priuſquam de Sanctis omnibus ſingulisque, quorum iſtis ſunt inſcripta nomina, haberemus conſtitutum, quid poſſet extrema, qua utimur, diligentia conſequi, circa locum, genus & tempus vitæ ac paſſionis ipſorum. Poſtquam tamen rem omnem introſpeximus penitius, & per varia, quæ manu vel typis expreſſa habemus, ſacrorum faſtorum genera circumtulimus oculos; non vidimus quid magnopere nunc quidem poſſetis deſiderare, præter genuinum Bedæ opuſculum, & quæ Flori Lugdunenſis labore in eo dicuntur accreviſſe, ipſaque tum inter ſe, tum ab externis incertorum auctorum additamentis diſtincta habere. Nam Hieronymianum Martyrologium, cujus nunc demum quatuor in Italia, Germania, Francia Belgioque inventa ſunt exemplaria antiquiſſima, in quibus noſtrum ante annos ſeta mille exaratum, accuratiſſima ſingulorum ad invicem facta collatione recens habetis excuſum Lucæ, & illuſtrium opera Joannis Mariæ Florentii, viri eruditiſſimi & nobis amiciſſimi: Rabani atque Notkeri ſcripta pridem ex originalibus monaſterii S. Galli membranis vulgavit Henrici Caniſii ſedulitas, antiquarum Lectionum Tomo 6, Uſuardi Martyrologium, cujus autographum in proprio S. Germani de Pratis monaſterio Pariſiis extat, ex ipſo quidem fonte non accepit Molanus; tam multa tamen habuit ejuſdem ectypa, ut licet nulla eorum eſſent ab additionum multarum farragine libera, non tamen uſquequaque difficile ei fuerit ipſis inter ſe collatis probabiliter diſcernere genuina ab adiectitiis; & illud, quantum hac via licuit, proxime ad nativam puritatem adductum exhibere. Adonis denique Viennenſis faſtos, quos Trevirenſi Adoni perperam attributos Lipomannus & Moſander ediderant, auctori ſuo vindicavit, & multipliciter ex fide variorum MSS. emendatos vulgavit noſter Heribertus Roſweydus.

At vero cum Bedæ & Flori commentariis plurimum uſos ſe eſſe Ado & Uſuardus profiteantur, de Rabano vero juſta videri ſuſpicio debeat, etſi aliud nullum ſuppeteret argumentum, quod ipſe quoque Beda Martyrologium habuerit auxeritque; hæc, inquam, cum ita eſſent, non abs re judicavimus magnam eſſe poſſe eruditis viris cauſſam, purum & genuinum Bedam requirendi. eoque invento, nec non Floro qui Bedam inter & Uſuardum atque Adonem medius interceſſit, nullum ex Latinis auctoribus ſuperfuturum, qui quidem ſcripſiſſe Martyrologium aliquod nominatim ſciretur, cujus quemquam movere deſiderium deberet. Quid igitur illud, quod Bedæ nomine & inter illius opera & ſeorſim excuſum repetitur, ſæpe a Baronio, ſæpe a magnis auctoribus citatum? Nempe quemadmodum de aliis quibuſdam Martyrologiis notavit Molanus, *ex Hieronymo acti a primo apud Latinos auctore, ſicut dictionaria quantumcumque aucta & caſtigata Calepini nomen retinent*: pari nec alia ratione illud, quod verius dici Adonis potuerat, noverint omnes appellari Bedæ, quia pulcherrimos ex ipſiſque Sanctorum Actis ſolide traductos lapides primus ille in hujus fabricæ fundamentum locarit. Hos autem ab aliis, per quoſcumque & quomodocumque ſuperadditis, tanto majus erit operæ pretium habere diſcretos, formæque & ordini priſtino reſtitutos, quanto eſt Venerabili Bedæ, propter ætatis prærogativam & eximiam in ſacris hiſtoriis perſcrutandis diligentiam, ſupra omnes alios auctoritas major.

Id porro qua ratione nos aſſecutos putamus antequam aggredimur explicare, Deum Cæliteſque precamur, ut quæ a vobis in nos collata ſunt beneficia, non tantum in hoc opere noſtro ad memoriam poſteritatis perennent, dum ſuis quæque locis collocata legentur, quæ veſtris ex Codicibus tranſcripſimus monumenta: ſed etiam ut eadem a beneficiorum omnium remuneratore Deo iis compenſentur gratiæ exundantis favoribus, per quos ſanctitatis atque doctrinæ ornamentis majoribus cumuletur indies Congregatio veſtra, donec pariter omnes in cæleſtis regni ſocietate jungamur, nullo umquam tempore ſeparandi. Interim quod cœpiſtis promovere opus bene-faciendo præſentibus, proſequimini abſentibus bene precando: ut egregia Joannis Bollandi cogitata & ipſi poſſimus conſtanter ſubſequi, & alii poſt nos valeant exequi feliciter uſque ad finem.

MAR-

M A R T Y R O L O G I U M

VEN. BEDÆ PRESBYTERI

Ex octo antiquis MSS. acceptum,

CUM AUCTARIO FLORI

EX TRIUM CODICUM COLLATIONE DISCRETO

Accedunt additiones ac ſupplementa ex prædictis omnibus MSS. collecta.

P R O L O G U S N O S T E R.

1 COllegiſſe Euſebium Cæſareenſem uno pluribuſve voluminibus Geſta Martyrum, vel illuſtrium vel omnium quorum paſſiones ſacrorum librorum exterminio ſuperſtites potuit in Actis Proconſularibus aliiſve monumentis reperire, ſatis conſtat, & a nobis in Prolegomenis ad tom. 1. Januarii cap. 1. § 3. demonſtratum. Idemne eorumdem Martyrum ſynopſim aliquam brevem confecerit, quæ ſola Sanctorum nomina & certaminis locum exhiberet per totius anni circulum digeſta (quam quia Latinam fecerit Hieronymus, ideo ſub utriuſque nomine communiter ab auctoribus Euſebii & Hieronymi martyrologium cenſeatur) an vero Hieronymus ipſe ductu ſuo conſilioque ita digeſſerit nomina, tum eorum quorum Acta Euſebius antea collegerat, tum aliorum quotquot aliunde cognoſcere potuit, qui quo die eſſent Chriſti fidem profeſſi; maluimus cap. 4 § 4 indeciſum relinquere, idoneis in alterutram partem probationibus deſtituti: quamvis in poſteriorem multo magis propenderemus ſententiam. Satis eſt pro certo habere nos, quod cum Eccleſiæ ſingulæ, præter Dominicas feſtivitates & Apoſtolorum natales dies, omnibus ubique Chriſtianis communiter venerabiles, haberent inſcriptos faſtis ſuis natales Martyrum, apud ſe vel in vicinis locis pro Chriſti fide interemptorum; primus Euſebius vel Hieronymus fuerit, qui ex ejuſmodi faſtis undecumque conquiſitis excerpta nomina in unum colligens, Catholicum, ut ita loquar, Martyrologium excogitarit: quo Romanam Eccleſiam, velut omnium communem Matrem, uſam eſſe tempore Gregorii Magni, & hunc ejus meminiſſe in Epiſtola ad Eulogium, probabiliter admodum dici poſſe exiſtimamus.

Toſt acta Martyrum aб Euſebio Cæſar. collecta, (B)

Hieronymianum martyrologium ſcripſit,

continens ſola fere nomina & locum paſſionis. (C)

2 Verum, cum in hoc Martyrologio ſolæ fere haberentur appellationes Martyrum & locorum, quæ illi ſuis triumphis illuſtraverant, & ex quidem perſæpe barbaræ, accidit neceſſario ut tranſcripta exemplaria per librariorum ſocordiam pluribus replerentur mendis, nec tantum in aliam formam detorquerentur vocabula tam varia, ſed etiam omiſſis quandoque, quandoque tranſpoſitis regionum & civitatum deſignationibus, vel divellerentur, ab invicem, qui fuerant conjungendi; vel conjungerentur, in locis toto cœlo diverſiſſimis paſſi. Quod cum rei ſua brevitate obſcuræ multam pareret confuſionem, credi cœpit eccleſiaſtico uſui parum idonea tam hiulca & faſtidioſa lectio; neque alibi tantum, ſed etiam Romæ maluerunt Eccleſiæ variæ antiquos ſuos faſtos, ubi vacui erant aut juſto numero deſtituti, implere paucorum & magis ſibi cognitorum nominibus ex Martyrologio Hieronymiano aut vicinarum Eccleſiarum tabulis; ut eſſent qui diebus ſingulis ſub Officium divinum invocarentur, nec tamen ignotorum locorum Sanctorumque prolixa commemoratio tædium ingereret lecturis audituriſque.

quod ſolo minus aptum fuit eccleſiarum uſui,

3 Hujuſmodi ſunt antiquiſſima duo monaſteriorum Richenovienſis prope Conſtantiam & Rinovienſis in Helvetia martyrologia, Caſinenſis Bibliothecæ unum: tum quod primo loco nominatum oportuerat Vetus Romanum, ſic a Roſweido noſtro nuncupatum, quia Ado Martyrologium ſuum compoſiturus ipſumque in capite ſui operis collocaturus profitetur, Roma Aquilejam cuidam ſancto Epiſcopo directum fuiſſe a Romano Pontifice, ſe autem eodem apud Ravennam tranſcripto vehementer adjutum. Quod idem modice auctum cum nobis ex antiquiſſimis membranis tranſcriptum communicaret Lucas Dacherius, Romano-gallicum intitulaverat: olim autem etiam Coloniæ in eccleſia S. Mariæ ad Gradus legi ſolitum, probari poteſt per illius ecgraphum inde tranſmiſſum a Joanne Gamanſio noſtro ex alicujus Carthuſiani ſchedis: niſi potius nova hæc dici compilatio debeat ex priori illo & alio poſteriori. Fuerunt etiam eccleſiæ, quibus ſatis fuit nudus Hieronymiani Martyrologii contextus, ad pauciores Sanctos contractus: & tale Martyrologium alterum Caſini reperimus, uti etiam perveruſtum & huic ſimillimum Romæ in Ducis Altaempſii celeberrima bibliotheca. Similiter ex ſolo Hieronymi labore accepta ſunt Auguſtanum S. Udalrici, Trevirenſe parvum S. Maximini, Corbejenſe a prænominato Luca Dacherio nobis ex perquam antiquo Codice datum, & alterum quod Philippi Labbei noſtri beneficio accepimus: non æquali omnia brevitate, nec fideli ſemper contractione, ob eam quam ſupra explicuimus cauſſam.

unde ecclesiastica nata, propriis faſtos ex ipſo ſupplentes, (E)

vel ipſum ad paucos nomines contrahentes. (F)

4 Talibus uſque tam variis cum paſſim Eccleſiæ per Italiam & Gallias uterentur, & forte etiam per Britanniam Germaniamque, licet aliæ integrum Hieronymi opus utcumque conſervarent, ſicut e ſuperſtitibus hactenus exemplaribus liquet; VEN. BEDÆ incidit cogitatio, ad Calendarium eccleſiaſticum, cui præciſe inſcriptæ erant Chriſti Domini, Apoſtolorum & præcipuorum aliquot Martyrum ſolennitates, novos aliquos addere, quorum erat memorabilior paſſio; iiſque aptare prolixiora quædam elogia, præter locum & nomen, etiam tempus genuſque paſſionis indicatura, verbis ab ipſorum Actorum, quæ quidem nanciſci potuerat, contextu acceptis; atque ita paulatim implere omnes Kalendarium dies. Jamque ad nonaginta ejuſmodi encomia per totum anni circulum diſtributa habebat: dies aliquos ſola occupabant nomina eorum; quibus addere quidpiam vel tamquam abunde cognitis noluit, vel non potuit, Actis necdum ut ſperarat repertis. Ceterorum ſupra centum ac ſexaginta prorſus adhuc vacabat

Beda primus ampliore compendio hiſtorico addere

Ad imperfectum opus relligato.

A locus, cum opus futurum eccleſiis omnibus acceptiſſimum, tanti viri mors præcidit, anno 734 obita. Atque hæc ita fere ſeſe habere, multo etiam prius quam genuinum Bedæ opuſculum inveniſſemus, certo conſtabat nobis ex Adone & Uſuardo: quorum prior paulo poſt opportunius adducetur in teſtem, cum ad Flori auctarium pervenerit ſermo; poſterioris in prologo hæc verba ſunt: *Venerabilium Hieronymi ac Bedæ Presbyterorum piis, quamvis ſuccinctis, ſuper hoc provocabar deſcriptis; quorum prior brevitati ſtudens, alter vero quamplures dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis prateriiſſe neceſſaria.*

Cujus fragmentum inter MSS. Reg. Sueciæ repertum.

5 Hoc indicio tam certo claroque excitati, nunquam potuimus ſpem abjicere inveniendi aliquando, quod vel omnino periiſſe, vel inter adſcita aliunde additamenta prorſus ignotum deliteſcere credebant alii. Invenimus autem aliquando tandem ſperatum theſaurum, dum *Sereniſſima Regina Sueciæ Chriſtinæ* Codices MSS. quos ipſa per Belgium tranſeunte pleroſque videramus, iterata Romæ ſcrutamur diligentia, ne qua forte antiqua in iis membrana ex aliquo præclaro opere reliqua, quam minime neglectam oportuiſſet, manus noſtras effugeret. Et ecce Martyrologii cujuſdam fragmentum, a die 11. Kal. Septembris, uſque ad anni fi-

B nem ſeſe oculis exhibuit, tale prorſus quale ſemper quæſiveramus, vacuis magna parte diebus, ante annos pluſquam octingentos deſcriptum in Gallia: prout manifeſtum faciebat, tum characteris ipſius forma, tum quidam in Gallia celebres Sancti & tranſlationum dies locis circiter ſedecim adſcripti, antiqua quidem ſed multum diverſa manu; tum denique prima in pagina ad diem 6 Kalendas Septembris lecta, *Bituricas dedicatio eccleſiæ S. Sulpitii Confeſſoris*: ejuſmodi enim dedicationum memoria annue recolenda, præſertim unica, alicui Martyrologio adnotata, indubitatum facit indicium ejus eccleſiæ, ad cujus uſus ipſum deſcriptum eſt. Porro quo certius crederemus Bedæ eſſe quod inveneramus, obſignabantur omnia conſuera illa antiquis formula: *Explicit Martyrologium Bedæ Presbyteri.*

olim Eccleſiæ Bituricenſi ſcriptum,

ejus integre adipiſcendi ſpem facit

6 Ingens profecto gaudium, ſed mœrore non modico temperatum, quamdiu prior & potior pars deſiciebat: non enim tam nobis quam poſteris noſtris, poſtremos anni menſes elaboraturis, videbamur reperiſſe hoc pretioſum margaritum; ac ne illis quidem plene facturum ſatis, niſi unius aut plurium manuſcriptorum conſenſu conſtitiſſet, nihil ei vel detractum vel additum fuiſſe a tranſcribentibus præter ea quæ ſua ſe diverſitate prodebant. Animos tamen pars una addidit,

quod tandem reddit Divione.

C & longe certius juſſit confidere, reperiendum alicubi, quod aliquando fuiſſe aſſervatum indubitata jam prorſus fide ipſaque oculorum experientia tenebamus. Nec vero ea nos ſpes feſellit: Divionem enim in Burgundia appulſos Ampliſſimi Senatoris Bouberii bibliotheca excepit, & magnum aliquid expectare juſſit ex codicibus MSS. numero ſumptuque ingenti collectis, quos tanti ſuus fecerat dominus, ut præter ornatiſſimos pluteos, cæli injuriis & pulveribus prorſus excludendis comparatos, obduxerit ſingulis, pro vili ac carioſo quo eatenus operti ſorduerant corio, holoſericum nigri coloris tegumentum, eo fine ut ſi boni libri ignota utilitas non ſatis arceret imperitorum manus, ex antiquis iſtiuſmodi membranis illiberalia commoda ſectantes; operculi ſaltem dignitas admoneret, majus eorum pretium futurum apud intellecturos, ſi venderentur integræ ad æſtimationem liberalem; quam ſi apud ſalſamentarios ac bibliopegos divulſæ ad libram æſtimarentur.

ubi quæ Bedæ erant characteres notabantur

7 Inter hos igitur, mole minimus, æſtimatione noſtra longe maximus fuit libellus titulum nequaquam fallacem præferens: *Incipit martyrologium Bedæ Presbyteri feliciter.* Erat enim antiqua manu ſed gemina cha-

D racterum forma conſcriptus: & quamvis dies vix ullos exhiberet vacuos alicujus Sancti vel nomine vel elogio, apparebat tamen etiam primo aſpicientibus non de nihilo eſſe, quod majoribus alia, alia minoribus litterulis, nec a capite lineæ ut priora, ſed introrſum paulo incipientibus, eſſent deſcripta. Quare ad fragmentum Romæ deportatum, & præ ceteris chartis quocumque pergeremus ſollicite hanc in ſpem circumlatum, recurrimus; inveniműſque quatuor illos Regii fragmenti menſes iiſdem prorſus verbis, & apice vix ullo mutato, convenire per omnia cum iis, quæ in hoc integro martyrologio paullum grandiori charactere legebantur notata: quæ vero minuſculis litterulis ſcripta eſſent, univerſa priori MS. deeſſe. Unde nullus relinquebatur dubitandi locus, quin per reliquum menſium præcedentium decurſum ſimilis obſervata diſtinctio, certo exhiberet indicio, quid in iis Bedæ, quid alterius poſterioris eſſet auctoris.

ob additionibus diverſa.

8 Et hunc quidem auctorem tunc conjectavimus ipſum æque ignoratum hactenus Florum eſſe, talemque ſecuti conjecturam aliquoties in hiſce tomis, cum eſſet citandum Divionenſe ſupplementum, ſubambigue nominavimus *Florum, aut quemcumque alium addita ad*

E *Bedam ſupplementi auctorem.* Verum ut mox apparebit nullam in iſto ſupplemento partem Florus habuit: quippe breve admodum atque jejunum, cuique proinde non conveniat quod ſcribit in prologo Uſuardus, ſe volentem *ſacras atque anniverſarie recolendas Sanctorum feſtivitates ex quibuſdam Patrum martyrologiis in quamdam recolligere unitatem*, & ſuccinctam Hieronymi brevitatem, atque hiulcam Bedæ defectuoſitatem declinare, *cenſuiſſe ſibi ſequenda eſſe Flori memorabilis viri latiora in hoc ipſo negotio veſtigia, præſertim in ſecundo libro: ibi enim multa quæ in priore omiſerat & correxit & addidit.* Quæ autem ſint iſta Flori latiora veſtigia intelligere quadamtenus ex Adone licebit, circa idem quo Uſuardus ſcribebat tempus ſuum quoque martyrologium molientе *ex imperio ac juſſione ſanctorum virorum, ut ſupplerentur dies qui abſque nominibus Martyrum in martyrologio (quod Venerabilis Flori ſtudio in labore Domni Bedæ accreverat) tantum notati erant.*

quos Flori non eſſe auctor apparet,

quod hic Bedæ ſtylum tenuerit in elogiis texendis,

9 Creverat igitur ſtudio Flori Bedæ Venerabilis imperfectum opuſculum: non ſic tamen quin multi adhuc dies abſque nominibus Martyrum notati reſtarent in martyrologio, cum primum ſcribere aggreſſus eſt Ado: creverat autem talibus qualia ſcripſerat Beda elogiis, itaque auctum ſemel iterumque ſecuturus U-

F ſuardus, *latiora Flori veſtigia* decrevit premere. Non quod æque prolixa vellet elogia texere (eſt enim in his multo quam Beda & Florus ſuccinctior Uſuardus) ſed quod Bedam a Floro quadamtenus dilatatum, nec unius dumtaxat Sancti, ut fere ſolet genuinus textus, ſed plurium quandoque Sanctorum uno die elogia numerantem, imitari vellet per omnes anni totius dies. Quod ut faceret uniformi quadam ratione, nec eccleſiaſticis uſibus inutile fieret nimiæ prolixitatis opus, contrahenda ſibi propoſuit elogia quæ eſſent in Beda ac Floro prolixiora quam ut ejuſmodi plura ſimul commode legi poſſent in choro: nec omnia aſſumenda, ſed pro arbitratu ſeligenda aptiora, omiſſis non paucis, eum alios Sanctos potiori jure nominandos credidit.

prout declarat Uſuardus.

10 Hic eſt ille Florus, de quo anno 842 metricum Kalendarium ſcripturus Wandelbertus, Prumienſis in Trevirenſi diœceſi monachus (ut eſt ante Januarium in Prolegom. cap. 4. § 8 demonſtratum) mortuus anno 855 loquitur in ſua ad Otricum præfatione ubi dicit: *Ope & ſubſidio præcipue uſus tum ſancti & nominatiſſimi Flori, Lugdunenſis Eccleſiæ Subdiaconi; qui ut noſtro (inquit) tempore revera ſingulari ſtudio & aſſiduitate in divina Scriptura ſcientia pollere, ita librorum authenticorum non mediocri copia & veritate cognoſcitur abundare.*

Fuit Florus vir doctiſſimus.

Sanc

A Sane quo minus hic ille ſit quem quærimus, non prohibet Uſuardi martyrologium poſt Flori ad Bedam additiones ſcriptum. Illud enim non *Carolo Magno Imperatori*, ut ante nos alii cenſuerunt; ſed *Domino Regum piiſſimo Carolo inſcripſit* Uſuardus, ut ex ipſo Pariſienſis autographi titulo apparet: Carolo utique Calvo, Magni nepoti, anno 840. regnare exorſo, jamque ultra decimum ſextum annum regnanti. Quid enim aliud eſſe cauſſæ dicemus, cur ſanctus Viennæ Epiſcopus Ado, creatus 855, & ſimili ſupplendi martyrologii ſtudio ductus, nuſquam meminerit Uſuardi: qui debuerat fuiſſe totis Galliis notiſſimus, ſi Caroli Magni juſſu ſcripſiſſet opus eccleſiis communiter proponendum, prout Caroli Regis commendatione propoſitum fuiſſe, & vero etiam receptum communius Uſuardi martyrologium res ipſa declarat?

& Uſuardo atque Adone ſenior,

coævus Rabano,

11 Quia autem nec Adonem nominat Uſuardus, cogimur credere eodem fere utrumque ſcripſiſſe tempore, nec quidquam alterum ſciviſſe de altero: utrumque etiam nihil ſciviſſe de Rabano, qui, ut ante Vitam ejus 6. Februarii elucidatam § 6 & ſeqq. deduximus, anno B 810 Fuldenſi celeberrimæ ſcholæ præfectus, ab anno 815 egregiis cœpit ſcriptis clareſcere, iiſque nomen ſuum illuſtravit uſque ad annum 847, quo electus eſt Moguntinus Archiepiſcopus: qui proinde coævus Floro, tunc cum hic Bedam ſupplere conabatur in Francia, ſimile cogitatum non ſuſcepit tantum ſed plene abſolvit in Germania. Hujus porro Martyrologium cum inter antiquas Henrici Caniſii lectiones excuſum haberetur, & aliorum quos diximus duorum ſatis vulgo nota opuſcula eſſent; invento ſicut præfatum eſt Beda, reſtabat Flori auctarium requirere, quale eſt ſupra indicatum. Pervolvimus igitur MSS. omnia martyrologia, quæ quidem Bedæ nomen vel ſtylum referrent: ac primum invenimus tria nos habere ex Urbe adducta, quæ ſingula integrum Bedam (ſed modice auctum, & quoad vacuos dies ſuppletum) tam fideliter exhibuerunt, ut omnino perſuaderemur in pleriſque Romanis baſilicis, abrogato Hieronymiani Martyrologii uſu; & illo, quod Aquilejenſi Epiſcopo a Pontifice miſſum ſupra monuimus, fortaſſis non niſi in Laterano aliiſque paucis eccleſiis recepto; ita probatum aliis Bedam fuiſſe, ut eo convenienter aucto utendum plures ſibi putaverint, uſque dum Uſuardus viſus eſt eccleſiaſticis uſibus accommodatior.

Flori additiones fruſtra requiſitas

in quatuor Bedæ exemplaribus MSS.

12 Sunt autem tria hæc, primum Eccleſiæ S. Petri in Vaticano, quod hactenus in archivio ibidem ſervatum, indidem tranſcribi fecimus: alterum monaſterii C S. Cyriaci in Thermis, quod unice commendavit adhibuitque Baronius in recenſendo digerendoque Romano Martyrologio, quodque ex Vallicellana Patrum Oratorii bibliotheca acceptum, pridem ad nos miſit ſtudiorum noſtrorum æſtimator fautorque ſinceriſſimus, idemque Eminentiſſimus S.R.E. Cardinalis Petrus Aloyſius Caraffa. Tertium ex Eminentiſſimi Franciſci Cardinalis Barbarini inſtructiſſima a codicibus Mss. bibliotheca accepimus, acephalum illud quidem, uſque ad Idus Martias &, quantum ex *Tranſlatione S. Benedicti* 4 Idus Septembris inſcripta aliiſque indiciis colligere licuit, ex aliquo Benedictino in Gallia monaſterio Romam advectum; ſed optimæ fidei; neque ita temere mendoſeque aut parce, ut priora duo, ſed fidelius prolixiuſque ſuppletum, partim ex Hieronymiano Martyrologio, partim ex propriis diœceſeon Gallicanarum faſtis. Verum neque in ullo horum potuimus Florum deprehendere, neque in vetuſtiſſimo præclaroque Reginæ Sveciæ Ms. quod quanti fecerit vir eruditiſſimus Lucas Holſtenius, declarant ipſius ad Romanum Martyrologium Animadverſa, hinc fere accepta & poſt illius mortem typis vulgata. In hoc tamen etiam Bedam agnovimus, ſed elogiis ſæpe contractioribus: quare nec utendum illo putavimus in recenſendo Beda, neque additiones illius vel D ſupplementa ad Bedam referenda hoc loco, ſicut aliorum trium additiones & ſupplementa retulimus; tum ut ipſa hic collecta extarent eſſentque ad manum, una cum additionibus ſupplementiſque Divionenſibus; tum ut ſua quoad Bedæ textum concordia ſumma, in ceteris vero diſcrepantia maxima, fidem noſtram in genuino Beda aſſerendo probarent.

ad quæ Bedam Divionenſem contulimus

In tribus aliis exemplaribus invenimus

13 Eumdem fructum cum tria Belgica Martyrologia Mss. & ipſa Bedam pene integrum exhibentia, nobis ex ſe pollicerentur, placuit ex ipſis quoque additiones & ſupplementa colligere, quamvis prolixitate ſua præ ceteris auctura viderentur hujus præliminaris opuſculi molem. Et ecce alibi fruſtra quæſitum Florum, in eorumdem conſenſu tam manifeſte cognovimus, ſuo ipſum prodente ſtylo diffuſiori & Bedæ in elogiis ſimillimo; ut minime dubitandum videretur, quin manibus eum teneremus, iſtic ſaltem ubi duo eorum conſenſiſſent. Quod tamen quia minus evidens erat in nudis Martyrum commemorationibus (quamvis tales quoque ab hoc Bedæ imitatore ad ejus exemplum nonnullis faſtorum locis adſcriptos ſit admodum veroſimile) abſtinuimus ab ejus nomine iiſdem adſcribendo: iſtic autem ubi vel ad eorumdem Sanctorum nomina, quæ nuda reperit apud Bedam, aliquam paſſionis aut virtutis præcipuæ commendationem adjecit, vel recens a ſe inſcriptorum Cœlitum compendiariam offerebat notitiam, incunctanter judicavimus auctorem exprimendum. Cujus priorne an poſterior libellus ad eorum pervenerit manus, qui iſta compilavere ad uſum Eccleſiæ S. Mariæ Atrebatenſis & monaſteriorum s. Martini Tornacenſis & s. Lamberti Lætienſis (hinc enim illa accepimus, & bis a Floro auctum eſſe Bedam teſtatur Uſuardus) non eſt nobis promptum divinare: quia necdum ullum alibi Bedæ invenimus auctarium, iſto, quod ſub Flori nomine ſumus daturi, ſimile quidem ſed imperfectius aut perfectius, unde judicari poſſit quid primis curis, quid ſecundis fuerit elaboratum. Sunt autem prioris quidem generis ad nominatos a Beda Sanctos additamenta, quæ Flori cenſuimus, paullo plus quam triginta: poſterioris, id eſt eorum quæ integre Flori eſſe putavimus, ſupra centum, charactere medio a nobis diſtinguenda.

E *& ab aliis additionibus ex mutuo eorum conſenſu diſcernimus.*

Excuſum ſub Bedæ nomine Martyrol. ex Adone ſumptum eſt;

14 Sed redeamus ad Bedam, ſub cujus nomine excuſum Martyrologium quam falſo ipſum auctorem referat, illico cognoſcet qui vel primos illius dies conferre cum Adone voluerit. Inveniet enim eoſdem fere & eodem ordine utrobique Sanctos, quorum elogia partim prolixiora compilator contraxit, partim deficientia aut breviora de ſuo auxit vel adjecit: quos vero ſupra Adonem circa finem adſcripſit huic martyrologio, eos majori ex parte a Rabano ſumpſit, alios aliunde accepit, nullo habito ad Bedam reſpectu: cujus ætate poſteriores Sanctos annis ducentis trecentiſque non dubitavit adſciſcere. F Nec majori jure Bedæ dici poteſt Ordinarium Leodienſe: utpote ex Beda & Adone, contractis utriuſque ad pauciora verba elogiis, manifeſto conflatum. Ita Bedæ quoque Martyrologio uſus eſt pro Trevirenſi Eccleſia, quiſquis illi Sanctorum faſtos, quorum habemus exemplar Ms. compoſuit. Prædicti Adonis ſynchronus fuit B. Notkerus, monaſterii S. Galli monachus anno Chriſti 870, quando Ado eidem monaſterio communicavit Reliquias S. Deſiderii Epiſcopi & Martyris Viennenſis 10 Kal. Junii recolendi; quemadmodum ipſe ad dictum diem teſtatur in ſuo Martyrologio, quod videtur Adonis exemplo ſcripſiſſe, integra ſæpe elogia ex eo verbotenus accipiens: mortuus anno 912, uti elate demonſtrabimus menſe Aprili ad diem ejus natalem. Præter Adonis Martyrologium (cujus exemplar credibile eſt ipſummet Sangallenſibus miſiſſe) habuit etiam Notkerus præ oculis Martyrologium Rabani, de quo ſupra egimus, & coetiam pluri-

quo Adone etiam uſus Notkerus, ſynchronus,

uſus etiam Rabano minime pure vulgato

Digitized by Google

A plurimum uſus eſt, adeo ut videri poſſit unum e duobus conficere voluiſſe, quamquam illud Rabani non videatur publico alicujus Eccleſiæ uſu fuiſſe receptum: ſi enim uſpiam, in Fuldenſi profecto receptum fuiſſet, in qua ſcholarum Præfectum aut Abbatem agebat ille cum ſcriberet. Atqui uſa eſt hæc alio longe ſuccinctiori, cujus ecgraphum accepimus ex altero Reginæ Chriſtinæ Codice, quodque ex Adone contractum eſſe vix poſſumus dubitare: quemadmodum ex eodem quoque contracta cenſeri poſſunt MSS. Lobienſis monaſterii, Leodienſe S. Lamberti, Trevirenſe S. Paulini & aliud S. Mariæ ad Martyres dictum, nec non Ultrajectinum Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ: hæc enim omnia preſſius ſequuntur Adonem. At vero Trevirenſe S. Maximini majus, quod ſæpe citamus, Rabanum & quidem fere integrum tranſcribit, maxime primis menſibus.

Alia MSS. ex his contracta.

15 Aliæ Eccleſiæ alio atque alio modo ex uno aut pluribus jam dictorum ſua concinnarunt Martyrologia: ſed ex nullo frequentius quam Uſuardo, cujus multipliciter aucti uſus totas fere Gallias Italiamque & Germaniam pervagatus eſt. Multa nos habemus iſtiuſmodi, interque cetera ex Pariſienſi autographo tranſcriptum ecgraphum: plura vidimus, & quantum feſtinantibus

Uſuardi Martyrologium receptum pro cæteris.

B in itinere licuit cum impreſſo Carthuſianorum Colonienſium contulimus, additiones unicuique proprias magna cura adnotantes ex Manuſcriptis facile quinquaginta. Quæ ideo placuit in hac præfatione deducere, ut intelligens lector quantam in ejuſmodi monumentis perquirendis poſuerimus diligentiam; quantumque in eorum ad invicem collatione repoſitum eſſe momentum putemus, ad Sanctorum, præſertim

D Martyrum, cultum ſolide definiendum circa agonis locum ac ſocios paſſionis; nobis haud gravate indicare curet quæcumque hujus generis alia alibi latere intellexerit: maxime ſi martyrologia ea ſint vel Bedæ priora temporibus vel ipſe Beda purus ac ſolitarius, qualem in Reginæ fragmento habuimus; vel ſolius Flori additionibus auctus, qualem alibi hactenus nullum vidimus.

16 Nunc litterarum, quibus in additionum collectione utimur compendii cauſſa, explicationem hic habe. A. *Atrebatenſe*. B. *Barberinianum*. C. *S. Cyriaci*. D. *Divionenſe*. L. *Lætienſe*. R. *Regina Sueciæ*. T. *Tornacenſe*. V. *Vaticanum*. Certus autem ſit lector in omnibus hiſce MSS. verbotenus haberi omnia quæ ſub Bedæ nomine majori notamus charactere, niſi de aliquibus contrarium in margine aut ad calcem notetur. Curavimus enim ad majorem fidei probationem, ut variæ lectiones, etiam mendoſæ quandoque, & ſingulæ deficientis in unoquoque MS. lacunæ indicarentur: atque hac diligentia deprehendimus in MS. S. Cyriaci a die XVI. Kal. Aprilis uſque ad II. Idus Junii, deperditis foliis intermediis, in quibus Bedæ textus cum ſupplemento antiquo erat inveniendus, impletam eſſe lacunam aliunde, & quidem diverſimode. Nam reliquus Martius totuſque Aprilis quotidiebus tria quatuorve dumtaxat colligit Sanctorum nomina; Majus vero ac dimidius Junius prolixiores ſunt, & ornantur elogiis partim ex Adone partim aliunde petitis: quare toto illo dierum intervallo nec additiones ex hoc S. Cyriaci Martyrologio ſumemus, nec diverſitatem ullam lectionum curabimus annotare.

Notarum explicatio.

E

INCIPIT MARTYROLOGIUM BEDÆ PRESBYTERI.

JANUARIUS

I KALENDIS: Octavæ Domini, & ſecundum carnem Circumciſio ejus. Et natalis Almachii: qui jubente Alypio Urbis Præfecto, cum diceret, Hodie Octavæ Dominicæ diei ſunt, ceſſate a ſuperſtitionibus idolorum & ſacrificiis pollutis; a gladiatoribus hac de cauſſa occiſus eſt.

A. T. L. C. Eodem die natalis S. Baſilii * Epiſcopi. Et * paſſio S. Martinæ Virginis. A. Et S. Euphroſynæ. L. Eodem die in Æthiopia Rutuli. Hieroſolyma natale S. Stephani.

** C. Cappadocenſis. A. Archiepiſcopi. * T. Romæ.*

II IV. NONAS. *Vacat Beda.*

C *Florus in* A. T. L. Romæ natale S. Teleſphori Papæ & Martyris: is ex anachoreta cum per XI. annos Eccleſiæ Romanæ præeſſet, jejunium ſeptem hebdomadarum ante Paſcha, & Miſſam in nocte Natalis Domini: ſed & ante ſacrificium hymnum Angelicum, videlicet Gloria in excelſis Deo, decantandum inſtituit: paſſuſque eſt temporibus Antonini & Marci martyrium.

D. Apud Antiochiam paſſio B. Iſidori Epiſcopi. Et in Ponto civitate Tomis trium fratrum, Argei, Narciſſi, & Marcellini pueri; qui ſub Licinio Principe inter tirones comprehenſus, merſione maris martyrizatus eſt. C. V. Hieroſolyma Stephani, Macarii Abbatis, Iſidori Epiſcopi. T. Eodem die depoſitio B. Abbatis Macarii.

III. III. NON. Romæ nat. Anteros Papæ & Mart. qui duodecim annos rexit Eccleſiam, & in cœmeterio Calixti ſepultus eſt via Appia. Eodem die Pariſius Genovefæ Virginis.

Florus in A. T. L. *addit*. Quæ in corpore poſita tantum in virtute prævaluit, ut mortuum ſuſcitaret.

Florus in A. T. L. In civitate * Auclara paſſio S. Petri, qui crucifixus eſt ſub Maximiano Imperatore. Ipſo die paſſio S. Theogenis, qui præcipitatus eſt in mari tempore Licinii. Et natalis Pontii, qui ſub Antonino Imperatore primo fuſtibus cæſus eſt: deinde carcere incluſus, magno pondere ferri damnatus: unde eductus in aculeum eſt ſuſpenſus: & cum juſſu Imperatoris ſecare & canibus projicere vellent eum milites, tangere non poterant. Inde juſſus eſt frigi in ſartagine, liquatoque plumbo ſuperfundi: poſtea vero palo ferreo fixus eſt a capite uſque deorſum. Quo ab Angelo ereptus, juſſit illi Imperator linguam abſcindi & oculos compungi. Et cum nec ſic vinci poſſet, juſſus eſt capite plecti, cum eſſet tredecim annorum puer. F

** Imo Auſona.*

A. In pago autem Viromandenſi inventio corporis B. Quintini Mart. ab Eligio Epiſcopo & Tranſlatio ipſius. Etenim corpus ejuſdem martyris pro tempore in ſecretis locis repoſitum, illic a populis diu venerabatur ubi non erat. Itaque S. Eligius divino nutu inſtigatus, quæſitum nocte reperit: perforatoque tumulo tantum lumen, comitante permaxima odoris fragrantia, ex eo manavit, ut obſcuritatem noctis in magnam diei claritatem mutaret. Sicque de tellure elevatum exoſculans, cum ex maxilla ejus dentes pro Reliquiis auferret, de radice eorum gutta ſanguinis exivit. *Scriptum in geſtis ejus: quæ licet Flori ſtylum ſapiant, non tamen ei audemus aſſeveranter imputare.*

II, NON, *Vacat Beda.* IV.

D. Natalis B. Titi; qui ordinatus eſt ab Apoſtolo Paulo Cretenſium Epiſcopus. A. T. L. In Africa nat. Aquilini, Gemini, Eugenii, Victi, * Triphonis. In Oriente Bononia civitate, Hermetis Aggei, Gagii C. V. In Africa Aquilini. In Bononia civitate Hermetis Aggæi. *Deficit nomen utrumque in C.*

** deeſt L.*

NONIS, *Vacat Beda.* V.

Florus in A. T. L. Hieruſolyma depoſitio Simeonis Prophetæ; qui a Spiritu ſancto reſponſum accepit, non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini.

A ni. In Antiochiæ eccleſia, quæ vocatur Pœnitantia, depoſitio S. Simeonis Confeſſoris, qui in columna ſtans arctiſſime vixit, & incolis loci illius multas tribuit ſanitates. Hic poſt converſionem nullam unquam mulierem oculis attentis aſpexit. Poſtquam vero columnæ editiori ſe ſanctitate fervens inveXit, non modo extraneæ mulieri, verum etiam nec propriæ matri ſe videndum permiſit. Scriptum in geſtis ejus.

D. Romæ natalis Teleſphori Papæ & Martyris, qui ſeptimus poſt Petrum Pontifex ordinatus eſt V.C. Hieroſolyma Simeonis Prophetæ; & Simeonis Confeſſoris, qui in columna ſtetit. A. Eodem die in Noviomo translatio corporis B. Eligii Confeſſoris atque Pontificis; qui multum miraculorum ſignis enituit. T. Eodem die natale Sanctorum Honorii, Luciani, Jocundi.

VI VIII. IDUS. Epiphania Domini.

Florus addit in A. T. L. quando ſtella duce Magi ab Oriente ad Dominum venerunt & myſticis muneribus ut Deum, hominem, Regemque venerati ſunt. *Idem Florus ibidem*: In Antiochia paſſio Sanctorum Juliani & Baſiliſſæ ſponſæ ejus, quam Deus in pace orantem ſuſcepit: & Celſi pueri ſub Martiano Præſide tempore Diocletiani & Maximiani. * Qui Julianus poſt flagella & catenarum nexus variaſque torſiones B præfatum puerum, nomine Celſum, filium Præſidis convertit, eorumque poſtmodum cuſtodes & matrem pueri, uxorem ipſius Præſidis. Poſtea vero miſſi in carcerem, ceteris trucidatis, videlicet viginti militibus & ſeptem germanis, Julianus ad audientiam & cum filio mater, & Antonius Presbyter, & ille quem s. Julianus de morte ſuſcitaverat, reſervati ſunt. Poſtea juſſit Præſes s. Juliano & Celſo puero cutem capitis auferri: Sancto vero Antonio Presbytero & Anaſtaſio, qui ſuſcitatus fuerat, oculos: Sanctam vero Marcianillam matrem pueri Dominus defendit ne tangi poſſet. Sed poſt talia tormenta, cum ſani eſſent inventi, gladio ſunt addicti.

*hucuſque. b.

L. Et depoſitio Alberti Epiſcopi & Confeſſoris. D. In territorio Remenſi paſſio S. Macræ Virginis; quæ jubente Rictiovaro Præſide, cum in igne præcipitata eſſet, permanſit illæſa. Redonis S. Melanii Epiſcopi & Confeſſoris. V, C. Et paſſio Ss. Juliani & Baſiliſſæ & Celſi.

VII VII. IDUS. *Vacat Beda.*

Florus in Mss. A. T. L. In Nicomedia s. Luciani Presbyteri: qui in quatuor eſt partes diviſus: ſingulæ autem partes ſingulis lapidibus alligatæ in mari ſunt merſæ: quas Deo redintegrante, Elenopoli altera die conſolidatum corpus cum ipſis lapidibus inventum eſt. Item C Clerici & Diaconi Antiocheni, qui ſepties torti & de carcere producti, decollati ſunt.

D. Relatio pueri Jeſu ex Aegypto. D.V.C. In Nicomedia S. Luciani Presbyteri. V.C. In Militana civitate nat. Polioсti, Januarii.

VI. IDUS. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Beluacus civitate natale Ss. Luciani VIII Presbyteri, Maximiani, Juliani Martyrum: qui (Lucianus) ab urbe Roma egreſſus, Galliarum civitatem Beluacenſium perveniens, verbo prædicationis & miraculorum ſignis coruſcans, multum populum ibidem Domino acquiſivit. Quem apparitores Juliani Imperatoris perquirentes, vinctis manibus cæſum decollaverunt. Cujus corpus exanime, ut fertur, ſe erigens & propria manu caput ſanctum abſciſſum apprehendens, ſtabili greſſu ad locum, quem vir ſanctus funeri tradendum elegerat, deportavit. Scriptum in geſtis ejus.

D. Neapoli Campaniæ natale S. Severini Epiſcopi & Confeſſoris, fratris B. Victorini Martyris. V.C. In Græcia Ruſtici Epiſcopi, Timothei, Teleſphori, Anaſtaſiæ.

IX. V. IDUS. *Vacat Beda.*

D. Apud Antiochiam Sanctorum martyrum, qui ſub Diocletiano & Maximiano cum aliis multis gloriam martyrii adepti ſunt. *Deerant vel eraſa erant nomina.* A. Natale Juliani & Baſiliſſæ martyrum: *perperam præponitur.* In Africa. A. T. L. In Africa natalis Epicteti, Jucondi, Quinti. In Smyrna Revocati, Firmini Saturnini *Deeſt in L.* Epictetus: *& hujus ſociis, omiſſis intermediis cum ipſo loco, conjungitur* Saturninus; *In V. & C. ſic habebatur.* In Africa Epicteti, Jucundi, Secundi, Vitalis, Felicis. C. *addit* & ſeptem aliorum. D

IV. ID. Natale Pauli primi eremitæ: qui a ſexto decimo anno uſque ad centeſimum tertium decimum ſolus in eremo permanſit; cujus animam inter Apoſtolorum & Prophetarum choros ad cœlum ferri ab Angelis Antonius vidit. Eodem die Romæ Melchiadis Epiſcopi & Confeſſoris. X

Florus addit in A.T.L. Qui poſt B. Petrum trigeſimus ſecundus per quadriennium rexit Eccleſiam.

Addit C. & aliorum XL.

III. ID. In Africa S. Salvii: in cujus natali S. Auguſtinus verbum fecit ad populum Carthagine. XI

Florus in A.T. Paſſio Sanctorum Polieucti, Candidiani, & Filorumi, qui pariter in confeſſione Chriſti perſeverantes, igni traditi ſunt. A. T. L. In Achaja paſſio E s. Juliani Martyris: qui ſub Martiano Præſide in carcere gladio peremptus eſt.

II. ID. Apud Achajam nat. B. Saturi Martyris. *Ita* D. *aſt* V. in Achaja Cyriaci: *plene & integre* C. & R. In Achaja Cyriaci, Moſanti, Saturi civis Arabiæ: qui tranſiens ante templum cujuſdam idoli, inſufflans, cum ſignaſſet frontem, corruit. Tenentes eum ibidem obſervantes, duxerunt ad Ducem: & indicantes factum, decollatus eſt. *Hæc ut arbitramur ex ipſa origine verbotenus Beda.* XII

Florus in A. T. L. phraſeos barbariem ſic emollivit. In Achaja natale Saturi Arabiæ civis, de quo fertur, quia dum ante cujuſdam idoli templum tranſiret, & idem idolum in fronte inſufflaret ac conſignaret, ſtatim corruerit: cujus cultores hoc videntes Duci dicunt, narrantes quod fecerat; qua de cauſa decollationis ictum accepit.

V. In Achaja Cyriaci, V.C. In Africa Zotici, Rogati, Modeſti. C. Caſtuli, Coronæ & militum XL.

IDIBUS. In Pictavis depoſitio Hilarii, Pictavenſis Epiſcopi & Confeſſoris, de quo inter alias virtutes fertur quod mortuum ſuſcitaverit. XIII F

Florus in A.T. L. Qui ob fidei veritatem in Phrygia a Conſtantio Imperatore relegatus eſt exilio. Hic doctrinis & miraculis valde coruſcavit. *Idem Florus ibidem*: Remis depoſitio S. Remigii Epiſcopi & Confeſſoris. Hic primus Francorum gentem, cum Cloduveo Principe eorum, baptizavit. Qui plurimorum miraculorum ſignis coruſcans, puellam, quam prius dæmonio vexatam ſanaverat, poſtea mortuam ſuſcitavit. Scriptum in geſtis ejus. *Ibidem ante omnia ponuntur*, Octavæ Epiphaniæ, *vel* Theophaniæ.

XIX. KAL. FEBR. In Campania nat. Felicis Presbyteri & Confeſſ. de quo inter alia ſcribit Paulinus Epiſcopus, quia cum a perſecutoribus in carcere mitteretur, & cochleis ac teſtulis vinctus ſuperpoſitus jaceret, per noctem ab Angelo ſolutus atque eductus ſit. XIV

Florus in A. T. L. Eodem die in Antiochia natalis Clerici Diaconi, multis tormentis paſſi, & in mare merſi.

XVIII. KAL. *Vacat Beda.* XV

D. Abacuch & Michææ Prophetarum, & B. Macarii Abbatis diſcipuli B. Joannis. V. In Aegypto Criſconii. C. Tyrſi. V. C. Et depoſitio Abacuc Prophetæ. C. Et S. Remedii Epiſcopi. A.T. In Aegypto paſſio Sanctorum martyrum Criſconi

A ni & Tyrſi. ai depoſitio Abacuch & Micheæ Prophetarum. Et depoſitio S. Mauri Abbatis. Et S. Macharii. Et S. Yſidori Epiſcopi. T. S. Mauri Abbatis. Eodem die in Ægypto SS. Martyrum Criſconi & Tyrſi, & depoſitio Abacuc Prophetæ, L. Depoſitio Abacuc Prophetæ. Et in Ægypto Ss. Criſconi & Tirſi. Et eodem die S. Mauri diſcipuli S. Benedicti.

XVI XVII. KAL. FEBR. Nat. S. Marcelli Papæ, qui jubente Maximino Imperatore primo fuſtibus cæſus, & a facie ejus quem corripiebat expulſus eſt. Deinde audiens, quod domum S. Lucinæ, quam ipſe proſcriptione damnaverat, eo quod de facultatibus ſuis Chriſtianis donaverit, eccleſiam faceret, atque in ea Miſſas celebraret in media civitate: juſſit in eadem eccleſia * plancas ſterni ad animalia catabuli publici, & eidem ſtabulo Epiſcopum ad ſervitium animalium deputavit cum cuſtodia publica. Ubi etiam poſt multos annos ſerviendo, indutus amictu cilicino, defunctus eſt; & conditus aromatibus, a Joanne Presbytero & B. Lucina, ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ.

* D. Tabulas

B

Florus in A. T. L. Ipſo die in Galliis Peronæ monaſterio natalis Furſei Abbatis, qui corpore ſublatus multa de ſupernis audivit, & vidit: quæ & poſtea reanimato corpore per ⁿ duodecim annos multis annuntiavit. Scriptum in geſtis ejus.

ⁿ L. ſedecim

* deeſt locus V

V. C. * Arelate depoſitio S. Honorati Epiſcopi. Paſſio S. Marthæ.

XVII XVI. KAL. In Ægypto depoſitio Antonii monachi.

Florus addit in MSS. qui cum eſſet abſtinentiſſimæ vitæ multis miraculis effloruit: cujus vitam B. Athanaſius conſcripſit.

Et apud Lingones natale geminorum Pſeuſippi, Elaſippi & Melaſippi: qui cum eſſent viginti quinque annorum, cum avia ſua Leonilla, & Jonilla & Neone martyrio coronati ſunt, tempore Aureliani Imperatoris. Gemini quidem in una arbore ſuſpenſi, ligatis manibus ſurſum, pedibus deorſum, ita extenti,

C ut putarentur ab ipſa membrorum compage ſeparari: & poſt hæc in ignem præcipitati, nec tamen flammis læſi inter verba orationum ſimul migraverunt ad Dominum. * (Jonilla hæc videns confeſſa eſt ſe etiam Chriſtianam, & poſt comprehenſa a turbis, a capillis ſuſpenſa ac multis afflicta ſuppliciis, cum Chriſtum negare noluiſſet, cum Leonilla eſt ſimul gladio perempta. Neon exceptor geſtorum & ipſe Chriſti nomen confeſſus, martyrio coronatus eſt. Docuit autem & baptizavit geminos hos Benignus Presbyter, quem miſit ab oriente B. Polycarpus, B. Joannis Apoſtoli auditor in Galliam, cum Andochio Presbytero & Thyrſo Diacono) ſepulti ſunt autem iidem Gemini in ſecundo milliario ab urbe Lingonum.

* hic finis A

Ternacenſi & Letienſi MST. deſunt quæ [] uncis incluſa videts Ternacenſi autem etiam extremo loco ponitur S. Antonius.

Florus in A. T. L. Bituricas S. Sulpicii Epiſcopi & Confeſſoris: per quem Dominus miracula operari dignatus eſt præclara.

XVIII XV. KAL. Natalis S. Priſcæ Virginis & Martyris.

Florus in A. T. L. Eodem die in Ægypto triginta ſeptem militum, qui in quatuor partes diviſi, juſſi ſunt interfici: ita ut qui in parte Orientali ſegregati erant, igni traderentur, Septentrionales vero capite plecterentur; Meridiani autem igne cremarentur: illos quippe qui de Occidentali conſtiterant, paſſioni Dominicæ tradiderunt. D

C. Et depoſitio s. Mariæ Virginis, matris D. N. Jeſu Chriſti. L. Et paſſio s. Tyrſæ cum sociis ſuis. A Et depoſitio Attæ Abbatis. T. *ante omnia hæc habet:* Romæ cathedra S. Petri Apoſtoli.

XIV. KAL. *Vacat Beda.* XIX

D. In Smyrna B. Germanici Martyris, qui ſub Marco Antonino & Lucio Aurelio per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, ſponte præparatam beſtiam provocavit. Apud Spoletum s. Pontiani Martyris. V. In Africa Pauli, Quinti, Germani, & aliorum triginta novem A T. L. In Africa Ss. Pauli, Heraclii, Quinti, Januarii, Succeſſi, Valentis, Publii, Gagi cum aliis ſexcentis. A. Et depoſitio Marthæ & Mariæ. Et Translatio s. Hugonis Rotomagenſis Archiepiſcopi. T. Eodem die depoſitio s. Launomari Abbatis & Confeſſoris. L. Et Hieroſolymis Ss. Mariæ & Marthæ, ſororum Lazari.

XIII. KAL. Romæ Fabiani Epiſcopi: qui cum viginti quinque annis Eccleſiæ præeſſet, paſſus eſt martyrium tempore Decii, & cœmeterio Callixti ſepultus. Eodem die S. Sebaſtianus de Mediolano, qui in tantum carus erat Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, ut principatum ei primæ cohortis traderent. Quem Diocletianus ubi Chriſtianum agnovit, nec a fide poſſe revocari, juſſit ligari in medio campo quaſi ſignum ad ſagittas, & ſagittari a militibus. Qui cum ſagittis plenus quaſi ericius ſtaret, putantes eum mortuum abierunt. Nocte autem veniens quædam mulier, nomine Herene, tollere corpus, invenit eum viventem, & adduxit ad domum ſuam, & curam ejus egit. Qui ubi convaluit multos in fide confortavit: (nec mora ipſis Imperatoribus apparens, hos, ut digni erant, corripuit. Tunc juſſit eum Diocletianus in hippodromum duci, & fuſtigari donec deficeret. Quem mortuum in cloacam maximam miſerunt: ſed ille apparuit in ſomnis ſanctæ matronæ Lucinæ dicens: Juxta Circum invenies corpus meum pendens in unco: hoc ſordes non tetigerunt; & dum laveris perduces ad catacumbas, & ſepelies me in crypta, juxta veſtigia Apoſtolorum. Quæ ipſa nocte cum ſervis veniens totum ita complevit.) Eodem die nat. Sanctorum Marii & Marthæ cum filiis ſuis Audiſax & Abacuc nobilium de Perſida, qui ad orationem venerant Romam tempore Claudii Principis; e quibus, poſt toleratos fuſtes, eculeum, ignes, ungues, manuum præciſiones, Martha in Nympha necata, ceteri decollati, & cetera ſunt omnia incenſa. XX E

deſunt hæc in A. & L.

F

L. Et membra eorum cæſa atque incenſa.

XII. KAL. Romæ S. Agnetis quæ ſub Præfecto Urbis Sempronio ignibus injecta, ſed his per orationem ejus extinctis, gladio percuſſa eſt. XXI

Florus in A. T. L. Ipſo die in Hiſpania Tarracona civitate, paſſio Sanctorum Fructuoſi Epiſcopi, Augurii & Eulogii Diaconorum: qui per ignem confeſſionis ſuæ gloriam acceperunt ſub Æmiliano Præfecto, tempore Valeriani & Galieni Imperatorum.

L. Et

A L. Et in Valeria civitate s. Valerii Epiſcopi & Martyris. C. Alibi Felicia, Fructuoſi, Ceſiliani, Martialis.

XXII **XI. KAL.** In Hiſpania Vincentii Diaconi & Martyris. Ad Aquas-ſalvias S. Anaſtaſii monachi & Martyris de Perſida: qui poſt plurima tormenta carceris, verberum & vinculorum, quæ in Cæſarea Palæſtinæ perpeſſus fuerat a Perſis; poſtremum in Perſide multa pœna affectus, atque ad ultimum decollatus eſt a Rege eorum Choſroe.

Florus in A.T.L. In Valentia civitate Hiſpaniæ, paſſio S. Vinceutii Diaconi ſub Daciano Præſide. Hunc enim Præſes primo eculeo ſuſpendi juſſit & vehementer torqueri. Unde depoſitus torquetur, tunditur, flagellatur, exuritur, & diſtentis membris creſcebat corpus ad pœnam: ſed ſpiritus, qui Chriſtum Dominum fatebatur, io victoria permanebat. *Hactenus Atrebatenſe & hinc ad Anaſtaſium tranſit: alia duo MSS. elogium proſequuntur his verbis.* Imprimuntur ardentea pectori laminæ, & liquefactus inter ipſas candentis ferri acies liquor guttis flamma ſtridente reſpergitur. Vulnera vulneribus imprimuntur, & ſupra tormenta de- B ſæviunt. Sales ignibus ſparſi crepitantibus minutis per membra diſſiliunt: & jam non ad artus tantum, ſed ad ipſa viſcera ſuppliciorum tela jaciuntur, nulla jam corporis parte integra remanente. Sed poſtmodum clauſus carcere & ſuper congeriem teſtarum fragminum miſſus jacere, non multo poſt tantis affectus pœnis, invictus fide, defecit corpore.

T. Eodem die natale Victoris & Orontii.

XXIII **X. KAL.** Romæ natalis S. Emerentianæ Virginis Chriſti & Martyris: quæ erat collactanea S. Agnetis, & dum oraret ad ſepulcrum S. Agnetis, ac ſimul orantes a Gentilium læſione defenderet, lapidata eſt ab eis.

A. Et paſſio Parmenæ Diaconi, & Macarii. C. Eodem die S. Savinæ Virginis. T.L. Eodem die natalis S. Macarii Martyris.

XXIV **IX. KAL.** Natale S. Timothei Apoſtoli. Et in Antiochia S. Babyllæ & trium parvulorum, Urbani, Prilidiani & Epolonii. Eodem die S. Sabinæ Virginis.

Florus in A. T. L. In Antiochia paſſio S. Babilæ Epiſcopi, & trium parvolorum, Urbani, * Parilidani [* A. Prilidani.] & E- C polonii ſub Numeriano Imperatore: quem Imperator per manum Victorini Ducis validis catenis ligari juſſit, & per civitatem trahi. Poſt hæc Babilam in eculeo ſuſpendi, & pueros præcepit verberari: quorum primus duodecim annorum, ſecundus novem, tertius ſeptem fuerat. Deinde pariter in fide & virtute perſeverantes, Imperator eos gladio ferire juſſit. Eodem die Trecas paſſio S. Saviniani Martyris. Et depoſitio S. * Sabinæ [* T Sabinæ L. Savinæ] Virginis ſororis ejus.

A. Apud Epheſum natale s. Timothei Epiſcopi & Martyris, diſcipuli Beati Pauli Apoſtoli. Eodem die elevatio corporis s. Autberti Cameracenſis Epiſcopi.

XXV **VIII. KAL.** S. Gregorii Theologi & natale S. Projecti.

Floros in A. & T. In civitate Miletu paſſio S. Tyrſi, qui paſſus eſt ſub Cumbricio, Sylvano, & Plaudo Proconſulibus in civitate Cæſarea. Hic enim primum juſſus eſt catenis ad pœnam extendi, ut diſſiparentur membra ejus. Sed catenis diſruptis, vas quoddam juſſum eſt impleri aqua, in quod Martyr deorſum ſuſpenſus capiteque merſus flagellaretur. Vaſe autem virtute Domini diſſipato, bis in carcere recluditur & ad audientiam reſervatur: poſtmodum vero reſticulis flagellatus, beſtiis traditur. Unde illæſus exiens, juſſus eſt fieri locellus, in quo miſſus medius ſecaretur. Sed illis deficientibus, qui eum ſecare debuerant, cum B. Tyrſus de locello exiret, divino nutu calcaneus ejus locello ad- D hæſit: quod ille cognoſcens, iterum ſe in locello collocavit, taliterque paſſionis ſuæ terminum fecit. *In iiſdem Mss. & ſimul in* L. Eodem die in pago Arvernico natalis Projecti Epiſcopi & Martyris: qui more prophetico electus ab utero, purpuratam ſtolam ſervavit in triumpho.

C.A.T.L. Converſio s. Pauli Apoſtoli.

XXVI **VII. KAL.** Natale S. Polycarpi, Epiſcopi Smyrnæ: qui ſub Marco Antonino & Lucio Aurelio Commodo, ſedente Smyrnæ Proconſule, * conjurante [* Al. conjurante] in eum omni populo, igni traditus eſt.

Florus addit in Mss. A.T.L. Cum eſſet octoginta ſex annorum. L. Scriptum in Hiſtoria Eccleſiaſtica. T. Cum ergo eum catenis ligare vellent, conſuetudinem legemque ſervantes; Permittite me ſic, inquit: qui enim mihi dedit velle, largietur & poſſe, atque ipſum tolerabilem faciet violenti ignis ardorem. Itaque ferro eum nemo vinxit: ſed poſt tergum ligatis manibus, ut devotus aries, paſſionis limen ingreſſus eſt: illicque oratione completa ſubiciunt ignem: ſed flamma Martyris corpuſculum nullo violabat amplexu. Totus er- E go in igne ſplendidus, factus, pro fœtore mirabilem ea ſe dedit odorem. Juſſum deinde eſt gladiunculum ſancto pectori inicere: quo facto, ecce ſubito fluente ſanguinis copia, de corpore columba proceſſit: ac ſtatim cruore ſopitum ceſſit incendium.

T. Eodem die Bethleem civitate tranſitus s. Paulæ, Deo dicatæ.

XXVII **VI. KAL.** *Vacat Beda.*

D. Natale B. Joannis cognomento Chryſoſtomi: qui verbis atque exemplo plurimum Chriſtianæ profuit religioni. V.C. In Africa * Dativi [* V Dativi.] & Juliani, Vincentiæ, ſecundi, Æmiliani & aliorum triginta quinque. A.T.L. In Africa paſſio Ss. Secundi & Fortunati. Et natale s. Proceſſi. Et s. Joannis Chryſoſtomi. *in L. deeſt* Proceſſus *in T. primo loco ponitur* Chryſoſtomus: *ſed perperam* in Burgundia.

XXVIII **V. KAL.** Natale S. Agnetis Virginis de nativitate.

Aliter T. Romæ nativitas S. Agnetis Virginis. V.C. Perpetuæ, Juliani & aliorum quadraginta quatuor. A. In Africa natalis Dativi, & Juliani. *Eoſdem habet L. ſed abſque loco agnolis.* T. Eodem die natalis Publiani, Quintilli, Feſti, & aliorum. Dativi & Juliani. Et in Burgundia s. Joannis Abbatis.

XXIX **IV. KAL.** Romæ natale Ss. Papiæ & Mauri militum, tempore Diocletiani: qui videntes conſtantiam Saturnini & Siſinnii Martyrum, F converſi ſunt ad fidem, ſtatimque juſſum eſt a Laudicio Præfecto, ut os Sanctorum, quo Chriſtum confitebantur, cum lapidibus contunderetur, & retruderentur in carcere, ubi baptizati ſunt a B. Marcello. Quos poſt dies * duodecim [* Rab. undecim] eductos juſſit ſterni in terram & fuſtibus cædi: deinde levatos de terra plumbatis cædi, donec expirarent. Quorum corpora colligens noctu Joannes Presbyter, ſepelivit via Nomentana, ad Nymphas B. Petri, ubi baptizabat. Scriptum in geſtis beati Papæ Marcelli.

XXX **III. KAL.** *Vacat Beda.*

Floros in A.T.L. In Malbodio monaſterio depoſitio S. Aldegundis Virginis, quæ ex proſapia regali edita, ſuaſionem matris ſuper conjunctionem mariti ſpernens, Chriſtum ſponſum elegit: unde & ejus allocutione, & ſæpe Angelica meruit perfrui.

D. Antiochia paſſio S. Hippolyti, Hieroſolymis S. Mathiæ Epiſcopi. V.C. In Africa Feliciani, Philippi, & aliorum, centum viginti trium A.T.L. In Antiochia paſſio S. Ypoliti. In Africa natale Ss. * Cleri, [* L Celeri] Pelliani, Philippiani & aliorum centum viginti trium.

II. KAL.

XXXI A II. KAL. *Vacat Beda*,

D. Alexandria Mytani Martyris. Trienti no s. Vigilii Epiſcopi & Martyris. V. In Alexandria natale Ss. Abbaciri & Joannis, Cyriaci, Tarſi, Galerici & aliorum quindecim Sacerdotum. A.T.L. In Alexandria Ss. Tyrſici, Zotici, Ammonis. D In Africa Ss. Victoris, Publii. L. & Polycarpi. Et depoſitio s. Veroni Confeſſoris. A. T. Et paſſio Ss. Callinici, & aliorum quindecim Sacerdotum. C. In Alexandria Tarſacii, Zodici, Cyriaci, Tyrſi, Galeni, & aliorum. Et Cyri & Joannis.

FEBRUARIUS.

I KALENDIS. Natale S. Brigidæ Virginis.

Præponit Florus in A. T. L. in Scotia: *deinde ſubjungit:* Quæ ab ineunte ætate Chriſto juncta eſt amore. Hac caſto propoſito ſanctiſſime vivens multis coruſcavit miraculis.

V. C. In Græcia Ss. Polycarpi, Dionyſii Martyrum. C. Eodem die natalis Ss. Aproniani, Fortunati, Feliciani. A.T.L. Eodem die paſſio Ss. Vindemialis & Eugenii. In Auguſta civitate s. Urſi Epiſcopi & Confeſſoris. L. Et natale s. Præcordii. L.A. Et paſſio s. Ignatii Martyris. T. Et in Ravenna natalis s. Severini Epiſcopi.

II IV. NONAS. Hypapante Domini. Eodem die natalis S. Aproniani.

Addit V. Et Feliciani. C. *ad diem præcedentem retulit.* L. Et B in Hieroſolymis depoſitio B. Simeonis Prophetæ: qui a Spiritu ſancto reſponſum acceperat, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini.

III III. NONAS. *Vacat Beda*.

D. Beati Celerini Diaconi & Celerinæ aviæ ejus. V.C. S. Blaſii Epiſcopi. In Africa Felicis, Simpronii, Laurentii, Ypoliti, Felicitatis. A.T. In Africa Felicis, & Felicitatis * [in Sebaſtia Cappadociæ] Paſſio s. Blaſii Epiſcopi & Martyris. Lugduno depoſitio Lupicini Epiſcopi & Confeſſoris. L. Monte Caſtriloco tranſlatio s. Waldetrudis. Et in Africa natale Felicis & Felicitatis, & s. Blaſii Epiſcopi & Martyris.

* abeſt a L.

IV II. NONAS. *Vacat Beda*.

D. In civitate Ægypti Tmuinm B. Phileæ, ejuſdem urbis Epiſcopi, & Philoromi Tribuni, & innumerabilium Martyrum. V. C. Natale Gemini, Gelaſii, Manniæ, Donati, Aquilinæ. A.T.L. Natale Gemini, Gelaſi & Magni.

A. *fortaſſis ex Floro.* Ipſo die depoſitio s. Waldetrudis; quæ in magno honore poſita mundum dereliquit, cum ſacrum velamen ex manibus B. Autberti Pontificis ſuſcepit, ſponſumque ſuum cœleſtem ſæpiſſime videre promeruit. Ipſo die paſſio S. Liphardi Martyris, Cantorbeiæ Archiepiſcopi.

V NONIS. S. Agathæ Virginis in Sicilia, ſub Quintiano Conſule tempore Diocletiani: quæ poſt alapas & carcerem, poſt eculeum & tortiones, poſt mamillarum abſciſſionem, C ſed a Domino ſanationem, poſt volutationem in teſtulis & carbonibus, tandem in carcere conſummata eſt.

L. In Gandavo depoſitio s. Bertulfi Confeſſoris.

VI VIII. IDUS. *Vacat Beda*.

Florus in A. T. L. *ſed ordine ob S. Vedaſtum in A. mutato.* Elnone monaſterio depoſitio S. Amandi Epiſcopi: qui multorum miraculorum virtutibus pollens, inter alia fertur, quod reum cui ante mortem a ſævo judice vitam non potuit impetrare, poſt mortem a pio judice Chriſto vitam impetravit & ſalutem. Eodem die Atrebats civitate depoſitio S. Vedaſti Epiſc. & Confeſſoris: hic dum plurimorum miraculorum ſignis rutilaret, diverſis diverſas impertiens ſanitates, gentem Francorum barbaricam ad fidem paullatim convertit Catholicam.

D. Cæſarea Cappadociæ s. Dorotheæ Virginis & Theophili Scholaſtici. V.C.A.T. Romæ via Appia paſſio Soteris Virginis. Et S. Dorotheæ Virginis.

VII VII. IDUS Britanniis in Auguſta natale Auguſti Epiſcopi & Martyris.

Addunt V. & C. interpoſito commate. Et Martyris Anatolii. A. T. L. Et Sanctorum Statiani & Saturnini.

VI. IDUS. *Vacat Beda*. VIII

D. Dionyſii, Æmiliani, & Sebaſtiani. Alexandriæ s. Cointæ Martyris. V. C. Natale s. * Juventii Epiſcopi & Confeſſoris. V.C.A.T.L. Romæ depoſitio s. Pauli Epiſcopi. Lucii. C. Et alibi. Lucii & depoſitio Thomæ. A.T.L. Et Julii Papæ. In Armenia Ss. Dionyſii & Sebaſtiani.

* C. Venantii.

V. IDUS. *Vacat Beda*. IX

D. Alexandriæ s. Apolloniæ Virginis. V C. Natale * Alexandriæ & aliorum triginta octo. V. Depoſitio Thomæ. A. T.L. Svano apud Cyprum natale Alexandri, Ammonis & Didymi. L. In Fontanellæ monaſterio depoſitio s. Ansberti Archiepiſcopi Rotomagenſis. C. Eodem die ædificatio B Benedicti Abbatis & s. Scoræ Virginis.

* C. Alexandri

IV. IDUS. Romæ Ss. Zotici, Irenæi, Hyacinthi & Amantii. X

Addit C. Et aliorum nonaginta. A.T.L. Eodem die in Campania natale s. Sylvani Epiſcopi & Confeſſoris. V.C.A.T.L. Et E s. Scolaſticæ Virginis. A. T. Ipſo die in Bethleem Judæ, ſub Herode Rege, paſſio Ss. Andreæ & Apori. A.L. Et s. Soteris. L. Et elevatio s. Gertrudis Virginis.

III. IDUS. Romæ Calloceri & Parthenii. Eodem die Lugduno Deſiderii Epiſcopi. XI

A.T.L. In Campania natale Baſilinni & Amantii.

II. IDUS. *Vacat Beda*. XII

D. Barcinona Eulaliæ Virginis & Martyris. Alexandriæ Modeſti & Ammonii. V. C. In Africa paſſio Damiani Militis. Carthagine Modeſti, Juliani. A. T. L. In Africa paſſio s. Damiani Martyris. In Italia depoſitio Simplicii Epiſcopi. In inſula Ratenſi natale s. Baſilii monachi. T. In civitate Carthagine natalis Ss. Saturnini Presbyteri, Dativi & Felicis.

IDIBUS. *Vacat Beda*. XIII

D. Agabi Prophetæ in novo teſtamento apud Antiochiam. s. Polyocti Martyris Melitena Armeniæ. V. C. In Nicomedia paſſio s. Juliani. Et alibi s. Dicentii. Et depoſitio Stephani Epiſcopi. A. T. L. In Nicomedia paſſio s. Juliani martyris. In Alexandria natale Ss. * Tulliani & Ammonii. Lugduno depoſitio B. Stephani Epiſcopi.

* L. Tulli.

XVI. KAL. MARTII. Natale S. Valentini Presbyteri Romæ: qui poſt multa ſanitatum & doctrinæ inſignia fuſtibus cæſus, & ſic decollatus eſt * (ſub Claudio Cæſare) Eodem die natale s. Valentini Interamnenſis Epiſcopi: qui tentus a paganis ac virgis cæſus, & poſt diuturnam cædem cuſtodiæ mancipatus, cum ſuperari non poſſet, mediæ noctis ſilentio ejectus de carcere decollatus eſt, juſſu furioſi Placidii Urbis Præfecti. * Tunc Proculus * Efybus & Apollonius diſcipuli ejus, transferentes corpus ad ſuam eccleſiam Interamnanam urbem, noctu ſepelierunt: ubi cum quotidianis vigiliis incubarent, tenti a gentilibus, cuſtodiæ ſunt traditi Conſulari Leontio. Quos ille juſſit medio noctis ſuis tribunalibus præſentari: & cum a fide revocari nec blandimentis nec minis poſſent, juſſit capite cædi: qui non longe ſunt a corpore s. Valentini ſepulti. XIV

* Addunt hoc C. & Rabanus

* huc uſque A.

* D. T. L. *Efibus*

A. T. L. Eodem die natale Ss. Vitalis, Feliculæ & Zenonis. L. In Alexandria Baſſiani, Orionis, Agathonis: qui igne combuſti ſunt.

XV. KAL. *Vacat Beda*. XV

Florus in A. T. L. Bitoricas depoſitio S. Auſtregiſili Epiſcopi & Confeſſoris: qui in Dei rebus magnificos atque inſignis fuit.

D. Romæ

A D. Romæ s. Cratonis Martyris. Apud Sebaſtiam paſſio S. Blavii Epiſcopi. V.C. Interamnæ natale s. Agapæ Virginis, Saturnini, Caſtulii, Magni. V. In Antiochia Joſaph Diaconi & Romani, * Lucii. Rogati. C. Lucium *Interamnenſibus jungit*. A.T. *addunt s. Agapæ ſocios* martyres 30. T. Et depoſitio s. Salvini Epiſcopi & Confeſſoris. Ipſo die paſſio s. Deſiderii Epiſcopi & Martyris. Eodem die in Antiochia natalis Ss. Joſippi & Rufini. L. Ipſo die Ss. Joannis, Magni, & Joſephi Diaconi.

A Ipſo die Tarvennæ civitatis depoſitio B. Silvini ejuſdem civitatis Epiſcopi. Hic dum in corpore vixit multis miraculorum affulſit ſignis: &, ut liber vitæ ejus elucidat, magnæ abſtinentiæ fuit; volens talenta ſibi commiſſa cum uſuris ſine fraude ſuo reddere Creatori. Poſtea de Ægypto ad terram promiſſionis vocatus, cum Deo vivit, poſſidens gaudia perpetuæ felicitatis. *Quæ Flori ſtylum ſapiunt.*

XVI XIV. KAL. S. Oneſimi Apoſtoli. Et in Cumis natale S. Julianæ Virginis: quæ tempore Maximini Imperatoris primo a ſuo patre Africano cæſa & graviter cruciata & a Præfecto * Eoleſio, quem ſponſum habuerat, nuda virgis cæſa & a capillis ſuſpenſa, & plumbo ſoluto a capite perfuſa, * & rurſum in carcere recepta, ubi palam cum diabolo conflixit, & rurſum evocata; rotarum tormenta, flammas ignium, ollam ferventem ſuperavit, ac decollatione capitis martyrium conſummavit. Quæ paſſa eſt quidem in Nicomedia: ſed poſt paucum tempus Deo diſponente in Campaniam tranſlata. B

*L. Eleuſio Reb. Euleſio

* hucuſq. A.

V.C. Alibi Maximæ, Junellæ, & quinquaginta quatuor. L. Et depoſitio Tetradi Epiſcopi.

XVII XIII. KAL. In Babylonia natale Polocronii Epiſcopi ejuſdem civitatis: qui præſente Decio perſecutore os lapidibus cæſus, manibus extenſis oculos ad cœlum elevans, emiſit ſpiritum. Scriptum in Paſſione * S. Laurentii.

* T. ejus.

L. Ipſo die Ss. Donati, Secundiani, Caſti, & Marcelli. V. C. Eodem die s. Fauſtini Martyris & aliorum quadraginta quatuor, quorum nomina Deus ſcit.

XVIII XII. KAL. *Vacat Beda.*

D. Hieroſolymis Simeonis Epiſcopi & Martyris. V. in Africa Ss. * Rutuli, Silvani, Claſſici, Secundini, Fructuli. A. T. In Africa Rutuli, Damaſi, Silvani, * Caſici. Et depoſitio s. Martialis Epiſcopi. L. In Africa natale Ss. Rutuli, Damaſi. Ipſo die Salvini & Paulini. C

* V. Rotoli

* C. Caſtuli

XIX XI. KAL. *Vacat Beda.*

D. Romæ Gabinii Presbyteri & Martyris. V. In Africa Publii, Juliani, Marcelli, Lampaſii, Majuli. *Iidem præter Lampaſium ſunt in A.T.L. ſed ultima loco refertur* Marcellus: *qui in L.* Marcellinus. C. In Africa Marobii, Publii, Juliani, Marcelli, Tullii, Jamnaſii, Juli, Victoris, Coronæ.

XX X. KAL. *Vacat Beda.*

D. Apud Tyrum Martyrum quorum numerum Dei ſcientia ſola colligit. V.C. Apud Cyprum natale Potaminæ. Romæ via Appia depoſitio Gagi Epiſcopi. A.T.L. Romæ via Appia in cœmeterio Caliati depoſitio Gagii Epiſcopi. Apud Cyprum natale Sanctorum Potamiæ & Didymi. A.T. Et alibi Victoris Martyris. T. *primo loco*. In civitate Turnaco depoſitio s. Eleutherii, ejuſdem urbis Epiſcopi & Confeſſoris. D

XXI IX. KAL. *Vacat Beda.*

D. Sicilia Martyrum ſeptuaginta novem qui ſub Diocletiano paſſi ſunt. V. C. In Africa natale Ss. Veruli, Secundini, Servuli, Siricii, Felicis, C. Saturnini. A.T.L. In Africa natale Ss. Secundi, Servuli, Juliani, Saturnini, Felicis & aliorum ſeptemdecim. *Primus deeſt in L.*

A. *primo loco* Nobiliaco monaſterio dedicatio eccleſiæ S. Vedaſti Epiſcopi & Confeſſoris: quæ per revelationem Angelicam B. Autberto Epiſcopo manifeſtata eſt.

XXII VIII. KAL. Apud Antiochiam Cathedra S. Petri.

Addit V. & C. Et s. Theclæ. A.T. Nicomedia natale s. Theclæ Virginis, diſcipulæ s. Pauli Apoſtoli. Romæ via Tiburtina ad s. Laurentium natale s. Concordiæ. In Sirmio natale s. Sareno: qui tempore Maximini plexione capitis ſuſcepit martyrium. *Eadem habentur in L. ſed abeſt*, Concordia.

XXIII VII. KAL. *Vacat Beda.*

D. Apud Sirmium Sinerii monachi, & ſexaginta duorum Martyrum. V.C. In Aſia Polycarpi Epiſcopi cum aliis duodecim & s. * Herotis. A.T.L. Nativitas s. Joannis Evangeliſtæ. A. T. Smyrnæ natale Sanctorum de antiquis Heroti & Garphori. T. *Interponit*. Eodem die natalis s. Polycarpi Presbyteri & Confeſſoris. L. Et in Pannoniis Ss. Antigoni, Rutuli, Libii, Ominandri & Zenonis. E

* V. Eleris.

XXIV VI. KAL. Inventio capitis Joannis Præcurſoris & natale S. Matthiæ Apoſtolis.

Addit Florus in A. T. L. qui ex diſcipulis ſeptuaginta ſorte electus pro Juda Scarioth duodecimus inter Apoſtolos ſubrogatus eſt.

Similia habet V. & ſubjungit: ſolus ſine cognomento, cui datur Evangelii prædicatio in Judæa. A.T. In Nicomedia natalis Luciani Presbyteri. L. Et Romæ s. Primitivi. V. Primitivæ. C. Romæ natale S. Primitivæ.

XXV V. KAL. *Vacat Beda.*

D. Apud Ægyptum Victorini, Victoris, Nicephori & aliorum Martyrum. V. C. In Africa Donati, Juſti, Herenai * Ingenui, & aliorum quadraginta quinque. A. T. L. In Africa natalis Ss. Donati & Juſti. In Pamphilia natalis Neſtoris & Caſtæ. Et depoſitio s. Eugeniæ. *Abeſt hæc a L. & pro* Caſta Caſtus *legitur*.

* C. Ingenue.

XXVI IV. KAL. *Vacat Beda.*

D. Pergen Pamphiliæ B. Neſtoris Epiſcopi. V. C. Natale Ss. Alexandri, Neſtoris. V. Fortunati. V.C. & aliorum viginti ſex. A. T. L. In Alexandria natalis Ss. Felicis & Alexandri, Neſtoris. *Ultimus abeſt a L.*

XXVII III. KAL. *Vacat Beda.*

D. Apud Alexandriam Julianæ Martyris. V.C. Alexandri, Abundantii, Januarii, Dionyſii & aliorum viginti quatuor. F A.T.L. Romæ via Aurelia natalis s. Felicis Epiſcopi & martyris. Smyrna Aſiæ natalis Ss. Serviliani, Datiani & Leandri. T. Et Tranſlatio s. Ragnulfi Martyris.

XXVIII II. KAL. *Vacat Beda.*

D. Alexandria Metrani Martyris & aliorum. V. C. Natalis Ss. Celeris, Pupilli, Sarapionis, Juſti. V. Candidi. C. Claudiani. A. In Alexandria natalis Ss. Dionyſii, Claudiani, & Theophili. T. L. In Alexandria natalis Ss. Serapionis, Celeris, Claudii. *addit* T. Victorini, Saturnini, Alexandri & Victoris.

M A R T I U S.

I KALENDIS. *Vacat Beda.*

D. Sanctorum ducentorum ſexaginta, qui temporibus Claudii paſſi ſunt. V. C. Natale Ss. Leonis, Donati, Habundantii, Nicefori, & aliorum novem. A. T.L. In Africa paſſio S. Leonis & Donati. Et in Andegavis civitate depoſitio S. Albini Epiſcopi cujus vitam Fortunatus Presbyter conſcripſit comptam miraculis. *Abeſt hoc ultimum a L. et primo loco ponitur*, Dspoſitio Moyſi hominis Dei.

II VI. NONAS. *Vacat Beda.*

D. Romæ Joviniani & Baſilei & plurimorum Martyrum. V.C. In Cæſarea Cappadociæ Lucæ Epiſcopi Primitivi. Romæ Pauli, Januarii. V. Marini. C. Antigoni, Januarii. A. T.L. In Cæſarea Cappadociæ natalis * Lucæ Epiſcopi, Januarii & Primitivi. T. Eodem die in porto Romano in cœmeterio Pauli natalis Secundolæ & Januariæ Virginum.

* A. Lucii

III V. NONAS. *Vacat Beda.*

D. Ss. Emytherii & Celedonii & Calagorii martyrum. V.C. A.T.L. Felicis, Juſti, Fortunati. V. Marciæ Antigoni, Januarii. T. *præponit locum agonis*. In Africa natale Ss. &c.

IV.

A **IV. NONAS MARTII.** *Vacat Beda.*

D. Locii Papæ & Martyris & aliorum octingentorum Martyrum. V.C. Natalis Martyrum * octoginta decem. Romæ depoſitio * Julii Epiſcopi, & aliorum viginti ſeptem. A.T.L. Romæ depoſitio Julii Epiſcopi, Sſinnii & Gagi. Et Via Appia natale Sanctorum Martyrum octingentorum. L. *tamen his conjungit procibus & pariter omnes* in cimiterio via Appia *collocat.* A.T. Nicomediæ paſſio S. Adriani cum aliis viginti tribus & Nataliæ exoris ejus.

* C DCCCX. *C. Jolloni

V **III. NONAS**, *Vacat Beda.*

D. Antiochia S. Phocæ Martyris, & S. Euſebii Palatini, & aliorum octo Martyrum. V.C. In Africa Adriani. In Antiochia paſſio S. Focæ. C. & aliorum 12. A.T.L. Natale Ss. Adriani, Ruſtici, Victoris, & Euſebii. L. *præmiſsis locum.* In Antiochia. A. *deeſt* Victor. A. T. Antiochiæ paſſio *S.* Focæ Virginis. T. Eodem die in Gallia civitate Sueſſionenſi depoſitio S. Drautionis Epiſcopi.

VI **II. NON.** *Vacat Beda.*

D.A.T L. Nicomedia Victoris & Victorini. *addit.* D. qui in carcere mortui ſunt. A.T. Et depoſitio S. Claudiani. T. & Diodori & Mercurii. L. Claudianum & mercurium *iungit duobus primis.* V.C. *plenius & diſtinctius de his:* In Nicomedia Victoris, Victurini, qui per triennium in perſecutione apud Apamiam civitatem Bithiniæ exhibiti cum Claudiano & Baſſa uxore ejus: qui ex laicis tenti atque tormentis multis afflicti & retruſi in carcerem ibidem vitæ ſuæ curſum impleverunt. *Quid ſi forte hæc ſint Bedæ in mſſ. temere omiſſa? ſic videtur Ado reperiſſe & tranſcripſiſſe Notkerus.*

B

VII **NONIS.** Apud Carthaginem Perpetuæ & Felicitatis, quæ beſtiis ſunt deputatæ ſub Severo Principe: & cum Felicitas parturiret in carcere, omnium militum qui ſimul patiebantur precibus impetratum eſt, ut octavo menſe pareret. Jam vero Perpetuæ inter alia conceſſum eſt, ut ejus mens quodammodo averteretur a corpore, in quo vaccæ impetum pertulit; ita ut adhuc futurum expectaret, quod in ſe jam geſtum eſſe neſciret.

L. Et S. Caſſiani Epiſcopi.

VIII **VIII. IDUS.** *Vacat Beda.*

D. Carthagine Pontiani Diaconi & Beati Cypriani Martyris V.C. Nicomedia Quintilli Epiſcopi. In Africa, Rogati, Felicis, Felicitatis. A.T.L. In Africa natalis Sanctorum Rogati, Felicis, Urbani & Cyrilli Epiſcopi. T. L. In Nicomedia Quintilli Epiſcopi & Capitolini.

IX **VII. ID.** In Sebaſte in Armenia minore, quadraginta militum, tempore Licinii Regis, ſub Præſide Agricolao; qui poſt vincula & carceres creberrimos, poſt cæſas lapidibus facies, miſſi ſunt in ſtagnum; ubi gelu conſtricta corpora eorum noctu diſrumpebantur, & mane crurifragio martyrium conſummarunt. Deinde corpora eorum combuſta & in flumen projecta, ſed diſpenſatione divina Reliquiæ eorum ſunt integræ repertæ, & digno honore conditæ. Erant autem nobiliores inter eos Quirion & Candidus.

C

X **VI. IDUS.** *Vacat Beda.*

D. Apamia Alexandri & Gaii de Eumenia. Perſide quadraginta duorum Martyrum. V.C. In Nicea * Gorgonii, Paſtami, Firmi. V.C.A.T.L. In Antiochia Agapæ Virginis. T. L. & Marianæ. A. T. In Antiochia natalis Ss. Firmiani & Palatini. T. L. Et in Alexandria natalis *Ss.* Candidi & Valerii.

* V. Gorgoni

XI **V. IDUS.** *Vacat Beda.*

D. Sebaſten Armeniæ minoris quadraginta martyrum ſub Licinio. V. C. Carthagine Eraclii, Zoſimi. In Alexandria Gagi, Candidi. C. & alii 15. A.T.L. In Nicomedia Ss. Gorgonii, Eraclii, Alexandri: *ſed deeſt in L. ſeunt agonis.* T. In Carthagine Zoſimi. In Alexandria natale Ss. Candidi, Marciani, Quintilli. L. In Carthagine Zoſimi, Candidi, Martiani, Quintilli. A. In pago Atrebati depoſitio S. Vindiciani.

IV. ID. Depoſitio S. Gregorii Papæ beatæ memoriæ. D XII

Florus in A.T.L. Et in Nicomedia paſſio Pioni Presbyteri: qui paſſus eſt ſub Proconſule Aſiæ Julio Proclo & Quintiliano: qui poſt carceres & corporis dilacerationem confixus ligno, cum Metrodoro Presbytero igni traditus eſt.

V. C. Nicomediæ * Egdoni Presbyteri & aliorum ſeptem ſuffocatorum diebus ſingulis. C. ut aliis videntibus timor incuteretur. Romæ depoſitio Innocentii Epiſcopi *qui etiam nominatur in* A.T.L.

*C. Agdoni

III. ID. In Nicomedia natalis Macedonii Presbyteri, & Patriciæ uxoris ejus, & filiæ Modeſtæ. XIII

A.T.L. Et S. Euſtaſiæ Virginis.

II. ID. *Vacat Beda.* XIV

D. Romæ martyrum quadraginta ſeptem militum a B. Petro Apoſtolo baptizatorum. V.C. In Nicomedia Feliciſſimi, Darii, * Frontinæ, Pionii. *Sed poſtremos duos C cancellis* Modeſtæ *die præcedenti.* A. T. In Alexandria paſſio S. Petri Martyris. A. Euſtoſii & Frunimii. Et S. Leonis Papæ. T. In Theſſalonica natalis Ss. Alexandri & Euſtoſii, & S. Frunimii. L. In Alexandria Ss. Alexandri & Euſtaſii. B. *quod huc uſque habemus acephalum.* In Africa Alexandri, Petri, Antiochia Nicomediæ Pionis.

* B Frontianæ

E

IDIBUS. *Vacat Beda.* XV

D. Theſſalonica Matronæ Ancillæ & Martyris. B.C. In Cappadocia S. Longini. B.C.V. In Nicomedia Luci Epiſcopi. V. C. Carthagine S. Jacobi Fratris Domini. B. Carthagine Pauli, Salvatoris, Alexandri, Theophili, Octavi, Theodoli. A. T. L. Jeroſolyma natale Ss. Jacobi Apoſtoli & Lucæ Evangeliſtæ. In Nicomedia natalis S. Luci Epiſcopi & Martyris. *In A. recentiori manu correctum erat* Luciani. C Et vigilia S. Cyriaci.

XVII. KAL. APR. Romæ natalis S. Cyriaci; qui poſt longam carceris macerationem, quam ſub Maximiano pertulit, cum Siſinnio Diacono ſuo & Smaragdo & Largo, poſt multa facta miracula (in quibus filiam Diocletiani Artemiam ipſius rogatu a dæmonio curavit & baptizavit, * filiam quoque Saporis Regis Perſarum Jobiam, miſſus illuc a Diocletiano pro hoc, æque a dæmonio liberavit ac baptizavit, cum ipſo Rege & aliis quadringentis triginta) * rediens Romam poſt mortem Diocletiani, tentus eſt inter alios Chriſtianos a filio ejus Maximiano, & in cuſtodiam miſſus, eo quod ſororem ſuam Chriſtianam feciſſet. Deinde præcepit ut die proceſſionis ſuæ nudus, catenis obligatus, ante rhedam ejus traheretur; & poſt hæc eductus eſt e carcere, cum ſociis Largo & Smaragdo & Creſcentiano, per Carpaſium Vicarium, & pice eliquata caput ejus perfuſum eſt. Denuo de carcere in catasta extentus, attractus nervis, & fuſtibus cæſus, poſt hoc jubente Maximiano capite truncatus eſt, cum Largo & Smaragdo & aliis viginti. Scriptum in geſtis Marcelli Papæ. Ipſo tempore Maximianus interfecit ſororem ſuam Arthemiam. XVI

* hoc uſque A.

* hue uſque S. Cyriaci & deficit uſque 18 kal. Julii.

F

B. In Nicomedia Caſtoris, Dionyſii, Nonni, Sereni, Quiriacæ.

XVI. KAL. In Scotia S. Patricii Confeſſoris. Eodem die obitus S. Gertrudis Virginis. XVII

In Rabano deeſt Gertrudis. *In B. ponitur* in Nivials. *deinde* Romæ Alexandri Epiſcopi & Theodoli Diaconi. B. Hieroſolymæ Quiriaci Epiſcopi.

XV. KAL.

A XV. KAL. *Vacat Beda.*

XVIII D. s. Alexandri Epiſcopi qui cum Narciſſo Hieroſolymitanæ Eccleſiæ gubernaculum ſuſcepit. V. B. T. In Alexandria Colleti Diaconi. V. B. Rogati, Saturi. Romæ Pigmenii Presbyteri. A. T. L. In Campania natale Ss. Rogati, Victoris. A. T. & s. Luciani. T. L. & Mauri. L. & Saturnini. B. In Nicomedia Apuſilis, Servuli. In Campania Quinti, Luciani, Victoris & Mauri. In Mauritania Cutteati & Timothei.

XIX XIV. KAL. *Vacat Beda.*

D. Pataræ civitate s. Joannis magnæ ſanctitatis viri. B. V. L. In Cæſarea Cappadociæ s. Theodori Presbyteri. B. In Africa Lucillæ, Baſſi, Apollonii, Ammonii. A. T. In Africa depoſitio s. Leonis Epiſcopi & Confeſſoris. Et s. Quinti. Eodem die natalis Theodori Epiſcopi. Et s. Landualdi Archipresbyteri & Confeſſoris.

XX XIII. KAL. s. Gutberti Epiſcopi.

Perperam A. & T. In Africa. V. B. In Antiochia s. Joſeph. V. B. In Syria Pauli. B. Cyrilli, Exuperii. D. Archippi commilitonis Pauli Apoſtoli. A. T. Et depoſitio Wulfranni Epiſcopi & s. Valantini. T. Romæ via Appia natalis Fabiani Epiſcopi & Martyris.

XXI XII. KAL. s. Benedicti Abbatis.

Addit in L. forte Florus: qui maximis eluceus virtutibus regulam monachorum & ordinem deſcripſit. Hujus Vitam beatus Papa Gregorius claro ſtylo dilucidavit.

B A. T. L. B. In Alexandria natalis Ss. Serapionis monachi * [Polycarpi] & Amatoris. D. Et Serapionis Anachoretæ.

* additur in B.

XXII XI. KAL. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Civitate Narbona natale s. Pauli Epiſcopi: quem ita labor domeſticus & tribulatio exercuit, ut eum verum Domini famulum approbaret.

D. Narbonæ s. Pauli Epiſcopi diſcipuli Apoſtolorum. V. B. In Narbona civitate s. Pauli Confeſſoris. V. In Africa Saturnini.

XXIII X. KAL. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. In Antiochia Theoderici Presbyteri: qui tempore Juliani Imperatoris gladio percuſſus occubuit.

D. In Africa Martyrum Victoriani, Frumentii & duorum germanorum. V. B. In Africa Fidelis. In Antiochia Theodori Presbyteri, Juliani. B. In Provincia Carmillæ, Pauli, Cæſareæ, Juliani. L. Et Ss. Pauli & Juliani.

XXIV IX. KAL. *Vacat Beda.*

D. Romæ Pigmenii Presbyteri & Martyris. B. In Syria Seleuci. In Africa Agapiti, Romuli. V. Rogati. A. T. L. In Syria natalis Ss. Seleuci, Agapiti & s. Romuli. T. L. B. Et in Mauritania Veroli, Felicis, & Saturnini. B. & aliorum 16. *Ibidem ante alios tres* Secundulı.

XXV VIII. KAL. Annuntiatio Dominica. Na-

C tale Dulæ ancillæ militis: quæ pro caſtitate occiſa eſt. Et Romæ Cyrini: qui interfectus eſt a Claudio & in Tiberim jactatus, in inſula Lycaonia inventus, & in cœmeterio Pontiani conditus eſt. Scriptum in paſſione s. * Valentini.

D * A. Lentini.

V. *primo loco.* In Hieroſolyma D. N. Jeſus Chriſtus crucifixus eſt: *altero loco* & quadraginta Martyrum & s. Theodulæ. A: *ſecundo loco.* Et crucifixio Chriſti: *ultimo.* Et depoſitio Confeſſoris Chriſti & Epiſcopi Monas. T. Apud Nazareth civitatem Galileæ, ut fides fidelium adorat, veneratur & prædicat, Virginem Dominum pariturum Angelus Gabriel venerando ſalutat. Eodem die crucifixio D. N. Jeſu Chriſti ſecundum carnem. Et victoria Michaelis Archangeli. B. In Nicea Victorini, Alexandri, Eufraſiæ, Caſſulæ, Nicoſtrati, Lucillæ & quadringentorum martyrum. Alibi s. Theodolæ.

VII. KAL. In Sirmio Montani Presbyteri, Maximæ uxoris ejus & aliorum quadraginta. XXVI

Florus in A. T. L. Eodem die Romæ s. Caſtuli Martyris, qui tempore Diocletiani cum fuiſſet arctatus, & tertio appenſus, tertioque auditus, in confeſſione Domini perſeverans, miſſus eſt in foveam, & dimiſſa ſuper eum maſſa arenaria, talique martyrio migravit ad Chriſtum. Scriptum in geſtis s. Sebaſtiani.

B. In Antiochia Timothei, Diogenis. In Africa Victoria, Saturnini, Salvatoris, & aliorum 12.

VI. KAL. *Vacat Beda.* XXVII

D. Apud Ægyptum Joannis Eremitæ. V. Natale s. Marciani. In Africa Romuli, Donati. Et Reſurrectio D. N. Jeſu Chriſti. A. T. Reſurrectio Domini. A. T. L. In Nicomedia natale Ss. Paſtoris & Victorini. A. T. In Africa natalia Romuli. B. In Africa Romuli, Maruli, Succeſſi. In Pannonia paſſio s. Alexandri Mart. E

V. KAL. *Vacat Beda.* XXVIII

D. Cæſarea Paleſtinæ Martyrum Priſci, Malchi, & Alexandri. V. In Cæſarea Rogati, Alexandri, Dorothei. L. omittit Dorotheum. A. & T. Alexandrum, *quo etiam omiſſo.* B. *habet* Audactum. *addit.* T. & alii decem. B. In Tarſo Ciliciæ Caſtori. B. T. L. In civitate Cabulon depoſitio Guntranni Regis.

IV. KAL. *Vacat Beda.* XXIX

D. Apud Africam Confeſſorum Armogaſti, Archinimi & Satyri. V. B. Nicomediæ Paſtoris, Victorini & Saturnini. B. & aliorum trium. A. T. In Nicomedia natale Ss. Paſtoris & Victoris. Et depoſitio s. Saturnini. A. Et ordinatio s. Gregorii Papæ. B. T. L. In Antiochia natale s. Theodori Presbyteri & Juliani. L. Et in Nicomedia s. Victoris.

III. KAL. *Vacat Beda.* XXX

D. Romæ Quirini triboni. V. In Theſſalonica civitate Domnini & Palatini. B. *interponit* Philophili. B. Et alibi Victoria, Marcellini, Saturnini, & Eulaliæ Virginis. A. T. Natale s. Eulaliæ Virginis & Palatini. A. T. L. * In Silvanectis depoſitio s. Reguli Epiſcopi & Confeſſoris.

* deeſt locus in A.

F

II. KAL. *Vacat Beda.* XXXI

D. Romæ s. Balbinæ Virginis. V. B. In Africa Aneſii, Felicis, Dioduli, Corneliæ, Valeriæ. A. T. In Antiochia natale s. Romani monachi. A. T. L. Et s. Corneliæ Virg. T. L. In Africa natale Ss. Felicis, * Aneſii, Diodoli.

* L. Oneſi,

APRILIS.

I KALENDIS. In Theſſalonia natale Agapes & Chioniæ, ſub Diocletiano: quæ primo in carcere maceratæ, poſtea in ignem miſſæ ſunt: ſed intactæ a flammis poſt orationem ad Deum fuſam animas reddiderunt.

V. Natale Paterni, Quintiani, Victuris. B. in Ægypto paſſio Ss. Victoris & Stephani. In Armenia natale Ss. Pattini, Quintiani, Secundi.

II IV. NONAS. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Lugduno natale s. Niceti epiſcopi & confeſſoris: qui vir totius ſanctitatis, converſationis caſtiſſimæ, caritatis eximiæ vita perfunctus eſt.

D. Cæſarea Cappadociæ Theodoſiæ Virginis. V. In Africa Amſani, Victoris & aliorum decem, Et Marcelli. B. In Africa natale Ss. Amphiani Victoria, & aliorum 14. Et alibi Marcellini, Quiriaci cum aliis ſex. Lugduno Galliæ depoſitio s. Niceti Epiſcopi. T. Eodem die Luxuvio depoſitio Euſebii Abbatis. A. Eodem die natalis s. Mariæ Ægyptiacæ.

III. NONAS. *Vacat Beda.* III.

Florus in A. T. L. Romæ s. Sixti Papæ & Martyris qui * (dum Cathedræ B. Petri Romæ decem annis præſideret, conſtituit ut intra actionem Sacerdos incipiens populo hymnum decantaret videlicet Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth * &c.) martyrioque coronatur tempore Veri & Anniculi.

D. Theſſalonicæ Virginum Agapes & Chioniæ, V. B. In Cæſarea Paleſtinæ Theodoſiæ Virginis: in Nicomedia Do-

A nati. T.A.L. In Cæſarea Palæſtinæ natale s. Theodoſiæ Virginis. Et in Sicilia natale Ss. Evagrii & Benigni. B.C. In * Cilicia natale Ss. Thomæ, Evagrii. B. Benignæ, Ruſi, Patricii, Et paſſio s. Ampiani Martyris.

*C. Sicilia

IV II. NONAS APRILIS. Mediolano depoſitio s. Ambroſii Confeſſoris.

Addit Florus in A.T.L. qui ingentibus doctrinis coruſcavit & virtutibus.

B. In Theſſalonica nat. *Ss.* Agathonis Diaconi, Theodoli. Alibi Paoli, Marinini, Orbani.

V NONIS. In Theſſalonica natale Irenes: quæ poſt tolerantiam carceris & interrogationes ſagitta percuſſa eſt a Siſinnio Comite: ſub quo & Sorores ejus Agape & Chionia martyrizaverunt.

V. In *Sicilia* Taraci. C. In Nicomedia natalis Claudiani, Taraci. B. In Nicomedia natalis Ss. Martiani, Nicandri, Apollonii. In Alexandria natale Ss. Didymi Presbyteri, Quitici, Panciati, Succeſſi.

VI VIII. IDUS. *Vacat Beda.*

Florus in A.T. In Sirmienſium civitate paſſio s. Irenei epiſcopi: qui gladio eſt percuſſus tempore Diocletiani Imperatoris.

D. Xyſti Papæ & Martyria, temporibus Hadriani paſſi. V. B Nicomediæ, Firmi, Irenei Epiſcopi. Et alibi natalis s. Marinæ. A.T.L. Libya ſuperiori natale *Ss.* Theodori Epiſcopi, Erenæi Diaconi, & Serapionis.

T.L.B. In Africa natale s. Epiphanii Epiſcopi, Donati, * [Rufini] Modeſti & aliorum * [undecim. C. In Africa natale Epiphaniæ, Rufini. B. In Nicomedia Firmi, Beneret Epiſcopi. In Sirmia Rufinæ, Moderatæ, Romanæ, Secundi cum aliis ſeptem. In Macedonia Timothei, Diogenis.

* additur in B. * deeſt in B.

VII VII. IDUS. *Vacat Beda.*

Florus in A.T. In Chalcedonia paſſio s. Euſemiæ & Eucapiæ: quæ multa tormenta pro Chriſti nomine tolerantes, requieverunt in Chriſto.

D. Hegeſippi, qui vicinus Apoſtolorum extitit. V.C.B.L. T. In Antiochia *Syriæ* Timothei, Diogenis, Macariæ. *Deeſt poſtrema in L. & T. in B. additur* Maximæ. Et alibi Eleuſi Presbyteri Libyæ Superioris, Copreæ & Victori. In Alexandria nat. s. Peluſii Presbyteri.

VIII VI. IDUS. *Vacat Beda.*

D. Turonis Perpetui Epiſcopi. C. In Africa Timoris & Machari. V. In Africa Macarii, Conexi, Maximæ, Conceſſi. B. In Africa Timoris, Macharii Connexi, Maximæ. Et alibi Conceſſi, Ammonii & Succeſſi. L. In Africa *Ss.* Macarii, Conexi & Maximi. A.T.L. Et depoſitio s. Salvatoris & s. Mariæ Ægyptiacæ. A T. In Africa natale s. Macarii & s. Frontoni monachi.

C

IX V. IDUS. In Sirmio natale ſeptem Virginum, quæ in unum meruerunt coronari.

A.T.L.B. Et natale s. Demetrii Diaconi, B. Hylasii, Conceſſi. Et alibi Fortunati, Donati. A. Et depoſitio s. Hugonis Rothomagenſis Epiſcopi. T. Eodem die natale s. Mariæ Ægyptiacæ. L. Et Translatio s. Waldetrudis.

X IV. IDUS. Ezechiel Prophetæ.

B. In Alexandria Apollonii Presbyteri, *Saturnini*, Conceſſi. in Thracia natale Gajani. A.T. Natale s. Saturnini. A.T. L. * In Africa natale Ss. Succeſſi & Marcelli.

*deeſt locus in L.

XI III. IDUS. Romæ Leonis Papæ & Confeſſoris.

B. In Salmona Dalmatiæ Domionis Epiſcopi, & Militum octo: & Dalmati. In Africa Fortunati & aliorum ducentorum quadraginta. A. T. Et Domnioi Epiſcopi. Et s. Dalmatii. V. Donati & aliorum ducentorum quadraginta & unius. A. Eodem die Noviomo depoſitio s. Godebertæ eximiæ Virginis, quæ in pago Ambianenſi nobili proſapia orta extitit. T. Eodem die Lugduno depoſitio Fiagri & Patricii.

XII II. IDUS. Romæ depoſitio Julii * Epiſcopi & Confeſſoris: qui ſub Conſtantio Arriano, filio Conſtantini, decem menſibus tribulationes & exilia perpeſſus, poſt ejus mortem cum magna gloria ad ſuam ſedem reverſus eſt.

*B Juliani

Addit V. Poſitus ad s. Mariam in Tranſ-tiberim. C. In Capua Cyprianæ. B. In Capua natale Ss. Cypriani, Novellæ, Silvani. In Cepingo civitate depoſitio B. Conſtantini Epiſcopi. Et alibi Euphemiæ, Macharii & aliorum novem. D

IDIBUS. *Vacat Beda.* XIII

D. Pergamum Aſiæ Carpi Presbyteri & Papyrii & Agathonicæ & aliarum multarum. B. V. A. T. L. In Chalcedonia natale ſanctæ Euphemiæ Virginis & Martyris, addunt. L. T. B. Et Eucapiæ, B. poſt multa tormenta requieſcentium. V. Securoris, Caroli, Januarii. A. T. Eodem die natale s. Accursoris. B. Et alibi Januari, Pauli.

XVIII. KAL. MAII. Romæ Tiburtii, Valeriani & Maximi, ſub Almachio Urbis Præfecto: quorum primi fuſtibus cæſi & gladio ſunt percuſſi, ultimus tamdiu plumbatis verberatus, donec ſpiritum redderet. XIV

B. Valeriani, Quiriaci, Oprasi. Interamnæ Proculi, Valentini. In Alexandria Frontoris monachi.

XVII. KAL. In civitate Cordula natale Olympiadis & Maximi nobilium: qui jubente Decio fuſtibus cæſi & deinde plumbatis, ad ultimum eorum capita ſecuribus tunſa ſunt, donec emitterent ſpiritum. XV E

B. In Meſopotamia Archelai, Cypriani, Diogenis cum duobus fratribus. In Hiſpaniis Cæſareæ paſſio Ss. Lubatti, Apomidi cum duobus fratribus.

XVI. KAL. *Vacat Beda.* XVI

D. Corinthum Calixti & Cariſii cum aliis ſeptem in mari merſorum. V. In Achaja. Corintho civitate Calixti, Leonidis. Et paſſio Sanctorum omnium in mari Martyrum. B. In Achaja Corintho civitate natale Ss. Caliſti, Cariſi, Leonidis, Loræ, Tertiæ, Chriſtianæ, Gallæ & Theodoræ; hi omnes in mare ſunt merſi. In Mauritania natale Baſiliæ. Et alibi natale Mauritani, Fauſtini, & Luciani. A.T.L. In Achaja paſſio s. Calixti Martyris. L. & Fauſti. A. T. Eodem die natale Ss. Fauſti & Leonidis. T.L. In pago Conſtantienſi depoſitio s. Paterni Epiſcopi & Confeſſoris.

XV. KAL. *Vacat Beda.* XVII

D. Apud Africam s. Mappalici. D.V.A.T.L. Antiochiæ Petri Diaconi & Hermogenis Miniſtri ejus. B Fortunati & Marciani. In Africa Juliani Presbyteri, Banici, Theodoræ & Meconi. Et alibi s. Domnini Martyris. A. T. L. Romæ natalis s. Eleutherii Epiſcopi & s. Fortunati. L. Et Turonis depoſitio Cogitoſi Epiſcopi.

XIV. KAL. *Vacat Beda.* XVIII

Florus in A. T. In Africa natale Ss. Victoris & Donati. Eodem die Romæ paſſio s. Eleutherii & ejus genitricis Anthiæ; * qui ſub Adriano Imperatore paſſi ſunt. Quorum Eleutherius in craticula miſſus prunis ſuppoſitus eſt, poſtea in clibanum ardentem projectus & non conſumptus, alligatus eſt quatuor equis indomitis, nec etiam ſic per fruſta diviſus, ſed ab Angelo ſolutus, noviſſime juſſu Imperatoris gladio eſt percuſſus. Anthia vero mater ejus cum ſe ſupra corpus filii projeciſſet, confeſſa ſe Chriſtianam, mox capite plexa eſt.

* hue uſque A. F

D. Neſano Apuliæ Eleotherii Epiſcopi & Antiæ matris ejus. V.B. Roma Eleutherii Epiſcopi & Antiæ matris. V. Proculi, Apolonii. A.T.L. Eodem die Lobiis natale s. Urſmari Epiſcopi; B. In Salona civitate nat. Ss. Septimi Diaconi & Victorici. In Africa Victoris, Pamphylii, Priſciani. T. Turonis depoſitio Cogitoſi Epiſcopi.

XIII. KAL. *Vacat Beda.* XIX

D. Corinthum Timonis Diaconi de ſeptem. Melitina Hermogenis cum aliis quinque. V.T. In Armenia Hermogenis, Gagi, Expediti, Ruſi. *Ultimus hoc loco omittitur in* T. *at* L. Rufum *præponit* Expendito *& interponit* Vincentium, *addens cum* T. qui pariter ſunt coronati. A.T.B. In Militana civitate paſſio s. Ruſi Martyris. A. T. & Vincentii. B. Antonici. A. T. Romæ natale Adriani Epiſcopi & Anthiæ matris ejus, qui percuſſi ſunt gladio ſub Adriano Principe. B. In Africa Sericiani, Heladii, Ermogenis. A. Ipſo die Depoſitio Leonis Papæ, requieſcentis in eccleſia B. Petri Apoſtolorum Principis. L. Et depoſitio bonæ memoriæ Leonis Papæ, qui Bruno dictus eſt nomine.

XII. KAL.

Digitized by Google

A XX **XII. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in A.T.L. Romæ depoſitio S. Aniceti Papæ & Martyris: qui cum Eccleſiam Romanam annis undecim rexiſſet, paſſus eſt tempore Severi & Marci.

D. Romæ depoſitio Victoris Epiſcopi & Martyris Sulpitii & Serviliani. V. B. Romæ depoſitio s. Victoris Epiſcopi, Felicis, Alexandri. Et in cœmeterio juxta viam Numentanam, Salviani, Aragaci (*vel juxta* B. Silviani Ajuraci) B. Donatæ. A.T. Eodem die depoſitio s. Victoris Epiſcopi & paſſio Donati Martyris. Autiſiodoro civitate depoſitio s. Martini Epiſcopi & Confeſſoris. B. In Africa natale Servani, Silviani, Joannis. In Autiſiodoro civitate depoſitio s. Marciani Presbyteri. C. Depoſitio Victoris Epiſcopi & Serviani.

XXI **XI. KAL.** *Vacat Beda.*

D. Perſide s. Simeonis Epiſcopi cum aliis centum. V. B. Romæ in cœmeterio Caliſti via Appia Valeriani, Tiburtii & Maximi. A.T. Romæ depoſitio s. Valeriani. In Alexandria natale s. Victoris [L. Amatoris] Presbyteri & Vitalis. T. B. In Terracina Campaniæ paſſio s. Cæſarii Diaconi. B. In Alexandria natale Ss. Fortunati, Amatoris Presbyteri, Felicis, Silvii, Vitalis, in carcere quieſcentium.

XXII **X. KAL.** Romæ depoſitio s. Gaii Papæ: qui cum Eccleſiam * duodecim annos, * (menſes quatuor, dies duodecim) rexiſſet, martyrio coronatur ſub Diocletiano Principe cum Gabinio fratre. Eodem die in Cordula civitate natalis Parmenii, Helymæ * & Chryſoteli Presbyteri, & Luci & Muſæ Diaconorum * de Babylonia, quorum præciſa etiam lingua loquebatur. Omnes in eculeo ſuſpenſi & nexibus arctati ſunt, deinde laminis ardentibus circum latera appoſitis uſtulati, & ungulis lacerati: ad ultimum gladio truncati ſunt, præſente perſecutore Decio. * Scriptum in paſſione s. Laurentii.

*A.T.L. undecim
*deſunt in A.T.
B
* A. Presbyterorum omiſſo Chryſoteli.
*hactenus A.
*hactenus L.

L. Et s. Europii Martyris.

XXIII **IX. KAL.** Natale s. Georgii Martyris.

Florus in A. T. L. Et in Ægypto paſſio Ss. Victoris & Coronæ ſub Principe Antonino: quorum Victor poſt evulſionem nervorum, & ferventis olei in ejus pudibus membris effuſionem, & poſt erutionem oculorum, ſuſpenſus deorſum, decoriatus eſt atque ſic decollatus. Corona vero alligata duabus arboribus diviſa eſt.

V. B. Romæ Naboris. V. Vitalis, Felicis. L. Paſſio Ss. Felicis, Fortunati, & Achillei. T. Natale Ss. Felicis Presbyteri, Fortunati & Achillei & s. Naboris Martyris. A. Natalis, Naboris. Ipſo die s. Reguli Epiſcopi & Confeſſoris. B. In Africa Ss. Catuliai, Falicla, Theodori, Venuſti, Vitalis, Fauſtini.

C

XXIV **VIII. KAL.** Depoſitio Melliti Epiſcopi in Britannia.

Florus in A.T.L. Gallia Lugduno civitate, paſſio Ss. Alexandri & Ypipodi cum aliis triginta quatuor: quorum Alexander in crucem extenſus, ita laniatus crudelitate verberantium extitit, ut crate ſoluta collarum, patefactis viſceribus ſecreta animæ panderentur; atque ſic ſpiritum exanimatus emiſit. Ypipodus vero toto ore plumbatis confracto, eculeo eſt ſuſpenſus & poſtmodum gladio percuſſus.

V. Et in hoc die Sidrach, Miſac & Abdenago, qui & Ananias, Azarias, Miſael: qui in Babylonia civitate magna de camino ignis ardentis liberati ſunt. In civitate Lugduno Galliæ paſſio s. Alexandri cum aliis numero triginta quatuor, & dedicatio cryptæ ubi corpora eorum requieſcunt. Et alibi commemoratio s. Georgii. B. In Alexandria nat. Ss. Coronæ Virginis, Victoris, Zotici. In Africa nat. Ss. Fauſtini, Victorini, Valerii. Et nat. Ss. Hechtracti & Ulfredi. *Idem* Alexander *cum ſociis nominatur in* B.

XXV **VII. KAL.** Natale s. Marci Evangeliſtæ in Alexandria: qui conſtitutis & confirmatis eccleſiis per Libyam, Marmaricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam atque Ægyptum univerſam; ad ultimum tentus eſt a paganis, qui remanſerant Alexandriæ. * Qui videntes eum die ſancto Paſchæ Miſſas facientem, miſerunt funem in collo ejus, & trahebant eum ad loca Buculi, quæ erant juxta mare ſub rupibus, ubi erat eccleſia conſtructa: & defluebant carnes ejus in terram, ac ſaxa inficiebantur ſanguine. Veſpere autem facto miſerunt eum in carcerem: ubi circa mediam noctem primo Angelica viſitatione confortatus eſt, deinde ipſo Domino ſibi apparente ad cœleſtia regna vocatus. Et mane dum traheretur ad loca Buculi, gratias agens & dicens, Domine in manus tuas commendo ſpiritum meum, octavo Neronis anno defunctus eſt, & a viris religioſis Alexandriæ ſepultus, in loco lapidis exciſi cum gloria. Ordinaverat autem pro ſe Alexandriæ Epiſcopum Annianum: aliis quoque longe lateque Eccleſiis, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos dederat.

D
*hactenus A.
E

V. L. Eodem die Letania major. B. In Syracuſa civitate Siciliæ natale Ss. Svadi, Ermogenis, Caliſtæ. Lugduno s. Ruſtici Epiſcopi.

VI. KAL. Natale s. Cleti Papæ & Martyris. XXVI

Florus addit in A.T.L. qui tertius poſt Petrum annis duodecim Eccleſiæ præfuit, martyriumque paſſus eſt tempore Veſpaſiani & Titi.

Ipſo die depoſitio s. Marcelli Papæ: qui cum Eccleſiam novem annis menſes quatuor rexiſſet, temporibus Diocletiani & Maximiani, ab eodem Diocletiano capite truncatus eſt, & poſt dies triginta quatuor ſepultus via Salaria in cubiculo, a Marcello Presbytero & Diaconibus cum hymnis.

Addit V. VI. Kalendas Majas.

A. T. Eodem die depoſitio s. Richarii Confeſſoris. T. Sacerdotis Chriſti. B. In Africa Honorati, Pauli, Maximi, Apollonii.

V. KAL. *Vacat Beda.* XXVII

D. s. Anaſtaſii Papæ. Nicomedia s. Anthimi Epiſcopi cum innumera multitudine Martyrum. V. In civitate Tharſo Ciliciæ natale s. Caſtorii. In Nicomedia Antimi Epiſcopi. Et Stephani Epiſcopi. A. T. L. B. In Nicomedia s. Anthimi Epiſcopi. B. Stephani Epiſcopi. Antonini Presbyteri. A.T.L.B. Et in Ægypto depoſitio Victoris, Maximi, Martiani, Paulini Germani * [& Germani.] L. Caſtoris & Stephani Epiſcopi. A. Eodem die Noviomo Translatio Beatorum Mumulini & Hunonis, atque s. Godebertæ Virginis. T. Eodem die in civitate Tharſo Ciliciæ natale s. Caſtoris. T. L. Et in civitate Militana militum Hermetis & Eppei. T. Presbyteri. B. In Lidia Geneſi, Sodorlis, Marini.

F
*B. cum ea ſtu ſtu.

IV. KAL. Paſſio * s. Vitalis Martyris. XXVIII

*perperam in D. & V. Romæ

Florus addit in A. T. L. qui dum fuiſſet cum Paulino judice ſuo Ravennam ingreſſus, & videret in conſpectu ſuo quemdam Chriſtianum, nomine Urſicinum, poſt nimia tormenta ob ſententiam decapitationis pavere, exclamavit dicens: Noli, noli, Urſicine medice, qui alios curare conſueviſti, teipſum æterno mortis jaculo vulnerare: * & qui per paſſiones nimias veniſti ad palmam, ne perdas coronam a Domino tibi præparatam. Hæc audiens Urſicinus genu poſuit, & ſpiculatorem ut veniret hortatur, agens pœnitentiam quod expaviſſet in Chriſti martyrio. Fecitque ſtatim ipſe Vitalis corpus Martyris rapi, & intra Ravennatium urbem ſepeliri cum honore maximo: ob quam cauſſam ipſe Paulinus eum teneri mandavit: & quia

*hactenus A.

A idolis ſacrificare contempſit, in foveam uſque ad aquam ſupinum fecit demergi, & terra ac lapidibus obrui.

Eodem die natalis s. Chriſtophori Mart.

Florus in A. & L. Eodem die Bituricas civitate depoſitio s. Euſicii Epiſcopi & Confeſſoris* qui totum aurum & divitias hujus mundi tamquam ſtercora exhorruit.

* hactenus L.

A. Eodem die depoſitio s. Winwaloei Confeſſoris. L. Et commemoratio Tranſlationis Reliquiarum s. Lamberti Epiſcopi & Martyris. B. In Alexandria natale s. Victurini. In Tarſo Ciliciæ Marinæ cum aliis 170. In Africa natale Ss. Malirii, Maorilii, Lucani, cum aliis 270 In Pannonia Euſebii Epiſcopi. Cornubiæ nat. s. Guinguáloei Confeſſoris.

XXIX III. KAL. *Vacat Beda.*

D. Paphum Tychici Apoſtolorum diſcipuli. V. T. B. In Alexandria natale s. Germani Presbyteri, B. & Protheri Diaconi. V. L. B. In Nicomedia Prudentii, * Martialis. B. Et Theodoræ Virginis. A. T. L. In Nicomedia natale s. Urbani & * Valentini. Et Martialis. Et depoſitio s. Prudentii. A. Et depoſitio s. Germani Epiſcopi & Confeſſoris. D

* B. Martialis.
* L. Valentiniani.

II. KAL. *Vacat Beda.* XXX

Florus in A. T. L. Romæ depoſitio s. * Quirini Epiſcopi & Martyris. Eodem die apud Aſiam paſſio Maximi Martyris, qui tempore Decii Imperatoris, & Optimi Proconſulis, poſtquam fuſtibus cæſus eſt & in eculeum ſuſpenſus, inde depoſitus & lapidibus obrutus eſt.

* B. Quirici

D. Sanctorum Martyrum Mariani & Jacobi. V. B. In Alexandria natale s. Dorothei Presbyteri. V. Et alibi Podoniani Diaconi. Romæ Prætextati; Quiriai. B Rodoriani Diaconi; Clementis, Honorati, Redecti, Secundini Epiſcopi.

M A J U S.

1 KALENDIS, Jeremiæ Prophetæ. Et in Hieropoli Philippi Apoſtoli & Jacobi B Apoſtoli Fratris Domini.

Addit Florus in A. T. L. * (quorum primus in Aſia in civitate Hierapoli provinciæ Phrygiæ paſſus eſt, ibique cum filiabus ſuis requieſcit) ſecundus autem ex utero matris ſuæ ſanctus fuit. Huic poſt aſcenſionem Chriſti Epiſcopalis in Hieroſolymis delata eſt ab Apoſtolis Sedes: ſed cum Judæis Chriſtum Dei filium prædicaret, de pinna templi ab ipſis eſt præcipitatus & lapidibus obrutus. * Cumque lapidibus urgeretur, pro eiſdem perſecutoribus exorabat dicens: Rogo Domine Deus Pater, dimitte eis hoc peccatum: non enim ſciunt quid faciunt. Et ecce unus ex ipſis fullo, arrepto fuſte, quo uda veſtimenta extorqueri ſolent, cerebra ejus alliſit & tali martyrio conſummatus eſt, ac ſepultus in eodem loco prope templum. Scriptum in hiſtoria eccleſiaſtica libro 2. *Idem Florus in* A. T. L. Eodem die paſſio s. Judæ Hieroſolymitani Epiſcopi cognomento Quiriaci, qui paſſus eſt in Hieroſolyma ſub Juliano Imperatore, & paſſio Annæ matris ejus: ſed & Ammonis incantatoris. * Nam Julianus proficiſcens adverſus Perſicum bellum C cum Hieroſolymis veniſſet, ſtatim ejuſdem urbis Epiſcopum ſibi adduci præcepit, & cum in fidei confeſſione conſtantiſſimum inveniſſet, juſſit ei manum dexteram abſcindi, deinde forcipe ferrea os ejus aperiri, plumbumque remiſſum infundi, ut interiora viſcera ejus efflarentur. Et cum nec ita taceret, juſſit grabatum æreum afferri, & in eo extendi ſanctum virum, & ſubſterni carbones ignis & ſpargi ſuper eum ſal & adipem, & inſuper virgis cædi, ut venter & interiora viſcera ejus laxarentur ab igne. Taliterque virtute Domini necdum conſumpto, cum poſtea incluſus ſervaretur, venit ad eum Anna mater ejus, conſolans & corroborans eum. Et cum agnita eſſet Chriſtiana, juſſit eam Imperator per capillos ſuſpenſam ob confeſſionem Chriſti nominis exungulari, magnaſque lampadas lateribus ejus applicari uſque dum deficeret. Poſtea vero Quiriacus vocatus, in foſſam ſerpentibus plenam miſſus, exivit illæſus. Quod Ammon incantator videns, Chriſti virtutem confeſſus, ſtatim juſſus eſt decollari. Sanctum vero Quiriacum in olei ferventis cacabum miſſus, cum non deficeret, juſſit eum magno cuneo in pectus ferire ſicque occidere. L. ſcriptum in paſſione ipſius.

* deſunt in L.
* hactenus A.
* hactenus A.

C. Et s. Sigiſmundi Regis B. In Toloſa natale s. Orienti Epiſcopi Autiſſiodoro Galliæ depoſitio s. Amatoris Epiſcopi. Agauno paſſio Sigiſmundi Regis. Coenobiæ natale s. Contineſtini Confeſſoris atque Pontificis. Et Bricii Epiſcopi.

II VI. NONAS, Sancti Patris noſtri Athanaſii Epiſcopi Alexandrini.

Florus addit in A. T. L. orthodoxi, qui pro Chriſti fide multa perpeſſus eſt.

MS. F. addit & ordinatio VI. Kalendas Januarii creditur. V. Alexandriæ natale s. Saturnini in carcere quieſcentis cum Neapoli ſocio ſuo. B. Et Saturnini cum Neapoli. Et nat. Ss. Cæleſtini, Urbani, Privatæ. Autiſſiodoro nat. Ss. Optati Epiſcopi, Memorii, & Santiani Presbyterorum. E

V. NONAS. Romæ Ss. Alexandri Papæ, & Eventii & Theodoli Presbyterorum: * quorum primus poſt vincula & carceres, eculeum, ungulas & ignes, punctis creberrimis per tota membra peremptus eſt: ſequentes, & ipſi poſt longam carceris ſuſtinentiam ignibus examinati & ad ultimum decollati ſunt, ſub Aureliano judice tempore Trajani Principis. Ipſo die inventio ſanctæ Crucis. III

* hactenus A

Florus addit in A. T. L. Ab Helena ducenteſimo triceſimo tertio anno poſt paſſionem Domini, regnante Conſtantino Imperatore.

L. Ipſo die s. Juvenalis Epiſcopi. B. Autiſſiodoro depoſitio s. Euſebii Presbyteri & Aviti Diaconi. Alibi s. Juvenalis Martyris.

IV. NONAS. *Vacat Beda.* IV

Florus in A. T. L. Ex eodem auctore deſcripſiſſe videtur, unde V. ſumpſit ſequentia: In Nicomedia natale s. Antoniæ: quæ nimium torta & variis tormentis afflicta, ab uno brachio tribus diebus ſuſpenſa, & in carcere biennio retruſa, a Priſcilliano Præſide flammis exuſta obiit. F

B. In Africa Ss. Calliſti, Felicis, Urbani. In Cæſarea nat. s. Silvani. In Alexandria 40 Martyrum. Autiſſiodoro depoſitio s. Concordini Diaconi. D. Civitate Gaza Silvani Epiſcopi cum pluribus Clericorum ſuorum coronati. A. T. Paſſio Antonini Martyris. A In ſuburbio Virdunenſi translatio ſanctorum Confeſſorum, pariterque Pontificum Pulchronii, Poſſeſſoris, atque Firmini.

III. NONAS. *Vacat Beda.* V

D. B. Alexandria * Euthymii Diaconi, in carcere quieſcentis. B. V. Arelato depoſitio s. Hilarii Epiſcopi. V. T. L. Viennæ depoſitio Nectarii. V. & Nicetæ. T. & Niceti. B. A. T. Aſcenſio Domini. In Theſſalonica natale Ss. Herenæi. B. peregrinorum. A. T. & Peregrini; qui ignibus ſunt aduſti. A. T. L. Autiſſiodoro paſſio s. * Juviniani, Lectoris & Martyris. A. Eodem die Duaco depoſitio s. Mauronti Confeſſoris & Levitæ. T. L. In Gallia ipſo die feſtivitas s. Mauronti Abbatis.

* B. Petronii.
* A. Viviani.

II. NONAS. *Vacat Beda.* VI

V. In Perſida natale s. Mathæi Apoſtoli & Evangeliſtæ, qui Publicanus a Chriſto vocatus, primum in Judæa, poſtea in Macedonia prædicavit, paſſus in Perſida requievit in Montibus: cujus natalis celebratur 11. kalendas Octobris. Eodem die s. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ ante Portam La-

tinam;

Digitized by Google

A tinam: quod ultimum etiam eſt in cæteris omnibus Mſſ. & ſolum quidem in Divionenſi, ſed varia ubique phraſi, ut vel hinc appareat non eſſe Bedæ: proſequitur autem. L. quando coram Senatu in ferventis olei dolium miſſus eſt juſſu Domitiani Cæſaris: unde cum virtute Domini protectus illæſus exiſſet, in inſula quæ dicitur Pathmos exilio deportatus eſt. B. In Africa s. Secundiani Epiſcopi Mart.* A. T. Mediolano natale Ss. Victoris & Felicis. A. T. L. In Galliis vico Julio depoſitio s. Geronti Confeſſoris & Edentii. V. Ipſo die s. Floriani & s. Valerii Epiſcopi.

*hinc lacero folio deficit A uſque ad pridie Idus

VII NONIS. *Vacat Beda.*

D. Juvenalis Martyris. Et Flaviæ Domicillæ. Nicomedis & aliorum. V. In Nicomedia Flavi Epiſcopi, Auguſtini, Marcellini, Maximi. A. T. Natale s. Auguſtini Nicomediæ Pontificis, A. T. L. Arelato depoſitio Hilarii Epiſcopi & Confeſſoris, Auguſtiduno depoſitio B. Placidi Epiſcopi. T. In pago Aquitaniæ Provinciæ Harbatilico nativitas s. Amandi. Eodem die tranſlatio s. Nicolai in Barrenſem urbem.

VIII VIII. IDUS. *Vacat Beda.*

D. Mediolani s. Victoris Martyris: *addunt* V. A. T. capite cæſi. A. T. In Sanctonico depoſitio s. Maxini Epiſcopi. A. T. L. Eodem die natale s. Elladii Epiſcopi. Ipſo die apparitio s. Michaelis Archangeli in monte Gargano.

IX VII. IDUS. *Vacat Beda.*

V. D. A. T. L. In Perſida natale Martyrum trecentorum decem. D. T. L. *ſed varia ubique phraſi*, Nazianzi oppido B. Gregorii Epiſcopi qui Theologus dicitur. A. T. In Axiopoli natale s. Quirilli, Romæ natalis Sanctorum Beati Confeſſoris & s. Primoli. L. Romæ via Latina paſſio s. Primoli. V. Romæ natale Confeſſorum Gordiani & Primoli. T. Eodem die in Conſtantinopoli natale s. Timothei.

B

X. VI. IDUS. Natale Sanctorum Gordiani & Epimachi, & Romæ natale Calepodii ſenis Presbyteri, ſub Alexandro Imperatore: qui eum fecit occidi a Laodicio, & corpus trahi per civitatem, atque in Tiberim jactari die Kalendarum Majarum. Quod inventum piſcatores levaverunt, & narraverunt Calixto Epiſcopo. At ille acceptum condidit cum aromatibus & linteaminibus, & ſepelivit eum in cœmeterio ejuſdem via Aurelia, milliario ab urbe tertio 6 Idus Maii. Tunc decollatus eſt ab Alexandro Palmatius Conſul cum uxore & filiis & aliis promiſcui ſexus quadraginta duobus, (cum quibus & Simplicius Senator) qui per doctrinam Calixti Papę & Calepodii Presbyteri nuper fuerant baptizati. Scriptum in paſſione S. Calixti Papę.

C

V. Et depoſitio Job Prophetæ.

XI V. IDUS. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Viennæ depoſitio S. Mamerti Epiſcopi & Confeſſoris, cujus Præſulatu in Vienna urbe terræmotus permaximus fuit: ſed & beſtiæ in homines irruentes devorabant. Unde iſdem Antiſtes multorum conſultu, triduanum jejunium, quod ante Aſcenſionem Domini Galliarum populus celebrat, inſtituens, iram Dei in miſericordiam convertere promeruit.

V. Romæ via Salaria milliario duodecimo natale s. Anthimi. D. Romæ s. Anthimi. Viennæ Mamerti Epiſcopi: qui ob imminentem cladem ſolennes ante aſcenſionem Domini Letanias inſtituit. T. L. Eodem die Romæ via Salaria paſſio Ss. Achillis, Sarapionis, Januarii. A. L. Et s. Gengulfi Martyris. A. T. Ipſo die depoſitio s. Majoli Abbatis.

XII IV. IDUS. Romæ Ss. Nerei & Achillei. Et S. P. N. Epiphanii Epiſcopi Cypri. Et Romæ S. Pancratii: qui cum eſſet annorum quatuordecim, ſub Diocletiano martyrium capitis detruncatione complevit.

T. Eodem die natale s. Rictrudis.

III. IDUS. Dedicatio S. Mariæ ad Martyres. Eodem die S. Servatii. D XIII

Florus in A. T. L. Trajecto portu natale S. Servatii Epiſcopi. Hic dum ad B. Petri Apoſtolorum Principis ſepulcrum pro ereptione populi Galliarum Domino ſupplicaret, ne ab Hunnis vaſtarentur, ab ipſo Apoſtolo, ut fertur, accepit reſponſum in viſu, & ipſum cito corpore migraturum, & nullam Galliarum urbem præter Metenſium, propter pignora B. Stephani Martyris ibi recondita, liberandam.

In Paleſtina Taraci, Probi & Andronici: * qui ſub Maximo Præſide poſt plura tormenta in amphitheatrum projecti, cum a beſtiis non læderentur, gladiis ſunt deputati.

*hactenus A.

Idem, ut videtur ſed in ſolo T. Ipſo die paſſio S. Mucii Presbyteri: qui paſſus eſt in Amphipoli civitate, ſub Laodicio & Maximo Proconſulibus. Qui juſſus eſt primo ſuſpendi & exungulari pene uſque ad oſſa: deinde miſſus eſt in caminum ignis ardentis: unde virtute Domini illæſus exiens, ſub duas rotas mittitur, ut volventes dividerent membra ejus: quibus ſolutis, noviſſime gladio traditus eſt.

II. IDUS. Sancti Patris noſtri Pachomii, qui cum eſſet factus Apoſtolicæ gratiæ inſignis, fundatorque Ægypti cœnobiorum, ſcripſit monaſteriorum regulas, quas Angelo dictante didicerat: ſimul & de tempore Paſchali. Ipſo die in Syria natalis Victoris & Coronæ ſub Antonino Imperatore, Duce Alexandriæ Sebaſtiano.* Erat autem Victor miles a Cilicia, cui Sebaſtianus in confeſſione fidei confringi digitos & velli juſſit a cute. Deinde illum juſſit in caminum ignis mitti, ubi triduo permanens non eſt læſus. Deinde venenum bibere juſſus, non eſt mortuus, ſed veneficum potius ad fidem convertit. Deinde juſſum eſt nervos corporis ipſius tolli; deinde oleum bulliens mitti in pudendis ejus. * (Poſt hæc juſſit ardentes lampades ſuſpenſo ad latera applicari. Poſt hoc acetum & calcem ſimul miſceri & dari ei in ore; deinde oculos erui: deinde triduo juſſum capite ſuſpendi) & dum adhuc ſpiraret, juſſit eum excoriari. Tunc Corona, cum eſſet uxor cujuſdam militis: cœpit beatificare s. Victorem pro gloria martyrii. Id dum faceret vidit duas coronas de cœlo lapſas, unam Victori & alteram ſibi miſſam. Cumque & hoc cunctis audientibus proteſtaretur, tenta eſt a Judice, & juſſum eſt duas arbores palmæ curvari ad invicem, & canabinis funibus ligari Coronam in utraque manu & pede utroque, & ſic arbores dimitti. Quod dum fieret, diviſa eſt Corona in duas partes: erat autem annorum ſedecim. Tunc quoque Victor decollatus, & ipſe victoriæ perennis triumphum promeruit. XIV

E

*hactenus A.

*deſunt in L. ſequentia.

F

V. Eodem die s. Bonifacii in Apennino. B. In Mediolano Victoris, Felicis, Ruſtici. Et natale Sanctorum quadringentorum quatuor martyrum qui cum s. Cyrio paſſi ſunt.

IDIBUS. *Vacat Beda.* XV

Florus in A. T. L. Apud Lampſacum paſſio Ss. Petri, Pauli, Andreæ, & Dionyſiæ Virginis: quorum Petrus poſt diverſa tormenta gladio eſt percuſſus, Andreas & Paulus lapidibus obruti, Dionyſia gladio deputata. B. *ſolum locum & nomina habet.*

A D. Natale ſanctorum Confeſſorum, Torquati, Cteſiphontis, Secundi, Indaletii, Cecilii, Eſicii, Euphraſii. B. In Sirmia Timothei, & alibi ſeptem Virginum. In Sardinia Simplicii. B.V.A.T.L. In porto Romano natale Ss. Præſtabilis, Felicis, Victoria, Cirici, Januarii, Geruli. *Ex his Victor eſt in ſolo* V. Gerulus *in ſolo* B. Ciricus in V. & L. *ſed in hoc ultimo: qui in* B. Cyriacus *dicitur*.

XVI **XVII. KAL. JUNII.** *Vacat Beda.*

D. Apud Iſauriam Aquilini & Victoriani: *addunt* T. & L. quorum geſta in præfato loco habentur: *quæ alio fortaſſe ſpectabant*. V. In civitate Piceni Auximo Florentii, Diocletiani. Et s. Peregrini Epiſcopi. A.T.L. In civitate Piceno natale s. Florentii. In Antiſſiodorenſi paſſio s. Peregrini primi ipſius civitatis Epiſcopi. B. In Cæſarea natale Ss. Aquilini, Victorini, Paulini. In civitate Epheſo Mangenis, Gajanis, Joviani. In Antiſſiodoro paſſio Peregrini Epiſcopi. Et depoſitio Fidoli Presbyteri.

XVII **XVI. KAL.** *Vacat Beda.*

D. In Tuſcia Torperis Martyris ſub Nerone Principe. V. Natale s. Syri Confeſſoris. Et depoſitio Liberii Epiſcopi. B.A.T. L. Romæ * [via Salaria veteri] Sancti * Paterni * [ac Priori] & Liberii Epiſcopi. B Gallicani Epiſcopi. In Alexandria Victoris, Baſilii. B. A. T. L. Nividuno natale Exacli & * Paulini, B. Minerii, Aquilini, Asthemii. **incluſa ſunt in ſolo L.* ** B. Pauli.*

XVIII **XV. KAL.** *Vacat Beda.*

D. Apud Ægyptum Dioſcori Lectoris: *addunt* L. & T. qui pro Chriſti nomine multa ſuſtinuit tormenta. L. Romæ paſſio Joannis Epiſcopi. V. In Alexandria Patamonis Presbyteri, B Octaſii Presbyteri, Serapionis. A. T. In Alexandria natale s. Hortaſii Presbyteri & maximi, *alias maximæ*. B. In Alexandria Pattomi Presbyteri. Serapionis Presbyteri. Et s. martini Papæ. In Ægypto Dioſcori Lectoris, qui multa paſſus eſt. In Conſtantinopoli Dativi, Lucioſi, Marciani. Et alibi natale Ss. Caſti & Victoris.

XIX **XIV. KAL. Romæ natale s. Potentianæ Virginis.**

Addit Florus in A.T. L. Romæ natale Caloceri & Partheni (*huc uſque eſt in* V.) eunuchorum: ſub Decio Imperatore: qui pro eo, quod idolis ſacrificare noluerunt, occiſi ſunt: *ex illo plenius Rabanus & B.*

A. Atrebatæ depoſitio s. Hadulfi Epiſcopi & depoſitio s. Dunſtanni Archiepiſcopi. L. Eodem die in baſilica s. Quintini adventus Reliquiarum Ss. Firmini, Fuſciani, Victorici, Gentiani, Acii, Acioli, Honorati, Walerici, item Firmini. B. In Alexandria natale s. Arani Diaconi. D. Et Pudentis diſcipuli Apoſtolorum.

XX **XIII. KAL.** *Vacat Beda.*

V. In Africa Victi, matre Ire, Quinti, Primoli, Salnſtii, Fortunati B. In Africa natale Sanctarum Victoriæ, marcelloſæ, Falſæ. Et alibi depoſitio Valleſii & Fauſtuli Epiſcopi D. C Romæ via Salaria s. Baſillæ Virginis & Martyris. B. A. T. L. Romæ natale s. Baſiliſſæ * & Aurei. In * Gallia Nemauſo civitate, Blandii [T. Bandlii. B. Bauddi. L. Baudii) martyris. A.T.L. cum ſociis ſuis. ** deeſt in L.* ** B Nuſſhe Nemaus*

XXI **XII. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in T. & L. In territorio Heburrenſi paſſio S. Mantii, qui paſſus eſt a Judæis, quem ob filii Dei confeſſionem extenſum funium vinculis, plagarum ictibus verberabant. Poſtmodum totum corpus arctiſſimis vinculis alligaverunt tantiſque corpus vulneribus affecerunt, ut membra vermibus paſcerent *(Hiſce adjiciunt ut ab ortu ſolis uſque ad occaſum exercendi rurſus in graviorem culturam pœnalis numerus adderetur) ſed iſtis omnibus invictus, Deo ſpiritum reddidit. **deſunt in L.*

V. Romæ Baſiliſſæ, Aurei, Gervaſii & Protaſii. D. mauritania Timothei Presbyteri & Eutychii Diaconi, B In Africa natale Ss. Victi, marcellæ, Quinti, Primuli, Salutii, Fortunati. In Britannia natale Timothei Diaconi. In Antiſſiodoro depoſitio B. Valis Presbyteri. A T.L. In mauritania natale Ss. Polieucti Diaconi, Timothei & Victi: qui in una die meruerunt coronari.

XXII **XI. KAL. In Africa Caſti & Emylii; qui per ignem paſſionis martyrium conſummaverunt. * (Scripſit hoc Cyprianus in libro de lapſis.** **deeſt hæc clauſula in V.*

B. Romæ nat. Ss. Fauſtini, Timothei, Venuſti. In Corſica inſula paſſio s. Juliæ. In Antiſſiodoro depoſitio s. Elenæ D Virginis.

XXIII **X. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in T.L. In Africa paſſio Juliani Martyris. Et in Vienna depoſitio S. Deſiderii Epiſcopi: qui juſſu Theodorici Regis & Brunechildis Reginæ primo eſt lapidatus: & cum jam vitam exhalaret, fuſte in collum percuſſus, & ſic interemptus eſt.

D. Romæ Gaii Papæ & aliorum ducentorum quinquaginta. Lugduno Epipodii. V. Vienna paſſio s. Deſiderii martyris, Quinti, Lucii, Januarii. A. Natale s. Julii martyris. Et Deſiderii Epiſcopi. B. In Africa Quinti, Lucii, Bienna paſſio s. Deſiderii Epiſcopi & martyris. In Hiſpaniis nat. Ss. Epictiti, Apioni, Baſilii Epiſcopi.

XXIV **IX. KAL.** *Vacat Beda.*

D. s. manahen Herodis Collactanei, Antiochiæ quieſcentis. B. V In portu Romano natale s. Vincentii. In Syria Zoili, Satoci. B. Timii, Saturnini. B. A. T. L. In Gallia civitate Nannetis paſſio Ss. Rogatiani & Donatiani germanorum Martyrum B. In Africa natale Ss. Fortunati & aliorum trium.

XXV **VIII. KAL: Romæ natale s. Urbani Papæ & Confeſſoris, cujus doctrina multi martyrio coronati ſunt.**

Addit V. Et s. matonis. B. Mediolano depoſitio Dionyſii Epiſcopi, Polegrati, & aliorum quatuor Coronatorum. E Alibi Trecas s. Marcellini Epiſc. Trecas Leonis martyris.

XXVI **VII. KAL. In Britannia depoſitio s. Auguſtini * (primi Anglorum Epiſcopi.** **abeſt a D*

B. A. T. L. In Antiſſiodoro paſſio s. Priſci martyris cum ſociis ſuis * [innumera multitudine.] V. Et s. Priſci. B. In Africa Rufini & Valeriæ. D. Et Athenis Quadrati diſcipuli Apoſtolorum. Romæ Symmetrii, & aliorum viginti duorum Martyrum. ** deeſt in B.*

XXVII **VI. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in A.T.L. Paſſio S. Julii, qui ſub Maximo Præſide capitis amputatione complevit martyrium.

V.T.L. In Alexandria * Aquilini * [Presbyteri, Evangelii] & aliorum quatuordecim. A T.L. In Africa Ss. Martialis & * Liſiani. A.T. Romæ natale s. Caſtuli A. In pago Atrebatenſi translatio corporis s. Ragnulfi Martyris B. In Tomis Heliæ, Luciani. Eutici Epiſcopi. D. Meſſa civitate Doroſterenſi Julii martyris. **B Aquili* **hæc in ſolo V. & B.* **L. Luciani*

XXVIII **V. KAL. Pariſius Germani Confeſſoris.**

Florus addit in T. & L. qui cautæ virtutis fuit, ut, ſicut in geſtis ejus legitur, cauſſas infirmitatum hoc eſſet ſancto viro curare quod & tangere. *Vel, quod habetur in* F *A.* qui beatus ejuſdem urbis Epiſcopus, quantæ ſanctitatis quantique meriti fuerit, quibus etiam claruerit miraculis, Fortunatus Epiſcopus veraci ſtylo digeſſit.

Ipſo die depoſitio s. Joannis Papæ: quem, quia orthodoxus erat, & a Juſtino Imperatore orthodoxo Conſtantinopolim veniens glorioſe ſuſceptus erat, Theodoricus Rex Arrianus revertentem in Ravennam, in cuſtodia tentum ad mortem uſque cum aliis æque Catholicis perduxit. Hujus meminit s. Gregorius in libro Dialogorum; cujus corpus translatum de Ravenna ſepultum eſt in baſilica s. Petri 5. Kalendas Julii, Olybrio Conſule.

Deeſt character temporis in V. & L. ſolus diei in T. totum Elogium ipſaque memoria Joannis Papæ *in A.*

B. In Sardinia Emilii, Felicis Priami, Luciani.

XXIX **IV. KAL. In Treviris Maximini Epiſcopi & Confeſſoris.**

Addit Florus in A.T.L. qui magnus advocatus populo ſuo magnis ſe virtutibus declaravit. *Et primo loco.* Apud Cæſaream paſſio S. Cyrilli * (qui ob Chriſti fidem mortis detrimenta libere ſuſcepit. **huc uſque L.*

B.T.Rq.

Digitized by Google

A B. T. Romæ natalis s. Reſtituti. B. Et natale ſeptem Germanorum V. Romæ via Aurelia Reſtitutæ: *Septem Germanorum*: & dedicatio s. Clementis. B. In Africa nat. ss. Primi, Accidiæ, Paſſimoni, & aliorum quinquaginta trium. In Cæſarea Cappadociæ nat. s. Cyrilli, Primoli, & Venuſti.

XXX III. KAL. *Vacat Beda.*

D. Via Aurelia in cœmeterio Felicis Papæ. Turribus Sardiniæ Gabinii & Criſpuli. B. In Sardinia natale Ss. Gabini, Criſpoli. V. Antiochia Palatini, qui multa tormenta paſſus eſt. Gaviſii, Scriſpuli. A.T. Romæ Ss Proceſſi & Martiniani. A. T. L. In Aquileja natale Ss. Cantii ª Cantiani, Proti D & Chryſogoni. B.T.L. In Antiochia paſſio Ss. Sici, Palatini, ª Euтymii. T. qui & multis afflicti ſunt tormentis. B. qui multa tormenta paſſi ſunt.

ª deeſt in L.
ª deeſt in C.

XXXI II. KAL. Romæ Petronillæ Virginis.

Addit T. & L. filiæ B. Petri Apoſtoli. V. D. ª Romæ via Aurelia Proceſſi & Martiniani. A. T. In Antiochia natale s. Paulini, Iſici & Juſti. B. In Antiochia Paulini & Iſici. In civitate Gerunda natale Ss. Germani, Victuri, Silvani. In civitate Siſta Donatiani.

ª deeſt in ... sed in V.

J U N I U S.

I KALENDIS, Natalis Nicomedis Martyris.

B Romæ dedicatio Baſilicæ s. Nicomedis M. T. & Reverentii Martyrum. V. Theſſalonica Luciæ Virginis & Antegæ Reginæ barbarorum. A. T. B. Vienna depoſitio s. Claudii Epiſcopi. A. T. Romæ natalis s. Exuperantii. L. In Vienna ss. Elladii & Claudii Epiſcoporum. B. In Africa Criſpini, Juventi, Cyriaci.

II IV. NONAS. Romæ Marcellini Presbyteri & Petri exorciſtæ: qui multos in carcere ad B fidem erudientes, poſt dira vincula & plurima tormenta decollati ſunt, ſub judice Sereno: & qui eos decollavit, vidit animas eorum ſplendide ornatas ab Angelis ferri in cœlum: & pœnitentiam agens, ſub Julio Papa baptizatus eſt in ſenectute ſua, nomine Dorotheus.

Ipſo die in Lugduno s. Blandinæ, cum quadraginta ſeptem Martyribus: cui a prima luce uſque ad veſperam tormenta ſemper innovantes, ad ultimum victos ſe tortores confitentur: quæ *(& ſecundo die pulſata cruciatibus non ſuperatur. *((Tertio quoque die religata ad ſtipitem, atque in crucis modum diſtenta, beſtiis pabulum præparatur. Quam cum nulla ex beſtiis auderet attingere, rurſum revocata ad carcerem; quarto) etiam verberibus acta, craticulis exuſta, & multa alia perpeſſa ad ultimum gladio jugulatur. Tunc & *Ponticus C puer annorum quindecim, per omnia tormentorum genera cum ipſa circumactus, & materna ejus cohortatione roboratus, ante illam martyrium conſummavit ſub Antonino Vero)) Scriptum in Hiſtoria eccleſiaſtica libro quinto.

* Incluſa deſunt in L.
* & hæc in A. fere ad finem uſque
* L. Pontius

V. Eodem die s. Eraſmi Epiſcopi & Confeſſoris.

III III. NONAS. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Aurelianis vico Magduno depoſitio S. Liphardi Presbyteri: qui tantæ abſtinentiæ fuit ut uncia hordeacei panis manibus propriis compoſiti, & ad diem tertium; in bibitione aqua ſolummodo parciſſime uteretur. T. Hic maximis pollens meritis, in ſublimi cœleſtium agminum chorum animæ Theodomiri, quondam Miciacenſis Abbatis vidit occurrere, & cum gaudio ad cœlum canendo uſque deferre. Scriptum in geſtis ejus.

D. Aretio Tuſciæ Martyrum Pergentini & Laurentini. Campania Eraſmi Epiſcopi & Martyris V. Romæ natale *Ss.* Marcelli, Donati, Gagi, Januarii, Victoriæ T. *omiſſo* Gago *pro* Victoria *habet nomen* Urbani. A.T.L. In Africa natale s. Quintini & Laurentii. B. Romæ Marcelli, Saturnini, Urbani, Felicis, Veneriæ. Et alibi Silvani cum aliis octoginta duobus. In Aureliano depoſitio s. Liphardi Presbyteri.

IV II. NONAS. *Vacat Beda.*

D. Illyricam civitate Siſſia Quirini Epiſcopi & Martyris. B.V.T.L. Romæ ª [in cœmeterio ad Catacumbas] via Appia ª [milliario quarto] natale Ss. Picti, Atocii, Datiani. A. T. L. Nividuno natale s. Saturninæ, Zotici & Euticii. *deeſt in* L. *locus agonis* B. In Cilicia nat. Ss. Expergenti, Philippi, Juliæ Saturnini. In Salucia civitate, Ruſtili cum aliis duobus.

ª deeſt in V.
ª & hæc in T.L. rerum vero præter nominatim B.

V NONIS. *Vacat Beda.*

Annis ab hujus Bedæ morte viginti s. Bonifacii Archiepiſcopi in Freſonis Martyrii paſſio peracta eſt, & Eobanci ª Epiſcopi ejus cum aliis ſervis Dei ſociis eorum. *ita* D. & V. *Similiter fere* B. In Freſonis paſſio St. Boniphatii Archiepiſcopi & Eobanchi Presbyteri ejus cum aliis ſervis Dei duodecim. *deinde addit*: Romæ Felicula & Felicitatis. In Ægypto Marciani, E Nigandri & Apollini. In Africa Evaſi & Privati. A. ª Pulſa monaſterio s. Bonifacii Archiepiſcopi, qui Freſonibus verbum Dei annuntians Martyrio coronatus eſt. T. *omiſſo loco addit*. Eodem die Eobanci Epiſcopi cum aliis ſervis Dei L. In Freſoniis natale s. Bonifacii Archiepiſcopi, qui Freſonibus verbum Dei annuntians Martyrio coronatus eſt. Eodem die paſſio Eobanci ejus Coepiſcopi cum aliis ſervis Dei ſociis eorum *Martyrol. Rabani*. Nonis Junii Bonifacii Archiepiſcopi, *cujus in* Freſonis Martyrii paſſio peracta eſt: & Eobani Coepiſcopi ejus cum ſervis Dei Wintrungo & Vualchere, Scirbalde & Boſan, Hamunde & Æthelhere, Wuacare, & Guandacare, Willehere & Hadovulfe. *Porro quomodo Rabanus iſta ſua inſeruit Martyrologio, propter ſacri corporis in Fuldenſi eccleſia tumulationem & miraculorum celebritatem: ita videtur memoria ejuſdem s. Martyris totis Galliis gratioſiſſimi, ob regium diadema a Merovingicis in Pippinum ejuſque ſucceſſores tranſlatum, ſtatim adſcriptum fuiſſe antiquiſſimis omnibus Gallicanarum Eccleſiarum faſtis, ipſiſque Bedæ needum auctis exemplaribus, ſub ea verborum diverſitate, quam exhibent codices prænotati: unde factum ſit ut in V. & D. aliis nihil niſi Bedæ textum communem habentibus, eadem inveniatur formula & in D. ipſa ſic ſcripta quaſi Beda fuiſſet. An autem horum aliqua Flori ſit & quæ, divinare non præſumimus.*

ª B. Coepiſcopi.
ª imo Fulda

VI VIII. IDUS. *Vacat Beda.*

D. Philippi Diaconi de ſeptem. Apud Cæſaream Cappadociæ Liciniani. B.V. In Africa natale Itali, Zotici. B. & Tale. V. Et Interamnæ tranſlatio Corporis s. Proculi Martyris. B. Et depoſitio Cærati Epiſcopi. B. A. T. L. Nividuno natale St. Amantii. Lucii ª [Gratianopuli] Alexandri. T. L. Gandavo depoſitio s. Guduali Epiſcopi & Confeſſoris. T. Eodem die in Alexandria paſſio Philippi & depoſitio Claudii Epiſcopi L. F Paſſio Philippi Alexandrini Epiſcopi.

ª eſt in ſolo in B.

T. *primo loco* Tranſlatio ſanctarum Virginum & Martyrum Chriſti Honoratæ atque Florinæ; inſuper & multarum Reliquiarum a Colonia Agrippina ad civitatem Tornacum: inter quas Reliquiæ de ſacratiſſimo corpore eximiæ Virginis & Martyris Urſulæ: quæ in illo nominatiſſimo Virginum undecim millium conſortio principatum tenuit, totiuſque collegii dux ad Chriſtum effulſit. Tranſlatæ ſunt & reconditæ in eccleſia s. Martini Tornacenſis in ſuburbio civitatis, quod actum eſſe conſtat clementia divinæ miſericordiæ anno Verbi Incarnati 1170.

VII VII. IDUS. *Vacat Beda.*

D. Conſtantinopoli Pauli Epiſcopi. V. A.T.L. In Byzantio, quæ eſt Conſtantinopolis natale *Ss.* Pauli, Fortunati. L. Primoſi. A.T.L. Et Achaici monachi. V. Et Luciani Martyrum. *Aſt* A. T. B. In Cæſarea Cappadociæ paſſio S. Juliani Martyris B. Et alibi Pauli, Fortunati, & Macharii monachi. L. Et paſſio Luciani Cæſarienſis. B. In Africa Victuri, Evaſi, Privatæ.

VIII VI. IDUS, Sueſſionis S. Medardi Confeſſoris.

Florus addit in A. T. L. & Epiſcopi: cujus odore viſa

Digitized by Google

A ſa eſt columba exiſſe nive candidior, cum præſentem terminaret vitam.

B. Et Licinii Epiſcopi & Confeſſoris. V. B. Romæ natale Ss. Naboris, & Nazarii T. Eodem die s. Gildardi Epiſcopi & Confeſſoris. L. Et s. Gildardi Rothomagenſis Archiepiſcopi. T. Et Translatio s. Audomari Epiſcopi ſecunda. B. In Sardinia natale Saluſtiani.

IX **V. IDUS JUNII.** Natale Ss. Primi & Feliciani Martyrum.

Adjectum erat poſtea ad Ms D. In Cilinio monte *in A. vero* in Monte Cælio Romæ: *additur in* B. Et Vincentii Mart. *in* L. *autem* Romæ via Numentana.

Florus in A. T. Agenno paſſio S. Vincentii Martyris, qui Leviticæ ſtolæ candore micans, pro amore Chriſti martyrium ſuſceptus, magnis ſæpiſſime virtutibus fulget.

V. Alibi Januarii, Alexandri, B. Romæ paſſio ſanctorum militum numero xx. In Alexandria Maximi Presbyteri, Amandi & Januarii.

X **IV. IDUS.** *Vacat Beda.*

D. Romæ via Aurelia Baſilidis, Tripodis & aliorum. B. Romæ Militum Baſilidis, Rogati, Martiani & aliorum viginti. V. Romæ via Aurelia milliario decimo tertio, Baſilii, Auriſti, Rogati, Januarii. L. Romæ via Aurelia paſſio Ss. B Rogati Januarii cum ſociis tredecim. A. T. Romæ natale Baſilidis, Rogati & Victoris. T. B. In Nicomedia natale s. Zachariæ. B. In Autiſiodoro depoſitio Cenſuri Epiſcopi.

XI **III. IDUS.** Barnabæ Apoſtoli.

Florus in A. præſignat In India, *& tum ibi tum in T. ac L. ſubjungit*: qui pretium agri ſui ante pedes Apoſtolorum attulit, ac deinde cum Paulo gentium Apo- *haƈtenus L. ſtolus ordinatus eſt: * ſed poſtea propter Joannem diſcipulum, qui & Marcus vocabatur, ſeparatus a Paulo, nihilominus Evangelicæ prædicationis injunctum ſibi opus exercuit.

D. Et Soſthenis diſcipuli Pauli. V. Romæ natale s. Baſillæ Et natale s. Criſpili & Onuſii. B. In Aquileia Emesiti, Hereti, Valeriani. Romæ depoſitio s. Babillæ. Et Ss. Criſpuli & Reſtituti. Alibi natale Ss. Naboris & Feliciæ. Et s. Onuphrii.

XII **II. IDUS.** Natale Ss. Baſilidis, Cirini, Naboris & Nazarii.

Addit V. & C. Tripodis & Magdalis. L. *præſignat* Romæ. D. *primo loco, & eodem quo cætera Bedæ charactere, ſic habebat* Mediolani Nazarii & Celſi pueri inventio: *quod non audemus admittere ex uno ſolo Ms. tamquam Bedæ.* A. Et tranſlatio s. Leodegarii Epiſcopi & s. Odulfi Confeſſoris. B. alibi, Zabini, Aureliæ, Secundæ.

C

XIII **IDIBUS.** In Africa natale Ss. Luciani Fortunati & Creſcentiani Romæ S. Feliculæ.

V. B. C. *primis addunt ultimo autem* Teclo. D. *omnes omiſit eorumque loco ex ſequenti die habet* Helizæum Prophetam. T. Gandavo caſtro elevatio corporis s. Landualdi Confeſſoris.

XIV **XVIII. KAL. JULII.** Helizæi Prophetæ Aurelianis civitate tranſlatio corporis s. Aniani Epiſcopi & Confeſſoris.

In D. ſcribitur natalis: in V.B.C. interponitur. Et Feliculo, *nomen ex die præcedenti perperam repetitum.*

Florus in A. T. L. In pago Sueſſionis paſſio Ss. Valerii *L. Rufini & * Rufi Martyrum: qui (*ut proſequitur L. ſolum, Floro nihilominus importandum ſubjungens elogium*) tempore Diocletiani & Maximiani Roma egreſſi & Gallias aggreſſi a Rictionaro Præfecto comprehenſi, catenis ac carceri mancipati, eculeis ſuſpenſi, plumbatis cæſi, tanta pœnarum ſunt acerbitate afflicti, ut totam corporis ſpeciem unum vulnus obduceret, & carne defluente ſecreta viſcerum panderentur. Sicque iterum in carcerem miſſi & ibidem ab Angelo Domini confortati, ad ultimum gladio jugulantur.

In T. additur & liberatio ipſius civitatis a Wandalis. A. T. B. In Aquileia natale s. Proti. B. In Gallia Sueſſionis civitate paſſio Ss. Rufini & Valerii Martyrum.

XVII. KAL. Natale s. Viti Martyris. D XV

Addit V. & C. Modeſti & Creſcentiæ.

Plenius Florus in A. T. L. In Sicilia natale Sanctorum Martyrum Viti pueri, & Modeſti ſenis atque * Creſcentiæ, qui ſub Diocletiano & Maximiano variis ſunt pro nomine Chriſti pœnis afflicti & paſſionibus coronati. *deeſt A. & T.

T. & L. (*ſed hoc locum ambitis*) Apud Criſpinum natale s. Laudolini Confeſſoris & Sacerdotis. B. In Aquileia Cantiani, Clementis. In Lucania Candidi, Proti, Griſogoni.

XVI. KAL. Ferreoli Presbyteri & Ferrutionis Diaconi, qui ſub Claudio Judice ad trochleas extenti & flagellati, deinde in carcerem recluſi, & mane amputatis linguis prædicabant verbum Dei. Poſt hæc ſubulæ triginta utriſque infixæ in manibus & pedibus, & pectore; ad ultimum gladio feruntur. XVI

A. T. L. *præſignat* in civitate Viſionenſi. C. Ubiſoncenſi. B. Vindocinenſi.

Florus in A. & T. In Nicomedia civitate paſſio S. Adriani & comitum ejus qui paſſi fuerunt ſub Maximiano Imperatore. Hi enim cum cogniti eſſent Chriſtiani, juſſi ſunt ab Imperatore extendi, acriterque fuſtibus E cædi: ac deinde ſuſceptos in carcerem, juſſit incudem æneam pedibus eorum ſupponi, ſicque eos abſcindere, tibiaſque eorum confringere donec deficerent.

Idem in T. primo loco. Apud Antiochiam paſſio S. Cyrici & Julittæ matris ejus: quorum prior poſt dira verbera, etiam calcem cum aceto & ſinapi in os accepit: deinde pariter clavis confixi, evulſis oculis in carcerem truſi ſunt. Poſt hæc decalvati & excoriati ſuper carbones in lecto æneo aſſati ſunt. Qui regnante Alexandro, ſub Præſide Alexandro, martyrii ſui curſum obtruncatione capitis impleverunt. Paſſi ſunt autem cum eis & alii quadringenti quadraginta quatuor.

Quæ ſic breviter & ultimo loco habet in A. Et natale Cyrici & Julittæ matris ejus cum quadringentis quatuor Martyribus. *in* V. *ſimplex ſic.* Quirici & Julittæ matris ejus mentio. L. & B: *eos in* Antiochia *præſignant.* B. In civitate Nannetis natale s. Similini. In Africa natale Ss. Diogenis, Valerii, Martio.

XV. KAL. Aurelianis civitate depoſitio S. Aviti Presbyteri & Confeſſoris. XVII

Florus in A. T. L. *addit:* cujus vitæ deſcriptio inter cetera virtutum ſuarum miracula aſtipulatur mortuum ſuſcitaſſe.

Non ſatis tamen conſtat primum eſſe Bedæ: nam ſic legitur in F V. & C. Romæ Cyriaci, Blaſii, Nicandri, Diogenis, Aviti Presbyteri: *& in* A. T. L. *hac de Avito ultimum locum tenſat, præter quam ſolent ea quæ vere ſunt Bedæ. Præmittitur autem in* T. *et* L. Romæ ad ſeptem columnas paſſio Ss. Quiriaci, Blaſti, & Diogenis: *in* A. Romæ natale s. Quiriaci: *at deinde omnia ceteris Mss. pergunt pariter.* Alexandria paſſio Ss. Dioſcori & Marini Martyrum. Aurelianis &c. B. Romæ nat. Ss. Nicandri & Alexandri, Doroſtoli, Alexandri, Dioſcori & Marini Martyrum. Et s. Bartholomæi Apoſtoli. Et s. Helio Propheto.

XIV. KAL. Romæ Ss. Martyrum Marci & Marcelliani. XVIII

Addit Florus in A. T. L. qui monitis B. Sebaſtiani in fide Chriſti ſolidati, ſub Præfecto Fabiano ad ſtipitem ligati, in pedibus aculeos acceperunt; ubi una die & nocte in pſalmis & hymnis perſeverantes, ambo lanceis per latera verberati ſunt, taliqúe martyrio ad cœleſtia regna migraverunt. ᵃ Scriptum in geſtis B. Sebaſtiani. *haƈtenus A.

V. & C. *addunt* Cyriaci, Thomæ ᵇ [Apoſtoli] & Pauli. B. Ravennæ natale Ss. Feliciæ, Emilii, Criſpini, In Alexandria natale s. Marinæ. ᵇ deeſt in C.

XIII. KAL. Sanctorum Gervaſii & Protaſii in Mediolano. XIX

(*Additur in* A. T. L. *fortaſſis a Floro*, quos Nero Imperator

Digitized by Google

A rator poſt varia tormenta Amllium Præfectum interficere juſſit)
quorum ſepulcra Ambroſius Domino revelante reperit, & ita incorrupta eorum corpora, acſi eodem die fuiſſent interempti: quæ cum in urbem introducerentur, quidam diu cæcus feretri tactu lumen recepit.

Addunt V. & C. Sanctorum Nazarii & Celſi pueri: *In Ms. autem A. & T.* Celſi pueri *nomen duobus prioribus jungitur*. B. Romæ Hypoliti, Honorii, Perſi, Valeriæ, Marcellini, Vitalis.

XX XII. KAL. *Vacat Beda*.

D. Romæ Novati, fratris Timothei Presbyteri: qui ab Apoſtolis eruditi ſunt. B. In civitate Tomis natale Ss. Pauli, Cyriaci, Felicianæ, Felicis, Emilii. Eodem die paſſio Ss. Criſpini & Vitalis Martyrum. V.C. In Tomis civitate Pauli, Cyriaci, Paulæ, Feliciæ, Vitalis, Criſpini. A.T. In civitate Tomis paſſio s. Criſpini Martyris, Emili. & s. Felicis. L. In civitate Tomis paſſio Cyriaci, Feliciani, Emili & Felicis.

XXI XI. KAL. *Vacat Beda*.

Florus in A.T.L. In Ceſarea Paleſtinæ, depoſitio s. Euſebii Confeſſoris, qui ſcripturis divinis ſtudioſiſſimus & bibliothecæ divinæ cum Pamphilo Martyre diligentiſſimos inveſtigator fuit.

B D. Syracuſis Rufini. Romæ Demetriæ Virginis. V.C. Saturnini, Quiriaci, * (Apolinaris Januariæ) Rufini & Marciæ. A.T. In Africa natale Ss. Saturnini & Quiriaci. B. In Africa Saturnini. In Cæſarea depoſitio Euſebii Epiſcopi. Ipſo die in Mogontia s. Albini Martyris. In Sicilia civitate Rufini & Marciæ. Item in Africa Quiriaci & Apollinaris.

* in ſolo C.

XXII X. KAL. In Britannia s. Albani Martyris (*additur in A.* cum aliis octingentis octoginta octo) qui tempore Diocletiani Imperatoris in Verolamio civitate, poſt verbera & tormenta acerba capite plexus eſt: ſed illo in terram cadente, oculi ejus qui eum percuſſit pariter ceciderunt. * Paſſus eſt cum illo etiam unus de militibus, eo quod cum ferire juſſus noluerit: divino utique perterritus miraculo, quia viderat beatum Martyrem ſibi, dum ad coronam martyrii properaret, alveum amnis interpoſiti orando tranſmeabilem reddidiſſe.

* hactenus A.

Addunt V. & C. Et cum eo alii numero octingenti octoginta novem poſiti in Catbalacum: quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ *Aſſ* B. *præmiſſis*. In Alexandria civitate natale s. Rufi & natale s. Jacobi Apoſtoli & natale Sanctorum mille quadringenti octoginta. B. In civitate Nola natale s. Paulini C Epiſcopi.

* hactenus L.

Florus in A. T. L. Eodem die Nolano (*deeſt locus in* A.) depoſitio S. Paolini epiſcopi & confeſſoris, qui valde dives & locuples ad verbum Domini vendidit omnia quæ habebat & dedit pauperibus: * deinde epiſcopus factus tantum virtute multiplicata in gratiarum chariſmata reſplenduit, ut in obitu ſuo S. Martinum & S. Januarium epiſcopum Italicum, priuſquam ſpiritum redderet, corporeis oculis contemplaretur: prius enim eo de hoc mundo migraverunt.

XXIII IX. KAL. S. * Ediltrudæ Virginis & Reginæ in Britannia: cujus corpus cum undecim annis eſſet ſepultum, incorruptum inventum eſt. Et vigilia s. Joannis Baptiſtæ.

* V. & C. *Elidruda*

B. In Nicomedia paſſio ſanctarum Virginum Piſtis, Helpis, & Agapæ matris earum, Capitonis & aliorum ſeptuaginta & octo.

XXIV VIII. KAL. Nativitas Præcurſoris Domini.

Florus in A. T. L. Eodem die Augusta Veromanduorum in fluvio Somenæ, inventio ab Euſebia corporis B. Quintini Martyris, inſigniter probati: (*pergit* T.) nam eadem matrona Angelo revelante ad pagum & locum fluminis, ubi ipſum corpus annis quinquaginta quinque jacuerat, pervenit, præconata oratione: ad ſe ventum nimio candore & odore fragranti nulla macula corruptum ſuſcepit: voleuſque eum Vermandis oppido ſepelire, tantam ſui ponderis gravitudinem dedit, ut de loco, quem ſuo conſecraverat ſanguine, moveri ulterius non poſſet. Inventrici vero ſuæ pro beneficiis exhibitis lumen amiſſum; & omnibus, quos eadem hora illic contigit venire, priſtina eſt reddita ſanitas. D

B.C.V Romæ Ss. Siſti, Luciæ. B.C cum aliis viginti duobus. A T.L.B. Auguſtoduno depoſitio s. Simplicii Epiſcopi & Confeſſoris.

VII. KAL. *Vacat Beda*. XXV

D. Pyrthibetoa Soſipatris, diſcipuli Pauli Apoſtoli. C. V. Lamptani, * Saluniciæ, Luceiæ Virginis & Accegæ * Regis. L. Natale s. Luciæ Virginis & Aucei Regis cum aliis novem. A. & T. In Theſſalonica civitate natale s. Luciæ Virginis. Et natale s. Agapiti. A. Et s. Amantii Epiſcopi. Translatio Eligii & Vindiciani *primo loco*. T. Eodem die s. Liebnini Epiſcopi & Confeſſoris, & Aucei Regis cum aliis octo. B. In Theſſalonica Lamptani & Bigitti. In Genelatco natale s. Amandi Confeſſoris.

* C. *Loſealtæ*. * V. *Rina*.

VI. KAL. Romæ Ss. Joannis & Pauli, quorum primus Præpoſitus, ſecundus Primicerius fuit Conſtantiæ Virginis filiæ Conſtantini: qui poſtea ſub Juliano martyrium capitis abſciſſione meruerunt, per Terentianum Campiductorem: qui deinde Chriſtianus factus eſt. XXVI E

Additur in T. & L. a Floro ut opinamur: Hic cum quoddam idolum in quodam loco confregiſſet, in ejuſdem idoli baſi reſidens, & verbum divinum prædicans, ab incolis loci illius imbre lapidum obruitur, & ſic martyrii gloria coronatur.

Idem in A. T. L. Ipſo die apud Valentianas paſſio s. Salvii epiſcopi & Martyris: T. qui pro nomine Chriſti ſuos relinquens & Gallias aggrediens palmam Martyrii adeptus eſt.

T.A. Ipſo die nativitas s. Nicolai. B. In Alexandria Agathonis & Diogenis. C. In Africa Gaudentii, Felicis, Agapiti, Agathoni & Diogenis.

V. KAL. *Vacat Beda*. XXVII

D. Apud Galatiam Beati Creſcentis diſcipuli s. Pauli Apoſtoli. V.C. Romæ via Tiburtina milliario nono Criſpi, Criſpiniani, Felicis. Septem germanorum. B. *quartum addit nomen* Spinellæ. A.T.L. Romæ * Criſpini & Criſpiniani. Eodem die paſſio s. Vigilii Tridentinæ Urbis Epiſcopi. Et in Epheſo (*locus abeſt ab* A.) ſeptem germanorum dormientium, [*nomina recenſet* T.) Maximiani, Malci, Martiniani, Conſtantini, Dionyſii, Joannis, Serapionis. T.L. Eodem die paſſio S. Hirenæi ſociorumque ejus. B. In Hiſpaniis Creſcentis, Juliani, Eugenii, Novatiani. In inſula via translatio s. Floſcenti.

* L. *Criſpi*. F

IV. KAL. Vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli. Ipſo die s. Leonis Papæ. XXVIII

A. T. L. In Alexandria Ss. Sereni & Theodori. B. In Africa Fabiani, Felicis, Venuſti, Creſcentii. In Alexandria natale Ss. Sereni & Theodosi. Lugduno Galliæ natale s. Erenæi cum aliis ſex.

III. KAL. Romæ natalis Apoſtolorum Petri & Pauli. XXIX

Addit Florus in T. & L. qui juſſu Neronis Imperatoris Petrus crucifixione, Paulus capitis plexione martyrio coronati ſunt.

Longiora utriuſque elogia ab etymo nominis initium ſumentia habentur in Ms. V. quæ omittimus: ſicut & alia aliorum Apoſtolorum, diebus cuique hic aſſignatis aut aſſignandis inſcripta iſtis ſimilia: tum quia ad Bedæ aut Flori textus diſcernendos nihil faciunt, tum quia alibi obvia. B. Et natale s. Novatiani Martyris cum aliis nongentis ſeptuaginta octo Martyribus. C. Et aliorum 978 Martyrum.

II. KAL. *Vacat Beda*. XXX

Florus in A. T. L. Lemovicas civitate depoſitio Martialis epiſcopi * (qui fuit unus de ſeptuaginta duobus)

* ex hoc in ſolo A.

T.L. ubi

A T. L. qui a Romana urbe a B. Petro in Gallias miſsus, in urbe Lemonicina prædicare caorſus eſt; everſiſque ſimulacrorum ritibos, repleta jam urbe Dei credulitate, migrarit a ſeculo.

A. T. Andegavis civitate Tranſlatio corporis Albini Epiſcopi & Confeſſoris. V. commemoratio, C. Natale s. Pauli Apoſtoli. C. Et natale Ss. Timothei, Zotici, Pamſii. B. Lemovicas depoſitio s. Martialis Epiſcopi & Confeſſoris. Andegavis civitate Tranſlatio Corporis. S. Albini Epiſcopi, D

J U L I U S.

I KALENDIS. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Romæ natale Sanctarum Virginum Fidei, Spei, & Caritatis, & Sophiæ matris ipſarum. Quarum prima, cum duodecim eſſet annorum, juſſu Adriani nimia cæde mactata, mamillarum abſciſſione lacerata, craticulæ ſuperpoſita, in ſartagine depoſita, ad ultimum gladio punita eſt. Secunda quippe diu nervis contuſa, in ignem projecta, acriter torta ac cæſa, & in æneo vaſe pice reſinaque pleno bullita, nec conſumpta, ictu gladii interiit. Tertia autem eculeo ſuſpenſa, in fornacem miſſa, ſed ab Angelis protecta, poſtea ſententiam decollationis ſuſcepit. Mater vero ad monumenta earum projecta, a ſomno ſuppreſſa, requievit in pace. Scriptum in geſtis earum,

B *Vacat (quod rariſſimum) ſupplem. D. niſi quod recenti manu inſcriptum ſit Ecoleſma Eſpaſii Presbyteri & Confeſſoris.* V. C. Romæ Gagi Papæ. Et Sanctorum Luci Virginis & Accegæ Regis cum aliis octo. V. C. B. Et in monte Hor depoſitio Aaron Sacerdotis primi. A. Natale s. Gagii Papæ. Kataliſi Confeſſoris, & Octavæ S. Joannis. T. Eodem die s. Keleſi, qui bonis actibus ac miraculorum ſignis effulſit. Romæ depoſitio Gagii Papæ. Et paſſio Ss. Felici, Sereni, & Victoris. L. Ipſo die Remis s. Theodorici Confeſſoris. B Aniſolæ monaſterio depoſitio s. Carilephi Presbyteri. In Meſopotamia Zeli cum aliis ſex. Orionis cum aliis octo & aliorum 274. Auguſtoduno depoſitio Leontii Epiſcopi & Quintiani Confeſſoris.

II VI. NONAS. Romæ natale Ss. Proceſſi & Martiniani.

Quæ ſic leguntur in A. B. T. Romæ natale Ss. Damaſi & militum Proceſſi & Martiniani. V. C. B. *addit*. Et depoſitio Melchiadis Papæ. A. Inventum eſt corpus s. Vedaſti a Theodorico Epiſcopo anno ab Incarnatione Domini octingenteſimo quinquageſimo ſecundo. B. Turonis depoſitio s. Munegundæ Virginis. L. Viſitatio B. Mariæ Virginis.

Florus in A. T. L. Turonis s. Monegundis, quæ duabus filiabus orbata, ſpreto viri conſortio ad Chriſtum convolavit: cujus amore in parva cellula ſe recludens ibidem magna enituit abſtinentia & ante & poſt tranſitum multitudine miraculorum.

III V. NONAS. Tranſlatio s. Thomæ Apo-
C ſtoli in Edeſſa ex India.

Addit B. qui fuit paſſus in India 12. Kal. Januarii. A. T. L. In Alexandria natale ss. Menelai, * Ammonis & Cyrilli. B. In Alexandria Triponis, Menelai, Cyrilli, Juliani. Conſtantinopoli Euſemiæ, Acaci, Demetrii. * L. *Ammonis*

IV IV. NONAS. s. Turonis tranſlatio s. Martini Confeſſoris, vel Ordinatio Epiſcopatus ejus, ſeu dedicatio baſilicæ ipſius.

Florus in A. T. L. Romæ natale Zoæ, uxoris Nicoſtrati: * quæ nimietate ægritudinis ſex annis muta, & a B. Sebaſtiano curata, Chriſtianiſſimaque effecta, dum in natali Apoſtolorum ad Confeſſionem B. Petri oraret, ab inſidiantibus Paganis arctatur duciturque ad patronum Regionis Nſumachium, & compellitur Martis ſtatunculo, quod illic ſtabat, thuris guttam incendere. * Illa hæc deridens in cuſtodia obſcuriſſima mittitur: ubi per quinque dies, nec lumen videns nec cibum potumque accipiens, ab incluſore minabatur. Tranſiitque diebus ſex juſſa eſt a collo & capillis in arborem excelſam ſuſpendi, & ſubter fumum ex ſterquilinio adhiberi: in qua ſuſpenſa in confeſſione Domini emiſit ſpiritum. Cujus corpus perſecutores auferentes ſaxo ligaverunt, & Tiberis alveo immerſerunt, dicentes. Ne Chriſtiani id tollant, & faciant illam ſibi Deam. Scriptum in geſtis B. Sebaſtiani.

*hactenus L.
*hactenus A.

C. V. Et natale s. Lauriani Martyris cujus caput * in Spanis portatum eſt. *ſed A. T. ac L.* Bituricas civitate paſſio s. Lauriani Martyris: cujus caput in Hiſpaniam portatum eſt. B. In Sirmia Sabbatiæ Innocens cum aliis triginta. Bituricis civitate natale s. Lauriani Epiſcopi & Martyris. *C. *Hiſpaniam.*

III. NONAS. *Vacat Beda.* V

D. Syria s. Donati Martyris, Romæ Zoæ uxoris Nicoſtrati. C. V. In Sicilia Agathonis, Triphonis * [Feratoris] Theodoſii, Secundini. A. T. L. In Tomis civitate natale Ss. Theodori & Secundini. A. T. In Alexandria s. Arpotia. T. L. B. In Sicilia paſſio Ss. Agathonis & Triphonis. B. In Tomis Stratonis, Theodori, Rodoſiæ, Secundini. In Alexandria Erporis. *in ſuisC

II. NONAS. Iſaiæ Prophetæ & Octavæ Apoſtolorum. VI

Florus in A. T. L. Romæ paſſio s. Tranquillini, * Patris Marci & Marcelliani: qui doctrinis B. Sebaſtiani Chriſtianiſſimus effectus, dum ad Confeſſionem B. Pauli acceſſiſſet, perpeſſus inſidias, tentus & a populo lapidatus, mortuus eſt, corpuſque ejus Tiberino gurgiti mancipatum. Scriptum in geſtis B. Sebaſtiani. *A. *Perni,* E

B. In Syria Zotici, Amandi, Atteris. Auguſtiduno depoſitio s. Leontii Epiſcopi. In Alexandria Arthoni, Zeni. B L. Et in Binga natale s. * Guaris Confeſſoris. * B *Gauris*

NONIS. *Vacat Beda.* VII

C. B. V. In Alexandria Parthemii, Eraclii, * Publii, cum aliis decem & * octo. A. T. L. In Alexandria natale Ss. Apollonii * Helei & Parmeni, * cum aliis novemdecim. B Et alibi Alexandri, Partiminii. D. Alexandria s. Pantani. Romæ Martyrum Nicoſtrati, Primi, Seſimi, Claudii Commentarienſis, Caſtorii, Victorini, Symphoriani, quos B. Sebaſtianus credere Chriſtum docuit, & s. Polycarpus Presbyter baptizavit. * B. *Apollonii.* * V. *novem* * L. *Attepelet.* * hactenus A.

VIII. IDUS. Natale Procopii in Palæſtina, qui ab Scythopoli ductus Cæſaream, ad primam reſponſionum ejus confidentiam irato judice Flaviano, capite cæſus eſt. VIII

B. Auguſta Viromandorum inventio corporis s. Quintini Martyris. Et alibi Agreſti, Primuli. In Nicea Soſtrati, Eradii. F

VII. IDUS. In civitate * Tyræ natale Ss. Anatholiæ & Audacis ſub Decio Imperatore: quorum Anatholia, cum multos in Piceno infirmos, lunaticos ac dæmoniacos curaſſet, ducta eſt jubente Feſtiniano ad civitatem Tyræ, & diverſis plagarum generibus vexata. Deinde cum ſerpente tota nocte incluſa, nihil læſa eſt: quin & ipſum miniſtrum, qui ſerpentem immiſerat, nomine Audacem, mane a ſuo ſerpente devorandum eripuit, & ad Chriſti martyrium convertit. * Nam ipſe poſt hoc ob confeſſionem veritatis in cuſtodiam datus, nec more, capitali ſententia coronatus eſt. Ipſa quoque Virgo Chriſti gladio tranſverberata eſt, cum ſtaret extenſis manibus in oratione; ita ut per dextrum latus gladius miſſus, per ſiniſtrum exiret. Quæ paſſa eſt 7 Idus Julii: ſepulta autem mane a civibus Tyrenſibus. Audax vero, qui ab Oriente erat, ab uxore ſua & fi- IX

*V. *Tyræ* T. *Thyra.* L. *Thule.*
*hactenus A.

lius

Google

A liis illo tranſlatus eſt. Eodem die depoſitio S. P.N. Ephrem.

Florus in T. & L. In Ægypto paſſio Cyrilli Epiſcopi: qui tempore Decii Imperatoris, jubente Lucio Duce primum in ignem projectus, cum illæſus exiret, poſtea capitali ſententia eſt damnatus.

A. Sennis s. Eraclii Epiſcopi & Confeſſoris. B. Romæ natale Virginum Florianæ, Fauſtioæ.

x VI. IDUS. Romæ ſeptem fratrum, filiorum s. Felicitatis, id eſt, Felicis, Philippi, Viralis, Martialis, Alexandri, Silani & Januarii ſub Præfecto Urbis Publio, rempore Aotooioi Principis. E quibus Ianuarius, poſt verbera virgarum & carcerem ac plumbatas, occiſus eſt. Felix & Philippus fuſtibus mactati: Silanus præcipitio interemptus eſt: Alexander, Vitalis & Marrialis capitali ſenteoria puniti.

L. Ipſo die natale s. Erthonis Epiſcopi & Confeſſoris. V. C Eodem die natale ſanctarum Virginum Rufinæ, Secundæ * & Fortunatæ.

* deeſt in C.

XI V. IDUS. Depoſitio s. Benedicti Abbatis.

B *Florus in* A.T.L. Tranſlatio corporis. T. quo die prędictis partibus Romæ Floriaco eſt perductus. A.T. Qui maximis elucens virtutibus regulam monachis & ordinem deſcripſit. Hujus Vitam beatus Papa Gregorius ſtylo dilucidavit. In Armenia civitate Nicopoli paſſio Ss. Januarii & Pelagiæ: qui tanta tormenta perpeſſi ſunt, ut non ſolum ungulis ſed etiam teſtis corpora eorum uſque in diem quartum laniata ſint.

B. In pagum Aurelianenſem invectio corporis s. Benedicti Abbatis & depoſitio ejuſdem. L. Et in pago Pictavenſi s. Salvini Martyris. C.V. B. Romæ natale Ss. Leontii, Stephani, Mauritii. B. *addit* & Melitonis.

XII IV. IDUS. *Vacat Beda.*

D. Apud Aquilejam natale s. Hermagoræ ipſius civitatis primi Epiſcopi, diſcipuli s. Marci Evangeliſtæ.

C.V. In Aquilegia Fortunati. Agathæ Virginis. Naboris & Felicis. A.T. In Sicilia natale s. Naboris & s. Felicis. Lugduno Galliæ depoſitio s. Vincentii Epiſcopi. A. Ermagoræ Epiſcopi, & Fortunati Diaconi. T. & L. In Aquileja paſſio Fortunati. L.B. In Mediolano natale Naboris, Felicis. Primitivi. B. In Aquileja natale Ss. Fortunati & Armogeni. Lugduno Galliæ depoſitio s. Viventioli Epiſcopi.

XIII III. IDUS. *Vacat Beda.*

D. Eſdræ & Joel Prophetarum. Et apud Africam natale Sanctorum Confeſſorum Eugenii Carthaginenſis Epiſcopi, fide C & virtutibus ac miraculis glorioſi, & univerſi Cleri ejuſdem Eccleſiæ B.C.V.A.T.L. In Alexandria Ss. Serapionis, * [Melei] Attali, Zenonis, * [Naſri] Trophimi & sienci Presbyteri: *qui poſtremus deeſt in V. & C. ubi etiam non* Trophimi *ſed* Trophimæ *legitur: & in A. T. L. deeſt* Attalus: Zeno *etiam emittitur ab* A. *Addit* L. Et in Roma depoſitio Anacleti Epiſcopi.

** in ſolo B.

XIV II IDUS. s. * Phocæ Epiſcopi Ponti: qui ſub Trajano Imperatore, Præfecto Africano, carcerem, ungulas, ferrum, ignem etiam pro Chriſto ſuperavit: cujus reliquiæ in baſilica Apoſtolorum in Gallia civitate Vienna habentur.

* In A.T. L. Focati.

A. Ipſo die in villa quæ dicitur Somnias depoſitio B. Vincentii: qui monitis B. Autberti Pontificis mundum relinquens, in factis bonæ converſationis ſe exercuit. L. Apud monaſterium Sonegias dictum natale s. Vincentii Abbatis: qui conſtruxit locum Altimontis per Angelum Domini. C. V. Gallia natale s. Juſti Epiſcopi & Confeſſoris. B. Lugduno Galliæ depoſitio Ss. Juſti & Amati Epiſcoporum.

XV IDIBUS. *Vacat Beda.*

D. B. Cyrici & matris ejus. B. Julittæ, *quæ in* D. *ſcribuntur rubrica, quod tota in libello ſolum bis reperitur, eorumdem natale primo etiam loco in T. notatur.* C. V. B. Cyrici Philippi, ſecundini, Marcialis, & s. Jacobi Epiſcopi Niſibis, qui in corpore multa ſigna fecit, & Arcam Noe ſolus vidit in monte: nulli alii de iis qui cum eo perrexerant videre eſt permiſſum. T. Eodem die s. Florentii: & s. Jacobi Epiſcopi (*L. hunc præſignat in Armenia & pariter proſequitur*) per quem Dominus multa ſigna fecit. B. In Alexandria natale Ss. Philippi, Zenonis, Naſei & decem ſororum. In Cartagine s. Catholini Diaconi. Diviſio * (prima) Apoſtolorum duodecim. T. *addit* ad prædicandum. A. *Sic proſequitur* quando ipſe Dominus Jeſus ante paſſionem ſuam miſit eos ad prædicandum & evangelizandum regnum Dei, præcipiens eis & dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitatem Samaritanorum ne intraveritis &c. D

* eſt hoc in ſolo A.

Eodem die relatio s. Vedaſti de Beluaco anno octingenteſimo nonageſimo tertio Dominicæ Incarnationis. Fuit autem apud prædictam urbem in eccleſia s. Stephani Protomartyris annos duodecim, menſes novem, dies viginti tres. Prædicta in die capta eſt Hieruſalem ab exercitu Chriſtianorum, & liberata de manu Paganorum.

XVII. KAL. AUG. In Oſtia natale s. Hilarini: qui ſub perſecutione Juliani, cum noller ſacrificare, fuſtibus cæſus Martyrium ſumpſit. XVI

C.V. In Antiochia Theodoſii, * (Euſtaſii) Dionyſii. L. Ipſo die Ss. Monulfi & Gundulfi Epiſcoporum. T. Eodem die adventus corporis s. Caſſiani Epiſcopi in baſilica s. Quintini Martyris, ſignis & miraculorum virtutibus glorioſe coruſcantis. Et s. Bertini corpus tranſfertur & reconditur. B. In Cæſarea natale Ss. Pauli & Mammetis. Et natale Sanctorum Valentini, Theoni, Diocletis. E

* abeſt a V.

XVI. KAL. In Carthagine Scillidanorum, id eſt, Marcialis, Cithii, * Veſturii, Felicis, Aquilini, Lactantii, Januarii. * Generoſi, * Veſtæ, Donatæ & Secundæ, ſub Saturnino Præfecto: qui poſt primam Chriſti confeſſionem in carcerem miſſi & in ligno crucifixi, in mari gladio decollati ſunt. XVII

* D. *Urii* * A. *Generoſa* * B. *Veſta*

C V. Autiſſiodoro Theodoſii Epiſcopi. V. Et s. Alexii in Ap. . Et Marinæ. A.T.L. Romæ S. Alexis confeſſoris. B. Mediolano natale s. Marcelli.

XV. KAL. Natale s. Arnulfi Confeſſoris. XVIII

Addit Florus in A.T.L. cujus vita maximæ extitit ſanctitatis.

Notatur autem in A. In Galliis Silva Aquilina paſſio s. Arnulfi Epiſcopi: *in T. vero.* Eodem die in Gallia civitate Metis depoſitio s. Arnulfi Epiſcopi & Confeſſoris: *aſt in L. non prænotato loco ſolo ei datur titulus* Martyris. C.V. Romæ Symphoroſæ matris ſeptem Germanorum. B *addit nomina & elogium quæ infra vide* 12. *kal.* A. s. Symphoroſæ cum ſeptem filiis B. In Ponto Amantiæ civitate, Pontiui, Filantii, Helianæ Virginis, Mariæ Virginis.

F XIV. KAL. S.P.N. Arſenii, de quo in verbis ſeniorum refertur, quia propter redundationem lacrymarum tergendam ſudarium ſemper in ſinu vel in manu habuerit. XIX

C.V. Et alibi Ruſtici. V. Presbyteri & Confeſſoris. B. Lugduno Galliæ depoſitio Ruſtici Epiſcopi & Confeſſoris. In Alexandria Siſinni. In Spania natale s. Juſti.

XIII. KAL. *Vacat Beda.* XX

D. Natale B. Joſeph, qui cognominatus eſt juſtus, quique cum B. Mathia, ut numerum duodecim impleret, ab Apoſtolis ſtatuitur. C.V. Romæ paſſio s. Striæ, Magrini, * Neſticæ, Satiri, Amarini, Secundi. B. Romæ natale Ss. Paſſeriæ, Macrini, Saturi. In Africa Sabini, Luciani, Amabilis. In Thebaida natale Victoris. A.T.L. In Africa natale Ss. Luciani Sabini & * Saodi. Ipſo die Paſſio S. * Margaretæ Virginis & Martyris. T. In pago Galliæ Bononenſe monaſterio Silmaco. T.A. depoſitio s. Vulmari Abbatis. B. In Damaſco natale Luciani, Macrobii, cum aliis decem.

* C. *Neſtica* * abeſt ab A. * & hoc a T. eſt ſucem in C.

XII. KAL. Natale s. Praxedis Virginis, & s. Danielis Prophetæ. Et apud Tiburtinam urbem Italiæ natale s. Symphoroſæ cum ſeptem filiis, Creſcente, Juliano, Nemeſio, Primitivo, Juſtino, Stacteo, Eugenio; cum qui- XXI

A quibus ſimul paſſa eſt ab Adriano Principe; qui ipſam Symphoroſam juſſit palmis cædi, deinde ſuſpendi crinibus: ſed cum ſuperari nullatenus poſſet, juſſit eam alligaro ſaxo in fluvium præcipirari: cujus Frater Eugenius, Principalis Curiæ Tiburtinæ, colligens corpus ejus ſepelivit. Er mane Imperator juſſit ſeptem figi ſtipites, ibique filios ejus ad trochleas extendi: & Creſcentem io gutture transfigi, Lucianum io pectore, Nemeſium in corde, Primitivum per umbilicum, Juſtinum per membra diſtenſum ſcindi per ſingulos corporis nodos atque juncturas, Stacteum lanceis innumerabilibus donec moreretur in terra configi, Eugenium findi a pectore uſque ad inferiores partes. * Altera autem die Adrianus præcepit corpora * eorum auferri & projici in foveam altam (& poſuerunt Pontifices nomen loci illius ad ſeptem Biothanatos.

*haſtenus A.
*hinc muſtlum eras D.

B Deeſt hoc ultimum in T. ac L. & pro eo ponitur, ne Chriſtiani ea haberent: Deeſt etiam in B. ad 15. Kal. L. Eodem die Victoris ſociorumque ejus. B. Eodem die s. Danielis Prophetæ. In Maſſilia natale Ss. Victoris, Alexandri, Feliciani & Longini.

XXII XI. KAL. AUG. Natale Mariæ Magdalenæ:

*C. Ariſſi,

Præstaint in T. In Maſſilia B.C.V. In Antiochia * Cyrilli, Andreæ. B. Tabelli T. Maſſilia natale s. Adriani. A. T. L. Et s. Cyrilli. Et in cœnobio Fontanellæ s. Wandregiſili Abbatis. A. Et octava s. Vadaſti Epiſcopi, Patris noſtri. B. Et alibi natale s. Platonis.

XXIII X. KAL. Natale s. Apollinaris Epiſcopi io Ravenna; qui Romæ ordinatus eſt ab Apoſtolo Petro & illuc miſſus eſt; qui etiam in Æmilia prædicavit, & io partibus * Corinthiorum, & in Myſia & in Ripa Danubii & in partibus * Tarachiæ: io quibus locis exilio relegatus eſt. Et ubicumque potuit innumeras virtutes fecit, & paſſiones ſuſtinuit; nam nimia cum cæde mactatus eſt, & rurſum diutius fuſtibus cæſus, ac nudis pedibus ſuper prunas impoſitus, & eculeo appenſus tenſus eſt, & ſaxo os ejus contuſum eſt, & cum graviſſimo ferri pondere incluſus carcere horribili atque in ligno extenſus eſt * (ubi hominibus quidem neglectus ſed ab Angelo publice paſtus eſt. * (Deinde catenatus & in exilium directus eſt) in quo rurſum diutius fuſtibus cæſus, & rurſum in Ravenna ligatus a paganis cæſus & vulneratus, & rurſum in carcere miſſus & cæſus) ſic martyrium conſummavit ſub Veſpaſiano Cæſare, Demoſthene Patricio. Rexit Eccleſiam annis viginti dies octo.

*D. Thoribiorum forte Cacambiorum
* T. L. Fratiæ.
C
*abſunt incluſa () a L.
* abeſt ab A.

Ita D. at B. C. A. T. annis viginti octo & dies quatuor. V. annis trigiata & octo. L. annis decem & octo & diebus quatuor.

C.V. Romæ Vincentii. Natale Primitivi. B. Primitivæ.

XXIV IX. KAL. Natale s. Chriſtinæ Virginis.

A. T. L. prænotant in civitate Tyro. C.V. In Am.... s. Victorini. B.A.T.L. In Armenia paſſio Ss. Theozoni, Victoris. * & Militaris: qui multa tormenta paſſi ſunt. Horum primus abeſt a Ms. L. Sola regionis & Martyrum nomina ponuntur in B.

* B. Militonis.

XXV VIII. KAL. Natale s. Jacobi Apoſtoli, Zebedæi.

Addit Florus in T. & L. fratris Joannis Evangeliſtæ, cujus paſſionem Clemens Aleaandrinus deſcribens: Et is, inquit, qui obtulerat eum (Jacobum ſcilicet) judici ad martyrium, motus etiam ipſe confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum. Ducti ſunt autem ambo pariter ad ſupplicium. Et cum ducerentur, in via rogavit Jacobum dare ſibi remiſſionem. At ille parumper deliberans, Pax tibi, inquit, & oſculatus eſt eum: & ita ambo ſimul capite plexi ſunt. D

Idem Florus in A. & T. Eodem die in Lycia civitate Samon natale s. Chriſtophori. Idem legitur in B. & pergit ſolum. T. qui juſſu Dagni Regis in carcere recluſus, Nicæam & Aquilinam, quas ipſe tyrannus ad ſeducendum eum miſerat, ita convertit, ut idola Jovis & Apollinis, quæ ante colebant, fide Chriſti ferventes, zonis ſuis ligata ad terram proſternerent. Unde, præcipiente Dagno, altera eſt membris diſrupta; altera ſtipiti ſuſpenſa, & igni appoſita, ac deinde gladio trucidata. Sanctus vero Chriſtophorus, ligatis manibus & pedibus, virgis ferreis cæſus, deinde in ſcamnum ferreo, & in igne olei liquore ſuperfuſo poſitus; hinc ſtipiti appenſus, & a militibus ſagittarum ictibus pulſatus eſt. Sed ſagittis a dextris ejus & a ſiniſtris ſuſpenſis, una ex eis, velut venti flamine retorta, in oculum Dagni penetravit: ſicque data ſententia iſdem athleta Chriſti capite pleſus eſt. Poſt cujus decollationem ipſe Dagnus ad ſepulcrum ejus altera die veniens, ſecundum promiſſionem ipſius Martyris & oculi ſui ſanitatem recepit, & magnifice Deum s. Chriſtophori glorificavit. E

L.C.V. ſimpliciter nomen Chriſtophori hoc die habent: cui addit V. In Porta s. Acontii.

Ejuſdem Flori eſſe videtur in T. & L. In Barcinona civitate s. Cucuphatis Martyris. Et s. Eutyciani Papæ & Martyris: qui cum Eccleſiam Romanam annis * (viginti) octo poſt Petrum rexiſſet, trecentos quadraginta duos Martyres propriis manibus ſepelivit, paſſuſque eſt martyrium temporibus Aureliani. * deeſt in L.

A. Ipſa die depoſitio B. Judoci egregii Confeſſoris: cui adſtipulatur inter ceteras virtutes, quæ præ multitudine dinumerari non poſſunt, etiam duos mortuos ſuſcitaſſe. B. Pariſius tranſlatio corporis s. Germani Epiſcopi & Confeſſoris.

VII. KAL. Vacat Beda. XXVI

Florus in A.T.L. In Laodicia Phrygiæ natale s. Saturnini, & s. Juliani & Felicis. In Italia civitate Aretio paſſio Ss. Donati Epiſcopi & Elarini monachi: qui tempore Juliani Imperatoris capitis amputatione martyrium conſummaverunt, ſub Quadratiano (A. Adriano. L. Quadritone) Præfecto. F

D. Romæ in portu s. Hiacynthi Martyris, qui paſſus eſt ſub Conſulari Leporio, Luxurio Primo civitatis tradente. B. C. V. In Laodicia Phrygiæ Jobiani, Juliani, Felicis, Marciani * (& Paſtoris Presbyteri. B. Et alibi Sanctarum Marcianæ, Laudajæ. *in ſolo V

VI. KAL. Vacat Beda. XXVII

Florus in A.T.L. Eodem die Romæ paſſio s. Symphronii: cum quo Olympius cum uxore ſua Exuperia & filio Theodolo, juſſu Valeriani & Galieni, ignibus ſunt exuſti.

B.C.D.V.A.T. In * Syria Simeonis Monachi. A.T. Romæ Ss. Agontii & Emeriti. T. a. Autiſiodoro depoſitio s. Ethesi Epiſcopi & Confeſſoris. B. In Nicomedia natale Ss. Iuliæ, Secundi, Ianuariæ. * D. Rigla B. Stella

V. KAL. Vacat Beda. XXVIII

Florus in A. T. L. In Mediolano paſſio Ss. Nazarii & Celſi pueri: qui juſſu Neronis ſub Juliano Præfecto, amputatis capitibus Chriſto ſunt immolati. Horum corpora B. Ambroſius, Domino revelante, miro modo conſervata invenit. * Lugduno natale Pantaleonis: qui ſub Maaimiano Imperatore martyrio coronatus eſt. * Britannia monaſterio Dolo depoſitio s. Sampſonis epiſcopi & Confeſſoris.

* L. In Nicomedia
* hactenus L.

V. C. In Nicomedia Iuliani, Jocundi, & s. Pantaleonis Martyris. Mediolano Nazarii & Celſi. In Britannia s. Sampſonis Epiſcopi & Confeſſoris. Nicomedienſes tamen in C. habentur

A *beatae die praecedenti*. B. In Nicomedia natale Ss. Nazarii & Celſi. In Laodicea civitate Phrygiæ natale Ss. Theophili, Peudentii, Philippi, Aleaandri. Et alibi natale s. Auguſtæ Virginis in occiduis partibus. V. Nicæmediæ paſſio s. Pantaleonis: qui cum jubente Maximiano artem diſceret medicinæ, ab Hermolao Presbytero ad Chriſti fidem converſus, multa miracula fecit. T. Romæ s. Victoris Epiſcopi.

XXIX IV. KAL. Natale Ss. Felicis, Simplicii, Fauſtini & Beatricis. Eodem die depoſitio s. Lupi Epiſcopi de Trecas: qui cum Germano venit Britanniam, & quinquaginta duos annos Sacerdotio functus eſt: qui tempore Attilæ, qui Galliam vaſtabat, ſicut in hymno ejus canitur, dum bella cuncta perderent, orando Trecas muniit.

Anni ſacerdotii in D. dumtaxat ſex: in A. & B. quinquaginta: Cauſſi exprimuntur. V. nominibus martyrum ſubjungit. Et s. Seraphiæ Virginis: *atque poſt s. Lupi memoriam ibidem legitur*. Depoſitio B. Proſperi Epiſcopi. *Eumdem habet C.*

XXX III. KAL. Romæ Abdon & Sennes ſubregulorum: qui cum in * Cerduba civitate Perſarum vincula paterentur a Decio, ad ultimum duxit eos Romam catenis obligatos & diverſis poenis maceratos, ubi primum plumbatis cæſi, deinde gladio interfecti ſunt. D

* D. Cordula B. Corduba C. Corduba

Florus in A. & T. ſic phraſim mutavit & ſenſum. Romæ Paſſio Ss. Abdon & Sennes: qui de Perſida Romam venerunt, & ſub Decio Imperatore diverſis poenis macerati ad ultimum gladio interfecti ſunt.

Idem Florus in T. & L. Eodem die Romæ paſſio s. Tertullini: qui præcepto Valeriani cum Diis ſacrificare nollet, primum fuſtibus mactatus & ignibus afflictus eſt, deinde Sapricio Præfecto traditus, poſt quæ os ejus lapidibus tundi & iterum ignibus affligi, & in eculeum ſuſpendi juſſus eſt. Et cum vinci non poſſet, nuntiata ejus conſtantia Valeriano, data ſententia capite juſſus eſt puniri. *Sed hæc contractius L. ſic abſolvit*: qui juſſu Valeriani, poſt dira tormenta, capite juſſus eſt puniri.

B. Autiſiodoro depoſitio s. Urſi Epiſcopi. XXXI

II. KAL. *Vacat Beda.*

Vacat etiam ſupplementum Divionenſe.
V. C. Autiſiodoro depoſitio s. Germani. Et natale Ss. Secundini, Maximæ. C. Eodem die reconciliatio s. Nicolai. B. In Africa civitate Sindana natale Ss. Democriti, Secundi, Dionyſii, Thyrſi. A. T. In Africa Ss. Dionyſii, Secundi & Thyrſi. *Item A. T. L. hoc die habent quæ alibi ubique 1. Auguſti leguntur de S. Germano ex Beda.* E

A U G U S T U S.

I KALENDIS. Ad s. Petrum ad Vincula. Et Ss. Machabæorum.

B. Dedicatio primæ baſilicæ a B. Petro conſtructæ quæ dicitur ad s. Petrum ad vincula. *De Machabæis in A. T. L. B. ſic legitur*, in Antiochia paſſio Ss. Machabæorum, qui paſſi ſunt ſub Antiocho Rege cum matre ſua.

* C. Caltiodoro

Et * Altiſiodoro Germani Epiſcopi, qui multis virtutibus doctrina & continentia clarus, etiam Britonum fidem per duas vices a Pelagiana hæreſi defendit. Et in Vercellis Euſebii Epiſcopi, qui moventibus perſecutionem Arrianis, ſub Conſtantio Principe martyrium paſſus eſt.

Florus in A. T. L. Romæ paſſio Ss. Boni, Fauſti, Mauri, Primitivi, Calumoioſi, Joannis, Exuperantii, Cyrilli, Honorati: qui, cum eſſent Clerici B. Stephani Epiſcopi, a Valeriano & Gallieno ſine ulla audientia pro nomine Chriſti pariter ſunt decollati. *In T. & L.* Eodem die Romæ s. Victoris Papæ, qui ad interrogationem Sacerdotum de circulo Paſchæ, cum Epiſcopis & Presbyteris facta collatione, Theophilo Alexandriæ epiſcopo accerſito, conſtituit, ut a quartadecima luna primi menſis uſque ad viceſimam primam, ſemper ſanctum Paſcha die Dominico celebraretur; paſſuſque eſt martyrium tempore Commodi & Granionis. Scriptum in libro epiſcoporum. In Hiſpaniis Gerunda civitate, paſſio s. Felicis; hic enim poſt multa tormenta mulis alligatus, & per civitatem tractus eſt, deinde ſuſpenſus, & in mare projectus cum ad littus auxilio Domini perveniſſet, intantum eſt ungulis ferreis diſcerptus, ut hac dilaniatione deficeret. C

V. Natalis Spei, Fidei, Charitatis, & matris earum Sapientiæ. T. Ipſo die tranſitus s. Jonati diſcipuli s. Amandi. B. In Hiſpania Gerunda natale s. Felicis.

II IV. NONAS. Romæ s. Stephani Papæ qui Martyrio coronatus eſt in perſecutione Valeriani Principis. Eodem die natale s. Theodotæ cum tribus filiis ſuis in provincia Bithynia, urbe Nicea, tempore Diocletiani, ſub Comite Leocadio: qui hanc ferro vinctam cum filiis Conſulari Bithyniæ Nicetio deſtinavit. At ille primo filium ejus primogenitum Evodium, Chriſtum fiducialiter confitentem fecit fuſtibus cædi: deinde illam cum omnibus filiis igne conſumi. * Scriptum in paſſione s. Anaſtaſiæ.

* hactenus A.

B. In Italia civitate Verona natale Ss. Felicis & Nicei.

III III. NONAS. *Vacat Beda.*

V. Romæ s. Diogenis. Stephani. Et depoſitio Eufronii Epiſcopi. C. Romæ natalis s. Diogenis. Stephani Protomartyris in Ancona: ubi haberi dicitur unus de lapidibus quibus percuſſus eſt. B. D. A. T. L. Hieroſolymis inventio corporis Protomartyris Stephani * & Ss. Gamalielis, Nicodemi & Abibon. A. T. Augaſtoduno depoſitio Eufronii Epiſcopi. B. Romæ natalis Ss. Diogenis & Stephani, Conſtantinopoli natale s. Acellæ.

* hactenus A.

IV II. NONAS. *Vacat Beda.*

D. Beati Ariſtarchi diſcipuli s. Pauli Apoſtoli. Romæ Tertulliani Martyris. B. C. V. Romæ (in * cœmeterio s. Laurentii) Creſcentiani & Juſti. L. Natale Ss. Creſcentiani, Juſti & Jacinthi Martyrum. A. Romæ s. Juſtini Presbyteri & s. Creſcentianæ. T. Romæ natale s. Juſti & s. Creſcentianæ. Et paſſio s. Juſtini Presbyteri, qui multa corpora Sanctorum collegit ac ſepelivit. B. In Nicomedia natale Ss. Sagæ & Bartholomæi. F

* B. via Tiburtina natale S. Laurentii M.

V NONIS. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Ipſo die natale s. Caſſiani Epiſcopi & confeſſoris: qui a * Theone Martyre cœleſtibus inſtructus diſciplinis, * (in civitate Ægyptiorum, vocabulo Ortenſi, epiſcopus eſt ordinatus: in qua cum eccleſiam conſtrueret B. Laurentius Martyr ei apparuit, & ut eamdem ſuo nomini dedicaret admonuit. * Deinde divina revelatione Gallias penetrans, Auguſtidunenſem urbem cum ſuis aggreſſus, a s. Simplicio ejuſdem Urbis epiſcopo honorifice eſt ſuſceptus; miniſtratoque a s. Simplicio Sacerdotio & defuncto, in ejus locum s. Caſſianus ſubrogatus eſt epiſcopus: ubi & multis coruſcavit miraculis & requievit in pace. Ad cujus ſepulcrum B. Germanus Autiſſiodorenſis epiſcopus veniens, & ex more Chriſto preces fundens, fertur alloqui: Quid, inquit, glorioſe Frater Caſſiane agis? Reſpondit B. Caſſianus: Dulci in pace quiete potior, & adventum Redemptoris expecto.) Cujus poſtea corpus multitudine miraculorum pollens, in municipium,

* A. Zone, L. Azone
* incluſa (Ortenſi) in A.
* hactenus L.

A qood Augoſta Viromanduorum nuncopatur, eſt tranſlatum & intra baſilicam B.Quintini Martyris ſepultum.

D. Apud provinciam Rhetiæ civitate Auguſtana natalis s. Afræ, quæ cum eſſet Pagana & meretrix per doctrinam s.Narciſi Epiſcopi ad Chriſtum converſa, & cum omni domo ſua baptizata, pro confeſſione Domini igni tradita eſt. A. V. Auguſtoduno s. Caſſiani Epiſcopi. A. In civitate Auguſta paſſio s. Afri M.C. V. Cathalonis s. Memmi Epiſcopi. V. Et alibi Floriani & Philiſtinæ. C. Et Agapiti. A. T. In civitate Antiopoli natale s. Eraclii & Etentii. Et Catalaonis s. Memmii Epiſcopi.

VI VIII. IDUS AUG. Romæ s. Xyſti Epiſcopi, Feliciſſimi & Agapiti Diaconorum: qui decollati ſunt ſub Decio. * *Decollati* ſunt cum eo & alii quatuor Subdiaconi, Januarius, Magnus, Vincentius & Stephanus, ut in geſtis Pontificalibus legitur. *hactenus A.

V. primo loco: uti & in L. ſed die ſequenti. Transfiguratio D.N. Jeſu Chriſti in monte Thabor.

Florus in A.T.L. In Complutenſi civitate paſſio Ss. Juſti & Paſtoris: qui cum eſſent pueri in ſchola diſcentes, cum audiſſent de inquiſitione Chriſtianorum projectis in ſchola tabulis, ultro ſe Datiano Præfecto obtulerunt: quos ille poſtquam flagellare acriter juſſit, pariter decollare eos percepit.

B B. In Provincia Rhetia civitate Auguſta paſſio s. Afræ Virginis & aliorum 266. C. Eodem die paſſio s. Afræ.

VII VII. IDUS. In Aretio s. Donati Epiſcopi & Martyris: qui (ut Gregorius in libro Dialogorum meminit) fractum a Paganis calicem Sanctum, ad Miſſas orando reſtauravit.

Florus in T. & L. in civitate Auguſta paſſio s. Afræ: quæ primo quidem gentilis fuit, poſtea vero a Narciſſo Epiſcopo ad fidem converſa, & baptizata, tempore Diocletiani ſub judice Cajo, cum idolis ſacrificare nollet, igni eſt deputata. Cujus eodem die corpus cum integrum inventum eſſet, & ab Hilaria matre ejus cum tribus filiabus ſuis, Digna videlicet Eumenia & Eutropia ſepulturæ traderetur; eodem loco & ipſæ, quia culturæ deorum contradixerunt, ignibus ſunt concrematæ & pariter paſſionis gloria decoratæ. Eodem die apud Cæſaream Cappadociæ paſſio s. * Mametis Martyris: qui poſt eculeum & ignes variaſque torſiones, beſtiis traditur: & cum nec ſic, virtute Domini læſus fuiſſet, lapidatus occubuit agente Præſide Adriano. * L. Mammo.

D. Romæ paſſio ſanctorum Martyrum numero viginti quinque. In Antiochia natale Ss. Suffronei, Venerii, & aliorum ſex. Mediolano natale s. Fauſtini.

C

VIII VI. IDUS. Natalis s. Cyriaci.

(*addit* T. Largi & Smaragdi: V. *inſuper jungit nomina* Creſcentiani Memmiæ & Juliani: C. *omiſſo* Smaragdo *habet nomina* Creſcentiani & Theodori. *Elogium autem retexit Florus in A. & T.*) quem Diocletianus Imperator propter filiam a dæmonis vexatione ab ipſo curatam maxime venerans, pro eadem re Regi Perſarum miſit. Cujus etiam filiam cum a dæmonio liberaſſet cum patre & aliis quadringentis triginta baptizavit. Hinc reverſum Maximinus catenis ligatum, ante rhedam ſuam nudum trahi, & a Vicario ſuo Carpaſio diverſis pœnis afflictum, cum aliis viginti juſſit capite plecti.

L. *ſic brevius:* Romæ elevatio corporis s. Cyriaci cum ſociis ſuis, quos Maximinus Diocletiani filius diverſis pœnis afflictos cum aliis viginti juſſit capite plecti. B. Romæ s. Cyriaci martyris & ſociorum ejus. In Nicomedia natale Ss. Nazarii, Juliani & Agapæ Virginis. Philadelphia natale s. Leonis.

IX V. IDUS. Vigilia s. Laurentii. Eodem die Romæ s. Romani militis, qui confeſſione s. Laurentii compunctus, petiit ab eo baptizari: & mox, jubente Decio, cum fuſtibus exhibitus D ac decollatus eſt.

Florus in A. & T. Coloniæ natale Ss. Fauſtini, Marcellini, Secundiani & Siati. Eodem die apud Veronam paſſio Ss. Firmi & Ruſtici: qui poſt ignem ceteraque tormenta, ſub Maximiano, * Anulino Conſiliario ejus, capitibus plectuntur. L. *ſola horum nomina & agonis locum habet.* * T. Anulio

B. In Alexandria natale ss. Antonini, Tiburtii, Valeriani. C. V. In Oriente Firmi, Ruſtici, Creſcentiani, Theodori, *vel* Theodoli.

X IV. IDUS. Natale s. Laurentii ſub Decio: qui poſt plurima tormenta carceris, verberum diverſorum, laminarum ardentium, ad ultimum in craticula ferrea aſſatus martyrium complevit.

V. C. Et vita Sanctorum ſeptem fratrum Dormientium. B. Et alibi Creſcentionis Januarii, Exuperati.

XI III. IDUS. Romæ s. Tiburtii Martyris & Suſannæ.

Excidit hæc in A.T.L. dum iſtius geſta ſic deſcribit Florus: Qui de ſacro fonte a B. Sebaſtiano ſuſceptus & in fide Chriſti roboratus, cum figmenta idolorum deteſtaretur, a Fabiano Præfecto comprehenſus eſt. * Ante cujus pedes idem Præfectus carbones ardentes effudit dicens: Aut thura in iſtis carbonibus adjice, aut pedibus nudis ſuper eos incede. At ille ſignum Crucis faciens, conſtanter ſuper eos nuda ingreſſus eſt planta. Hinc ductus via Lavicana, fundens ad Dominum preces, icto gladii verberatus, migravit ad Chriſtum. Scriptum in geſtis B. Sebaſtiani. E *hactenus A.

Idem Florus ibidem. Eodem die in Gallia civitate Sameraco depoſitio s. Gaugerici Epiſcopi, * qui & magnæ abſtinentiæ magnæque religionis, & eleemoſynarum largitor ac miraculorum patrator fuit; & s. Taurini fratris ejus. *hactenus A.

V. A. C. Et paſſio s. Caſſiani.

XII II. IDUS. In Sicilia civitate Catanenſium natale Eupli Diaconi: qui cum diutiſſime torqueretur, decollatus eſt a * Calviſione Conſulari, tempore Diocletiani & Maximiani. * C. Laſiano B. Clauſiano.

B. Romæ natale Chryſanthi & Dariæ. In Syria natale Ss. Macharii & Juliani.

XIII IDIBUS. Romæ s. Ypoliti, qui tempore Decii, ligatus pedes ad colla indomitorum equorum, ſic per carduos tribuloſque tractus emiſit ſpiritum. Et Concordiæ nutricis ejus, F quæ ante ipſum plumbatis cæſa martyrizatur: Et aliorum de domo ejus decem & novem, qui ſimul decollati ſunt. * Eodem die natale s. Caſſiani Romæ: * qui cum adorare idola noluiſſet, interrogatus a perſecutore quid artis haberet, reſpondit quia pueros notas doceret. Et mox ſpoliatis veſtibus ac manibus poſt terga revinctis ſtatuitur in medio: vocatiſque pueris, quibus docendo exoſus factus fuerat, data eſt facultas eum perimendi. At illi quantum doluerant diſcentes, tantum ulciſci gaudentes, alii cum tabulis aut * buxibus feriebant, alii ſtylis vulnerabant: quorum quanto infirmior ætas, tanto graviorem martyrii pœnam dilata morte faciebat. * (Scripſit Prudentius Poeta. * hactenus A. * eſt C. hue uſque * D. Buxibus * abeſt a B.

Florus in T. In Gallia Pictavis civitate depoſitio s. Radegundis Reginæ, quæ in thoro Lotharii Francorum Regis recubans, potius monacha vocabatur quam uxor. Cujus conſortium ſpernens, Chriſtum, quem dilexit, amplexa eſt, tantamque meruit virtutem, ut

etiam

A etiam mortuam ſuſcitaret.

L. Ipſo die s. Radegundis Reginæ.

XIV **XIX. KAL. SEPT. Natale s. Euſebii Presbyteri.**

Additur in T.L. tituli Conditoris, In A. Tituli & s. Conditoris: in V. & C. Et Peregrini. B. *præfigunt* Viridena Syri.

A.T.L. Vigilia Aſſumptionis s. Mariæ Dei genitricis. B. In Africa natale s. Demetrii. In Africa natale s. Stratonis. Item in Africa Pauli, Eraclii, Poſſeſſoris. In Aquileja natale Ss. Felicis, Fortunatæ, Vincentiæ.

XV **XVIII. KAL. s. Mariæ dormitio.**

Notatur rubrica in D. in A.T. L.B.C. Aſſumptio *dicitur*. V. C. Et alibi* Trationis, Philippi & Antiriani. A. T. L. In Nicomedia natale Ss. Philippi & * Eoticiani. In Carthagine natale Ss. Iſaac & Maximiani. B. In Nicomedia natale Ss. Stratonis, Philippi & Euticiani cum ſociis eorum.

* Strationis. * antiel

XVI **XVII. KAL.** *Vacat Beda.*

D. In Nicæa Bithyniæ natale s. Urſacii Confeſſoris. V. C. Natale Simpliciani & s. Thyrſi, Orionis & Emelii. A.T.L.B. In Perſida natale Tyrſi cum ſociis ſuis. In Alexandria paſſio Ss. Orionis & Agnarii. * [In Galliis civitate Metis] natale s. Arnulſi Epiſcopi confeſſoris. *Verum in A. omiſſo* Orione, *tantum legitur*. Et depoſitio s. Agoarii. In *S. ſcribitur* Ignatii, *& interponitur nomen* Emelii.

* deeſt in B.

XVII **XVI. KAL. Octavæ s. Laurentii.**

B V.C. Et s.* Mametiamonachi. T. Paſſio s. Mammatis. L.a. In Cæſarea * [Cappadociæ] natale s. Mammetis monachi & martyris. A.B.T. In Calcedonia Cappadociæ paſſio s. Euſemiæ Virginis. T. Eodem die paſſio ſeptem martyrum, qui paſſi ſunt ſub Honorian Rege. B. In pago Cenomanico, Aniſola monaſterio, Translatio corporis & dedicatio baſilicæ s. Carilephi Abbatis & Confeſſoris.

* C. Nameſis. * deeſt in B.

XVIII **XV. KAL. Natale s. Agapiti Martyris.**

Addit. D ſub Aureliano Imperatore, Antiocho Præſide *Præfigunt* B. A. In Præneſtina civitate. C.V.* Silantia Helianæ Virginis, marcianæ Virginis. L. Et in Præneſtina civitate natale Eziachi cum ſociis ſuis. Et natale Helenæ Reginæ. A. Et s. marini Papæ. A.T.B. Et natale s. Candidi. P. In Amantia civitate natale Ss. Pontimi, Philantiæ, Helianæ Virginum.

* C. Philantia.

XIX **XIV. KAL. Natale s. Magni * (ſeu) s. Andreæ cum ſociis ſuis duobus * millibus quingentis nonaginta * ſeptem.**

Præfigunt A.T.L. In Alexandria: *aſt A. & T. ſic diſtinguunt* In Alexandria natale s. magni & s. Andreæ martyrum. Eodem die natale s. mariani cum duobus millibus quingentis nonaginta ſeptem, *Deinde addunt*, Romæ natale s. magni martyris.

* B. ipſo die natale * B. millibus. * V. Octo.

XX **XIII. KAL. Samuel Propheta.**

Florus in A.T.L. Cainone caſtro, depoſitio r. Maximi C Confeſſoris: qui & maximis virtutibus enituit, &, ut liber vitæ ejus docet, quæ verſu conſcripta legitur, beatiſſimi Martini diſcipulus fuit. Et s. Philiberti Abbatis: qui diverſas hominum infirmitates curans per Spiritum ſanctum futura prævidit. *Habetur in T. primo loco.*

C.V. Et s. Valentini martyris. T. In Lucana natalis Valentini. B. In Lucania natale Ss. Valentiniani & Leontii. In Alexandria natale s. Dioſcori.

XXI **XII. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in A.T.L. Et paſſio s. Privati: qui Valeriani & Galieni temporibus, cum eſſet Epiſcopus Minatenſium, ob ſanctæ fidei confeſſionem, a barbaris flagris & uſtionibus afflictus tempus terminavit.

B.C.V.L. In Hiſpania Julii & Juliani. C. V. Vincentii, Augurij & Fructuoſi. B. In Sardinia natale Ss. Luxurii, Trajani Quadrati Epiſcopi. Syndoſagiæ natale Ss. Artoſii, Diomedis, Zotici. Et alibi Privati Martyris. D. In territorio civitatis Gavalitanæ Privati Epiſcopi & Martyris. A.T. In Hiſpaniis natale s. Vincentii. Eodem die Juliani T. Coledi.

XXII **XI. KAL. Natale s. Timothei, qui ab Antiochia veniens Romam, ſub Miltiade Papa, ſuſceptus eſt in hoſpitium a s. Sylveſtro, qui poſtea Epiſcopus factus eſt: * qui cum totum annum & aliquot menſes ibi prædicans multos** D **ad Chriſtum convertiſſet, tentus a Tarquinio Urbis Præfecto, & longa carceris cuſtodia maceratus, cum ſacrificare idolis noluiſſet, tertio cæſus & graviſſimis ſuppliciis attrectatus, ad ultimum decollatus eſt, & juxta beatum Apoſtolum Paulum ſepultus. Scriptum in hiſtoria s. Sylveſtri. Eodem die natale s. Symphoriani Martyris.**

* hactenus

Florus in A. T. L. *prænotato* Auguſtoduno *addit*: qui tempore Aureliani Imperatoris ab Eraclio Conſulari comprehenſus, quia ſtatuam Berecinthiæ adorare noluit cæſus & carceri eſt mancipatus, ductuſque extra murum a perſecutore eſt proſtratus.

V. Et S. Ypoliti in portu. Et alibi Martialis & Aureæ in civitate Oſtia. L. Ipſo die S. Manti Martyris cum ſociis ſuis. B. In Antiochia natale Marini. In Gallia civitate Auguſtoduno natale Ss. Medardi & Emiliani cum filiis ſuis octo.

X. KAL. *Vacat Beda.* XXIII

Florus in A.T.L. In Aquileja natale Ss. Fortunati & Ermogenis & Martialis. Et in civitate Egeas paſſio Ss. Claudii, Aſterii, Neonis: qui ſub Lyſia Præſide cruciſixi ſunt. Eodem die Remis civitate paſſio Ss. Timo- E thei & * Apollinaris: qui a Roma in Gallias miſſi, apud urbem Remenſem conſummati martyrio, cœleſtia regna meruerunt.

* A. Apollinaris.

D. Natale Sanctorum Martyrum Donati, Reſtituti, Valeriani, Fructuoſæ cum aliis duodecim: qui præclariſſimo confeſſionis honore Antiochiæ coronati ſunt. V. S. Cyriacæ ad s. Laurentium. In Nepe s. Tholomæi Epiſcopi & Martyris. C. In Aquileja s. Fortunati, Ermogenis. Et in portu urbis Romæ natale s. Hippolyti, qui dicitur Nonus. B. Romæ natale Ss. Laurentii, Abundii, Innocendi, In Gallia Remis civitate natale Ss. Timothei, Apollinaris. Auguſtoduno depoſitio s. Flaviani.

IX. KAL. In India natale Bartholomæi Apoſtoli. XXIV

Florus addit in A. & T. qui decollatus eſt in India interiore pro Chriſto juſſu Regis Aſtyagis. *Abeſt hoc die in V. & refertur ſequenti.*

Idem Florus in A.T.L. Romæ paſſio s. Geneſii, qui, cum eſſet miles, ſe fidei Chriſtianæ ſubjecit. * Hic cum juſſu Diocletiani Imperatoris diu in eculeo poſitus, ungulis attractatus, lampadibus inflammatus in confeſſione ſancta perſiſteret ac diceret Judici, Si centuplicaveris circa me tormenta, Chriſtum mihi de ore, Chri- F ſtum de corde auferre non poteris, gladio juſſus eſt interimi. Eodem die * Rodomo depoſitio s. Audoeni Epiſcopi & Confeſſoris, qui plurimis miraculorum ſignis rutilans, oratione ſancta more Eliæ e cœlo pluviam adeptus eſt.

* hactenus A. * L. Rotomago.

D. Carthagine martyrum Maſſæ candidæ. V.C. Romæ nat. s. Geneſii Martyris. Et in Oſtia s. Aureæ Virginis. B. In Antiochia natale Jebonii, Capitulini, Italiæ. Redonis civitate depoſitio s. Audoeni Epiſcopi & Confeſſoris. Nevervis civitate depoſitio s. Patriani Abbatis & Confeſſoris. Cenomania civitate natalis Rigomeri Presbyteri & confeſſoris.

VIII. KAL. *Vacat Beda.* XXV

Florus in A. & T. Arelato paſſio s. Geneſii Martyris, qui deciſione capitis agonem pro Chriſti nomine pollenti fervore conſervavit. L. qui, ut fertur, alio non eſt tinctus baptiſmate quam proprio ſanguine. *Pergit Florus in* T. & L. Et Romæ natale Lucii Epiſcopi & Martyris: qui vigeſimus tertius poſt Petrum cum Eccleſiam annis tribus & menſibus tribus rexiſſet, temporibus * Gallieni & Valeſiani exilio retruſus, ſed poſtea nutu Dei ad propriam eccleſiam incolumis eſt reverſus, deinde Martyrium in confeſſione Chriſti pertulit.

* L. Galli & Voluſiani.

V. S. Bartholomæi Apoſtoli hic in Lycaonia prædicavit, ad

A ultimam in Albano majoris Armeniæ urbe vivens a barbaris decoriatus, atque per juſſionem Regis Aſtyagis decollatus eſt, ſicque terræ conditur ibique ſepultus. Natalis ejus 8 Kal. Septembris celebratur. C. In civitate Oſtia s. Aureæ. Romæ s. Geneſii martyris. D. Natale s. Geneſii martyris: qui prius in urbe mimitemelo artis magiſter fuit. B. In Syria natale s. Juliani Martyris. In Capua civitate Campaniæ natale Ss. Rufini & Julii. Hermetis. B. A. T. In Hiſpania natale Ss. Martyrum Juſti & Paſtoris. T. In pago Viromandenſi natale s. Hanegundis Virginis. Ipſo die natale s. Aredii Abbatis. A. Tamulariæ depoſitio s. Honegundis Virginis. L. locum reticet.

XXVI VII. KAL. Romæ natale Ss. Erenei & Abundii: quos Deciana perſecutione juſſit Valerianus incloacari, eo quod corpus B. Concordii in cloacam miſſum levaverunt. Et ipſorum quoque corpora levavit Juſtinus Presbyter, & ſepelivit in crypta juxta B. Laurentium.

Florus in A. & T. Eodem die civitate Theſſalonica natale s. Anaſtaſii: Hic fullo fuit, ſed fidei merito inter numerum Martyrum annumeratus eſt.

L. & in civitate Salona natale s. Anaſtaſii Martyris. V. Alibi C. In civitate Salona V. C. natale s. Anaſtaſii, hic fullo & Martyr fuit. Quintini Martyris. B. In civitate Salona natale s. Anaſtaſii martyris. Autiſiodoro civitate depoſitio s. Eleutherii Epiſcopi. B

XXVII VI. KAL. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Arelato civitate depoſitio s. Cæſarii Martyris. Et in Ægypto * (civitate Oxirenchena) ſedecim Martyrum, quorum geſta habentur, qui beſtiis & igne ſuperatis, gladio occubuerunt. Eodem die Romæ paſſio Nemeſii Diaconi & Lucillæ filiæ ejus, qui capitis plexione jubentibus Valeriano & Galieno Conſulibus ob confeſſionem Chriſti ſine audientia perempti ſunt.

* deeſt in L.

Vacat ſupplementum D. niſi quod recentiſſima manu inſcriptum ſit nomen Syagrii Epiſcopi. V. C. In Lucania civitate Felicis, * Saviniani, Honorati & s. Rufini. T. Et paſſio Sanctorum Martyrum, Felicis, Georgii monachi, Libioſæ, Aurelii atque Nataliæ. Eodem die tranſlatio s. Sulpitii Epiſcopi. B. Arelatis depoſitio s. Cæſarii Epiſcopi. Conſtantinopoli Ss. Ollii & Stephani Diaconi. Auguſtoduno natale s. Agii Epiſcopi. B. A. T. L. In Capua natale s. Rufi martyris.

* V. Sabiniani;

XXVIII V. KAL. Natale s. Hermetis Martyris. (*A. T. addunt* Romæ)

In Africa s. Auguſtini Epiſcopi: qui primo de ſua civitate propter barbaros Sardiniam tranſlatus, * nuper a Luitbrando Rege Longobardorum Ticinis relatus & honorifice conditus C eſt.

* novem ſcilicet annis ante obitum Bedæ.

Florus in A. T. L. * Sionis civitate natale Bibiani epiſcopi & confeſſoris, qui multis languentibus tribuit ſanitatem. Et Arvernis in vico, qui dicitur Privatis, in Galliis, paſſio s. Juliani Martyris: qui ſub Criſpino Præſide Paganis ſe ad pœnam quærentibus ultro ſe pro amore nominis Chriſti offerens, gladio eſt interemptor. D

* T. Comis. L. Scutitis.

C. Et depoſitio s. Fauſtini Epiſcopi. s. Balbinæ. B. Santonis civitate depoſitio s. Viviani Epiſcopi & Confeſſoris. Item Romæ Baſilei, Heliæ, Conſtantinopoli depoſitio s. Alexandri Epiſcopi. Arivernico natale s. Juliani martyris.

IV. KAL. Romæ s. Sabinæ Virginis atque Martyris. * Eodem die decollatio s. Joannis Baptiſtæ qui primo in Samaria conditus tunc in Alexandria porro caput de Hieroſolymis ad Phœniciæ urbem Emiſſam delatum eſt. XXIX

* D. hæc habet ad finem diei ſequentis.

Addit T. ipſum imminente feſtivitate Paſchali fuiſſe decollatum Evangeliſtæ declarant & anno poſt hunc ſequente cum denuo tempus Paſchale rediret, myſterium Dominicæ paſſionis completum eſt. C. Et Paſſatio s. Helizei prophetæ, diſcipuli s. Heliæ prophetæ. B. C. V. Et aliorum nongentorum Martyrum qui eodem die paſſi ſunt. T. Peronæ S. Furſei Abbatis. B. In Antiochia Syriæ natale Ss. Baſilai & Pauli. In Sirmia natale s. Baſillæ Virginis.

III. KAL. In Venuſia civitate Apuliæ natale Ss. Felicis Epiſcopi civitatis Tubzocenſis, & Audacti & Januarii Presbyteri, & Fortunatiani & Septimini Lectorum: qui temporibus Diocletiani in ſua civitate tenti a Magneliano Curatore, inde multis diu vinculis & carceribus macerati: & in Africa & in Sicilia, tandem in occiſione gladii conſummati ſunt. Felix quinquaginta ſex annorum, virgo obiit. * Sunt autem inter Carthaginem & * Tibzocam millia paſſuum triginta quinque. E XXX

* hactenus L.
* MSS. Tabiocam

C. V. Romæ natalis Ss. Felicis & Audacti. B. Eodem die s. Severæ.

II. KAL. *Vacat Beda nec non MS. D. in ſupplemento.* XXXI

C. V. Treviris depoſitio s. Paulini Epiſcopi. C. Et s. Pauli Apoſtoli & Confeſſoris. V. C. Alibi Gayani, Juliani, Rufini, Vincentii. B. A. T. L. Treviris depoſitio s. Paulini Epiſcopi & Confeſſoris: qui cum pro fide Catholica a Conſtantio Imperatore filio Conſtantini Imperatoris exiliatus fuiſſet, ibidem requievit. B. Alibi depoſitio s. Elladi Epiſcopi. A. Eodem die apud Atrebatum depoſitio s. Hadulfi Epiſcopi & Confeſſoris. T. B. Autiſiodoro depoſitio s. Optati Epiſcopi. F

SEPTEMBER.

I KALENDIS: *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Cenomanis, depoſitio s. Victoris epiſcopi & confeſſoris: qui dum civitas ipſa cremaretur incendio, & validis globis flammæ huc illucque impellente vento propellerentur; quaſi paſtor bonus non perferens eccleſiaſticas caulas ab inſidiis ſathanæ devaſtari obviam ſe turbinibus obtulit, elevataque manu facto ſigno Crucis e contra, illico omne ceſſavit incendium.

D. Jeſu Nave & Gedeon Prophetarum. B. C. V. D. L. In Capua natale s. Priſci * qui fuit unus de antiquis Chriſti diſcipulis. *Alias* qui unus dicitur fuiſſe ex ſeptuaginta duobus diſcipulis. C. V. A. T. L. In * Tudertinis natale Ss. Felicis & Donati. A. L. Apud Senonas depoſitio s. Lupi Epiſcopi & Confeſſoris. T. Romæ depoſitio s. Columbæ Virginis. B. In Carthagine natale Sanctorum duodecim fratrum. A. Eodem die ſanctorum Epiſcoporum Sixti, Sinici atque Jovandi & Firmini Epiſcopi & s. Ægidii Abbatis. B. In Provincia depoſitio s. Ægidii Confeſſoris. L. In loco Vallis quæ dicitur Flaviana, in proſpecta maris, natalis s. Ægidii Abbatis, apud Athenas orti, patre Theodoro, matre Pelaſia. B. Bectancia prima natale Ss. Marciani Epiſcopi, Siſinnii & Amanſi. Cenomanis civitate depoſitio s. Victoris Epiſcopi & Confeſſoris.

* hæc uſque V. C. & B. ubi Capua Aquaria dicitur.
* C. Tude Tertuliani

IV. NONIS. *Vacat Beda.* II

Florus in A. T. L. Lugduno depoſitio s. Juſti epiſcopi & confeſſoris: qui pro quodam fugitivo ejuſdem eccleſiæ, petente primario civitatis, reddito ſupplicioque mortis affecto, ejus ſibi adſcribens ſupplicium; gregem commiſſum, quem magna puritate & modeſtia ac patientia multis rexerat annis, derelinquens, ſe eremo dedit, Domino adhærens & cultoribus ejus, Sancto videlicet Macario Sanctoque Paphnutio: quorum vitæ ac mortis particeps extitit. T. Et in Sicilia natale Felicis & Secundi.

V. C. In Alexandria Theodori. In Antiochia Timothei. Alibi depoſitio s. Juſti. C. Epiſcopi. D. Natale s. Juſti Lugdunenſis

Digitized by Google

A dunenſis Epiſcopi, miræ ſanctitatis & prophetiæ.

Sed hæc omnia in dictis Mss. habentur loco poſteriori, initio autem hæc præmittuntur. In A. T. L. Paſſio Sanctorum Anicet & Fotini fratris ejus. T. qui poſt multiplicia ac ſæva tormenta igni traditi ſunt. In Nicomedia natale Ss. Gorgonii & Theodoræ. A.T.L.B. Eodem die s. Antonini martyris. A.B. Auguſtoduni depoſitio s. Syagrii Epiſcopi & Confeſſoris. B. In Alexandria natale s. Theodori. Lugduni depoſitio s. Juſti Epiſcopi. In Nicomedia Ss. Zenonis, Gorgonii, Monolappi, Theodoræ cum filiis ſuis.

III. ## III. NONAS. *Vacat Beda.*

C.V. Leonis & Marini Confeſſorum. In Aquilegia Syricii * [Euphemiæ] & Ariſton. D. Romæ B. Seraphiæ Virginis ſub Adriano Imperatore ac judice Beryllo. L. In Sicilia natale s. Felicis & apud Stabulaus s. Remacli Epiſcopi Tungrenſis. B. In Alexandria natale s. Ariſtonis Epiſcopi. Et natale Ss. Euphemiæ, Sirici & Ariſtonis cum ſociis eorum. T. Natale s. Juſti Epiſcopi. T.A.B. In provincia Syriæ natale s. Antonini pueri * (annorum duodecim) & s. Areſti Epiſcopi. T. & Confeſſoris. T.A. Et depoſitio s. Euphemiæ, & s. Remacli Epiſc. A. In monaſterio Stabulaus depoſitio s. Remacli Epiſcopi & Confeſſoris.

* in ſolo C.

* in ſolo B.

IV. ## II. NON. *Vacat Beda.*

Florus in A.T.L. In Gallia, civitate Cavalonis natale s. Marcelli Martyris, qui virtutibus coruſcans & in confeſſione Domini conſtanter perſeverans, tempore Antonini ſub Priſco Præſide, medius in terra foſſus conB ſummavit martyrium.

B.V.T.L.C. Romæ * [via Salaria] depoſitio s. Bonifacii Epiſcopi. B. Item Romæ. B.C.V. ad s. Felicitatem, Magni, Caſti, Saturnini. D. Moyſi prophetæ. Apud Ancyram Galatiæ natale Sanctorum Martyrum trium puerorum Rufini, Silvani & Vitalicæ. B. Cavellonis paſſio s. Marcelli Epiſcopi. Treviris natale s. Paulini Epiſcopi.

* in V. C.

V. ## NONIS. *Vacat Beda.*

Florus in A. & T. In Viennenſi civitate paſſio s. Ferioli Martyris qui gladialem ſuſcepit ſententiam ſub Præſide Criſpino. Eodem die depoſitio s. Bertini Confeſſoris & monachi: qui in divinis rebus prudens & in malis ſimplex virtutibus claruit divinis.

V C. In portu Romano Quinti, Taurini, Areſtoſi, Donati, Saturnini, Ingenui. B. Romæ natalis Ss. Taurini & Saturnini. D. Romæ B. Victorini Martyris: fuerunt autem duo fratres Victorinus & Severinus. A. Romæ depoſitio Bonifacii Epiſcopi. L. In vienna paſſio s. Ingenui Epiſcopi. A. T.L.B. In Capua Campaniæ natale Sanctorum Quinti & Donati. B. *Interpone* Arconti.

VI ## VIII. IDUS. Zachariæ Prophetæ.

Ponitur ultimo loco in T. & L. ſecundo in A. alibi primo. D. Et natale s. Oneſiphori Apoſtolorum diſcipuli. B.C.V. A.T.L. Romæ s. Eleutherii Epiſcopi. A.T.L. & [depoſitio] s. Humberti [Confeſſoris Chriſti. *Alias*, Sacerdotis. B. In territo-C rio Cappadociæ civitate Reatea natale s. Cattidi cum ſociis ſuis.

VII ## VII. IDUS. s. Clodaldi Confeſſoris.

Quod Florus in A.T.L. ſic auxit. Eodem die in territorio Pariſiorum vico Novigeoto s. Clodoaldi Confeſſoris & Regis. *Simile quid legitur in B.*

Idem Florus primo loco hoc habet. Aurelianis depoſitio s. Evortii epiſcopi & confeſſoris, qui tempore Conſtantini Imperatoris cauſa requirendorum Fratrum egreſſus, in Aurelianis ingreſſus eſt urbem: ubi tunc clero & populo jejunium triduanum celebrante pro Antiſtite futuro, ab Oſtiario eccleſiæ in hoſpitio receptus, & uſque ad diem tertium pacti jejunii nutu Dei eſt retentus. Confluentibus accerſitis Epiſcopis & populis univerſis ad eccleſiam, ille pariter cum ſuo intravit Oſtiario. Quibus orantibus & Domini miſericordiam præſtolantibus, ecce inſtinctu Dei columba tranſmiſſa per inſertam feneſtram ingreſſa, quaſi lux immenſa fulgens, per totam fere eccleſiam more perſonam inveſtigantis cœpit volitare. Quæ ſpeculata s. Evurtium januæ inhærentem, illico ſuper caput ejus inſedit. Quod ſignum populus admirans, amplius Deo preces fundebat, iterum duplicari ac triplicari miraculum

His ita orantibus, columba tertio venit, tertioque ſuper præfati viri caput inſedit. Hoc indicio cœlitus dato Antiſtes effectus eſt populo Aureliano: cui tantam Dominus contulit gratiam, ut medicinale infirmis remedium, & fatigatis diverſis calamitatibus infinitum præberet beneficium. Nam & in hora confractionis panis cæleſtis, dum de more Sacerdotali Hoſtiam elevatis manibus tertio Deo oblatam benedicendam offerret, ſuper caput ejus velut nubes ſplendida apparuit, & manus de nube exteoſa porrectis digitis oblata benedixit. Quod miraculum ei tantummodo & Subdiacono ejus, ac uni pœnitenti & uni caſtimoniali permiſſum eſt videre. Captivos vero fratres poſt quadraginta annos recepit incolumes. Scriptum in geſtis ejus. D

B.T. In Beneventis paſſio Sanctorum Januarii, Perioli, & Deſiderii. V.C. In Capua Januarii, Deſiderii. Et paſſio Anaſtaſii. D. & B. Joannis apud Nicomediam Diaconi Martyris. B. In Gallia Arelate depoſitio s. Auguſtalis. Eodem die natale s. Reginæ Virginis.

VI. IDUS. Natale Sanctæ Dei genitricis Mariæ. Eodem die in Nicomedia natale s. Adriani Martyris cum aliis viginti tribus. VIII

A. & T. *interiiciunt* & s. Nemeſii. *V. & C. addunt.* Demetrii, Severi cum aliis undecim. L. *mutata phraſi.* Ipſo die in Nicomedia paſſio s. Adriani & comitum ejus: qui paſſi ſunt ſub Maximiano viginti tres numero. B. In Antiochia natale Ss. Timothei, Fauſtini. E

V. IDUS. Natale s. Gregorii.

Addit L. & Dorothei Martyrum. V. C. D. In Sabinis Hyacinthi, Alexandri, Tiburtii. A. Natale s. Gorgonii Martyris, & Tiburtii & depoſitio s. Alexandri. T. Paſſio Beatorum Martyrum Dorothei, atque Gorgonii. T. & depoſitio s. Alexandri. B. In Cæſarea Cappadociæ natale Ss. Fortunati, Ammonii. IX

Florus in A.T.L. Ipſo die Tarvennæ depoſitio s. Audomari Epiſcopi & Confeſſoris * (qui mundo mortuus, Deo vivens, plurimarumque virtutum ſignis pollens Tarvennis urbis populum ad cultum convertit divinum.

* huc uſque L.

IV. IDUS. *Vacat Beda.* X

B.C.V.A.T.L. Romæ depoſitio B. Hilarii Papæ * [per quem Victorinus ordinem Paſchalem ſcripſit. T. A. In Alexandria natale Sanctorum Nemeſii, Ammon, & aliorum octingentorum & * ſex. B. In Alexandria, Ammonis, Orionis, Orioſii & aliorum octogiata ſex. D. Apud Africam natale Sanctorum Epiſcoporum Nemeſiani, Felicis, Lucii. Item Felicis, Litte, Poliani, ſaderie & Dativi. B. In Africa natale Ss. Doletaruli, Tuſci. Valentini. L. Et s. Theodardi Epiſcopi & Martyris, In Santanaco s. Dagoberti Martyris. B. *manu recenti adſcriptum.* Tranſlatio Corporis s. Benedicti Eremitæ. F

* huc uſque B.

* A. quinque

III. IDUS. Romæ Ss. Proti & Hyacinthi: qui erant Eunuchi s. Eugeniæ. XI

Addit Florus in A.T.L. Sed fervore fidei facti ſunt doctores Chriſtianæ legis unde & capitalem ſuſceperunt ſententiam.

A.T.L.B. Lugduno depoſitio s. Patientis Epiſcopi. B. In Alexandria natale Ss. Syri & Serapionis. In Apulia natale Ss. Felicis & Donati. C. Et in portu Urbis Romæ Ingenui.

II. ID. *Vacat Beda.* XII

C.V. In Pamphilia s. Syri, alibi s. Eupli. V. & Serapionis. D. apud Urbem Ticinum, quæ & Papia dicitur, ſanctorum Confeſſorum Syri & Hyventii. B. In civitate Catenae Ss. Eupli & Serapionis Epiſcopi. Lugduno Galliæ depoſitio S. Sacerdotis Epiſcopi. In Pamphilia natale s. Cyrici Epiſcopi & Confeſſoris. A.T. Romæ natale s. Hypoliti. A.T.L. Augeſtaduno depoſitio B. Evantii Epiſcopi. T.L. In Sicilia paſſio Serapionis Epiſcopi & aliorum tredecim.

IDIBUS. *Vacat Beda.* XIII

D. Apud Aegyptum civitate Alexandria B. Philippi Epiſcopi & martyris. C. V. L. A. T. Auguſtiduno depoſitio B. Nectarii Epiſcopi. L. Et Turonis Lictorii Epiſcopi. B. A. T. In

Gallus

A Galliis civitate Turonis depoſitio s. * Lictoris Epiſcopi. Romæ natale s. Dionyſii Epiſcopi. Eodem die * [apud Duacum] depoſitio *alias* tranſitus s. Amati Epiſcopi. B. In Apulia natale Ss. Feliciſſimi & Secundini. In Alexandria natale s. Theophili Epiſcopi. Andegavis civitate depoſitio s. Aucilionis Epiſcopi.

*B. Lidonii. *abeſt a T. & B.

XIV XVIII. KAL. OCT. Romæ natale s. Cornelii Epiſcopi: cui primo os cum plumbatis cæſum, & ſic decollatus eſt cum aliis viginti * & uno promiſcui ſexus: & Cerealis miles cum uxore ſua Saluſtia, quam Cornelius ab infirmitate ſanaverat paſſi ſub Decio. Eodem die natale s. * Cypriani Epiſcopi, qui ſub Valeriano Principe poſt longum exilium, detruncatione capitis martyrium conſummavit ſexto milliario a Carthagine. * Eodem die exaltatio ſanctæ Crucis.

*R. viginti duobus *C. Cyrioni. *deeſt in T. & B.

B. Et depoſitio Ebarci Epiſcopi.

XV XVII. KAL. Natale s. Nicomedis Martyris (*D.* Epiſcopi. L. *addit* & Valeriani) Eodem die s. Apri Epiſcopi (A *&* T *præmittunt*. In civitate Tullo B. *vero*. In territorio Cavillonenſi caſtro Trinorchio) & B Leobini Confeſſoris, *deſunt* Aper *&* Leobinus *in* L.

A. T. Selvagus translatio corporis s. Luciani. Eodem die depoſitio s. Arcadii abbatis: *qui & in L. invenitur*. B. In Alexandria natale trium fratrum Cyrini, Leontii, & Serapionis.

XVI XVI. KAL. Natale s. Euphemiæ Virginis: quæ Martyrizavit ſub Diocletiano Imperatore, Proconſule autem Priſco, in civitate Calcedonia: quæ tormenta & carcerea verbera & argumenta rotarum, ignes & pondera lapidum angularium, beſtias & clavas virgarum, ſerras acutas & ſartagines ignitas, rurſum morſum beſtiæ pro Chriſto ſuperavit, & ad mille paſſus civitatis Calcedonia ſepulta eſt a patre ſuo * Philoſophtone Senatore. Ipſo die natalia Sanctorum * Luciæ & Gemioiani.

*D. Philophrone *D. Lucii

C. B. V. Et alibi s. Emerentianæ *vel* Emerentianis *vel* Emerentianitis.

XVII XV. KAL. Natalis s. * Lamberti Epiſcopi & Martyris. In Britanniis Socratis & Stephani.

* R. C. B. Landeberti

C *Florus in* A. T. L. *præmittit hæc*. In Gallia in villa quæ dicitur Leudagus *& ſubjungit de S. Lamberto*: qui ſectando juſtitiam adeptus eſt Martyrii palmam.

A. T. In Mediolano depoſitio s. Euſtorgii B. In Evidano natale Ss Valeriani, Macrini, & Gurdiani. L. Ipſo die elevatio s. Hyltrudis Virginis.

XVIII XIV. KAL. *Vacat Beda*.

Florus in A. T. L. In territorio Lingonicæ civitatis, monaſterio Segeſtro, depoſitio s. Sigonis Presbyteri & Confeſſoris. Et paſſio Sanctorum Felicis & Conſtantii; qui paſſi ſunt ſub Nerone Imperatore.

B. C. V. in Alexandria s. Tryphimi. In Nicomedia Sanctorum Oceani, Sixti, C. V. Mederei. B. In Mediolano depoſitio s. Euſtorgii Epiſcopi.

XIX XIII. KAL. In Neapoli Campaniæ natale Sanctorum Januarii, Beneventanæ civitatis Epiſcopi: cum Soſio Diacono Meſenatæ civitatis, & Diacono ſuo Feſto, & Lectore ſuo Deſiderio *: qui poſt vincula & carceres capite ſunt cæſi in civitate Puteolana, ſub Diocletiano Principe judice Dracontio. Qui cum ducerentur ad mortem, viderunt inter alios Proculum Puteolanæ civitatis Diaconum, & duos D laicos Eutychen & Acutium; & interrogaverunt quare juſti juberentur occidi; quos Judex ut vidit Chriſtianos juſſit decollari cum illis. Sic omnes ſeptem pariter ſunt decollati. Et tulerunt noctu corpora Chriſtiani; & Neapolitani Januarium poſuerunt juxta civitatem in baſilica, Meſenates Soſium æque in baſilica, Puteolani Proculum & Eutycetum & in baſilica s. Stephani, Acutium Feſtum & Deſiderium Beneventani collegerunt.

*Ms. Laetienſe uſque ad * convenit: deinde aliorum trium ſubjungit nomina.*

V. A. D & natale s. Euſtochii. V. C. alibi depoſitio s. Mariani. B. Treveris civitate depoſitio s. Mileti Epiſcopi.

XII. KAL. In Cyzico natale Sanctorum Fauſtæ Virginis & Evilaſii ſub Maximiano Imperatore: quam idem Evilaſius, cum eſſet primus palatii, juſſit decalvari & radi ad turpitudinem: deinde ſuſpendi ac torqueri: quo tempore coruſcatio de cœlis facta multos miniſtrorum percuſſit. Deinde juſſit loculos afferri & eam immiſſam ac fixam quaſi lignum ſecari mediam: E ſed eam carnifices ferris lædere non valebant. Quæ inter ſtupens Evilaſius Chriſto credere cœpit; & hoc ubi Imperatori nuntiatum eſt, miſit Præfectum, qui eum ſuſpenſum fortiter torqueret. Qui etiam juſſit Fauſtam nudam & ſine * mavorte educi de carcere, & ei caput terebrari ac clavis configi. Cui poſtmodum non ſolum caput, & facies, ſed & pectus & totum corpus uſque ad tibias clavis impletum eſt. Poſt hæc ſartaginem juſſit igniri: ſed hæc illa pſallente refriguit. Hæc inter veniens vox de cœlo vocavit eos & ſic tradiderunt ſpiritum. Erat autem Fauſta annorum * tredecim & Evilaſius * octoginta. XX

* A. B. V. Maforte * O. xvi. B. xii. * V. C. lxx.

C. B. V. D. T. A. Vigilia s. Matthæi apoſtoli & Evangeliſtæ. a. In Noceria natale Ss. Felicis & Conſtantiæ: qui paſſi ſunt ſub Nerone impiiſſimo Imperatore.

XI. KAL. Natalis s. Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ. XXI

F *Florus præponit in* A. T. L. in Perſida *& ſubjungit*: qui orans a tergo gladio percutitur. Et occubuit. B. qui paſſus eſt in civitate Tharim.

V. C. Alibi s. Vincentii Martyris. a. & paſſio s. Alexandri Epiſcopi. B. In Mediolano natale s. Victoris Martyris.

X. KAL. Sanctorum Martyrum Thebeorum Mauricii, Candidi Exuperii * Victoris *addit* R. cum aliis VI. CIↃ. octuaginta quinque Martyribus. XXII

* huc uſque R.

Quæ a Floro in A. T. L. *ſic explicantur*, cum ſociis quorum omnium numerus ſex millia ſexcenti ſexaginta ſex fuiſſe dicitur qui pro Chriſti nomine omnes pariter juſſu Maximiani Cæſaris gladio ſunt interfecti: *& præmittitur*. Apud Agaunum paſſio &c.

V. *poſt* Victoris, *addit* Innocentii, Vitalis [qui etiam nominantur in A. & C.] cum ſociis * ſeptem. *C. ſex.

B. *plenius*, *ſic ut propterea credi poſſet hoc martyrologium ad uſum Agaunenſis monaſterii, aut alterius eamdem tenentis Regulam ſcriptum fuiſſe*. In Gallis Sedunis, civitate Sancto Dorovallenſe, loco Agauno, paſſio Sanctorum Thebæorum Martyrum Mauricii, Exuperii, Candidi, Innocentii, Victoris & Vitalis cum ſociis eorum ſex millibus ſexcentis ſexaginta ſex, ſub Diocletiano & Maximiano. Hi accincti venerunt in auxilium Maximiliano, cum deſtinaretur in perſecutionem Chriſtianorum. Et cum non ſolum idolis ſacrificare, ſed etiam

iam

A iam Chriſtianos perſeqoi recuſarent, ſecondo & tertio decimati ſont. Sed conſentio iates eos otiius, qua obvium ſa quiſque præbens, optat eſſe decimus. Ad ultimom tertio cauſa juſtitiæ, ſed depoſitis armis, cervices perſecutoribus præbentes, vel inteſtum corpus offerentes, ipſum ſolum reminiſcentes confitesi, qui ad occiſionem ductus eſt tamquam agnus & non aperuit os ſuum; ipſi quoque tamquam grex dominicus laniari ſe permiſerunt, & tamquam ab irruentibus lupis paſſi ſunt. Victor autem ſenex, qui nec legionis illius fuit, fatigatus in itinere ad contaminatum cædibus locum ductus eſt, & dum ad epulas pro ætatis veneratione rogaretus, & cauſſam interemptorum corporum cognoviſſet, deteſtatus convivas & convivium, ſtatim profanorum turba vallatus, quæ, otrum Chriſtianus eſſet, reſpondere minaciter jubet: Mox confeſſus Chriſtum junctus eſt Martyribus.

V. Romæ s. Dignæ & Meritæ. B. Romæ natale s. Babillæ & s. Dignæ & Meritæ.

XXIII IX. KAL. Natale s. Soſii Diaconi Meſenatæ civitatis in Campania: qui, cum eſſet annorum triginta, martyrium cum B. Januario Beneventi Epiſcopo capitis decollatione ſuſcepit tempore Diocletiani Imperatoris. * Is, cum tempore (* huc uſque L.) quodam Evangelium legeret in eccleſia Meſenatæ civitatis, præſente Epiſcopo Januario, frequenter enim eum pro ſanctitate & prudentia ejus viſitare conſueverat) vidit ſu- B bito idem Epiſcopus de capite ejus flammam exurgere, quam nemo alius vidit; & prænuntiavit eum Martyrem futurum. Et poſt non multos dies idem Diaconus tentus & in carcerem miſſus eſt, Ad quem viſitandum cum veniſſet Epiſcopus cum Diacono ſuo Feſto & Lectore ſuo Deſiderio, & ipſe cum eo ſimul tentus, ac pariter omnes, cum aliis tribus, occiſi ſunt. Eodem die natale s. Theclæ Virginis in Oriente in Iconio civitate: quæ a Paulo Apoſtolo inſtructa in confeſſione Chriſti, ignes ac beſtias devicit; & poſt multa certamina ad doctrinas multorum, veniens Seleuciam requievit in pace.

Florus in A. T. L. Eodem die Romæ s. Lini Papæ & Martyris: qui ſecundus poſt Petrum Romanam eccleſiam novem annis regens, tempore Neronis Martyrio coronatus eſt.

V. C. Romæ depoſitio s. Liberii Epiſcopi.

XXIV VIII. KAL. Conceptio s. Joannis Bapti- C ſtæ. Et in Auguſtoduno natale s. Andochii Presbyteri, Thyrſi Diaconi, & Felicis: qui a s. Polycarpo ab Oriente directi ad docendum Galliam ſub Aureliano Principe ſunt glorioſiſſime coronati. Si quidem flagellis cæſi, in ultimo tota die inverſis manibus ſuſpenſi, in ignem miſſi, ſed non combuſti, tandem vectibus colla feriuntur. Ubi Symphorianus, tunc viginti annorum, qui poſtea paſſus eſt, ſemper vigilias & orationes agebat.

B. C. V. Alibi depoſitio Ruſtici Epiſcopi. T. L. Eodem die Lugdono depoſitio s. Lupi Epiſcopi. B. Et reverſio ſanctæ Crucis.

XXV VII. KAL. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. In Ambianis civitate, depoſitio s. Firmini Epiſcopi & Martyris: qui tempore Diocletiani & Maximiani Imperatorum patriam parenteſque relinquens, Galliarum confinia aggreſſus, Arvernorum, Andegavenſium, Beluacenſium atque Ambianenſium D populum, multitudine prædicationis & miraculis effulgens, convertit. Ubi & pro Chriſto paſſus eſt, & inſidias perſecutorum plurimas ſuſtinuit. Hinc a Sebaſtiano Præfecto comprehenſus, poſt vincula & dira flagella cuſtodiæ traditus, clam noctis ſilentio in carcere eſt decollatus.

B. V. C. In Aſia Sanctorum Eucarpi & Bardoniani: & alii viginti ſex. B. Et alibi depoſitio s. Firmini Epiſcopi. D. L. Natale s. Cleophæ, cui Dominus in reſurrectione tertius apparuit.

VI. KAL. Sanctorum Martyrum Cypriani Epiſcopi & Juſtinæ: quorum Juſtina ſub Diocletiano multa propter Chriſtum perpeſſa, ipſum quoque Cyprianum, cum eſſet Magus, & magiis ſuis eam dementare conaretur, convertit ad Chriſtum: cum quo, poſtea jam Epiſcopo & nobili doctore facto, martyrizavit ſub Claudio Principe. XXVI

B. V. C. Romæ depoſitio s. Euſebii Epiſcopi & Confeſſoris. B. Alvernis depoſitio s. Apollinaris Epiſcopi.

V. KAL. Natale Ss. Coſmæ & Damiani ſub perſecutione Diocletiani, Præſide ejus Lyſia, in civitate Ægea: qui poſt multa tormenta, vincula & carceres toleratos, mare & ignes, crucem, lapidationem & ſagittas divinitus ſuperatas, capite plectuntur. XXVII E

Addit L. Cum fratribus Antimo, Leontio, & Euprepio.

Florus in A. T. L. Ipſa die natale s. Timothei diſcipuli Pauli, quem idem Vas electionis puerum aſſumens, omnem eccleſiaſticam diſciplinam docuit, & cum manus impoſitione accommodabilem eccleſiis fecit. Hic pudicus & virgo permanens, apud Epheſum in monte, qui vocatur Pion, cum magno honore ſepultus quieſcit.

L. *primo loco.* Natale s. Hyltrudis Virginis quæ amore Chriſti ſponſum in terris fugiens, ei quem elegerat viriliter adhæſit, bonumque propoſitum laudabili fine concluſit. V. C. Et in Epheſo s. Timothei ad quem Paulus Apoſtolus ſcripſit Epiſtolas. B. In Tarſo Ciliciæ paſſio Ss. Taraci, Probi, & Andronici.

IV. KAL. *Vacat Beda.* XXVIII

D. Hiſpaniis Corduba Ss. Fauſti, Januarii & Martialis. V. C. In Africa Ss. Martialis, * Lauti. Romæ s. * Stacteï. Et in monaſterio Domini Salvatoris dedicatio baſilicæ B. Petri Apoſtoli. A. T. L. In Africa natale Ss. Martialis, Laurentii, Fauſtini, & Candidi. T. L. Eodem die Exuperii Epiſcopi. A. T. In Gallia civitate Genua depoſitio s. Salonii Epiſcopi & Confeſſoris. T. Eodem die Romæ paſſio s. Stactei. Autiſſiodoro depoſitio s. Alodii Epiſcopi. B. Romæ natalis s. Juſtini Presbyteri. In Africa natalis Ss. Martialis, Maxii, Fauſtini. Autiſſiodoro depoſitio Fraterni Epiſcopi. (* C. Laurentii * V. Stracti) F

III. KAL. Dedicatio eccleſiæ Sancti Angeli Michaelis. XXIX

Plenius V. & C. Romæ via Salaria milliario ſeptimo) * dedicatio baſilicæ ſancti Archangeli Michaelis vel in monte qui dicitur Garganus, ubi multa mirabilia Deus oſtendit. (* huc uſque deeſt in C.)

A. T. L. Autiſſiodoro depoſitio s. Fraterni Epiſcopi. B. Alibi natalis Ss. Soſii, Januarii.

II. KAL. In Bethleem Juda depoſitio s. Hieronymi Presbyteri: † qui obiit anno nonageſimo * (primo. XXX (* deeſt in B.)

Florus in A. T. L. *ad ſignum † hæc interpoſuit:* qui ſanctæ eccleſiæ ſuo labore multa contulit: huic enim mundus crucifixus fuit & ille mundo, obiitque &c.

V. C. In Placentia civitate s. Antonini. V. C. A. In Mediolano translatio Corporis s. Victoris Martyris. L. & T. ipſo die natale Sanctorum Victoris & Urſi Martyrum. C. Romæ paſſio s. Sophiæ cum tribus filiabus ſuis Piſtis, Elpis, & Agapis. B. Et Ss. Piſtis, Elpis, Agapis, Sophiæ.

A D

O C T O B E R.

I KALENDIS Feſtivitas s. Remigii Remis civitate.

Florus in A.T.L. Eliſſipona civitate paſſio Sanctorum Veriſſimi, Maaimi &* Juliæ qui paſſi ſunt ſub Datiano Præſide. Quorum Datianus confeſſione comperta, parari ſecretarium jubet & intromitti lictores, caeudi martyres, admoveri verbera, colligari ungulas, exponi aculeos, & tendiculas imperavit. Et, cum nihil horum Dei famulos aut terruit promiſſum aut ſuperavit appoſitum, gladio tandem conſummantur.

* A. Julii

A. T. Ipſo die in pago Mediatenſe natale s. Piatonis Martyris. A.T.L. Treviris civitate depoſitio s. Nicetii Epiſcopi, V. C. Antiſiodoro depoſitio s. Germani Epiſcopi & Confeſſoris. B. Et alibi Vedaſti, Bavonis & Pictonis. In civitate Tumis natale Ss. Priſci, Creſcenti, Evagri. Et s. Maloei.

II VI. NONAS. *Vacat Beda.*

Florus in A.T.L. In Gallia paſſio s. Leodegarii epiſcopi & martyris, qui juſſu Ebroini (qui ante monachus, tunc Major-domus extitit) oculis & lingua privatur, ſed fame non tollitur: & poſtea magna inopia * trucidatus, noviſſime enſe ſuſcepto plectitur caput.

B

* antrucidatos?

Supplementum deeſt in D. manu autem recentiori inſcriptum eſt Natale s. Leudegarii Martyris. B.V.C. In Antiochia Primi, Quirilli [& * Secundiani] Romæ s. Euſebii Epiſcopi. Alibi * [Felicis & Caſti. In pago Pictavenſi] depoſitio Leodegarii Epiſcopi & Confeſſoris.

** hæc in ſolo B.

T. Romæ via Appia depoſitio Euſebii Epiſcopi & Beati Epiſcopi. B. In Nicomedia s. Eleutherii.

III V. NONAS: Apud antiquos Saxones natale duorum Evvaldorum Presbyterorum, qui cum Vvillibrordo Epiſcopo venientes in Germaniam, tranſierunt ad Saxones: & cum ibi prædicare Chriſtum cœpiſſent, comprehenſi ſunt a Paganis & ſic occiſi; ad quorum corpora multa diu lux apparens, & ubi eſſent & cujus eſſent meriti, declaravit.

* C. Eliuſ

C.V. In Africa Victoris, Urbani. V.C.B. Alibi * Felicis & Caſti. A. In Africa natale *Ss* Victoris Felicis & Caſti. T. In Africa natale *Ss.* Victoris Felicis & Caſti. Et s. Dionyſii Epiſcopi & Martyris. *Et hæc utrobique primo loco quoad Africanos: in A. ad calcem ponitur*, Eodem die Paſſio s. Dionyſii Epiſcopi. B. In Antiochia natalis s. Theogenis. In pago Pictavenſi paſſio s. Leodegarii Martyris.

IV G IV. NONAS. *Vacat Beda.*

* deeſt in C.

B.V.C. In Ægypto Marci & Marciani. V. C. Alibi Marcelli Epiſcopi. V. & depoſitio Marſi Epiſcopi. B.C. * Autiſſiodoro] depoſitio Marci Presbyteri. In Africa Mantuſii, Reſtituti. D. Apud Corinthum Criſpi & Gaii: quorum meminit Apoſtolus Corinthiis ſcribens. B. In Anaiopoli natale s. Claſſi. A.T.L. In Africa natale Sanctorum Reſtituti & s. Marcelli Epiſcopi. Autiſſiodoro depoſitio s. Marci presbyteri. L. Et natale s. Franciſci Confeſſoris.

V III. NONAS. *Vacat Beda.*

V.C. In Sicilia Placidi Eutici & alii triginta. Alibi Victorini, Fauſti. D. Apud Siciliam Ss. Placidi Eutychii & aliorum triginta. B.A.T.L. In * Gallia civitate Valentiæ depoſitio Apollinaris Epiſcopi * [Antiſiodoro depoſitio Sanctorum * [germanorum] Firmati Diaconi] & s. Flavinæ, *vel* Flaviæ *vel* Flavianæ Virginis.

* B. in Africa
* hæc deſunt in L.
* eſt in ſolo B.

VI II. NON. *Vacat Beda.*

* C. Fauſti & Marci Ab.

V.C. Romæ depoſitio Marci Epiſcopi. Et in Africa Rogati, Saturnini, Januarii, * Fauſtini, & Marcialis. B. Eodem die paſſio Ss. Fauſti, Januarii & Marcialis. B. D. Apud Capuam Sanctorum Marcelli, Caſti, Æmilii, Saturnini. *Et obſerva frequentius aliquoties recurriſſe ut ubi Vaticanum & s. Cyriaci habens Africam, Divionenſe legas Capuam, ne fortaſſis alicubi Carthago ſcripta fuerit.*

A.T. Romæ depoſitio s. Marci Epiſcopi. Capua natale Sanctorum Caſti, & Saturnini. A.T.B. Autiſiodoro depoſitio s. Romani Epiſcopi. In Aginno s. Fidis Martyris. T. Sociorumque ejus Capraſii, Primi & Feliciani. B Romæ natale s. Balbinæ. L. In Capua natale *Ss.* Caſti & Saturnini. Et in Agenna s. Fidis Virginis.

NONIS Natalis s. Marci Papæ, Ipſo die natalis S. Lini Papæ. VII

Abeſt poſtremus a Mss. A.T.L.

V. C.B. Et Ss. Sergii & Bacchi. In Capua Quarti & Marcellini. L. Et *Ss.* Marcelli & Apulei Martyrum.

A.T. Romæ depoſitio s. Marci Papæ. Ipſo die natale *Ss.* Sergii & Bacchi martyrum. A.T.B. Bituricas civitate depoſitio s. * Auguſtini Epiſcopi & Confeſſoris. A.T. Eodem die natale *Ss.* Marcelli & Apulei.

* B. Auguſtalis

VIII. IDUS. *Vacat Beda & ſuppl. Div.* VIII

B.V.C. In Antiochia Dionyſii * [Epiſcopi] Januarii, Fauſtini * [martyrum: Martialis] * Privati. A.T. In Antiochia civitate natale Ss. Januarii, Privati & s. Fauſtini martyrum. A. L. In Antiniaco s. Benedictæ martyris. In Cæſarea Palæſtinæ paſſio s. Reparatæ Virginis. A. In Hunulfi-curte depoſitio s. Valeriæ Virginis. Ipſo die in Dommino natale s. Ragenfredis Virginis. T. Eodem die natale ſanctarum Virginum Ranghenfledis & Benedictæ martyris. B. Eodem die natale *Ss.* Marcelli & Apulei.

* deeſt in B.
* deeſt in C.
* deeſt in B.

VII. IDUS. In Pariſiis natale Sanctorum Martyrum Dionyſii Epiſcopi, Ruſtici & Eleutherii. IX E

Additur in A. *&* T. Qui Trinitatem confitentes trino glorioſe meruerunt coronari martyrio. *Aſt in* L. qui poſt nimia tormenta ſecuribus ſubmiſerunt colla tempore Domitiani Principis.

Eodem die in Colonia Gereon Martyris cum aliis trecentis quindecim.

Ut eſt in R. et in D. ſeptemdecim: *in Barberiniano & s. Cyriaci* 318. *in V.* decem & octo. *Abſunt omnia ab* A. T. L. *dubia igitur nobis ſunt.*

C. & V. Eodem die s. Domnini martyris. B. Romæ natalis *Ss.* Marcelliani, Gennini, Nivii. Et inter duas lauros natale s. Primion.

VI. IDUS Paſſio s. Victoris Martyris. Et in Britannia * Paulini Epiſcopi Eburaci. X

* B. Cr Pon..

Sed deeſt Victor *in A. & T. Mss.* & ultimo loco ponitur Paulinus *hæc enim præmittuntur in* A. & T. In Africa natale Ss. Venuſti, Creſcentii, & s. Victoris martyris. In Colonia quæ vocatur Agrippina natale Cereonis martyris cum aliis trecentis & octodecim. *Quæ poſtrema Flori eſſe videntur; habenturque etiam in L. ubi ultimo loco eſt ſolus* Victor.

V. Maloſi cum aliis trecentis triginta. B. In Africa natale Ss. Euſebii, Eraclii, Dionyſii. Et alibi Maluſii cum aliis trecentis & triginta. F

V. IDUS. *Vacat Beda.* XI

Florus in A.T.L. Turonis depoſitio s. Venantii Abbatis & Confeſſoris, viri magnificæ ſanctitatis: qui multis infirmis in corpore poſitus opem commodavit.

C.V. Sancti Tanaſii Presbyteri, Ampodi, Fauſti, Januarii, V. Marcelli. C. Martialis. D. Apud Tharſum metropolim martyrum Taraci, Probi, & Andronici: qui perſecutione Diocletiani martyrizati ſunt. A.T. *primo loco.* In Antiochia natale s. Athanaſii Epiſcopi, Eraclii, & Placidi. T. In Colonia quæ vocatur Agrippina ſuper fluvium Rheni natale s. Maluſii cum aliis trecentis triginta *L. ultimo loco* & In Antiochia paſſio Eracli & Placidi. B. In Acervo Siciliæ natale Ss. Thanaſii Presbyteri, Placidi, Martialis. Antiochiæ natale s. Heraclii.

IV. IDUS. *Vacat Beda.* XII

B.V.C. In Provincia Syriæ Sanctorum. V.B. Evagri, * Proſeriæ Romæ * Cœleſtini Saturi. C. Evagri & Seriæ Romæ Cœleſtis. B. In Ægypto s. Euſtaſii Presbyteri. D. Apud Africam ſanctorum Confeſſorum & martyrum quatuor millium nongentorum ſeptuaginta ſex. A.T.B. In Campania natale Ss. Eucharisti & Fortunati. B. Priſciani. A. T. Romæ depoſitio Ss. Saturi & Cœleſti. T. In Ravenna natale s. Edeſti. L. In Ravenna paſſio s. Ediſti. Et Romæ paſſio s. Saturi. B. Bitarice s. Opinionis Presbyteri.

* B. Proſyrio
* B. Cœleſti.

III. IDUS.

A XIII **III. IDUS.** *Vacat Beda.*

V.C. In Spania Fauſti, Marciæ. Alibi Adriani. Alexandriæ Athenaſii Epiſcopi. B. In Hiſpania Gordoba civitate Fauſti & Merciæ. Turonis depoſitio s. Venentii Abbatis & Confeſſoris. D. s. Polycarpi diſcipuli Pauli apud Troadem. B. A. T. L. Calcedonia natale Ss. Adriani *[Januarii] & Marcelli. T. L. In Hiſpania paſſio Ss. Fauſti & Ruſtici. T. *primo loco* Natale s. Geraldi Confeſſoris. (*adeſt B.)

XIV **II. IDUS.** Natale s. Calixti Papæ: qui in perſecutione Alexandri Imperatoris diutius fame cruciatus & quotidie fuſtibus cæſus, per viſionem a Presbytero ſuo Calepodio, qui antea martyrium conſummaverat, conſortatus & conſolatus eſt: qui in carcere eodem poſitus quemdam militem, nomine Privatum, ab ulcerum dolore ac fœditate ſimul & ab infidelitate curavit. Quod audiens Alexander, ipſum quidem militem fecit plumbatis deficere: beatum vero Caliſtum per feneſtram domus præcipitari: & ligato ad collum ejus ſaxo in puteum demergi, & in eum per rudera tumulari.
B Poſt dies vero ſeptemdecim Presbyter ejus Aſterius, cum Clericis noctu veniens, levavit corpus, & ſepelivit in cœmeterio Calepodii* Pridie Idus Octobris. (* deeſt D & R.)

Addit V.C. ſic obiit.

A. Eodem die depoſitio s. Donatiani Epiſcopi. B. Corduba civitate natale Ss. Lupi & Aureliæ.

XV **IDIBUS.** *Vacat Beda.*

V. Ss. Maurorum de militibus & s. Legadiæ. *Aſt* C. de militibus & s. Gaidæ Virginis. D. Tranſitus s. Juſti in eremo, Lugdunenſis Epiſcopi. B. Romæ natale s. Fortunatæ. A. T. L. Romæ paſſio s. Silvani martyris & s. Fortunati. In Colonia Agrippina natale Ss. Maurorum de militibus [*ſed ne habet L.*] Maurorum martyrum innumerorum. B. In Gallia Colonia Agrippinenſi natale Ss. Maurorum de militibus. Eodem die natale Savinæ.

XVI **XVII. KAL. NOVEMB.** *Vacat Beda.*

V.C. depoſitio s. Galli Confeſſoris. Et aliorum pariter ducentorum* ſeptuaginta. D. Ss. Martyrum Marciani & Saturiani cum duobus fratribus eorum & aliorum ducentorum ſeptuaginta. A. T. L. In Africa paſſio Ss. martyrum ſeptingentorum ſexaginta. A. T. Et natale s. Saturnini & Nerei. T. & L. In Noviomo civitate depoſitio s. Mummolini Confeſſoris. *Aſt primo loco in* T. natale s. Juliani Confeſſoris. B. In Africa
C paſſio Ss. Cerceæ & aliorum ducenti ſeptuaginta. Et alibi Saturnini, Nerei. Et depoſitio s. Galli confeſſoris. Berarii confeſſoris. In Nicomedia natale Ss. Alexandri, Victorii, Et paſſio Silvani. (* C. Octoginta)

XVII **XVI. KAL.** *Vacat Beda.*

C.V. In Nicomedia Alexandri. Alibi Mauriani, * Creſcentiani, * Tatini, Donati. D. Marthæ ſororis Lazari & Ariſtionis qui fuit unus de ſeptuaginta Chriſti diſcipulis. A. T. L. In Mauritania natale Ss. Donati. Nobilitani, Creſcentiani, Deſenſoris & Ruſticiani. *Sed deeſt* Nobilitanus *in* L. & A. *item in hoc* Creſcentianus. B. In Mauritania Ss. Nabilocti, Socrati, Venerii, Primæ, Donatæ, Victoriæ, Baſillæ. (** C. Creſcentii, Ruſſinianii)

XVIII **XV. KAL.** Natale s. Lucæ Evangeliſtæ: Hic Syrus Antiochenſis, arte medicus, diſcipulus Apoſtolorum, poſtea Paulum ſecutus eſt, uſque ad confeſſionem ejus, ſerviens Domino ſine crimine. Nam neque uxorem unquam habens neque filios, ſeptuaginta quatuor annorum obiit in Bithynia plenus Spiritu ſancto. Romæ s. Triphoniæ uxoris Decii Cæſaris, quæ, viro ſuo poſt interfectionem Beatorum Sixti & Laurentii divinitus punito, petiit baptizari cum Cyrilla a Juſtino Presbytero, & alia die eſt defuncta, ac juxta s. Hippolytum in crypta ſepulta.

B. In Auxiopoli natale Ss. Hermetis & Taxii. In Campania civitate Puteoli, Januarii, Eutici. Et alibi Victricis, Mercialis. D

XIX **XIV. KAL.** *Vacat Beda.*

B. V. C. In Oſtia * Aſterii. Neapoli Ss. *[Januarii] Feſti ac Deſiderii. D. Lucæ Evangeliſtæ & Aſclepiadis Antiocheni Epiſcopi. A. T. In Hoſtia natale Ss. Januarii, Faſti, & Deſiderii. T. Eodem die natale Ss. martyrum Saviniani & Potentiani ſociorumque eorum. A. Eodem die Duaco s. Amati Senonum Archiepiſcopi. T. L. & depoſitio s. Amati Epiſcopi & confeſſoris. Turonis depoſitio s. Columbani Abbatis. T. A. Et in Antiochia *[Syriæ] paſſio Ss. Pelagii & * Beronicæ. B. In civitate Puteoli, Proculi & Niceæ matris ejus. (* B. C. Auſteri. * deeſt B. * deeſt T. * B. Beronicl)

XX **XIII. KAL.** *Vacat Beda.*

B. V. C. In Puteolis Soſimi, Januarii * Dorotheæ. V. C. Alibi * Utici, Marcellini. A. T. L. natale Ss. Euticii, Lucii, Marcelliani. B. In Nicomedia Eutici, Promati, Lucii, Marcellini. D. Antiochia Beronæ, Pelegiæ & aliorum quadraginta novem. B. Romæ natale Aſterii Presbyteri. A. T. L. In Agino paſſio s. Caprafii martyris. B. *præmittit.* In Galliis. (* V. *Dorotheæ.* * C. *Euti.*)

XXI **XII. KAL.** Sancti Patris noſtri Hilarionis, cujus Vitam Hieronymus virtutibus plenam ſcripſit. Eodem die natale s. Aſterii, Presbyteri Calixti: qui cum corpus ejus elevatum de puteo ſepeliſſet, poſt dies ſex audiens hoc Alexander Imperator, præcepit eum per pontem præcipitari; cujus corpus inventum eſt, & a quibuſdam Chriſtianis in eadem civitate ſepultum. Scriptum in paſſione s. Calixti Papæ. E

A. T. L. In Colonia Agrippina paſſio Ss. undecim millium virginum. *Et hæc primo loco cum aliqua diverſitate: ultimo autem loco in L. additur.* Et s. Ciliniæ. B. In Nicea Bithyniæ natale Macharii, Proculi, Modeſti cum aliis ducentis ſeptuaginta. Lugduni Galliæ natale B. Viatoris pueri & diſcipuli s. Juſti Epiſcopi, In Africa Modeſti, Eutici.

XXII **XI. KAL.** *Vacat Beda.*

V. C. In * Adrianopoli Severi, Philippi Epiſcopi, Euſebii, Hermetis. B. In Thracia natale s. Severi. In Adrianopoli Philippi Epiſcopi, Euſebii, Hermetis. T. Thracia natale Ss. Hermetis, Euſebii & s. Philippi Epiſcopi. L. In Thracia natale Philippi Epiſcopi, & Severi Presbyteri, & Hermetis Diaconi. A. Thracia natale Ss. Ermetis, Euſebii & s. Philippiani. Eodem die paſſio s. Gecriani martyris, & depoſitio s. Anbodi Epiſcopi. B. Alibi paſſio s. Leugari Martyris. D. Antiochia Theodoriti Presbyteri. (* C. *Joanopoli* ſed x kal. hi ponuntur)

XXIII **X. KAL.** *Vacat Beda.* F

C. V. B. In Adrianopoli Severi, Dorothei. C. *die præcedenti* In Trajanopoli Severi Epiſcopi, Dorothei, & s. Oreſti. D. Vanuſia Felicis Epiſcopi Tubzocenſis & Audacti & Januarii Presbyterorum. A. T. natale Ss. Severini, Dorothei & Victoris. In territorio Cadeneo paſſio Ss. Servandi, & Germani: qui ob confeſſionem Domini juſſu Viatoris Præfecti juſſi ſunt decollari. A. Eodem die depoſitio s. Romani Rothomagenſis Archiepiſcopi. T. B. Ipſo die in Cæſarea Cappadociæ natale Longini. B. In Cæſarea Cappadociæ s. Serenſi & alibi s. Longini. L. In Cæſarea Cappadociæ paſſio Ss. Longini, Severi, Victoris, & Dorothei. Et s. Severini Colonienſis Archiep.

XXIV **IX. KAL.** *Vacat Beda:*

Vacat etiam Divionenſe Ms. niſi quod ex ſequenti die de XLVI. militibus hic poſita ſuo deinde loco in Beda contexta repetantur. B. V. C. In Nicomedia Vitalis, Felicis, Rogati * [Victoriæ] Flaviani, * [Victoris] A. T. L. Nicomedia natale Rogati, Flaviani & Vitalis. T. L. *addunt* Felicis, Papperii. B. Hierapoli Phrygiæ natale Ss. Claudiani, Eleutherii, Juſti & Victoris. (* abſunt a B.)

XXV **VIII. KAL.** Sueſſiones natale Sanctorum Martyrum Criſpini & Criſpiniani:

Addit Florus in A. T. L. quos Rictionarus Præfectus juſſu Maximini Imperatoris comprehendens, cum idolis ſacrificare nollent, fecit a trochleis extendi & fuſtibus cædi: deinde in ungulis eorum ſudes mitti: & de dorſo ſingulorum ſingulas corrigias ablatis, eorum colla molis ſuſpenſis in fluvium demergi: ac plumbo ignito & pice ferventi & oleo concremari. Qui in

A cunctis deatera Chriſti protecti, & Rictiovaro Præfecto in his ultione divina interempto, præcipitante Maximiano Imperatore gladio ſunt trucidati. Quorum corpora Angelo monente quidam ſenex nocte in navicula contra undam fluminis leviter vehens, clam ſepelivit.

Ipſo die Romæ via Salaria natale quadraginta ſex Militum, qui ſimul baptizati a Dionyſio Papa, & mox jubente Claudio Imperatore decollati ſunt. Ubi ſunt poſiti & alii Martyres centum viginti unus; inter quos fuerunt quatuor milites Chriſti Theodotius, Lucius, Marcus, & Petrus. Scriptum in paſſione s. Xiſti.

A.T. Eodem die in pago Viromanduenſi dedicatio eccleſiæ s. Quintini & tranſlatio corporis ipſius. C. Romæ Ss. Chryſanthi & Dariæ. B. Tranſlatio s. Bartholomæi de inſula Lippari in Benevento. Eodem die Griſanti & Dariæ. In Italia civitate Florentia paſſio s. Miniati Martyris cum ſociis ſuis. Eodem die paſſio Ss. Luciani & Marciani.

XXVI VII. KAL. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Nicomediæ natalis Ss. martyrum Marciani, Flori & Luciani: qui tempore Decii Imperatoris igni traditi ſunt ſub Sabino Proconſule.

B B.V.C. In Nicomedia Luciani, Marciani, * Flori, * Eraclii. B. Tutti, Florini. D. Alchela civitate Vincentii, Sabini, & Chriſtetæ. A. T. L. Eodem die Elnone monaſterio tranſlatio corporis s. Amandi & dedicatio Eccleſiæ ipſius. B. Et Amandi Epiſcopi & Confeſſoris.

*V. Flora *C. Eradii

XXVII VI. KAL. *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Romæ s. Evariſti, qui ſeatus poſt Petrum annis novem, menſibus undecim, eccleſiam Romanam regens, temporibus Domitiani & Nervæ martyrio coronatur.

B.C.D.V.A.T.L. Vigilia Apoſtolorum Simonis & Thadæi. C.V. In Africa Polycarpi. V. Romæ Marciani, Luciani, Marciani, Floriani, Lucii. Alibi s. Florentii. C. Romæ Marciani, Lucii, Florentii. A.T.L. In Sardinia Ss. Victi, Proti & Florentii. T. Maſlinas monaſterio natale s. Romualdi Martyris. L. Ipſo die s. Rictrudis. B. natale s. Maximiani, Lucii, Victi. In Sardinia natale s. Florini. In Phrygia Ss. Taſi, Polycarpi, Gagii, Metrobi, Eumeniæ.

XXVIII V. KAL. Natale Sanctorum Apoſtolorum Simeonis & Thadei.

Additur in A.T.L. qui a templorum Pontificibus occiſi ſunt in Suanis civitate magna apud Perſidam. B. In civitate magna Silantiis apud Perſidam.

Et Romæ s. Cyrillæ filiæ Decii Cæſaris, quæ ſub Claudio Principe jugulata & necata eſt gladio: & ſepulta a Juſtino Presbytero cum matre ſua juxta s. Hippolitum.

C

Florus in A.T.L. Ipſo die paſſio Ss. Vincentii, Sabinæ & Chriſtetæ: qui paſſi ſunt in urbe Avila. Qui ſinguli latim ſurſum ac deorſum in eculeo ſunt extenſi, divaricatis membrorum compagibus, & diſſipati verberibus. Et cum nec ſic deficerent, colla lapidibus ſuppoſita, fuſte deſuper crebro illiſo, tali martyrio conſummati, pariter animas tradiderunt.

B. In Carthagine s. Suffratiani & s. Rituti Confeſſoris.

XXIX IV. KAL. *Vacat Beda.*

Florus in A.T.L. Eodem die natale s. Pontiani Papæ & martyris; qui ab Alexandro Imperatore ſub Conſulibus Severo & Quintiano cum Hypolito Presbytero, exilio in inſula Sardiniæ Bucina deportatus, martyrium conſummavit. Scriptum in libro Epiſcoporum.

B.V.C. In Lucania s. Sacindti, * Quinti, Feliciani & Lucii. C. Et natalis s. Euphroſynæ. A.T.L. In Lucania ss. Luciani Quinti & s. Feliciani Martyris. T. *primo loco* Natale s. Theudeſii Confeſſoris. D. Narciſſi Hieraſolymorum Epiſcopi. D

* B. Quintiani

XXX III. KAL. *Vacat Beda.*

V.C. In Nicomedia Januarii, Marcialis. B.V.C.D. Et in Africa paſſio Ss. martyrum ducentorum * viginti. B. In Nicomedia ss. Calendinnis, Martialis, Theophili. D. Civitate Tingitana paſſio s. Marcelli Centucionis. B. Et alibi paſſio s. Feliciani cum ſociis ſuis. Eodem die paſſio s. Marcelli Martyris. A.T.L. Paſſio s. Marcelli: qui amputatione capitis martyrium conſummavit juſſu Agricolani Principis. [*Atque hæc forte Flori ſunt.*] * In Africa natale Ss. Theophili & Euſebii. Toloſa civitate tranſlatio s. Saturnini Epiſcopi & martyris. T. L. In Nicomedia paſſio Calendinnis, Marcialis, Germani.

* C. triginta

* in L. deeſt locus

XXXI II. KAL. In Galliis s. Quintini qui ſub Maximiano Imperatore martyrium paſſus eſt: & poſt annos quinquaginta quinque inventum eſt revelante Angelo corpus, & ſepultum * (VIII. Kal. Julii.

* deeſt in D.

Florus in A.T.L. *elogium amplius exhibet hoc modo*: In Galliis Auguſta Veromanduorum paſſio s. Quintini martyris, qui Romæ Senatorio corpore editus, ſed amore Chriſti tempore Maximiani Imperatoris Gallias aggreſſus, maximis prædicationibus ſignis & miraculis glorioſe enituit. (Cujus fama Rictiovarus Præfectus audita, E juſſit perquiri, & comprehenſum catenis adſtringi ac carceri mancipari. Denique ex officio ſibi exhibito percunctata religione, quia idolis ſacrificare contempſit diriſſimis fecit flagellis cædi. In qua cæſione oculis mentis ac corporis in cœlum directis, Domino gratias agens, tortoribus ejus in terram ruentibus, cœlitus voce dilapſa talem divinam meruit allocutionem: Quintine, inquit, conſtans eſto: viriliter age: ego autem adero tibi. Rurſuſque catenatus in carcerem recluditur: ubi Angelica viſione uſus, ductuque ejus univerſas carceris cuſtodias tranſiens, ad locum oſtenſum veniens, longa populis prædicatione perorata, ferme ad ſexcentos viros uſque convertit. Qua indignatione Rictiovarus ſtomachatus, intantum trochleis torqueri præcepit, ut membra ejus vi duriſſima ſolvi cogerentur. Inſuper & reſticulis ferreis eum cædi, &) oleum candens, picem & adipem ferventiſſimum dorſo applicari; calcem & acetum ſinapimque ori ejus infundi, iterumque ponderoſis catenis collum colligari, & duos ſudes ferreos a cervice uſque ad crura, itemque decem clavos inter ungulas & carnem juſſit transfigi. Quibus divina protectione ſuperatis, ad ultimum capite juſſit plecti, & corpus illius nocte in fluvio ſubplumbari. Amputatoque capite, velut columba candida ſicut nix mox viſa eſt de collo ejus F exire, & liberrimo volatu cœlum penetrare * (Corpus vero ejus, quod in fluvio Somenæ ſubplumbatum fuerat, poſt annos quinquaginta quinque cuidam Romanæ Matronæ ab Angelo revelatum eſt, & ab eadem inventum in municipio, quod Auguſto Viromandorum nuncupatur, 8. Kal. Julii ſepultum. Scriptum in geſtis ejus) In Nicomedia paſſio s. Euſebii; qui tempore Maximiani Imperatoris ſub Maxentio Præſide capitis abſciſſione Martyrium conſummavit.

Primi () uncis incluſa in Ms. Latienſi hoc modo brevius contrahuntur. Quo comperto Rictionarus Præfectus vinctum ad ſe jubet adduci, & poſt plura ſupplicia carceris, vinculorum, diverſorum verberum, ad extremum oleum candens &c. *Reliqua de inventione corporis ſimiliter () ſignata deſunt in Atrebatenſi.*

V.C. Natale s. * Quintini martyris, Felicis, Donati & aliorum viginti novem. B. In Macedonia Ss. Vitalis, Petri, Creſcentii, Alterni.

* C. Quinti

NO-

D

N O V E M B E R.

I KALENDIS. Feſtivitas Omnium Sanctorum. Et in Caſtro Diveon natale s. Benigni Presbyteri: qui cum Andochin Compresbytero & Tyrſo Diacono miſſus eſt a s. Epiſcopo Polycarpo ab Oriente Galliam tempore Aureliani. Qui prædicatione ejus comperta, (vinctum eum & cæſum ad ſe adduci præcepit: & rurſum, audita ſermonum ejus conſtantia, nervis duriſſimis eum cædi fecit, & Terentio Comiti ſuperandum tradidit. A quo ad trochleas extenſus & cæſus ac rurſum carceri mancipatus, mane idola orando deſtruxit, & reductus eſt in carcerem. Cui ſubulas decem calentes in manibus fixerunt, & cum plumbo remiſſo B pedes in lapide perforato fixerunt, & canes feroces duodecim cum eo incluſerunt per ſex dies. Et aluit eum Angelus pane cœleſti, ſubulas abſtulit, & eum de plumbo ac ferro eripuit. Poſt hoc) collum ejus vecte ferreo tundi ac lancea forari jubetur. Quo facto columba nivea de carcere Chriſtianis aſpicientibus ad cœlos aſcendit, & odor ſuaviſſimus quaſi paradiſi ſecutus eſt. Deſcendente Aureliano a loco, ſupervenit B. Leonilla, & conditum aromatibus corpus longe ab ipſo carcere ſepelivit.

Eodem die Natalis s. Cæſarei Diaconi & Juliani Presbyteri: * qui videlicet Cæſarius tempore Claudii veniens ex Africa ad Terracinam Campaniæ civitatem, dum contra idololatras proclamaret, in publico tentus eſt a Firmino Pontifice, & in cuſtodiam recluſus: ubi diebus multis maceratus, deinde traditus eſt Leontio Conſulari Campaniæ. C Quem ille cum verbis ſuperare nequiret, juſſit vinctum ante carpentum duci, ligatis manibus nudum uſque ad templum Apollinis. Quo cum perveniſſent, ad orationem ejus corruit templum & occidit Pontificem Firminum. Poſt hoc recluſus in carcerem a Luxurio Primo civitatis, fuit ibi annum & menſem unum. Deinde eductus in foro, a Deo, cum oraret, cœleſti eſt luce circumdatus, ut ipſe Leontius crederet, Cæſarium qui erat nudus ſua chlamyde tegeret, baptizaretur, corpus & ſanguinem Domini acciperet de manu Juliani Presbyteri: nec mora, dicta ſuper eum oratione, tradidit ſpiritum 3. Kalendas Novembris. Tunc Luxurius juſſit Julianum & Cæſarium mitti in ſaccum & præcipitari in mare. Qui eodem die rejecti ad littus & ſepulti ſunt ab Euſebio ſervo Dei juxta urbem Terracinam. Et idem Euſebius poſtea Martyrium paſſus eſt cum Felice Presbytero.

*hactenus MS. Atr. omiſſis ſupra [] incluſis.

* Eodem die depoſitio Severini monachi de Tiburtina civitate.

* deeſt in L.

Florus in A. & T. Ipſo die paſſio ſanctorum Martyrum Euſtachii & uxoris ejus Theoſpidis, & filiorum Agapiti & Theoſpidis: qui tempore Adriani Imperatoris, cum nollent ſacrificare Diis, miſſi pariter in bovem igneum igni ſuccenſi ſunt: *in Ms. Latienſi ponuntur hæc die ſequenti*.

A. T. Eodem die Tranſlatio corporis s. Audomari Epiſcopi & Confeſſoris. T. Ipſo die natale ſancti Remedii Epiſcopi & Confeſſoris. V. C. Pictavis dedicatio Baſilicæ s. Hilarii Epiſcopi & Confeſſoris. B. Et alibi depoſitio Euſtachii militis cum uxore & duobus filiis. Pariſiis civitate natalis s. Marcelli Epiſcopi & Confeſſoris. Eodem die Cenomania civitate natale s. Domnoli Epiſcopi & Confeſſoris. Ipſo die natale s. Vigoris. II

IV. NONAS. *Vacat Beda*.

B. V. C. Dedicatio Baſilicæ Ss. Sixti, Hypoliti & Laurentii. D. Laodiciæ Theodoti Epiſcopi, qui arte medicus fuit. A. L. In Africa natale Sanctorum Victoris, Hermetis & Juſti. A. Eodem die elevatio corporis s. Bertini Abbatis. Ipſo die memoria fidelium defunctorum celebratur a B. Odilone Cluniacenſis cœnobii Abbate, anno Dei Chriſti milleſimo ſecundo devote inſtituta. T. Commemoratio ſolannis omnium fidelium defunctorum. T. B. In Africa paſſio Ss. Popliani, Victoris, Ermetis, Juſti, Vitalis *[& Papiæ] Ipſo die s. Laureni Abbatis. Et Elevatio & Tranſlatio s. Bertini Abbatis & Conf. E

*abeſt a T

III. NONAS. *Vacat Beda*. III

B. V. C. In * Cæſarea Cappadociæ Germani, Theophili, Cæſarii, Vitalis. Alibi paſſio s. Agricolæ. B. Et paſſio s. Pabuli, qui paſſus eſt ſub Herode Rege. D. Quarti diſcipuli Apoſtolorum. Cappadociæ Martyrum Germani, Theophili, Cæſarii, Vitalis: [qui ſunt] ſub Deciana perſecutione Martyrizati. A. T. L. In Africa natale ſanctorum Germani, Theophili, & Vitalis. Eodem die s. Huberti Epiſcopi & Confeſſoris. *Interponit his* L. Et paſſio s. Agricolæ Virginis. T. *primo loco hæc habet*. Paſſio Ss. Valentini & Hilarii Martyrum. Ipſo die paſſio innumerabilium Martyrum, qui paſſi ſunt ſub Datiano Præſide.

*B. Africæ

II. NONAS. *Vacat Beda*. IV

Florus in A. T. L. Bituricas depoſitio s. Luſoris pueri qui filius cujuſdam Senatoris fertur in Galliis migraſſe: ad cujus ſepulcrum s. Germanus Pariſiacæ urbis Epiſcopus, dum quadam vice vigilias celebraret, & ejus Clerici longæ ſtationis labore laſſi, quaſi pro aliquo relevamine ſe ſuper ſe ſepulcrum Sancti defixis ulnarum compagibus ſuſtentarent, illico tumulus ſancti Confeſſoris contremuit. Unde idem Pontifex tremore perterritus, amoveri deſuper ſomnolentos præcepit dicens: Abſiſtite, o ſegnes, procul a tumulo, ne Sancto Dei moleſtia afferatur. Quibus amotis tremorem ullum deinceps non ſenſere. Scriptum in libro miraculorum Gregorii Turonenſis Epiſcopi. F

B. V. T. C. In Africa *Primii, *[Cæſarii,] * Gregorii, Porphyrii: & in Nicea Domnini. D. Alexandria Hierii Presbyteri, vita puriſſimi, in Scripturis nobiliter eruditi. A. T. *primo loco* Lugduno depoſitio s. Geneſii Epiſcopi & Confeſſoris & s. Quarti. Auguſtiduno s. Proculi Epiſcopi, *qui poſtremus ſolus & primo loco habetur in* L. B. Redonis depoſitio s. Amandi Epiſcopi. T. *poſt Martyres Afros*: & Amantii.

*deeſt in T.
*in ſolo B
*C. Greg.

NONIS. In Terracina Campaniæ civitate, natale Ss. Felicis Presbyteri & Euſebii monachi, tempore Claudii Imperatoris: * qui videlicet Euſebius cum ſepeliſſet ſanctos Martyres Julianum & Cæſarium, & ad ſepulcra eorum orans ac jejunans multos converteret ad fidem, quos Felix Presbyter baptizabat, tenti ſunt ambo a Leontio filio Leontii Conſularis, ob eam maxime cauſſam, quia Cæſarius patrem ejus Chriſtianum feciſſet: & ad forum ejus ducti nec ſuperati, in carcere recluſi; & nocte eadem, cum nollent ſacrificare, decollati & in fluvium projecti ſunt. Quorum corpora venerunt uſque ad mare, & rejecta ad littus a quodam V

* huc uſque MS. Atr.

A Presbytero de Capua, nomine Quartus, ſunt inventa: qui ea mox impoſita vehiculo duxit in caſam ſuam, & curioſe quærens, etiam capita invenit, & adjuncta corporibus ſepelivit juxta s. Cæſarium.

B. In Cæſarea Cappadociæ natale Ss. Domnini, Epiphanii, Antonini. In Capua civitate Campaniæ natale Ss.Marciæ, *Secundæ* & Quarti.

VI **VIII.IDUS.** *Vacat Beda.*

D. Toniza Africæ Felicis Martyris & aliorum quadraginta Martyrum. V.B.C. In Nicomedia Adriani * [Juliæ] & Euſebii. V.B.A.T. In Africa (natale Sanctorum) Donati Pauli & Balſami. C. In Africa Donati, Paulini. Natale s. Leonardi *primo loco* A.T.L. In Gallia Redonas civitate depoſitio s. Melanii Epiſcopi & Confeſſoris & depoſitio s. Winnoci Abbatis *quod in ultimum in T. ſic legitur*. Et in cella Wurmholtvoorta obitus Winoci Confeſſoris Chriſti. B. In Gallia civitate Redonis depoſitio s.Leonardi Confeſſoris. *in ſolo B

VII **VII. IDUS.** *Vacat Beda.*

*C.Juliæ; V.C. In Nicomedia Euſebii, Euſtaſii, Marii, Primi * Juliani, Januarii. B.In Nicomedia natale Ss.Polyſii & Euthaſii, Primi, Rogatiani. In Africa natale Ss.Rogati, Donati, Primæ, Julianæ. D. Alexandria Achillei Epiſcopi. Apud Peruſinam Herculani Epiſcopi martyris A.T.L. Nicomediæ natale Sanctorum Caſtoris, Gandii, & Victoris. T.L. In Africa paſſio Sanctorum Donati, Rogati. T. *Addit* & Belſami. A. Ipſo die natale s. Willibrordi Confeſſoris.

B

VIII **VI. IDUS.** Romæ ſanctorum quatuor Coronatorum: Claudii, Nicoſtrati, Symphoriani, Caſtorii & Simplicii.

Florus in T. priorum nomina ſic interponit Severi, Severiani Victorini, Carpophori, & aliorum quinque Claudii &c. *deinde hoc elogium ſubjungit in* A. T. L. Qui dum corpora Ss.Tranquillini, patris Marci & Marcelliani, & Zoæ uxori Nicoſtrati per oras fluminis Tiberini inquirerent, a perſecutoribus tenti ſunt & ad Urbis Præfectum perducti. (Erat autem Judex Fabianus, qui eos hortatus eſt ad ſacrificandum: & per decem dies miſit ad eos & blanditiis agens in nullo penitus potuit commovere. Tunc fecit de his ſuggeſtionem Imperatoribus Diocletiano & Maximiano: qui juſſerunt eos tertio torqueri, cumque nulla ratione tormentis compulſi cederent, juſſi ſunt in medio mari præcipites dari) Immenſis itaque arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati ſunt. Et in loco mundo inter aquas coronam martyrii celebrarunt. Scriptum in geſtis s. Sebaſtiani. *Verumtamen A. in principio contractius.* Qui ſub Fabiano Judice jubentibus Maximiano & Diocletiano Imperatoribus torti & in mari merſi ſunt. L. *contractius in*

C *medio ſic loco () incluſorum*; qui tertio torti, cum ſuperari non poſſent, immenſis &c.

Subjungitur in A. Quatuor Coronatorum nomina ſunt hæc: Severus, Severianus, Victorinus, & Carpophorus: quorum dies natalis per incuriam neglectus, minime reperiri poterat: ideo ſtatutum eſt ut in eorum eccleſia, horum quinque Sanctorum qui in Miſſa recitantur natalis celebretur, ut cum iſtis eorum quoque memoria pariter fiat: *ſed hæc mutila, & confuſa [ſicut apparet] non audemus ex unius Ms. fide attribuere Floro.* B. In Africa natale Ss. Primi, Macharii, Juſti, Amandi,

IX **V. IDUS.** Natale s. Theodori martyris.

Florus in T. *præmittit* Apud Amaſeam civitatem & *ſubnectit elogium*: Qui temporibus Maximiani & Maximini Imperatorum, pro confeſſione Chriſtianæ fidei fortiter cæſus ac in carcerem miſſus: deinde Domino Salvatore ſibi apparente & monente ut conſtanter & viriliter ageret, relevatus eſt. Noviſſime poſtquam ſuſpenſus eſt ungulis corraſus, ita ut ejus interiora nuda apparerent, traditur Ignibus. *Additur ibidem.* Eodem die Bituricas s. Urſicini confeſſoris: qui Romæ ordinatus a ſucceſſoribus Apoſtolorum, primus eidem orbi deſtinatur Epiſcopus. *Florus in* A. T. L. Eodem die in Hiſpaniis Corduba civitate paſſio Sanctorum Fauſti Januarii & Martialis: qui pariter in ignem projecti ſunt, agente Eugenio Præſide.

B.V. Dedicatio Baſilicæ Salvatoris. V.A.T.B.C. Romæ L. Sanctorum Clementis & * Symphroniii B. In Nicomedia natale Damiani. In Hiſpaniis Ss. Fauſti & Marcialis. A. Ipſo die paſſio s.Ragnulſi Martyris. T. Ipſo die Natalis s. Vitoni Epiſcopi & Confeſſoris. D *B. Symphoriani

X **IV. IDUS.** *Vacat Beda.*

V.C. In Antiochia Euſtochii & ſociorum ejus. Romæ depoſitio Leonis Epiſcopi. D.Cerſona Lyciæ Martini Papæ qui ob catholicam fidem ibi relegatus eſt. B.A.T. L. Romæ depoſitio s.Leonis Papæ. In Antiochia natale Ss. Demetrii * [Epiſcopi & Amonchi Diaconi, Euſtoſii & ſociorum ejus. A.T.L. Eodem die natale s.Martini Papæ. B.Aurelianis depoſitio Amuntoris Epiſcopi. *in ſolo B.

XI **III. IDUS.** Natale s. Martini Epiſcopi Turonis civitate.

Florus addit in A.T.L. qui copioſius poſt Apoſtolos coruſcavit virtutibus. L. triumque mortuorum factus eſt ſuſcitator Magnificus.

Ipſo die natale s. Mennæ martyris.

Subjungit A & L. Et s.Bertuini Epiſcopi. T. Eodem die in Alexandria depoſitio s.Ioannis Patriarchæ. B. Ravennæ natale Sanctorum Valentini, Feliciani, Victurini.

E

XII **II. ID.** *Vacat Beda.*

B.C.V.Romæ s.Martini Papæ, B.C A.T.L. In Africa Manuli, Publii. In Cæſarea Cappadociæ Germani, Cæſarii * Theophili * Euſebii. *In C. librariorum culpa Afri & Cæſarienſes Martyres adſcripti ſunt diei præcedenti. Afri autem hoc die iterato ſcribuntur.* D. Africa Arcadi Paſchaſii & Probi & Eutychii quinque Martyrum Wandalorum in perſecutione. T. In Ravenna depoſitio Ss. Victoris & Solutoris. *deeſt in C.& V. *deeſt in A.T.L.

XIII **IDIBUS.** Turonis natale s. Bricii Epiſcopi.

Florus addit in T.& L. qui a Turonorum populo criminatus, infantem, de quo ſermo erat, triginta dies habentem, adductum adjuravit, ut, ſi ipſe eſſet genitor ejus, coram cunctis ediceret. Cui infans: Non es tu, inquit, pater meus. Populis iterum furentibus, prunas ardentes birro ſuo impoſitas uſque ad ſepulcrum s.Martini deportavit, dicens: Sicut iſtud veſtimentum ab his ignibus videtis inuſtum, ita & corpus meum a tacto mulieris ſcitote impollutum. Scriptum in geſtis ejus.

B. In Thracia natale Ss.Secundi, Fidentiani, Martialis. In Antiochia natale Ss. Donati, Reſtituti, Valeriani & Fructuoſi cum aliis duodecim. C.V. Et s.Antonii, & depoſitio s.Jacobi. L. In Malbodio Tranſlatio s. Aldegundis Virginis. A.T. Rutenis civitate natale s. Amandi Epiſcopi. A. In pago Cameracenſi in villa quæ dicitur Calderiacus natale s.Maxelendis Virginis & martyris. Eodem die depoſitio s.Kiliani Epiſcopi & Confeſſoris. T. Eodem die in Thracia paſſio Ss.Eudicti, Euticis & Ageſti. F

XIV **XVIII. KAL. DEC.** *Vacat Beda.*

V.C. In Eraclia natale Clementi, Theodoræ, Philomeni, Et aliorum multorum quorum nomina Deus ſcit: *quæ ſic leguntur in* L. B. In Eraclea civitate * [Thraciæ] natale Ss. * [Clementis] Clementini, Filomeni, Theodori, & Eracli. *Pro quibus in* A. & T. *ſolummodo* Clementini Philomonis & Heraclii. In *B. ad finem ponitur*, Et natale s. Eraclii. A. Eodem die repoſitio Sanctorum corporum Quintini Martyris & Caſſiani Pontificis, imminente triſtitia ſumma. D. Alexandria Serapionis, qui ſub Decio præcipitatus martyr efficitur. *deeſt in L. *deeſt in B

XV **XVII. KAL.** *Vacat Beda.*

V.C. In Africa Secundini, Marcialis, Calendionis, Valerii, Fructuoſi cum aliis *[duodecim. D. Felicis Epiſcopi qui miraculorum gloria inſignis fuit. B. A. T. L. In Africa natale Ss. * Secundi Fidentiani & * Demetrii. In Antiochia Donati, Reſtituti, cum aliis triginta. *B. duos addit ſic concludens.* Valeriani, Fructuoſi cum aliis duodecim. A. Eodem die s. Machuti. L. Et paſſio s. Eugenii Toletanæ Sedis Epiſcopi, diſcipuli pretioſi Dionyſii Archiepiſcopi. *deeſt in C *B. Martialis *L. Secundiani

XVI **XVI. KAL.** *Vacat Beda.*

B.C.V. In Africa Rufiniani, Marci, Valerii. * [Victoris] Honorati. C. V. Marinæ, Secundiani, Frontoni. In Antiochia Auguſtini, Juſtæ, Matronæ, Fructæ. D. Africa Rufini, Fidentiani, *deeſt in B

Google

A tiani, Auguſtini, *Felicis*. B. Et alibi natale Secundiani, Aureliani, Marcelli. A.T.L. In Capua natale Sanctorum Vitalis & Juſti. A.T.L.B. Lugduno * [Galliarum] depoſitio s. Eucherii Epiſcopi. *in ſolo B.

XVII **XV. KAL.** Aurelianis natale s. Aniani Confeſſoris. Et S. P. N. Gregorii miraculorum factoris.

Prieri hoc elogium texitur a Floro in A. T. L. Qui cum a s. Evurtio anteceſſore ejus & Aurelianenſi populo futurus ſucceſſor eligeretur, ut in ipſo concordia divinæ electionis clareſceret, triduano iejunio peracto, necdum loquens parvulus allatus, tactu in altari Brevi poſito, Chriſti operante virtute, tertio exclamavit: Anianus iſtius civitatis a Deo eſt Pontifex inſtitutus. Sicque Epiſcopus creatus, poſtea multis coruſcavit miraculis.

V. Et Victoris, Theodotæ, Alfæ, Zachæi. C. Factoris, Theodoræ, Alphei, Zachæi. A.T. Carthagine natale Dubitati & Valentini. B. *interponit* Tuſsi. *Ibidem* Romæ trans-Tiberim natale s. Cæcilii. In Nicomedia natale s. Ammonis. Et natale s. Teclæ Virginis.

XVIII **XIV. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Cordula civitate paſſio Sanctorum B Aciſcli & Victoriæ: qui poſt carceres & tormenta merſi ſunt in fluvium, alligatis ad colla pedibus. Unde virtute Domini exeuntes, alligati ſunt rotis, & ſuper ignem volutati, ita ut membra eorum quaſſarentur. Poſtea vero Victoria, mamillis abſciſſis linguaque amputata, dignum Deo efflavit ſpiritum: Aciſclus autem capitis abſciſſione implevit martyrium ſub Sidone Præſide. Cæſarea natalis Ss. Maximi, Luciani & Marcialis. Antiochiæ paſſio Romani monachi & Barali pueri, ſed & Yſici Palatini militis: qui tempore Diocletiani Imperatoris & Maximiani pro Chriſti nomine interempti ſunt. Romanus quidem poſt multa flagella & linguæ abſciſſionem in carcere eſt necatus: Baralus vero puer capite plexus: Yſicus autem alligatus lapidi fluvio merſus.

C.V. In Antiochia Romani monachi & in Cæſarea Victoris & Maximæ, & dedicatio baſilicæ s. Petri apoſtoli. B. In Antiochia civitate natale Ss. Romani & Iſici mart. D. Antiochia Romani monachi & martyris. Et Haſycii Palatini & martyris. A.T.B. Eodem die in Hiſpaniis Cordula civitate paſſio s. * Aſclæ Virginis & martyris. T. *Addit*. Hac die roſæ ibidem *B. Aſcisla colliguntur. A. Eodem die Cameraco elevatio corporis s. Gaugerici Epiſcopi. A.L. Et depoſitio s. Euſebiæ Virginis.

XIX **XIII. KAL.** *Vacat Beda.*

C D. Romæ Maximini Presbyteri & martyris, & Fauſtini Diaconi & Euſebii martyrum. B. Auguſtiduno depoſitio s. Simplicii Epiſcopi. B.V.C. In Cæſarea Cappadociæ Maximi, Muciani, Neopheri, Januarii, * Vitalis. A. T. Cæſarea natale *deeſt B. Ss. Januarii, Neophari & Vitalis. T. Caſtbarii, Marciani & Zephori. L. In Cæſarea natale Januarii, Caſtarii, Zephori & Vitalis. Et depoſitio s. Eliſabeth viduæ.

XX **XII. KAL.** *Vacat Beda.*

D. Romæ Pontiani Papæ & Martyris. Meſſanæ Ampeli & Gaii. B.V.C. In Eraclia Baſſi, Dionyſii, Orionis. V. C. In Hiſpania Maximi Presbyteri. A. T. Eraclæ natale Ss. Gagii & Dionyſii. T. Baſſii & Claſſii. A.L. In Hiſpania depoſitio s. Criſpini. T. In Siſilia paſſio s. Ampelii. B. In antiochia natale Ss. Baſilii & Dionyſii. Taurinis civitate natale Ss. Octavi, Solutoris & Adventoris.

XXI **XI. KAL.** *Vacat Beda.*

D. Rufi, quem Apoſtolus ad Romanos ſcribens ſalutat. C. V. In Antiochia Baſilei & * Auxilii, Saturnini, Catali, Eutycii. B. In Antiochia natale Ss. Baſilei, Auxilii, Matroni. *V. Auxilii Et alibi natale Ss. Demetrii, Quintiani, Siſinnii. A.T.L. Antiochiæ natale ſanctorum Baſilei & Saturnini. In Hyſtria civitate natale s. Mauri martyris. L. Et s. Columbani Abbatis. T. *ejus natalem primo loco refert*. *Addit* L. Item Præſentatio beatæ Mariæ Virginis.

XXII **X. KAL.** Natale s. Ceciliæ Virginis quæ & ſponſum ſuum Valerianum & fratrem ejus Tiburtium ad credendum Chriſto ac martyrium D perdocuit; & ipſa deinde martyrizavit, ignem quidem ſuperans, ſed ferro necata ſub Almachio Urbis Præfecto.

A.T. alexandria natale Ss. Demetrii & Felicis. Sueſſionis depoſitio s. Madeſinæ Virginis. B. in Cappadocia ss. Longini, Leontii, & Fauſti C.V. Maximi. s. Longini qui latus Domini lancea aperuit. *Ms. Laetienſe his habet elogium prolixius ex Floro quod vide infra 4. Nonas Decembris.*

IX. KAL. Romæ natale s. Clementis Epiſcopi, qui jubente Trajano miſſus eſt in exilium trans Pontum maris. Ubi multis ad fidem vocatis per miracula & doctrinam ejus, præcipitatus eſt in mare, alligata ad collum ejus anchora. Sed receſſit mare orantibus diſcipulis ejus per tria millia: & invenerunt corpus ejus in arca ſaxea in templo marmoreo, & anchoram juxta. Eodem die s. Felicitatis, matris ſeptem filiorum Martyrum, quæ jubente Antonino decollata eſt pro Chriſto. XXIII

Florus in A.T.L. Ipſo die in pago Haſbaniæ depoſitio s. E Trudonis Confeſſoris: qui mundum deſpiciens maximis enituit virtutibus.

L. Et s. Severini. V.C. Eodem die natale s. Columbani in Bobio. B. In Italia monaſterio Bobio depoſitio s. Columbani. Bituricæ civitate s. Fateri Presbyteri. Et alibi s. Trudonis confeſſoris.

VIII. KAL. Romæ natale s. Chryſogoni qui ſub Diocletiano decollatus, Martyrium complevit. Scriptum in paſſione s. Anaſtaſiæ. XXIV

Ipſo die natale s. Creſcentiani: qui erat cum * Cæſareo Diacono & Largo & Smaragdo in carcere ſub perſecutione Maximiani, filii Maximini: & eductus jubente Carpaſio Vicario de carcere, ſuſpenſus eſt in eculeum, & fuſtibus cæſus atque unguibus raſus diutius deinde flammis circum latera ejus appoſitis diu uſtulatus emiſit ſpiritum, & ab Joanne Presbytero ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ. Ipſo die Maximus interfecit ſororem ſuam Arthemiam. Scriptum in geſtis Marcelli Papæ. *V. Cyriaco

V.C. Eodem die s. Eleutherii & Maximi. Et s. Flaviani Epiſcopi & confeſſoris. Et s. Romani Presbyteri.

VII. KAL. Natale s. Petri Epiſcopi Alexandrini: qui cum eſſet omnibus adornatus virtutibus, in Scripturis quoque divinis nullius priorum inferior: vere Sacerdos & hoſtia Deo, ſubito capitur atque ex Maximini præcepto capite obtruncatur; cum quo ſimul & alii plures ex Ægypto trucidantur. Scriptum in hiſtoria Eccleſ. libro nono. XXV F

B.V.C. Et s. * Caterinæ Virginis. A.T.L. Eoſdem die paſſio s. Caterinæ. B. Albi Luciani, Marciani, Claudiani. * V. Ecaterinæ.

VI. KAL. *Vacat Beda.* XXVI

D. Romæ Lini Papæ, & Alexandri Epiſcopi & martyris paſſi XI. Kal. Octobris, a Papa Damaſo VI. Kal. Decembris translati, quando feſtivitatem dicavit. B. C.V. A.T.L. Romæ *Ss. Sirici* Epiſcopi & *Saturnini*. In Aquileja Valeriani Epiſcopi & confeſſoris. B. A T.L. Auguſtiduno depoſitio s. Amatoris Epiſcopi.

V. KAL. *Vacat Beda.* XXVII

V.C. In Nicomedia Marcelli, Petri, *Serenæ*, * Victorini. *C. Lucilliani V. C. D. In civitate Bononia Agricolæ & Vitalis martyrum. * deeſt in A.L. Nicomedia natale Ss. Petri * [Marcelli] & Sereni: quorum alter pro fide Chriſti crucifixus, alter ſuis capite plexus. L.

Rectius

A *Rectius & integrius* T. a. Nicomedia Natale Ss. Marcelli, Petri & Sereni. In Italia civitate Bononia paſſio Ss. Agricolæ & Vitalis [*pergit T. ſolum*] quorum alter fuit pro fide Chriſti crucifixus, alter capite plexus. In Mediolano natale Joannis, Severi atque Andreæ. *Iidem habentur in L. Sed perperam præponitur:* Civitate Bononia paſſio Agricolæ Virginis.

XXVIII IV. KAL. *Vacat Beda.*

D. Soſtheois diſcipuli Apoſtolorum. Et Rufi martyris, cum omni domo ſua per Chryſogonum lucrati. Africa Papiri & Manſueti Epiſcoporum. B.C.V. In Syria Trophimi, Theodoli. Encerit * [Et alibi] Euſebii & Julii. A. L. In Syria. T. In Africa natale Ss. Trophimi, Euſebii, Julii. T.L. Et Theoduli martyrum.

* deeſt in B.C.

XXIX III. KAL. Romæ s. Saturnini Martyris & Sennis & Siſinnii Diaconi ſub Maximiano; (a quo primo inter alios damnati ad fodiendam arenam ad faciendas thermas Diocletianas, deinde in carcere diu ſunt macerati. Ubi multos gentiles docentes baptizabant; & denuo educti, vincti catenis & nudis pedibus ante Præfectum urbis Laodicium juſſi ſunt in eculeo levari & attrahi, nervis & fuſtibus ac ſcorpionibus cædi: quibus etiam poſtmodum flammas ad latera juſſit apponi, & depoſitos de eculeo
B capite truncari.) Quorum corpora cum Joanne Presbytero colligens Thraſon vir Chriſtianiſſimus, qui de facultatibus ſuis Martyribus multa miniſtraverat, ſepelivit in prædio ſuo via Salaria. His in medio certamine poſitis crediderunt duo milites Papias & Maurus: qui D
mox comprehenſi a Laodicio & non multo poſt martyrio coronati ſunt. Scriptum in geſtis Marcelli Papæ. Eodem die vigilia s. Andreæ Apoſtoli.

Brevius L. qui poſt carcerem in eculeum levati nervis attracti, tandem capite truncati ſunt: quorum corpora &c.

Florus in A. & T. Eodem die paſſio s. Chryſanthi & Dariæ, cum octoginta militibus, qui per s. Chryſanthum ad fidem converſi, jubente Numeriano Imperatore pariter ſunt interfecti. Chryſanthus & Daria poſt plura tormenta, poſt carceres, beſtias, & eculeos pariter in foveam miſſi lapidibus obruti ſunt.

Idem Florus in A.T.L. Toloſa paſſio s. Saturnini Epiſcopi, qui tempore Decii, Germanici & Grati tentus a Paganis ac tauro alligatus, de capitolio præcipitatur. Nec mora juxta primos deſcenſus graduum illico capite colliſo, cerebro excuſſo, & corpore omni membrorum parte lacerato, dignam Deo animam Chriſtus excepit.

B.V.C. Eodem die Vigilia s. Andreæ Apoſtoli. B. Et natale Ss. Chryſanthi & Dariæ & Mauri. C. Mauri & aliorum 72.

II. KAL. Natale s. Andreæ Apoſtoli. XXX E

Plenius Florus in A.T.L. In Achaia, civitate Patras, paſſio s. Andreæ Apoſtoli: qui crucifixus pro Chriſti nomine ſuum complevit martyrium.

B. Romæ natale s. Manſilii, Conſulis, Theoduli. C. Et * Mediolanenſi s. Ametoris Epiſcopi.

* Supple in plurare

D E C E M B E R.

I KALENDIS. *Vacat Beda.*

Florus in A.T.L. In Noviomo depoſitio s. Elegii Epiſcopi & confeſſoris: qui in palatio Lotharii Regis Francorum magna prudentia & religione micans, epiſcopus factus multa corpora ſanctorum removens decentiſſime tumulavit, virtutibuſque maximis & ſignis miraculorum effloruit.

D. Romæ Chryſanthi & Dariæ Martyrum, qui tempore Numeriani, Judice Celerino, Romæ paſſi ſunt. V. C. Interamnæ ſive Natalis s. Proculi epiſcopi & martyris. In * Torreate s. Marinæ. V. Ad Urſum pileatum s. Candidæ. A. T. L. B. Romæ natale s. Candidæ. B. Lucii & Marinæ, Amboni, Pilati. Noviomo civitate depoſitio s. Elegii epiſcopi & confeſſoris. Natale s. Conſtantiani.

* C. Tur...

C *Ms. Latienſe hic habet Elogium Ss. Chryſanthi & Dariæ ſupra relatum iterum addit:* Eodem die adventus ſanctarum Reliquiarum de urbe Conſtantinopolitana.

II IV. NONAS. *Vacat Beda.*

Florus in A. & T. primo loco & in L. ſed ad x. Kal. Decembris. Capadocia civitate paſſio s. Longini militis qui latus Domini lancea dicitur aperuiſſe. Qui converſus ad fidem cum Chriſtum prædicaret, tentus ab Octavio Præfecto, poſtquam ei dentes ferro confracti ſunt linguaque abſciſſa, capitalem ſubiit ſententiam.

V. Romæ natale s. Primitivi, Pontiani, Piminit. Alibi Veri, Severi, Januarii. Romæ s. Bibianæ. A.T. Romæ natalis Ss. Victorini, Demetrii & Donatii. T. Et Paſſio Ss. Primentii, Pontiani, Daſioſæ, Iuliani. L. Romæ natale Ss. Victorini, Primentii, Pnatisoi, Daſroſii, Demetrii & Urbani. D. Romæ Iuviniani & Fauſti martyrum. Et Daſroſæ filiæ. B. Agnetis ſecundæ. C. Romæ natalis Pimenti, Pontiani, Piſinni: Alibi Secuti, Ianuarii, Vibianæ, Daſroſæ. B. Romæ natale Ss. Primiti, Pontiani, Viaiani. Cœnomanis civitate depoſitio s. Domnoli Epiſcopi & Conf. In Mauritania Secuti, Victorini, Fortunati.

III III. NONAS. *Vacat Beda.*

D. Romæ Claudii Tribuni & Hilariæ uxoris ejus, & Iaſonis & Mauri. a. C.V. In Oriente Meroni, Claudiei & Felicis. In Africa Criſpinæ, Magnæ, Joannis. a. A. T. L. In Africa natale Ss. Criſpini, Magni, Ioannis. T. L. & Stephani martyrum B. Stephani, Victoris, Martini. In Bononia Ss. Agricolæ & Caſſiani.

II. NON. *Vacat Beda.* IV

D. Romæ Symphronii & Olympii, Exuperii & Theodoli martyrum a B. Siſto translatorum 11. Nonas Decembris, quando eorum feſtivitas agitur. C.V. s. Barbaræ Virginis, Eraclii, Chriſtiani, Pudentis. Victoris. Et in Laudicia Felicis. A. T.L. In Laudicia natale Ss. Felicis, Eraclii & * Pendeatii. Eodem die Aurelianis in loco qui vocatur Floriacus illatio corporis s. Benedicti Abbatis & monachi; *addit* T. cujus adventu feruntur illic Arbores floruiſſe. A. Apud Antiochiam paſſio s. Barbaræ Virginis. L. & T. *eandem habent omiſſo loco.* B. Romæ Barbaræ Virginis, Pudenti. In Laodicea metropoli Felicie, Merobii.

* T Prudentii.

F NONIS. *Vacat Beda.* V

B. Natale s. Dalmatii Martyris. V s. Sabæ monachi. C.V. In Africa Humilis, Felicis, Julii, Potamiæ, Victoris. C. s. Sabæ & aliorum viginti. V. & alii octo. A. T In Africa natale Ss. Felicis, Julii, Patamiæ, Privati, Fulgentii, & s. Criſpini martyrum. L. In Africa natale Ss. Felicis, Privati, Fulgentii & alii ſeptem. Et s. Criſpinæ Virginis. B. In Africa natale Ss. Humilii, Felicis, Julii, Potamiæ, Criſpini, Trophimi, Encarpionæ. Et alibi s. Sabæ Confeſſ.

VIII. IDUS. *Vacat Beda.* VI

D. s. Nicolai Epiſcopi Myrorum Lyciæ. B.C.V. s. Nicolai Epiſcopi. In Africa * Zetuli, Fortunati, * [Gaithi] Hermogenis & Rogati. A. In Africa natale Ss. Rogati, Ermogenis & Fortunati. Eodem die depoſitio s. Nicolai Confeſſoris: per quem Dominus miracula operari dignatus eſt præclara. T. depoſitio s. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris. In Africa natale Ss. Rogati, Ermogenis & Fortunati. In Aſia majore natale Ss. Zeloti, Zenlæ, Agarii, & Fortunati. L. In Aſia majore natale Ss. Zeloti & Fortunati. Et in Mirenſium civitate s. Nicolai Epiſcopi.

* B Zeloti
* deeſt B.

VII. IDUS. *Vacat Beda.* VII

C.V. Natale s. Ambroſii Confeſſoris. Spoletum S. Savini. C. Epiſcopi & martyris. *Iidem, ſed abſque loco, habentur in B.* D. Alexandria Agathoni martyris & militis. B.A.T.L. Antiochia civitate natale Ss. Polycarpi & Theodori. Romæ depoſitio s. * Eutyciani Epiſcopi. *Poſtremo huic deeſt locus in Latienſi.* C. Romæ Eutyciani.

* B. Conſtantii

A

VIII **IV. IDUS.** *Vacat Beda.*

D. Romæ Eurychiani Papæ & Martyris, qui manu propria trecentos quadraginta duos martyres ſepelivit. C. B. V. A. T. L. Romæ s. Euſebii Epiſcopi & Urani Presbyteri, & Succeſſi Epiſcopi. *In L. deeſt* Euſebius: *in T. & A. locus: additur in T.* Ac natale s. *Sabini*. In V. depoſitio Eutyciani Epiſcopi. A. T. L. Conceptio s. Mariæ matris Domini.

IX **V. IDUS.** *Vacat Beda.*

C. V. Natale * Syri Confeſſoris de Tranſmigratione. In Africa Petri, * Succeſſi. D. & L. s. Leocadiæ Virginis quæ tempore Diocletiani & Maximiani a Præfecto Hiſpaniarum Daciano apud Toletum dira carceris cuſtodia macerata eſt. A. Antiochia natale Ss. Geronti, Valentini & Ermogenis. T. L. Antiochia natale Ss. Geronti, Valentini, Silvanæ, Donatæ, Agnillæ. T. Et Ermogenis. Et paſſio s. Leocadiæ Virginis. Ipſo die s. Sirici Epiſcopi. B. In Africa Ss. Petri, Succeſſi, Baſini, Porphyrii, Urbani. In Africa Ss. Generati, Polentiæ, Silvanæ, Valentinæ, Felicis & Eutyciani.

* C. E. *Siſini*
* deeſt in C

X **IV. IDUS.** Natale s. Eulaliæ Virginis in Barcelona civitate Hiſpaniæ, ſub Daciano Præſide quæ cum eſſet tredecim annorum, poſt plurima tormenta, decollata eſt, & reſiliente ab ea capite, columba de corpore ejus exire viſa eſt.

B

T. Ipſo die B. Valeriæ Virginis & Martyris. B. In civitate Arvernis natale s. Agricolæ.

XI **III. IDUS.** Natale s. Damaſi Papæ.

Florus in A. T. L. In Gallia civitate Ambianis paſſio Ss. Gentiani, Victorici, & Fuſciani: qui Victoricus ac Fuſcianus a Roma egreſſi, verbum vitæ pluribus nuntiantes, tempore Maximiani circa Ambianis a Rictiovaro Præſide comprehenſi, prius ferro manibus poſt tergum vinctis in carcere ſunt recluſi: deinde in naribus & auribus eorum ſudibus immiſſis, & clavis in capitibus transfixis, decollati ſunt. In quos ſpiritu irruente, manibus capita propria ad hoſpitium B. Gentiani martyris uſque portantes, ibidem requieverunt.

B. In Alexandria Sammoni & Emeriti. In Antiochia Ss. Zoſimi, Pauli & Cyriaci. In Gallia civitate Ambianenſe natale Ss. Victrici & Fuſciani Martyrum. A. & T. Et Prætextati.

XII **II. IDUS.** *Vacat Beda.*

V. B. C. A. T. C. Natale Ss. Hermogenis & Donati. V. B. C. D. & aliorum viginti duorum. D. Apud Alexandriam Epimachi & Alexandri: qui cum multo tempore in vinculis & cruciatibus carceris torti & confecti perduraſſent in fide, ignibus ad extremum jubentur conſumi. L. In pago Vimmo T. A. depoſitio s. Walarici. L. Epiſcopi. T. Confeſſoris. A. T. In Hiſpaniis s. Eulaliæ & alterius virginis nimium teneræ.

C

XIII **IDIBUS.** Natale s. Luciæ Virginis de Syracuſis ſub Paſchaſio Conſulari: quam cum lenones corrumpere, jubente Paſchaſio, vellent, nullatenus eam movere potuerunt, nec funibus additis aut boum paribus plurimis, picem, reſinam, fervens oleum, nihil læſa ſuſcepit. Tandem gladio in viſcera merſo, percuſſa, nec tamen mortua eſt, donec venientibus Sacerdotibus, Communionem Dominici Corporis & Sanguinis accepit. Paſſa eſt tempore Diocletiani & Maximiani.

Deeſt hoc ultimum Lætienſi Ms. Atrebatenſe eſt in principio contractius: quæ cum ſub Paſchaſio picem, reſinam & fervens oleum illæſa ſuſcepiſſet.

A. T. L. Ipſo die in Gallia Cameraco civitate depoſitio s. Auberti Epiſcopi & Confeſſoris. A. per quem Dominus miracula operari dignatus eſt præclara. T. Eodem die depoſitio s. Judoci Confeſſoris. L. Et natale s. Odiliæ Virginis: quæ cæca nata, ſed a Deo carata, & de ſacro fonte a tribus Epiſcopis ſuſcepta fuit. V. C. Alibi * Leucandidi Confeſſoris & Valentini. B. Ravennæ natale Ss. Valentini & Leuthadi Confeſſorum. Mediolano paſſio Ss. martyrum Gervaſii & Protaſii.

* C. *Levandi*

XIX. KAL. JAN. *Vacat Beda.* D

XIV

Florus in A. T. L. Hieroſolymis paſſio Ss. Juſti & Abundi: qui poſt alapas, carceres & rotas igni traditi ſunt ſub Numeriano Imperatore & Olybrio Præfecto. * Lugduno civitate depoſitio s. Viatoris epiſcopi. Remis paſſio s. Nicaſii epiſcopi * (& martyris, ſororiſque ejus Eutropiæ Virginis cum aliis ejuſdem urbis civibus) qui Miſſarum ſolennitatibus peractis a Wandalis infra eccleſiam Remenſium paſſus eſt Martyrium.

* deeſt in L.
* deeſt in T

B. C. V. Lugduno s. * Victoris. Vienna Lupicini. Remis natale s. Nicaſii Epiſcopi. *B. primis duobus addit titulum* Epiſcopi *& depoſitionem nominat*. D. Ss. Martyrum Druſi, Zoſimi, & Theodori. B. In Antiochia natale Ss. Druſi & Sociorum ejus.

* *V. Platonis*

XV **XVIII. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Aurelianis depoſitio s. Maximiani Presbyteri & Confeſſoris (*huc uſque etiam* B. V:) qui in ſumma religione degens, ejus meritis multa miracula Dominus operari dignatus eſt.

V. Valeriani Epiſcopi & Confeſſoris. C. V. In Africa s. Fauſti, Lucii, Candidi, Martyrum. A. T. L. S. In Africa natale Ss. * Candidi, Cæciliani & Fauſti.

* B. *Candi*

E

XVI **XVII. KAL.** *Vacat Beda.*

D. Trium martyrum Ananiæ, Azariæ & Miſaelis. B. V. Ravenna natale Ss. Valentini, Navalis, Agricolæ, * Concordiæ. A. T. L. Ravenna natale Ss. Valentini, Navalis & Concordii. A. In Tuſcia paſſio s. Barbaræ Virginis ſub Maximiano Imperatore. T. Et tranſitus s. Everardi Confeſſoris. B. Arelate dedicatio baſilicæ s. Geneſii Martyris.

* *B. & Concordi*

XVII **XVI. KAL.** * Natale s. Ignatii Epiſcopi & Martyris: qui tertius Antiochiæ poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus, duodecimo Trajani anno ad beſtias vinctus Romæ miſſus eſt. Reliquiæ tamen corporis ejus Antiochiæ jacent * extra portam Daphniticam in cœmeterio eccleſiæ.

* *hunc diem cum ſequenti invertit C.*
* *huc uſque A. & T.*

T. Eodem die Ss. Lazari & Marthæ ſororis ejus. C. V. In Africa * Victuri Victoris & alii triginta & tres. Victorini, Adjutoris, Quarti. B. In Africa natale Ss. Victoni, Victoriani, Adjutoris, Honorati, Vincentii, Felicis & aliorum 24.

XVIII **XV. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Jeroſolyma paſſio Ss. Alexandri epiſcopi & Theodoli: quorum Alexander in eculeum ſuſpenſus eſt: & poſtea pariter cum Theodolo igni traditus eſt ſub Aureliano Imperatore.

F

D. Beatorum Martyrum Rufi & Zoſimi, qui de primis diſcipulis fuerunt, per quos primitus Eccleſia Judæis & Græcis fundata eſt. C. V. T. Laodicea Ss. Theoreni, Baſiliani. V. C. In Africa s. Quinti. V. T. C. Alibi paſſio s. Afræ. A. T. In Africa natale Ss. Vincentii, Rogatiani. A. Et paſſio s. Luceæ Virginis. T. Romæ natale Ss. Antonii, Irenæi, Theodori. B. Laodicea civitate Natalis Ss. Quinti, Simplicii, Pauli, Victoriæ, Privati. Et alibi natale Ss. Digni & Badegiſili, Honorati cum aliis triginta.

XIX **XIV. KAL.** *Vacat Beda.*

Florus in A. T. L. Autiſiodoro civitate, depoſitio B. Gregorii Epiſcopi & Confeſſoris, qui tantæ, ut liber actionum illius pandit, ſobrietatis fuit, ut in medio mundi poſitus, novus effulgeret eremita, ſeque ſæpius multis declaravit miraculis.

D. Apud Ægyptum B. Nemeſii martyris, qui primum per calumniam quaſi latro delatus eſt judici Æmyliano. B. C. V. In Nicea * [civitate Bithyniæ] Ss. Zoſimi Pauli, Secundini. * [Quinti, Autiſiodoro] depoſitio B. Gregorii Epiſcopi. A. Et natale S. Cyriaci. L. Zoſimi & Cirici. T. Et Pauli in civitate Bithyniæ Nicea.

* * *in ſolo B.*

XX **XIII. KAL.** *Vacat Beda.*

D. Beatorum Martyrum, Ammonis, Zenonis, Ptolomæi, Ingenui & Theophyli. B. C. V. In Thracia * [civitate Gildoba] natale s. Julii. Romæ Zephyrini Epiſcopi * [In Oriente s. Theclæ.] Natale s. Liberati. A. T. Natale s. Anaſtaſii

* *in ſolo B.*
* *deeſt in B*

A. T. L.

A A.T.L.Romæ depoſitio s.Zephyrini. In Orieate natale s. Liberati. T. Ad Urſum pileatum natale s.Pontiani.

XXI XII. KAL. JAN. Nat. s.Thomæ Apoſt.

Florus addit in A.T.L. qui paſſus eſt in India, lancea quippe transfixus occubuit. Hujus etenim corpus tranſlatum eſt apud Edeſſam civitatem. T. quinto nonas Julii.

B.C.V.A.T.L.Romæ s.Innocentii Epiſcopi. A.T.Et paſſio s. Honorati Epiſcopi. C. Et paſſio s.Phocæ. B.In Etaclea natale s. Paſſi. Et alibi Paſſio Ss.Focæ, Flurii, Honorati Epiſcopi & confeſſoris.

D.Catalaunis s. Memmii Epiſcopi primi illius civitatis ab Urbe Roma directi qui inter alia innumera miracula mortuum ſuſcitavit: cujus nunc ſepulchrum crebettimis miraculis illuſtratur. Et in Thuſcia Ioannis & Feſti: *Sed forte hæc ſpectant ad diem ſequentem: quo perperam in hoc MS. refertur s. Thomas.*

XXII XI. KAL. *Vacat Beda.*

C.V.Inter duas lauros natale triginta martyrum qui omnes una die coronati ſunt. A.T.L.B. Romæ *[Via-Lavicana] natale Ss.triginta martyrum, qui una die ſunt coronati. A.T.Romæ depoſitio s.Felicis Epiſcopi. L. *Addit* Portuenſis. A.T.B.Et paſſio s.Theodoſiæ Virginis. Et Didymi monachi. B. In portu Romano natale s. Ariſtoni, & s.Felicis Epiſcopi. Eodem die paſſio s.Gregorii martyris.

* *deeſt B.*

XXIII X. KAL. Depoſitio s.Victoriæ Romæ ſub Decio: quæ cum eſſet deſponſata viro pagano Eugenio, & nec nubere vellet nec ſacrificare, poſt multa facta mirabilia, inter quæ plurimas Virgines Domino aggregaverat, percuſſa eſt gladio, carnifice Taliarcho templorum Comite, rogato ſui ſponſi: depoſita eſt autem X. Kalendarum earumdem.

B

C.V.Eodem die s.Gregorii Martyris Spoletini & alii nongenti triginta. A.T.Romæ natale Ss. Eleutherii & Cornelii. B. Romæ natale Ss.Eugenii, Eleutherii, Urbani, Cornelii, Trajani, Victoris, Caſtulæ & aliorum octingentorum & triginta. In Nicomedia natale Ss. triginta quinque martyrum. Et alibi natalis Ss. Ioannis & Felicis. L. Eodem die adventus reliquiarum s. Lamberti martyris atque Pontificis, quas venerandæ memoriæ Dominus Uardricus, hujus loci Abbas tertius, ab Epiſcopo Leodinenſi Alberone ſibi devotiſſime impetratas, eccleſiæ Letienſi X.Kal.Ianuarii ſolenniter invexit, ſolenniterque ipſius diei memoriam quotannis celebrandam inſtituit.

XXIV IX. KAL. Vigilia natalis Domini.

D.Apud Antiochiam Syriæ natale Ss.Virginum quadraginta, quæ perſecutione Deciana per diverſa tormenta Martyrium conſummaverunt. V.natale Ss. Virginum quadraginta. A.T.L. Romæ natale Ss.Metrobi, Pauli, & Luciani.

XXV VIII. KAL. Nativitas D. N. Jeſu Chriſti.

C *Florus addit in* A. & L. qui in divinitatis ſuæ potentia & tempus nativitatis ſuæ prævidit, & matrem per quam naſceretur elegit.

Et s.Eugeniæ Virginis. Eodem die natale s. Anaſtaſiæ: quæ tempore Diocletiani primo diram & immitem cuſtodiam a viro ſuo Publio perpeſſa eſt, in qua tamen a Chryſogono confeſſore Chriſti multum conſolata & confortata eſt. Deinde a Præfecto Illirici in graviſſima æque & diutina cuſtodia macerata eſt: * in qua duobus menſibus refecta eſt cœleſtibus eſcis per s. Theodoten, quæ prius martyrium paſſa eſt. Deinde navi impoſita cum ducentis viris & ſeptingentis fœminis, ut demergeretur in mari, perlata eſt ad inſulas Palmarias, ubi per manus & pedes extenſa eſt ligata ad palos fixos, & circa medium ejus ignis accenſus eſt, in quo martyrium conſummavit, & omnes qui cum illa venerant variis interfectionibus martyrium celebrarunt.

* *huc uſque A.*

Florus in A. T. L. *præpoſuit.* In Sirmio ... Constantinopolim s.Anaſtaſii. D

VII. KAL. Natale s.Stephani Protomartyris. XXVI

Florus in A.T. L. In oppido Hieroſolymitano villa Caphargamala paſſio s.Stephani, qui ab Apoſtolis Levita ordinatus, ob teſtimonium Chriſti lapidantibus Judæis primus poſt aſcenſionem Domini martyrio conſummatus eſt. * Hic cœlos vidit apertos & Jeſum ſtantem a dextris virtutis Dei: cui ſpiritum commendans, & pro perſecutoribus exorans, imbre lapidum perfuſus obdormivit.

* *huc uſque A.*

B.C.V.Romæ s. Dionyſii Epiſcopi. T.Eodem die Romæ paſſio s.Marini. B.Antiochiæ Iuliani & Marciani.

VI. KAL. Natalis s.Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, dilecti Domini. XXVII

Florus in A.T.L.*præmittit.* In Epheſo, *& deinde ſubjungit*: quem Dominus non præ ceteris ſolum, ſed & præ ceteris familiarius unum dilexit. Hic ſupra pectus Domini in cœna recubuit: cui poſtea levatus in cruce Matrem Virginem Virgini commendavit. * Hic inter quatuor animalia aquilæ comparatur, de divinitate Chriſti & limpidius præ cunctis conſpexit, & in Evangelii ſui principiis ſcribendo contradidit. E

* *huc uſque A.*

T.L.B Eodem die ordinatio Epiſcopatus s.Iacobi, fratris Domini, qui ab Apoſtolis primus ex Iudæis Hieroſolymis eſt ordinatus Epiſcopus. B.Et medio Paſcha martyrio coronatus. V. C. Et s.Iacobi Fratris Domini.

V. KAL. Natalis Sanctorum Martyrum Innocentium. XXVIII

Florus in A. T. L. *addit* qui teſtimonium Chriſto non loquendo ſed moriendo perhibentes, Herodis impietate felici nece conſumpti ſunt.

V. Natale Eutychii Presbyteri, Domitiani Diaconi, Caſtorii.

IV. KAL. *Vacat Beda.* XXIX

D. David Regis Apud Arelatem s. Trophimi Epiſcopi & Confeſſoris, diſcipuli Apoſtolorum Petri & Pauli. V.C. In Africa Creſcentii, Primiani, Secundi Saturnini, Honorati. Romæ Felicis & Bonifacii Epiſcopi: *qui ultimus etiam eſt primo loco in* A.T.L. In Africa Ss. Dominii, Victoris, Primiani, Honorati, Saturi, Felicis. L. Et paſſio s.Thomæ Archiepiſcopi & Martyris Cantuarienſis. B.Romæ Felicis & Bonifacii Epiſcopi de ordinatione. In pago Oxomenſe Orico monaſterio depoſitio s. Ebrulfi Confeſſoris.

III. KAL. *Vacat Beda.* XXX

Florus in A. T. L. Turonis civitate depoſitio Perpetui Epiſcopi & Confeſſoris: qui religioſo magnoque voto corpus B. Martini removens, Angelicam viſitationem promeruit. F

D.Apud Spoletum paſſio s.Sabini Epiſcopi, & Exuperantii & Marcelli Diaconorum, & Venuſtiani cum uxore & filiis ſub Maximiano Auguſto. V T.In Alexandria Manſueti. * Severi, Appiani, Donati Honorii. B. Polediſi. In inſula s.Florentii, Sereni, Pauli, Stephani, Papiani, Cleteogenis. Turonis Perpetui Epiſcopi & Confeſſoris.

* *huc uſque T. & B. Severi, Apiani*

II. KAL. Depoſitio s. Silveſtri Epiſcopi. XXXI

Florus præponit in A.T.L. Romæ in cœmeterio Priſcillæ via Salaria. *Deinde ſubjungit*, qui Romanæ Eccleſiæ poſt B.Petrum trigeſimus tertius præfuit, & per viginti duos annos virtutum miraculis, & prædicationum doctrinis mirabilis rexit.

Et paſſio s. Columbæ Virginis, Senones, ſub Aureliano Imperatore; quæ ſuperato igne cæſa eſt.

C.V.Romæ Via Salaria in cœmeterio Iordanorum, Donatæ, Paulinæ, Ruſticianæ, Nominandæ, Serotinæ, Saturnini, *Hylarianæ, Retiariæ, Hermeris, Exorciſtæ. In provincia Siciliæ civitate Catanenſium Stephani, Pontiani, Attali, Flaviani, Cornelii, Sexti, Floridi, Quintiani, Mevrbini, Simphoriani. B. Donati, Pauli.

* *C. Hilariæ*

Explicit Martyrologium Bedæ Presbyteri.

IN TOMUM TERTIUM

DE ACTIS SANCTORUM

MENSIS MARTII

PRÆFATIO

Ad Ampliſſimum & admodum Reverendum Dominum ac Patrem

MACARIUM SIMEOMO

Celeberrimæ Eccleſiæ S. Michaelis Canonicorum ordinis Præmonſtratenſis Antuerpiæ Abbatem, ejuſque Religioſiſſimum Conventum.

SI Sanctiſſimi Norberti ſanctus ſocius diſcipulusque B. Evermodus, Raceburgenſis Epiſcopus, in tomo tertio Februarii primum occupans diem, ſatis idonea cauſſa fuit ad patrocinium ſperandum obtinendumque eidem volumini, imo operi toti, a Tuo laudatiſſimæ memoriæ deceſſore Norberto van Couwerven, ac per eum ab Ordine Præmonſtratenſi univerſo in comitiis Generalibus adunato (ut probant luculento teſtimonio litteræ ipſius Capituli ſigillo munitæ expeditæque anno 1460. die 7. Maii) multo majori jure expectat hic tomus, ut cum aliis ejuſdem Martii menſis tomis duobus ſimili excipiatur favore, commandatur a tribus pariter Candidi Ordinis veſtri Beatis Heroibus, poſtremam Martii decadam exornantibus, Beato videlicet Eelkone Liaukama, Lidlomenſi Abbate; Beato Ludolpho Raceburgenſi Epiſcopo, centum quinquaginta octo annis poſt Evermodum; & B. Dodone de Haſcha, illuſtriſſimæ ſanctimoniæ Solitario: quorum priores duo ad 22. & 29. Martii Præmonſtratenſibus faſtis adſcripti, internarum candorem virtutum, externo ſpectabilem habitu, glorioſi Martyrii purpura exornarunt; poſtremus 30. diem occupans menſis prædicti, ne non etiam ipſe cenſeretur inter eos, qui dealbaverunt ſtolam ſuam in ſanguine Agni, quinque ejuſdem vulnera in manibus pedibuſque ac latere expreſſa conſervavit poſt obitum, non prorſus incruenta ſublatus morte, quando collabentis tecti ruinam excepit. His tribus (nam quartum Fridericum Horti-B. Mariæ in Friſia Abbatem prætermittimus memorare, propterea quod, licet ad hunc menſem, ad alium tamen pertineat tomum, die 3. Martii ſolennius ſolitus celebrari) His, inquam, tribus Conciliatoribus majorem confidimus huic oblationi acceſſuram gratiam, quam cæca gentilitas ſperare ſolebat a fabuloſa nexarum inter ſe Charitum triade, quarum Thalia florem numquam marceſcentia decoris perpetuum, Aglaja ſplendidæ ſemper honeſtatis lucem ſuaviſſimam, liberalem hilaris exporrectæque frontis ſerenitatem pollicebatur Euphroſyne. Sed & hæc & illæ pollicebantur tantum nomine ſuo, cum rebus vacua eſſent nomina: aſt B. Eelko, protendens manicas vernantibus roſis impletas divinitus, numquid non promittit florituram ſemper, quam ipſe operi noſtro contulerit gratiam? Aut obſcurari patietur Ludolphus obliviosi temporis involutam caligine, cui infulæ ſuæ laureæque ſplendorem communicaverit, ut non ſemper amœna in luce niteat? Jucundius denique quid eſſe poſſit, quam ex Dodone, Dominicis plagis convulnerato, velut ex ſalutifero fonte, haurire cum gaudio virtutum exempla eaque Ordini Candido propinare; hoc etiam avidius recipienda, quod hic tuo AMPLISSIMA ATQUE ADMODUM REVERENDA DOMINA præſignentur nomine: quippe qui iiſdem virtutibus omnibus, unde tres illi hic laudati leguntur, noſcaris exhibuiſſe & exhibere Te amabilem monaſterio Tuo, Antuerpianſi civitati venerabilem, admirabilem Brabantiæ noſtræ Ordinibus. Etenim paternum facilemque erga ſubditos animum, qualis B. Eelkonis fuit, & ad exigendam cœnobiticæ diſciplinæ obſervantiam manſuetudine magis quam ſeveritate, exemplo quam imperio efficacem, cum perſpectiſſimum haberent celeberrimi hujus monaſterii Canonici; nullius eorum diſſentiente ſuffragio, concordibus omnium votis poſtulatus in Abbatem es; & Superis bene faventibus impetratus, ſic regere eos pergis, ut quantum in hac ampliſſima dignitate tibi procedit temporis, tantum Tua erga ſingulos caritas ſeſe explicet magis. Senſum affectuoſæ erga res divinas domi foriſque tractandas pietatis, quæ fuit B. Dodonis laus præcipua, in religioſiſſimo Tuo conventu ſic probat & veneratur Antuerpia, ut illum a capite in membra fluere ac Tuo ſpiritu vegetari non dubitet. Quoties vero, convenientibus in unum patriæ noſtræ Ordinibus, ipſe ad ſententiam ferendam accedis; agnoſcit in te Belgium B. Lodolfi generoſum animum, prudenti circumſpectione & eximia conſiliorum maturitate ornatum, ad tuendam Eccleſiaſticam libertatem, ad Regis & Provinciarum Regiarum publica commoda defendenda, ad aſſerenda monaſterii Tui jura; itaque agnoſcit & admiratur, ut intra ſe non contineat naſcentem eximie nominis tui celeberrimam famam, ſed ad remotiſſimas quoque diffundat regiones. Atque hæc cauſſa fuit, cur arbitrum Te, componendis in Auſtria Bohemiaque monaſteriorum vetuſtiſſimorum ampliſſimorumque controverſiis, deſignari in Capitulo Generali, poſtulari ab Abbatibus pertæſis litium, a pacifico Cæſare cum multa promptiſſimi auxilii atque favoris pollicitatione ad ſuas ditiones invitari contigerit. Tot ergo titulis gratioſam futuram Præmonſtratenſi Ordini Martii hujus noſtri partem, quot ejus in ea Beati recenſentur; Tibi eorumdem Beatorum Imitatori ſolicito pariter ac felici, AMPLISSIMA AC REVERENDA ADMODUM DOMINA, offerri oportuit; ut per Te totus Martius commendatus, acceſſum ad cetera Ordinis florentiſſimi monaſteria faciliorem habeat. Id porro a Te nunc & ſperamus & poſtulamus fidentius, quod, ut hunc menſem maturius emitteremus in lucem, vehementer nos animatos incitatoſque fateamur adhortationibus Tuis; cum vaſto huic inſudantes labori, quocumque poſſibili modo foveres ac recreares, benignus pariter atque munificus; quin & exempla ſubditos omnes in magnam æſtimationem expectationemque moveret eorum tomorum, quos tantopere Te velle perfectos videre tam exaggeratis verbis proteſtabaris identidem.

dem. Ut autem eruditarum novitatum ſtudioſi hunc quoque tomum inſpiciant legantque libentius, præmittimus eidem tractationes duas ſane curioſas, occaſione accepta a duobus Sanctis, quorum menſe Martio illuſtravimus res geſtas; Theophanis, inquam, Magni-agri in Sigriana Hegumeni Confeſſoriſque, & Gunthramni Francorum Regis: quorum Acta quia non videbantur prolixiori digreſſione augenda, ipſam de induſtria ad hunc locum reſervaveramus. Etenim de S. Theophane & pulcherrimo illius ingentes opere, quod Chronographiam inſcripſit, non potuimus non obſervare rationes, ſecundum quas ipſum eſſet communibus chronologorum aptandum calculis; & manifeſtæ ſuppoſitionis reas eſſe convicimus tabulas, quas imperiti alicujus librarii audacia, velut lacinias ineptiſſimas aureæ veſti, attexuit. Præterea Pariſienſi, pulcherrimæ quamvis, editioni ineſſe menda chronologica non pauca obſervavimus, quæ ipſi imputata auctori, ſummam ejus in ſcribendis annalibus accurationem ſuſpectam facere quadamtenus poſſent lectori minus talia diſcernenti; adeoque operæ pretium fore putavimus ipſa loca & eorum correctiones ſub unum pariter aſpectum ponere, ut cuivis Theophanem legere volenti ad manum ſint: appareatque evidenter non ipſius iſta ſed librariorum eſſe errata. Ad S. Guntramnum quod attinet, quamvis ejus mortem ad annum Chriſti 593. pertinere demonſtraverimus maniſeſtiſſime, tum ad 5. Februarii diem in Commentario ad Acta S. Sigeberti prævio, tum in Diatriba de tribus Dagobertis Francorum Regibus; fuerunt tamen adhuc poſtea nonnulli, qui cum cetera noſtra circa Reges Dagobertos inventa recte caperent vehementerque probarent, non tamen ſatis videntur intelligere potuiſſe, quomodo ex illo quem obitui Guntramni aſſignavimus anno, tota Francorum Regum per tres Dagobertos ducta procedat hiſtoria. Alii vero, licet hoc quoque intelligerent probarentque, prioribus tamen ea de re tractatibus deeſſe exiſtimarunt regiæ illius ſtirpis genealogicum ſchema, quo per unius folii planitiem expanſo, tota ſucceſſionum ac temporum ſeries a primo Dagoberto uſque ad Carolum Magnum ſub unum ſimul poneretur aſpectum. Utriſque igitur hic ſecimus ſatis, & hanc exegeſim, una cum priori, ipſo in limine hujus tomi legendam exhibemus viris in Tuo monaſterio rerum hiſtoricarum ſcientiſſimis pariter ac cupidiſſimis, tum quia gratiſſimum hoc eis confidimus fore, tum quia præcipuam exinde capient utilitatem. Habent quippe hiſtoriæ Byzantinæ auctores (ut vocantur) omnes, magnificentia plane regia excuſos Pariſiis, & in his Theophanem præ ceteris digniſſimum utiliſſimumque, Tuo coemptos nutu, eoſque & magni faciunt & legunt diligenter. De Regia autem Francorum hiſtoria, occaſione Sanctorum eo dem ſpectantium, egregie examinata, correcta, illuſtrataque ita ſentiunt, crebris tuis ea de re ſermonibus ad hoc inducti, ut inter pulcherrima hujus cultiſſimi ſeculi inventa ſoleant numerare Regem unum, ingrata mille annorum oblivione ſepultum, velut ab inferis reſtitutum regno, cui per annos fere ſeptemdecim præfuiſſe, multaque illuſtria bello ac pace geſſiſſe tam indubitata manet demonſtratum auctoritate, quam aliquid unquam fuit in re hiſtorica definitum. Lege igitur Tuiſque commenda & hæc & illa quæ ſequuntur Sanctorum Acta: & quod facis, amare atque fovere perge, & nos & ſtudia noſtra: nos quidem, ut filios Societatis Jeſu Tibi Tuiſque addictiſſimæ; Candido autem Ordini privatim devotiſſimos: ſtudia vero noſtra, ut augendæ Dei Sanctorumque gloriæ, cujus zelantiſſimus es, unice addicta; interim dum ad Aprilem menſem tranſimus, & omnes pariter Sanctos precamur, ut Te Tuumque religioſiſſimum Conventum cœleſtium bonorum cumulent abundantia, veroſque ſuarum virtutum imitatores per ipſorum interceſſionem effectos, faciant etiam gloriæ ſuæ in omnem æternitatem conſortes.

EXEGESIS PRÆLIMINARIS I.

Chronographia S. Theophanis illuſtrata.

CAPUT I.

Repudiantur tabulæ chronicæ, ſaltem quoad annos & ſeriem quinque Patriarchatuum.

Ut prioribus tomis tractatus idonei

1 POſtquam prioribus tomis duobus per totidem tractatus præluſimus, quorum alter ad operis hujus vaſti cognitionem clariorem dandam lectoribus facere poterat plurimum, expoſitis cum vita auctoris primi, occaſione, conſilio, mediis & ſucceſſu tantæ molitionis, nec non iis omnibus, quæ progreſſum illius promoverunt hactenus vel retardarunt, tum virorum eruditorum & in omni ordine præcipuorum judiciis; alter vero totam Martyrologiorum, quibus utimur plurimum, œconomiam exhibuit oculis, & quod unice in publicam lucem poſtulari poterat, Bedæ opuſculum genuinum atque ab aliorum additamentis ſecretum protulit: non diu deliberandum nobis fuit quid huic tandem tomo præmitteremus, ne quid a ceteris minus haberet. Etenim libros noſtros legentibus apparet, præcipuum fere operi huic præſidium a chronologicis calculis peti, quibus rite ſubductis, ſolidiſſime ad Sanctorum examinanda illuſtrandaque proceditur; & fides ſingulis atque auctoritas creſcit, dum apparet quam apte ex hiſtoria reliqua, ſeculari æque ac eccleſiaſtica, pendeant omnia quæ ſunt a coævis auctoribus ſcripta; & quomodo ad eam debeat revocari, ſi quid in aliis erratum eſt, eorum vel incuria vel imperitia, qui ipſis Sanctis poſteriores, eorum res geſtas vel antea deſcriptas ſuo deinde ſtylo ornarunt auxeruntve; vel majorum neglectas incuria ex tradita ad poſteros fama aliiſque monumentis compilaverunt.

Sic huic chronologicus noſter præmittitur.

Si quid igitur deprehendiſſemus ejuſmodi quod ſemel recte conſtitutum, per totam chronologiam aut magnam illius partem plurimum habere poſſet utilitatis; id enimvero communicandum Lectori quantocyus judicavimus. Talia autem imprimis viſa ſunt duo illa eſſe, quæ jam deſignavimus circa Theophanem, Regeſque Francorum: quando horum fere annis pleraque Acta reperiuntur ſignata eorum Sanctorum, qui multi in Italia, Galliis, Germaniiſque floruerunt: ille autem nunc unicus chronographus eſt, qui res Eccleſiæ atque Imperii Orientalis a Diocletiano ad ſua uſque deduxit tempora, ea complexus ſecula per quæ plerique omnes Orientis Sancti, quorum eſt in hoc opere mentio, ſuis virtutibus Divorum honores promeruerunt.

2 Hanc

Digitized by Google

A 2 Hanc igitur ſaciem geminam tomus hic præſeret Orientalium atque Occidentalium rerum ſtudioſis. Utque ab eo urdiamur, cujus hoc latius ſe extendit utilitas, quo plura complectitur & regiones ampliores; u Theophane, inquam; ante omnia dicimus dubitari non poſſe, quin is, qui in operis ſui exordio alium titulum non ſumpſit, quam Θεοφάνους τοῦ ἁμαρτωλοῦ (ut ſatetur egregius illuſtrator ejus atque interpres Jacobus Goar Ord. Prædicatorum Congregationis reformatæ S. Ludovici Vicarius Generalis in ſuis ad pag. 1. notis) idem certo ſit quem Magni-agri in Sigriana Hegumenum egregiumque ſub Leone Armeno Confeſſorem ſeſtive quotannis colunt Græci die 12. Martii. Hujus enim veritatis habemus teſtem omni exceptione majorem, ipſum Theophanis antiquiſſimum interpretem ac pene coævum, Anaſtaſium Bibliothecarium. Interpretem, inquam: quia ex Chronographia primum Georgii, deinde Theophanis decerpturum ſe profitetur, & vero plerumque decerpſit verbotenus, quidquid ad hiſtoriam eccleſiaſticam Latine condendam Joannes Diaconus videbatur poſſe deſiderare ea Græcis auctoribus, quos nominavimus: poſtquam autem Georgii laudes brevi-

In quo primum illuſtrator Chronographia S. Theophanis:

cujus Vita data 12. Martii

B bus attigit, *de altero*, inquit, ſcilicet Theophane, *quid dicam? cum & ejus conſcripta Vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis crucem ſuam tulerit; qualiterve ſecutus Chriſtum, Abbatis in monaſterio Agri functus officio, virtutibus fulſerit, miraculis coruſcaverit, & Confeſſor obierit, ſatis ſuperque per Byzantiam & circum quaſque regiones, his qui prope & his qui longe ſunt, clamet.*

3 Quo porro in ſtatu inchoatum a Georgio opus Theophanes invenerit, qua ratione proſecutus ipſe ſit, juvat ex ipſo proœmio cognuſcere, quod eſt hujuſmodi: *Sanctiſſimi Conſtantinopoleos Patriarchæ Taraſii olim Syncellus, Georgius Abbas, vir eximius & eruditiſſimus, multis chronographorum & hiſtoricorum libris evolutis, compendiariam ab Adamo ad Diocletiani tempora chronologiam ſcripſit, diſcuſſiſque ſtudioſe temporum rationibus ad invicem comparavit, emendavit, ac ſolertiſſime, ut ante ejus ætatem nullus, compoſuit: priſcorum inſuper Regum ac nationum univerſarum ſtatu & regimine annotata, ſingulorumque quantum licet obſervatis ætatibus, ſupremarum & univerſalium Sedium, Romæ dico, Alexandriæ, Antiochiæ & Hieroſolymorum Pontifices enumeravit, eorumque annos*

qui opus a Georgio Syncello inchoatum,

C *ac tempora egregio digeſſit ordine. Sed quoniam præveniente ipſum morte, opus, quod ad Diocletiani uſque tempora ſcribendo, ut ſumus præfati, perduxerat; non poterat ad propoſitum ſibi finem proſequi; nobis velut ſincerioribus amicis illud reliquit, multa excuſantes pluribus hortatus, ut ne imperfectum relinqueremus laborem ſuum, atque ad eamdem ſuſcipiendam coegit. Quocirca monitis ejus morem gerere compulſi, molem viribus noſtris longe graviorem ſuſcepimus. Multis ſiquidem voluminibus diligentius exquiſitis & quantum facultas & ingenium dedit examinatis, præſentem chronographiam a Diocletiani temporibus ad Michaelis & Theophylacti ejus filii Imperium compilamus; Reges inſuper & Patriarchas, nec non eorum geſta & ætates, qua par eſt ſedulitate, deſcribimus, nihil ex propria adaeclentes; ſed potius ex antiquis hiſtoricis & oratoribus colligentes omnia, propriis quæque locis digeſſimus, ſecundum temporum rationem res geſtas ordinantes, ut quoto anno quid factum ſit in bello vel eccleſia, in promptu habeant legere volentes.*

& ſibi a moriente commendatum,

continuavit:

4 Hæc ibi, in quibus aoriſtus συνεγραψάμεθα & ἐπιχειρῶμεν maluimus per verbum præſentis quam præteriti temporis explicare: quia proœmium illud operi non facto ſed faciendo præmitti a Theophane, iis perſuademur argumentis, quibus credere cogimur non omnia quæ præconceperat animo fuiſſe ab eo effectui mancipata: quorum defectum cum ſciolus aliquis præſumpſiſſet ſupplere, prudentiſſimo auctori haud mediocriter injurius fuit. Etenim chronographia Theophanis, qualem nunc habemus, ex collatione quinque Codicum MSS. Regii ſcilicet, Peyreziani, Barberini, Vaticani & Palatini, duabus conſtat partibus: quarum quæ potior eſt & vere aurea omnique acceptione digniſſima, hiſtoriam exhibet per annos digeſtam: altera vix plumbea dici meretur, conſiſtitque in tabulis chronologicis (*Canonia* vocat Goar) quibus per loculos diviſis, primum annus Mundi, tum Chriſti Incarnati, dein Imperatoris Romani, proxime Regis Perſarum aut Ducis Arabum, rerum poſt Perſas in Paleſtina potientium, denique ex ordine quinque Epiſcoporum præcipuorum ſeu Patriarcharum, Romani, Conſtantinopolitani, Hieroſolymitani, Alexandrini & Antiocheni ordo & anni continentur. Tabulas autem iſtas magna cum diverſitate non tantum præfixas annis non ſuis, ſed etiam mendoſiſſime conſcriptas eſſe, & plurimis hiare loculis, ac portentoſis prorſus annorum, præſertim Patriarchalium, ſupputationibus ſcatere, cum ipſemet Goar

huic appoſitæ tabulæ chronologicæ

D

E agnoſcat fateaturque; mirum eſt aut ipſum, aut qui defuncti Goaris laborem eduxit in lucem Combefiſium, potuiſſe ſibi perſuadere, ab auctore Theophane eſſe; *qui variorum auctorum ſententias & numeros ſecutus ſit varios, opuſque proprium urgente perſecutionis neceſſitate non recenſuerit, proindeque exigere a lectore ſuo poſſit, ut qui dormitantem Homerum patitur, Theophanem quoque lapſum erigat corrigatque: eum nimirum ſuccedentes & ad invicem cohærentes numeros in ſequiores tranſponit annos, ſeu etiam conjunctos annos in diſſita canonia deſultorie transfert: aut eidem viro nunc pauciores, mox plures diverſis canoniis aſſignat annos: vel cum ejuſdem viri pauciores anni plura occupant canonia: aut cum ſumma quapiam ætatis æquales loculos ſive canonia quibuſdam omiſſis non accepit: vel denique cum numero ejuſdem anni repetito confuſio infertur non mediocris.*

plurimis portentoſiſque erroribus ſcatent

5 Verum ſi hæc tam multa tam gravia volumus Theophani imputare, verendum eſt, ne plura ac graviora occurrant quam quibus lectoris, quantumvis benigni, lenitas poſſit ignoſcere. Nam ut omittam quæ circa S. Cyrilli Hieroſolymitani deceſſorumque ejus ac ſucceſſorum chronotaxin fœdiſſime errata demonſtravimus; *emendationem ſuperat omnem*, inquit ipſe Goar, *Romanorum Epiſcoporum nomen frequentius amiſſum, & ætas pag. 208. auctori penitus ignota*: quod uti ea indubitatis Pontificum annis manifeſte nobis conſtat, ita fortaſſis in aliis Patriarchis deprehenderemus, ſi de eorum ſucceſſionibus atque ætatibus pari nobis ratione conſtaret. Neque dixeris vitioſos catalogos præ oculis habentem Theophanem atque ex iis annos ſupputantem in iſtorum errorum partem non minimam prolabi potuiſſe: ubicumque enim in ipſa hiſtoria Pontificis Romani occurrit mentio, non alium quam par erat nominavit uſpiam: quomodo igitur ignotam potuit eorum ſeriem ætatemque habere? aut quæ poteſt tanta concipi ullius ſcriptoris oſcitantia, ut annales ordinans, eoſque in capite Imperatorum & Pontificum annis præſignans, nomen aliquod ſcribat diverſiſſimum ab eo, de quo in ipſa hiſtoria acturus eſt: aut ſaltem, cum de aliquo egerit nominatim, non cogitet alium hunc eſſe ab illo, quem in fronte expreſſerat? Sic ad annum 10. & 11. Conſtantii narrantur Acta inter Athanaſium & Julium Papam, qui in anno Conſtantii 15. & ipſe Pontificatus ſui 15. annum ultimumque explevit: cum interim in tabulis totus ejus Pontificatus ad ſexennium retroactus, ipſo quem

maxime circa Romanos Pontifices;

F

ipſique hiſtoriæ ſubtextæ adverſantur,

 dixinus

A diximus 10. anno Conſtantii, Liberium faciat ſuccedere Julio.

6 Quid autem dicemus de Regum Perſarum ſerie? Exorditur eam Georgius Syncellus anno quarto Alexandri Mammeæ, qui fuit vulgaris Æræ Alexandrinæ 218. & expoſitis ſingulorum nominibus, & quot quique regnaverint annis, uſque ad Perſici Imperii finem ſub Saracenis, quintum Regem Uracem (Arareuchem dictum in tabulis Theophani affictis) inducit in imperium anno Alexandrinæ Æræ 264. conformiter ad annorum ſpatia ſingulis ejus deceſſoribus in catalogo aſſignata; cumque annos 17. regnaviſſe ſcribit. Tabulæ autem (quæ pene ubique quoad numeros annorum uniuſcujuſque regno attributorum cum Georgio conſentiunt, ſed ordinem quandoque & nomina commutant) cum totidem annis regnaiſe Arareuchem admittant, ultimum illius annum componunt cum primo Diocletiani, Alexandrinæ Æræ 277. atque ita quatuor annos auferunt. Quis autem credat Theophanem continuatorem Georgii, nulla apparente ea cauſſa ita ab auctore ſuo fuiſſe diſceſſurum, ſi tabulas ipſe conſcripſiſſet? Quis rurſum credat omiſſurum fuiſſe Varanis, ſeu Uranis 3. nomen & annos 4. ſi præ oculis habuiſſet

B relictum ſibi a Georgio Catalogum: ac deinde pro Urane 5. Arſabelum, pro Samaſpo Peemaſaphum fuiſſe ſcripturum, nominibus toti Georgianæ ſeriei ignotis?

7 Simili ratione licebit ab iis argumentari Patriarchis, quos ultimo operis ſui anno ſic ſubnectit Georgius, ut ab iiſdem exordiri deberent Theophanis tabulæ, a primo Diocletiani anno exordientes; licet de illo anno, utpote jam ſatis deſcripto, nihil ſcribendum ſibi eſſe Theophanes putaverit: vel hoc ipſo indicans prius opus a ſe continuari, non conſcribi novum, quod alias auſpicari debuiſſet ab illius ad imperium ingreſſu, qui primus offerebatur in hiſtoriæ argumentum. Hunc autem annum cum deſcripſit Georgius ſic concludit. D

Romæ Epiſcopus 28. Cajus, annis 15.

Antiochiæ Epiſcopus 17. Cyrillus, annis 15.

Alexandriæ Epiſcopus 16. Theonas, annis 19.

Hieroſol. Epiſcopus 38. Hymenæus, annis 12.

Ex quibus juxta priores Georgii calculos, Cajus quidem & Theonas primum illum habuiſſent in Epiſcopatu annum: Cyrillus, anno Alexandrinæ Æræ 264. creatus, annum egiſſet 14. Hymenæus vero ultimum, niſi (quod eſt veroſimile) dicas, librariorum vitio factum ut duodecim annis ſcriberetur ſediſſe, cui paſſim alibi anni pluſquam 20. aſſignantur.

8 Interim Tabula, Chronographiæ exhinc a Theophane continuatæ præfixa, hujuſmodi Canonium exhibet ipſo in limine: E

Annus conditi orbis	Annus Incarnat. divinæ	Rom. Imp. Diocletianus annis 20.	Rex Perſ. Arareuthes annis 17.	Romæ Epiſcopus Cajus annis 15.	Hieroſol. Epiſcopus Hymenæus annis 24.	Alexandr. Epiſcopus Theonas annis 19.	Antiochiæ Epiſcopus Tyrannus annis 13.
5777	277	1	15	7	13	11	2
5778	278	2	16	8	14	12	3
5779	279	3	17	9	15	13	4
5780	280	4	*Varanis an. 1:*	10	16	14	5

Non quærimus utrarum tabularum calculi ad veritatem propius accedant, & num major fides adhibenda non ſit Euſebio, proximos temporibus ſuis Epiſcopos ſic ordinanti, ut Cajus, Imperium ſuſcipiente Diocletiano, egerit in Epiſcopatu ſuo annum

C 5. Hymenæus 19. Theonas 4. Tyrannus non niſi poſt annos octo ſucceſſerit Cyrillo, circa Diocletiani initia agenti annum dumtaxat 6. Hæc inquam non quærimus: ſed iſtud potiſſimum lectoris æqui judicio æſtimandum relinquimus, an cum Georgii chronotaxi tam male cohærentia poſſit credi ſcripſiſſe illius continuator, aut omnino aliquis qui Georgium legerit? nedum is qui omnia, quæ ſibi ille ad texendam chronologiam conquiſiverat inſtrumenta, hæreditavit.

CAPUT II.

Quomodo tabulæ confectæ videantur: qua Æra Theophanes uſus ſit: quam recte ab anno ejuſdem 277. exorſus ſit? Quale ſit Chronicon quod Raderus Alexandrinum dixit?

9 QUid igitur? inquies. Adeone impudens fuerit aliquis, ut Theophani affingeret tabulas, de quibus cogitaverit numquam? Non hoc dicimus: ſed omnino arbitramur, ejuſmodi tabulas ab eo non tantum excogitatas fuiſſe (ut commodiores ad uſum lectoris, quam modus ille quem tenuit Georgius, annos mundi Chriſtique & Imperatoris Romani præfigens hiſtoriæ ad inſtar tituli, ad calcem vero cujuſque anni Perſarum Reges & quatuor Epiſcopatuum Præſules ſubtexens) verum etiam lineas, intra quas eſſent deſcribendæ per loculos diviſas, ab eodem Theophane fuiſſe deductas, ſaltem in principio operis; & ubi id non fecit, ſimilibus lineis ducendis ſpatium in codice vacuum relictum fuiſſe a ſcribente. Dicimus tamen quod annos mundi Chriſtique & Romani Imperatoris ſcripſiſſe contentus, & Epiſcopatuum titulos cuique loculo præſignaſſe, loculos ipſos omiſerit tantiſper inſcriptis nominibus Epiſcoporum & ſingulorum annis implere, dum quod in opere præcipuum erat abſolviſſet: deinde autem vel morbis vel ærumnis impeditum, vel etiam rei difficultate abſterritum (cum videret quomodo Epiſcopales catalogi in deſignando uniuſcujuſque Pontificatus tempore vel inter ſe vel cum notis certioribus pugnarent, & ſumma annorum inita in deſcenſu aſcenſuque faciendo numquam recte finiretur) deſperaſſe de ſucceſſu.

Satis erga habuit omiſſa tantiſper cura pertexendæ accuratius ſeriei, in ipſo quandoque hiſtoriæ contextu nonnullos Epiſcoporum eo anno ſedentium nominare, quandoque eorum nomina certius ſibi cognita inſcribere loculis ad id præparatis: unde eos acceptos in Anaſtaſii verſione hoc modo reperias. *Mundi anno* VI CCLXIX. *Divinæ Incarnationis anno*

559. *Anno*

Digitized by Google

A 599. *Anno vero Imperii Phocæ 5. Iſacius Hieroſolymitanus, Theodorus Alexandrinus, & Anaſtaſius Antiochenus habentur Antiſtites*. Et paullo poſt. *Anno Imperii Phocæ 7. Sergius Conſtantinopolitanus, Zacharias Hieroſolymitanus, & Joannes Alexandrinus habentur Antiſtites*. Hæc enim aliaque ſimilia, in Anaſtaſio quidem non admodum rara, in Theophanis vero textu via unquam reperienda, unde accepiſſet iſte, ſi hic ea in dictis loculis non ſignaſſet? Hoc autem eum credimus in melius ſibi cognitis urbis Conſtantinopolitanæ Patriarchis diligentius frequentiuſque feciſſe, cum ipſi hiſtoriæ ſuæ tam accurate inſeruerit eorum, qui ſuo ævo fuere viciniores, initia fineſque. Quin & Romanorum Pontificum tempora ſibi propinquiora in eadem hiſtoria diligentiſſime expreſſit: & quamvis in antiquioribus aberrarit ſubinde a veritate, non admodum correctos ſecutus catalogos; nunquam tamen ſic eſt hallucinatus (incipiendo a Julio, cujus ad annum Æræ Alexandrinæ 334. meminit) quin revera eo aut proximo anno is Pontifex Romanæ Cathedræ præſederit, cujus factum aliquod in hiſtoria explicatur.

[*Verum a ſciolo aliquo, Nicephori catalogos impoſito ſeorſim*] 10 Tabulas autem ita vacantes in codice adhuc invariato reperiſſe Anaſtaſium, omnino credimus: poſtea autem factum eſſe, ut ſciolus aliquis ex Catalogis, in S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani compendiaria chronographia repertis, prædictos B loculos implere tentaverit, inde, ubi iſti in ſuo deſinebant manuſcripto, ſurſum aſcendens per annorum ſpatia, recte aut perperam definita; nihil penſi habendo quot quique menſes dieſque plures aut pauciores ſederint quam annorum integrorum numerus adjunctus ſignificat. Ita neceſſario fieri debuit, ut ejuſmodi ſuppotationes, corruptis etiam quandoque in MS. numerorum notis vitioſiores redditi, non modo a veritate recederent plurimum, ſed nec cum [*cum ille tantum notarit annos mundi & Chriſti,*] Theophanis hiſtoria ſequente neque cum præcedente Georgii ſupputatione poſſent coincidere. Ut autem Anaſtaſii verſione movemur ad credendum, nequaquam Theophanem vel ſemper vel ab initio inſcripſiſſe tabulis Epiſcoporum quæ diximus nomina: ſic eadem mori auctoritate perſuademur, non ſingulis annis præſignatum fuiſſe a Theophane mundanæ ac Chriſtianæ Æræ numerum; ſed item ut Anaſtaſius facit, ad initia dumtaxat Imperatorum, & [*aut etiam ſolos quandoque annos Imperatorum.*] quandoque alias: alibi vero ſolum ſignatum Imperii annum, quod eo fere ſolo conſueſſent hiſtorici publica ſcripta ſignare: Hinc porro fieri non difficulter potuit, ut dum ad annos Mundi ſubinde C revocantur anni Imperatorum, aliqua difficultate incidente, non ſemper facta fuerit uniformis progreſſio, quemadmodum infra docturi ſumus, oſtenſurique non tam ipſius Theophanis errore id factum, quam receptæ per univerſum Orientem ex uſu Alexandrinæ Eccleſiæ chronotaxis, cui aptare ſe auctor debuerit. Hic tamen ne tenebras multas offundat, Theophanis chronologiam ad Æræ vulgatæ annos aptaturis, hanc diſſertationem vulgare placuit.

[*Uſus eſt Theophanes Æra Alexandrina, annos mundi 16. Chriſti 8. pauciores numerante,*] 11 Alexandrinæ porro ſive eccleſiaſticæ Æræ differentiam, Æra Græcorum ſeu Romanorum id eſt Conſtantinopolitanorum, ipſe nobis Theophanes explicat ad extremum Zenonis Imperatoris annum his verbis. *Ceterum annus, quo Zeno mortuus eſt & Anaſtaſius imperare cœpit, ab Adamo* ↀↀ DCCCCXCIX. *apud Romanos numeratur; qui juxta diligentiorem & veriorem Alexandrinorum calculum* ↀↀ DCCCCLXXXIII. *a Diocletiani Imperio* 207. *a divina Incarnatione* 483. *Indictione* 14. *notatur*. Qui annus cum citra dubium ullum fuerit vulgaris Æræ 491. liquido apparet Alexandrinos, in mundanis quidem ſedecim annos pauciores numeraſſe, Æræ autem Chriſtianæ annos D detraxiſſe octo: idque commodioris ſupputationis cauſſa, ut apparet, quo toto uno ſeculo unitatum ac decadum numeri æqualiter procederent in recenſendis Mundi Chriſtique annis. Hunc igitur calculum ſecutus Theophanes, & Chronographiam a [*Diocletiani initia recte compoſuit cum anno 277. iſtius Æræ,*] Georgio Syncello uſque ad Diocletiani perductam initia porro pertexturus, primum dicti Imperatoris annum compoſuit cum anno Chriſti 277. qui nobis, octennio addito eſt 285. atque ita tacite correxit errorem auctoris ſui, annum 278. Æræ Alexandrinæ primum Diocletiani facientis. Etenim hic Alexandri Mammeæ annos tredecim recte in anno 215. qui nobis 223. fuit, exordiens; minus recte eidem dederat ſucceſſorem Maximinum anno 228. qui fuiſſet vulgaris Æræ 236. cum dictum Alexandrum [*a Georgio Syncello uno loco ad ſequentem dilatus,*] conſtet ſolis novem diebus ultra tredecim annos regnaſſe, atque adeo pridie Nonas Martias acclamatum, ipſis Idibus obiiſſe: ut conſequens ſit primum Maximini annum ſtatui debuiſſe 227. & reliquos deinceps annos a Georgio numeratos, tali errore ſemel poſito, excreſcere ſupra numerum juſtum anno uno.

12 Optime igitur fecit Theophanes quod Georgianæ chronographiæ ſuperfluum iſtum annum detraxe- E rit: non item ii, qui ipſi Theophani annum utrumque detractum volunt, exiſtimantque etiam ſic ſerius quam par eſt Diocletianum ab eo in imperium induci. Cum enim Græcorum annus a Septembri menſe ſuum ſumat exordium; & tum ex aliis auctoribus tum ex Chronico, quod vocant, Alexandrino habeamus, *Diocletianum Imperatorem 15. Kalendas Octobris Chalcedone renuntiatum, 5. Kalendas* [*aut ab aliis ad præcedentem retractus*] *Octobris Nicomediam purpuratum intraviſſe, & Kalendis Januarii Conſulem prodiiſſe*, evidens eſt nullam anni 276. partem ad ipſius imperium pertinuiſſe, niſi uſque ad Kalendas Januarii differas anni initium numerare: quod non faciunt auctores, uno anno Diocletiani initium anticipandum judicantes, ſed alio nituntur fundamento: perſuaſi videlicet Palilibus feſtis, id eſt 5. Idus Maii, illum eſſe exorſum regnare. Verum hoc quam temere aſſumptum fuerit ex verbis Claudii Mamertini in chronico, in alium prorſus quam revera habeant ſenſum detortis, dilucide Petavius noſter oſtendit lib. 11. de Doctrina temporum cap. 30. ingenue retractans, quæ alias ex inveterata, ut ait, chronologorum ſententia ſcripſerat. Eoſdem autem prorſus nihil poteſt juvare F [*qui refutantur ex chronicis*] 11. Conſulatus Diocletiani cum 11. anno Tribunitiæ, id eſt Imperatoriæ poteſtatis, in quibuſdam lapidibus compoſitus. Aliud enim eſt utriuſque initium: & cum hoc optime conſtat quod hunc Conſulatum adierit anno imperii ſui primo, & ideo recte *a Conſulibus Diocletiano* 11. *& Ariſtobulo* ejuſdem *Diocletiani anni ad paſcha* ordinandum *digeſti ſunt*; quemadmodum in Faſtis Conſtantinopolitanis expreſſe dicitur.

13 Conſtantinopolitani, inquam, licet notiori jam nomine Chronicon Alexandrinum vocentur, ex [*Alexandrino perperam dictis,*] opinione Raderi noſtri, eoſdem Græce Latineque edentis: quam & nos appellationem (ut recepto ſerviamus uſui) libentius uſurpamus. Satis enim eſſe poteſt eruditum lectorem hic monuiſſe, quod chronicon illud revera nihil minus quam Alexandrinum ſit: quippe quod nihil habeat cum Alexandrinorum rationibus commune. Non menſium, non dierum nomina, quæ Alexandrinis Ægyptiaca erant omnia, chronico autem huic partim Græca partim Latina ſunt, ut *Kalendæ Idus* &c. Non initium anni, quod Alexandrinis ſumitur a menſe Thoth, cujus primus dies reſpondet 29. diei menſis Auguſti:

N 3 in chro-

A in chronico autem a Kalendis Januarii Romano more ducitur. Non anni titulum; quem Ægyptii a Regibus Imperatoribuſve ſumebant, Chronicon autem ſumit a Conſulibus ex more Romano. Non Æram Chriſti: quam qualem uſurparint Alexandrini jam vidimus, chronicon autem prorſus non attingit, procedens Græcorum more per Olympiades, Ægyptiis in rebus publicis conſignandis inuſitatas. Ut autem ex tanta characterum chronologicorum ab Alexandrinorum uſu diſcrepantia manifeſte convincitur Alexandrinorum non eſſe, in quo illa reperitur: ita e converſo indubitatum videtur ferri judicium poſſe, prædictos faſtos Conſtantinopoli ſeu Novæ-Romæ ſcriptos eſſe, ubi in uſu vulgari iſta erant omnia, magna parte ex veteri Roma illuc traducta ſimul cum Imperii Sede; non item in reliqua Græcia, a Latinis nominibus magis abſtinente. Iſtud vero maxime ex poſtremis prædicti Chronici annis liquet, quibus tam prolixe deſcribuntur Acta Boni Magiſtri, in templo Studitarum Conſtantinopoli ſepulti anno Heraclii 17. ab aliis hiſtoricis vix leviter tacta; ut non tantum ibidem ſcripſiſſe auctorem, ſed & ex Studitis unum fuiſſe, nobis appareat veroſimillimum. Aſt præfigitur chronicon hæc, quæ ſequitur gnome Πέτρου Ἀλεξανδρείας. *Hinc deinceps* B *annorum ab Adamo Protoplaſto ſive ab orbis conditi exordio ſumma colligenda eſt, reſpondentium inſpirata a Deo Scriptura & ſancte inſtitutis per divinos Patres atque in Eccleſia Catholica recte celebratis feſtivitatibus.* Item de Agno typico ex Paſchalibus atque ex matheſeos rationibus frequenter diſputat: Alexandrini autem Epiſcopi ſcitur muneris fuiſſe, ut definitis accurate ſolis ac lunæ cyclis, Paſcha toti orbi Chriſtiano, quo die eſſet celebrandum, indicaret. Quid autem tum, ſi eo non obſtante, Cycli Paſchalis rationes perſpectas habere ſtuduerint Heraclii ævo omnes qui docti cupiebant haberi apud Latinos? Gnome autem iſtiuſmodi non magis indicat auctorem fuiſſe patria Alexandrinum, nedum urbis illius Epiſcopum aliquem, quam ſimilis alia ex Euſebii Cæſarienſis, vel ſcriptoris alterius opuſculo vel epiſtola quapiam accepta & libro præfixa, Euſebium aut ipſum cujus ea eſſet gnome auctorem probaret. Itaque haud paullo rectius Panormus aliique fecerunt, qui dictum Chronicon, prius in Sicilia repertum quam illud ex Auguſtano MS. Raderus plenius accuratiuſque vulgaret, *Faſtos Siculos* nuncupavere, cum uſu ſit inter eru-C ditos receptum (quem & nos in Martyrologiorum Antiquorum ſequimur nomenclatura, quoties ignoramus ad cujus Eccleſiæ uſum deſcripta fuerint) ut MSS. codicibus nomen fiat a loco in quo reperti ſunt, vel ab eo qui illos proprios in ſua poſſidet bibliotheca.

cum vere fuerit Conſtantinopolitanum,

cur ab aliis Faſti Siculi nuncupatum?

CAPUT III.

De anno Conſtantii & Galerii corregnantium & quinto Phocæ in Theophanis chronographia præteritis, ac demum poſt pluriam annorum ſeriem, ad lacunam explendam, Juliano & Copronymo ſupra juſtum tempus eorum adjectis.

Pro toto opere contenti Notis a Goar & Combefis adjectis,

14 POſtquam ab infinitis propemodum erroribus, quos vitioſiſſimæ tabulæ Theophani impingebant, diligentiſſimi auctoris nomen vindicavimus, & prorſus indignas eſſe oſtendimus, quæ cum chronographia ejus circumferantur; non hoc agendum nobis putamus, ut ſingula ejus capita revocemus ad examen; & quandoque exerrantem, quod humanum eſt, ex aliis certioribus quam quæ ipſe vidit monumentis D ac temporis ſignandi characteribus, revocemus in viam. Præſtitit hoc magno ſtudio & labore interpres ejus prænominatus Goar; cujus egregio fœtui poſt auctoris mortem in lucem producendo intentus Combefiſius, Notas addidit poſteriores. Itaque omiſſis iis quos ipſi obſervarunt & correxerunt in Theophane erroribus, & difficultatibus quas attigerunt prætermiſſis, duo tantum hic puncta notabimus: non tam quia ab ipſis levi nimis manu tractata nec ſatis fuere explicata; quam quia ad plurimos conſequenter annos ſpectantia, totam Theophanis chronologiam obſcuriſſimam reddunt, & ad Æræ vulgaris numeros ipſius calculos aptare volentibus, incredibiles pariunt moleſtias: quas nos experiendo edocti, quod ſit emolliendis nobis privatim comparaveramus remedium, libenter in publicum hic conferimus. Eſt autem hoc in eo ſitum, ut occaſione exerrationis detecta, & ſtatutis eidem utrimque terminis, doceatur lector, ex quod inter Magni Conſtantini & Joviani Imperatoris exordia fluxit ſpatio, novem annorum differentiam inter vulgarem Æram Æramque Alexandrinam eſſe concipiendam, ut ſuis quæque aptentur temporibus: & rurſum ab anno Phocæ quarto uſque ad Conſtan- E tini Copronymi mortem: cum alias communiter, ſicut antea dictum eſt, ſoli octo anni adjici debeant ad numerum Æræ Alexandrinæ, ut cum vulgari componatur. Utrumque autem tanto facimus libentius; quo certius oſtendere poſſumus poſtremæ exerrationis culpam nequaquam penes Theophanem reſidere, ſed commune tunc paſſim fuiſſe omnibus Alexandrina Æra utentibus, ut annos Mundi Chriſtique, uno quam par erat pauciores, eo tempore numerarent, & ſic imminutos cum vera Indictione nihilominus componerent.

15 Huic ſimile aliquid etiam in primo caſu accidiſſe ſuſpicari poſſumus, demonſtrare non poſſumus. Etenim Georgius Syncellus, cujus chronologicum opus pertexendum Theophanes noſter ſuſcepit, pag. 32. editionis Regiæ præfatur, ſe *Chaldæorum dubiam conjecturam arte demonſtrativa refutaturum, neceſſario interpretandos ſibi ducere annos Egregororum uſque ad 165. Enoch, qui mundi fuit 1287. at deinde*, inquit, *ad vigeſimum Conſtantini ab Adam ordine ſervato numerandi ſeriem traducam: & Regum unicuique genti imperantium nominibus prolatis, annorum V ∞DCCCXVI. ſummam me non oſcitanter collegiſſe demonſtrem.* Hæc ille Goare interprete. Verum ſi quis reſpondeat ∞ uſque F terminum ſignificare, ut ſcholæ paſſim loquuntur, extrinſecum, adeoque Georgium cenſuiſſe, Conſtantini Vicennalia ſpectare ad proxime ſequentem a dicta ſumma annum V∞DCCCXVII. qui noſtro 325. reſponderet, recte ſe habebit tota Georgii ſupputatio, iique erraverint ſoli, qui in ultimo præſignati numeri anno, eadem vicennalia collocarunt. Hoc autem manifeſte Theophanes fecit, ſiquidem cum Vicennalibus Conſtantini & tempore celebratæ Nicenæ Synodi Indictionem 12. conjunxit, quam conſtat Conſſ. Paulino & Juliano die 20. Maii habitam, atque adeo ad 13. Indictionem pertinere. Tali porro errore jam poſito, neceſſarium fuit, per annos 10. ſurſum aſcenſuro, primum Conſtantini annum ſtatuere annum ſuæ Æræ 297. nec ullum ſibi potuit reſervare annum, quem Conſtantio Chloro & Galerio Maximiano inſcriberet, quaſi poſt abdicationem Diocletiani & Maximiani Herculei (factam, ut tradit ipſemet & conſentiunt omnes, Æræ Alexandrinæ anno 296. 11. Kalendas Martii) ſolis quatuor menſibus vixiſſet Conſtantius Chlorus Conſtantini pater: quod ipſum manifeſte oſtendit ſe ſentire, cum ait, *Anno Imperii undecimo vita functum*, quem anno 285. dixerat Cæſarem eſſe inſtitutum.

primi erroris occaſio in Georgio non bene intellecto ſumpta

excluſo ab annalibus Conſtantii & Galerii anno uno;

16 Atqui

A 16 Atqui non tantum Alexandrinum Chronicon dicit, quod Conſtantius, Conſtantini magni Imperatoris pater, cum annos 12. imperaſſet, vita ceſſit; & ipſius Conſtantini annum primum componit cum initio Olympiadis 272. ſed etiam ex Faſtis Conſulatibus conſtat, præter illum annum quo, cedantibus Imperio ſoceris, Auguſti declarati ſunt Galerius atque Conſtantius; etiam anno ſequenti Conſulatus inſignia geſſiſſe Conſtantium. Fuit igitur Conſtantii Imperium unius anni & quatuor menſium: poſt quos mortuo patre die 8. Kalendas Auguſti, reliquum quidem tempus, quod Græcis dumtaxat unius menſis uſque in anni ſui ſub finem ſupererat, non potuit apud eos primum Conſtantini annum efficere: potuit tamen eorum poſteros ambiguos reddere Latinorum ſupputatio, ad quos, adhuc quinque menſes ad Januarium numerantes, cœperat Conſtantinus imperare. Quidquid ſit, & quocumque ex capite erraverint, qui Theophani erroris dederunt occaſionem: potuit ipſe errorem agnoſcere, atque corrigere, cum ad truculentam illam famem deſcribendam pervenit, quæ *ſeptima Indictione imminente* Orientem afflixit, quamquam ea ſemel poſita rerum per annum unum anticipatione retulit ad annum 324. Si enim tunc, cum habita eſt Nicæna Synodus, Alexandrinus ſolum agebatur annus 316. & Indictio 12.; quæ poſt æſtatem anni iiſdem Alexandrinis 324. imminebat Indictio, non potuiſſet niſi *ſexta* cenſeri, adeoque ſcire potuit cum *ſeptimam* dixit, res quæ illam præcedebant Indictionem anno uno a ſe anticipari: & annum 325. a ſe numerari debuiſſe, ut haberet ætatem, quam ſeptima ſequebatur Indictio. Maluit tamen poſitos ſemel calculos proſequi toto reliquo Conſtantini & ſucceſſoris Conſtantii tempore; atque ut hiatum unius iſtius anni tandem ſuppleret, Juliani Imperium (quod unum annum & menſes octo non integre explevit) per tres pene ſolidos annos dividere.

cum tamen 24. menſes regnavit patri ſuccedens Conſtantius

Floruit illa tempore Nicæni Synodi celebratæ. B

Juliano autem 3. anni dantur ad explendam lacunam.

17 Hac unius anni ad Juliani tyrannidem adjectione in viam regreſſus Theophanes, ab initio Joviani, id eſt ab anno Alexandrinæ Æræ 356. cujus Januarius cum noſtro 364. coincidit, inoffenſo pede progreditur, & ſuos annos cum Indictionibus (quas reliquo quarto & quinto ſeculo rarius indicat, ſeculo autem ſexto poſt Anaſtaſii mortem pene quotannis deſignat) recte componit uſque ad Phocæ & Heraclii tempora; ubi novus occurrit nodus, etiam a Goare animadverſus; ſed ita, ut animadvertiſſe contentus, ejus cauſſam aberrandique principia ac finem non ſollicite indagarit: cum tamen non modice referat ad chronologiam ſcire, quo loco exemptus annus unus ſit, quo deinde alius unus ſubſtitutus. Idque eo magis operæ pretium eſt facere, quo certius eſt, non aliquam Theophanis hallucinationem caſui interveniſſe, ſed ex eo quod aliquando publice uſurpatum fuit, in neceſſitatem inductum tale quid faciendi, ſi ab uſitatis calculis nollet recedere & tamen aliquando vellet in viam redire. Ita porro res habet. Poſtquam Alexandrinæ *Æræ anno* 595. *menſe Novembri*, *Indictione* 6. occiſos a Tyranno Phoca Mauritium filioſque narraſſet, primum Heraclii annum cum Alexandrino 602. componens ita orditur: *Hoc anno menſis Octobris die* 4. *Indictione* 14. *Heraclius ex Africa appulit cum navibus*, atque ita ex octo Phocæ annis eique reſpondentibus Indictionibus, unam tollit. Si quæris; Quam? reſpondemus, Decimam, in quam annus quintus Phocæ cadebat; cum anno ejuſdem quarto de induſtria conflatus in unum, rejecta ad calcem ejus morte Cyriaci Patriarchæ, quam hunc *obiiſſe* 29. *Octobris die Sabbathi*, *ac funus curatum eſſe* 30. *ejuſdem menſis die Dominica*, habemus ex Chronico prædicto: qui temporum characteres in annum dumtaxat 599. Æræ Alexandrinæ & in 10. Indictionem cadunt: reliqui autem tres anni Phocæ, uti & præcedentes quatuor, ſic inter ſe narratione cohærent, ut interjici illis prorſus nihil poſſit. D

Rurſum Phocæ ſyncroni annus octo,

G

detrahitur quintus,

18 Quid autem coegit Alexandrinos annum unum diſſimulatum præterire manifeſte docebit præcitatum Chronicon ad annum Imperatoris Heraclii primum hiſce verbis: *A ſeptimo Octobris præſentis Indictionis* 14. *uſque ad* 13. *Januarii Indictionis ejuſdem*, *ſcriptum eſt in publicis tabulis* IMPERII HERACLII. *Et a* 14. *ejuſdem indictionis ejuſdem menſis ſcriptum eſt in reliquum tempus anni uſque ad Decembrem tempe explentem*, 15. INDICTIONE ET CONSULATU EJUSDEM AUGUSTISSIMI PRINCIPIS NOSTRI. Itaque unus idemque primus Heraclii annus, in duas Indictiones diſtractus, occaſionem attulit primum Heraclii annum ſtatuendi eum, qui revera initia ejus præceſſit, & totus Phocæ debebatur. Hoc autem ſemel poſito, neceſſe fuit ab iis, qui talem tenebant ordinem, omnia Heraclii & ſucceſſorum ejus geſta ad unum annum anticipari, magis quam Æra Alexandrina integre numerata paſſa fuiſſet: quod deinceps uſque in Palæſtinam videbimus valuiſſe; etiam circa finem 9. ſeculi, ſcilicet in eccleſiaſticis ſcripturis, quæ ſe ſe Æræ Alexandrinæ optabant; quam Theophanes utpote monachus ſequens, & tandem exorbitantiam iſtam vel animadvertens primum vel corrigere volens in ſua Chronographia, Conſtantini Copronymi annum penultimum diſtraxit in duos, diſſimulata rurſum Indictione, ipſique Copronymo (quem anno Alexandrino 768. *die* 14. *menſis Septembris*, *indictione* 14. *mortuum eſſe dicit poſtquam ab obitu patris imperaſſet annos* 34. *menſes* 2. *dies* 26.) totos 35. annos reliquit; quoniam in anno Alexandrino 733. propter rerum & Indictionum anticipationem jam dictam, conſtituerat principium Imperii ab eo ſuſcepti, *menſis Junii die* 27. *ad inſequentem Indictionem* 10. *pertinente*, cum inſequens, dictum diem Indictio numerari tantum debuiſſet 9. niſi per Indictiones, primo Heraclii anno geminatas, unum annum Æra Alexandrina amiſiſſet.

quia Heraclii primus ſuum apud duabus Indictionibus notavit

poſt quem uno anno anticipantur omnia, E

atque ad mortem Copronymi, cui unus annus ultra 24 additur

19 Hæc autem quamvis ita ſolide deducta ſubſiſtant, ut clara ſint utrumque terminum conſiderantibus; annum ſcilicet Phocæ primum & Copronymi ultimum: lubet tamen etiam exemplis ex ipſo Theophane comprobare, toto illo annorum 173. ſpatio hebdomadæ ferias, cum certis menſis alicujus diebus ſic comparari, ut, niſi ad annum ab eo numeratum adjicias annos novem, numquam ſis verum vulgaris Æræ annum habiturus vel in Theophane vel in alio ſcriptore ſimilem chronotaxim tenente. Anno igitur Alexandrino 613. ſic ſcribit Theophanes: *Hoc anno Indictione* 10. *Heraclius*, *peracta menſe Aprili die* 4. *ſolemnitate Paſchali* .... *in Perſidem perrexit*: qui character Paſchalis in 4. Aprilis 10. Indictione cadentis, cum annum vulgaris Æræ 622. ſignet, clarum eſt ei debuiſſe in Alexandrina Æra reſpondere annum 614. niſi annus unus, ut diximus, excidiſſet. Simile quid habes ſæpius poſterioribus annis: ſed ut Heraclii temporibus immoremur, jungamus Theophani Chronicum præcitatum, & ſtatim primo dicti Imperatoris anno habemus *Epiphaniam Julio menſe eadem Indictione* (14. ut præfertur, etſi per novam conſtitutionem Imperator a 14. Januarii voluerit 15. Indictionem nominari) *ex Eudocia natam*: idque ut, ait Chronicon *die menſis ſeptimo*, *feria* 4. Atqui talis dies & feria cadunt in annum vulgaris Æræ 611., Alexandrinæ 603.: hic igitur cum ſua 14. Indictione primus Heraclio annus in Imperio fuit, quamvis Theophanes annum 602. notaverit.

Hæc anticipatio plurimis intermedii temporis exemplis probatur

F

ex ipſo Theophane

20 Adde ea poſterioribus annis exempla, puta ex

732.

A 732. ſub cujur initium, *menſe Octobris die 26. Indictione 9. feria 4. terra motus ingens Conſtantinopoli contigit*: utique cum nos proaimo Januario inchoaturi eſſemus annum 741. atque adeo 733. numerari ab Alexandrinir debuiſſet. Item ex anno 735. quo *menſe Aprilis die 16. feria 5. Valid Arabum Dux ſuorum factione ſublatus narratur*: ubi apparet ex characterum collectione anoum 736. ſignari debuiſſe, niſi ſuos præcipites calculur ſecutus Theophanes fuiſſet. Denique clariſſimis notis inſignitur annus, quo *Imperator Copronymus, trium uxorum vir, Eudociam terciam conjugem Aprilis menſis die primo, Indictione ſeptima, die Sabbathi, Auguſtam renuntiavit: ſequenti vero luce, quæ Aprilis ſecunda fuit, dies nimirum Dominica ſancti Paſchatis, liberos ex ea duos Cæſares declaravit*. Hæc enim tam diſerte ſignant annum vulgaris Æræ 769. ut manifeſto appareat quis octonio dempto deberet ſecundum Alexandrinam exurgere; quamvis Theophanes annum 760. notaverit, paullo poſt ad æqualitatem veritorus temporum, penultimo Copronymi anno, ut dictum eſt, in duos diviſo. Quod autem Alexandrina Æra utentibus paſſim communis fuerit eo tempore ac diu etiam poſt Theophanem, quem ipſe tenuit computandi modus, vide 20. Martii probatum in Martyribus Sabaitis, quorum coævus ſcriptor niſi ſic annos numeraſſet & unum unum ex more omiſiſſet computare, non potuiſſet ſcribere eor mortem oppetiiſſe anno ab orbe condito VI∞CCLXXXVIII. a Chriſti Incarnatione 788. Indictione 5. cum quinta Indictio annum noſtrum 797. ſignet, & hunc ipſum probet tempus mortir viciniſſimum Paſchatis, in 23. Martii cadenti, quod alii ea propinquis annis nulli convenit.

& Chronico præſixo

& duravit apud Orientales ultra ſeculum 8.

B

CAPUT IV.

Heraclii Imperatoris chronotaxis, duobus annis in unum conflatis & altero in duos distracto intricata, evolvitur. Indictionum ſub eodem ratio explicatur.

21 Quo tempore Chronographiam ſuam ſcripſit Theophanes, Patriarcham Conſtantinopolitanum S. Nicephorus tenuit, cujus Vitam dedimus 14. Martii: qui & ipſe Breviarium conſcripſit rerum poſt Mauritii mortem geſtarum: quod Græco-Latine habemus editum cum erudititiſſimi viri Dionyſii Petavii Chronologicis Notis. Harum bona pars eo ſpectat, ut oſtendatur Heraclii Imperatorir annum primum fuiſſe annum vulgaris Æræ 611. quod & nos amplectimur, prorſuſque confirmatur ex morte, quam poſt Imperii annos triginta, & menſer aliquot obiiſſe illum, æque Theophaner ac Nicaphorus ſcribunt. Obiit autem Heraclius, ut ait ille, menſe Martio Indictione 14. adeoque anno 641. qui Alexandrino 633. reſponderet, niſi huic Æræ, ea qua diximus ratione, annus unur fuiſſet ablatus. Nec aliter quam ab iſto principio numerari ſolitos annos Heraclii, probari etiam poteſt ex S. Anaſtaſii Perſæ Actis, ad 22. Januarii ex vetuſta interpretatione Latina editis, ubi is martyrium paſſus dicitur *anno decimo octavo Imperii Heraclii Piiſſimi Imperatoris & decimo ſexto Conſtantini ejus filii*. Nam ſi geminatir intra unum annum Indictionibus idem annur etiam pro duobus fuiſſet Heraclio imputatur in publicis tabulir, & ſi poſt 13. Januarii anni 611. ut cœpta fuit ſcribi 15. Indictio, ſic etiam ſcriptur fuiſſet annur Heraclii 2. annur quo paſſus eſt Anaſtaſius, quemque ex ipſiuſmet Heraclii Epiſtola Conſtantinopolim ſcripta de rebus a

Confuſiones in annis Heraclii notatæ a Petavio animadverſæ,

C

ex ejus anno primo, qui Chr. 611 fuit, condebiles,

ſe contra Choſroem & cum Syroe geſtis, conſtat feſtum Pentecoſtes 15. Maii retuliſſe, & 3. Aprilir habuiſſe Dominicam in Albis, adeoque fuiſſe vulgaris Æræ 628. hic, inquam, annus debuiſſet Heraclii 19. numerari. D

22 Quid igitur Theophanes, inquies, & ejus interpres Anaſtaſius res omnes inter Choſroem & Syroem geſtas & Imperatoris victorias poſt 15. Indictionis initium obtentas, in annum Heraclii 17. compegerunt, ſuoque exemplo movere eum, qui S. Anaſtaſii Acta politiori ſtylo ornavit, ut eumdem annum etiam ipſe dicto Martyrio aſſignaret? Hoc nempe eſt quod ad Acta prædicta diximus, annos 17. & 18. Heraclii confuſos ab auctoribus eſſe. Quod ſatis quidem intellexit erudititiſſimur Petavius cum dixit, relatam de Rasate Perſarum ductore victoriam *anno 18. Imperii jam inchoato cum 1. Indictione*: non tamen explicuit, quid eſſet tota anni præcedentis 627. hyeme atque æſtate actum: quare in ancipiti nos relictos crederemus, niſi ex ipſo Theophane, ſuos ipſius calculos confundente, lux nobis aliqua affulgeret. Etenim anno Heraclii 16. narrans vaſtos Choſrois cum duplici exercitu conatus, facile oſtendit totum eum annum, rebus quæ ibi deſcribuntur contra Saim geſtis fuiſſe occupatum, ideoque Turcorum ex Perſide regreſſum & cum Imperatorio exercitu conjunctionem, aut incidiſſe in Autumnum eum, unde proxime ſequens Græcorum annus ducit initium; aut forte etiam multo ſerius contigiſſe; interim dum alter Perſicarum copiarum ductor Sarberua, continuata etiam per hyemem obſidione, Chalcedonem premit. In quo repellendo & hoſte perſequendo opus eſt inſumptum fuiſſe quod eſſe poterat ex hyeme reliquum. Hinc feſſis militibur data quies, & utrimque parandis ad extremos conatus viribus incubuere partes, præſertim Heraclius, idque diligentia tanta, ut hoſtem præveniens, ſtatim a menſe Septembri, annum Conſtantinopolitanis 628. inchoante, in hoſtem moverit, eaſque res geſſerit; quas, quia duos priores annos in unum Theophanes conflaverat, ad 17. Heraclii annum & Indictionem 15. omnes eſt coactas referre. E

de anno apud Theophanem 16 in duos diviſo.

23 Verum dum per menſes ſingulos progrediens, tandem ad 12. *diem Decembris* pervenit, quo *ipſe Imperator ante omnes proſiliens Perſarum ductorem offendit, eumque Dei virtute & Dei Genitricis auxilio proſtravit*: ipſe ſuum errorem indicat, & pariter facem ob-ir rorſum effert, dicens: *Sabbati diem fuiſſe*. Hoc enim non quadrat in 15. Indictionem, niſi ipſam a Januario in Januarium ducas; ſed in Indictionem 1. qua Cyclo Solis 20. littera Dominicali D dies 12. Octobris concurrebat cum Sabbato, & annus 628. Græcis in curſu, nobis autem in januis eſſet. Itaque cum reliquis hujur anni rebur conjungendus eſt glorioſus Imperatoris regreſſus in urbem, & pax Imperio parta; quibur ſolis duobus punctis Theophanes implet annum Alexandrinæ Æræ, ſic ut diximus præcipitatæ, 619. cum alias ad eumdem ſpectet tota Choſroæ Syroiſque tragœdia, & quæ miſſi ultro citroque de fœderibus nuntii egere uſque ad diem 15. Maii Indictionir 1. quo lectæ ſunt Conſtantinopoli ex ſuggeſtu in ſanctiſſima Dei magna eccleſia Laureatæ Imperatoris litteræ, nuntiantes mortem Choſroæ & inaugurationem Siroeæ, paciſque ſtabilitæ ordinem atque conditiones: quas litteras æſtate jam adulta, lætiſſimus excepit reditus Heraclii, Crucem Dominicam reportantis, cum jam nova Indictio cum anno communi Græcorum cœpta eſſet. F

anni autem apud eumdem 17. & 18. conjuncti in unum.

24 Atque nunc ita clare videntur elucidata, quæ olim dumtaxat in tranſitu perſtringere licuit: & omnia cum Alexandrino, ut vocant, Chronico, annis paullo poſt

Cur Cyclus Indictionum mutatus ac ſit, duobus uno anno geminatis?

Digitized by Google

A poſt ſacutis ſcripto, conveniant optime. Nunc libet ex eodem Chronico obſervare, quomodo primis Heraclii annis factum ſit, ut per explicatam ſuperius conſtitutionem jubentis, ut ab die 13. Januarii uſque in anni finem 15. *Indictio & Conſulatus Heraclii* ſcriberetur, initium quidem Indictionum a Septembri ad aliud tempus translatum fuerit, non tamen earum Cyclos uno anno acceleratus: quia nempe ſecundus Heraclii annus non fuit ſignatus Indictione 1. quod Cycli quindenarii numeros anticipate expletus poſtulaſſet; ſed ita ſcriptum fuit, *Ind.* 15. *Her.* 11. *poſt Conſul. Heraclii Auguſti:* & ſic conſequenter anno tertio *Ind.* 1. *Her.* III. *poſt Conſulatum Heraclii Auguſti* II. quando etiam conſtitutum eſt, ut a die 23. Januarii ſic ſcriberetur, *Imperii religioſiſſimorum noſtrorum Principum & maximorum beneficiorum auctorum, Flavii Heraclii piiſſimi, anno* III, *poſt Conſulatum ejuſdem anno* II, *& Flavii Heraclii Junioris Conſtantini, a Deo cuſtoditi filii ejus, anno primo, ſemper Auguſtorum Imperatorum.*

25 Verum ad quod tempus dicemus translatum Indictionum initium? Theophanes, nulla iſtarum novitatum habita ratione, & annos Heraclii Imperatoris & Indictiones a Septembri menſe ſubducere ſe manifeſte indicat, cum anno Heraclii ſecundum calculum ejus tertio, ſed ſecundum veritatem & publicam ſcribendi formulam adhuc ſecundo, narrat coronationem Epiphaniæ a Sergio Patriarcha factam *menſis Octobris die* 4. *Indictione* 1. & eodem deinceps paſſu progreditur. Chronicon vero ſupradictum ſub 15. Indictione factum illud adhuc relinquens, ipſam videtur uſque ad Januarium protrahere: deinde vero clare indicat, non idem annorum Imperii & Indictionum cenſeri initium, ideoque anno poſt Conſulatum Heraclii III. eam II. Indictione conjuncto, ſubnectens geſta die 14. Gorpiæi menſis, qui Romanis eſt, September, expreſſe iis addit Indictionem III. Ex quo poſſet conſequens cenſeri, jam tum propter emergentes ex præmonſtrata mutatione difficultates, redactas fuiſſe ad initium Septembris Indictiones; niſi in eodem Chronico, mox anno ſequenti cum III. Indictione comparato referretur, quid eo anno cœperit inter pſallendum ſervari *a prima Jejuniorum hebdomade Indictione* 4. Quid? an jam tum cum initio Martii (Paſcha enim 20. Aprilis expectabatur) incepta erat nova Indictio, & pene iterum Indictiones duæ in unum annum compingebantur? Potius ſcriptoris mendo 4. pro III. irrepſiſſe credemus? Ita certe ſuadent annorum poſteriorum exempla, nullum non menſem Septembri priorem ad eandem referentia Indictionem, qua annos Imperatoris ſignatur.

Quando aerum Indictionum ad Septembrem reduxerit?

B

C

26 Hoc igitur præſtiti Chronici mendo admiſſo correctoque, dici poteſt, tertio poſt Heraclii Conſulatum anno adhuc currente uſque ad Januarium, demum cœpiſſe Indictiones a Septembri numerari. Certa præter jam dictum locum, quem mendoſum eſſe ſuſpicamur, nihil poteſt afferri, quo ſuſtineas ultra eum annum fuiſſe Januario attributum Indictionis exordium: multo minus, etiam menſe Martio aliquando illam inchoatam fuiſſe. Nam licet verba Heraclii in epiſtola anno 628. ſcripta [illegible], interpres verterit, 24. *Februarii præteriti menſis, inſtante jam prima Indictione*, quaſi adhuc futura eſſet indictio, quæ pridem inchoata jam florere debebat, ſecundum ordinarium Cyclum: arbitror tamen manifeſte, quod putaverit [illegible] hic ſignificare Indictionem. Nuſquam enim vel hic vel alius auctor aliter eam appellavit, quam Latino nomine Ἰνδικτιῶνος. Igitur, ut Heraclii epiſtolam recte intelligas, ἐν ἐνισταμένῃ (ſic enim legendum) reddendum latine eſt, *inſtante jam primo*

An menſe Martio cœperit aliquando Indictio?

vere ſeu prima pabulatione; eſt enim ἐνισταμένη verbale ab ἐνίστημι *luxuriantem in folia ſementem depaſcor*. Hoc autem ſtatim in Martio faciendum eſt in illis calidioribus regionibus: & hoc tempus fuit notatu in patrem Siroi neceſſario exſpectandum, ne defecta paboli deficerent per hiemis aſperitatem, equi in quibus præcipuum Perſarum robur, & ſpes opprimendi celeriter Coſrois tota erat conſtituta. D

CAPUT V.

Quædam chronologica menda per librariorum ſocordiam Theophani aſperſa, & ab aliis non obſervata. Annorum Mauritii Imperatoris duplex epocha.

27 Reſtat nunc, ut omiſſis aliorum auctorum vel interpretum mendis, quorum correctio ad Theophanem, illuſtrandum facit nihil; obſervationes Chronicas, quæ priorum commentatorum videntur fugiſſe diligentiam, nobiſque aliud agentibus occurrerunt, in gratiam curioſi lectoris adnotemus: ut ſi quis auctorem optimum, forma & modo ad uſum publicum commodiori velit emittere in lucem, propriiſque annotationibus ex ſua & aliorum diligentia depromptis illuſtrare, hanc quoque racemationem noſtram ad manum habeat. E

Primo annus Alexandrinus 483. ſic concluditur: *Coronatus eſt Anaſtaſius præfata Indictione*, 14. *menſis Aprilis*, ἡμέρᾳ πέμπτῃ τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα *magna paſchali ſolemnitate feria* 4. Ita interpres: verum ſi ea anni & Indictionis indicio requiras, quis dies fuerit 14. Aprilis, invenies Cyclo lunæ 17. ſolis 24. ipſam Dominicam Paſchatis fuiſſe: quare caputogens ω πέμπτῃ, imperita manu neſcio unde adjectam, ita clarum ſenſum Latine reddes: *Coronatus eſt... ipſa die magna Paſchatis:* quo loquendi modo nihil eſt familiarius Græcis de Paſchate agentibus.

II. Annus 536. ita incipit. *Hoc anno menſis Septembris ſexto die, hebdomadis primo* Ἰνδικτιῶνος ἑβδόμης, ut eſt in Græco: non igitur erudito interpreti vitio vertatur, quod librarii præcipitantia Latine invenitur *Indictione primo*; ſed legatur *ſeptima*: & debitus inter Indictionem 5. anni 534. & Indictionem 11. anni 540. ordo ſervatus invenietur. F

III. Anno 542. poſt medium, *Ædis ſanctorum Apoſtolorum conſecratio facta* dicitur CP. *Julii menſis die* 28. *tertia feria*: ubi in Græco æque ac Latino texto *Junius menſis* eſſet ſubſtituendus pro *Julio*, ut Cyclo ſolis 27. littera Dominicali B, dies menſis & hebdomadis feria recte conveniant: itaque Anaſtaſius Bibliothecarius ad annum præfatum legit & vertit, niſi quod in Pariſienſi regia editione typographorum incuria in annis Mundi & Chriſti 46. pro 42. legatur, ex antecedentibus & conſequentibus haud difficulter corrigendo errore.

IV. Annum proxime ſequentem in Græco pariter & latino texto Narſetis adverſus Gothos profectio incipit, & ſignatur *Indictione quarta* ſive δ': ſed ex anno, quem immediate poſt *Indictio decima quinta*, ιε' notat facile deprehendes, quantumvis fores aliis adminiculis deſtitutus, unius cifræ defectum ſupplendum, legendumque eſſe *Indictione decima quarta*, ιδ'.

V. Econtra in anno 546. ubi *horrendus in urbe CP. terra motus* accidiſſe dicitur *menſis Auguſti decimo quinto*, ιε', *tempore illuceſcentis jam Dominica diei poſt mediam noctem*, lege diem menſis ſolummodo *decimum*, ι', quia Cyclo ſolis 2. littera Dominicali E, in diem 10. non in 15. Dominica incidebat.

VI. Anno

A vi. Anno 551. *In magna Eccleſia Conſtantinopolitana Tralli, jam pene ſuis omnibus ornamentis inſtructa, pars Orientalior, collabente ad ſanctam altare teſtudine, in terram decidiſſe* legitur, *Menſis Maii die ſeptimo, hebdomadis tertio*: ubi diem *menſis vigeſimum ſeptimum*, ut legas vel *diem hebdomadis quartam* jubet littera Dominicalis E Cyclo ſolis 13. Præplacet autem prior correctio: quia in notis numeralibus facilius eſt litteram unam omitti, quam diverſas inter ſe commutari.

vii. Anno 622. (qui propter demonſtratam ſuperius unius anni Alexandrini expunctionem Januarium menſem cum noſtro 631. habet communem) *Indictione 4. Novembris 7. Heraclio David filius natus eſt. Eodem quoque die Heraclius Heraclii nepos in lucem venit, & a Sergio, die 3. Novembris Indictionis 5. baptiſatur in Blachernis*: quæ ne inter ſe pugnent, in fine ſic mutabis, καὶ ἐβαπτίσθη ἐν Βλαχέρναις ὑπὸ Σεργίου Πατριάρχου τῇ δʹ Ἰνδικτιῶνι, μηνὶ Νοεμβρίῳ ιγʹ. *Et baptizatus eſt in Blachernis a Sergio Patriarcha, Indictione 4. Menſis Novembris die 13.*

viii. Tertio poſt hæc anno, Alexandrinis 626. nobis 635. narratur prælium, ab Imperatoris exercitus Duce Baane contra Saracenos Arabes infeliciter com-

B miſſum, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ἥ τις ἦν τρίτη τῆς ἑβδομάδος, κγʹ τοῦ Ἰουλίου μηνός: quæ nihilo ſaniori ſenſu Latine redduntur, *ipſo primo die, qui fuit hebdomadis tertius, Julii vero menſis tertius ac vigeſimus*: exacta autem ad rationes anni prædicti, habentis litteram Dominicalem A Cyclo ſolis 28. ſic reddenda ſunt integritati debitæ: τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ὅτις ἦν κγʹ τοῦ Ἰουλίου μηνός. *Primo die hebdomadæ, qui fuit 23. Julii menſis.*

ix. Anno 671. nobis 680. Maviæ primi Saracenorum Regis mors adſcribitur *Indictioni prima die ſexto Aprilis*: ſed *octavam* Indictionem eſſe legendam monſtrat ipſarum Indictionum ordo: cum anno 650. nobis 659. ſecunda Indictio notata fuerit: quod etiam Goar animadvertit.

x. Anno 721. nobis 730. *Leo Armenus contra ſanctas imagines Silentium celebravit* Σιλέντιον ἐποίησεν, id eſt; ne quis earum cultum propugnaret edixit, *die 7. menſis Januarii, Indictione 13. Feria hebdomadis 3.* ſed cum tunc littera Dominicalis fuerit A, apparet diem menſis fuiſſe 17. ιζʹ. Et hæc quatuor ad tempora ſpectant prænotatæ anticipationis: quæ ſequuntur, ordinariam ſervant utriuſque Æræ differentiam, octo ſcilicet an-

C norum.

xi. Anno 789. ſecundum Alexandrinos, *Junii menſis die 17. Indictione 5.* fugit Conſtantinopoli Imperator Conſtantinus: ſed juſſu matris Irenes comprehenſus ab amicis, reducitur in urbem *Sabbatho menſis ejuſdem die 15.* quo loco errorem manifeſtum, ex comparatione utriuſque diei colligendum, emenda, & pro *menſis Junii die 17.* lege, *menſis Julii die 7.* anno enim nobis 797. *dies 15.* non Junii, ſed *Julii* ſabbatum fuit. Anaſtaſius Bibliothecarius 16. *Kal. Aug.* vertens ubi de fuga agit 17. *Julii* videtur legiſſe: pro quo an 17. Aug. alicubi invenerit Philippe Labbe neſcimus: certe in epitome chronologica Conſtantini excæcationem adſcribit diei 19. Aug. quæ ſimiliter ſabbatum fuit.

xii. Anno 803. Leo, Armeniacorum Dux ſub Imperatore Nicephoro, cum magna exercitus atque pecuniæ parte venit in manus Sarracenorum, *Menſe Februario Indictionis quarta* (*decima quarta* perperam apud Anaſtaſium legitur.) *Sabbato primæ quadrageſimæ.* Verum eo anno Cyclo lunæ 14. ſolis 8. littera Dominicali E, Paſcha fuit 13. Aprilis, adeoque dictum Sabbatum cecidit in 1. diem Martii: ut igitur non erraverit Theophanes ipſomet anno, quo potuit ſcripſiſſe, & quo alias plures temporum notas recte compoſuit; credendum librariorum incuria jam olim (nam etiam Anaſtaſius ita ſcriptum reperit) excidiſſe noculam unam, D ipſumque Theophanem (ut alias in ſimili caſu de Indictione vidimus anno Conſtantini 28. & de verno tempore in chronico Alexandrino) ſcripſiſſe μηνὶ Μαρτίῳ ſive ἐνισταμένῳ τῷ πρώτῳ σαββάτῳ τῶν νηστειῶν. *Inſtante primo Jejuniorum Sabbato.*

28 Hæc ſunt, quibus obſervatis emendatiſque, inoffenſo ferme pede decurri poterit ab Orientalis hiſtoriæ ſtudioſis tota Theophanis chronologia: nam ſi qua ſubinde pluribus geſta annis, eo quo cœpta ſunt geri anno conjunctim legantur, ea non ita morari lectorem poterunt, ut propterea opus ſit ſingula ad examen revocare. Si Romanorum Pontificum aut aliorum Patriarcharum ſucceſſio, quandoque ipſi inſerta texui, hinc inde appareat corrigenda ex certioribus monumentis, non ipſi auctori vitium imputetur, ſed catalogis, quos nec ipſe nec qui ſimili in ſtudio laboravit S. Nicephorus, ſatis correctos habuit, ut alibi & maxime in S. Cyrillo Hieroſolymitano Epiſcopo §. 3. ad 18. Martii probavimus. Si denique auctores quos potuit ſecutus optimos, aliquem temporis characterem ab iis vel perperam vel ambigue notatum præ oculis habuit, danda eſt venia humanæ imbecillitati, cui nulla poſſit præſtare diligentia, ut non aliquando exer- E rei a vero. Ita cum Theophylactus Simocatta ſeculi 7. ſcriptor, hiſtoriam Mauritii imperatoris libris octo deſcripſiſſet, & lib. 5. c. 16. pacato Imperatoris armis Oriente ad res in Europa geſtas tranſiens dixiſſet, quod ea die, quo ipſe Imperator ducturus exercitum, vere ineunte, *egreſſus e regia, paraſangam unam & ſemis uſque in Septimam proceſſit, ſol pene totus eſt obſcuratus*, ſubjunxiſſetque Ἔτος ἦν δὲ ἄρα ἔνατον ἐνιστάμενον τῆς Μαυρικίου τοῦ Αὐτοκράτορος: id Theophanes, æque ac poſtea Simocattæ interpres Latinus Jacobus Pontanus, de *anno imperii nono* intellexit. Hoc porro ſi ex mente auctoris fecit uterque, erravit ſane, ut mox patebit Simocatta ipſe: certum eſt enim, quod iſte annus fuerit Mauritio Imperii decimus. Si auctorem excuſes eumque putes non annum τῆς βασιλείας Imperii, ſed τῆς ὑπατείας Conſulatus nonum, ut ſcriptum fortaſſis ante ſe repererat) numeraviſſe: excuſabilis etiam Theophanes erit, quod magis obvium ſecutus ſenſum, ad minus uſitatum alterum & in hoc caſu ſpecialem non adverterit animum.

Si quæ ſunt ipſius Theophanis errata, non ipſi imputanda,

ſed iis quos ſecutus eſt auctoribus,

in quibus Simocatta, ſolis defectum componens cum an. 9. Mauritii,

29 Errandi porro occaſio huic vel illi fuit, quod F unico dumtaxat ſecundo Imperii ſui Conſul Mauritius appellatus ſit ſolus abſque Collega: *primus* quippe illius *annus Conſulibus caruit, atque ex communi hominum conſenſu ſcriptum eſt, Poſt Conſulatum divinæ memoriæ Tiberii Conſtantini anno quarto*; uti in chronico Alexandrino expreſſe dicitur. Hinc autem nata eſt annorum Mauritii duplex epocha, altera Imperii, altera Conſulatus. Itaque qui annus imperantis fuit decimus, ejuſdem *novies Conſulis* dicebatur, vel etiam (ut chronicon Alexandrinum numerat) *poſt conſulatum Mauritii Tiberii octavus*: quo anno eodemque vulgaris Æræ 592. ductas eſſe in Thraciam copias, non vero præcedenti, primum ex eo colligitur, quod non niſi præcedenti anno, ſecundum Alexandrinum Chronicon, reſtituturus regno ſuo Chosroes ſit, itaque pacatus Oriens: potiſſimum autem idem demonſtrative evincitur ex illa tam grandi obſcuratione ſolis, quam ex Simocatta tranſcripſit Theophanes, &, ut diximus perperam anno nono Mauritii imperantis attribuit una cum rebus tunc geſtis. Conſtat enim ex aſtronomicis calculis, quod eclipſis ſolaris, quæ anno 591. accidit, die 30. Martii, Conſtantinopoli vix aut ne vix quidem potuerit conſpici; prout in noſtri gratiam obſervaverunt viri Aſtronomicarum rerum peritiſſimi duo Michael Seneſchal S. J. & David vanden Nieuwenborcht Antuerpienſis Presbyter. At vero anno 592. die 19. Martii

qui fuerat ann. 9. Conſulatu correſpondens:

nam eclypſis anni 591. non fuit C P. conſpecta:

magna

A magna illa eclipſis accidit, quam Petavius noſter l. 8. de doctrina temporum pag. 853. docet Conſtantinupoli fuiſſe digitorum 10. & duraviſſe ab hora 9. matutina ferme ad medium horæ 12. Ut dubium nullum ſit, quin hæc illa quoque eclipſis ſit, cujus ad annum Guntramni 22. meminit Fredegarius, dicens: quod *a mane uſque in medium diem ita obſcuratus ſit ſol, ut tertia pars ex ipſo vix appareret.* Immo non ex obſervatione apud Francos facta, ſed ex alicujus Græci auctoris relatu ipſius eclipſeos durationem innotuiſſe Fredegario, ex tempore per eumdem deſignato apparet: nam (niſi forte *mediam diem* dici potes pro *plena die*) illa ſolis obſcuratio in Gallia cœpit conſpici, ut Petavius obſervavit circa horam 7. Matutinam, & non duravit uſque ad medium nonæ, fuitque ſecundum eumdem Petavium non multo plus quam digitorum ſex; ſecundum calculos Davidis præcitati digitorum omnino octo; cum *luna*, inquit hic, *habuerit latitudinem Borealem minutorum 38. parallaxim minutorum 60. qua ad incidentiam ecliptica fuit minutorum 48. adeoque luna apparuerit ſole inferior minutis 10.* ut vere vix tertia pars ſolis conſpici a Francis potuerit, quemadmodum Fredegarius ſcripſit.

ſed eclipſis anni ſequ. 592. eaque valde notabilis,

30 Onuphrius Panuinius, lib. 3. Faſtorum, annis Mauricii Imperatoris ordinandis tertiam epocham ſtatuit, in anno vulgaris Æræ 592. quo, ut ait, *Mauritius Imperator ſine collega ſecundum Conſulatum geſſit, quem uſque ad duodecimum continuavit, ut ex Faſtis* B *Græcis & libro Maffejorum intelligitur.* Faſtos Græcos hic appellat, quos alibi Siculos, & noviſſime Raderus Chronicon Alexandrinum nuncupavit: ſed in his (idemque de libro Maffejorum dici poſſe arbitramur) nihil ſimile dicitur, & nulla facta alicubi mentione Conſulatus ſecundi, indiſcriminatim memorantur anni 18. poſt Conſulatum Mauricii Tiberii. Unicum igitur tertiæ hujus epochæ comminiſcendæ fundamentum accepit Onuphrius ex eo, quod paullo poſt allegat, Regiſtro Epiſtolarum S. Gregorii l. 9. Indict. 4. ubi ſic incipit Epiſt. 22. *In nomine Domini noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti, Imperantibus Domno Mauritio & Tiberio Auguſtis, anno Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo primo, eodemque Domno undecies Conſule ſub die 3. Nonarum Octobrium.* D

præter dictas duas annorum Mauritii Epochas alia tertia,

non recte inſertur ex libro S. Gregorii,

31 Verum uti in hac epiſtola manifeſtum eſt oſcitantis librarii mendum in eo, quod vel *Tiberium*, pro *Theodoſio* ſcripſit (hunc enim non illum pater Imperii conſortem adſciverat anno 590.) vel quod duo unius Imperatoris nomina interjecta conjunctione, *&*, in duas perſonas diſtrahens, notavit, *Imperatoribus Auguſtis*, pro *Imperante Domno Mauritio Tiberio Auguſto*: ſic potuit idem erraviſſe in numero Conſulatus ad longum præter conſuetudinem antiquorum deſcribendo, & ubi ſcriptum fuerat vel ſcribi debuerat, *eodemque Domno 18. Conſule*, legiſſe *undecies*. Similiter eidem epiſtolæ inſerta Probi Abbatis ſupplicatio ſic incipiens: *Imperante Domno Mauritio & Tiberio piiſſimo*, corrigi debet deleta particula, *&*. Quæ hic dicta ſunto occaſione ſumpti a Mauritio Conſulatus, nullis poſthac, quoad vixit novis Conſulibus ſubrogatis, ut quæ ſequenti exegeſi dicturi ſumus de Guntramni morte, ex illam prægreſſa anno uno eclipſi definienda, hæc quoque ex parte maneant inconcuſſa; utque Theophanem legens, ea quæ ipſe ad annum Alexandrinæ Æræ 582. velut uno eodemque anno geſta conjungit, pro majori parte ſciat ad annum 583. ejuſdem Æræ pertinere: & quæ huic anno una cum eclipſi imputantur conjungi debere hiſtoriæ anni ſequentis, quo revera eclipſis accidit, & exercitum in Thraciam Imperator duxit.

manifeſte corrupto.

STEMMA

STEMMA GENEALOGICUM

POSTERIORUM REGUM STIRPIS MEROVINGICÆ:

1 DAGOBERTUS I A

mortuus XIX. Januarii, anno Chriſti DC XLIV, a quo procreati fuerunt

Ex Nanthilde

2 CHLODOVEUS II
a morte patris Rex in Neuſtria & Burgundia: obiit anno 662. poſt quem regnavere filii
Ex S. Bathilde

3 CLOTHARIUS III
a 662 ad 646.

E CHLODOVEUS
creditus Clotharii filius, aſſumitur ab Auſtraſiis an. 679.

4 D CHILDERICUS II
Rex in Auſtraſia circa 664. in Neuſtria & Burgundia ab an. 676. occiſus an. 679. hujus filius
Ex Bilichilde

5 H THEODORICUS III
an. 676. monaſterio incluſus, receptusan. 679. monarcha ab an. 687. mortuus an. 693. hujus filii
Ex Doda

9 CHILPERICUS II
Ex Clerico Rex an. 715. mortuus an. 720. ἄπαις

6 I I CHLODOVEUS III
parvulus ab anno 693. uſque ad an. 698. ἄπαις

7 K CHILDEBERTUS III
ſuccedit mortuo Fratri uſque ad an. 711. hujus filius fuit

8 I L DAGOBERTUS III
puer & juvenculus ob an. 711. ad an. 715. ἄπαις.

Ex Ragnetrude

S. SIGEBERTUS III B
ab anno 638. Rex in Auſtraſia conſtitutus: non obiit ante 663. Hujus filius fuiſſe demonſtratur
Ex Imnichilde

F DAGOBERTUS JUNIOR II
a morte patris per Grimoaldum Majorem-domus in Hiberniam ablegatur, intruſo in ejus locum Childeberto filio Grimoaldi. His dejectis & Childerico Rege conſtituto, revertitur ex Hibernia circa annum 670. regnat in provinciis Adrhenanis, dein an. 680. in reliqua Auſtraſia, mortuus 687. filii
Ex Mathilde, aut, ſiqua alia fuit, ſecunda uxor

G SIGEBERT. IV
moritur cum patre vel paulopoſt.

M CLOTHAR. IV
anno 718. Rex ad breve tempus.

10 N THEODORIC. IV
extinctis Clodovei poſteris a 720. ad 737.

S. Irmina Ab. Horrenſis

Adela nupta N

Regentrudis.

Rotildis

S. Dagobertus Martyr.
Colitur Satanaci 10. Sept. an filius Theoderici?

11 O CHILDERICUS ultimus
Regum Meroving. aſſum. 743. abdic. 751. obit 754. filius
Theodoricus
in monaſterio Fontanella attonſus anno 751.

Albricus.

S. Gregorius
Adminiſtrator Eccl. Ultraject. a 754 ad 776

N

S. Albricus
Ep. Ultrajectinus obiit anno 784. 5. Auguſti.

Aliis a Frisonibus occiſ.

Alii ex eadem matre.

GENERATIO PRÆTERIT
ET GENERATIO ADVENIT.
Eccli. 1. 4.

MAJORES-DOMUS,

ex quibus Reges ſecundæ ſtirpis.

B. PIPPINUS DE LANDIS 1
ab anno circiter 620. ad 646. 21. Febr. huic nati
ex B. Itta ſive Iduberga

2 GRIMOALDUS
ob Dagobertum 2. ablegatum, & intruſum illius loco filium occiſus circa an. 664.

C I CHILDEBERTUS
Rex Auſtraſiis obtruſus a patre cum eoque dejectus.

S. Gertrudis
Abbatiſſa Nivellenſis, obiit anno Chriſti 664. colitur die 17. Martii.

S. Begga
nupta Anſigiſo Duci filio S. Arnulphi Ep. Metenſis obiit 698. colitur 17. Dec.

I 3 PIPPINUS
Herſtallius
ab an. 687. ad 714. filii ejus.

Ex Alpaide

8 I CAROLUS MART.
ab an. 716. ſub Rege: ſine Rege ab an. 737. mortuus 741.

Ex Plectrude

Drogo Dux
Campanenſis dictus, mortuus ἄπαις anno 708.

Grimoaldus
ante mortem patris occiſus an. 714. ex quo natus.

I 4 THEODALDUS
mortuus ἄπαις an. 715. aut ſequenti.

6 PIPPINUS, REX
a Zacharia Papa dictus an. 650. unctus an. 651.

CAROLOMANNUS
dimiſſo ſeculo factus monachus Caſinenſis.

Advertat Lector,

Ordinem, quo regnatum eſt apud Auſtraſios, ſignari litteris A, B, C, Regum vera Neuſtriorum ſeriem a Dagoberto primo & Majorum-domus cyfris 1, 2, 3, denotari.

EXEGESIS

EXEGESIS PRÆLIMINARIS II.

DE

GENEALOGICO STEMMATE

REGUM FRANCORUM PRIMÆ STIRPIS

PER TRES DAGOBERTOS DEDUCENDO.

HUic ſecundæ Exegeſi præfigimus argumenti loco ipſum genealogicum ſchema uno ſub aſpectu poſitum; id enim ſerviet faciliori intelligentiæ omnium deinceps dicendorum, & quantam hiſtoriæ, etiam politicæ, lucem inferant Sanctorum Acta bene examinata faciet videri manifeſtius. Etenim quicumque ante nos tractaverunt hiſtoriam primæ apud Francos familiæ Regiæ, eam ex Dagoberto primo in duo diviſam regna ſic cognoverunt, ut crederent regiam ſobolem
B in ſolis Chlodovæi II. poſteris fuiſſe propagatam: Sancto autem Sigeberto illius fratri apud Auſtraſios regnanti vel filium fuiſſe, vel ſi fuit, ad regnum perveniſſe omnino ignorarunt. Hunc errorem poſtquam nobis contigit in Commentario ad S. Sigeberti Acta prævio 1. Februarii, magiſque ex profeſſo in Diatriba de tribus Dagobertis Francorum Regibus convellere, magno cum eruditorum virorum per univerſam Franciam applauſu; facti ſucceſſu audaciores tentavimus, an ab invento jam Dagoberto II. non multo commodius deducerentur reliqui in ea familia Reges, quam a Dagoberto III. quem multis argumentis cogebamur credere prius obiiſſe, quam ætatem liberis procreandis idoneam attigiſſet. Hoc autem an fuerimus aſſecuti, benigni lectoris judicio expendendum relinquimus.

CAPUT I.

S. Guntramnus an. 593. obiiſſe oſtenditur: diſcrimen unius anni inter Gregorium Turon. & Fredegarium explicatur.

G

De anno mortis S. Guntramni 1 DAgoberti hoc nomine inter Francorum Reges primi ſimulque monarchæ filius fuit S. Sigebertus, Francorum Auſtraſiorum Rex, pater alterius Dagoberti, quem nos, ab annis fere mille ignoratum Hiſtoricis, Secundum diximus. Ad illius Acta 1. Februarii data totam Francorum Regum chronologiam explicuimus, eamque in Dagoberti 1. avo Chilperico ejuſque fratribus confirmavimus ex ſolis lunæque eclipſibus, Cyclo Paſchali atque hebdomæ feriis, cum accuratiorum hujus temporis in Francia chronologorum conſenſu. Pari auctoritatis clariſſimæ ſoliditate ibidem docuimus, & niſi nos noſtra in examinandis temporum characteribus diuturna fallat experientia, demonſtrative probavimus, S. Gunthramnum (qui unus ex Chilperici fratribus & Burgundionum atque Francorum Aurelianenſi in regno Rex fuit) anno 593. e vivis abiiſſe: nec tamen, quod miramur, æque omnes habuimus aſſentientes. Igitur quæ ad *dubium eorum diſſolvi debet* chronotaxeos hujus noſtræ expoſitionem confirmationemque dicenda fuerant ad diem ejus natalem 28. Martii, huc transferimus: ut ſcrupulo, quem contraſentientium auctoritas ingerere poſſet, de medio facto, ad Dagobertos progrediamur ſecurius, eorumdem & Regum ex iis deſcendentium ætatem atque ſucceſſiones ob oculos poſituri.

2 De tempore quo mortuus Guntramnus eſt dubitandi occaſionem dedit, quod Hiſtoria Francorum a S. Gregorio Turonenſi conſcripta, eo uſque perducta non ſit, ſed ex Fredegarii Chronico aliiſque auctoribus ſuppleri debeat: hoc autem numquam recte fiet, niſi, qui id conatur, ante omnia obſervet clareque intelligat, circa ſucceſſionem filiorum Clotharii, S. Gunthramni videlicet ac fratrum ejus Regum, unius E anni eſſe diſcrimen inter Gregorium ac Fredegarium prædictos, tale prorſus quale circa Romanos Imperatores inter Annalium eccleſiaſticorum ſcriptorem Baronium & Dionyſium Petavium in libro 13. de Doctrina temporum obſervavimus: quodque hic exemplis e primo e primo Chriſti ſeculo deſumptis probatum, ſimile de Gregorio ac Fredegario aſſertum faciet credibilius atque intelligibilius. Ea ſic ſe habent. *Intellecta differentia inter calculos Gregorii & Fredegarii* Auguſto Imperatore vita functo Sex. Pompejo & Sex. Apulejo Coſſ. 19. *Auguſti*, Tiberius cœpit imperare. Hujus ergo primum annum Petavius definit quatuor menſibus ac diebus duodecim, ex eo quem diximus anno reſtantibus: ſecundum autem numerat eum qui Coſſ. Druſo Cæſare & Gajo Norbano Flacco ſignatur. At Baronius reſiduos anni dies ac menſes Auguſto quamvis defuncto relinquens, primum Tiberii annum *qualis eſt inter Baronium & Petavium,* numerat eum, qui apud Petavium ſecundus dicitur. Tiberio ſucceſſit Claudius, & primum ejus annum Baronius æque ac Petavius nominant eum quo Tiberius exceſſit e vita, quia nempe hic moriens 17. *Kalendas Aprilis*, tam exiguam illius anni partem occupavit, ut eum non potuerit Baronius non imputare ſucceſſori ipſius. At rurſum, quia Claudius obiit 3. F *Idus Octobris*, a Baronio, anni iſtius reliquias negligente & ſequenti dumtaxat anno primum Neronis ſcribente, diſſentit Petavius, & tres illos eoſque non integros menſes pro ejuſdem Neronis anno primo ſupputat. Idem utrique accidit in Nerone, 4. Idus Julii cæſo, ejuſque ſucceſſoribus, potiſſimum Veſpaſiano, cum *hic Kalendis Julii* ſit creatus: unde primus ejus annus Petavio cum ſex reſtantibus menſibus abſolvitur, Baronio non niſi poſt integre exactos eos inchoatur: & Veſpaſiani primus huic dicitur, qui ſecundus illi, *Coſſ. Veſpaſiano Auguſto & Tito ejus filio* inſignis. Eadem uterque differentia procedit in numerandis annis poſt obitum Veſpaſiani 7. *Kalend. Julii*, Titi filii *Idus Septembris*, Domitiani 14. *Kalend. Octobris* defunctorum. Nerva porro mortuo 6. *Kalendas Februarii*, idem Petavio qui Baronio primus Trajani annus cenſetur.

3 Similis prorſus modo egiſſe Gregorium atque Fredegarium neceſſe eſt, & Gunthramnum ac fratres ejus (quorum annos diverſimode uterque numerat) cœpiſſe regnare currente anno 561. ita ut Fredegarius, ob menſes poſt patris Clotharii mortem reſiduos primum hunc regni ipſorum annum eſſe cenſuerit, juxta eam quam Petavius tenuit rationem; Gregorius *dum alterum decedentis & primum ſuccedentis Regis annum conjungit Fredegarius, Gregorius diſtinguit:*

O vero

A vero annum 562. menſibus iſtis diſſimulatis, numeraverit primum eorumdem, ut Baronius deinde in Imperatoribus fecit. Etenim Chilperici Regis cædem, quæ certo contigit anno 584. refert Gregorius in annum ipſius & Gunthramni vigeſimum tertium, cum Fredegarius vigeſimum quartum numeret: anno autem ſequenti, qui fuit Chriſti 585. Mummolus interfectus eſt ipſius Gunthramni juſſu, anno regni ejus juxta Fredegarium vigeſimo quinto, cum Gregorius occiſum dicat anno Gunthramni vigeſimo quarto. Ita qui Gregorio lib. 10. cap. 10. & 24. eſt Gunthramni annus 29. & 30. apud Fredegarium eſt ejuſdem Gunthramni annus 30. & 31. Quæ aliaque hujus generis exempla fuſius deducta vide ad dictam S. Sigeberti Vitam pag. 219. & indidem deſcripta lege in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum Caroli le Cointe ad annum 584. n. 21. Annos autem tam Gregorius Turonenſis quam Fredegarius a Natali Domini videntur inchoaſſe, aut ſaltem Romano more a Kal. Januarii; necdum recepta conſuetudine, quæ deinde paullatim per omnes Francorum ditiones propagata eſt, a Paſchate ad Paſcha annos computandi.

qua poſita mortem Gunthramni obiiſſe 592. 4 Hiſce præſuppoſitis videamus, nihil eſſe cauſſæ cur recentior quidam rerum Francicarum ſcriptor, ea eo quod mortuus ante S. Gregorium Gunthramnus ſit, B hujus obitum putet adſcribendum eſſe anno 592. jactetque haud dubie falli Fredegarium & omnes auctoritatem ejus ac fidem ſecutos Chronologos, quando annum 33. Gunthramni numerarunt & dixerunt & obiiſſe anno ſolarem eclipſim ſubſecuto, cum ex Gregorii Turon. calculo conſequens ſit annos ſolum 32. regnaſſe Guntramnum adeoque eo ipſo anno, quo defectum ſol paſſus eſt expiraſſe. Fallitur ſane ipſemet graviter, & ideo fallitur, quod præmonſtratam a nobis diſſolvendi iſtius nodi rationem, ex certo probata unius anni inter utrumque auctorem differentia, non expenderit agnoveritque. Dicimus ergo cum Fredegario, quod Guntramnus *anno* 33. (qui tamen in Gregorii calculo numerandus tantum fuiſſet 32.) *moritur* 5. *Kalendas Aprilis*, & quod hic fuit Chriſtianæ Æræ annus 593. quo anno cum nulla fuerit ſolaris eclipſis in noſtro hemiſphærio conſpicua, ut in Dagobertinis aſtronomice oſtenſum eſt, hoc etiam addimus, recte feciſſe Fredegarium quod magnam illam eclipſim *a mane uſque ad mediam*, id eſt, plenam ac claram *diem*, qua *ita obſcuratus eſt ſol ut tertia pars ex ipſo vix appareret*, poſuerit anno immediate præcedenti mortem Gunthramni: vere enim *eclipſim ſolis tum fuiſſe,* C talem unam poſt medium ſeptimæ matutinæ uſque ad medium ferme nonæ conſpicuam fuiſſe in Francia die 19. Martii demonſtrat Petavius lib. 8. de doctrina temp. pag. 854. deeſque ad nonum Mauritii Conſulatum, annum vero ejus in Imperio decimum referenda jam egimus in fine præcedentis exegeſeos.

5 Verum de hoc tam certo e cœlis ſigno & Fredegarii adeo probati ſcriptoris auctoritate laborandum ſibi non putavit, quem dixi, Rerum Francicarum ſcriptor l. 15 pag. 451. utpote qui ſibi prorſus perſuaſiſſet manifeſti parachroniſmi reum teneri Fredegarium; *quia*, inquit, *Gregorius Turonius Epiſcopus poſt Gunthramni mortem aliquamdiu vixit, ac libros etiam compoſuit: ſiquidem in libro de virtutibus S. Martini ſcribit, Childebertum poſt obitum glorioſiſſimi Gunthramni Aurelianos veniſſe, ſeque in comitatu ejus fuiſſe. Atqui Gregorius duodecimo regni Sigeberti anno Turonica eccleſiæ Epiſcopus eſt conſtitutus, & vigeſimo primo Sacerdotii anno impleto diſceſſit. Si ergo anno Sigeberti & Gunthramni duodecimo (nam fratres ſimul regnare cœperunt) Epiſcopatum iniit Gregorius; qua ratione potuit non modo ad tertium & trigeſimum regni Guntramni annum pervenire ſed etiam poſt ejus mortem libros edere: cum vigeſimus primus & ultimus Gregorii tantum reſpondeat anno Gunthramni 22.?* Hæc

nihil ſolis quod Gregorius Regi ſuperſtes vixerit,

ille: ſed inſigniter cæcutivit, cum non vidit ejus, quem mortuum fatebatur anno Sacerdotii vigeſimo primo impleto, annum vigeſimum, non primum ſed ſecundum, ſumendum ſibi fuiſſe pro ultimo, atque hunc cum annis Gunthramni componendum: cujus Guntramni (niſi mortuus ante Gregorium eſſet) annus 33. in Gregorii calculo nominandus fuiſſet, in calculo vero Fredegarii annus 34. dici debuiſſet. D

6 Lubet hoc planius explicare ſequendo characteres temporum a Gregorio poſt Gonthramni mortem ſignatos lib. 4. de miraculis S. Martini (nam hic illi libro titulus eſt) ubi, cum cap. 37. ſcripſiſſet verba ſupra allegata; mox capitibus duobus ſubjunctis, ait, *Non poſt multos dies* & *Poſt paucos dies*; reſpectu ſcilicet ſolemnitatis S. Martini, quæ in 4. diem Julii incidit; ac deinde caput 40. ita incipit: *Alia vero feſtivitate* ejuſdem S. Martini, *quæ in hyeme celebratur* die 11. Novembris, anni 592. poſt quem in Martio mortuum Gunthramnum ſtatuimus. Eodem autem anni 592. menſe & ſecuto Decembri potuerunt contigiſſe pauca dein ſubjuncta miracula, modico autem poſtquam contigerant tempore, ſcripta eſſe: indicat enim cap. 44. *quod nuper geſtum fuit ſe edicere*. Vixit deinde S. Gregorius ad diem 17. Novembris anni 594. & qui libro 10. Hiſtoriæ Francorum libros a ſe editos enumerans teſtatus erat ſe eos libros, Hiſtoriæ ſcilicet, *in anno ordinationis ſuæ vigeſimo primo perſcripſiſſe*; antequam Gunthramnus moreretur, nec eodem anno mortuus erat, ut jam oſtenſum eſt, ſed ad Novembrim anni ſequentis pervenit, haud dubie ingreſſus erat pridem Ordinationis ſuæ annum vigeſimum ſecundum. Annos autem viginti & unum plenos, ſi detrahas a numero anni 594. habebis annum 573. qui ſecundum calculum ipſius Gregorii & Scriptorum omnium, etiam illius qui hic a nobis recedit, fuit annus 12. Chilperici & Gunthramni Regum: ſed a Fredegario, ſi quidem hæc tempora ſcribendo attigiſſet, dicendus 13. ob eam quam diximus cauſſam: ob quam annum proxime ſecutum Guntramni mortem, (quem Gregorius fortaſſis, ſi de eo egiſſet, nominaſſet primum Childeberti) idem Fredegarius nominavit ejuſdem Childeberti ſecundum; ultimum Regis deceſſoris & primum ſucceſſoris annos more ſuo conjungens.

& poſt ejus mortem adhuc ſcripſerit;

E *ſiquidem hic ſolum mortuus eſt an. 594. 17. Nov.*

CAPUT II.

Dagobertinorum ſeries, in Burgundia fere Neuſtriaque regnantium, per Chlodoveum II. ad Dagobertum poſtremum deſcendens. F

7 REfutandis eorum erroribus, in quos conſequenter lapſi ſunt quicumque Gunthramni obitum alteri quam nos anno aſſignarunt, non vacat immorari, ad propoſitum huic exegeſi ſcopum feſtinantibus. Satis ſit hic indicaſſe, Childeberto Sigeberti Auſtraſii filio, Burgundionum poſt Gunthramnum patruum nec non Auſtraſiorum Francorum Regi, anno novi regni Burgundionum 4. Chriſti 596. e vivis ſublato, filios ejus Theodebertum in Auſter & Theudericum in Burgundia ſucceſſiſſe; quorum iſte prælio victus a fratre, primum regnum, dein vitam amiſit anno 612. Theudericus vero cum Sigeberto uliiſque filiis anno 613. extinctus, vacua Auſtraſiæ & Burgondiæ regna reliquit Chlothario ejus nominis II., Guntramni ex fratre Chilperico nepoti, annum jam 30. agenti in paterno regno Sueſſionenſi:

Guntramno ſuccedit Childebertus,

huic anno 596. filii Theodebertus & Theodericus

qui

A qui proinde jam totius Francici nomiuis monarcha, non ante annum 628. viram commutavit com morte. In quo quia nunc nobiſcum pariter conſentiunt Francici ſcriptores omnes (Sigeberto Gemblacenſi ignoſcentes, quod aotiquitatum Francicarum non ſatis diſtinguens tempora, aliis viris magnis, oullo examina præmiſſo ſecutis, prærjerit in errores nec leves nec paucos) non eſt nobis ea chronotaxis probanda operoſius, maxime cum alibi id factum ſit.

cum Chlothario an. 613.

8 A Clotharii morte oomerantur anni filii ejus Dagoberti primi apud Fredegarium, monachum S. Dionyſii, Aimoinum & alios. Iſte per obitum fratris Chariberti Neuſtriæ Regis, anno 636. cum filius eatincti, eodem quo pater jura monarcha effectus, in ſigillis imagine ſua inſignitis (quale unum exprimitur in defenſione Abbatiæ S. Maximini parte 3. pag. 30. ſub diplomate donationis dicto monaſterio factæ pridie Nonas Aprilis anno 12. regni, Moguntiæ, ipſumque in cera vidimus Divione) ſceptrum accepit trifidum, veluti ea tribus virgis inferne cooionctis, tria regna, Auſtraſiæ videlicet Burgundiæ & Neuſtriæ in onum coacta imperium deſignare volens. Ab hujuſmodi autem ſceptri forma paullatim in unius virgæ ſimilitudinem magis magiſque reducti, ſit ue deni-

& Dagobertus 628.

B que modica in ſummitate regalis virgæ trium capitum communi neaorom vinculo diviſio appareret, paullatim fluxiſſe potuit ſecolis ſubſecutis, cum teſſeratom gentilitiarum uſus cœpit, ot trifidum Francici ſceptri caput quandam ſimilitudinem haberet ejus floris, quam *Iridem* vocanc botanici, alii *cœleſte lilium*, *gladiolum* nonnulli, quia herba cui ionaſcitur, longis acuminatiſque foliis gladios proxime exprimit. Hæc autem herba quia Teutonibus *Liſch* dicitur, ipſum florem iidem *Liſchblum* ouncupant. Etenim com flos hic partim folia ſurſum erigat, partim ex lateribus repanda flectat, pronum fuit ot trifidi ſceptri, qualem diximus, apex, vel pro ipſo hoc flore acciperetur; vel flos ipſe, propter dictam com trifidi ſceptri apice ſimilitudinem, ſtudio deſtioatoque conſilio aptiſſimus judicaretur regiæ teſſeræ conſtituendæ; & quidem in cœruleo campo, vel ſignificare volentibus a cœlo eſſe Francici regni originem & incremeota; vel ſimplicius ipſarum aquarum reſpecto, quibus ejuſmodi florea colore luteo ſive aureo innaſcuntur. Atque hæc probat ipſum nomen *fleur de lis* Francis, ſyllabatim idem quod *Liſchblum* Teutonibus; proinde nihil Latinæ origini debens, quaſi *lilium* in *lis* transformatom fuerit, ſicut alterom ejuſdem floris nomen *gladiolus* tranſiit in *glajeul*. Cete-

factus monarcha trifidū aſſumit ſceptrum,

unde orti poſt de lilia Francica

C rom qoia hujus temporis uſo invaluit, ut ſolum poſterius nomen appellandæ Iridi tam hortenſi quam paluſtri vulgus adhibeat, priori aotem intelligat ſola *lilia alba* ſive *Junonia* (qood genericum *lilii* nomeo pro iis ounc fere ſolis accipitur, quæ, foliis pariter aſſurgentibus pariterqoe repandis, nullam habene cum Francico lilio ſimilitudinem, maximam com calatho) ideo maluerunt aliqui hæc quam iſta Francico ſcuto inſerta credere, quamvis & forma & color reclamaret. Atque hæc conjectura de trifido ſceptro, trium regnorom conjunctionem repræſentante, deque arrepta hinc occaſione liliorom flores regiis teſſeris adaptaodi (quod ante 12. ſecolum factum non eſſe merito conſentiuot omnes teſſerariæ ſcientiæ periti) hæc inquam conjectora, poſt plurimas maximeque diſcrepantes ea de re opiniones, quamvis noviſſima, veroſimillima tamen eſſe videtor: quam antiquitatum ſuarum amantes Franci ploribus fortaſſe novis indiciis ſtudebunt confirmare, adverſus eos qoi pene fortuito & abſque ullo ad antiqoitatem reſpectu aſſumpta in teſſeram lilia eſſe conteodunt. Qui autem de prædicto Iridis ſive lilii cœleſtia flore volet multa argute collecta videre, legat Francica Goropii Becani, ab ipſo (ſi

poſt aliquot ſecula aſſumta.

Superis placet) Noacho Francici lilii originem, per D ingenioſa magis quam veroſimilia commeota, deducentis.

9 Dagobertum porro Mooachus S. Dionyſii, qoi geſta ejus ſcripſit, atque Aimoinus tradunt *anno regni ſui 16. agrum ad baſilicam S. Dionyſii delatum, ac dein rebus humanis exemptum 14. Kalendas Januarias*. Hic, cum ſuo ea Ragnetrude primogenito S. Sigeberto regnum Auſtraſiæ contuliſſet anno 638. (ut eſt ad ejus Vitam oſtenſum) alteri ea Nanthilde procreato Chlodoveo II. reliquit moriens Neuſtriam atque Burgundiam, anno 644. recens ineboato. Quem ſane annum primum oumerandum eſſe Chlodovei II. ſolidiſſime confirmat S. Audoenus, Dagoberti Regis nuper Reſerendarius; qui cum in Vita S. Eligii ſcripſiſſet, ſe atque Eligium *Apoſtolicam benedictionem meruiſſe eo tempore, quo apud Gallias a cuncto populo Rogationes celebrabantur*; mox ſubdit: *Convenientes ſimul in civitate Rotomagenſi decimo quarto die menſis tertii* (prout ſcilicet a menſe Martio oumeraliom nominum initium menſes capiunt) *anno tertio Chlodovei juvenculi Regis* (nempe annum ætatis 7. dumtaxat agentis) *die Dominico ante Litanias, inter catervas populi, inter agmina clericorum, inter choros pſallentium, conſecrati ſumus gratis ab epiſcopis pariter Epiſcopi, ego Rotomago, il-* E *le vero Noviomo*.

Poſt in ſolio gradu Neuſtriaque ſucceſſit Chlodoveus an. 644.

10 Hunc locum tot characteribus inſignem, tanta accuratione ſcriptum, idque de acto tam ipſi auctori per omnem vitam memorabili; mirum eſt novo rerum Francicarum auctori ita neglectim haberi, ut (quia calculis ſuis nimium adverſatur) alibi eum proferat, alto ſilentio preſſis, die menſis, Dominica ante Rogationes, & aono 3. Chlodovei; alibi velut errori ſubjectum ſpernat; alibi ut introſum a librariis rejiciat: quid enim in antiquiſſimis teſtium oculatorum monumentis certom habebitor indubiratumque, ſi ejuſmodi teſtimonia convellere eo modo liceat atque in ſuſpicionem vocare? quid non poſſit io ipſis ſacris Scripturis hac ratione (ſi tamen eſt ratio) infirmari impune? Si enim & plorima & vetuſtiſſima quæque manoſcripta, oullo prorſus diſſentiente, ſic habent; quam temerarium eſt vitiatum textum credere? Lucas Dacherius tom. 5. Spicilegii Vitam illam edidit deſcriptam e vetuſto Codice Corbejenſis Bibliothecæ, & ad Cuncbenſis monaſterii MS. collatam. Habemus nos eamdem ex MS. Rubeæ-Vallis, collatam cum MS. monaſterii Booiſontis. Eadem extat in MS. Monaſterii Aquicinctini & in alio Sereniſſimæ Reginæ Sveciæ, nuſquam vel apice uno circa locum præcitatum variante F texto: numquid oportuerat vel unum ſaltem alicubi inveniri in contrarium, ut vel dubium moveretur; plura autem, ot definitiva ferretur ſententia de probabili ſaltem ipſius corruptela?

certiſſimis in S. Audoeni Vita characteribus conſtat

11 Nihil horum facit Francicorum ſcriptor, ſed cum lib. 19. pag. 140. fateatur ſimul eſſe conſecratos Sanctos, quo id factum ſit tempore non requirit; rautum S. Audoenum Regis Chlodovei permiſſu paullo ante clericum factum dicit; an ut majorem fidem inveniat poſtea, ubi decennio duntaxat regnaſſe Dagobertum credi volens, filium, io obitu patris quinquennem, ſtatuit ipſi ſucceſſiſſe anno 638.? Quo autem id aoctore? Nullo prorſus: niſi quod Hermannus contractus ſeculi 11. ſcriptor & auctor Chronici Moſiacenſis, ad ipſius ſententiam accedant propius, dum Chlodovei primum annum com anno Chriſtianæ Æræ 641. componunt: Hermannus autem potiſſimum ei videtur præluſiſſe, cum aſſeroic Dagobertum mortoum *anno regni ſui decimo ſexto* quidem, (ut & nos ea legitimæ fidei auctoribus ſupra diximos) ſed *poſt patris mortem decimo*; atque ita iotelligendum dedit, ipſem ſex aonis ante obitum ſui patris regnaſſe,

a quibus præſidentes aliqui,

quod verum non fuit. Hermannom nempe & Chronici dicti auctorem decepit, quod Fredegarius poſt narratam Chlotarii mortem, anno 45. regni obitam, res inter filios ſpatio ſex annorum geſtas, citra conſuetam ſibi annorum ſingulorum diſtinctionem in unum contrahens, immediate poſt ſubjungat: *Dagobertus cum jam anno 7. regnaret, Burgundias ingreditur*: quo factum, ut exiſtimaverint hi ceſſiſſe patrem filio ſex annis prius quam moreretur aliqua monarchiæ parte, puta Auſtraſia. Sed non obſervarunt, ſi ſic intelligatur Fredegarius, non tantum eis regionibus, quæ Dagoberto ex paterno imperio potiores obtigerunt, cautum fingi Chlotharium ſpontanea ceſſione, ſed regnis prorſus omnibus. Nam & Chariberto alteri filio deberet fingi contuliſſe regnum adhuc vivens: etenim eodem modo loquens de Chariberto Fredegarius, priuſquam incipiat loqui de ingreſſu Dagoberti in Burgundias anno 7. regni, dixerat, quod *poſt annum tertium cum regnare cœpiſſet, Vaſconiam ſua ditioni redegit, aliquamulumque largiorem fecit regni ſui ſpatium*. Quod ſi hic locus nec debet nec poteſt intelligi de anno 3. regni Chariberto a vivente patre conceſſi (quoniam ibi agitur de regno quod Dagobertus, qui mortuo patre occupaverat omnia, conceſſit fratri *miſericordia motus & conſilio ſapientum*) nihilo magis poteſt locus immediate poſt ſequens de anno 7. Dagoberti ſumi cum reſpectu ad regnum, quod vivente patre fingeretur adminiſtraſſe: ſed tam annus hic 7. quam iſte 3. numerari debent ab obitu patris.

eo fundamento profectus inani,

12 Interim Hermanni id minime obſervantis errorem pro fundamento ponens Rerum Francicarum hiſtoriographus novus, a ſumma, qualis in præcitato S. Audoeni loco continetur, hiſtoricarum notarum certitudine diſcedit, & pergit ſuccedentium Regum res geſtas temporibus minime apte diſpoſitis innectere atque interturbare, & Chlodoveo Dagoberti filio annos dumtaxat ſedecim regni concedit, quem tamen monachus San Dionyſianus in geſtis Dagoberti, auctores ſupplementi ad Fredegarium, item Chronica Moſſianenſe & Beſuenſe aliique magnæ vetuſtatis ſcriptores unanimi conſenſu dicunt regnaſſe annis 18. Chlodoveo huic uxor S. Bathildis fuit, 26. Januarii a nobis commemorata, & viros tres filios peperit, ſucceſſive in Neuſtria atque Burgundia Reges: videlicet Chlotharium III. Childericum II. atque Theodoricum III. Ex his Chlotharium annos ſolum 4. regnaſſe ſcriptum legebatur in geſtis Francorum, accuratione non magna compilatis, & (ſive ſcriptoris hic lapſus fuit ſeu librariorum inadvertentia denarius excidit) *ſecuti ſunt omnes*, inquit lib. 21. pag. 252. prædictus auctor, *ad unum rerum Francicarum ſcriptores*. Intrepide tamen eidem ablatos decem annos reſtituimus, & pleroſque eorum ipſiuſmet diplomatis & Sanctorum coævorum Actis eodem ſeculo ſcriptis tam evidenter demonſtravimus, ut poſtea neminem habuerimus contra ſentientem. Demonſtrationem autem prælo dedimus eo tempore, quo de iiſdem dubium movere incipiens P. Philippus Labbe, Miſcellanea curioſa edidit, quæ vellemus prius habuiſſe, variis diplomatis ignoratis a nobis confirmatura doctrinam noſtram.

pro 18. annos ſolos 16. Chlodoveo dant,

cujus tum filii tres ſucceſſive Chlothar. non 4. ſed 14. annis regnaſſe demonſtratur.

13 Clotharii porro hujus filium creditum fuiſſe Chlodoveum quemdam, atque anno 679. Regem poſt Childerici mortem aſſumptum ab Auſtraſiis ad regnum fuiſſe, & brevi vixiſſe tempore, ſequenti capite oſtendemus: ubi & de ipſo Childerico agemus, matris ſuæ opera in regno Auſtraſiorum contra Grimoaldi tyrannidem ſublimato. Hic dicimus Childerici apud Auſtraſios abſentiam Ebroino Majori-domus in Neuſtria occaſionem dediſſe, Clothario abſque liberis, ſaltem tunc cognitis, mortuo, ſubrogandi minorem natu fratrem Theodoricum: quod abſentibus ſe factum indignati Optimates, & Ebroini exoſam habentes potentiam, utrumque perſecuti ſunt, captoque & in monaſterium violenter incluſo Theodorico, Childericus tum primogenitus, Rex Neuſtriæ Burgundiæque proclamatur anno 676. infelici ſucceſſu: tertio namque novæ monarchiæ anno Chriſti 679. cum pleriſque liberis ex Bilichilde ſuſceptis occiſus eſt, & regnis reſtitutus Theodoricus: qui poſt annum 687. mortuo Dagoberto juniore S. Sigeberti filio, inter bella cum Pippino Herſtallio monarchiam tenuit annis ſex, mortuus an. 693. *Regnavit*, ut ait auctor hiſtoriæ juſſu Childebrandi conſcriptæ (ſecundum veriſſimam lectionem Codicis MS. qui olim Petavii fuit, nunc eſt Sereniſſimæ Chriſtinæ Sveciæ Reginæ) *annis* 17. a morte Clotharii fratris primogeniti numerandis. Tum *Chlodoveum filium ejus parvulum elegerunt in regnum: non poſt multos vero annos prædictus Rex Chlodoveus ægrotans mortuus eſt: regnavit autem annos* 4. *& Childebertus frater ejus in regnum reſedit*.

Clothario ſuccedunt Theodoricus & Childericus fratres,

14 Sunt qui exiſtiment Childebertum diviſo cum Fratre in Auſtria regnante imperio regnaſſe in Neuſtria jam inde a patris ſui obitu: alii ſimul in Neuſtria Regium fratres nomen tenuiſſe credunt: ſed utrique cum nullo nituntur fundamento, tum ſolidiſſime convincuntur erraſſe ex eo, quod nullum hactenus ſub utriuſque nomine prolatum diploma ſit, nullum ſub nomine Chlodovei quaſi in ſola Auſtraſia regnantis expeditum: ſed bene in Neuſtria jam inde a morte Theodorici & quidem ab utroque ſeorſim ac ſucceſſive. Tale eſt, quod Iperius in Chronico Bertiniano MS. parte 13. refert, quo *Chlodoveus puer*, ut eum merito vocat, *B. Bertino confirmat omnia privilegia a prædeceſſoribus ſuis conceſſa, die prima Kal. Junias anno primo regni ſui*. Et incipit *ſi illa beneficia quo parentes noſtri*. Simili principio ſimile prorſus privilegium eidem Sitbivenſi S. Bertini monaſterio conceſſit Chlodovei frater Childebertus, & Actum dicit *ſub die Kalendarum Junii anno 3. regni* ſui. Ex quo conſequens eſt utrumque in Neuſtria, ad quam hic locus ſpectabat, & quidem ſucceſſive regnaſſe. Similiter apud Philippum Labbe in Miſcellaneis curioſis pag. 434. leguntur diplomata utriuſque nomine & ſucceſſive ſignata in Auſtraſia, primum quidem acceptum ex antiquitatibus Tricaſſinis Camuzati, datum *Rhemis menſis Februarii die 15. anno 2. glorioſi Domini noſtri Chlodovei Regis*, quod ſuo ſuper eadem re privilegio inſerens verbotenus Bertoenus Epiſcopus Catalaunenſis, procedere ſe ait *ad rogatum claræ memoriæ Clodovei Regis & Pipini Majoris-domus Regiæ*. Secundum ex chartulario S. Vitoni Virdunenſis eruitur, continetque commutationem inter Annonium Virdunenſem Epiſcopum & Illuſtrem virum Pipinum ejuſque Illuſtrem matronam Plectrudem, eiſdemque jubentibus ſcriptam & ſubſcriptam ab Hareico, *ſub die 13. Kal. Februarii, anno ſeptimo Rege noſtro Childeberto*. Childebertus autem, qui fratri adhuc impubi junior ipſe ſucceſſit, nec niſi tredecim a morte fratris annis regnavit, admodum juvenis obiiſſe debuit filiumque hæredem non magnæ (quod tamen fingere tenentur ii, qui aliter quam nos de ſucceſſoribus ſtatuunt) ætatis reliquiſſe.

non ſimul ſed ſucceſſive in tota monarchia,

15 Parvulus hic dicebatur Dagobertus hujus nominis 3. quem Chronici Fontanellenſis auctor ſeculo 8. ſcribens *Regem juvenculum*, & *Juniorem Regem* appellat, *puerum* verum Regum Francorum genealogia MS. uſque ad Coronationem Pippini. Et vero eum, cujus pater puer admodum regnare cœperat anno 693. anno poſt hunc 18. admodum puerum fuiſſe oportuit; & ætate vixdum pubeſcente mortuum, qui ſolis quinque annis regnans vita imperioque exceſſit anno 715. Ut prorſus extra metas ſaliiſſe

Childeberti filius Dagobertus puer

co-

A coznoſcantur ii, qui cum legiſſent Theodoricum ultimum, Dagoberti Junioris filium dici, & alium apud Auſtraſios Dagobertum itidem reſpectu primi Juniorem regnaviſſe ignorarent; perſuadere ſibi conati ſunt unum eumdemque Dagobertum eſſe, qui Childeberto patri puer ſucceſſerat quintoque regni anno obierat; & qui genuit prædictum Theodoricum. Eſt tamen communis hic error eorum, qui Chronica compillarunt, quos inter Hugo Flaviniacenſis Abbas, ſub initium ſeculi 12. ſcribens *Childeberto*, inquit, *Rege defuncto, Dagobertus filius ejus ſuccedit adhuc puer, & regnavit annis quinque & mortuus eſt anno 715. cui ſucceſſit Clericus qui & Chilpericus, regnavitque annos plus quinque.... & ſuccedit ei Theodoricus Dagoberti junioris filius*: ut minimum enim in dubio reliquit Hugo, quem hic intelligat Dagobertum Juniorem, an eum quem puerum regnaſſe & obiiſſe ſcribit: an vero quem ſupra dixerat patris Sigeberti regnum ſuſcepiſſe, quemque, ut ſcribit ille, *Pippinus & Grimoaldus Pippini filius minus idoneum ad regni curam providentes in clericatum detonderi fecerant*; regno autem reſtitutum ignoravit. Interim Theodoricus, qui ſi ex impuberi patre natus concedatur, non niſi annum 6. vel 7. agere potuiſſet, cum regnare

Theodorici ſucceſſoris ſui mediati pater eſſe non potuit.

B cœpit anno 720. ante eum quo mortuus eſt annum 737. erat plenæ ætate ac barba vir, prout ipſum conſpiciendum exhibet ſigillum ſuum in diplomatis San-dionyſianis; quod videre eſt inter veras Regum Francorum effigies celo Jacobi de Bie expreſſas editaſque iteratu Pariſiis an. 1636.

& ſi fuiſſet, non fuerit hoic prælatus Chilpericus, filius Chlodovei II.

16 Et vero ſi filios aliquos poſtremus hic Dagobertus genuiſſet, non utique hoc moriente *Franci*, ipſis præteritis, *Danielem quemdam clericum, cæſarie capitis creſcente, elegiſſent atque Chilpericum nuncupaſſent*, dictum Calenſem, quia e Calo monaſterio, quod S. Bathildis Clodovæi II. conjux, uſque ad annum 684. ſeceſſu religioſo illuſtrabat, educatus fuit a jam dicta Sancta; quam hujus Chilperici fuiſſe aviam, ipſumque filium Childerici II. nunc demum certorum diplomatum fide reſtatum habetur. Unde ſicut clarum eſt Clericum iſtum eſſe ad regnum vocatum proximæ conſanguinitatis jure: ita probabile fit ipſum, cum fratres ſui occiderentur, clam delatum ad aviam ab eaque caute ſervatum fuiſſe, & Theodorico patruo diſſimulante aut jubente, attonſum in clericum, vivere eſſe permiſſum. Vixit autem a morte patris annis omnino quadraginta, a quibus annis quinque regnavit & nullos ex ſe liberos reliquit, fortaſſis nec ſtoduit procreare, devotæ Deo caſtitatis memor. Ex hac autem ætate illius cognoſcas, quam minime iſtius ævi ſit rudis illa

C delineatio, qua prorſus juvenis atque imberbis Noviomi, ubi ſepultus eſt, reperitur expreſſus: qualem prænominatus Jacobus de Bie inter Regum effigies repræſentas, a ſuo commentatore perſuaſus, ipſius Dagoberti fratrem fuiſſe Chilpericum atque adeo prorſus juvenem deceſſiſſe. Extincta in eo eſt igitur anno 720. univerſa illa Francorum ſtirps, quæ per Chlodoveum II. ducta commuuem cum S. Sigeberti poſteris originem habebat.

ut patet ex ejus diplomate.

17 Quod autem de Chilperici genere diximus etſi ſatis maneat certum ex iis quæ in Dagobertinis allegata diplomata ſunt: placet tamen etiam hic confirmare diplomate alio ex Corbejenſi Abbatia ad nos tranſmiſſo, ſed iis mutilato verbis, quæ tranſcribenti videbantur nihil facere ad rem noſtram. Eſt autem tale: *Chilpericus Rex Francorum. Vir illuſter. Si facta parentum noſtrorum conſervamus, regiam conſuetudinem exercemus.... Ideoque venerabilis vir Chillerdus, Abbas de Baſilica peculiaris Patroni noſtri Domni Dionyſii Martyris .... eo quod bona memoria proavus noſter Dagobertus quondam Rex per ſua auctoritate manu ſua roborata, vaccas cento Soldaris .... quod in inferenda de pago Cinomaneco in fiſci*

D *ditionibus ponebatur, ad ipſam ſanctam baſilicam annis ſingulis conceſſiſſet. Unde & ceſſionis ipſius & confirmationis, (litteras ab) avo noſtro Chlodoveo, & bona memoria genitore noſtro Childerico vel avunculo noſtro Theoderico, ſed & conſobrinis noſtris Chlodoveo, Childeberto & Dagoberto quondam Regibus, eorum manibus roboratas, ſicut præ manibus habere confirmat .... ut hæc auctoritas firmior habeatur & per tempora conſervetur, manus noſtra ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus roborare.*

Chilpericus Rex

Datum quod fecit Min Sty Martio, die 10. anno 1. Regni noſtri. Compendio in Dei nomine.

CAPUT III.

Auſtraſiorum Regum ſeries a Dagoberto I. ad Dagobertum II. hujus reſtitutio novis argumentis confirmata.

18 AUſtraſia Francici Imperii pars potior, quam ſibi magni Chlodovei primogenitus Theodoricus in paternarum ditionum diviſione vindicavit, Regem a patris morte anno 533. habere cœpit Theodebertum: Theodeberto filius ſucceſſit Theodebal-

Auſtraſiæ Reges plures,

E dus anno 548. & regnum tenuit uſque ad annum Chriſti 555. quando hujus propatruus Clothacarius ſive Chlotharius, filiorum magni Chlodovei quartus, regnum ejus obtinuit, ac demum etiam (mortuo, qui ſolus ſupererat ex tribus ejus fratribus, Childeberto) anno 558. monarchiam. Qui poſt obitum ejus rurſum anno 561. diviſa quadrifariam eſt, Sigeberto Auſtraſiam obtinente, eamque morte ſua vacuam tranſmittente ad filium Childebertum: quem etiam Guntramnus patruus adoptatum, Burgundici regni hæredem poſt ſe reliquit, anno 6. dictum 593. Sed hujus ſtirps brevi tota extincta eſt, quamvis duos habeter filios, Theodebertum in Auſtraſia, Theodericum in Burgundia ſucceſſorem. Nam iſto defuncto, & liberis ab avia Brunechilde interemptis: hujus filii omnes cum prædicta Brunechilde occiſi ſunt, & monarchia devoluta eſt ad Clotharium II. Chilperici Sueſſionenſis filium; ab hoc autem ad Dagobertum, eo quo ſupra vidimus modo.

19 Hujus regna quam æquali partitione inter ſe diviſerint S. Sigebertus jam inde ab anno Chriſti 638. ætatis ſuæ 4. declaratus a parente ſuo Auſtraſiæ Rex, & Chlodoveus in Burgundiam Neuſtriamque ſuccedens, ſatis eſt explicatum a nobis ante illius Acta §.

quorum ſucceſſor S. Sigebertus ab an. 638.

F 4. Eumdem Sigebertum Chlodoveo fratri ſuperviviſſe, §. 10. ſatis clare probavimus ex Vita S. Bathildis (quam cum tribus liberis viduam reliquerat Chlodoveus) nec ante annum Chriſti 662. mortuum dici poſſe, probavimus ex Sanctorum Remacli atque Trudonis Actis. Occurrit recentior rerum Francicarum Scriptor in Præfatione Tom. 1. & ait, *omnes geſta Francorum, ante nongentos ac viginti annos conſcripta, ſecutos credidiſſe & prodidiſſe, eum ante fratrem Chlodoveum deceſſiſſe*. Verum quantæ hæc Geſta ſint auctoritatis ipſe nos doceat lib. 20. pag. 179. dicens: *Geſta Francorum ex variis auctoribus a monachis collecta eſſe, qualia in ſui quiſque monaſterii uſum conſarcinare potuerunt*. Talia autem ſunt, ut merito dici de iis poſſit, quod ipſe Sigeberto Gemblacenſi impingit, lib. 6. pag. 315. *nihil in temporum notatione confuſius eſſe*. Numquid hoc ſatis clare ipſemet agnoſcit, quando, quod ibi aſſeritur, *Dagobertum in Spinogilo mortuum regnaſſe annos 34. aut 44.* (ut varia eſt hujus loci lectio) & quidem *monarcham in totis tribus regnis*, ipſe ſic rejicit, ut ei ſolos decem annos in monarchia concedat? Mitto innumera ineptæ iſtius conſarcinationis menda, con-

perperam ab aliis creditur ante Chlodoveum obiiſſe.

A tentus iis, quæ circa ipſum S. Sigebertum errata eſſe poteſt convinci. Nam hunc atque Chlodoveum uterinos ex Nanthilde fratres fuiſſe fingunt: quorum priorem Dagoberto nonum annum regnanti natum ex Auſtraſia puella, nomine Ragentruda, ſua habet Vita, conſentitque non tantum Fredegarius ſed etiam ipſe, qui libro Geſtorum nos vult credere, Francicarum rerum Hiſtoriographus.

mortuus eſt an. 663.

20 Teneamus igitur S. Sigebertum, quod ait Vitæ auctor, annorum initium a Paſchate ducens, mortuum eſſe *anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo*, nobis *tertio*, eique ignoſcamus quod annos Dagoberti (ut alias in Chronico) non recte ſupputans, natum anno patris nono (quem probamus eſſe Chriſti 634.) dicat ætatis ſuæ annum fere 31. regni 28. impleſſe: vel ſi hæc quidem ex antiquis monumentis fideliter deſcripſiſſe ipſum putes, annum vero Chriſti quem veteres iſti notare non ſolebant, ex ſuo calculo vitioſe addidiſſe dicamus; ſane etiam ad annum 665. vivendo pertigiſſe S. Sigebertum, quando huic rei nulla prorſus certa repugnat auctoritas, neque aliunde conſtat quis annus numerandus ſit primus Childerici ſub cura avitæ Imnichildis: Quidquid dixeris, annis 21. majorem fuiſſe, nec anno vulgaris Æræ 650. obiiſſe conſtabit.

aut forte an. 665.

B Male autem conſuluit familiæ ſuæ, quod Majoris-domus Grimoaldi filium Childebertum regni Auſtraſiorum hæredem delegarit (ſi tamen delegavit & manifeſta uſurpati regni injuſtitia non fuit hoc commento palliata) hac enim benevola erga fidelem eatenus miniſtrum voluntate aliud nihil lucratus eſt, quam ut per inſperatam Dagoberti nativitatem delapſus homo a ſpe regni in ſuam familiam traducendi, mox ut Rex finem vitæ beatum attigit, filium ejus tum forte octennem decennemve, fecerit in Hiberniam tranſportari detonderique in monachum, mortuum eſſe mentitus: itaque Childebertum ſuum curaverit Regem proclamari. Quam injuriam familiæ Regiæ illatam minime ferens Imnichildis, ad S. Bathildem ſe contulit, atque ex ejus filiis, tamquam hæreditario jure proximis, ſecundogenitum Childericum Auſtraſiis præficiendum impetravit, & Neuſtriorum opera fideliter uſa, captum Grimoaldum, ut multi ſcribunt, ad meritam mortem Pariſios pertrahendum curavit: de filio vero ejus Childerico, ſuppoſititio Rege, quid actum ſit, nemo dicit.

Amandatur in Hiberniam Dagobertus puer

pulſis uſurpatoribus Rex fit Childericus post mortem Dagoberti

21 Childerico ergo poſt hæc pacifice in Auſtraſia regnante, adoleſcebat feliciter in Hibernia Dagobertus II. & circumquaque reſpiciens, num qua via ſe aperiret in patriam regnumque remeandi, in Britanniam venit,

C ibique in S. Wilfridum Epiſcopum Eboracenſem incidit: quo pecunia comitatuque inſtructus, primum ad maternos in Thuringia amicos ſe contuliſſe videtur. Eum deinde oſtendimus, annitente matre & cedente Childerico, regnum Tranſrhenanæ Germaniæ Alſatiamque obtinuiſſe; ubi S. Wilfrido patria pulſo, vicem redditurus hoſpitalis obſequii, Argentoratenſem obtulit Epiſcopatum, ſi vellet apud ſe remanere: ac denique occiſo Childerico, nulloſque, ut credebatur, poſt ſe liberos ex Bilichilde conjuge, vivos relinquente, Ebroinus, ut eſt in S. Leodegarii Vita, regnum, quod ad fratrem Childerici Theodoricum devolvi debebat, detulit puero cuidam, quem Chlodoveum dixit, perſuadens Auſtraſiis mortuum eſſe Theodoricum, & dictum puerum eſſe Clotharii III. filium. Hoc autem breve intra tempus extincto, oſtendimus Dagobertum Auſtraſiorum conſenſu circa annum 680. integrum Auſtraſiæ regnum obtinuiſſe; pro eoque tuendo etiam adverſus Theodoricum patruelem ſuum, cuncta quæ fratris Childerici fuerant ſibi nitentem arrogare, geſſiſſe bella, magnaſque monaſteriis cum aliis tum Stabulai & Malmundarii feciſſe donationes. Hæc inquam omnia oſtendimus in Analectis ad Acta S. Sigeberti & deductius toto 2. libro Diatribæ Dagobertinæ, aſſerti noſtri veritatem confirmantes ex Sanctorum coævorum probatiſſimis Vitis, ipſiuſque Dagoberti undique conquiſitis diplomatis: ſic ut Sammarthani Fratres, licet Regum Francorum hiſtoriam Genealogicam ſcribentes plane ignoraſſent Dagoberti hujus reditum, nec alius quiſpiam Francicarum rerum ſcriptor eatenus præluxiſſet, eamdem dixerint *demonſtrari*, in Epiſcopis Argentoratenſibus de S. Arbogaſte agentes: quos ſecuti mox alii atque alii in Galliis ſunt, neque hactenus inventus quiſquam eſt, qui oppoſuerit aliquid.

qui S. Wilfridi ope evocatus regnat in Alſatia,

mortuiſque Theoderico & Chlodoveo, in tota Auſtraſia

D

ejus moneta reperta,

22 Quin etiam (ut facile eſt inventis addere) inventa poſtmodum pecunia eſt, quæ hujus Dagoberti eſſe crederetur: ita enim Dagobertinæ Diatribæ auctori P. Jacobus Vignerius ad calcem litterarum Divione datarum 14. Januarii 1667. *Pene excidit mihi, frigore memoriam obtundente, quod antea ſtatueram ſignificare Reverentiæ veſtræ, extare ſcilicet librum impreſſum an. 1666. apud Sebaſtianum Cramoiſii, inſcriptum, Recherches des Monnoyes de France par Cl. Bouterove Conſ. en la Cour de Monnoyes: in quo libro habetur figura duplex parvi ſolidi aurei, quem attribuit Dagoberto II. ex Scotia reduci & opera veſtra redivivo; in quorum altero legitur,* DAGOBERTVS *& in averſa parte* ✠ DEUS REX, *in alterius vero averſa ſimiliter parte,* REX FELIC.

E *qua arguunt non male appoſitum nomini tuo in Chronica noſtra epitheton* OCULATISSIMI. Hæc ille, alieni inventi minime invidus æſtimator: cui hac parte ſimilis fuit, ejuſdem Societatis noſtræ ac paris eruditionis vir, P. Joannes de Buſſieres. Ad hunc enim cum ex Italia reduces Lugdunum diverteremus anno 1662. exhibuit ille nobis ingenue litteras, recens ad ſe Pariſiis datas ab amico, dolente, quod ſuam Hiſtoriam Galliæ quatuor partibus Latine editurus, ignoraſſet quantum ad eam rem conficiendam præſidii habere potuerit ex Sanctorum Februarii Actis, & ſpeciatim ex ſingulari de tribus Dagobertis Diatriba.

& inſignis mentio in Actis S. Memmii, quæ Ciſtercii

23 Eodem anno menſe Julio Ciſtercium divertimus, evolvimuſque antiqua, quæ iſtic ſervabantur Sanctorum Legendaria, ex quibus cum alia Acta tranſcripſimus, tum illuſtria valde, & qualia hactenus non videramus S. Memmii Catalaunenſis Epiſcopi cum inſigni hujus Dagoberti memoria, quam hic tranſcribere non pigebit. *Poſtquam tantis effulſit ſignis & miraculis Deus per ſervos*, (Memmium ſcilicet, Donatianum & Domitianum, de quibus ex vetuſtiori Legenda egerat) *claruit quoque noviſſimo tempore in anno ſecundo ſub Imperio Dagoberti (ipſe eſt, qui poſt longam preſſuram reverſus eſt ad propria regna) in menſe quinto, in quinta die menſis, ſecunda vigilia noctis.* Narrato deinde miraculo ſcaturientis ex S.

F Memmii ſepulcro fontis, & corporis hoc indicio quæſiti inventione, nonnulliſque eam intra ſex menſes ſecutis ægrorum curationibus prodigioſis, cum dixiſſet viſum non eſſe, quia longum eas per ordinem texere, ſic concluſurus ſubjungit: *Verum ea quæ vidimus, hæc ſcripſimus & narramus.* Menſe deinde Auguſti Pariſios advectus primo ab adventu die excipiens Philippus Labbe noſter, duxit ad inſignem omnis antiquitatis amatorem D. Antonium de Vyon de Heruwal: qui eamdem S. Memmii Vitam locumque de Dagoberto reſtituto, jam antea ſibi lectum notatumque in veteri ſuo quodam optimæque notæ legendario, gratulabundus obtulit, atque tranſcriberemus, hortatus eſt: ſed negavimus opus eſſe tranſcripto, cum jam aliunde habere ectypum oſtenderemus in catalogo viatorio noſtro: gaudere tamen nos diximus, altero exemplari viſo, cujus libenter eſſemus mentionem facturi vel in recuſa, quod ſuadebat ipſe, Diatriba Dagobertina, vel in Martio menſe proxime elaborando. Fatebamur enim non tantum hunc locum de novo offerre ſeſe, (quod in re adeo jam demonſtrata parum fuiſſet) ſed varias præterea obſervationes novas nobis occurriſſe, quibus tota Regum primæ ſtirpis hiſtoria non mediocriter poſſet illuſtrari.

atque Pariſiis ſervantur,

24 Hoc

A 24 Hoc memoria retinens Herovallius cum anno 1666. proceſſum pro Canonizatione Venerabilis Mariæ de Mailliaco rogatus a nobis eſſet, 11. Novembris, reſpondit & addidit; *non dubitare ſe quin obſervaſſemus ad calcem tractatus, quem D. Valeſius anno 1663. de laudibus Berengarii impreſſerat, locum ex Vita S. Memmii, quem ipſe nobis coram in ſuo oſtenderat legendario, & poſtea eidem Domino communicaverat: eſſe eum locum ſingulariter pulchrum, interim impatienter exſpectare ſe, quæ in hac materia a nobis edenda promiſeramus.* Tractatus iſte hactenus in manus noſtras non venit: quia tamen perſuaſi ſumus eo ubi locus iſte exhibetur capite, addidiſſe auctorem varia circa hanc materiam, quorum par eſſet nos hic meminiſſe cum laude; ne, ut alias, ſe præteritum quereretur, ſæpius petiimus ipſum nobis librum una cum aliis huc deſtinatis mitti; ac tandem, ſi talis jam deſit propter bella occaſio, veredariis eum tradi juſſimus, ne forte his jam impreſſis tardius advehatur. Facturi interim amici deſiderio, & titulo nobis hic propoſito ſatis, ſubjungimus dictis: uxorem Dagoberto fuiſſe Machtildem Saxonum Duciſſam: in ſuggerente Gaſpare Bruſchio in epitome ſua magni operis de omnibus Germaniæ Epiſcopatibus, ubi de S. Arbogaſto Argentinenſi Epiſcopo per Dagobertum inſtituto, ſic loquitur: *Suſcitavit orationibus ſuis a mortuis Sigibertum, Dagoberti Regis ex Machtilde Saxonum Duciſſa filium, qui in venatione prope Ebersheimmunſter ab apro percuſſus, poſtera die obierat, pro quo pietatis officio dedit Rex eccleſiæ Argentinenſi Rufachium cum tota adiacente ditione, quem Superius-mutatum corrupta voce quaſi Manu datum hodie adhuc appellant.* Eſto enim communi errore Dagobertum hunc ignorans Bruſchius, S. Arbogaſti ætatem ad primi Dagoberti retulerit tempora, ipſum tamen huc pertinere, idonea confirmavimus auctoritate: nomina autem Sigeberti & Machtildis matris, quæ in MS. S. Arbogaſti Actis non repeciuntur, aliunde ipſum bona fide credimus accepiſſe.

Ex Machtilde uxore filius Sigebertus,

B

a S. Arbogaſto vita redditus.

ſimul cum patre vel paullo poſt eum Rex.

25 Eumdem Sigebertum eum eſſe putamus, qui in antiquiore S. Aldegundis Vita tom. 2 Januarii pag. 1040. Rex appellatur, ſub quo & S. Aldetrude Abbatiſſa corpus S. Aldegundis tranſlatum eſſe Malbodium dicitur: & pro Sigeberto judicavimus legendum fortaſſe Theodoricum eſſe: atque hanc conjecturam ſecuti deinde ſumus ante Acta S. Aldetrudis num. 5. die 30. Februarii. Verum nunc re melius expenſa, prorſus veroſimile eſſe exiſtimamus, non tantum Dagoberto II. filium aliquem Sigebertum fuiſſe; ſed eumdem vel poſt Childerici mortem atque ſuppoſititii Chlodovæi dejectionem, una cum patre coronatum eſſe Regem (quemadmodum poſtea cum Pippino coronati ſunt Carolus & Carolomannus) eodemque quo pater tempore ac forſan prælio occubuiſſe: vel modico tempore eidem ſuperſtitem regnaviſſe. Certe de titulo regio Sigeberti hujus vix poſſumus dubitare, cum non tantum S. Aldegundis Vita dicat hujus tranſlationem factam eſſe *a Rege inclyto Sigeberto atque beatiſſima Virgine Aldetrude*: ſed etiam Hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta non unum, ſed plures Reges hoc tempore in Auſtraſia collocet, ita loquens: *Defunctis Regibus, commiſſis invicem Principibus Ebroino, Martino atque Pippino, adverſus Theodoricum Regem & Ebroinum excitantur ad bellum.* Quinam enim hi Reges niſi Dagobertus II. & filius ejus aliquis, cum ipſo vel poſt ipſum regnans? Demortuis porro ſi curavit Pippinus ſubſtituere alium vel ipſius Dagoberti filium, vel ex filio nepotem, nullum ea res ſucceſſum habuit, victis actiſque in fugam Pippino atque Martino, ut eadem hiſtoria memorat.

C

D

CAPUT IV.

Regium nomen poſteris Dagoberti Auſtraſii quadamtenus conſervatum uſque ad coronationem Pippini. Majores-domus ex quibus ſecunda Regum familia.

26 Mortuo Pippino Herſtallio ſub annum 704. ſucceſſit, poſt nonnullas cum noverca difficultates, Carolus Martellus Pippini ex Alpaida filius, videnſque non prorſus ſibi tutum eſſe ſine Rege, ut pater fecerat, imperare, Neuſtriis Burgundionibuſque legitimos adhuc ex familia Regia ſucceſſores venerantibus & Chilpericum Regem agnoſcentibus, anno 718. (ut Fuldenſes annales referunt) *Chlotharium* (utique Dagoberti filium) Regem *conſtituit, nomine non poteſtate*: ipſique, ſecundum auctorem Appendicis ad Fredegarium, eodem quo Rex conſtitutus erat anno morienti, ſubſtituit Theodoricum II. quem nequaquam fuiſſe Dagoberti pueri fratrem, multoque minus filium, jam ſupra ea ætate in ſigillo expreſſa indicavimus, & manifeſte probat conſtans eatenus Francorum conſuetudo, hæredes defuncti proximos, quantumvis ætate minimos, attollendi in nomen regium: adverſus quam non fuiſſet Chilpericus mortuo Dagoberto III. eductus e monaſterio, ſi qualem volunt aliqui cauſſam habuiſſet Theodoricus, ut præ ipſo Rex nuncuparetur. Nuncupatus eſt autem mortuo Chilperico, totius Clodovæanæ ſtirpis ultimo; ut qui ex Sigebertiois deſcendens, proximus eſſet jure repræſentationis, ob genus a primo Dagoberto Clodovæi atque Sigeberti communi patre ductum: regnum autem ſi non re, nomine ſaltem tenus adminiſtravit, ab anno 720. ad 737. tribus partes dynaſtiis in unum conflatis imperium.

Carolus Martellus Clotharium Regem declarat,

E

fratrem Theodorici multo poſt extinctis Chlodovæis aſſumpti,

27 Theodorico huic filium fuiſſe aliquem præter Childericum ultimum nemo, quod ſciamus, memoriæ tradidit poſterorum præter Ipſerium chronici Bertiniani auctorem MS. qui Childericum multo poſt in Regem evectum, fratrem vocat Dagoberti: cujus autem non addit. Nullus ex tribus, quos hactenus recenſuimus, fratrem fuiſſe, res ipſa loquitur: quare cum Adonis Martyrologium, quod in Leodienſi S. Laurentii monaſterio auctum, probari poteſt fuiſſe ante ſeculum 12. conſcriptum, eodem quo cetera charactere hæc habeat die 23. Decemb. *Eodem die paſſio S. Dagoberti Regis Francorum, qui quadam die pergens venatum in ſaltu Waurienſi, plenus Spiritu ſancto, in loco, qui dicitur Scertias, tribus millibus diſtante a fiſco Sataniaco, in quo ipſe morabatur, filiolo ſuo, nomine Joanne, 10. Kal. Januarii martyrizatus eſt, & ab Angelis deportatus ad Societatem ſanctorum Martyrum.* Hæc, inquam, ibi cum legantur, ſintque ut antiquiora multo ſic & fidei majoris, quam Satanacenſia Acta, alibi pro commentitiis rejecta; cur non merito ſuſpicetur aliquis Theoderici ultimi filium primogenitum fuiſſe Dagobertum illum, in quo avi nomen reviviſcere pater ſuus ea more fecerit, cuique (licet Rex coronatus non fuerit, cum nempe jam per ſe potens Martellus non putaret curandum ſibi, ut ex Regia ſtirpe exaltaretur ſucceſſor ſub cujus nomine ipſe imperaret) poſſeſſio tamen ſua in Sathaniaco fuerit & nomen Regis Francorum inter ſuos, tamquam ei ad quem hæreditario jure regnum ſpectaret; glorioſior autem titulus Martyris deinde obtigerit, tamquam violenta morte ſublato, fortaſſis in ejus gratiam ſi non & ejuſdem inſtinctu, in Francico regno poſſeſſor incubabat, nullo jure, ſed magno favore & potentia ſubnixus. Atque hæc licet nullis certis confirmata argumentis, ſed ſoli innixa veroſimilitudini, fundatæ in traditionibus Sathanacenſis Eccleſiæ, quæ

in quo nomen videtur S. Dagobertus Martyr,

F

Rex etiam dictus quia regni fuerit legitimus heres.

hactenus

A hactenus nulli certiori auctoritati monſtrantur repugnare, & hoc modo ſat congrue cum reliqua Francorum conciliantur hiſtoria) nemo *vigilantis ſomnia* eſſe dicat, niſi qui paratus eſt de S. Dagoberto Martyre certiora nos & veroſimiliora docere: quod cum fiet, in ejus nos libenter ſententiam ibimus ad diem, quo colitur 10. Septembris.

Martellus ab an. 738 ſolus imperat:

28 Porro Theodorico ſic, ut diximus, mortuo, & nemine ex liberis ejus ad regnum evecto, ſed ſingulis privatam vitam in aliquo paternorum fundorum, quorum eis relinquebatur dominium, vivere juſſis a Martello; perrexit ipſe ſine Rege Francis atque Burgundis univerſis ſumma cum poteſtate imperare, imperavitque quoad vixit, id eſt, ad annum uſque 741. Huic ſuccedentes filii Pippinus & Carolomannus, nonnullaſque in principio regni regio carentis titulo experti difficultates, circa annum 743. Regem proclamavere Theoderici prædicti filium Childericum, hujus nominis ultimum; qui vanam regii nominis umbram tenuit, uſque dum conſpirantibus in Pippinum Regem conſecrandum Francorum omnium Proceribus, ipſe in Sithivenſe monaſterium detruſus eſt, & dedecori ſuo parvo admodum tempore ſuperſtes, e vivis abiit anno 754. Filius quoque ejuſdem B Theodoricus, avum nomine referens, attonſus eſt in clericum & Fontanellis in monaſterio collocatus, ſicut ex Chronico Fontanellenſi docuimus: qualem autem deinde habuerit vitæ exitum vel quando, nos hactenus latet.

Pippinus & Carolomannus Childericum evehunt;

Hæc porro, quæ diximus de Regibus ultimis memoratis, tamquam a Dagoberto II. genus ducentibus, proponimus doctorum virorum judicio expendenda, & certioribus fortaſſe monumentis, quæ necdum reperta ſunt, aliquando productis, vel confirmanda validius vel ſolide reprobanda. Nec obeſſe aliquis putet diploma inter Belgica diplomata editum ab Auberto Miræo lib. 1. c. 6. ubi Theodoricus II. inter ſuos progenitores enumerat Chlodovæum proavum, Theodoricum & Childebertum avos, quaſi uni eidemque eſſe poſſent duo avi paterni, & Childebertus Theoderici filius non fuerit: imo tamquam tres avi fuiſſent, poſtea duobus illis ſubiicitur Chilpericus, qui numquam ſcitur in rerum natura fuiſſe; cum ab eo ibidem diſtinguatur alius Chilpericus, velut ejus, cujus eſt diploma, Theoderici conſobrinus, quem Childerici filium fuiſſe diximus.

quem nepotem Dagoberti II. credimus;

non obſtante diplomate Theodorici patris ſude interpolato;

29 Verum tanta rerum confuſio manifeſtum facit ejuſmodi diploma minime ſincerum eſſe: ſed ab aliquo, qui regiæ genealogiæ ſe peritum exiſtimabat, ineptiſſime fuiſſe interpolatum, tum cum veteri Inſtrumento C abſumpto vel alias deperdito, tranſcriptum novum exemplar eſt; quod olim frequentiſſime factum novimus, & librariorum audacem temeritatem agnoſcimus in teſtium ſubſcriptionibus, annis Chriſti, aliiſque ſimilibus perperam veteri textui inſerendis. Neque longe quærenda exempla ſunt: capite namque immediate apud dictum Miræum præcedente legitur Privilegium immunitatis Abbatiæ Vedaſtinæ conceſſum Kalendis Maii anno 7. Theodorici Regis prioris ſeu Chriſti 686. a S. Vindiciano Cameracenſi Epiſcopo, iſta ordinante, ut præfertur *in conventu venerabilium Epiſcoporum Audoeni, Auſtregiſili, Audomari, Eligii, Faronis atque Lamberti, nec non illuſtrium Abbatum Wandregiſili, Philiberti, Bertini atque Stapilionis*: quorum deinde ſingulorum adduntur ſubſcriptiones. Interim conſtat Auſtregiſilum Archiepiſcopum (ſic enim ſubſcribitur, ut alius, quam Bituricenſis intelligi nequeat; quamvis eo tempore nemo aliquis Metropolitanus *Archiepiſcopi* titulo uſus inveniatur in ſubſcriptionibus Conciliorum) anno 624. fato functum; Eligium Noviomenſem (cujus Vitam S. Audoenus hic relatur ſcripſit regnante Childerico deceſſore Theodorici) anno 675. Lambertum Trajectenſem Stabuleti in exilio ſeptennali tunc vixiſſe, Godeſcalco in ejus locum intruſo, jam inde ab anno 681. Nihilo leviora deprehenduntur vitia in Abbatum, qui interfuiſſe & ſub- D ſcripſiſſe finguntur, nominibus: nam S. Wandregiſilum Fontanellenſem anno 773. exceſſiſſe ex hoc mundo, accuratiſſime probavimus 9. Febru. ad Vitam S. Anſberti, æque Abbatis Fontanellenſis: Philibertum vero Gemmeticenſem, exulem tunc apud Epiſcopum Pictavienſem egiſſe, teſtantur ejus Acta ad 20. Auguſti illuſtranda, nec niſi nono poſt anno rediviſſe, Ebroino jam extincto. Atque hæc, ne cuncta utriuſque diplomatis vitia ſcrupuloſius examinentur, ſufficere poſſunt, ut intelligat Lector, neque ipſa undique fatiſcentia nobis debere opponi, neque levi oculo Regum diplomata a nobis percurri, vel abſque acri judicio aſſumi in teſtimonium veritatis aſſertæ.

ſicut & aliud apud Miræum præcedens.

30 Nunc ad Dagoberti noſtri II. filias tranſitus fiat. Rathildem ſive Rotildim, & Regentrudem nominant aliqui, communi quidem errore ad Dagobertum I. vel etiam ad puerum ſive III. delati, quia ſecundum ignorabant: ſed quas hujus fuiſſe oportuit, ſi fuerunt alicujus Dagoberti. Et hoc quidem de ſecunda ſuſtinet Browerus, quia ipſam Adela, mox nominanda, in ſuo Teſtamento appellat *Dulciſſimam germanam*: de prima Coc- E cius c. 12. hanc eſſe volens illam, quam a Florentio S. Arbogaſti Argentoratenſis Epiſcopi ſucceſſore, ut ejus Acta varia tradunt, viſu ac loquela, quibus a nativitate caruerat, fuiſſe donatam legimus. Ceterum his, de quibus nulla alia extat memoria, prætermiſſis, nominanda imprimis nobis eſt S. Irmina: quam tam illuſtribus argumentis probavimus eſſe ex II. Dagoberto prognatam, libro 2. ſæpe nominatæ Diatribæ a cap. 6. uſque ad 14. ut ſuperfluum ſit ea hic vel ſummatim retexere, cum rurſum illa proferri debeant ad 24. Decembris, quo colitur; quando etiam licebit expendere & refutare, ſi quid Trevirenſes obiiciant contra ſententiam noſtram, perſuaſi a Brouwero fuiſſe ex Dagoberto I. genitam. Interim fidenter aſſerimus Modeſtam, non Horreenſem, ſed Avendenſem Abbatiſſam, majori longe errore dici S. Irminæ ſororem: quod ipſum ex dicti libri 2. cap. 12. prorſus corruit, iterumque ad ejus Vitam patebit 4. Novembris.

Dagoberti II. filias aliqui Rotildim & Regentrudim faciunt;

quod eſt de S. Irmina certum;

31 Ibidem pag. 127. probavimus Dagoberti noſtri filiam fuiſſe Adelam, monaſterii, quod Palatiolum dicebatur, prope Treviros fundatricem. Liquet hoc ex ejus teſtamento, quod condidit anno 12. Theoderici Regis, F Chriſti 732. Eam, tunc temporis viduam, antea ex legitimo matrimonio genuiſſe Albericum, patrem S. Gregorii, eccleſiæ Ultrajectinæ ab anno 754. ad 776. Adminiſtratoris, menſis Auguſti die 25. recolendi, ex ipſius Gregorii nepotis Vita patet: ex eademque conſtat plures Gregorio fuiſſe fratres, partim ex prioribus patris ſui nuptiis, partim ex eadem matre uterinos: quorum bi in ſilva a latronibus occiſi ſint, iſtorum vero aliquis genuiſſe debuit S. Albricum, Ultrajectinæ ſedis defuncto Gregorio patruo Epiſcopum uſque ad an. 784. mortuum 14. Decembris. Altfridus enim in Vita S. Ludgeri deceſſoris ſui, cujus magiſter Gregorius fuerat, nu. 16. Gregorii nepotem vocat Albricum, avito utique nomine dictum, ut licebit ad 26. Martii legere. Atque hic de Dagoberti II. poſteris agendi finis ſit, quando alia nulla nobis monumenta ſuppetunt, quibus probemus, alios uſpiam ullos nobilis hujus propaginis ſurculos extitiſſe. Ut autem clarius pateant omnia, ad Genealogiam Regum Dagobertinorum addimus explicationis cauſſa etiam Majores-domus, in horum Regum pluribuſque Sanctorum Actis toties nominatos, ut prorſus neceſſaria eorum notitia ſit; eorum inquam, a quibus ſecundæ ſtirpis Reges fluxere, Mero-vingicis abdicatis.

itemque de Adela,

S. Gregorii Ultrajectini avia & abavia S. Alberici.

32 Primus B. Pippinus de Landis fuit, de quo ſub annum 646. mortuo, plene actum a nobis eſt 21. Februarii. Succeſſit ei in dicto munere Grimoaldus, qui quomodo, ob Childebertum filium loco Dagoberti II. intruſum,

S. Pippinus & Grimoaldus Majores-domus,

A trusum, dignitate fuerit ac vita privatus, jam ſatis ſuperius inſinuatum eſt: quæ autem exinde tempeſtates familiam nobilem involverunt, una cum S. Itta ſive Iduberga, Pippini vidua, explicatum habes 17. Martii, ad vitam filiæ eorum S. Gertrudis Abbatiſſæ Nivellenſis, anno 664. mortuæ. Hujus ſoror S. Begga Anſigiſo Duci, filio S. Arnulphi, nupta, eadem junior multo fuit, tamdiuque poſt vixit, ut poſt mortem ſororis anno 33. Chriſti 697. de conſtruendo monaſterio cogitans, Nivellas venerit; anno abhinc ſecundo, perfectis omnibus, tranſlata ad Dominum: quæ in S. Gertrudis Vita nu. 18. legi poſſunt. Interea diſſipatis paullatim nebulis, diſcuſſaque invidia, quam Grimoaldi ambitio toti conflarat familiæ; non tantum relevata illa, ſed multo quam antea magis ſublimata eſt viribus opibuſque ſub Pippino Herſtallio, Beggæ atque Anſigiſi filio: qui ab anno 687. ad 714. titulo Majoris-domus fulgens, apud Auſtraſios Neuſtraſioſque ſummam paullatim obtinuit poteſtatem. Fuit ei uxor Plectrudis, ex eaque filii Grimoaldus atque Drogo: ſed uterque immaturo fato extinctus, hic anno 708. iſte paullo ante patrem occiſus eſt. Supererat ex Grimoaldo Theodaldus filius: quem ſubſtituit marito Plectrudis avia, numquam a Pippino repudiata, ſicut

tum Pippinus Herſtallius,

Carolus Martellus;

B cap. 2. lib. 3. in Dagobertinis oſtenſum eſt, ſed ad extremum mariti ſui in publicis Actis ſignandis ſocia. Verum prævaluit tandem Carolus Martellus, ex Alpaide pellice Pippino natus, præ imbelli videlicet puero vir armis ſtrenuus; & Francorum monarchiam, (ſolo titulo minor, quam Reges, aliis major omnibus) partim cum Rege, partim abſque eo rexit ab anno 714. defunctus 741. menſe Octobri: cujus nomen a turpiſſima nota damnationis æternæ, de qua per divinam revelationem S. Eucherio Epiſcopo Aurelianenſi factam conſtitiſſe finxerant aliqui, vindicavimus 20. Februarii, ad Vitam illius Sancti, §. 3. 4. & 5.

33 Martello patri ſuccedentes filii, Pippinus Brevis & Carolomannus, partiti inter ſe provincias ſunt: ſed hic rerum humanarum cito pertæſus, monachum Caſſini in S. Benedicti monaſterio induit. Pippinum deinde Franciæ totius Proceres impulerunt, ut exauctorato, qui nomine ſolo tunc regnabat Rege Childerico, regium ipſe nomen ſuſciperet: quod anno 650. factum eſſe diximus in Dagobertinis, & confirmavimus, tum ex diplomate Donationis Epternacenſi monaſterio factæ *anno* (ut præfertur) *Incarnationis Domini* 752. *Indictione* 5. *anno vero Domini Pippini Regis tertio*, partim ex conſenſu quam plurimorum MSS. Annalium. Sunt tamen auctores magni, qui paris antiquitatis & ponderis teſtibus niC xi, annum 752. primum numerant Pippini Regis. Quare vix jam amplius dubitamus, quin varia varii uſi epocha hanc induxerint diſcrepantiam; dum ſcilicet alii annos Pippini ordiuntur ab anno 750. quo titulus Regie eidem a Romano Pontifice eſt delatus, quem proinde in ſignandis diplomatis ipſemet primum annum dixerit: quando ſcilicet legati, qui Romam de regno conſulturi erant miſſi anno præcedenti, reverterunt in Franciam, renuntiantes, quod auctoritas Apoſtolica juberet Pippinum Regem eſſe: quamvis coronatio ſua non niſi anno poſt ſequenti, ad publica regni comitia convenientibus omnium Francorum proceribus, & quidem circa finem æſtatis, peracta fuiſſe videatur, exauctorato prius & in monaſterium retruſo Childerico: id enim anno 751. factum eſſe habet antiquiſſimum Chronicon noſtrum, ab his temporibus via ultra annum 863. ductum. Hoc ergo reſpectu, ii, qui ex more apud Gregorium uſurpato, epochas Regum ab anno pleno ordiebantur, ipſumque annum 751. adhuc tribuebant Childerico, cœperunt annum 752. nominare primum Pippini Regis, ut hoc modo duplex epocha Pippini habeatur, utraque vera, utraque antiquiſſimis auctoribus probata.

ejuſque filii, quorum Pippinus,

anno 750. Rex dictus, coronatur 751

ſic numerat annos 752. dicitur regni ejus primus

apud eorum coævum monachum S. Dionyſii,

34 In his autem qui poſteriorem Epocham ſequi maluerunt, fuit ſcriptor prorſus coævus, & paucis poſt D rem geſtam annis ea narrans, quorum ipſe potuit ex parte teſtis oculatus fuiſſe, utpote apud S. Dionyſium monachus, ubi Pippinus iterato inunctus ac coronatus eſt una cum filiis a Boniſacio Papa, poſtquam tribus annis regnarat. Factam autem eſſe hanc coronationem & inunctionem anno Chriſti 754. omnes conſentiunt: ſed anno jam ad 28. Julii provecto: quare idem monachus, qui annum 752. primum numeraverat Pipini, annum 655. primum numerat filiorum, eamdem utrobique rationem ſervans. Dictum porro teſtimonium invenimus in codice perquam antiquo, qui apud nos eſt, ipſius illius monachi propria manu & conſpicuo admodum charactere exaratus in membrana, continens S. Gregorii Turonenſis librum de Vitis Patrum alterumque de Gloria Confeſſorum: quem codicem a Collegio noſtro Molshemienſi aliorum librorum permutatione redemimus, curante eam rem P. Petro Richart, ſacræ Theologiæ ibidem Profeſſore. In hoc autem codice in penultimo folio ante Vitas quaſdam Sanctorum dictis libris deinde ſubjunctas (iſtic ubi finit liber de Gloria Confeſſorum, in prima columna verſæ paginæ paucarum linearum ſpatium occupans) leguntur ſequentia tum in reliqua parte E dictæ columnæ, tum in columna altera ac deinde in prima ultimi folii parte, eodem charactere & atramento, quo toti præcedentes libri ac ſubſequentes eodem in codice Vitæ.

poſt libros quoſdam S. Gregorii Turon.

35 *Si noſſe vis, Lector, quibus hic libellus temporibus videatur eſſe conſcriptus, & ad ſacrorum Martyrum pretioſam editus laudem; invenies anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, temporibus feliciſſimi atque tranquilliſſimi & Catholici Pippini, Regis Francorum & Patricii Romanorum, filii beatæ memoriæ quondam Caroli Principis: anno feliciſſimi Regni ejus, in Dei nomine, ſexto decimo, indictione quinta: & filiorum ejus eorumdemque Regum Francorum Caroli & Carlomanni (qui per manus ſanctæ recordationis viri beatiſſimi Domni Stephani Papæ, una cum prædicto patre Domno viro glorioſiſſimo Pippino Rege, ſacro chriſmate, divina providentia & Sanctorum Petri & Pauli interceſſionibus conſecrati ſunt) anno tertio decimo. Nam ipſe prædictus Domnus florentiſſimus Pippinus, Rex pius, per auctoritatem & imperium ſanctæ recordationis Domni Zachariæ Papæ & unctionem ſancti chriſmatis, per manus beatorum Sacerdotum Galliarum & electionem omnium Francorum, tribus annis antea in regni ſolio ſublimatus eſt. Poſtea per manus ejuſdem Stephani Pontificis, die uno in beatorum prædictorum Martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii eccleſia,* F *(ubi & venerabilis vir Folradus Archipresbyter & Abbas eſſe cognoſcitur) in Regem & Patricium, una cum prædictis filiis Carolo & Carolomanno in nomine ſanctæ Trinitatis unctus & benedictus eſt. In ipſa namque beatorum Martyrum eccleſia, uno eodemque die, nobiliſſimam atque devotiſſimam & ſanctis Martyribus devotiſſime adhærentem Bertradam, jam dicti florentiſſimi Regis conjugem, prædictus venerabilis Pontifex regalibus indutam cycladibus gratia ſeptiformis Spiritus benedixit: ſimulque Francorum Principes benedictione & Spiritus ſancti gratia confirmavit, & tali omnes interdictu & excommunicationis lege conſtrinxit, ut numquam de alterius lumbis Regem in ævo præſumant eligere, ſed ex ipſorum, quos & divina pietas exaltare dignata eſt, & ſanctorum Apoſtolorum interceſſionibus per manus Vicarii ipſorum beatiſſimi Pontificis confirmare & conſecrare diſpoſuit. Hæc ideo caritati veſtri breviter in noviſſima paginula libelli inſeruimus hujus, ut per ſuccedentium temporum & vulgi relatione propago in ævo valeat cognoſcere poſterorum.*

ſcribentem anno 767.

quomodo Pippinus Rex dictus a Zacharia Papa

inunctus ſit cum filiis a Stephano Pont. in eccleſia S. Dionyſii.

APPEN-

A

APPENDIX APOLOGETICA

pro Diatriba de tribus Dagobertis Francorum Regibus.

Valeſius antehac erga auctorem Diatribæ minus æquus

36 HActenus Genealogiæ Regiæ ordinem ac chronotaxim paraveram prælo, tacito ferme ubique Hadriani Valeſii nomine, ne immodeſtæ illius ad tomum 2. Rerum Francicarum præfationi cogerer reſpondere. Cum enim ſuſpicionum æſtu abreptum ſe ſcripſiſſe iſtam ipſi Diatribæ Dagobertinæ auctori eſſet confeſſus, velle autem de cetero amicitiam colere cum hominibus, quos non ineruditos cognoviſſet; non exiſtimabam retractandam eſſe injuriæ ſemel condonatæ memoriam. Videbam etiam neque magnam ejus apud eruditos Francos auctoritatem eſſe, neque ab ullo credita fuiſſe quæ ſcripſerat; ut ſine magno diſpendio veritatis vel diſſimulari poſſet res tota, vel expectari ab ipſiuſmet calamo reparatio noxæ. Sane cum intellexi, proximo poſtquam Pariſiis diſceſſeramus anno, vulgatum ab eo libellum fuiſſe, cui locus aliquis ex S. Memmii Vita, Dagoberti II. regnum confirmans, ſubnecteretur; omnino exiſtimavi hanc fuiſſe captatam occaſionem ad obliterandam inſigni aliqua auctoris læſi commendatione notam, eidem prius ſine fundamento impoſitam: quid enim ad Berengarii laudes vel Adalberonis carmen, quæ iſto tractabantur libello, facere poterat Dagobertus; niſi ut vel hoc, quod ſperabam, fieret; vel ex multis erroribus, quos ei retexiſſe poterat Diatriba ſedatius lecta, aliqui tractarentur?

dum læſam injuſte famam putaverit reparaturus,

B

Duplicavit injuriam,

37 Allatus interim diebus hiſce Antuerpiam eſt libellus ipſe, vanamque fuiſſe ſpem meam oſtendit. Ut enim oculos in ultimas illas pagellas conjeci, non modo occurrit ipſo in principio de S. Sigeberti ætate annis 21. concluſa error, quem mirari poſſem Februario viſo a Valeſio non fuiſſe depoſitum: ſed rurſus legi prioribus ſimilia ſic jactantem: *Primus ego anno 1647. ex Malmesburienſi & S. Salaberga Vita didici & obſervavi Dagobertum, regno ac domo expulſum factione Procerum, ex Hibernia in Britanniam tranſiiſſe, & a Wilfrido Eboracenſium Epiſcopo hoſpitaliter exceptum, equiſque & armis inſtructum revertiſſe in patriam: quare & in præfatione tomo 2. Rerum Francicarum præfixa dixi, Dagobertum videri reſtitutum in regnum: ſed quem duobus illis auctoribus adjungerem tertium nuper reperi.* Et in fine addit,

C quod feſtinaverit hanc nuperam obſervationem ſuam proferre in lucem, tum ob alias cauſſas tum vel maxime, *ne a quoquam, ut jam ſæpe contigerat ſibi, in illius editione præveniretur, atque poſtea ad repetendam rem compelleretur miſerrima neceſſitate.*

& ſimul negligentiam ſuam

38 Hæc legens, quid prius, quid poſterius admirarer non habui. Quid? Adeo famæ ſuæ prodigum eſſe Valeſium, ut amice monitus quod in Diatriba, prius ea ſola præfatione & capitum titulis ab ipſo cognita ideoque temere impugnata, plura nec minus gravia invenire poſſet pro veritate eadem teſtimonia, & multam quam accipere ex ea tunc neglexerat lucem regno Regis prædicti afferre; judicaret ultro, quod ne tunc quidem inſpicere nec legere eam curarit, publice confitendo ſolum illum de S. Memmio auctorem eatenus eſſe repertum a ſe, quem prioribus duobus adjungeret tertium? Quis vero exiſtimaret adeo ipſi vilem futuram amicitiam, ultro quæſitam ab eo recenterque accepta injurioſæ temeritatis indulgentia coalitam, ut eam vellet tam cito reſcindere, injuſtiſſimam illam de ſuis obſervationibus ſibi ſubductis querelam ſic repetendo, quaſi viveret nemo qui poſſet intelligere, eumdem utique ab ipſo argui criminis hujuſce reum, quem ſui Tomi 2. pag. 421. dixerat, *occulto litterarum commercio ex ipſo, non tamen*

atque inſolitam alienæ laudis minuendæ libidinem proſitetur.

per ipſum, didiciſſe Dagobertum, Sigeberti ſenioris filium &c? quaſi etiam ex inſimulato auctore nullum audiviſſet verbum, quo debuiſſet ejuſmodi ſuſpicionem deponere, & perſuaderi, Dagobertum illum alteri longe citius fuiſſe cognitum & pluribus in Belgio indicatum, quam ipſe de Malmesburienſi legendo cognitionem ſuſciperet. D

cui reſpondetur,

39 Ut ergo ſatisfaciam nonnullis ampliſſimæ dignitatis viris, pridem queſtis apud nos, prorſus impunitam dimitti inſultationem adeo inſulſam, velut ſi auctores expoſitos communi luci nemo ante Valeſium inſpicere potuerit; utque magiſtri mei denuo laceſſiti æſtimationem a tam infami liberem ſuſpicione; non gravabor, Hadriane, ex tractatu de S. Servatio quem pridem adverſus tuum de illo Sancto in duas perſonas diſtrahendo commentum idem auctor conſcripſit; (cum recens eſſet injuriæ ſenſus, mox autem prævalente ingenita ſibi in tolerandis æmulis facilitate ſuppreſſit) excerpere quædam, unde cognoſcas quam importune recoxeris crambem illam, neſcio cujus livoris erga immerentem amicum aceto conditam. Ita autem habet eo loco, ubi querelarum tuarum meminit: Fatetur Valeſius *negandum non eſſe, quin in Diatriba iſta multa ſint obſervata, quæ ante nemo obſervarit.* Idem de toto opere noſtro, ubi nactus otium legere dignabitur, dicturum confido; certoque cogniturum, eos eſſe nos, qui nolimus alienis plumis ſpectandi aut verius irridendi prodire; ſed qui ſoleamur quæcumque ab aliis forte didicimus ſingulis ſingula referre accepta, adeo ingenue & liberaliter, ut multis in hoc nimii videamur.

in opere noſtro ſua ſingulis ſcriptoribus tribui;

E

qui annis prius quam ipſe de Dagoberto ſit cogitare

40 Aſſerit ille de ſtudiis ſuis, *quod ab anno 1647. cœperit Willelmum Malmesburienſem alioſque exteros auctores evolvere.* Id ego annis duodecim cœpi citius, & quidem ſic cœpi, ut cum rebus inter me & Collegam Bollandum nondum plene conſtitutis, ſumpſiſſem mihi ſtatim a principio horum meorum ſtudiorum parandum prælo Februarium, interim dum Januarium ipſe conficeret, cumque in eo viderem SS. Sigeberti Regis, Pippini Ducis, Vedaſti, Amandi, Auberti, Eucherii, Eleutherii Epiſcoporum Acta occurrere, de iis autem ſtatui nihil certi poſſe niſi cognita Regum primorum apud Francos ſucceſſione, & uniuſcujuſque eorum in regno ætate: eam in rem primas curas converterim, ipſoque in limine impegerim in illum Malmesburienſis famoſum de Dagoberto locum. Dumque per omnia me ſollicite verſo (videbam enim & in hoc & in aliis pleriſque ſtirpis Merovingicæ Regibus plurimum a vero aberrare receptas paſſim opiniones) primum obſervavi chronicon, Geſta Francorum appellatum, quod alios paſſim poſt ſe traxit auctores ut Clotharii III. regnum ad annos quatuor coarctarent, anonymi cujuſdam fabulatoris eſſe, inter antiquas ac fide dignas hiſtorias nequaquam numerandum. Vidi deinde Fredegarii chronicon ad dicti Clotarii tempora non eſſe deductum, ſed cap. 90. ad annum 4. Chlodovei finire.

F

falſo eum auctori Diatribæ notam

& alia plura eodem ſpectantia,

41 His ita deprehenſis, difficultas reſtabat ut anni 14. Chlotharii apte infererentur Francorum Regum chronologiæ, ideoque excutienda fuerunt monumenta omnia typis edita & in membranis antiquis exarata diplomata, ſive anteriorum ſive ſuccedentium eadem in ſtirpe Regum; eaque diligentia manifeſto comperi, inter Dagobertum primum & ultimum unum eſſe interponendum, qui tempore Chlotharii, Childerici & Theodorici fratrum regnarit in Alſatia. Ab iſtis porro acceſſus principiis, Stabulenſis ac Malmundarienſis monaſterii antiquiſſima tabularia excutienda judicavi, non vana ſpe doctos in iis poſſe haud levia ſententiæ jam conſtitutæ haberi ſubſidia, quæ quibus adnitentibus impetrarim, ubique in Diatriba profeſſus ſum. Eodem plane tempore Imnichildem octavi fuiſſe S. Sigeberti uxorem & genitricem Dagoberti jam retecti; cujus deinde in tota Auſtraſia regnum

A goum indicarunt mihi Acta S. Irminæ & teſtamentum Adelę filiarum ejus, ipſiuſque Dagoberti diploma patrem Sigebertum agnoſcentis; atque ita inveni vera eſſe quæ antea legeram de Dagoberti reditu ex Hibernia in S. Wilfridi Actis deque bellis geſtis cum Theodorico patruele in Vita S. Salabergæ: quæ duo poſtrema teſtimonia, ut ſola notantur in dedicatoria Epiſtola, ita ſola mihi fuiſſe argumento ad aſſerendum vitæ & regno Dagobertum II. non dixiſſet Valeſius, ſi totam Diatribam legere voluiſſet; agnoviſſetque præ iis quæ iſtic a me per ſuos ſingula annos deducuntur demonſtranturque, admodum pauca & prorſus confuſa eſſe quæcumque cognovit hactenus & vulgavit ipſe de illo Dagoberto.

qua hic amicis pluribus communicarit

42 Ita porro, ut dixi, repertam conquiſitamque maximo labore ſcientiam, non ſtatim protruſi in lucem publicam, novæ inventionis laudem appetens; neque veritus ne alicui plagiario innoteſceret, abditam prorſus ſub modio habui: ſed proprio non omnia fidens judicio, & gnarus tempore matureſcere cuncta, moram indulſi ipſi mihi iiſque quorum ſententias exquirebam amicis. Fuerunt autem hi mihi tunc in Belgio multi, varii etiam longius diſſiti, quibus cogitationes meas indicavi per litteras: B cum homine autem Gallo ad uſque tempus vulgatæ Diatribæ non fuit mihi de Dagoberto quæſtio, niſi cum P. Henrico Ignatio Godefroy, Rectore Societatis Jeſu Rotomagi, ex quo anno 1654. didici, certum eſſe quod alibi pridem legeram de Rotomagenſi Dagoberti ſepultura. Quid Valeſius de eo cogitaret eſſetque ſcripturus, nec ego curavi ea aliquo quærere, neque aliquis me docere laboravit, libris autem ejus necdum editis non potui divinare, ut, quod poſtulat, eumdem *ex æquo reciperem in partem conſortionemque* ejus rei, quam quia nemini acceptam debebam nec alicui ante me ſciebam incidiſſe, totam mihi aſſerui: libenter Valeſio permiſſurus, ut quod ſuo ſe acquiſiviſſe dicit ſtudio, totum ſibi vindicet; imo nec amicorum, quos dixi, cuipiam indignaturus, ſi per aliquem eorum factum eſt, quod fieri facillime potuit, ut conatus meus Valeſio innotuerit.

Eandem de annis 14. Chlotharii nihil ſcivisse eū Cantarello,

43 Nolim interim in ſuſpicionem vocari ab eo etiam Cantarelli Fabri demortui nomine, quaſi is nihilo minus, quam ipſe in Dagoberto, fuiſſet admiratus in Chlothario, quod annos illius 14. in Diatriba mea inveniſſet cunctis iis rationibus auctoritatibuſque fultos, quibus ipſe eoſdem cognoverat & cognitos Valeſio communicaverat. Qui meas ipſiuſque apud Valeſium C auctoritates conferet inter ſe, facile is cognoſcet non omnes eaſdem, ſed aliquas etiam diverſas utrique præluxiſſe: utri autem ſerius vel citius mihi magnopere referre exiſtimo. Obſervationem tamen illam, non modo cum eam digrrerem principio horum ſtudiorum, ſed neque adhuc cum S. Sigeberti Acta jam impreſſa haberem, inter viros doctos fuiſſe Pariſiis receptam colligere potuiſſem ex Philippi Labbei Miſcellaneis curioſis pag. 426. tomi 2. eodem anno impreſſis, ubi admodum ambigue ſuſpenſoque prorſus judicio de hoc puncto loquitur; etſi nonnulla iſtic proferat documenta, quibus ſane ad meam ſententiam confirmandam uti voluiſſem, niſi adeo ſero veniſſet in manus, ut Diatriba mea jam verſante ſub prælo, animus tempuſque defuerit totos illos tomos accuratius evolvendi.

ſed Cantarello illius inventum potuiſſe innoteſcere per Bollandum

44 Quin & ad Cantarellum fidenter dediſſem litteras, ſi in Conſiderationibus illius hiſtoricis ſuper Genealogia domus Lotharingicæ, ab illo vulgatis anno 1642. ullum talis novitatis, etiam ſub dubio animadverſæ veſtigium reperiſſem. Etenim Bollandum inter & Cantarellum nonnulla extabat officiorum epiſtularumque communio, & harum una ſupereſt adhuc, quæ poſſit omnibus manifeſtum facere, quantum vir ille de ſe humiliter, de ſtudiis noſtris ſentiret ſublimiter: ut parum veroſimile videatur conqueri illum Valeſio voluiſſe de me; longe autem veroſimilius, Bollan- D dum, qui ſuorum ſtudiorum ſubſidia & arcana, magis quam forte expediebat liberaliter, communicabat cum amicis, inventi mei conatuſque notitiam ipſi Cantarello, & hunc Valeſio impertiviſſe: quod ſicut nec huic, nec illi, nec alteri cuiquam vitio vertendum exiſtimo (cum fateatur Valeſius a quo acceperit; & Cantarellus, modo foret in vivis, non locunctanter auctorem proferret, ſi præter ſeipſum habuit aliquem) ita mihi non puto obeſſe debere, ſi eodem quo ego meas annorum multorum meditationes vulgavi tempore, etiam aliquid eadem in re ſtudio ſuo (nec enim negare velim) detexerit Valeſius. Sed utrum quod inveniſſe ſe dixit etiam potuerit ad perfectum adducere, tunc patebit, cum, quod ego feci in Chronologico Indice ad Diatribam, annos, quibus unuſquiſque Rex regnare cœpit ac deſiit, audebit omnes deſignare, & quæ in ſuis Francicarum rerum tomis intricata atque inexplicata reliquit plurima, diſtincte proferet, ſic ut a principiis & aſſertionibus propriis non debeat ſæpius ſæpiuſque recedere, & perperam conſtituta retractare.

certe familiarem huic illam fuiſſe.

45 Nunc ipſam Cantarelli epiſtolam videamus, dignam ſane quæ lucem videat ex Gallico fideliter Latine E reddita, qualem anno 1648. 3. die Maii ſcripſit. *Diſtuli reſpondere elegantı epiſtolæ tuæ, qua me 26. Martii dignatus es, donec abſolviſſem apologiam pro libro meo de conjugio Anſberti & Blithildis, injurioſe traducto per quemdam Juriſconſultum Marcum Antonium Dominicii, qui te ſæpius allegat. Sane divina factum providentia exiſtimo ut R. P. Thierſault mihi traderet doctam & elegantem epiſtolam tuam eo ipſo momento temporis, quo reſpondebam cuidam loco adverſarii mei, poſt allegatam auctoritatem tuā exprobantis, a ſe contra meſtare viros omnes doctos: quia ſcilicet tres quatuorve litterati, quorum conſiliis laboribuſque fulcitur, ipſius tenent opinionem. Etenim nomen tuum uſq; adeo celebre & illuſtre eſt, ut vel ſolum ſufficiat ad demonſtrandum viros magnos a meo conatu non abhorrere. Itaque impelli me ſentio vehementer, ut tuum de me teſtimonium, niſi tu nolis, in publicam lucem dare velim. Non equidem ignoro imputandum id vanitati ab aliquibus propter eximias laudes, quas mihi tribuis Reverentia veſtra: verumtamen reſpectus veritatis, cui maximopere ſervit patrocinium a pio, prudenti & facundo oblatum calamo, coget nihil penſi habere iſtorum judicia. Poſſem tamen oſtentare etiam alias plures hoc de argumento virorum eruditionis omnino excellentis epiſtolas, & eorum octo ex veſtra doctiſſima Societate:* F *verum ab iis vulgandis abſtineo, tum ne ſtudio quæſitus teſtiū numerus videatur, idq; majori jure in culpam vertatur jactantia, tum quia mihi ſola tua approbatio ſufficit, vel eo magis, quod de illa nec cogitanti quidem ultro ſit oblata eo tempore, quo velut in Sanctorum honorem injuriis accuſor ab æmulis; propterea quod nonnullos eorum, veris ſuis laudibus conſpicuos ſatis, vetuerim alienis & falſis onerari, nec ſine judicii diſcreti examine admittenda cenſuerim qualibet Acta, ipſorum nomen præferentia; oſtendens quædam eorum eſſe, in quibus pietatem ſuperavit vilis quædam abjectaque credulitas. Ingens illa moliſſimaque molitio (ad cujus abſolutionem ut tuos annos poſſis extendere Superos omnes obteſtor) includit modicam illam partem, quam meis ſtudiis illuſtrandam ſuſcepi: adeoque obligor vel hoc nomine tibi ſubjicere conatus meos, idque palam ac publice profiteri.*

& per epiſtolam poſtulaſſe ut ejus teſtimonio firmare poſſet ſententiam ſuam,

propter celebre nomen ejus in Vitis Sanctorum illuſtrandis.

46 Hactenus tum Cantarellus in Epiſtola, tum Diatribæ auctor in ſuo, quem dixi, de S. Servatio nequaquam in duos dividendo tractatu: quibus addere coronidis loco quædam monita Valeſiu velim, primum, ut ipſe qui toto paſſim opere ſuo multa de Sanctis tractat, non ita contemptim habeat poſitum in eorum Actis elucidandis laborem, ut, *niſi nuda a notis & commentariis edantur*, recipere ea nolit. Si enim ipſe, *ob paucitatem antiquæ hiſtoriæ periturum*, quærit, *quotuſquiſque*

Non recte Valeſius ſentire, quod velit abſque notis edi Acta Sanctorum:

libros

A *libros a ſe ſcriptos evoluturus ſit, quotuſquiſque qui evolverit intellecturus, etiamſi nec obſcuris nec barbaris utatur vocibus*: quanto id potiori jure deberet de Actis Sanctorum quæri, ſi notis & commentariis deſtituerentur, in quibus tot obſoleta verba miſcentur, tot locutiones inferuntur multiplici barbarie obfuſcatæ & intellectu difficillimæ? in quibus tot reconditæ hiſtoriæ & quaſi demortuæ reſuſcitantur, quas ſcioli aliqui, opinionum ſuarum vanitate turgentes, nigro calculo obducturi ſunt promiſcue omnes, niſi ea ſic tractentur, ut rejectis falſis ſtabiliantur vera, certaque a dubiis & probabilibus diſcernantur?

quod culpet illo, quæ diſcrete probavit, religioſe inſiſtentem.

47 Alterum, ut nobis, *quod Vitis Sanctorum qualibuſcumque addictiſſimi, earum in verba religioſe jurare ſoleamus*, non prius obiiciat quam opera noſtra ipſe legerit, idque jure nobis obiici poſſe compererit. Confidimus enim vel ipſo judice abſolvendos nos ab ea levitate, laudemque relaturos, quam alii paſſim nobis concedunt, quod in Sanctorum Actis examinandis, ſecernendiſque, &, ſi quando opus eſt reiiciendis, omnem eam poſuerimus diligentiam quæ pene ab homine poſſit ſperari. Quod ſi grave ipſi eſt noſtra legere accuratius, non præcipitet decurſis obiter paginis ſententiam, prout fecit, cum Diatribæ auctorem arguit *vigilantem ſomniaſſe temereque effutiiſſe* Dagobertum Regem ac Martyrem Satanacenſem unum eumdemque videri; propterea quod argumenta, quibus id aliquibus probari videtur, ipſe retu-
B lerit: id enim ſic retulit, ut (quod mirum eſt paucas poſt lineas contradicentem priori cenſuræ ſuæ ſcribere potuiſſe Valeſium) *falſa commentitiaque cenſuerit Acta Sathanacenſia*, in quibus Martyr ille Sigeberti Regis filius dicitur. Cetera quæ a coævis probatiſque auctoribus deſcripta invenimus, aut ceteroquin graviter fideliterque compoſita, ſi melioribus rerum ac temporum notis ootis nuſquam repugnant, cur non ſuſcipiamus religioſe? Utinam ipſe, qui in dicta ſuperius Præfatione affirmat, *Hiſtoriam a ſe ſcriptam poſſe eſſe Gregorio Turonenſi, vel potius Gregorium atque etiam Fredegarium legentibus haud obſcuri commentarii loco*, in amborum vel prioris ſaltem verba juraret religioſius: non toties ea ex ſua interpretatus phantaſia detorſiſſet in ſenſum a ſenſu auctoris ſui prorſus alienum, quandoque & contrarium: D
quod alibi, ſi neceſſe ſit, poterit exemplis non paucis monſtrari.

quod ſua temere alii judicari prohibeat, temere alii judicet [illegible]

48 Adverſus virum eruditum & pluribus editis libris Pariſiis clarum, ſed ex Valeſii convicio *de trivio theologum*, ipſe in eadem ſua præfatione, *Unum*, inquit, *monitos lectores velim, niſi qui in litteris ac in hiſtoria noſtra evolvenda conſenuerit, de meis ſcriptis recte judicare neminem poſſe: nec a quolibet temere & ſine cauſſa argui eum oportere, qui Francorum popularium ſuorum patriæque gloria aſſiduam per annos 23. operam & majorem ætatis partem gratis impenderit. Quid enim iniquius, immo vero quid abſurdius eſt, quam ea improbare atque damnare quæ non intelligat?* Videat Valeſius ne pro nobis alius quiſpiam iſta adverſum ſe intorquenda putet, paucula immutans verba, & pro Francis eorumque hiſtoria Sanctos illorumque Acta ſubſtituens. Nos tantum non ſumimus nobis, ut tam paucos exiſtimemus de rebus noſtris poſſe judicare: doctis pariter & indoctis debitores ſumus, quia utriſque ſignavere Sancti quæ utrique ſequerentur veſtigia; eaque in ipſorum geſtis poſteritati commendata, E
ſed temporum injuriis pene obtrita, renovare contendimus; & ne mediocriter dumtaxat eruditi circa eadem palpabundi oberrent, notis commentariiſque illuſtrare. Cujus rei cauſſa ſi nihil nobis vult debere αὐτοδίδακτος Valeſius, neque noſtra nec operis noſtri quidquam exiſtimamus intereſſe: merito tamen miramur ab Sanctorum Vitis, quas pluribus locis parvi a ſe fieri oſtendit, quærere ipſum gloriam agniti ſua unius induſtria Dagoberti ſecundi.

IN TO:

AD TOMUM PRIMUM APRILIS

DIATRIBA PRÆLIMINARIS

IN CATALOGOS VETERES

ROMANORUM PONTIFICUM.

Ex antiquiſſimis codicibus MSS. acceptos.

PROLOGUS NOSTER.

Menſe Aprili occurrunt Natales Pontificum Sanctorum. PRemittimus Actis Sanctorum hujus menſis Aprilis *tractatum de ſerie & ſucceſſione* Summorum Pontificum Romanorum, *qui primis aliquot ſeculis Eccleſiam rexerunt, eamque martyrio aut vita ſanctitate exornarunt. Incitarunt nos ad illud ſtudium, tum antiqui Catalogi eorumdem, quos hic damus; tum potiſſimum dies natales plurium in hunc menſem cadentes; quorum ætates ac res geſta non ſatis liquide definiri & tractari poſſunt, abſque deceſſorum ſucceſſorumque exacta notitia, quam cum dictis Catalogis dare intendimus, ut veritas undequaque ſtabilita clarius ob oculos ponatur. Ex his quos dixi ad Aprilem ſpectantibus primo Chriſti ſeculo floruit* S. Cletus, *a Principe Apoſtolorum & primo Pontifice* Petro *cum* SS. Lino & Clemente *ordinatus Epiſcopus, creditusque poſt hos Eccleſiam rexiſſe: qui a ſucceſſore ſuo* Anacleto, *contra quam ſenſerunt Euſebius & plures alii, neceſſario eſt cum hiſce Catalogis diſtinguendus. Poſt hos autem duos traditur uſque ad tempora* Sancti Evariſti, *ſuperfuiſſe* Sanctus Clemens; *ſed privatus, aut Apoſtolicus Epiſcopus, id eſt nulli Cathedra adſtrictus. Seculo ſecundo vixerunt, & hoc menſe coluntur,* SS. Sixtus I. Anicetus & Soter. *Inter memoratum* Evariſtum *& hunc* Sixtum, *præfuit Eccleſia* Sanctus Alexander: *cujus Acta ſinceriſſima, videntur univerſam deceſſorum & ſucceſſorum Pontificum chronotaxim, poſſe firmiſſime ſtabilire. Eamdem corroborant* Sanctus Hermes *urbis Romana Præfectus, &* Quirinus *Tribunus, aliique ad* 10. *Aprilis relati, ab eodem* Alexandro *converſi & martyrio coronati ſub* Aureliano Comite; *qui ab aliis* Judex, Princeps *& Imperator compellatur: & cujus facinora a variis ad Aurelianum Auguſtum, ſeſqui ſeculo ſerius imperantem, fuerunt perperam tranſlata. Succeſſerunt* Sixto I. Teleſphorus & Hyginus; *de quibus actum eſt tomo primo Januarii, ſed quomodo nunc agi a nobis potuit qui ſancta antiquitatis ſuccum necdum imbiberamus; nunc vero edocti melius magiſque exercitati ad veri falſique diſcrimen percipiendum, annota iſta vellemus omnia, & qua hic indicabuntur ſolo eorum loco ſubſtitui.*

Cleti.

Sixti.

Aniceti. 2 Hygino *ſucceſſorem damus* Sanctum Anicetum, *cui* Sanctus Pius *ſubrogatus, fuit annos octo verus Pontifex, ante per ſeptem circiter annos* Sancti Hygini & Aniceti Vicarius *ſeu* Chorepiſcopus: *quo etiam modo fuerunt Vicarii ſeu Chorepiſcopi,* Linus, Sancti Petri Apoſtoli; Sixtus, Sancti Alexandri *carceri incluſi;* Stephanus, Sancti Lucii *in exilium acti; & aliorum alii. Imo qui Liberio, ſub Conſtantio Imperatore in exilium acto, præfuit* Sanctus Felix II. *inter* Pontifices *Romanos ab Eccleſia numeratur, quamvis non ſederit poſt dicti Liberii mortem. Seculo autem Chriſti ſeptimo, cum* Sanctus Martinus Papa *eſſet ab Exarcho Theodoro Calliopa captus & in exilium ablegatus; mandante Conſtante Imperatore in ejus locum conſtitutus eſt* Sanctus Eugenius, *qui uſque ad ſancti Martini obitum fuit Vicarius annis duobus, menſibus octo, diebus octodecim; ac dein verus* Pontifex *ſedit octo menſibus, diebus octodecim, mortuus anno* 656. *die* 2. *Junii, & inſcriptus Martyrologio Romano.*

3 Pio Pontifici *ſucceſſit* Sanctus Soter: *in cujus Actis,* 22. *Aprilis illuſtratis, demonſtramus eum integros annos novem præfuiſſe, atque anno Chriſti* 171. *vita functum eſſe. Cardinalis Baronius, quia aliter de annis deceſſorum ſenſerat, coactus tempus Sedis ad non integros quatuor annos contrahere, ejuſque obitum anno* 179. *aſſignare;* Si quis, inquit, certiorem de annis Soteris invenerit chronographiam, qua tamen Cletus e numero Romanorum Pontificum non ejiciatur, nec litterarum Martyrum Lugdunenſium ſincerum teſtimonium contemnatur, haud inviti aſſentiemur. *Hæc Baronius: cujus deſiderio ſperamus a nobis factendum ſatis ſolidiſſima & commodiſſima methodo, chronographiam iſtam petendo ex ipſis ſancti Soteris Actis, nec non ex ſucceſſione ſancti Eleutherii, cujus anno* 7. *mota eſt apud Lugdunenſes perſecutio, cum hujus* Pontificis *virtus ſatis ubique innotuiſſet. Imo ſucceſſio* Cleti *ab* Anacleto *diſtincti, contra noperos Græcizantes, optime propugnatur.* Poſtea, *in perſecutione Diocletiani, paſſi ſunt menſe Aprili* SS. Cajus & Marcellinus Pontifices. *Soteris &*

4 *Euſebius libro* 7. *Hiſtoria Eccleſiaſtica capite* 32. *aſſerit,* Cajum & Marcellinum ſua ætate vixiſſet. *Sed, quod vehementer obſtupeſcendum eſt, ita aberrat, ut videatur ultro voluiſſe a veritatis tramite recedere.* Caji *deceſſor* Eutychianus *ſedit annos octo, cui vix decem menſes concedit Euſebius: dein inertiſſima ſegnitie,* Sancti Marcellinum & Marcellum *ejus Succeſſorem, in unum eumdemque* *Caji* *Marcellini*

AUCTO. G. H.

hominem conſtat ; aut certe , ob nominis ſimilitudinem , Marcello *omiſſo* , *ſucceſſores* S. Marcellini *ſtatuit in Chronico* SS. Euſebium , Melchiadem & Silveſtrum , *ſub quo ſuum Chronicon finit* : *Quare Euſebio cum ſuis ſequacibus omandato* , in iis quæ ſunt Romanæ Ecclesiæ, majorem eſſe adhibendam fidem ejus alumnis , quam exteris , *cenſemus cum Baronio* , *in Notis ſuis ad* 26. *Aprilis* , *qua coluntur* SS. Cletus & Marcellinus , *quos Euſebius a ſucceſſoribus* Anacleto & Marcello *non diſtinxerat*.

Pro libro Pontificali

5 *Latinis igitur potius quam Græcis circa Romanos Pontifices inhærere cum haberemus conſtitutum*, *diuturna ac magna ſolicitudine indagavimus quoſcumque de Summis Pontificibus tractatus ab ejuſdem Eccleſiæ alumnis antiquioribus conſcriptos* ; *&* *anno* 1660. *Romam appulſi* , *hac de re cum viris magis eruditis egimus* . *Commendabant aliqui Librum Pontificalem* , *ex quo Vitæ Pontificum editæ ſunt ab Aloyſio Lipomano tomo tertio Vitarum Sanctorum Priſcorum Patrum* , *uſque ad S. Felicem* 11. *&* *tempora Conſtantii Imperatoris* , *quæ & in tomis Conciliorum ſaltem uſque ad tempora S. Gregorii Magni allegantur* , *&* *poſtmodum ex Anaſtaſio bibliothecario aliiſque auctoribus continuantur* , *ac paſſim in Annalibus Eccleſiaſticis laudantur*. Lucas Holſtenius *Bibliothecæ Vaticanæ tunc Cuſtos* (*quem nobis* Alexander VII. Pontifex Maximus *ut virum* eruditum & hominem pium *commendabat*) *obtulit* Catalogum Summorum Pontificum, ex antiquiſſimis membranis Palatinis Vaticanæ bibliothecæ *deſcriptum*, *in cujus codice* 40. *armarii* 20. *ante Pœnitentiales Pſalmos Davidis continebatur*. *Hunc catalogum ipſi deſcripſimus deductum uſque ad Stephanum* III. *Papam*, *ſive ad tempora Pipini & Caroli Magni Regum Francorum* ; *cumque conſtitueramus aliquando aliis Catalogis minime charactere excuſum* , *ſubjungere* . *Verum quia ibi non indicantur* Conſules *Romani* , *vix poſſet ille alium uſum habere quam ut ex crebris ejus erroribus diſceremus* , *quam parum fidendum ſit computui annorum* , *cui Conſules aut anni Imperatorum deſunt* . *Alium Catalogum reperimus in illuſtri bibliotheca* Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, *contentum in codice membranaceo valde magno ſub numero* 58. *quem* , *uſque ad* Felicem IV. *&* *tempora Juſtiniani Imperatoris deductum deſcripſimus* , *&* *hic damus* ; *ſed loco duntaxat ſecundo* , *quia poſt ſtudioſam longamque meditationem*, *judicavimus primum locum & majoris characteris prærogativam deferendam alteri* , *nota longe optima Catalogo* , *qui penes nos pridem fuit* , *deductus uſque ad initium Liberii* Pontificis *&* *tempora Conſtantii Imperatoris* , *ſive annum Chriſti* 354. *uti ex adjuncto ibidem* Catalogo Conſulum (*qui in* Conſtantio *Auguſto* VII. *&* *Conſtantio Cæſare deſinit*) *manifeſtum redditur* .

& Catalogo Ms. Palatino ;

probatur alius ex Ms. Reginæ ;

6 *Perplacet opuſculum*, *tum ob ſummam antiquitatem* , *tum ob methodum ſcribendi qua tempora ſingulorum Pontificum per Conſules*, *qui tum Reipublicæ Romanæ præfuerunt* , *accurate deſignantur* : *quam* Regiam viam eſſe *docet ex Patribus Baronius* , *in Præfatione ad Annales ſuos Eccleſiaſticos* ; *&* *ad annum* 69. *num.* 36. *ita concludit* : Tempora annumerata per Conſules libentioribus ſunt accipienda auribus , cum ceteris illa frequentior , liberalior & varior noſcatur eſſe chronographia , atque in uſum frequentiorem accepta , quæ a Faſtis deducta eſt Conſularibus . Certe quidem cum vetera monumenta in antiquis ſcriptoribus interdum invenimus eſſe Conſulibus conſignata , magno afficimur gaudio , perinde ac ſi in tenebris oberranti fax aliqua accenſa præfulgeat. *Hæc Baronius* , *qui tamen facem illam pro primis Pontificibus ſibi non curavit accendere* : *quod nos in ſubjunctis Notationibus*, *& in Vita S. Soteris aliorumque Sanctorum Pontificum Actis* , *hoc menſe Aprilis* , *ut ſupra indicatum eſt* , *relatis* , *facere conati*, *ad eamdem facem alias quoque controverſias dirimimus* , *quemadmodum Baronius ſeculo tertio & ſequentibus facit ſæpiſſime* : *cujus rei exemplum unicum adduxiſſe ſatis erit*.

In hoc Consules designantur :

7 *Sub Julio* I. *Pontifice* , *cujus Vitam elucidamus* 12. *Aprilis* , *fuit Synodus centum & ſexaginta Epiſcoporum Romæ collecta* , imperantibus (*ut Acta Synodalia ſub initium habent*) Conſtantio & Conſtante anno quarto , ſub die 19. Kalendarum Octobrium , Indictione ſexta , *& ſub finem additur* , Data Kalendis Novembris, Feliciano & Maximiano viris clariſſimis Conſulibus , *Baronius anno* 337. *num.* 67. *primo in locum* Maximiani *ſubſtituit* Titianum , *qui iſto anno* collega Feliciani *fuit* : *ac deinde ſic loquitur*. Quod autem ſpectat ad Synodum dictis Conſulibus annotatam , cum triplici & inter ſe diverſa chronographia ſignetur, mendum in notas numeri irrepſiſſe facile eſt intelligere ; primum enim anno quarto dictorum Auguſtorum , rurſum Indictione ſexta , atque demum nominatis Conſulibus ponitur eadem Synodus celebrata. Si igitur moveatur controverſia , quænam harum trium chronographia fidelior habenda ſit ; mea quidem ſententia notatis Conſulibus potius inhærendum exiſtimaverim , illa potiſſimum inter alias ratione perſuaſus, quod facilius ſit in notas numeri errores illabi , quam in ipſa nomina , quod omnes puto juſtiſſime conceſſuros . Hinc enim eſt quod mos inolevit , ut cum vel anni Imperatoris vel Indictionis , in legibus ab Imperatoribus latis mentio haberetur, Conſulum quoque nomina adderentur , eam nimirum ob cauſam , ut Faſtorum ſoliditate , annorum Imperatorum numerus vel Indictionis ſemper integer ſervaretur ; vel ſi librariorum vitio corrumperetur, ex notatis Conſulibus reſtitui perfacile poſſet. *Hæc Baronius*, *quæ in dictis Romanorum* Pontificum *Catalogis neceſſario ſunt obſervanda* : *quod ſubinde ipſa Imperatorum nomina vitia librariorum aut ſciolorum*, *qui perverſam habebant chronologiam*, *ſint immutata* , *&* *reſtituenda ex Faſtis Conſulum ibi relictorum* , *quos neſcivit imperitia illorum immutare*.

& per hos controverſiæ dirimuntur.

8 *His poſitis progredientes* , *ad auctores dicti jam primarii Catalogi perquirendos* , *pro numero partium illius diverſarum*, *ipſos quoque cenſemus diſtinguendos*. *Prima completur cum* S. Urbano Pontifice , *anno* 230. *martyrium paſſo* . *In hac priore parte nulli Conſules* *his reperiuntur*, *quamvis ſub iiſdem* , *ſub quibus ſedere inceperant quidam* , *fuerint vita functi aut martyrio coronati eorum deceſſores* . *Exempli cauſa* S. Alexander *dicitur* fuiſſe temporibus Trajani, a Conſulatu Palmæ & Tulli uſque Æliano & Vetere . *Creatus is eſt* 11. *Martii anno* 109. Conſulibus Palma & Tullo, *cum ad dicti anni Februarium ſediſſet S. Evariſtus* : *dein* Ælianus & Verus *fuerunt Conſules anno* 116. *quos ultimos toto anno habuit Alexander & ſuperfuit uſque ad diem* 3. *Maii anni* 117. *quo Conſules erant* Niger & Apronianus , *qui tamen non attribuuntur S. Alexandro*, *ſed ſoli S. Sixto ejus ſucceſſori* : *interim Acta antiqua S. Alexandri habent* , *poſt hujus mortem* , nutu Dei , eodem anno , defunctum eſſe Trajanum , *quod certum eſt contigiſſe in Cilicia* 10. *die Auguſti* , Nigro & Aproniano Conſulibus . *Auctor hujus partis videtur poſſe ſtatui* S. Anterus Papa, qui geſta Martyrum diligenter a Notariis exquiſivit , & in eccleſia recondidit . *Sedit is ſolum uno menſe in ſuo Pontificatu* , *videturque geſta Martyrum* , *potiſſimum Summorum Pontificum*, *exquiſiviſſe*

Hujus pars prior uſque ad annum 230. deducta.

auctore forſan S. Antero ;

nec,

necdum Pontifex, ſub S. Pontiano *ſucceſſore S. Urbani. Imo SS. Urbani & Calliſti hujus deceſſoris videri a S. Antero ſcripta, dicemus* 25. *Maii, quo colitur ſanctus Urbanus, &* 2. *Maji, quo coluntur SS. Calepodius Presbyter, Palmatius Conſul, Simplicius Senator aliique Martyres, quorum res geſta in Actis S. Calliſti continentur.*

altera pars fere ad finē continet reliqua.

9 *Secunda ergo pars inciperet a dicto* Pontiano, *& in hac paſſim majora* Pontificum *elogia referuntur, iidem Conſules repetuntur, dies ordinationis & mortis Pontificum aſſignantur. Et hac pars ad finem fere deducitur, ubi* S. Julii *elogium præter morem aliorum habet accuratam baſilicarum ab eo extructarum narrationem: ex qua* 12. *Aprilis ad hujus ſancti Julii Vitam confirmamus hujus Catalogi eminentem ſoliditatem. Succeſſit* Sancto Julio Liberius, eujus tempore hunc veterem Indiculum Romanorum Pontificum contextum fuiſſe *aſſerit Dionyſius Petavius lib.* 5. *Rationarii temporum cap.* 5. *qui eum penes ſe habuit. Poſt obitum* Liberii *conſtitutus eſt* Pontifex *Romanus* ſanctus Damaſus, *qui rogatus a ſancto Hieronymo*, Geſta Pontificum, quæ potuit reperire in ſuæ Sedis ſtudio, ad eum direxit, *quæ Damaſi verba arbitramur intelligenda de jam indicato Catalogo, uſque ad* Liberium *ejus deceſſorem deducto. Epiſtolas utrinſque hac de re, & ſancti Hieronymi & ſancti Damaſi, ex codicibus* Mſ. *præponimus. Idem ſanctus Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 15. *ſtatuit* ſanctum Clementem quartum poſt Petrum, Romanum Pontificem, ſiquidem *inquit* ſecundus Linus fuit, & tertius Anacletus, etſi plerique Latinorum ſecundum poſt Petrum Apoſtolum putent fuiſſe Clementem. *Ubi opinamur nomine Latinorum indicari hunc Catalogum, a ſancto Damaſo miſſum ad ſanctum Hieronymum, qui etiam lib.* 1. *adverſus Jovinianum appellat* Clementem, ſucceſſorem Apoſtoli Petri, *& in caput* 52. *Eſaia ſcribens, ait eum* poſt Petrum Romanam rexiſſe Eccleſiam, *ſcilicet interpoſito ad modicum tempus* ſancto Lino, *cui ſucceſſiſſe* Clementem *tradunt Optatus Milevitanus lib.* 2. *& S. Auguſtinus epiſt.* 165.

a Cuſpiniano ſparſim editus,

10 *Sed, ut ad dictum Catalogum revertamur, hunc eumdem habuit Joannes Cuſpinianus, & inſeruit Commentario ſuo in Aurelii Caſſiodori Conſules, incipiens a* Conſulatu duorum Geminorum, in quo, imperante Tiberio Cæſare, paſſus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus *(quem locum in Digreſſione noſtra ad idem Proœmium late explicamus) & finit cum Pontificatu* ſancti Julii Pontificis, *ut ſupra indicavimus. Eumdem habuit in antiquis membranis Nicolaus Fabricius, Peireſci Dominus & Senator Aquenſis, uti teſtatur Antonius Capellus de Cœna & Paſſione Chriſti cap.* 5. *Onuphrius Panvinius, in Commentario in librum ſecundum Faſtorum, incipit citare* Damaſum *in Vitis Pontificum* a Conſulatu Saturnini & Scipionis, *quando* ſanctus Linus *creatus eſt Epiſcopus & Vicarius ſancti Petri, & proſequitur uſque ad finem dicti libri & Pontificatum* ſancti Julii *ſive finem præfati Catalogi. Verum quia immiſcet Conſules, quorum in aliis Catalogis, libro Pontificali & apud Anaſtaſium nulla fit mentio, opinamur illos aut ex Catalogo præſcripto quem habuerit, excerptos eſſe, aut ex Cuſpiniano deſumptos.*

ab Onuphrio ſæpius citatus,

Bucherio communicatus.

Apographum noſtrum communicavit olim Joannes Bollandus noſter Ægidio Bucherio, qui illud edidit in Commentario ſuo in Canonem Paſchalem Victorii: ſed is non parum fuliginis ipſi adjecit, dum Catalogum illum (quem confuſiorem & vitioſum judicabat) non ſatis æſtimavit: dixit tamen reliquorum Catalogorum fontem videri, & poſſe ſtudio induſtriaque aliorum depurari, atque ad rigandam veteris hiſtoriæ ſiccitatem adhiberi: quod nos hoc tractatu conamur præſtare, & judicio eruditorum hominum ſubjicere, ut quod ſinceriſſimum æſtimarint, ſeligant.

AUCT. G. H.

Vita Pontificum in altero Catalogo

11 *Alter Catalogus, quem ut dixi, ex Mſ. Codice Reginæ acceptum ſecundo loco damus, ex priore Conſules habet deſumptos, ſed ſubinde non ſatis exacte: in hoc tamen eſt utilis, quod aliquot locis lacunæ prioris Catalogi præclare ex eo ſuppleantur. Aſt hic in iis quæ a temporibus* S. Damaſi ad Felicem IV. *& tempora* Juſtiniani Imperatoris *traduntur, non habet Conſules, præterquam in* Joanne I. *& dicto* Felice IV. *quando auctor vixit & voluit imitari auctorem primi catalogi. Poſtea apud Anaſtaſium Conſulum ratio nulla habetur: ideo in reliquis dirigenda ſunt tempora per epiſtolas Pontificum & Concilia ſub iis habita, in quibus Conſules indicantur; item per Conſules apud Proſperum, Marcellinum Comitem, Victorem Tunnenenſem attributas initio Pontificatus variorum Pontificum, ubi tamen major diligentia requiritur in poſterioribus Pontificibus apud Marcellinum.*

& aliis codicibus deducta.

12 *Porro hiſtoria in dictis Catalogis contenta, latius explicatur non ſolum in Libro Pontificali, quem ante indicavimus, ſed etiam in aliis codicibus* Mſſ. *de Vitis Pontificum ad Stephanum* III. *& Pipinum ac Carolum* Magnum *Reges Francorum deductis: neque illa in altero codice* Marquardi *Freheri, & alio perveteſto Bertiniani monaſterii, ac tertia Pariſienſi a Philippo Labbæo indicato ulterius deducta habentur. Continuavit eas Anaſtaſius Bibliothecarius uſque ad Nicolaum Papam, ſive annum* 867. *& Guilhelmus Bibliothecarius aliuſque uſque ad obitum Martini V. ſive annum* 1431. *& ſic continuatas habemus in illuſtri codice. Has, prout inſcripta ſunt, citamus* Mſſ. Geſta Pontificum. *Hiſce Geſtis ſupra indicatæ epiſtolæ Ss. Hieronymi & Damaſi præponebantur, eodem quo alibi modo, prout ſubjiciuntur. Poſt dictas epiſtolas hic inſerebatur titulus.* In nomine Domini incipit ſeries Pontificum Romanorum, qui in Sede Beati Petri Apoſtoli ab ipſo uſque ad hoc tempus ſederunt. *Finis autem cum obitu & ſepultura Martini V. addita hac clauſula.* Ceſſavitque Epiſcopatus diebus XII. *Auctor ergo ſub ſucceſſore Eugenio IV. dicendus eſt ſcripſiſſe, ergo ante annum* 1447. *quo Eugenius e vita exceſſit. Vixit eo tempore* Jacobus Zenus, Patricius Venetus, vir in rebus agendis clariſſimus, & in omnibus ſcripturis tam humanis quam divinis diſertiſſimus & doctus, qui his temporibus ad agitandum ingenium de Vitis omnium Pontificum Romanorum librum eleganti ſermone conſcripſit. *Ita Jacobus Philippus Bergomenſis lib.* 15. *Supplementi Chronicarum Brixiæ anno* 1485. *excuſi. Eſt dictus Zenus Epiſcopus Bellunenſis & Feltrenſis in Provincia Marchia Tarviſina* 26. *Aprilis anni* 1447. *creatus, & poſtea Epiſcopus Patavinus anno* 1460. *renuntiatus.* Obiit autem, *teſte eodem Bergomenſi,* anno a Natali Chriſti 1476. *id eſt annis novem antequam in lucem prodiret Supplementum Bergomenſis, quod paſſim circa Vitas Pontificum a Jacobo Zeno ſcriptas ſequuntur Trithemius, Eyſengreinius, aſſerens* optima fide expoſitas, *Geſnerus, Poſſevinus, Voſſius & plures alii.*

uſque ad Martinum quintum

& forſan auctore Jacobo Zeno,

dein Ep. Feltrenſi & Tarvisino.

AUCTO. G. H. *hominem conſtat ; aut certe , ob nominis ſimilitudinem ,* Marcello *emiſſe , ſucceſſores* S. Marcellini *ſtatuit in Chronico* SS. Euſebium , Melchiadem & Silveſtrum , *ſub quo ſuum Chronicon finit . Quare Euſebio cum ſuis ſequacibus amandato ,* in iis quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ , majorem eſſe adhibendam fidem ejus alumnis , quam ceteris , *cenſemus cum Baronio , in Notis ſuis ad 26. Aprilis , quo coluntur* SS. Cletus & Marcellinus , *quos Euſebius a ſucceſſoribus* Anacleto & Marcello *non diſtinxerat .*

Pro libro Pontificali 5 *Latinis igitur potius quam Græcis circa Romanos Pontifices inhærere cum haberemus conſtitutum , diuturne ac magna ſolicitudine indagavimus quoſcumque de Summis Pontificibus tractatus ab ejuſdem Eccleſiæ alumnis antiquioribus conſcriptos ; & anno 1660. Romam appulſi , hac de re cum viris magis eruditis egimus. Commendabant aliqui Librum Pontificalem , ex quo Vitæ Pontificum editæ ſunt ab Aloyſio Lipomano tomo tertio Vitarum Sanctorum Priſcorum Patrum , uſque ad S. Felicem II. & tempora Conſtantii Imperatoris , quæ & in tomis Conciliorum ſaltem uſque ad tempora S. Gregorii Magni allegantur , & poſtmodum ex Anaſtaſio bibliothecario aliiſque auctoribus continuantur , ac paſſim in Annalibus Eccleſiaſticis laudantur.* & Catalogo Ms. Palatini ; Lucas Holſtenius *Bibliothecæ Vaticanæ tunc Cuſtos (quem nobis* Alexander VII. Pontifex Maximus *ut virum* eruditum & hominem pium *commendabat) obtulit* Catalogum Summorum Pontificum , ex antiquiſſimis membranis Palatinis Vaticanæ bibliothecæ *deſcriptum , in cujus codice 40. armarii 20. ante Pœnitentiales Pſalmos Davidis continebatur . Hunc catalogum ipſi deſcripſimus deductum uſque ad Stephanum III. Papam , ſive ad tempora Pipini & Caroli Magni Regum Francorum ; eumque conſtitueramus aliquando aliis Catalogis minime charactere excuſum , ſubjungere . Verum quia ibi non indicantur Conſules Romani , vix poſſet ille alium uſum habere quam ut ex crebris ejus erroribus diſceremus , quam parum fidendum ſit computui annorum , cui Conſules aut anni Imperatorum deſunt . Alium Catalogum reperimus in illuſtri bibliotheca* Sereniſſimæ Chriprobatur alius ex Ms. Reginæ. ſtinæ Reginæ Sueciæ , *contentum in codice membranaceo valde magno ſub numero 58. quem , uſque ad* Felicem IV. *& tempora Juſtiniani Imperatoris deductum deſcripſimus , & hic damus ; ſed loco dumtaxat ſecundo , quia poſt ſtudioſam longamque meditationem , judicavimus primum locum & majoris characteris prærogativam deferendam alteri , nota longe optima Catalogo , qui penes nos pridem fuit , deductus uſque ad initium Liberii* Pontificis *& tempora Conſtantii Imperatoris , ſive annum Chriſti 354. uti ex adjuncto ibidem Catalogo Conſulum (qui in Conſtantio Auguſto VII. & Conſtantio Cæſare deſinit) manifeſtum redditur .*

In hoc Conſules deſignantur : 6 *Perplacet opuſculum , tum ob ſummam antiquitatem , tum ob methodum ſcribendi qua tempora ſingulorum Pontificum per Conſules , qui tum Reipublica Romana præfuerunt , accurate deſignantur : quam* Regiam viam eſſe *docet ex Patribus Baronius , in Præfatione ad Annales ſuos Eccleſiaſticos ; & ad annum 69. num. 36. ita concludit :* Tempora annumerata per Conſules libentioribus ſuot accipienda auribus , cum ceteris illa frequentior , liberalior & verior noſcatur eſſe chronographia , atque in uſum frequentiorem accepta , quæ a Faſtis deducta eſt Conſularibus . Certe quidem cum vetera monumenta in antiquis ſcriptoribus interdum invenimus eſſe Conſulibus conſignata , magno afficimur gaudio , perinde ac ſi in tenebris oberranti fax aliqua exoptata præfulgeat. *Hæc Baronius , qui tamen facem illam pro primis Pontificibus ſibi non curavit accendere : quod nos in ſubjunctis Notationibus , & in Vita S. Soteris aliorumque Sanctorum Pontificum Actis , hoc menſe Aprilis , ut ſupra indicatum eſt , relatis , facere conati , ad eamdem facem alias quoque controverſias dirimimus , quemadmodum Baronius ſeculo tertio & ſequentibus facit ſæpiſſime : cujus rei exemplum unicum adduxiſſe ſatis erit.*

7 *Sub Julio I. Pontifice , cujus Vitam damus* & per hoc controverſiæ dirimuntur. *12. Aprilis , fuit Synodus centum & ſexaginta Epiſcoporum Romæ collecta ,* imperantibus *(ut Acta Synodica ſub initium habent)* Conſtantio & Conſtante anno quarto , ſub die 19. Kalendarum Octobrium , Indictione ſexta , *& ſub finem additur ,* Data Kalendis Novembris , Feliciano & Maximiano viris clariſſimis Conſulibus . *Baronius anno 337. num. 67. primo in locum* Maximiani *ſubſtituit* Titianum , *qui iſto anno* collega Feliciani *fuit : ac deinde ſic loquitur .* Quod autem ſpectat ad Synodum dictis Conſulibus annotatam , cum triplici & inter ſe diverſa chronographia ſignetur , mendum in notas numeri irrepſiſſe facile eſt intelligere ; primum enim anno quarto dictorum Auguſtorum , rurſum Indictione ſexta , atque demum nominatis Conſulibus ponitur eadem Synodus celebrata . Si igitur moveatur controverſia , quænam harum trium chronographia fidelior habenda ſit ; mea quidem ſententia notatis Conſulibus potius inhærendum exiſtimaverim , illa potiſſimum inter alias ratione perſuaſus , quod facilius ſit in notas numeri errores illabi , quam in ipſa nomina , quod omnes puto juſtiſſime conceſſuros . Hinc enim eſt quod mos inolevit , ut cum vel anni Imperatoris vel Indictionis , in legibus ab Imperatoribus latis mentio haberetur , Conſulum quoque nomina adderentur , eam nimirum ob cauſam , ut Faſtorum ſoliditate , annorum Imperatorum numerus vel Indictionis ſemper integer ſervaretur ; vel ſi librariorum vitio corrumperetur , ex notatis Conſulibus reſtitui perfacile poſſet. *Hæc Baronius , quæ in dictis Romanorum Pontificum Catalogis neceſſario ſunt obſervanda : quod ſubinde ipſa Imperatorum nomina vitio librariorum aut ſciolorum , qui perverſam habebant chronologiam , ſint immutata , & reſtituenda ex Faſtis Conſulum ibi relictorum , quos neſcivit imperitia illorum immutare.*

8 *His poſitis progredientes , ad auctores dicti jam primarii Catalogi perquirendos , pro numero partium illius diverſarum , ipſos quoque cenſemus diſtinguendos. Prima completur cum* S. Urbano Pontifice , *anno 230. martyrium paſſo . In hac priore parte nulli Conſules* Hujus pars prior uſque ad annum 230. deducta, *his reperiuntur , quamvis ſub iiſdem , ſub quibus ſedere inceperunt quidam , fuerint vita functi aut martyrio coronati eorum deceſſores . Exempli cauſa* S. Alexander *dicitur fuiſſe* temporibus Trajani , a Conſulatu Palmæ & Tulli uſque Æliano & Vetere . *Creatus is eſt II. Martii anno 109.* Conſulibus Palma & Tullo , *cum ad dicti anni Februarium ſediſſet S. Evariſtus : dein* Ælianus & Verus *fuerunt Conſules anno 116. quos ultimos toto anno habuit Alexander & ſuperfuit uſque ad diem 3. Maii anni 117. quo Conſules erant* Niger & Apronianus , *qui tamen non attribuuntur* S. Alexandro , *ſed ſoli* S. Sixto *ejus ſucceſſori : interim Acta antiqua* S. Alexandri *habent , poſt hujus mortem ,* nutu Dei , eodem anno , defunctum eſſe Trajanum , *quod certum eſt contigiſſe in Cilicia 10. die Auguſti ,* Nigro & Aproniano Conſulibus . auctore forſan S. Antero ; *Auctor hujus partis videtur poſſe ſtatui* S. Anterus Papa , qui geſta Martyrum diligenter a Notariis exquiſivit , & in eccleſia recondidit . *Sedit is ſolum uno menſe in ſuo* Pontificatu , *videturque geſta Martyrum , potiſſimum Summorum* Pontificum , *exquiſiviſſe nec,*

nondum Pontifex, ſub S. Pontiano *ſucceſſore S. Urbani. Imo SS. Urbani & Calliſti hujus deceſſoris videri a S. Antero ſcripta, dicemus 25. Maii, quo colitur ſanctus Urbanus, & 2. Maji, quo coluntur SS. Calepodius Presbyter, Palmatius Conſul, Simplicius Senator aliique* Martyres, *quorum res geſta in Actis S. Calliſti continentur.*

altera pars fere ad finem continet reliqua.

9 *Secunda ergo pars inciperet a dicto* Pontiano, *& in hac paſſim majora* Pontificum *elogia referuntur, iidem Conſules repetuntur, dies ordinationis & mortis* Pontificum *aſſignantur. Et hac pars ad finem fere deducitur, ubi* S. Julii *elogium præter morem aliorum habet accuratam baſilicarum ab eo extructarum narrationem: ex qua 12. Aprilis ad hujus ſancti Julii Vitam confirmamus hujus Catalogi eminentem ſoliditatem. Succeſſit* Sancto Julio Liberius, cujus tempore hunc veterem Indiculum Romanorum Pontificum contextum fuiſſe *aſſerit Dionyſius* Petavius *lib. 5. Rationarii temporum cap. 5. qui eum penes ſe habuit. Poſt obitum* Liberii *conſtitutus eſt* Pontifex *Romanus* ſanctus Damaſus, *qui rogatus a ſancto Hieronymo*, Geſta Pontificum, quæ potuit reperire in ſuæ Sedis ſtudio, ad eum direxit, *quæ Damaſi verba arbitramur intelligenda de jam indicato Catalogo, uſque ad* Liberium *ejus deceſſorem deducto. Epiſtolas utriuſque hac de re, & ſancti Hieronymi & ſancti Damaſi, ex codicibus* MS. *præponimus. Idem ſanctus Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 15. Hunc* ſanctum Clementem quartum poſt Petrum, Romanum Pontificem, ſiquidem *inquit* ſecundus Linus fuit, & tertius Anacletus, etſi plerique Latinorum ſecundum poſt Petrum Apoſtolum putent fuiſſe Clementem. *Ubi opinamur nomine Latinorum indicari hunc Catalogum, a ſancto Damaſo miſſum ad ſanctum Hieronymum, qui etiam lib. 1. adverſus Jovinianum appellat* Clementem, ſucceſſorem Apoſtoli Petri, *& in caput 52. Eſaiæ ſcribens, ait eum* poſt Petrum Romanam rexiſſe Eccleſiam, *ſcilicet interpoſito ad modicum tempus* ſancto Lino, *cui ſucceſſiſſe* Clementem *tradunt Optatus Milevitanus lib. 2. & S. Auguſtinus epiſt.* 165.

Hæc Geſta a S. Damaſo ad S. Hieronymum miſſa.

10 *Sed, ut ad dictum Catalogum revertamur, hunc eumdem habuit Joannes Cuſpinianus, & inſeruit Commentario ſuo in Aurelii Caſſiodori Conſules,* incipiens a Conſulatu duorum Geminorum, in quo, imperante Tiberio Cæſare, paſſus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus (*quem locum in Digreſſione noſtra ad idem Proœmium late explicamus*) *& finit cum* Pontificatu ſancti Julii Pontificis, *ut ſupra indicavimus. Eumdem habuit in antiquis membranis Nicolaus Fabricius*, Peireſci *Dominus & Senator Aquenſis, uti teſtatur Antonius Capellus de Cœna & Paſſione Chriſti cap. 5. Onuphrius* Panvinius, *in Commentario in librum ſecundum Faſtorum, incipit citare* Damaſum *in Vitis* Pontificum *a* Conſulatu Saturnini & Scipionis, *quando* ſanctus Linus *creatus eſt* Epiſcopus *& Vicarius ſancti Petri, & proſequitur uſque ad finem dicti libri &* Pontificatum ſancti Julii *ſive finem præfati Catalogi. Verum quia inmiſcet Conſules, quorum in aliis Catalogis, libro* Pontificali *& apud Anaſtaſium nulla fit mentio, opinamur illos aut ex Catalogo præſcripto quem habuerit, excerptos eſſe, aut ex Cuſpiniano deſumptos. Apographum noſtrum communicavit olim Joannes Bollandus noſter Ægidio Bucherio, qui illud edidit in Commentario ſuo in Canonem Paſchalem Victorii: ſed ie non parum fuliginis ipſi adjecit, dum Catalogum illum* (*quem confuſiorem & vitioſum judicabat*) *non ſatis æſtimavit: dixit tamen reliquorum Catalogorum fontem videri, & poſſe ſtudio induſtriaque aliorum depurari, atque ad rigandam veteris hiſtoriæ ſiccitatem adhiberi: quod nos hoc tractatu conamur præſtare, & judicio eruditorum hominum ſubjicere, ut quod ſinceriſſimum æſtimaverint, ſeligant.*

a Cuſpiniano ſparſim edito,

ab Onuphrio ſæpius citato,

Bucherio communicato.

11 *Alter Catalogus, quem ut dixi, ex Mſ. Codice Reginæ acceptum ſecundo loco damus, ex priore Conſules habet deſumptos, ſed ſubinde non ſatis exacte: in hoc tamen eſt utilis, quod aliquot locis lacunæ prioris Catalogi præclare ex eo ſuppleantur. Aſt hic in iis quæ a temporibus* S. Damaſi ad Felicem IV. *& tempora* Juſtiniani Imperatoris *traduntur, non habet Conſules, præterquam in* Joanne I. *& dicto* Felice IV. *quando auctor vixit & voluit imitari auctorem primi catalogi. Poſtea apud Anaſtaſium Conſulum ratio nulla habetur: ideo in reliquis dirigenda ſunt tempora per epiſtolas Pontificum & Concilia ſub iis habita, in quibus Conſules indicantur; item per Conſules apud Proſperum, Marcellinum Comitem, Victorem Tunnenenſem attributos initio Pontificatus variorum Pontificum, ubi tamen major diligentia requiritur in poſterioribus Pontificibus apud Marcellinum.*

Vita Pontificum in altero Catalogo

12 *Porro hiſtoria in dictis Catalogis contenta, latius explicatur non ſolum in Libro Pontificali, quem ante indicavimus, ſed etiam in aliis codicibus* Mſſ. *de Vitis Pontificum ad Stephanum III. & Pipinum ac Carolum* Magnum *Reges Francorum deductis: neque illa in altero codice* Marquardi *Freheri, & alio pervetuſto Bertiniani monaſterii, ac tertio Pariſienſi a Philippo Labbæo indicato ulterius deducta habentur. Continuavit eas Anaſtaſius Bibliothecarius uſque ad Nicolaum Papam, ſive annum 867. & Guilielmus Bibliothecarius aliuſque uſque ad obitum Martini V. ſive annum 1431. & ſic continuatas habemus in illuſtri codice. Has, prout inſcriptæ ſunt, citamus* Mſſ. Geſta Pontificum. *Hiſce Geſtis ſupra indicatæ epiſtolæ SS. Hieronymi & Damaſi præponebantur, eodem quo alibi modo, prout ſubjiciuntur. Poſt dictas epiſtolas hic inſerebatur titulus.* In nomine Domini incipit ſeries Pontificum Romanorum, qui in Sede Beati Petri Apoſtoli ab ipſo uſque ad hoc tempus ſederunt. *Finit autem cum obitu & ſepultura Martini V. addita hac clauſula.* Ceſſavitque Epiſcopatus diebus XII. *Auctor ergo ſub ſucceſſore Eugenio IV. dicendus eſt ſcripſiſſe, ergo ante annum 1447., quo Eugenius e vita exceſſit. Vixit eo tempore* Jacobus Zenus, Patricius Venetus, vir in rebus agendis clariſſimus, & in omnibus ſcripturis tam humanis quam divinis diſertiſſimus & doctus, qui his temporibus ad agitandum ingenium de Vitis omnium Pontificum Romanorum librum eleganti ſermone conſcripſit. *Ita Jacobus Philippus Bergomenſis lib. 15. Supplementi Chronicorum Brixiæ anno 1485. excuſi. Eſt dictus Zenus Epiſcopus Bellunenſis & Feltrenſis in Provincia* Marchia *Tarviſina 26. Aprilis anni 1447. creatus, & poſtea Epiſcopus Patavinus ante 1460. renuntiatus.* Obiit autem, *teſte eodem Bergomenſi,* anno a Natali Chriſti 1476. *id eſt annis novem antequam in lucem prodiret Supplementum Bergomenſis, quod paſſim circa Vitas Pontificum a Jacobo Zeno ſcriptas ſequuntur Trithemius, Eyſengreinius, aſſerens* optima fide expoſitas, *Geſnerus, Poſſevinus, Voſſius & plures alii.*

& aliis codicibus deducta.

uſque ad Martinum quintum

& forſan auctore Jacobo Zeno,

dein Ep. Feltrenſi & Patavino;

AUCT. G. H.

EPISTOLÆ PRÆVIÆ

Ex antiquis codicibus MSS.

I. HIERONYMI PRESBYTERI

Ad Damaſum Papam Urbis Romæ.

BEatiſſimo Papæ Damaſo Hieronymus, Gloriam Sanctitatis Tuæ noſtra humilitas deprecatur, ut ſecundum Apoſtolicæ Sedis auctoritatem, quam cognovimus per Tuam Sanctitatem gubernari, actus geſtorum a Beati Petri Apoſtoli principatu uſque ad * veſtra tempora, quæ ſcilicet in Sede Tua geſta ſunt, nobis per ordinem paucis enarrare digneris: quatenus noſtra humilitas ſentiens recognoſcat, quis meruerit de Epiſcopis ſupradictæ Sedis martyrio coronari; vel ſi quis contra Canones Apoſtolorum exceſſiſſe cognoſcatur. Ora pro nobis Beatiſſime Papa.

* noſtra

II. DAMASI PAPÆ

Ad Hieronymum Presbyterum.

DAmaſus, Epiſcopus Urbis Romæ, Hieronymo Presbytero. Gaudet Eccleſia, tuo fonte jam ſatiata; & amplius ſitit curioſitas temporum Sacerdotalium, ut quod dignum eſt cognoſcatur, quod indignum reſpuatur. Verumtamen geſta Pontificum, quæ potuimus reperire in noſtræ Sedis ſtudio, ad tuam Caritatem gaudentes direximus. Ora pro nobis ad ſanctam Reſurrectionem, Frater & Conpresbyter. Vale in Chriſto Deo & Domino Dat. x * Kalendas Junii, & accepta Kalendas Octobris. Miſſa de Roma Hieroſolymam.

* Idus

A N N O T A T A.

Martius Mileſius Sarazanius, I.C. Romanus, edidit typis Vaticanis, anno 1638. *Vitam & opera S. Damaſi Papæ: & quamvis prædictas epiſtolas non habuerit, alias hiſce plane ſimiles exhibet pag.* 121. *& ſequenti, & eſt ibi notata* Epiſtola VI. ad Hieronymum Presbyterum. *Ex ea nonnulla excerpo. Sic ergo incipit:* Damaſus Epiſcopus Fratri & Compresbytero Hieronymo in Domino ſalutem. Dum multa corpora librorum in meo arbitrio allata fuiſſent, contigit, ut & librum Pſalmorum in meo animo feſtinus cognoſcerem detineri, & memoriam capacitatis meæ imbuere. Cogitavi Frater amantiſſime & in Chriſto ſemper Sacerdos, ſecundum ſeptoaginta interpretes ... invenire veſtigia. Peto etiam tuam Caritatem, ut Græcorum pſallentiam ad nos dirigere tua Fraternitas delectetur ... Peto ergo per Fratrem & Compresbyterum noſtrum Bonifacium, ut jubeat Fraternitas tua rei hujus nobis aperire veſtigia. Miſſa 5. Kalendas Novembris. *Subnectitur* Reſponſio Hieronymi Presbyteri ad Damaſum Papam *hoc modo*: Beatiſſimo Papæ Damaſo, Sedis Apoſtolicæ Urbis Romæ, Hieronymus ſupplex. Legi litteras Apoſtolatus veſtri, poſcentes ut ſecundum ſimplicitatem LXX. Interpretum, canendum Pſalmographum interpretari feſtinem ... Precatur ergo cliens tuus, ut vox illa pſallentium in Sede Tua Romana die noctuque canatur, & in fine Pſalmi cujuslibet conjungi præcipiat Apoſtolatus Tui ordo, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio &c.

Conſuetudo litterarum circa libros tempore S. Damaſi & Hieronymi;

S. Damaſi elogium aliquod infra ex ſecundo Catalogo profertur: ubi dicemus, eum ſediſſe ab anno 365. *uſque ad annum* 372. *Non videtur autem S. Damaſus ipſe conſcripſiſſe priorem Catalogum de Vitis Pontificum, ſed ſolum has, ad Liberium deceſſorem ſuum a variis deductas, approbaſſe, & ad S. Hieronymum direxiſſe. Igitur cum Ptolomæus Lucenſis apud Mileſium pag.* 51. *dicit*, quod uſque Damaſum Chronica ſummorum Pontificum vigorem recipiunt Damaſo ſcribente, *eodem approbante ſeu ſubſcribente id fieri intelligimus, & quod ipſi Vita Pontificum, ut primo ſcriptori, paſſim tribuantur a Sabellico, Panvinio & aliis, minus probamus.*

ab illo prius Catalogus non eſt ſcriptus, ſed approbatus.

PROOEMIUM PRIORIS

C A T A L O G I.

De anno & die mortis Chriſti.

IMperante Tiberio Cæſare paſſus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, duobus Geminis Conſulibus, 8. Kalendas Aprilis: & poſt aſcenſum ejus Beatiſſimus Petrus Epiſcopatum ſuſcepit. Ex quo tempore per ſucceſſionem diſpoſitum, quis Epiſcopus, & quot annis præfuit, vel quo imperante.

E X E R C I T A T I O I.

An recte ſtatuatur Chriſtus paſſus duobus Geminis Conſulibus, & 8. Kalendas Aprilis.

1 *ADmirandus plane videtur omnibus hoc Proœmio conſenſus vetuſtiorum Patrum & Scriptorum, atteſtantium, quod hic dicitur*, imperante Tiberio Cæſare, paſſum eſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, duobus Geminis Conſulibus, 8. Kalendas Aprilis. *Eſt hic dies* 25. *Martii, ad quem lata deduximus ſacram Chriſti crucifixi memoriam, ex triginta & pluribus antiquis Martyrologiis, quorum vetuſtiſſimum ſancto Hieronymo tribuitur. Ubi etiam ad eumdem diem referuntur figuræ Chriſti crucifixi: ut ſunt* Michael Archangelus, de dracone triumphans; Adamus creatus, lapſus, mortuus; Abel juſtus, primus Martyr; Melchiſedech, Rex & Sacerdos; Iſaac, a Patre Abrahamo immolatus; Iſraelitæ, mare Rubrum tranſgreſſi. *Ima* ſanctus Latro, cum Chriſto crucifixus, *ad diem* 25. *Martii etiam hodierno Martyrologio Romano eſt inſcriptus. Idem dies ibidem confirmatur ex Tertulliano, Auguſtino, Beda. Henricus Philippi in Quæſtionibus Chronologicis de Anno nati & paſſi Chriſti Salvatoris cap.* 19. *addit illuſtres ſcriptores* SS. Thomam, & Antoninum *& alios triginta, aſſerentes* *Chri-*

Dies 25. Martii alt. hic ſt commemoratus;

ple de Conſulem Geminorum agitur;

Chriſtum xxv. *Martii paſſum: imo ait, Marianum ſentire* temeritati proximum velle hanc ſententiam labefactare. *Alphonſus Salmeron, tom. 1. Prolegomeno 38. fere ſub finem*, ait inter tractatus Joannis a Turrecremata manuſcriptos unum ſe inveniſſe qui inſcribitur: In quinque concluſiones Epiſcopi Abulenſis de mandato Papæ examinatas, Prima inter eas damnatas hæc erat: Dominum Jeſum paſſum anno ætatis triceſimo tertio currente. Secunda, nequaquam vigeſimo quinto Martii, ſed tertio Aprilis mortuum. *Sed his obiter indicatis, placet hoc loco addere aliquot antiquorum, in variis regionibus degentium, teſtimonia* de Chriſto crucifixo duobus Geminis Conſulibus, *dicto* xxv. Martii & feriæ ſexta, *quod aliis proximis annis non congruit: idque eo tantum fine, ut ſua huic de Summis Pontificibus Catalogo debita conſiſtat auctoritas, relicta aliis libertate ulterius rei veritatem inquirendi.*

2 *Primus itaque prodeat antiquus Tertullianus, qui floruit circa annum Chriſti ducenteſimum & ſequentes, & quem Sanctus Cyprianus ob miram doctrinam ſuum Magiſtrum appellare ſolitus eſt. Hic libro contra Judæos ita diſſerit.* Chriſti paſſio perfecta eſt ſub Tiberio Cæſare, Conſulibus Rubellio Gemino & Rufio Gemino, menſe Martio, temporibus Paſchæ, die 8. Kalendarum Aprilium, die prima azymorum: quo agnum ut occiderent ad veſperam, a Moyſe erat præceptum. *Hæc Tertullianus in ſua cum Judæis concertatione. Succedat Severus Sulpitius, ſancti Martini diſcipulus, qui ſuam hiſtoriam uſque ad Conſulatum Stiliconis ſive annum* CCCC *deduxit, traditque libro ſecundo* Dominum crucifixum eſſe Fuſio Gemino & Rebellio Gemino.

cum adſtruxit Tertullianus in Africa,

Severus Sulpitius in Gallia,

3 *At præ reliquis majoris ponderis teſtimonium confert ſanctus Auguſtinus, qui lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 28. aſſerit*, ignorantiam Conſulatus, quo natus eſt Dominus & quo paſſus eſt, nonnullos coegiſſe errare. *Hunc ergo lib. 18. de Civitate Dei cap. 54. indicat, dum iſta ſcribit, elapſis triginta annis poſt Conſulatum Theodori Manlii; adeoque ſcimus, annum Chriſti fuiſſe quadringenteſimum vigeſimum nonum, eumque ante obitum ipſius Auguſtini penultimum, quando dicto capiti, re bene diſcuſſa, ne & ipſe aberraret, iſta interſerit:* Mortuus eſt Chriſtus duobus Geminis Conſulibus, octavo Kalendas Aprilis: reſurrexit tertia die, ſicut Apoſtolis ſuis etiam ſenſibus probaverunt. *Hæc ibi ſanctus Auguſtinus. Vixit eodem ſeculo Victorius Aquitanus, qui Canonem Paſchalem anno quadringenteſimo quinquageſimo ſcripſit, eumdemque his verbis auſpicatur:* Crucifixio Chriſti, duobus Geminis Ruffino & Rubellio. *Habebat Hiſpania eodem tempore virum eruditum, Idatium in Gallæcia Epiſcopum, qui Chronicon deduxit uſque ad annum quadringenteſimum ſexageſimum ſeptimum. Huic attribuitur Conſulum deſcriptio, accuratius a Philippo Labbe ſub initium tomi primi Bibliothecæ novæ excuſa, in qua traduntur iſta:* Ruſo & Rubellione Conſulibus paſſus eſt Chriſtus. *Poſt Idatium ſequitur in eodem tomo, Chronicon integrum Proſperi Aquitani, & pag. 44. ſub finem in Auctario, iſta leguntur:* Uſitatior traditio habet, Dominum noſtrum decimo quinto anno Tiberii Cæſaris, duobus Geminis Conſulibus, crucifixum. *Similes Catalogos antiquos Conſulum Romanorum allegat Cuſpinianus in Commentario Conſulum Caſſiodori in quibus dicitur* paſſus Dominus Jeſus Chriſtus Conſulibus duobus Geminis. *Omittimus Evangelium Nicodemi, quo utebantur Gnoſtici apud Irenæum lib. 2. cap. 28, in quo dicebatur* paſſus Chriſtus ſub Pontio Pilato, anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæſaris, ſub Conſulatu Rufi & Robellionis. *Concludat Georgius Cedrenus hiſtoricus Græcus, qui cum Græcis ſuis aſſentiens retuliſſet, ad annum* xix. *Tiberii paſſum eſſe Chriſtum, ſub finem adjunxit:* Exactius tempus ſalutaris iſtius ſupplicii a Romanis eſt notatum: eveniſſe nimirum Geminis Conſulibus: *innuens apud plurimos Latinos, ad ſua uſque tempora hanc perſeveraſſe ſententiam, tamquam Eccleſiæ Romanæ Conſenſus aliorum antiquorum infra profertur.*

S. Auguſtinus in Africa,

Victorius Aquitanus in Gallia,

Idatius Epiſc. in Hiſpania,

Proſper Aquitanus in Gallia

antiqui Catalogi Conſulum,

AUCT. G. H. Evangelii Nicodemi,

Romani apud Cedrenum in Græcia.

4 *Eamdem ſententiam nuper aſſeruit, ut certiorem &* conſtantem Eccleſiæ Catholicæ traditionem, *Antonius Capellus, Franciſcanus Conventualis, in libro de Cœna Chriſti ſuprema, deque præcipuis Vitæ ejus capitibus, edito Pariſiis anno* MDCXXV. *cum approbatione Vincentii Martinelli ſocii Magiſtri ſacri Palatii Apoſtolici, & Nicolai Riccardii Ordinis etiam Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſtri & Regentis collegii Sancti Thomæ ſuper Minervam; qui, mandante eodem Magiſtro ſacri Palatii Apoſtolici, legit; &* auream diſſertationem *appellavit*, præ ſingulari eruditione, pietate inſigni, robuſta etiam ratione agendi pro vindicanda Sanctæ Romanæ Eccleſiæ antiquitate & traditione, dignam, quæ communem lucem aſpiciat, maximo litterariæ Reipublicæ emolumento. *In hoc ergo libro capit. quinto plura lector reperiet, quæ hanc ſententiam confirmant.*

& Anton. Capellus, cum approbatione Romana.

5 *Eo, quod in Proœmio propoſitum eſt, ſcilicet* paſſum eſſe Chriſtum duobus Geminis Conſulibus VIII. Kalendas Aprilis, *partim probatum* xxv. Mar*tii ad Sacrum memoriam paſſionis Chriſti, partim coeptum hic confirmari, quod plenius fiet ſequentibus exercitationibus. Feriam hebdomadæ ſextam fuiſſe in confeſſo apud omnes eſt. Unica ab aliquibus difficultas apprehenditur, quaſi non fuerit a Judæis dies decima quarta menſis Niſan requiſita, non concurrente plenilunio aſtronomico. In hoc autem quantopere aberrent, quærentes id quod minime tunc obſervabatur, docebit nos Joannes Kepplerus præſtans Aſtronomus, in Eclogis Chronicis anno* MDCXV. *Francofurti excuſis; pag. 90. contra Reſneram & Calviſium ita loquens:* In prima controverſia de Paſchate hæret uterque in Aſtronomia, velut mus in pice. Mirum factum. Ipſe Aſtronomus ceteros non Aſtronomos abſtraho ab Aſtronomia in actione hujus cauſæ. Probandum eſt legitime, Judæos tam bene fuiſſe Aſtronomice doctos, quantam hodie cognitionem afferunt ad hanc cauſam. Ego contrarium affirmo, priſcos illos Judæos, uſque ad Chriſti fere tempora, in uſu Kalendarii nihil ultra vulgi captum ſapuiſſe. *Et pag. 94.* Valde igitur, *inquit* decepti ſunt noſtri Aſtronomi, his ultimis centum quinquaginta annis, qui ex ſua perfecta Aſtronomia, pleni-lunia ad Chriſti tempora; ex Pleni-luniis, feſta Judæorum; ex his & concurſu Feriæ, annum Paſſionis auſi ſunt determinare alium, quam veteres, ætati Chriſti proximi, tradiderunt. Si hodie quis, omiſſo computo Eccleſiaſtico aberrante, ex Aſtronomia perfecta; accommodatis decretis Nicænis quæ jactantur, computaret Paſchata ſuperiorum ſeculorum, is celeberrima aberraret ab uſuali Paſchate, & via unquam juſtum hiſtoriæ annum aſſequeretur. *Ita Kepplerus, veriſſime, & ad propoſitam difficultatem accommodatiſſime. Hinc noſtro adhuc tempore, quando Paſcha ex præcepto Synodi Nicænæ celebratur Luna* XV, XVI, XVII, *tunc qui non admiſe-*

Plenilunii quo Chriſtus paſſus ſit,

cum Judæi cyclo corrupto uterentur

AUCT. G. H. *ſunt correctionem Gregorianam Kalendarii , anno 1582. cœptam , celebrant Paſcha Luna aſtronomica 22. 23. 24. & quandoque integra Lunatione , ut vocant , ſerius. Ita anno 1674. quo hæc prælo parabantur , quando nos celebravimus Paſcha die 25. Martii , Luna 17. tunc qui dictam correctionem non admiſerant , ſuum Paſcha celebrarunt menſe Aprili , non tamen 22. Aprilis , quem 12. appellarunt , quamvis eſſet Luna 16. , ſed hebdomade integra ſerius , die 29. Aprilis , illis 19. & Luna aſtronomica 23. quod abſurdum eſſe ipſi fatentur. Quidni etiam , e ſententia Keppleri , aliquot diebus poſt verum pleni lunium celebrarint ſuum Paſcha Judæi ; & ſic Chriſtum in horto comprehenſuri , venerunt cum lanternis & facibus , quæ alias minus neceſſaria fuiſſent : cui tamen argumento minus inhærere volumus.*

6 *S. Epiphanius , cum hæreſi 70. §. 2. dixiſſet* , Paſcha ante celebrari non poſſe , quam æquinoctium confectum ſit , *addit* , Judæos illud nequaquam obſervaſſe , apud quos depravata ac perturbata erant omnia . *Et Conſtantinus Magnus , epiſtola ad Eccleſias ex Synodo Nicæna data , (quæ refertur pag. 465. editionis Luparea tomo 2. Conciliorum) de Judæis ait* , quod ne hac quidem parte veritatem perſpiciant ; quippe qui ut plurimum aberrantes , non modo errorem non corrigunt , ſed in eodem anno alterum Paſcha celebrant . *Imo Beda , Paſchaſinus Epiſcopus Lilybitanus , Marianus & Serrarius , a Bucherio in tractatu de Paſchali Judæorum cyclo cap. 5. citati , volunt Judæos veteres Paſcha indixiſſe , non ex curſu Lunæ , ſed ex Neomeniæ cyclo. Addunt alii , apud Moyſem nullam pleni-lunii mentionem fieri , ſed ſolum præſcribi diem decimam quartam , menſis primi. In ſimili antiquitate multum eruditus eſt Samuel Petitus , a cujus calamo habemus quatuor tractatus Pariſiis excuſos , ſcilicet Leges Atticas ab eo collectas , digeſtas & commentario illuſtratas , Miſcellaneorum libros novem & obſervationum libros tres , in quibus varia veterum loca illuſtrantur & explicantur , & Eclogas Chronologicas , in quibus de variis anni Judæorum , Samaritanorum , Græcorum , Macedonum , Syromacedonum , Romanorum typis , cycliſque veterum Chriſtianorum Paſchalibus diſputatur. In his Eclogis lib. 1. cap. 11. ſcribit.* Chriſtum paſſum duobus Geminis Conſulibus , anno Æræ vulgaris 29. quo menſis Niſan cœpit die 11. Martii feria ſexta , ergo dies 14. Niſan fuit die 24. Martii , feria quinta. Eo die Paſcha celebravit Dominus , & ſequenti die 25. Martii feria ſexta paſſus eſt , quo ipſo die veſperi plerique Judæorum , certe illorum Primores & Pontifices , Paſcha celebrarunt. *Hæc latius ibidem Petitus explicat : Petitum ſequitur & exponit tabulis expanſis Joannes Voſſius in Diſſertatione de tempore Dominicæ paſſionis c. 16. Et hoc modo ſcripſerunt antiqui Patres & Scriptores ex ſimilibus tabulis & continua majorum traditione* , Chriſtum paſſum primo die azymorum feria ſexta , 8. Kalendas Aprilis , *& duobus* Geminis Conſulibus , *& conſequenter conſuerunt tunc habitam eſſe Lunam 15. civilem , licet Aſtronomica non eſſet : quod paſſim reliqui in ſua ſententia debent admittere. Addatur & id quoque , quod palam eſt , veterum Mathematicorum tabulas a Metone olim fuiſſe correctas ,* Metonis *deinde a Calippo , Calippi ab Hipparcho , Hipparchi a Ptolomæo , & Ptolomæi rurſus ab Albategnio eſſe emendatas. Quas eo modo tornatas denuo ad incudem vocat Alphonſus Rex Caſtellæ , & has velut mancas & impolitas Copernicus reddidit lima . Has demum Copernici Tycho Brahe elimavit : idemque alii hactenus præſtare conantur : ut non temere proverbiale teneat ſermo , facilius omnia Horologia , quam Aſtrologos conciliari poſſe. Quare præ*r *mathematicorum calculum aut ὑποθετικὰ quævis ſata velle a doctrina antiquorum Patrum , unanimi conſenſu tradita , deſciſcere non videtur viri ſapientis & aliquiam myſticum profitentis ; maxime in rebus Judaicis , quod , ut* Petavius *lib. 12. de Doctrina temporum cap. 12. obſervat* , Judaicus cyclus haud accurate lunaribus veſtigiis inſtiterit , ſed nonnunquam longius aberravit.

EXERCITATIO II.

Quomodo reliqua vita Chriſti dictæ ſententiæ ſit adaptanda.

7 *A Controverſia de anno mortis Chriſti totam vita ab eo inter mortales ducta ſeriem dependere , nemo eſt qui non videat . Hinc ab omnibus etiam iis , qui alias ab hic propoſita ſententia opiniones ſunt amplexi , ſolicite laboratum , ut Evangelica hiſtoria contextum cum ſua probarent conſiſtere. Id quomodo etiam in antiquiori hac ſententia præſtari poſſit , aggredimur explicare. Venerabilis Beda , libro de Temporum ratione cap. 5.* Habet , *inquit* , ni fallor , Eccleſiæ fides , Dominum in carne paulo plus quam triginta tres annos uſque ad ſuæ tempora Paſſionis vixiſſe. *Imo* Chriſtum manſiſſe in hac vita annos triginta tres , *ex Apoſtolorum traditione , teſtatur codex Mſ. Florentinus Bibliotheca Medicæa tempore Honorii I. Pontificis exaratus: Supra laudatus Henricus Philippi profert cap. 5. hujus ſententia aſſeclas , præcipuos viros , plures quam triginta . His ergo annos & menſes eidem tribuimus , & quia Conſulatus duorum Geminorum ex accuratiori calculo convenit cum anno Æræ vulgaris vigeſimo nono , arbitramur ante initium hujus Æræ annos omnino quinque adjiciendos eſſe cum ante citato Capello , quos & Kepplerus munit addendos. At Deckerius , Petavius , Bucherius , Seneſcallus , alique annos quatuor adſciſcunt . Baronius ad duos annos pervenit : ad unicum Onuphrius : qui tamen poſtremo duo annum primum Chriſti nati ab Epocha Æræ vulgaris non ſepararunt. Ut autem dictos quinque annos probemus clarius , deducimus hujus initium ab anno ante vulgarem Æram octavo ſumentes , additis cujuſque anni Conſulibus Romanis : ſic enim etiam ea intelligentur , quæ ante Incarnationem Verbi & Chriſti Nativitatem geſta , ad Evangelicam quoque hiſtoriam pertinent. Conſules ergo erant*

M. Marcius Cenſorinus ,

C. Aſinius Gallus.

8 *Ut Rex pacificus veniret , cujus vultum deſiderabat omnis terra , ſublata fuerunt cuncta per orbem Romanum bella . Dictis enim Conſulibus aſſerit Caſſiodorus in chronico* , Germanos omnes , inter Albim & Rhenum , deditos Tiberio Neroni ; *qui , atteſtante Dione lib. 55. cum Velleio Paterculo (hic autem cum Tiberio vixit , militans , præfectura , quæſtura , legatione & prætura functus) omnes Germaniæ partes victor peragravit. Tum vero* Auguſtus nomen Imperatoris accepit & Tiberio communicavit , *ut ait prædictus Dion. Pace autem conſtituta terra marique Jani Quirini porta tertia vice fuerunt clauſæ : quas , uti ex Tacito deducit Paulus Oroſius lib. 6. cap. 22. adverſus Paganos ad Auguſtinum* , quietiſſimo ſemper obſeratas otio ipſa etiam rubigo colligavit.

Tib. Claudius Nero.

Cn. Calpurnius Piſo.

Annus hic primus pacis univerſalis cenſetur : quando Gabriel Angelus miſſus ad Zachariam eidem nuntiavit concipiendum Sanctum Joannem Præcurſorem Domini .

D. Le-

[Margin notes:]
non potuerunt veritatem attingere.
Ob annos Vitæ 33. & ſemiſſem ,
et mortem relatam ad an. 29. Æræ vulgaris
bolu ſunt præponendi anni 5.
ANNO ANTE ÆRAM VULGAR. 8
Bello ſublato ,
Janus clauſus ,
7
S. Jo. B. conceptus ,

Ann. ante æram vulgar.
6
Christus incarnatus,

D. Lælius Balbus.
C. Antiſtius Vetus.

9 *Attulit hic annus tempus acceptabile & diem ſalutis, diem 25. Martii, quando miſſo iterum ad terras Gabriele Angelo in civitatem Nazareth ad Virginem Mariam, æternus Dei Filius de Spiritu ſancto incarnatus, & homo factus eſt. Quo tempore, ne illud gaudium apud ſolam Deiparam Virginem conſiſteret, arbitramur ſtellam apparuiſſe in Oriente, qua excitati & gaudio repleti Magi iter appararunt & ſuſceperunt. Tempus hoc infra ex infanticidio conſtabit. Impletum deinde eſt tempus Eliſabeth pariendi, & peperit die 24. Junii Joannem Baptiſtam. Quibus myſteriis ab Evangeliſta Luca narratis,* addit exiiſſe edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis. *Erat tunc & nullo alio anno ſequente Syriæ Præſes, (uti ex Joſepho lib. 16. Antiquitatum Judaicarum cap. 17. liquet)* C. Sentius Saturninus, *qui ante annos tredecim fuerat cum C. Lucretio Veſpellone Conſul creatus & poſtmodum, ut infra dicetur, iterum Conſul fuit. Ab hoc autem actum eſſe Cenſum, docet Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 19.* Sed & cenſus, *inquit*, conſtat actos ſub Auguſto tunc in Judæa per Sentium Saturninum, apud quos genus ejus, *Chriſti ſcilicet Salvatoris*, exquirere potuiſſent Judæi. *Idem antea cap. 7. dixerat*, eſſe Cenſum iſtum, Dominicæ nativitatis teſtem fideliſſimum, quem Romana archiva cuſtodiant. *Hæc ibi. At quomodo a Luca dicatur* hæc deſcriptio prima facta a Præſide Cyrino, *tanget plane omnes, quocumque anno ipſum dicant contigiſſe, cum circa hoc tempus non reperiatur Cyrinus, ſive Quirinus, Præſes Syriæ fuiſſe. Verba præfata ſic Græce efferuntur: Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, ubi Joannes Georgius Herwartus in nova Chronologia cap. 242. tradit, poſitivum πρώτη vim habere comparativi πρότερα, reſpectu genitivi ἡγεμονεύοντος: atque hoc ſæpe in ſacra Scriptura & apud S. Lucam fieri oſtendit, ut ſenſus ſit hujuſmodi:* Hæc eſt deſcriptio prior, & diverſa ab ea, quam poſtea, *ut infra dicetur*, inſtituit Auguſtus, cum Cyrinus eſſet Syriæ Præſes. *Hæc Herwartus, & cum eo plures. Imo τὰ πρῶτα, etiam teſtimonio S. Hieronymi, pro prioribus dumtaxat accipiuntur: ut cum Lucæ 11. v. 26. de immundo ſpiritu, qui aſſumptis ſeptem ſpiritibus immundioribus ſe revertitur, ita habeatur, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων, quæ verba etiam habentur Matthæi 12. v. 45. utrobique ita transferuntur:* Et fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus, *cum ad verbum eſſet* pejora primis. *Ita Matthæi 21. v. 36. πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων, S. Hieronymus ita vertit,* Iterum miſit alios ſervos plures prioribus, *cum præciſe verteretur* plures primis. *Alia triginta exempla legi poſſunt apud Herwartum. Alii autem ἡγεμονεύοντος latius ſumunt, & ſic S. Juſtinus hunc Cyrinum* appellat Judææ ἐπίτροπον Procuratorem. *Rebellarant anno præcedenti Homonadenſes in Cilicia; ad quos domandos miſſus Quirinus, eos expugnavit, & ad quatuor millia virorum in vicinis urbibus collocavit. Quid ſi tunc Legatus aut Procurator miſſus in Syriam, inierit mandatum cenſus exigendi, quod executus fuerit Sentius Saturninus; ipſe autem Romam reverſus Æmiliam Lepidam uxorem ab Auguſto accepit? Ut ut ſit, ob hunc cenſum* ibant omnes, *teſte Luca*, ut profiterentur, ſinguli in ſuam civitatem. Aſcendit autem & Joſeph in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, *ibi* Jesus Christus *Salvator noſter ſecundum carnem natus eſt die 25. Decembris. Nam, ut S. Auguſtinus lib. 4. de Trinitate cap. 5. habet*, ſicut a majoribus traditum ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit auctoritas, octavo Kalendas Aprilis conceptus traditur, quo & paſſus. Natus autem traditur octavo Kalendas Januarii. *Quam traditionem accurate obſervamus.*

Stella in Oriente viſa,
orbis deſcriptio,
cenſus a Sentio Saturnino acceptus,
quomodo deſcriptio Cyrino tribuatur?
naſcitur,

ANNUS Ant. ær.	Ær. Chr.
5	1

Auguſtus Cæſar 12.
L. Cornelius Sylla.

11 *Circumciſus eſt Chriſtus ipſis Kalendis Januarii, at 6. die ejuſdem menſis a Magis adoratus: dein ſecunda Februarii in templum delatus & a Simeone in ulnas acceptus. Inde videtur, prout S. Auguſtinus & alii ſentiunt, Bethlehemum relatus, ibique Joſephus domicilium fixiſſe. Interim hoc eodem anno,* Sentio Saturnino Præſidi Syriæ *ſucceſſiſſe*. Quintilium Varum, *indicat Joſephus lib. 17. Antiquitatum cap. 7. & hoc approbante*, Antipater, filius Herodis, *in vincula eſt conjectus. Sub finem dicti anni, fuga ab Angelo mandata, delatus eſt Chriſtus in Ægyptum, & occiſi ſunt infantes 28. Decembris, a bimatu & infra, ſecundum tempus, quod Herodes audierat a Magis de ſtella viſa in Oriente. Elapſi namque erant ab nuntiata per Angelum Incarnatione, circa quod tempus credimus cœpiſſe videri ſtellam, menſes viginti & unus ac dies tres. Occiſos infantes dicto 28. Decembris tradunt in ſuis Faſtis antiquis Latini Græci, Syri, Arabes, Ægyptii.*

circumciſus, adoratus, præſentatur;
defertur in Ægyptum: occiduntur infantes;

C. Calviſius Sabinus 12.
L. Paſſienus Rufus.

ANNUS Ant. ær.	Ær. Chr.
4	2

Herodes moritur;

Herodes æger ſeditioſos aliquos Judæos juſſit vivos comburi, uti cap. 8. dicti libri 18. deſcribit Joſephus, addens eclipſin Lunæ eadem nocte contigiſſe: *quæ verba Græce ſic exprimuntur. Καὶ ἡ σελήνη δὲ τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἐξέλιπεν. Kepplerus aſſerit*, hanc eclipſin Lunæ contigiſſe tribus horis ante Solis ortum 13. Martii, & fuiſſe digitorum pene ſex, & annis duobus ſequentibus nullam fuiſſe eclipſin ante Paſcha. *quo fit ut ab hac eclipſi, mortem Herodis prægreſſa & tam ſignanter indicata, maximum robur accedat chronologiæ ei quam propoſuimus. Occiſo dein filio Antipatro, ſuperfuit Rex Herodes quinque diebus; ante Paſcha mortuus. Aſſentitur cum Kepplero Petavius, qui hoc eodem anno poſt dictam eclipſim (cujus exactum epilogiſmum exhibet)* Herodem vita functum *ſcribit, lib. 2. de doctrina temporum cap. 1. & lib. 13. ad hunc annum, & lib. 4. Rationarii temporum cap. 22. Mortuo Herode, Archelaus filius ejus, poſt ſedatam quæ in Paſchate exorta fuerat ſeditionem, Romam eſt profectus, ut ex patris teſtamento regnum ab Auguſto obtineret. Ibi Cajum Cæſarem, Auguſti nepotem & filium adoptivum, in concilio primum locum tenentem vidit, uti proſequitur cap. 11. Joſephus. Ante finem autem hujus anni Cajum Cæſarem fuiſſe in provincias profectum, neque Romam reverſum, ex Paterculo, Suetonio & aliis Romanis hiſtoricis conſtat. Interim Archelaus, accepta dimidia parte regni Herodis, Ethnarcha ab Auguſto conſtitutus, in Judæam rediit.*

Archelaus regnat;

Cn. Cornelius Lentulus,
M. Valerius Meſſalinus.

ANNUS Ant. ær.	Ær. Chr.
3	3

Chriſtus, relatus ex Ægypto degit Nazarethi.

Chriſtus monente Angelo in terram Iſrael relatus eſt ex Ægypto: cujus myſterii memoria inſcripta eſt Martyrologio Romano ad diem 7. Januarii. Verum quod Archelaus regnaret in Judæa, timuit Joſephus eo ire, & admonitus ſeceſſit in partes Galilææ (ubi Herodes Antipas, Archelai frater, imperabat Tetrarcha) habitavitque in civitate Nazareth, & ab educatione Nazaræus cognominatus eſt.

Au-

Annus Ær. vul. | Æt. Ch.

Auguſtus Cæſar xiii.
2 | 4 M. Plautius Silvanus, *eique ſuffecti*
C. Caninius Gallus.

5 | 5 Coſſus Cornelius Lentulus,
L. Calpurnius Piſo.

ÆRA CHRISTI VULGARIS.

51 *Ita vocamus Æram, qua etiamnum ſluit, & ad initium cujus aptantur paſſim a Chronologis aliarum quarumvis Ærarum numeri. Et ha quidem, qua ab Epocha paſſim notiori fluunt, haud ita magnam habent, ut reducantur, difficultatem: difficilius ordinatur Æra annorum a Mundi creatione: hanc tamen & illas, nisi ex uſu, nunc recepto aſtimantur, ſic percurre, ut anno 1. Æra vulgaris habeatur.*

Annus Æræ Conſtantinopolitanæ *a condito, ut putant, orbe* 5509
Annus Periodi Julianæ, *a Scaligero inventa.* 4714
Annus Urbis Romæ *condita, e computu Varronis,* 754
Annus Olympiadis, CXCV 5
Annus Julianus, *in hac quaſtione ab aliquibus adhiberi ſolitus, cœptus a quarto Conſulatu Julii Cæſaris Dictatoris.* 46
Annus Æræ Hiſpanicæ 39
Imperii Auguſti Cæſaris 44
Regnorum Archelai, Herodis Antipæ & Philippi 5

Ab his annis initio Æra ſic numeratis facile eſt & procedendo deſcendere uſque ad hunc noſtrum annum Chriſtiana Æra 1675. & retrocedendo aſcendere; ſluebat cum initio dicta Æra

Annus Ær. vul. | Æt. Ch.

Ætatis Chriſti *annus ſextus, quo & aliis tribus ſequentibus Conſules erant.*
C. Julius Cæſar nepos Auguſti,
1 | 6 L. Æmilius Paulus.

P. Vinicius Nepos,
2 | 7 P. Alfenius Varus.

L. Ælius Lamia,
3 | 8 M. Servilius Gemma.

Sex. Ælius Catus,
4 | 9 C. Sentius Saturninus 55.
Cajus Cæſar ab Auguſto ex Syria evocatus, in Lycia moritur, Corpus Romam revexit Quirinus. Tiberius cum Germanico & Agrippa adoptatur.
5 | 10 L. Valerius Meſſalla,
C. Cornelius Cinna.

Æmilius Lepidus,
6 | 11 Aruntius Nepos.
Archelaus dictis Conſulibus *lib.* 55. & anno principatus decimo *ſecundum Joſephum cap. ultimo lib.* 17. a fratribus accuſatus, trans Alpes relegatus eſt, *& Judæa, qua illi parebat, in provincia formam redacta eſt. Tunc in Syriam miſſus eſt* Quirinus *ſeu Cyrinus* Præſes, *ut jura populis redderet, ac bonorum cenſum inſtitueret. Et hæc eſt deſcriptio a Joſepho lib.* 18. *cap.* 1. *indicata: reſpectu cujus,* deſcriptio, *ob quam SS. Joſephus & Deipara Bethlehemum abierunt, a Luca Evangeliſta appellatur* prima, *& ab aliquibus* prior hac *cenſetur.*

Archelao pulſo Cyrinus cenſum egit.

Q. Metellus Creticus,
7 | 12 L. Licinius Nerva.
Chriſtus, relegato jam Archelao, & ceſſante metu, qui Joſephum & Mariam coegerat in Galilæam ſecedere, aſcendit Hieroſolymam, & inventus eſt in templo, ſedens in medio Doctorum, audiens & interrogens eos: & reverſus cum parentibus Nazarethum, erat ſubditus illis. Luca 2.

Annus Ær. vul. | Æt. Ch.

Chriſtus invenitur inter Doctores.

M. Furius Camillus,
Sex. Nonius Quintilianus. 8 | 13

P. Sulpitius Camerinus,
C. Poppæus Sabinus. 9 | 14

52 *Tiberius Cæſar bellum Dalmaticum confecerat, ſed intra quinque dies hujus belli conſummati nuntiatum eſt de clade in Germania accepta: in qua Quintilius Varus, nuper, cum Herodes moreretur, Præſes Syriæ, jam Germaniæ Præfectus, cum tribus legionibus ab Arminio Germanorum Duce circumventus & oppreſſus eſt. Hinc Tiberius Cæſar de ſua victoria triumphum agere non potuit, ſed cum novo exercitu ad Rhenum profectus, limites Imperii Romani firmavit. Ita Dio & alii.*

Varo caſo Tiberius tuetur limites.

P. Cornelius Dolabella,
C. Junius Silanus. 10 | 15
Tiberius Cæſar, ob rem Romani Imperii contra Germanos praclare geſtam, teſte Paterculo perpetuus Romani Imperii Patronus *habitus.*
M. Æmilius Lepidus,
T. Statilius Taurus. 5 | 11 | 16
Lege per Conſules lata, provincias cum Auguſto communiter adminiſtravit Tiberius, *teſte Suetonio, & ut Tacitus loquitur,* filius & collega imperii: & a Germania in Urbem poſt biennium ingreſſus, triumphum quem diſtulerat egit. Dedicavit & Concordiæ ædem, item Pollucis & Caſtoris ſuo fratriſque nomine de manubiis. *Quæ fere eadem cum indicatis Conſulibus referuntur apud Dionem lib.* 56. *Apud Paterculum vero qui aderat, cap.* 121. *iſta leguntur:* Eadem & virtus & fortuna ſubſequenti tempore ingreſſa animum Imperatoris Tiberii fuit, quæ initio fuit: qui concuſſis hoſtium viribus, claſſicis pedeſtribuſque expeditionibus, cum res Galliarum maximæ molis accenſaſque plebis Viennenſium diſſenſiones, coercitatione magis quam pœna, molliſſet; & Senatus populuſque Romanus, poſtulante patre ejus, ut æquum ei jus in omnibus provinciis exercitibuſque eſſet (etenim abſurdum erat non eſſe ſub illo, quæ ab illo vindicabantur; & qui ad opem ferendam erat primus, ad vindicandum honorem non judicari parem) in Urbem reverſus, jam pridem debitum, ſed vindicatione hoſtium delatum, ex Pannoniis Dalmatiiſque egit triumphum. *Hæc ibi. Ab hoc ergo anno ſaltem labente, ſive ad aliquos menſes progreſſo, principium Imperii Tiberii Cæſaris, nondum Auguſti, ſed ſimul cum Auguſto regnantis, ſumendum eſt: cujus annum* 15. *ab Evangeliſta Luca cap.* 3. *prædicatione Joannis Baptiſtæ & baptiſmo Chriſti celebrem, infra refemus. De hac prima Tiberii Imperii epocha conſulendi Capellus indicato cap.* 5. *Herwartus cap.* 248. *& Bucherius lib.* 3. *Belgii Romani cap.* 3.

Incipit etiam Imperii cum Auguſto adminiſtratio.

Germanicus Cæſar,
C. Fonteius Capito. 12 | 17 | 2

C. Silius Nepos,
L. Munatius Plancus. 13 | 18 | 3

Sex. Pompejus,
Sex. Apulejus. 14 | 19 | 4

53 *An-*

ANNUS Commun. an.ſac. | Tiber. Imper. *ſolus imperat a die 19. Aug. mortuo Auguſto.* | *ſolius* | *cum Auguſto* | *Ætatis Chr.* | *Æra vulg.*

1 4 19 14 13 *Auguſtus in Campaniam profectus Nolæ, die 19. Auguſti, vita & Imperio functus eſt: cui tunc ex integro ſubrogatus Tiberius, Imperium ſolus adminiſtravit. Et hinc ducitur initium annorum, ſecundum quos traditur* Chriſtus *ab antiquis Patribus & ſcriptoribus* mortuus anno 15. Tiberii Auguſti, Geminis Conſulibus, *ſic ut hujus ſecundæ Æra Tiberianæ annos oporteat auſpicari a die 19. Auguſti, & ideo ſingulos eorum, ut bifariam dividendos, duplici notabimus numero.*

1
2 5 20 15 Druſus Cæſar fil. Tiberii,
C. Norbanus Flaccus.

2
3 6 21 16 T. Statilius Siſenna Taurus,
L. Scribonius Libo.

3 7 22 17 C. Cælius Rufus,
4 L. Pompejus Flaccus.

4 8 23 18 Tiberius Auguſtus III.
5 Germanicus Cæſar II.

5 9 24 19 M. Junius Silanus,
6 L. Norbanus Balbus Flaccus.

6 10 25 20 M. Valerius Meſſala,
7 M. Aurelius Cotta.

7 11 26 21 Tiberius Auguſtus IV.
8 Druſus Cæſar fil. Tiberii II.

Chriſtus proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Luc. 2.

Quirinus ſeu Cyrinus, in Evangelio memoratus, mortuus eſt: cujus ſordidam & præpotentem ſenectam *deſcribit Tacitus lib. 4. Annalium.*

8
9 12 27 22 C. Sulpitius Galba,
D. Haterius Agrippa.

9 13 28 23 C. Aſinius Apollo,
10 C. Antiſtius Vetus.

10 14 29 24 S. Cornelius Cethegus,
11 L. Vitellius Varro.

11 15 30 25 C. Lentulus Iſauricus,
12 M. Aſinius Agrippa.

14 *Pontius Pilatus ſuccedit Grato Valerio Præſes Judææ. Agebant in Principatu ſuo annum 29. Herodes Antipas, Tetrarcha Galilææ (cujus poſtea juſſu S. Joannes Baptiſta capite plexus & Chriſtus illuſus) & Philippus frater ejus, Tetrarcha Ituræa & Trachonitidis regionis; cum Lyſania, Abilinæ Tetrarcha. Factum eſt autem verbum Domini ſuper Joannem Zachariæ filium, prædicantem baptiſmum pœnitentiæ &c. Luc. 3. qui eſt hic Tiberii annus 15. at Tertulliano XII.*

12 16 31 26 Cn. Cornel. Lentulus Getulicus,
13 C. Calviſius Sabinus.

Chriſtus baptizatur a Joanne 6. Januarii, Dominica die, annorum ætatis quaſi triginta, id eſt, triginta & dierum tredecim. De particula quaſi, Græcis ὡσεὶ, id eſt circiter, infra latius agimus. Poſt jejunium autem quadraginta dierum incepit ſe impendere prædicationi.

13 17 32 27 M. Licinius Craſſus,
14 L. Calpurnius Piſo.

Secundus annus prædicationis Chriſti.

14
15 18 33 28 Ap. Junius Silanus,
P. Silius Nerva.

Tertius annus Prædicationis Chriſti.

15
16 19 34 29 C. Rubellius Geminus,
C. Fufius Geminus.

Lazarus a Chriſto ſuſcitatur. Ingreditur Hieroſolymam, Dominica Palmarum 20. Martii. Ultimam cum diſcipulis cœnam ſumit. feria quinta 24. Martii, & die 14. menſis Niſan. At die 25. Martii, feria ſexta in Paraſceve primæ die azymorum, natus annos triginta tres & menſes tres, pro redemptione generis humani in Cruce mortuus eſt; die autem 27. victor a mortuis reſurrexit. Eodem anno S. Jacobus, frater Domini, ordinatus eſt Epiſcopus Hieroſolymitanus & S. Stephanus lapidatur. (Tiber. Imper. | Commun. An.ſac. 1 *a Paſſione*)

C. Caſſius Longinus, 16 20 2 30
M. Vinitius Quartinus. 17

Facta perſecutione diſperſi ſunt Chriſtiani. S. Paulus convertitur. Sejano Romæ ſtatua ponuntur.

Tiberius Auguſtus V, 17 21 3 31
Ælius Sejanus. 18

Tiberius Imp. Chriſtum inter Deos honorandum proponit. Impedit cum Senatu Sejanus Conſul, qui interficitur. Res infra explicatur.

C. Domitius Ahenobarbus, 18 22 4 32
A. Vitellius Nepos, *eique ſuffectus* 19
Furius Camillus Scribonius.

Ser. Sulpitius Galba, 19 23 5 33
L. Cornelius Sulla. 20

S. Paulus venit Hieroſolymam videre Petrum. Deinde hic Cathedram collocat Antiochiæ.

Paulus Fabius Priſcus, 20 24 6 34
L. Vitellius Nepos: 21

15 Philippus, Herodis Antipæ frater, diem ſuum obiit, *anno Tiberii Principatus vigeſimo,* cum *ipſe* præfuiſſet triginta ſeptem annis Trachonitidi & Gaulanitidi ac Bataneæ, vir perpetuo modeſtus, & amator quietis & otii. *Ita Joſephus lib. 18. Antiquit. cap. 6. numerando ſcilicet annos Præfecturæ ab obitu patris Herodis Aſcalonitæ, mortui in Paſchate anno quarto ante Æram vulgarem. Hinc dicto anno Æræ labentis 34. in Paſchate, elapſi erant dicti anni* triginta ſeptem (*in textu Græco* ἰαυτὸς τριάκοντα) *& fluebat adhuc annus Tiberii viceſimus uſque ad diem 19. Auguſti: qui Tiberius ditionem ejus attribuit provinciæ Syriæ.*

C. Ceſtius Camerinus, 21 25 7 35
M. Servilius Rufus. 22

Herodes Antipas eſt devictus in bello ab Areta Rege, cujus filiam in uxorem ſumptam repudiarat, ut Herodiadem duceret. Joſephus *cap. 7.*

Q. Plautius Plautianus, 22 26 8 36
Q. Papinius Gallienus. 23
Cn. Aceronius Proculus, 23 27 9 37
C. Pontius Nigrinus.

Moritur Tiberius Imper. 25. Martii; cum a morte Auguſti regnaſſet annos 22. menſes 6. dies 28. Clemens Alexandrinus tribuit illi annos viginti ſex, menſes ſex & dies viginti novem. *Conſule lib. 1. Stromatum: ſed hi anni computantur a tempore, quo ſimul cum Auguſto imperavit, ſcilicet ab anno Æræ vulgaris 12. ut etiam S. Lucas ejus annos computavit. Tiberio ſucceſſit Cajus Caligula, filius Germanici. Hic Herodem Agrippam, filium Ariſtobuli, captivum Romæ, liberavit; donavit illi Tetrarchiam, quæ fuerat Philippi; adjecitque Tetrarchiam Lyſaniæ; & impoſito capiti ejus diademate, Regem creavit. Joſephus hiſtoricus naſcitur.* CALIGULÆ 1

M. Aquilius Julianus, 2
P. Nonius Aſprenas.

Herodes Antipas eſt ſpoliatus Tetrarchia Galilææ, & cum Herodiade miſſus Lugdunum in exi-

ANNUS CHRIST. ÆR JAT		CALIGULÆ	
			exilium: ipſa autem Tetrarchia ejus donata eſt Herodi Agrippæ. Joſephus cap. 9.
39	11	3	Cajus Caligula Cæſar II. L. Apronius.
			Pontius Pilatus in multas incidens calamitates, propria ſe manu interfecit. S. Hieronymus in Chronico.
			C. Caligula Cæſar III. L. Gelius Poplicola.
		CLAUDII	*Diviſio Apoſtolorum cenſetur facta, & a S. Petro Cathedra Romæ collocata. Quidni & S. Jacobus frater Joannis cenſeatur in Hiſpaniam miſſus? Res infra explicatur.*
40	12	1	C. Caligula Cæſar IV. Cn. Sentius Saturninus.

AUCT. G. H.

16 *Caligula, 24. Januarii occiſo, ſuccedit Claudius patruus ejus. Ab eo donata Herodi Agrippæ Judæa & Samaria. Joſephus lib. 19. cap. 4. Reverſi ſancti Petrus & Jacobus anno 43. Hieroſolymam; ubi ſanctus Jacobus occiſus, & S. Petrus ab Angelo e carcere liberatus. Hic poſtea cum S. Paulo Romæ occubuit ſub Nerone annis poſt Chriſti paſſionem elapſis 37., & Hieroſolyma exciſa eſt anno Æræ vulgaris 70. a Chriſto paſſo 42., ut paſſim Patres tradunt. Omnia infra explicantur. Solenne namque fuit antiquis ſcriptoribus calculos annorum ſupputare a* Chriſti Paſſione aut Reſurrectione, *aut etiam, quod id coincideret,* a Conſulatu duorum Geminorum. *Ita Severus Sulpitius a tempore* Domini Crucifixi & Conſulatu Geminorum uſque ad Conſulatum Stiliconis, *ſive annum 400., enumerat* annos 372. *& noſtram Chronotaxim confirmat. Similiter in antiqua ſupputatione (quam Cambdenus, repertam in nonnullis Ninii exemplaribus, edidit ante Britanniam a ſe illuſtratam in Apparatu de Anglo-Saxonibus) numerantur* anni a duobus Geminis Fuſio & Rebellio uſque ad Stiliconem, *& ſic deinceps uſque ad Anglo-Saxonum adventum in Britanniam. Eodem modo a S. Gregorio Turonenſi, ad calcem Hiſtoriæ Francorum, numerantur* anni a tranſitu maris Rubri uſque ad Reſurrectionem Domini, & a Reſurrectione Domini uſque ad tranſitum S. Martini. *Apud Caniſium tomo 2. Antiquarum Lectionum, Anonymus auctor Chronici, ab Exordio mundi ad 13. Alexandri Imperatoris deducti lib. 1 cap. 17.* A Paſſione Chriſti, *inquit,* uſque ad hunc annum, qui eſt 13. Alexandri, anni 206. *quot ſcilicet a Conſulatu duorum Geminorum ad annum 13. Alexandri fluxerunt.*

Anni a Paſſione ſeu Aſcenſione Chriſti & Conſulatu Geminorum ab antiquis ſtatione ducti.

EXERCITATIO III.

Dicta ſententia confirmatur a rebus poſt Chriſti paſſionem geſtis.

17 V*ides benevole Lector*, uſitatiorem traditionem (*ut loquitur Proſper Aquitanus*) haberi, Dominum noſtrum, decimo quinto anno Tiberii Cæſaris, duobus Geminis Conſulibus, crucifixum; *quod, indicata duplici epocha Tiberii, oſtendimus optime cum ſacra Scriptura convenire. Hunc eumdem decimum quintum Tiberii annum ſimeliſerumque indicat S. Hieronymus, explicans caput 9. Danielis Prophetæ de ſeptuaginta annorum hebdomadis; ubi in quæſtione difficili antiquiorum Scriptorum ſententias profert, at primo Julium Africanum, qui ſeptuaginta* hebdomadas Danielis *finit* ad annum quintum decimum Tiberii Cæſaris, quando paſſum eſſe Chriſtum, & compleri hebdomodas ſeptuaginta, juxta lunarem Hebræorum ſupputationem, *aſſeret. Alter auctor a*

Anno 15. Tiberii paſſum Chriſtum.

confirmat apud S. Hieronymum

Julius Africanus,

S. Hieronymo citatus Tertullianus, contra Judæos ita ſcribens: Imperii Tiberii decimo quinto anno patitur Chriſtus, annos habens quaſi triginta tres cum pateretur. *Eoſdem annos & menſes tres Chriſtum natum fuiſſe, cum pateretur nos quoque diximus. Simili modo Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum,* annum decimum quintum Imperii Tiberii cum tempore quo paſſus eſt Chriſtus *componit. Et hi tres intra ducentos annos poſt paſſionem Chriſti vixerunt. Jungatur illis Firmianus Lactantius, qui ſub Conſtantino Magno floruit, Criſpi Cæſaris filii ejus conſtitutus Magiſter. Hic lib. 4. de Vera ſapientia cap. 10.* Sub Herode, *inquit,* Judæorum Tetrarcha, anno decimo quinto Imperii Tiberii Cæſaris, Judæi Chriſtum cruci affixerunt. *Idem capite 14.* Zacharias, *inquit,* adolevit Darii & Alexandri ætate, annis quingentis ante annum decimum quintum Imperii Tiberii Cæſaris, quo Chriſtus crucifixus eſt. *Hæc ibi.*

& Tertullianus,

item Clemens Alexandrinus,

& Lactantius,

18 *Sed progrediamur ad res illuſtriores, geſtas poſt Chriſti paſſionem. Occurrit primo, quod Tiberius Imperator voluerit Chriſtum inter Deos honorari, ſed ab Ælio Sejano ac reliquo Senatu impeditus, ipſum Sejanum cum variis Patriciis interfecerit jam tum Conſulem anno 31. cum poſt Geminos Conſules laberetur ſecundus annus. Totam hiſtoriam præclare deſcribit Paulus Oroſius adverſus Paganos, præfixa ad S. Auguſtinum præfatione; & libro 7. capite 4. iſta habet.* Poſtquam paſſus eſt Dominus Chriſtus atque a mortuis reſurrexit, & diſcipulos ſuos ad prædicandum dimiſit; Pilatus Præſes Palæſtinæ provinciæ ad Tiberium Imperatorem atque ad Senatum retulit de paſſione & reſurrectione Chriſti conſequentibuſque virtutibus, quæ vel per ipſum palam factæ fuerant, vel per diſcipulos ipſius in nomine ejus fiebant; & de eo quod certatim, creſcente plurimorum fide, Deus crederetur. Tiberius cum ſuffragio magni favoris retulit ad Senatum, ut Chriſtus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, cur non ſibi prius ſecundum morem delatum eſſet, ut de ſuſcipiendo cultu prius ipſa decerneret, conſecrationem Chriſti recuſavit; edictoque conſtituit exterminandos eſſe Urbe Chriſtianos, præcipue cum & Sejanus, Præfectus Tiberii, ſuſcipiendæ religioni obſtinatiſſime contradiceret. Tiberius tamen edicto accuſatoribus Chriſtianorum mortem comminatus eſt ...., plurimos Senatorum proſcripſit, & ad mortem coegit. Viginti ſibi Patricios viros conſilii cauſa elegerat, horum vix duos incolumes reliquit, ceteros diverſis cauſis necavit: Sejanum Præfectum ſuum, res novas molientem, interfecit. *Hæc Oroſius, quibus conſonant, quæ Tertullianus ſcribit in Apologetico adverſus Gentes cap. 5.* Tiberius, *inquit,* cujus tempore nomen Chriſtianum in ſeculum introivit, annuntiatum ſibi ex Syria Palæſtina Chriſtum, quod illic veritatem illius divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativa ſuffragii ſui: Senatus, quia non in ſe probaverat, reſpuit: Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum. *Hæc ibi, ad quæ annotat Pamelius,* eamdem hiſtoriam legi apud Euſebium, lib. 2. cap. 2. Nicephorum, Oroſium, Cedrenum, poſteriores denique hiſtoricos omnes: quibus fidem non adhibere tam probatis ſcriptoribus, vanum foret. *Euſebius ſcribit a Pilato indicatam* Chriſti reſurrectionem, miracula, eumque Deum haberi. *His poſitis, traditur Sejanus ſuſcipiendæ religioni Chriſti obſtinatiſſime contradixiſſe. Porro veritus Tiberius ne Sejanus ad ipſum Imperium aſpiraret, curavit illum per Senatum condemnari, & Conſulem eam magna ignominia occidi die 18. Octobris anni 31. cum pluribus, ut apparet, menſibus ante impediviſſet conſecra-*

Tiberius Imp. Chriſtum inter Deos honorandum proponit

ob miracula in nomine ejus facta,

cum jam Romæ haberentur Chriſtiani,

eoſque impedire obtenderet Sejanus Conſul,

poſt paſſionem Chriſti anno 2.

tionem Chriſti a Cæſare propoſitam, & conſtituiſſet Chriſtianos Urbe propelli; quibus omnibus ut ſpatium temporis juſtum detur, & converſi ab Apoſtolis Judæi aliqui e Syria Romam venerint; ſecundum poſt Aſcenſionem Chriſti decurri annum arbitramur; & ex anno dictæ cædis confirmamus, duobus Geminis paſſum eſſe Chriſtum: de anno autem illo, conſtare poteſt ex Cornelio Tacito, Dione Caſſio aliiſque paſſim, narrantibus potentiſſimi hominis ſubitam everſionem.

19 *Interim vero dum Romæ Tiberius Imperator addictus eſſet Chriſto Domino & Chriſtianis, eiſdem in Palæſtina maxime oberant Judæi; a quibus comprehenſus Stephanus, cum diceret, ſe Jeſum a dextris Dei ſtantem videre, lapidibus obrutus obdormivit in Domino Protomartyr. Hujus morte in Actis Apoſtolorum relata additur cap.* 8. Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia quæ erat Hieroſolymis: & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ, & Samariæ præter Apoſtolos. *Hæc ibi: ob quæ verba Baronius ad calcem anni 34. movet quæſtionem*, cur Apoſtolis, quorum cauſa turbæ omnes a Judæis fuerant concitatæ, Hieroſolymis manere conceſſum fuerit: *& apte reſpondet*, id non niſi miraculo & illius tantum virtuti tribuendum, qui ſtatuit mare quaſi in utre, & poſuit terminos ejus arenam exiguam. Opus, inquam, Chriſti Salvatoris, qui Apoſtolis dedit implere quod juſſerat, ut inter infenſiſſimos hoſtes ad duodecim annos, quemadmodum habet Apollonii traditio, verſarentur. *Hæc pluribus Baronius. Apollonius iſte Urbis Romanæ Senator fuit, ſub Commodo Imperatore circa annum Chriſti 185. martyrium paſſus, cujus Acta damus die 18. Aprilis. De hoc Euſebius, l. 5. hiſt. Eccl. c. 18. narrat quomodo Cataphrygas confutaverit, & enumeratis iis quorum mentionem fecit, ſub finem iſta habet*: Meminit Thraſeæ, qui circa hæc tempora Martyr fuit. Ad hæc, tamquam ex veterum traditione, refert: Dominum Apoſtolis ſuis præcepiſſe, ne intra duodecim annos Hieroſolymis diſcederent, *id eſt, ne ultra Syriam & vicinas ditiones abirent. Quæ ultima ſunt verba ipſius Apollonii, non S. Thraſeæ Martyris, ut aliqui cenſent. Colitur S. Thraſeas 5. Octobris. Celebratur autem Diviſio Apoſtolorum in pluribus Eccleſiis, & variis Martyrologiis inſcribitur ad diem 15. Julii. Apoſtoli namque ante in Syria & aliis vicinis Palæſtinæ ditionibus Evangelium Chriſti annuntiarant; & tunc peregre illis per orbem diſperſis in omnem terram exivit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. Facta porro eſt diviſio Apoſtolorum anno Æræ vulgatæ quadrageſimo, cum laberetur tunc poſt Aſcenſionem Chriſti annus duodecimus, quod jam ſtatutæ chronologiæ magnam addit confirmationem.*

Diviſio Apoſtolorum anno 12. a Chriſti paſſione.

Facta an. 40.

20 *Diſceſſit tunc S. Petrus Apoſtolorum Princeps ad Principem orbis urbem Romanam, ibique primam Eccleſiæ univerſæ Cathedram collocavit: in qua teſtimonio omnium, ut infra ad ejus elogium dicetur, ſedit annos quinque & viginti, ſcilicet uſque ad annum 65. quo eum martyrio coronatum infra demonſtramus. Tunc etiam S. Jacobus Apoſtolus, filius Zebedæi & frater Joannis Evangeliſtæ, potuit diſceſſiſſe in Hiſpanias, ut communis Hiſpanorum traditio habet; ac potuit tam ipſe quam S. Petrus, ob occurrentes cauſas circa annum 43. reverſus fuiſſe Hieroſolymam, quando Herodes Agrippa, ut affligeret quoſdam de Eccleſia, occidit Jacobum fratrem Joannis gladio: videns autem quia placeret Judæis, apprehendit & Petrum volens poſt Paſcha producere populo. Hæc anno 43. contigiſſe infra in elogio S. Petri probamus, cumque ſic potuerit S. Jacobus ad tertium uſque annum in Hiſpaniis ſubſtitiſſe, fit ut etiam in hac parte, quæ aliis tam difficulter probatur, non laboremus. Alter Jacobus Alphæi filius ex duodenario Apoſtolorum numero, ab illis in dicta Diviſione ſejunctus, Gazæ, Eleutheropoli, Oſtracinæ, & in vicinis Ægypti, Arabiæ, ac Palæſtinæ locis, imo & in Perſide, Evangelium Chriſti annuntiavit, ac tandem cruci affixus Oſtracinæ Martyr occubuit. Verum quia tam hujus quam aliorum Apoſtolorum tempus martyrii non fuit a ſcriptoribus cum anno Paſſionis collatum, non poteſt inde ſtatutæ chronotaxis confirmari vel infirmari. Tertius autem Jacobus, filius Cleophæ & Mariæ, frater Domini, & ſicut Paulus ita & ipſe Apoſtolus appellatus, a duodecim die 27. Decembris ordinatus eſt Epiſcopus Hieroſolymitanus, labente anno Æræ vulgaris 29. duobus Geminis Conſulibus, quo fuerat Chriſtus in cruce paſſus 25. Martii: ad quem diem martyrium ejus celebratur in pervetuſtis Martyrologii Hieronymiani apographis, item apud Rabanum, Notkerum, & in quamplurimis antiquis variarum Eccleſiarum Faſtis ſacris. S. Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſuum de eo Elogium, ita concludit.* Triginta annos Hieroſolymis rexit Eccleſiam, id eſt uſque ad ſeptimum Neronis annum. *Aptiſſime ſecundum noſtram chronotaxim. Nam annus 7. Neronis, phraſi Romanorum a Januario annos incipientium uſitatiſſima convenit in annum Æræ vulgaris ſexageſimum; dum primus Neronis, licet non integre regnarit, cum anno 54. abſolvitur: S. Jacobus autem anno 59. die 17. Decembris annos Sedis explevit triginta, & ſuperfuerunt circiter tres menſes uſque ad Paſcha ſequentis anni ſexageſimi, quo Hieroſolymis e pinnaculo templi dejectus, fullonis ligno percuſſus, martyrium complevit. Reliqua de utroque, Jacobo Alphæi, & Jacobo Cleophæ filio paravimus edenda ad Kal. Maii. Poſſunt interim a curioſis hujus quæſtionis indagatoribus legi laudatio S. Jacobi Alphæi Apoſtoli auctore Niceta Paphlagone, & Commentarius rerum geſtarum S. Jacobi fratris Domini per Simeonem Metaphraſtem, qui uterque tractatus exstant apud Franciſcum de Combefis tom. 6. Bibliothecæ Patrum concionatoriæ ad Kal. Maii.*

Cathedra S. Petri Romæ, ad 25 annos.

Diſceſſit in Hiſpaniam S. Jacobus Zebedæi.

an. 43. occiſus Hieroſolymis.

S. Jacobus Alphæi occiſus Oſtracinæ.

AUCT. G. H.

S. Jacobus Cleophæ frater Domini Epiſcopus Hieroſolymis.

occiſus an. 60.

21 *Plura etiam ſunt in Actis SS. Petri & Pauli, quæ chronotaxin de Paſſione Chriſti, duobus Geminis Conſulibus peracta, confirmant: quæ infra in elogio S. Petri proferuntur: in primis Synodus Hieroſolymitana habita anno Chriſti 47. a converſione S. Pauli (quæ contigit proximo poſt paſſionem Chriſti) anno 17. & biennio antequam Roma pellerentur Judæi. Sed vel maxime elucet veritas dictæ chronotaxis, dum SS. Petrus & Paulus traduntur occiſi poſt Paſſionem Chriſti elapſis annis 36. quia illorum martyrium contigit Conſulibus Nerva & Veſtino, anno Æræ Chriſtianæ 65. præſente tunc Romæ Nerone Imperatore; qui anno ſequenti diſceſſit in Græciam, nec reverſus eſt Romam niſi aliquot ante mortem menſibus, & inde fugiens ſeipſum 9. Junii interfecit, cum necdum 14. Imperii annum abſolviſſet. Atque hæc de S. Petro Apoſtolo, primo Pontifice Romano: quem iſtis Conſulibus obiiſſe confirmant, quotquot in Sede ſua habuit ſucceſſores, & maxime proximi, Linus, Clemens, Cletus, Anacletus, Evariſtus, Alexander, & alii: proindeque ſtabiliunt prælaudatam ſententiam de Chriſto in cruce paſſo, duobus Geminis Conſulibus anno Æræ vulgaris 29. Ad ſingulorum autem elogia confirmatur temporum ipſis aſſignatorum ratio ex veterrimis Eccleſiæ Romanæ monumentis: puta ex Catalogis, Vitis & Geſtis Summorum Pontificum, manu exaratis & prælo cuſis, ex pervetuſtis generis utriuſque Martyrologiis & Breviariis variarum Eccleſiarum & Actis Sanctorum. Porro arbitramur in iis omnibus quæ ad Romanos Pontifices pertinent*, fidem majorem adhibendam Romanæ Eccleſiæ alumnis quam ceteris, *uti monet ad 26. Aprilis Baronius, contra Euſebium, qui Cletum & Marcellum Pontifices omiſit, aut certe ab Anacleto & Marcellino non diſtinxit.*

Synodus Hieroſolymis habita anno 47.

SS. Petrus & Paulus occiſi an. 65

22 *Excidium urbis Hieroſolymitanæ contigit anno ſecundo Imperii Veſpaſiani & ſeptuageſimo Æræ Chriſtianæ,*

Hieroſolyma everſa an. 70.

fuge

AUCT. G. H. *fuga autem atque diſperſio Judæorum facta eſt in Sabbato die octava Septembris; de quo excidio hiſce Exercitationibus addimus, obſervari a Dionyſio Petavio l. 12. de Doctrina temporum c. 12. quod* Clemens Alexandrinus, Origenes & alii quidam ex antiquis, Hieroſolymitanæ urbis excidium collocent anno quadrageſimo ſecundo a Paſſione Chriſti, nimirum quod anno Tiberii XV. *ſecundum poſteriorem hujus Æram*, Geminis duobus Conſulibus paſſum eſſe putent Dominum. *Inter alios antiquos eſt S. Hieronymus in Sophonia c. 1. v. 17. Verba Origenis contra Celſum l. 9. ſunt iſta:* τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη ϗ δύο, οἶμαι, ἀφ' ὃ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, γεγονέναι, ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν. Nam quadraginta duo anni, ut reor, interceſſerunt inter Jeſu Chriſti crucem, & everſionem Hieroſolymorum. *Et hæc ſufficiunt, ut oſtendatur dicta ſententia optime cohærere cum tota ſerie vitæ Chriſti & rebus poſt ejus paſſionem peractis. Advertat porro lector, nullam aliorum ſententiam a nobis data opera refutari, ſed ſolum nos propoſuiſſe conſenſum antiquiorum Patrum & hujus primævi Pontificii Catalogi; quantamque is habeat commoditatem ad Evangelicam hiſtoriam univerſam abſque ulla violenta torſione explicandam. Suam cuique opinionem relinquimus, quam ſi probabiliorem poſſint argumentando facere, libenter dimittemus diſputationes, & majoris certitudinis certioriſque veritatis lucem undecumque oblatam gratanter excipiemus: in cumque finem præcipuas aliorum opiniones paucis ſuggerimus, eb quas ab receptiſſima duorum Geminorum Conſulum, ſub quibus paſſus traditur Chriſtus nomenclatura receſſerint, primum Græci deinde etiam Latini.*

Serie Chriſtum paſſum tradunt Euſebius 3. annis. 23 *Euſebius Pamphilus in* annum Tiberii Cæſaris XV. *extendens, atque Epocham illius duplicem ſupra expoſitam diſcernens, & tres ſolidos annos Chriſti prædicationi tribuens, paſſionem ejus aſſignavit ad annum Tiberii* XVIII Conſulibus Perſico & Vitellio. *Verum Vitellio in Magiſtratu mortuo ſuffectus eſt* Furius Camillus Scribonius, *quem una cum* Cn. Domitio Ahenobarbo *Conſulatum geſſiſſe tradunt Tacitus & Dio Caſſius. At Euſebius unum annum in duos perperam dividens,* Ahenobarbum cum Apruntio *in annum ſequentem rejicit, eiſque ad tertium annum ſubdit* Galbam & Syllam, *quos Tacitus, Dio aliique indicant immediate ſucceſſiſſe* Cn. Domitio & Camillo Scriboniano: *unde apparet quam obſcuram horum temporum notitiam habuerit Euſebius.* Epiphanius 2. anni. *Alter e Græcis eſt S. Epiphanius qui hæreſi 51. c. 32. nulla habita ratione anni Tiberiani 15. annum ætatis Chriſti trigeſimum primum ſignavit* Conſulatu duorum Geminorum, *& annum ſequentem 32.* Conſulatu Rufi & Rubellionis, *eam magna inſcitia hos a duobus Geminis ſtatuens diverſos; & annum 35. (quo per dies 74. inchoato paſſum aſſerit Chriſtum 13 Kal. Aprilis) ſignavit* Conſulatu Vinicii & Longini Caſſii, *qui revera duos Geminos immediate ſunt ſecuti. Et ſic, Epiphanius attribuit Paſſioni Chriſti proximum poſt Conſulatum Geminorum annum, aut ex perverſo computo ſecundum, quem tertium ſtatuerat Euſebius.*

Poſt Æram vulgarem a Dionyſio Exiguo inſtitutam. 24 *Apud Latinos, uſque ad tempora Dionyſii Exigui Abbatis Romani, videtur ſenſus omnium fuiſſe, Chriſtum duobus Geminis Conſulibus paſſum. De hoc auctore, Beda lib. de Ratione temporum c. 45. iſta ſcribit.* Primo decemnovenalis circuli verſu, temporum ordo præfigitur: quem Græci calculatores a Diocletiani Principis annis obſervavere. Sed Dionyſius venerabilis Abbas Romanæ Urbis, & utriuſque linguæ, Græcæ videlicet & Latinæ, non ignobili præditus ſcientia, Paſchales ſcribens circulos, noluit eis, ſicut ipſe teſtatur, memoriam impii perſecutoris innectere, ſed magis elegit ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti annorum tempora prænotare: quatenus exordium ſpei noſtræ notius nobis exiſteret, & cauſa reparationis humanæ, id eſt paſſio Redemptoris noſtri, evidentius eluceret. *Ita Beda: qui epocham Dionyſianam relinquens, Æram Chriſtianam a Kal. Januarii anni ſequentis auſpicatur. Hos poſtmodum ceteri ſecuti ſunt, ſed diſſimiliter aliquantulum, alii ab Angelica Salutatione ſive Paſchate ipſam ſequente, alii ab ejuſdem in carne nati die primo, alii cum Beda ab octavo (ut qui idem eſſet anni Romani initium) alii a Paſchate nativitatem ſequenti exorſi annos numerare; donec tandem apud omnes prævaluit ultimis hiſce ſeculis modus is, qui omnium commodiſſimus erat; & fuiſſe Chriſti annos Romani anni initio a Kal. Januarii deſtinaturus Paulinus c. 6. l. 13. indicat,* præſidente Eugenio IV. Papa, *creato anno* 1431. adhortante Blondo Foroliviensi, Pontificii collegii a ſecretis Notario, in bullis atque reſcriptis Pontificalibus ſcribi primum cœpiſſe hanc annorum ſupputationem, atque a chronographis acceptam uſui ſuo accommodaſſe, *relicta viris eruditis libertate hujus rei veritatem ulterius indagandi. Hanc nos Æram vulgarem annorum Chriſti dicimus, licet aliquot ante illam annos Chriſtus, ut ſtatuatur.*

25 *Eodem cum dicto Dionyſio ſeculo vixit Caſſiodorus, qui in Chronico ad annum 510. deducto,* Tiberio Cæſare v... Conſulibus *iſta ſcribit;* His Conſulibus Dominus noſter Jeſus Chriſtus paſſus eſt, 8. Kalendas Aprilis, & defectio Solis facta eſt, qualis antea vel poſtea nunquam fuit. Caſſiodorus annali ſuo Chriſtum paſſum aſſerit. *Geſſerunt Conſulatum* Tiberius Cæſar V. *&* Ælius Sejanus *anno Æræ vulgaris 31. Idem his noviſſimis temporibus aſſeruerunt Deckerius, Petavius, Bucherius, Seneſchallus, aliique, ſed ſubductis aliter aſtronomicis calculis, pro* 8. Kalendas *Martii*, 10. *Kalendas ſalutiferæ Paſſioni deſtinarunt. Caſpinianus, mendum in Caſſiodoro ſuſpicatus, ad* Cn. Domitium & Camillum Scribonianum *a Caſſiodoro prætermiſſos Conſules confugit; atque his Conſulibus anno Æræ vulgaris 32. paſſum Chriſtum velut ex ipſius Caſſiodori mente ſtatuens, cum fecit eum Euſebio concordare: quem etiam annum aſſumpſit Cardinalis Baronius, & annum 34. ſtatuit, Æræ vulgaris: ſed ne perpetuo diſſentiret a communi chronologia, poſtmodum duos annos prætermiſit. Jacobus Grandamicus in Chronologia ſacra, & Philippus Labbe in Compendio Chronologico Hiſtoriæ ſacræ & profanæ, aſſerunt Chriſtum Incarnatum & natum* Conſulibus Cornelio Lentulo & Calpurnio Piſone: *& ſic annos Chriſti nati ab annis Æræ vulgaris non diſtinguunt, paſſumque addunt, cum Tertullianο (cujus ſententiam fuiſſe damnatam ſupra inſinuavimus) anno ætatis & Æræ vulgaris trigeſimo tertio, die 3. Aprilis,* Sulpicio Galba & Cornelio Sulla Conſulibus. *Favet plenilunium, in feriam ſextam conveniens.* Alii 3. anno. *Verum ſic triennio ante Chriſtum natum, ut ſupra oſtendimus, fuiſſet e vita ſublatus Herodes quod nullo modo dici poteſt: & tamen clara deductio rerum ab Herode geſtarum, apud Joſephum, Dionem, aliosque nullo modo permittit ejus interitum, initio communis Æræ propius admovere. Hæc omnia deducta eſſe eo fine ſupra diximus, ut Catalogo antiquo, quem pergimus explicare, debita conſiſtat auctoritas, relicta aliis libertate, ulterius rei veritatem inquirendi.*

PON.

AUCT. G. H.

PONTIFICES ROMANI.

I. S. PETRUS APOSTOLUS.

§. I. *Elogium ex Catalogo priore, a S. Damaſo ad S. Hieronymum miſſo.*

PEtrus annis viginti quinque, menſe uno, diebus novem. Fuit temporibus Tiberii Cæſaris, & Caji, & Tiberii Claudii, & Neronis; a Conſulatu Vinicii & Longini, uſque Nervæ & Veſtini. Paſſus autem cum Paulo die tertia Kalendas Julias, Conſulibus ſupradictis, imperante Nerone.

EXERCITATIO IV.

De tempore Sedis & præeminentia S. Petri, ab Aſcenſione Chriſti uſque ad diem martyrii.

Poſt Chriſti paſſionem & Aſcenſionem an. Æra vulgaris 29.

26 IN *Procemio hujus Catalogi relatum eſt*, paſſum fuiſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum duobus Geminis Conſulibus, 8. Kalendas Aprilis. *Cujus rei certitudo ſtabilita eſt exercitatione triplici jam propoſita: in qua diximus, ex principiis poſitis videri Chriſtum pro redemptione generis humani incarnatum, & in utero virgineo ſacratiſſima* Maria *conceptum eſſe* 25. *Martii, die autem Decembris pariter* 25. *natum*, D. Lælio Balbo & C. Antiſtite Vetere Conſulibus: *& conſequenter quinque integris annis Æram vulgarem prævenimus. Deinde quia Chriſtus annos triginta tres ac menſes tres in hac vita manſit, ſtatuimus cum antiquis Patribus, eumdem (ut jam diximus) duobus Geminis Conſulibus*, 25. *Martii, Feria ſexta in Paraſceve, in cruce mortuum fuiſſe, & die* 27. *ejuſdem Martii, Feria prima, jam Dominica dicta, reſurrexiſſe. Annus is eſt Æra vulgaris vigeſimus nonus. Tunc, ut dicitur in citato Procemio*, poſt aſcenſum Chriſti Beatiſſimus Petrus Epiſcopatum ſuſcepit, *ſed nulli certo loco adſtrictum: qualem quatuor annis adſcribit illi in Oriente codex* Ms. *Anaſtaſii Bibliothecarii inter libros Cardinalis Mazarini olim adſervatus: & ſignificatur ejus ſupra alios Apoſtolos præeminentia, & poteſtas a Chriſto collata, paſcendi ejus oves & agnos. Princeps ergo Apoſtolorum conſtitutus, apud alios peroravit de aliquo in locum Judæ proditoris ſufficiendo, & in duodecimum Apoſtolum eligendo: ubi præmiſſis precibus ſorte electus eſt Mathias. At poſt effuſum in die Pentecoſtes ſupra diſcipulos Spiritum ſanctum, habita publice concione convertit circiter tria millia: deinde claudum in porta templi ſpecioſa ſanavit, atque Ananiam & Saphiram morte punivit. Quo adhuc anno poſt ſeptem Diaconos electos* S. *Stephanus pro fide Chriſti* Protomartyr, *die* 26. *Decembris eſt lapidatus.*

S. Petrus Epiſcopatum ſuſcepit 4. annis in Oriente.

Conſules anni 30 ſcribuntur.

27 *Acceſſit annus Æra vulgaris triceſimus, quo Conſulatum geſſerant* C. Caſſius Longinus, & M. Vinicius Quartinus, *cui Conſulatui in citato Catalogo adſcribitur initium Epiſcopatus ſancti Petri, ob duplicem cauſam; ſcilicet ut, ob majorem erga Chriſtum reverentiam, totus duorum Geminorum Conſulatus illi etiam poſt aſcenſionem relinqueretur, licet adderetur Petrum tunc Epiſcopatum ſuſcepiſſe. Altera cauſa, neceſſario notanda, eſt, ut juxta modum procedendi, in priore parte hujus Catalogi ſemper obſervatum, ſicut ſupra monuimus, iidem Conſules numquam repetantur. Anno ergo Æra vulgaris trigeſimo, tum poſt magnam exortam perſecutionem diſperſi fuiſſent fideles; Saulus, deinde Paulus vocatus, qui devaſtabat Eccleſiam, Domini Chriſti in via Damaſcena apparentis increpatione converſus eſt. Qui poſt tres annos a ſua converſione, adeoque anno Æra vulgaris trigeſimo tertio*, venit Hieroſolymam videre Petrum, *ut ipſe Paulus in ſua ad Galatas epiſtola cap.* 1. *v.* 18. *teſtatur. Quo etiam anno, cum ex Anaſtaſio Bibliothecario de Vitis Pontificum, colligimus collocaviſſe Cathedram ſui Epiſcopatus in Antiochia, atque ibidem ſeptem annos ſediſſe: In cujus rei memoriam ſolennitas Cathedræ Antiochenæ quotannis celebratur* 22 *Februarii. Hos autem ſeptem Cathedræ hujus Antiochenæ annos non ita quis accipiat, ut in ea urbe ejuſve diœceſi permanſiſſe* Petrum *velit; ſed permittat ipſum eodem tempore varias regiones, Syriam potiſſimum, peragraſſe, & plurimos variis locis conſtituiſſe Epiſcopos, uti ad diem ejus natalem* 29. *Junii latius erit oſtendendum.*

An. 33. cum Paulo egit Hieroſolymis.

& Cathedram Antiochenam collocat.

28 *Elapſo ſeptennio Cathedræ Antiochenæ, ſubſtituto ibidem Sancto Evodio, primam Eccleſiæ Chriſtianæ Cathedram in Urbe Romana, Sede Imperatorum & orbis capite, collocavit, anno Æra vulgaris quadrageſimo: a quo anno inchoandi in Catalogo citato ſunt anni viginti quinque Sedis hujus. Et hi viginti quinque anni habentur in altero mox proferendo Catalogo, ut & in* Ms. Palatino, *ſed a nobis omiſſo, item in Pontificali Romano, & apud Anaſtaſium Bibliothecarium in manu exaratis & prælo cuſis codicibus, nec non apud Luitprandum, Abbonem & alios rerum Pontificiarum ſcriptores, ac tandem in Mſſ. geſtis Pontificum ad Martinum* v. *deductis. Hi autem anni viginti quinque deducuntur a dicto anno vulgaris Æra quadrageſimo, uſque ad ſexageſimum quintum*, & Conſulatum Nervæ & Veſtini, *quo etiam obiiſſe hunc primum Pontificem cum hoc Catalogo oſtendemus. Memoria Cathedræ Romanæ ſolenni quotannis cultu renovatur ad diem* 18. *Januarii: quam cum tenuit, non manſit aſſiduus Romæ aut in ejus diſtrictu, ſed totam ſibi ut ſupremo Pontifici ſubjectam Eccleſiam, per totum Romanum Imperium diſperſam, aſſumpſit curandam, ejuſque præcipuas regiones atque inter eas etiam Palæſtinam & potiſſimum Hieroſolymam ſubinde viſitavit. Interim Cajo Caligula Imperatore, qui anno* 37, *Tiberio ſucceſſerat, a Chærea & aliis conjuratis*, 9. *Kalend. Febr. anni* 41. *interempto, ſubrogatus eſt patruus ejus, Tiberius Claudius: qui Herodi Agrippæ, filio Ariſtobuli, regnum ampliavit,*

dein Romæ an. 40.

& ſedit 25 annis.

ſub Tiberio & Agrippa Herode

[margin: AUCT. M. G.]

addita Samaria & Judaa. Hic cum tertio anno Judaam obtineret, ab Angelo percuſſus interiit, anno 43. aut initio ſequentis.

29 *Hujus* Herodis & Claudii Imperatoris *tempore, ingens fames, ab Agabo Propheta prædicta, invaluit, anno vulgaris Æra 42. quando SS. Paulus & Barnabas ſtipem collectam portarunt Hieroſolymam. Qua re in* Actibus *Apoſtolorum cap. 12. relata, additur capite ſequenti, quomodo Herodes Agrippa ut affligeret quoſdam de Eccleſia, occiderit Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judais, apprehendit & Petrum, volens poſt Paſcha producere eum populo: ſed is Angelico eductus eſt auxilio. Quod arbitramur factum anno 43. At, prout cap. 15. in iiſdem Apoſtolorum Actibus narratur, orta Antiochia ſeditione, propter Judeos ad* Christum *converſos, qui volebant Gentes iiſdem converſas circumcidi; Paulus & Barnabas Hieroſolymam profecti ſunt; ubi facta conquiſitione, poſt audita SS. Petri & Jacobi ſuffragia, communi decreto ſtatuerunt, Gentes converſas non obligari lege Moyſis.*

[margin: Paulus Hieroſolymis ab Angelo liberatur;]

[margin: Iterum interfuit Synodo Hieroſolymitana]

30 *Tempus hujus Synodi optime poteſt colligi ex epiſtola S. Pauli ad Galatas, ubi primo, ut ſupra diximus, ſcripſit ſe* poſt annos tres, *ſcilicet a ſua converſione, veniſſe* Hieroſolymam videre Petrum, *anno ſcilicet Æra vulgaris* 33. Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendiſſe Hieroſolymam cum Barnaba, *ut cum Petro & aliis Apoſtolis de ſuborta diſſenſione ageret. Quod proinde contigit anno 47. & ſic, teſte S. Hieronymo in caput 2. Pauli ad Galatas, a prima hujus converſione, qua contigit anno Æra vulgaris 30. numerantur anni ſeptemdecim. Sentiunt quidam cum Baronio plures, illud Concilium habitum, cum Judai eſſent Roma pulſi: ſed ex ipſis Apoſtolorum* Actibus *& peregrinationibus Pauli interpoſitis, qua adhuc capite 15. & tribus ſequentibus narrantur, contrarium colligitur. Fuerunt autem teſte Oroſio lib. 7. c. 6. anno Claudii 9. Chriſti 49. expulſi per Claudium Roma Judai. Sed num ſimul expulſi fuerint Chriſtiani, dubitat Oroſius. Fueritne tunc Roma S. Petrus; & ſi fuit, manſeritne in Urbe; aut ſi diſceſſit, quonam verſus iter inſtituerit, plane latet. Paulus ſequenti anno Corinthi ſubſtitit.*

[margin: anno 47.]

[margin: biennio antea, quam Roma pelli inter Judaei,]

31 *Poſtmodum cum S. Petrus videret Roma Eccleſiam recte conſtitutam, velletque majori cum libertate alias quoque regiones lumine fidei illuſtrare; S. Linum, quem a morte habituit ſucceſſorem, conſtituit ſibi Vicarium ſive Chorepiſcopum. Tempus indicat idem antiquus Catalogus, infra in Lino proferendus, dum aſſignat Conſu-* latum Q. Voluſii Saturnini & P. Cornelii Scipionis, *qui illam dignitatem geſſerunt anno 56. Hujus Ordinationis meminerunt etiam Acta SS. Petri & Pauli ex Gracis tranſlata, & a Lipomano & Surio ad 29. Junii edita his verbis.* Cum Petrus non diu apud Romanos manſiſſet, & ſancto baptiſmate multos regeneraſſet, & Eccleſiam conſtituiſſet, & Linum Epiſcopum ordinaſſet, venit Tarracinam, in qua Epaphroditum Epiſcopum ordinavit. *Hac in dictis Actis, ex quibus ſolis S. Epaphroditus Terracinenſibus vindicatur, Martyrologio Romano ad diem 22. Martii inſcriptus. Indicantur deinde in iiſdem Actis varia S. Petri peregrinationes per Ægyptum, Africam, Hiſpaniam, Britanniam. Advertit autem Euſebius, lib. 2. Hiſtoria Eccleſiaſtica cap. 22.* Neronem, circa initia Imperii, clementius ſe geſſiſſe, & defenſionem pro fide noſtra benigne ſuſcepiſſe: *adeo ut tunc per totum Imperium videatur* Chriſtiana *religio ac vera fides fuiſſe late diffuſa & propagata.* S. *Dionyſius Epiſcopus Corinthiorum, cujus Acta illuſtramus ad diem 8. Aprilis, quique cum diſcipulis Apoſtolorum potuit vixiſſe, in ſua ad Romanos & S. Soterem Papam epiſtola aſſerit,* SS. Petrum & Paulum in urbem ſuam Corinthum ingreſſos, ſparſo Evangelicæ doctrinæ ſemine eos inſtituiſſe; & in Italiam ſimul profectos, eum Romanos ſimiliter inſtituiſſent, eodem tempore martyrium pertuliſſe.

[margin: S. Linum Vicarium ſtatuit anno 56.]

[margin: peregrinatur per varias regiones;]

[margin: Nerone ſub initium Imperii ...]

32 *Euſebius deinde loco paulo ante citato ſubjungit;* Cum Nero poſtea ad teterrima quæque facinora, prorupiſſet, Apoſtolos quoque cum cæteris ſævitiam ejus expertos. *Varia hujus perſecutionis cauſa proferuntur, quarum primaria fuit* Urbs Romana, Conſulibus C. Lecanio & M. Licinio, incenſa; ac videbatur *teſte Tacito lib. 15. Annalium,* Nero condendæ urbis novæ, & cognomento ſuo appellandæ, gloriam quærere, & ſic juſſum incendium credebatur. Ergo abolendo rumori ſubdidit reos, & quæſiſſimis pœnis affecit, quos, per flagitia inviſos, vulgus Chriſtianos appellabat. Pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent; aut crucibus affixi, aut flammandi in uſum nocturni luminis urerentur. *Hac aliaque Tacitus, Suetonio cap. 16. dicuntur* afflicti ſuppliciis Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ. *Ea tempus cœpta perſecutionis anno ſexageſimo quarto, ejuſque mora primam cauſam. Acceſſit in Apoſtolis altera, ob Simonem magum devictum, atque e volatu a S. Petro in terram dejectum & extinctum. Addatur & tertia cauſa in Actis Gracis ante indicatis. Imbuerat S. Petrus fide Chriſtiana duas feminas, Imperatoris Neronis pellices, qua deinceps pudice vivere ſtatuerant. Similia ibidem ex S. Chryſoſtomo, de aliqua ejus pellice ad fidem a S. Paulo converſa, narrantur. Quapropter impudiciſſimus Nero furebat adverſus omnem Eccleſiam, & maxime hos Apoſtolos, utpote auctores pudici propoſiti, quod ha femina, in Chriſtum credentes conceperant ac tenebant.*

[margin: poſtea ſævienti in Chriſtianos]

[margin: Poſt incenſam Romam anno 64. cœpta perſecutione]

[margin: ob Simonem Magum extinctum;]

[margin: & feminas baptizatas]

33 *Habemus igitur annum perſecutionis, in Chriſtianos cœpta, fuiſſe Imperii Neronis 10. Æra vulgaris 64. quo plurimi Chriſtiani martyrio coronati meruerunt memoriam,* Martyrologio *Romano inſcriptam, ad diem 24. Junii.* S. Leo Papa, *ſermone primo in Natali SS. Petri & Pauli, videtur dictis Martyribus Apoſtolorum Principes praponere aut ſaltem adjungere, dum ita ſcribit:* Duo iſta præclara divini germina ſeminis in quantam ſobolem germinarint, beatorum millia Martyrum proteſtantur, qui Apoſtolicorum æmuli triumphorum, urbem noſtram purpuratis & longe lateque rutilantibus populis ambierunt, & quaſi ex multarum honore gemmarum conſerto uno diademate coronarunt. *Hac ibi. Verum anno perſecutionis ſecundo Apoſtolos coronatos, expreſſe docet Catalogus ſupra relatus his verbis:* Paſſus eſt *Petrus* cum Paulo die tertia Kalendas Julias, Conſulibus ſupra dictis, *Nerva & Veſtino,* Imperante Nerone. *Is eſt annus Æra vulgaris ſexageſimus quintus & a Paſſione Chriſti trigeſimus ſeptimus, paſſim aſſumptus, quo ob detectam in ipſum Neronem conſpirationem, plurimi occiſi fuerunt; inter quos C. Piſo conjurationis caput, Lucanus poeta, Seneca philoſophus, & Veſtinus Conſul, pro quo ſubſtitutus fuit Cerealis Anicius.*

[margin: paſſus cum S. Paulo 29. Junii an. 65.]

34 *Omnia hac late proſequitur, dicto lib. 15. Annalium Cornelius Tacitus, qui poſtea lib. 16. hoc epiphonemate totam iſta tragœdiam concludit:* Tantum ſanguinis domi perditum ſatigant animum & mœſtitia reſtringunt, *& dein poſt indicatos anni ſequentis 67.* Conſules C. Suetonium & L. Teleſinum, *& pauculas res narratas, finit Annales: ut cogamur ex Dione & Joanne Xiphilino reliquas Neronis actiones cognoſcere: ex ipſis autem liquido conſtat, illum, a dicto anno uſque ad ultimos menſes vita ſua, Roma abfuiſſe, neque potuiſſe martyrio SS. Petri & Pauli adeſſe, ſi, quo alii volunt, occiſi fuerint anno 13. aut 14. Imperii, & die 29. Junii. Xiphilinus ergo in epitome Dionis, poſt nominatos dictos.* Con-

[margin: neque potuit poſtea, abſente Nerone in Gracia,]

ſu'cs

ſules Suetonium & Teleſinum, *deſcribit adventum Tiridatis, qui ex Oriente advenerat, petiturus regnum Armenia. Subjungit dein iter Neronis in Græciam, qui flagrans cupiditate ludorum, eo profectus eſt cum cytharœdis & militibus, cytharas & theatralia inſtrumenta ferentibus. Annum vero ſequentem inſumpſit Nero in magna inſania, & quaſcumque perſonas etiam muliebri ornatu aſſumpſit, in Olympico certamine currum agitavit, & in omnibus urbibus, in quibus ludi agerentur, certavit. Voluit etiam Iſthmum Peloponneſi perfodere, & evocavit eo ex omnibus provinciis multa hominum millia. Veſpaſianus, qui cœpto tunc Judaico bello præerat, poſt partam contra Taricheas victoriam die 8. Octobris, anno Neronis 13. ad Iſthmum ſex millia lectiſſimorum juvenum ſubmiſit, ut Joſephus, qui contra Veſpaſianum pugnarat, ſcribit lib. 3. Belli* Judaici *cap. 19. Conſulto etiam Delphis oraculo Apollinis, ut Suetonius ſcribit, ſenectam Nero ſibi & miram felicitatem ſperavit. Interim cum multa Romæ conſpirationes contra eum exurgerent, Helius Præfectus Urbis, fruſtra per literas monitum ultro adivit, & ut hieme ſequente rediret procuravit. Neapoli, cum eſſet Romam venturus, audivit defectionem Galliarum 21. Martii, ac dein ſubmotis* Conſulibus Silio Italico & Galerio Turpiliano, *ſeipſe Conſulem creavit, quaſi hac ratione Galliae debellaturus; imo omnem Senatum veneno tollere propoſuit, ſed deſperans de ſucceſſu, & ab omnibus deſertum ſe videns, fugit, atque ſeipſum 9. Junii interfecit.*

& Iſthmũ perfodere tentavit,

qui conſules an. 68.

& 9. Junii interfecit,

35 *Paſſi ergo recte indicantur SS. Petrus & Paulus Nerone Romæ præſente,* Nerva & Veſtino Conſulibus, *anno Æræ Chriſtianæ 65. Neronis, ſi ſpectatur tempus Imperii cœptum, anno 11. qui 12. ſolet haberi, licet ſolum proxima Octobri eſſet inchoaturus. Præterea anni poſt paſſionem Chriſti elapſi erant triginta ſeptem, quos requirunt S. Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis in elogio S. Petri & dein S. Pauli, cum Pontificali Romano, nec non S. Chryſoſtomus, Honorius, Iſidorus, Beda, Rabanus, Nicephorus & paſſim alii: ſed ut ſupra ex S. Auguſtino monuimus,* ob ignorantiam Conſulatus, quo Chriſtus paſſus eſt, coacti fuere aberrare *aliqui: qui dum ſerius Chriſtum dixere paſſum, & vellent S. Petro dictos 37. annos tribuere, etiam coacti fuerunt ſerius mortem Petri ſtatuere. Nos autem, quia cum S. Auguſtino & aliis dicimus, paſſum Chriſtum* duobus Geminis Conſulibus, *id eſt anno Æræ vulgaris vigeſimo nono, annos integros triginta ſeptem numeramus, dum S. Petrum paſſum dicimus* Nerva & Veſtino Conſulibus, *ſive anno 65. Æræ vulgaris. Atque hoc modo, potuit* Petrus tenuiſſe Cathedram in Oriente annis quatuor, Antiochiæ ſeptem, ac Romæ viginti quinque, *ut ſupra ex Ms. Mazarinico diximus. Hunc martyrii annum confirmant ſucceſſores in Pontificatu, Linus, Clemens, Cletus, Anacletus, Evariſtus, Alexander, aliique de quibus deinceps acturi ſumus; & ex quibus omnibus, (ut ſupra in primo Prologo diximus) conſtat Euſebium de tempore, quo quiſquam Pontifex ſedit, fidem non mereri: qui duos, ſcilicet Cletum & Marcellum, magna cum ſocordia omiſit; & aliis ex mera conjectura ordinavit tempus Sedis: ut merito ab eo diſſentiat Baronius in morte S. Petri & deinceps fere per trecentos annos.*

§. 11. *Elogium ex altero Catalogo, tempore Juſtiniani Imperatoris conſcripto.*

BEatiſſimus Petrus Antiochenus, filius Joannis, provinciæ Galatiæ, vico Bethſaida, frater Andreæ, & Princeps Apoſtolorum. Primum ſedit Cathedram Epiſcopatus in Antiochia annis * decem. Hic Petrus ingreſſus in urbem Romam, (Tiberio) Nerone Cæſare, ibique ſedit Cathedram Epiſcopatus annos viginti quinque, menſes duos, dies tres. Fuit temporibus Tiberii Cæſaris & Caji, & Tiberii Claudii & Neronis. Hic ſcripſit duas epiſtolas, quæ Canonicæ nominantur & Evangelium Marci, quia Marcus auditor ejus fuit, & filius ejus de baptiſmo. Poſt omnem quatuor Evangeliorum fontem, quæ ad interrogationem Petri firmata ſunt, dum alius Græce, alius Hebraice, alius Latine conſonent. Hic martyrio cum Paulo coronatur. Hic fecit ordinationes tres, Presbyteros decem, Epiſcopos tres, Diaconos ſeptem, per menſem Decembrim: qui & ſepultus eſt via Aurelia in templo Apollinis, juxta palatium Neronianum in Vaticano, inter * Zetarium triumphale, tertio Kalendas Julii.

** Anoſt. ſeptem,*

AUCT. G. H.

** Anoſt. terrinotium.*

A N N O T A T A.

36 *Ex hoc Catalogo deſumpſit Anaſtaſius Bibliothecarius Vitas* Pontificum, *eaſque amplificavit, & ex priore Catalogo nonnulla hic inſeruntur, quæ majorem obtinent fidem, maxime circa tempus Sedis,* Sanctum Chriſti Evangelium Marcum ſcripſiſſe *certum eſt: & hoc dicunt Græci in Menologio Baſilii Imperatoris aliiſq; Synaxariis,* a S. Petro Apoſtolorum Principe ipſi dictatum, *uti latius explicamus 25. Aprilis, ad S.* Marci *Acta, ubi Evangelium videri ab ipſo Latine conſcriptum ex antiquis monumentis indicamus, quod huic textui magis conſonum eſt: qui tamen textus & hic & apud Anaſtaſium admodum eſt perplexus, nec niſi per liberiorem conjecturam ſanabilis. Exiſtimo autem primo legendum eſſe,* & Evangelium Marci (dictavit)*: deinde ſequentia ſuſpicor habuiſſe hunc ſenſum:* Poſt omnia quæ, trium Evangeliorum fontem (collegit *aut* publicavit) quæ (*ſcilicet Evangelia tria Lucæ, Matthæi & Marci*) ad interrogationem Petri formata ſunt: & dum alius Græce, alius Hebraice, alius Latine conſonant, tandem omnia ejus teſtimonio ſunt firmata. *Deceperit librarium, e vetuſtioribus aliquem notus Evangeliorum quaternarius; & ideo legendum putaverit,* Poſt omnem quatuor. *Interim certum eſt ex antiquiſſimis Patribus, quos ad annum 99. Baronius ſequitur, poſt Domitiani mortem, quem anno 97. putamus accidiſſe, atque adeo poſt S.* Petri *Martyrium annis 32. & amplius ſcriptum eſſe S.* Joannis *Evangelium. Dum autem ſuſpicamur hic quoq; ſupplendum verbum* collegit *aut* vulgavit, *vel ſimile quodpiam (nam omnino ſenſus exigit aliquod) intelligimus, S.* Petrum *non tantum inſtituiſſe, ut illa tria junctim uno in codice ſcriberentur, ſed etiam ordinaſſe ut Latinitate donarentur, quæ erant Hebraice & Græce ſcripta. Hoc vero ſi clariori auctoritate aliunde probaretur, magnum haud dubie deſiderium moveret primæ antiquioriſque verſionis, quæ ante verſionem ab Hieronymo adornatam in uſu priſcæ Eccleſiæ fuit. De Canone Miſſæ profecto dubitandum non puto quin habuerit a S. Petro initium, iis dumtaxat demptis quæ a poſteris conſtat eſſe adjuncta; & primam Pſalmorum Davidicorum verſionem Latinam, quorum ab initio maximus fuit uſus in omni communi precatione Chriſtianorum, ejuſdem Petri auctoritate adornatam eſſe, cur non opinabimur? Quod tres dicatur S.* Petrus *ordinaſſe Epiſcopos, intelligendum pro Eccleſia Romana, ut ſucceſſive illi præficerentur; & ſunt* Linus; Clemens & Cletus, *Quæ hic de ſepultura Apoſtoli adduntur, præclare explicat*

Evangeliũ Marci a S. Petro dictatum,

an collecta tria Evangelia collecta,

atque Latine,

ſunt Canon Miſſæ & Pſalterium

AUCT. G. H. *Paulus Aringhus l.2. Romæ ſubterraneæ cap.5. & ad diem 29. Junii erunt a nobis dicenda. Advertat Lector, hoc poſito fundamento, impoſterum elogia utriuſque Catalogi, ſed diverſo charactere, conjungenda eſſe, iiſque noſtra Annotata addenda communi charactere, quo reliqua Acta excuduntur. Quæ diſtinctio abſque verbo interpoſito ſufficiet.*

II. S. LINUS.

I. LInus annis duodecim, menſibus quatuor, diebus decem. Fuit temporibus Neronis, a Conſulatu Saturnini & Scipionis uſque Capitone & Ruſo.

II. LInus natione Italus, regionis Tuſciæ, patre Herculano, ſedit annos undecim, menſes tres, dies duodecim. Fuit autem temporibus Neronis, a Conſulatu Saturnini & Scipionis, uſque Capitone & Ruſo Conſulibus. Martyrio coronatus. Hic ex præcepto B. Petri conſtituit, ut mulier in eccleſiam velato capite introiret. Qui & ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, 9. Kalendas Octobris.

Teſtes ſub Nerone. 37 *Linum S. Petro ſucceſſiſſe, tradunt etiam Optatus Milevitanus lib.2. Auguſtinus epiſtola 165. & paſſim alii, cum communi totius Eccleſiæ conſenſu. Tempus ſolum Neronis & prædictorum* Conſulum, *quo præfuit, indicatur etiam apud Anaſtaſium in omnibus codicibus excuſis & manuſcriptis; item in libro Pontificali & in Mſſ. Geſtis Pontificum ad Martinum v. deductis, nec non apud Luitprandum de Pontificibus Romanis, præterea in antiquis Eccleſiæ Romanæ Breviariis manuſcriptis & excuſis anno 1479, 1497, 1522. & 1524. quæ penes nos habemus. Denique huic ſententiæ adſtipulatur Florus Lugdunenſis, in Auctario Martyrologii Bedæ circa tempora Caroli Magni ſcripto aſſerens ad diem 23. Septembris,* S. Linum tempore Neronis martyrio coronatum. *Indicati Conſules fuerunt* Q. Voluſius Saturninus & P. Cornelius Scipio, *qui eam dignitatem geſſerunt anno Æræ vulgaris quinquageſimo ſexto, quando circa 23. diem Maii a* S. Petro *conſecratus eſt Epiſcopus, ejuſque* Vicarius, *ſive (ut poſteri appellarunt)* chorepiſcopus *conſtitutus, ſub ejus auctoritate miniſterium Epiſcopale Romæ exhibuit, annis omnino novem uſque ad annum 65. quando* Nerva & Veſtino Conſulibus S. Petrus *martyrium paſſus eſt 29. Junii. Quo mortuo* S. Linus, *verus Pontifex, præfuit Eccleſiæ annis duobus, menſibus duobus & diebus ſex & viginti; tandem Martyr obiit 23. Septemb. anni 67. quo Conſulatum gerebant ante memorati* L. Fonteius Capito, & C. Julius Rufus, *& erat annus Imperii Neronis XIII. qui proximo anno, die 9. Junii, cum ad ſupplicium quæreretur, Roma fugiens, ſeipſum interemit. Præfuit igitur S. Linus Eccleſiæ ſeu Vicarius aut Chorepiſcopus ſeu verus* Pontifex, *univerſim annis 12. menſibus 4. diebus 10. Conſulat lector quæ ſupra in exercitatione de S. Petro circa hunc ejus Vicariatum copioſius deduximus, iiſque addat quod S. Paulus teſtetur in ſecunda ad Timotheum epiſtola ſub finem, ſe Romæ, ubi in vinculis erat, S. Linum reperiſſe.*

Sub Flavio & Te-... 9

Verus Pontifex annis 2.

38 *In Martyrologio Romano, juſſu Pii v. Pontificis edito, legitur ad diem 23. Sept.* S. Linum ſcripſiſſe res geſtas B. Petri, & ea maxime quæ ab illo acta ſunt contra Simonem Magum. *In antiquis Actis SS. Nerei Achillei & Domitillæ, ad diem 12. Maii illuſtrandis dicitur* S. Linus Græco ſermone omnem textum paſſionis eorum, *SS. Petri & Pauli,* ad Eccleſias Orientalium ſcripſiſſe. *Verum an ſincera illa monumenta adhuc extent, plane incertum eſt. Ac primo non ſunt illa, quæ ſub ejus nomine ediderunt Jacobus Faber Stapulenſis, Gulielmus Malerbault, & Laurentius de la Barre, quæque paſſim extant in Bibliothecis Patrum recuſa. Alia Acta nos reperimus ſub nomine Lini in Mſſ. Gladbacenſi, Barberino, Biſontino & Bluminno, & in his ſunt, quæ a* S. Petro *ſunt acta contra Simonem Magum. Ex his conſtituimus aliqua illuſtrare ad diem 29. Junii, ſaltem ea quæ de S. Petro non leguntur in ſacra Scriptura, ut a viris eruditis judicium de ipſis ipſorumque auctore feratur. Reliqua poterunt accuratius diſcuti, aut (ſi erratum) emendari, cum de S. Petro Apoſtolo, ejuſque Vicario & ſucceſſore S. Lino, diebus eorum natalibus agendum erit. De hujus martyrio iſta habentur in Breviario Romano:* Huic Pontifici caput amputatum eſt, ob conſtantiam Chriſtianæ fidei, juſſu Saturnini impii & ingratiſſimi Conſularis, cujus filiam a dæmonum vexatione liberaverat. *Hic eſt ſupra indicatus* Q. Voluſius Saturninus, *jam non* Conſul, *ut ante legebatur, ſed* Conſularis, *ſcilicet ſub cujus Conſulatu* S. Linus *conſtitutus fuerat Vicarius* S. Petri. *Poſtmodum, ut Tacitus ſcribit lib. 14. Annalium, cum Sexto Africano Trebellioque Maximo, anno ſcilicet 61. cenſus per Gallias egit; ſed cum aliquo per nobilitatem æmulatione cum dicto Africano.*

Scripſit res geſtas S. Petri, & forte etiam S. Pauli.

Sub Saturnino Conſulari occiſus.

III. S. CLEMENS.

CLemens annis novem, menſibus undecim, diebus duodecim. Fuit temporibus Galbæ & Veſpaſiani, a Conſulatu Trachali & Italici, uſq; Veſpaſiano VII. & Tito. I.

CLemens natione Romanus, de regione Cælio monte, ex patre Fauſtino, ſedit annos novem, menſes duos, dies decem. Fuit temporibus Galbæ & Veſpaſiani, a Conſulatu Trachali & Italici, uſque Veſpaſiano VII. & Tito... Hic fecit ſeptem regiones dividi notariis fidelibus Eccleſiæ, qui geſta Martyrum ſollicite & curioſe unuſquiſq; per regionem ſuam diligenter perquirerent, & fecit duas epiſtolas. Hic fecit ordinationes tres, Presbyteros 10. Diaconos 2. Epiſcopos per diverſa loca quinq; per menſem Decembrim. Obiit Martyr tertio Trajani, qui ſepultus eſt in Græcia 8. Kalendas Decembris. II.

39 *Cardinalis Baronius, cum in ſuis Annalibus ad annum 69. dicta de S. Clementis Pontificatu differuiſſet, iſta num. 46. ſub finem habet:* Si in ordine & tempore primorum Romanorum Pontificum quempiam errare contigerit, in multos alios errores ferri omnino cogetur. *Prudenter ergo hoc exercitationis cauſa propoſita volumus, atque ut cum diſcretione a benevolo lectore excipiantur, rogamus. S. Paulus in ſua ad Philippenſes epiſtola, e vinculis Romanis ſcripta, capite 4. commendat* Clementem cum ceteris adjutoribus, qui ſecum laboraverunt in Evangelio. *Eumdem etiam nonnulla Acta S. Petri, quæ ſub Lini nomine feruntur,* comitem hujus Apoſtoli fidelem fuiſſe, ac veritatem totius prædicationis agnoviſſe, *tradunt, propterea que ab eo* Epiſcopum ordinatum. *Confirmantur iſta ex Actis Græcis SS. Petri &*

S. Clemens laboravit cum S. Paulo.

Pau-

AUCT. G. H.

quia & ii S. Petrus;]

Pauli ſupra indicatis, in quibus hæc de S. Petro habentur. Romam reverſus ordinavit Clementem *ἀνανευόμενον, & τὴν προεδρίαν παραιτούμενον*, recuſantem & illam præeminentiam non admittentem: quem idoneis rationibus perſuaſum ac confidere admonitum, in Cathedram divinorum eloquiorum ſublimavit. *Quæ id formula S. Petrus fecerit, tradunt Mſſ. codices Anaſtaſii Bibliothecarii, Regius, Mazarinicus & alter Freheri tum Mſſ. Geſtis Pontificum in elogio S. Petri his verbis:* Petrus vero ſentiens diem mortis ſibi imminere, Clementem Epiſcopum conſecravit; eique Cathedram & Eccleſiam omnem diſponendam commiſit, dicens: Sicut mihi ligandi & ſolvendi tradita eſt a Domino meo Jeſu Chriſto poteſtas, ita & ego tibi committo. *Addunt dicta Acta Græca:* Cum ſæviret adverſus Chriſtianos Nero Imperator, & varii comprehenderentur, parcitum fuiſſe Clementi, ut qui eſſet de cognatione Cæſaris.

ab hoc Epiſcopus ordinatus,

40 S. *Hieronymus, lib. 14. Commentariorum in Iſaiam Prophetam* ætatis & corporis imbecillitate confectos, *uti teſtatur in Proœmio ad lib. 10. ad cap. 52. ſub finem, iſta de Chriſto & Clemente ſcribit:* Qui cum dives eſſet pro nobis pauper factus eſt & credentibus dixit: Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. De quo & Clemens, vir Apoſtolicus, qui poſt Petrum Romanam rexit Eccleſiam, ſcribit ad Corinthios. Sceptrum Dei Dominus Jeſus Chriſtus non venit in jactantia ſuperbiæ, cum poſſit omnia, ſed in humilitate, *&c. Hunc ergo Petri ſucceſſorem Clementem, non ſolum virum* Apoſtolicum, *ſed etiam A*poſtolum *appellat Clemens Alexandrinus l. 4. Stromatum, ejuſdem verba ex citata ad Corinthios epiſtola allegans. Idem Hieronymus, cum olim junior, in Chronico & libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ex ſententia Euſebii, & S.* Cletum *inter Pontifices non recenſuiſſet, & ſecundum indicaſſet Linum, tertium Anacletum, & poſt hunc quartum Clementem; ſeipſum corrigit, dicens,* pleroſque Latinorum ſecundum poſt Petrum putare fuiſſe Clementem. *Ubi per Latinos videtur potuiſſe intelligere Catalogum Pontificum ſibi a S. Damaſo tranſmiſſum. Quia autem S. Linus 13. anno Neronis* Martyr *occubuit; & hunc annum perperam alii martyrio SS. Petri & Pauli adſcribebant, non æſtimarunt ii qui hæc credebant, rationem habendam exigui temporis, quo S. Petro ſuperfuiſſet Linus: imo in Actis Græcis, S. Linus ante mortuus ſcribitur fuiſſe, quam S. Clemens a S. Petro ordinaretur Epiſcopus. Verum inter* Pontifices, *cum univerſa Eccleſia, retinemus S. Linum: juxta cujus certiſſimam traditionem, Optatus Milevitanus lib. 2. recenſens Romanorum Pontificum Catalogum, ſic exorditur:* Cathedra unica, quæ eſt prima de dotibus: ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens *&c. Eodem modo enumerat Pontifices Romanos S. Auguſtinus epiſtola 165.*

duo poſt hunc rexit Eccleſiam,

ſed ſucceſſit Lino,

41 *Merito ergo S. Lino 23. Septembris anni 67. S. Clemens, jam ante a S. Petro ordinatus Epiſcopus, ſuſcepit adminiſtrationem Eccleſiæ, & proximum annum integrum habuit in ſuo Pontificatu, Conſulibus ſupra deſignatis C.* Silio Italico, & M. Galerio Trachalo Turpiliano, *& gubernavit Eccleſiam annos 9. menſes 11. dies 12. uſque ad annum 77. cujus tamen anni Conſules tribuuntur ſucceſſori Cleto, qui tunc fuit in Pontificem aſſumptus; & Conſules ſupra notantur,* Imperator Veſpaſianus VII. & Titus Cæſar V. *qui anno 76. Rempublicam adminiſtrarunt. Imperatores in Catalogis aſſignantur* Galba & Veſpaſianus, *ubi ſub nomine Galbæ cenſentur etiam Otho & Vitellius; quod hi tres ſolum ſeſquianno regnarint. Quo etiam modo Euſebius lib. 3. Hiſtor. Eccl. cap. 5.* Cum Galba atque Otho, *inquit,* anno dumtaxat & ſex menſibus regnaſſent, Veſpaſianus Imperator renuntiatur: *omiſſo Vitellio, qui Veſpaſianum præceſſit. Memorati in utroque Catalogo Conſules, cum Galba & Veſpaſiano Imperatoribus, nominantur etiam apud Anaſtaſium Bibliothecarium, in omnibus editis & ineditis codicibus; item in libro Pontificali & Mſſ. Geſtis Pontificum; apud Luitprandum etiam & in antiquis Eccleſiæ Romanæ Breviariis ſupra allegatis.*

anno 67. occiſo;

& præfuit uſque ad an. 77.

42 *Collocavimus in ſecundo elogio aliquot puncta, quia videntur hæc verba* (martyrio coronatus) *ibi loco non ſuo perperam intruſa, & temere ab aliis deſcripta, & melius abſunt a Mſſ. Geſtis Summorum Pontificum a Jacobo Zeno ad Martinum v. deductis: quandoquidem ſub finem elogii iterum,* tertio anno Trajani Martyr obiiſſe 8. Kalendas Decembris. *Annus is eſt Chriſti centeſimus. Quid ergo de viginti & tribus annis interpoſitis dicendum. Aſſerunt varii S. Clementem, a S. Petro Epiſcopum ordinatum, recuſato Pontificatu Romano, ipſum non ſuſcepiſſe niſi poſt obitum SS. Lini & Cleti. Quidni potius dicamus S. Clementem, anno 77. abdicaſſe Pontificatum, & Epiſcopum Apoſtolicum, nulli Sedi affixum, reliqua vitæ tempora vixiſſe? Godefridus Vendelinus, in ſuo Commentario ad S. Clementis epiſtolas, hanc controverſiam ita dirimit:* Anno 77. cum Romæ inter fideles orta eſſet (qualis poſtea Corinthi) magna diſſenſio ſuper honore Pontificatus; Clemens, ne quaſi ex teſtamento Petri ſucceſſiſſe videretur, ac ne poſteris hæc Principatus ambitio pernicioſi exempli haberetur, ultro ſe Pontificatu abdicavit. *Porro videtur illud ipſe Clemens innuere in epiſtola ad Corinthios ſcripta, ſupra a Clemente Alexandrino & S. Hieronymo laudata, ubi in poſteriore parte epiſtolæ iſta habet:* Si propter me ſeditio, contentio, & ſchiſmata orta ſunt, emigrabo, abibo quocumque volueritis. *Certe S. Epiphanius hæreſi 27. quæ eſt Carpocratianorum, aſſerit a nonnullis tradi* S. Clementem ab omni adminiſtratione vacaſſe, & eum in quadam epiſtola ſcripſiſſe, Recedo, abeo, bene ſtabiliatur populus Dei, nonnullis hoc modo conſulens; nam in quibuſdam Commentariis ita ſcriptum reperimus. *Hæc Epiphanius. Hoc ergo modo* S. Clemens, *relicta Eccleſiæ univerſalis adminiſtratione, reliquam vitam peregiſſet, dum ſucceſſive Pontifices Romani præeſſent SS. Cletus, Anacletus, & Evariſtus: cujus tempore, jam plenus dierum & meritorum,* Clemens *obiiſſet* Martyr, *anno (ut diximus) Trajani tertio, Æra vulgaris centeſimo.* Interim epiſtolam (*ut aſſerit Euſebius lib. 3. cap. 16.*) ab omnibus uno conſenſu acceptam, eximiam prorſus & mirabilem, nomine Eccleſiæ Romanæ ad Corinthiorum Eccleſiam ſcripſit, cum apud eos gravis exorta eſſet diſſenſio.

abdicato Pontificatu vixit Epiſcopus Apoſtolicus, uſque ad an. 100.

43 *Videntur & jam aſſertæ opinioni favere præmemorata Acta antiqua SS. Nerei, Achillei & Domitillæ, in quibus iſti duo Clementem invitant, ut S. Domitillæ ſuæ conſanguineæ velum virginitatis imponat.* Licet, *inquiunt,* gloria tua tota in Domino noſtro Jeſu ſita ſit, & non de humana, ſed de divina dignitate glorieris, *quaſi tunc ab omni adminiſtratione abſtractus ſibi viveret. Ablegata eſt non diu poſt in exilium S. Domitilla cum dictis Eunuchis ad inſulam Pontiam juſſu Domitiani, anno hujus 15. Chriſti 95. quo S. Anacletum Martyrem obiiſſe, conſtabit ex infra dicendis in ejus elogio. An tunc etiam S. Clemens in exilium actus ſit a Domitiano, dubitari poſſet, quia id Græci in Menologio Baſilii* Imperatoris *& magnis Menæis adſtruunt, idemque Trajano adſcribitur in Mſ. Synaxario Græco Collegii Claromontani Societatis Jeſu Pariſiis; cui conſentiunt Acta Latina, ex quibus Beda in Martyrologium ſuum iſta tranſtulit,* 9. Kalendas Decembris, Romæ natale S. Clementis Epiſcopi, qui jubente Trajano, miſſus eſt in exilium trans Pontum maris. Ubi multis ad fidem vocatis per miracula & doctrinam ejus, præcipitatus eſt in mare, alligata ad collum ejus anchora. Sed receſſit mare orantibus diſcipulis per tria millia, & invenerunt corpus ejus in arca ſaxea in templo marmoreo, & anchoram juxta. *Hæc ibi. At locus trans Pontum maris eſt Taurica Cherſoneſus, de qua egimus 7. Martii, ad Acta SS. Ephræm, Baſilei & Sociorum*

epiſtolam nomine Eccleſiæ ſcribit ad Corinthios;

Miſſus in exilium a, illo Auctore a Domitiano, aliis a Trajano,

Sub hoc juſſus ſubmerſus in mari

AUCT. G. H. ad Tom. I. hoc poſitum. *Epiſcoporum, ibidem martyrio coronatorum. Corpus S. Clementis inde Romam tranſtulit S. Cyrillus Slavorum Apoſtolus, uti ad hujus & S. Methodii fratris Acta a nobis memoratur 9. Martii. Demum hæc laus S. Clementis eſt, quod is primus geſta martyrum per notarios ad id a ſe conſtitutos ſolicite & curioſe perquiri juſſerit, ſicuti poſt eum SS. Anterus & Fabianus Papæ etiam præſtiterunt.*

IV. S. CLETUS.

I. CLetus annis ſex, menſibus duobus, diebus ſeptem. Fuit temporibus Veſpaſiani & Titi & initio Domitiani, a Conſulibus Veſpaſiano VIII. & Domitiano VI uſque Domitiano IX. & Ruſo.

II. CLetus natione Romanus, de regione Vico-Patricii, patre Æmiliano, ſedit annos duodecim, menſem unum, dies undecim. Fuit autem temporibus Veſpaſiani & Titi & Domitiani, a Conſulatu Veſpaſiani VIII. & Domitiani VI, uſque Domitiano IX. & Ruſo Conſulibus. Martyrio coronatus. Hic ex præcepto B. Petri viginti quinque Presbyteros ordinavit in Urbe Roma menſe Decembri, qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, 6. Kalendas Majas.

44 *Cardinalis Baronius, cum in ſuis Annalibus ad annum 69. martyrium S. Petri deſcripſiſſet, acturus de ejus in Pontificatu ſucceſſoribus, primo exigit* veritatem per Conſules accuratius diſquirendam: *quod ipſi hoc loco faciendum erat, & nos conamur præſtare. Porro S. Clementi, cum hic abdicaſſet Pontificatum anno 77. ſucceſſit S. Cletus, etiam olim a S. Petro ordinatus. Conſules fuerunt dicto anno,* Imperator Veſpaſianus VIII & Titus Cæſar VI. *Verum huic in ipſo anni decurſu ſuffectum fuiſſe Domitianum tradit lib. 2. Faſtorum ad annum Urbis conditæ 830. Onuphrius Panvinius. Hoc ergo tempore, cum Domitianus eſſet ſuffectus Conſul, Pontificatum ſuum cœpit S. Cletus. At* Domitianus IX. & Rufus *Conſules fuerunt anno 83. & ſequentis anni Conſules aſſignantur* Domitianus X. & Sabinus, *pro initio Pontificatus Anacleti, in quorum Conſulatu videtur S. Cletus vixiſſe uſque ad diem 26. Aprilis, quo eſſet martyrium paſſus anno tertio Domitiani. Hinc anni, quibus vixit S. Cletus in Pontificatu ſunt deſumendi: ſolum autem* ſex *aſſignantur in priore Catalogo. Verum in antiquis Eccleſiæ Romanæ Breviariis manu exaratis & excuſis anno 1479. & ſequentibus idem elogium habetur, ſed anni Pontificatus tribuuntur* ſeptem, menſis unus & dies undecim: *ac tunc circa medium Martii dicti anni 77. initium Pontificatus eſſet ſtatuendum. Qui in altero Catalogo* anni *aſſignantur* duodecim, *quia cum adjunctis ibidem Conſulibus non conveniunt, per oſcitantiam librariorum ſunt intruſi. Si aliqui arbitrentur Cletum præponendum eſſe S. Clementi, nolumus funem ea de re contentioſam trahere. Sequimur antiquiores auctores, qui eoſdem etiam Imperatores proponunt: ex his Veſpaſiano, 24. Junii anni 79. mortuo, ſucceſſit Titus filius; & huic, anno 81. die 13. Septembris defuncto, ſucceſſit ejus frater Domitianus. Reliqua infra ad diem 26. Aprilis, quo colitur deducemus: ad quem diem annotat Baronius,* in his quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ, majorem eſſe fidem adhibendam ejus alumnis, quam ceteris. *Quod, ut ſæpius diximus, ubique facimus.*

S. Cletus cepit Pontificatum anno 77.

Martyr obiit an. 83.

vixit tempore 3. Imperatorum.

V. S. ANACLETUS.

I. ANacletus annis duodecim, menſibus decem, diebus tribus. Fuit temporibus Domitiani, a Conſulibus Domitiano X. & Sabino, uſque Domitiano VIII. & Clemente.

II. ANacletus, natione Græcus de Athenis ex patre Antiocho, ſedit annos duodecim, menſes decem, dies tres. Fuit autem temporibus Domitiani, a Conſulatu Domitiani X. & Sabini, uſque Domitiano XVII. & Clemente Conſulibus. Hic memoriam B. Petri conſtruxit & compoſuit, dum Presbyter factus * fuiſſet a B. Petro, ubi Epiſcopi reconderentur: ubi tandem & ipſe ſepultus eſt. Hic fecit ordinationes duas, Presbyteros quinque, Diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca ſeptem: *& ceſſavit Epiſcopatus dies quindecim.*

* Forte factus centor

45 *Tempus Imperii ſolius Domitiani, cum adjunctis paribus Conſulum, confirmatur apud Anaſtaſium in codicibus editis & ineditis, nec non apud Luitprandum; item in libro Pontificali, Mſſ. Geſtis Pontificum, & Breviariis Romanis manuſcriptis & excuſis anno 1479. & 1490. Fuerunt autem Conſules* Imperator Domitianus X. & Appius Junius Sabinus *anno 84. & poſtmodum* Imperator Domitianus 17. & T. Flavius Clemens, *anno 95. quo Anacletus mortuus eſt, 13. Julii, cum ſcilicet ſediſſet annos 12. menſes non decem, ſed duos, prout apud Anaſtaſium, Luitprandum, in Mſſ. Geſtis* Pontificum, *& citatis Breviariis legitur. Idem ubique alius a Cleto ſtatuitur, cum hic Romanus fuerit, patre Æmiliano natus; Anacletus, Græcus de Athenis ex patre Antiocho, & ſinguli diverſis temporibus ſederint, reſque diſparatas egerint: facilius tamen potuerunt in unum eumdemque conflari; quia ſucceſſive ſederunt; potiſſimum a Græcis, qui nimis oſcitanter circa nomina affinia egerunt etiam alibi. Quæ contra objici poſſent, rejecimus ad Acta S. Cleti 26. Aprilis. Reliqua de S. Anacleto erunt 13. Julii, die ejus natali, examinanda; & ſi erratum, corrigenda.*

Tempus Sedis.

Diſtinctio Cleti & Anacleti.

VI. S. EVARISTUS.

I. EVariſtus annis tredecim, menſibus ſeptem, diebus duobus. Fuit temporibus noviſſimis Domitiani & Nervæ & Trajani, a Conſulatu Valentis & Veri uſque Gallo & Bradua.

II. EVariſtus natione Græcus, Antiochenus, ex patre Juda de civitate Bethleem, ſedit annos novem, menſes decem, dies duos. Fuit autem temporibus Domitiani & Nervæ & Trajani, a Conſulatu Valentis & Veteris, uſque Gallo & Bradua Conſulibus. Hic titulos in urbe

be Roma diviſit Presbyteris, & ſeptem Diaconos ordinavit, qui cuſtodirent Epiſcopum prædicantem propter ſtylum veritatis. Hic fecit ordinationes quatuor, Presbyteros ſeptemdecim, Diaconos novem, Epiſcopos per diverſa loca quindecim. Qui & ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano 6. Kalendas Novembris, *& ceſſavit Epiſcopatus dies novemdecim.*

Tempus Sedis

46 *Conſules indicati cum Imperatoribus, etiam referuntur apud Anaſtaſium, Luitprandum, in libro Pontificali, Mſt. Geſtis, & ante citatis Breviariis: quæ tempus Sedis S. Evariſti plane confirmant. Fuerunt autem* C. Fulvius Valens, & C. Antiſtius Vetus, *in priore Catalogo* Vetus, *Conſules anno* 96. & Ap. Annius Trebonius Gallus & M. Atilius Metilius Bradua, *anno* 108. *Quia vero deceſſor Anacletus obiit* 13. *Julii; & quidem anni* 95. *ſucceſſor autem Alexander ſubrogatus eſt circa initium Martii anni* 109. anni tredecim, menſes ſeptem, dies duo, *in primo Catalogo & antiquis Breviariis ſignati, optime cohærent; & ſuperſunt circiter dies quindecim, quibus ante aut poſt Evariſtum Sedes vacaſſet. Dictæ* 6. Kalendas Novembris, *quo ſepultus dicitur, refertur etiam a Floro, Adone & aliis, at* 7. Kalendas Novembris *in antiquis Breviariis, quo die etiamnum colitur. Dicitur tunc in Vaticano ſepultus: forſan tranſlatus, & menſe Februario mortuus. Ita infra S. Melchiades traditur obiiſſe* 4. *aut* 3. *Idus Januarii, & colitur* 10. *Decembris, quo ſepultus ab aliis dicitur.*

Dies mortis & translationis.

VII. S. ALEXANDER.

I. ALexander annis octo, menſibus duobus, die uno. Fuit temporibus Trajani, a Conſulatu Palmæ & Tulli, uſque Æliano & Vetere.

II. ALexander, natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caput-Tauri, ſedit annos decem, menſes ſeptem, dies duos. Fuit autem temporibus Trajani … uſque Æliano & Vetere. Hic paſſionem Domini miſcuit in prædicatione Sacerdotum. Martyrio coronatur cum eo Eventius Presbyter & Theodolus Diaconus. Hic conſtituit aquam ſparſionis cum ſale benedici in habitaculis hominum. Hic fecit ordinationes tres, Presbyteros ſex, Diaconos duos, Epiſcopos per diverſa loca quinque, per menſem Decembris: qui & ſepultus eſt via Nomentana, ubi decollatus eſt, ab urbe Roma milliario ſeptimo. 5. Nonas Maji, *& ceſſavit Epiſcopatus dies triginta ſeptem.*

47 *Hactenus ex citatis Catalogis & Vitis Pontificum, per Anaſtaſium, Luitprandum, aliosque collectis, & ad antiqua Breviaria collatis, progreſſi ſumus, quod propria aliquorum Pontificum Acta non reperiantur ſeorſim conſcripta: qualia habemus de S. Alexandro, illuſtria & ob ſuam antiquitatem veneranda. Edidit ea Surius, ſed ſtylo, ut præfatur, modice mutato. Extant ea primævo ſtylo in bibliotheca Vaticana in membranis, optima manu, litteris grandiuſculis, ante annos, quantum apparet, facile ſexcentos exarata; & codex numero* 1191. *inſignitur. Nos eadem habemus, ex variis & admodum præclaris codicibus Mſt. deſumpta, edituri ad diem tertium* Maji, *ſcilicet ex Trevirenſi Imperialis monaſterii S. Maximini, Rebdorfianſi Canonicorum Regularium in diœceſi Eyſtetenſi, Audomarenſi Eccleſiæ Cathedralis, duobus codicibus noſtris, ac tribus Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ: eademque paſſim extant in aliis Mſſ. quæ omnia non lubuit annotare. Extant etiam a Jonino Mombritio, ante annos circiter ducentos, ex Mſſ. Italicis edita; & ex aliis Mſſ. Germanicis, inſeruntur Hiſtoriis Sanctorum, anno* 1485. *Coloniæ, & anno* 1487. *Lovanii excuſis, ſed hinc inde contracta. Hæc placuit præmonere, quod in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum* 132. *dicantur* ſua antiquitate mendoſa: *quia in dictis Annalibus erat Pontificatus S. Alexandri a tempore per Acta ſignato valde remotus, quaſi anno ſecundo Hadriani Imperatoris eſſet creatus, & anno ejus decimo tertio martyrium paſſus. Verum ſub Trajano & creatus & paſſus eſt.*

AUCT. G. H.

48 Conſules, *teſte Baronio in Præfatione noſtra citato, optime controverſias dirimunt, & hi in creatione S. Alexandri erant* A. Cornelius Palma & C. Calviſius Tullus, *anno Chriſti* 109. *Trajani Imperatoris* 12. *At ultimo integro anno ejuſdem S. Alexandri, erant* Conſules Æmilius Ælianus, *aliquibus* Velianus, *ſeu* Helianus, *&* L. Antiſtius Verus, *anno Chriſti* 116. *Trajani* 19. *poſt quem annum vixit S. Alexander, & fere carceri incluſus, uſque ad diem* 3. Maji *anni ſequentis; & ſic ab anno* 109. *& die* 2. *Martii, præfuit Eccleſiæ* annos octo, menſes duos, diem unum, *recte in priore Catalogo indicatos. Jam, quia cardo totius controverſiæ vertitur in ultimo pari Conſulum; obſervandum eſt illud in utroque hic dato Catalogo reperiri, item apud Luitprandum & Anaſtaſium, in omnibus codicibus editis & ineditis, in libro Pontificali, in Mſſ. Geſtis Pontificum. Hinc ergo ad prædicta Acta S. Alexandri tranſimus: in quibus dicitur* eodem anno, poſt mortem S. Alexandri, nutu Dei defunctus Trajanus Imperator, *ſcilicet elapſis tribus menſibus & ſeptem diebus, cum ex Oriente rediturus in Italiam, vivere deſiit in Cilicia.*

Tempus Sedis, ex Catalogis & Vitis Pontificum

& Actis propriis.

49 *Verum ulterius ipſa Acta conſideramus, in quibus, relata plurimorum ad Chriſtum converſione, additur:* Unde cum hæc ejus opera ad Trajanum Principem veniſſent, miſit, *ex Aſia, quo profectus erat,* Aurelianum Comitem utriuſque militiæ, de Seleucia Iſauriæ, ad interfectionem omnium Chriſtianorum. *Et ſub finem,* Aurelianus juſſit Eventium ac Theodolum decollari, Alexandrum punctim per tota membra transfigi. *Hæc ibi in omnibus ſupra citatis codicibus Actorum, quibus adſtipulantur antiqua Breviaria Romana Mſſ. & excuſa anno* 1479, 1490, 1522. *&* 1524, *quæ penes nos habemus. Conſentit genuinum* Martyrologium *Jũda (quod tamen in Eccleſia Romana olim recitatum, prout antiquum reperitur in codice Vaticano eccleſiæ S. Petri) ubi legitur:* Alexander punctis creberrimis per tota membra peremptus, ſub Aureliano Judice, *tempore* Trajani Principis. *Eadem ſuo Martyrologio inſcripſit Rabanus, & latius deducens ex citatis Actis tum Ado, qui aſſerit* paſſum ſub Trajano Principe, Judice Aureliano; *tum Notkerus,* qui jubente Trajano Principe ab Aureliano Comite utriuſque militiæ. *Uſuardi exempla variant. Aliqua enim illuſtria Mſſ. habent* ſub Aureliano Principe; *& eadem verba leguntur apud Bellinum, anno* 1498. *excuſum ſecundum morem Romanæ curiæ; itemque apud Molanum in ſecunda & tertia editione Uſuardi. Maurolycus tradit paſſum* Trajani tempore ſub Aureliano Comite. *In Breviario Romano juſſu Pii V. edito, dicitur* Trajano Imperatore rexiſſe Eccleſiam.

Occiſos ipſo juſſu Aureliani miſſi a Trajano.

50 *Eiſdem S. Alexandri Actis, unis & ſolis, debent notitiam ſui Martyrii. S. Quirinus, Urbis Romanæ Tribunus; S. Hermas, Præfectus; & hujus ſoror, S. Theodora; tunc paſſi* ſub Trajano Cæſare Auguſto & Aureliano,

Aureliani Comitis dignitas & officii.

AUCT. G.H. no, Comite utriuſque militiæ in Iſauria, ad interfectionem omnium Chriſtianorum miſſo, *cui omnis Senatus* ita famulatus eſt, ut ipſum Principem crederent eſſe Trajanum. *Erat utriuſque militia Comitatus, ſummus honoris & dignitatis titulus, qui ad tempora Arcadii & Honorii duravit: & ſic in Notitia Imperii tunc facta recenſentur* duo viri ſpectabiles, Comites rei militaris per Ægyptum & Iſauriam, *ſub quorum diſpoſitione erant variæ legiones & miniſtri Imperatorum. Hanc ob cauſam videtur dictus* Comes Aurelianus *variis titulis honoratus; & appellatus* Judex, Præfectus, Præſes, Princeps Imperator. *In Lexico Heſychii*, Κόμης ἐστ, ἄρχων, ἡγεμών. Comes idem, qui Princeps & Dux: *& apud Suidam*, Κόμης ὁ καὶ ἄρχων, Comes eſt Princeps populi. *Erant olim Imperatores dicti, qui aliis, Præfecti copiarum & Duces exercituum habebantur: & Appianus (qui eodem quo hic Aurelianus Comes tempore vixit) teſtatur lib. 2. Bellorum civilium*, Imperatoris nomen ſuo tempore dari ſolitum Ducibus exercituum, poſt victoriam cæſis hoſtibus reportatam. *Hinc commoda jam explicandi ratio datur, quomodo ſupra apud Uſuardum legatur*, S. Alexander cum ſociis ſub Aureliano Principe paſſus; *&* 30. *Martii*, S. Quirinus ſub Aureliano Imperatore martyrii coronam conſummaſſe. *Quæ verba aliquibus interpoſitis ſic explicat Molanus in 2. & 3. editione*: Sub Aureliano (Comite utriuſque militiæ & Trajano) Imperatore. *At ſimpliciter* Quirinum paſſum ſub Trajano Imperatore *ſcribunt Ado & Notkerus: Petrus vero de Natalibus*, in perſecutione Trajani ſub Aureliano Comite utriuſque militiæ: *Maurolycus, Felicius, Caniſius*, Trajano imperante, ſub Aureliano præfecto. *Eodem modo ſunt explicandi Ado & Notkerus, dum aſſerunt* S. Hermetem a S. Alexandro Papa converſum, & ſub Aureliano Imperatore paſſum. *Verum mitius Comes ſcribitur, in Martyrologio anno* 1490. *Coloniæ & Lubecæ excuſo; & a Caniſio*, ſub Trajano Imperatore paſſus. *Simili modo ad Kalendas Aprilis intelligendi Uſuardus, Ado, Notkerus, Bellinus & alii, aſſerentes*, S. Theodoram, ſororem S. Hermetis, martyrizatam ſub Aureliano Principe *aut* Imperatore. *Verum iterum melius, in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ dicto anno* 1490. *excuſo*, Aurelianus Comes *appellatur*.

Sub eo tunc paſſi S. Quirinus, *Hermes,* *& Theodora ſoror ejus.*

VIII. S. SIXTUS.

I. SIxtus annis decem, menſibus tribus, diebus viginti uno. Fuit temporibus Hadriani, a Conſulatu Nigri & Aproniani, uſque Vero III. & Ambibulo.

II. XIſtus natione Romanus, ex patre Paſtore, de regione Via-lata, ſedit annos decem, menſes duos, diem unum. Fuit autem temporibus Adriani ... uſque Vero & Angulo, martyrio coronatur. Hic conſtituit ut miniſteria ſacrata non tangerentur, niſi a miniſtris. Hic conſtituit ut quicumque Epiſcopus evocatus fuerit ad Sedem Romanam Apoſtolicam; rediens ad parochiam ſuam non ſuſciperetur, * niſi confirmata ſalutationis plebe ad Sedem Apoſtolicam. Hic conſtituit, ut infra actionem Sacerdotis, incipiens populus hymnum decantaret Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth &c. Hic fecit ordinationes tres, Presbyteros undecim, Diaconos tres, Epiſcopos per diverſa loca quatuor. Qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, 3. Nonas Aprilis, *& ceſſavit Epiſcopatus menſes duos.*

** Corrige niſi cum Formata ſalutationis plebi per S. A. directa: quid autem ſint Formatæ, alibi quære.*

51 Colitur S. Sixtus 6. Aprilis, ad quem diem Lectorem remittimus: interim obiter indicamus, dici martyrio coronatum, *non ſub* Antonino Pio, *ſed* ſub Hadriano Imperatore, *a Floro, Uſuardo, Adone, Notkero, Maurolyco, Felicio, Caniſio, Galeſinio & in antiquiſſimis MSſ. Martyrologiis. Præterea poſteriorum par Conſulum, unde lis tota eſt dirimenda, in utroque Catalogo relatum, etiam habetur apud Anaſtaſium & Luitprandum, in libro Pontificali, in Geſtis MSſ. Pontificum & in Martyrologia Flori ex MSſ. Atrebatenſi & Tornacenſi. Fuerunt autem hi Conſules anno Chriſti 126. Hadriani IX. itaque Sixtus vixit uſque ad 3. aut 6. Aprilis anni ſequentis. Nolumus autem hic & in ſequentibus repetere ſingula, alibi plenius explicanda, ne Tractatus Præliminaris moles nimium excreſcat.*

Tempus Sedis, ſub Hadriano Imp. *& martyrii anni 127.*

IX. S. TELESPHORUS.

TEleſphorus annis undecim, menſibus tribus, diebus tribus. Fuit temporibus Hadriani, a Conſulatu Titiani & Gallicani uſque Cæſare & Balbino. I.

TEleſpor, natione Græcus, ex anachoreta, ſedit annos undecim, menſes ſex, dies viginti unum. Fuit autem temporibus Antonini & Marci. Hic conſtituit ut ſeptem hebdomadis jejunium celebraretur Paſchæ: martyrio coronatur. Hic fecit ut Natali Domini noſtri Jeſu Chriſti noctu Miſſæ celebrarentur, & in ingreſſu ſacrificii hymnus diceretur Angelicus, Gloria in excelſis Deo &c. tantum noctu Natalis Domini. Hic fecit ordinationes quatuor, Presbyteros duodecim, Diaconos octo, Epiſcopos per diverſa loca quatuordecim, per menſem Decembris: qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, 4. Nonas Januarii: *& ceſſavit Epiſcopatus dies ſex.* II.

52 Tempus Sedis videtur ſtatuendum ab initio Octobris anno 126. uſque ad Januarii diem 2. aut 5. anni 138. Sed quia diximus ad Vitam S. Sixti, hunc vixiſſe uſque ad 3. aut 6. Aprilis anni 127. arbitramur, S. Teleſphorum, ante illius obitum, Epiſcopum creatum, ejuſque Vicarium extitiſſe. In ſignando Imperatore, utriuſque catalogi tranſcriptoribus, obrepſerant ignota nomina Antonini Macrini, *pro quibus ſubſtituimus unicum nomen* Hadriani. *Sub hoc enim S. Teleſphorum ſediſſe conſtat, primo ex deductione hactenus facta; & confirmatur ex* Conſulibus *adſcriptis, quorum priores* Gallicanus & Cælius Titianus *fuerunt dicto anno Chriſti* 127. *Hadriani* x. *poſteriores*, L. Ælius Verus Cæſar II. & P. Cælius Balbinus Vibullius Pius, *anno* 137. *Hadriani XX. poſt quem annum aliquot diebus Januarii anni ſequentis* 138. *ſedit Teleſphorus, eodemque etiam anno mortuus eſt Hadrianus* 12. *Julii, relinquens Imperium Antonio Pio.*

Tempus Sedis, ſub Hadriano Imp. *mortuus an. 138. 2 aut 5. Januarii*

53 Baronius (neſcimus qua de cauſa) removit martyrium S. Teleſpori uſque ad annum 154. *Sediſſe eum tempore Hadriani Imperatoris probant præterea Acta antiqua SS.*

memoriaque ejus in Actis SS. Fauſtini & Jovitæ

memoria ejus in Actis SS. Fauſtini & Jovitæ.

SS. Fauſtini & Jovitæ, ex Mſ. Neapolitano a nobis ad diem 15. Februarii edita: in quibus capite 3. dicuntur hi Martyres juſſi ab Angelo proficiſci ad Papam Teleſphorum, ut ab eo S. Calimerus ordinaretur Epiſcopus Mediolanenſis: qui repererunt Epiſcopum Teleſphorum, in Catacumbis inter ſepulcra ſanctorum Martyrum, propter metum Paganorum, latitantem. B. Teleſphorus læta facie vultuque ſereno excepit eos, Calimerum conſecravit, & ad urbem Mediolanenſem direxit, ut ibidem Chriſtiani populi Paſtor exiſteret. Cumque B. Teleſphorus hæc omnia conſummaſſet, ſubito miniſtri Hadriani advenientes ac comprehendentes eos, uſq; ad palatium perduxerunt. *Hæc ibi, quibus plane conſentiunt*

& S. Calimeri Epiſc. Mediolanenſis.

Acta memorati S. Calimeri, quæ ipſi Mediolani, cum aliorum primorum Epiſcoporum Actis, ex codice Ambroſiano valde illuſtri, deſcripſimus anno 1662. In his Actis dicitur, S. Calimerus familiaris fuiſſe S. Teleſphoro Pontifici, inter ſepulcra Martyrum latitanti; creatus Epiſcopus, imperante Hadriano; *& poſtmodum* martyrio coronatus, ſub Antonino Pio. *Integre Acta dabuntur 31. Julii.*

Quis dies martyrii?

Dies martyrii a S. Teleſphoro peracti, 4. Nonas Januarii, *legitur etiam apud Anaſtaſium & Luitprandum, itemque Mſ. Geſtis Pontificum: ipſeque ad eum diem eſt inſcriptus Martyrologiis Flori, Rabani, Notkeri & nonnullis mſſ. At* Nonis Januarii *legitur in libro Pontificali, & refertur ab Uſuardo, Adone, Bellino, cum hodierno* Martyrologio Romano. *Ad quem diem aliqua ejus Acta, a Segero Paulo recens conſarcinata, Joannes Bollandus edi ſub nomine auctoris permiſit; quæ ſolidum nullum fundamentum habere poſtea comperiens, ſapius optavit a ſuo opere abeſſe, & ſolum ſubſtitui hæc, aut his quæ nunc damus ſimilia. Ceterum* S. Teleſphorum glorioſiſſime martyrium ſubiiſſe *ſcribit S. Irenæus lib. 3. cap. 3.*

X. S. HYGINUS.

I. HYginus annis duodecim, menſibus tribus, diebus ſex. Fuit temporibus. . . .

II. YGinus natione Græcus, ex philoſopho de Athenis, ſedit annos quatuor, dies tres, menſes ſex. Fuit autem a Conſulatu Magni & Camerini, uſque Orfito & Priſco. Hic Clerum compoſuit, & conſtituit gradus, & fecit ordinationes tres per menſem Decemb. Presbyteros quindecim, Diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca ſex: qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, 3. Kalend. Januarii, *& ceſſavit Epiſcopatus dies 3.*

Tempus Sedis.

54 *Quæ ſpectant ad tempus Sedis SS. Hygini, Soteris, & Pii Pontificum, clare, ut opinamur, deduximus die 17 Aprilis ad Acta S. Soteris, ad quæ Lectorem remittimus. Ob hiatum primi Catalogi, Conſules deſumuntur ex ſecundo Catalogo, etiam relati apud Anaſtaſium & Luitprandum; item in libro Pontificali, & in Mſſ. Geſtis Pontificum. Ex his priores* Sulpitius Camerinus & Quintius Niger Magnus *fuerunt anno Chriſti* 138. *quo Hadriano ſucceſſit Antoninus Pius.* At Ser. Cor. Scipio Orfitus, & Q. Nonius Priſcus, Conſules *poſteriores, fuerunt anno* 149. *poſt quem annum ſupervixit Hyginus ad diem* 10. *aut* 11. *Januarii anni ſequentis* 150. *Antonini Pii* 13. *atque ad hos dies refertur ipſe in variis* Martyrologiis: *& in hodierno Romano dicitur*, in perſecutione Antonini martyrium conſummaſſe.

quomodo Martyr habeatur.

Verum quia de ejus martyrio nihil legitur apud prædictos auctores, opinantur Molanus *& Onuphrius*, Martyris titulum dari, quod multa pro Chriſti confeſſione fuerit paſſus, *Forſan verius diceretur* Martyr, *quod quadriennio incluſus carceri, vitam finierit, quo tempore* S. Pius, *ut infra conſtabit, ejus Vicarius Eccleſiam rexit.*

AUCT. G. H.

XI. S. ANICETUS.

ANicetus annis . . . a Conſulatu Gallicani & Veteris, uſque Præſente & Rufino. I.

ANicius, natione Syrus, ex Patre Joanne, de vico Amiſa, ſedit annos undecim, menſes quatuor, dies tres. Fuit autem a Conſulatu Gallicani & Veteris, uſque Præſente & Rufino. Hic conſtituit, ut Clericus comam non nutriret. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decemb. Presbyteros octo, Diaconos IV. Epiſcopos per diverſa loca octo, qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, 12. Kalend. Maji: *& ceſſavit Epiſcopatus dies 6.* II.

55 *Ad Acta S. Aniceti, die 17. Aprilis, difficultates diſcuſſimus, quæ hic moveri potuiſſent. Arbitramur eum ordinatum, S. Pio, ante S. Hygini Vicario, morbo, exilio, aut alia de cauſa impedito. Sedit ab anno Chriſti 150. uſque ad annum 153. imperante Antonino Pio; ita exigentibus Conſulibus, etiam relatis apud ſapius memoratos Anaſtaſium & Luitprandum, itemque in libro Pontificali & in Mſſ. Geſtis Pontificum, et Breviariis antiquis Romanis præcitatis. Videntur aliquot anni, Hygino ab aliquibus detracti, Aniceto aſſignati. Fuerunt autem Conſules priores* Romulus Gallicanus & Antiſtius Vetus, *anno* 150. *Poſteriores vero* Bruttius Præſens & M. Antonius Rufinus, *anno* 153.

Tempus Sedis ab anno 150. ad 153.

XII. S. PIUS.

PIus annis XV. menſibus 4. diebus 20. Fuit temporibus Antonini Pii, a Conſulatu Clari & Severi uſque duobus Auguſtis. Sub hujus Epiſcopatu frater ejus Hermes librum ſcripſit, in quo mandatur continetur que, quod ei præcepit Angelus, cum venit ad eum in habitu Paſtoris. I.

PIus, natione Italus, ex patre Rufino, frater Paſtoris, de civitate Aquileja, ſedit annos 18. menſes 4. dies 3. Fuit autem temporibus Antonini Pii, a Conſulatu Clari & Severi . . . Sub hujus Epiſcopatu frater ipſius Hermes librum ſcripſit, in quo mandatum continetur, quod præcepit Angelus Domini, cum venit ad eum in habitu Paſtoris, & præcepit ei, ut ſanctum Paſcha die Dominica celebraretur. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembris, Presbyteros 18. Diaconos 21. Epiſcopos per diverſa loca 12. qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri 5. Idus Julii. *ceſſavit Epiſcopatus dies 14.* II.

AUCT. G. H.

An poſtponendus S. Aniceto,

56 *Optatus Milevitanus lib.* 2. *& S. Auguſtinus epiſt.* 165. *cum hiſce Catalogis Pium Aniceto poſtponunt. Fuit ante Anicetum Epiſcopus, ſed Vicarius S. Hygini, quo tempore viguit Valentinus hereticus. Sedit autem poſt S. Anicetum verus Pontifex annos octo, mortuus* duobus Auguſtis Conſulibus. *Sunt hi* Marcus Aurelius Verus Cæſar, & Lucius Ælius Verus Cæſar, *tunc anno* 161. *menſe Martio facti Auguſti Imperatores: & ſic a* Conſulatu Clari & Severi, *quo Pius factus eſt Epiſcopus & Vicarius S. Hygini, ſunt anni* 15. *pro quibus, errore amanuenſium, erant ſcripti anni* 20. *quos correximus.*

mortuus anno 161.

XIII. S. SOTER.

I. SOter annis 9. menſibus tribus, diebus duobus. Fuit temporibus . . . . .

II. SOter, natione Romanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, ſedit annos 9. menſes 6. dies 21. Fuit temporibus Severi, a Conſulatu Ruſtici & Aquilini uſq; Cethego & Claro. Hic conſtituit ut nulla monacha pallam ſacratam contingeret, nec incenſum poneret intra ſanctam Eccleſiam. Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, Presbyteros 17. Diaconos 8. Epiſcopos per diverſa loca 11. qui ſepultus eſt juxta corpus B. Petri, 10. Kalend. Maji. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 11.

57 *Priores Conſules* Q. Junius Ruſticus, & Vettius Aquilinus *fuerunt anno* 162. *Unde major fuiſſet danda exercitatio, niſi S. Soter hoc menſe* 22. *Aprilis coleretur: ad quem diem omnes controverſia examinuntur, oſtenditurque integris annis novem ſediſſe, uſque poſt* Conſulatum Cethegi & Clari, *& uſque ad dictum diem* 22. *aut* 21. *Aprilis; anni* 171. *ubi admittimus facultatem, a Baronio conceſſam, his verbis:* Si quis certiorem de annis Soteris invenerit chronographiam, haud inviti aſſentiemur. *Servamus autem conditiones ab illo propoſitas, quas ſupra retulimus in Prologo noſtro num.* 3.

In Actis 22. Aprilis probantur Sedis ejus 9. anni.

XIV. S. ELEUTHERIUS.

I. ELeutherius annis.. Fuit temporibus Antonini & Commodi, a Conſulatu Veri & Erenniani, uſque Paterno & Bradua.

II. ELeuther, natione Græcus, ex patre Abundantio, de oppido Nicopoli, ſedit annos 15. menſes 3. dies 2. Fuit temporibus Antonini & Commodi uſque Paterno & Bradua. Hic accepit epiſtolam a Lucio Britanniæ Rege, ut Chriſtianus efficeretur per ejus mandatum; & hoc obtinuit, ut nullus (cibus) repudiaretur a Chriſtianis, maxime fidelibus, quem Deus creavit, qui tamen rationabiles ſint. Hic fecit ordinationes 3. per menſem Decemb. Presbyteros 11. Diaconos 7. Epiſcopos per diverſa loca 15. qui ſepultus eſt juxta corpus B. Petri, 7. Kal. Junii. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 17.

Legatio S. Irenæi

58 *Multa quæ hic forent dicenda, indicavimus* 22. *Aprilis, tum ad Acta S. Soteris deceſſoris, tum ad Vitam* Ss. Epipodii *& Alexandri* Martyrum *Lugdunenſium, ubi egimus de perſecutione mota anno* 17. *Imperii* Marci *Aurelii Antonini, ac Chriſti* 177. *quando cum litteris Lugdunenſium Romam ad S. Eleutherium miſſus eſt S. Irenæus adhuc Presbyter. Sedit S. Eleutherius annos quindecim, ab anno Chriſti* 171. *&* Conſulatu Severi, *aliis* Veri, *&* Herenniani, *uſque ad annum* 186. *id eſt aliquot menſibus poſt* Conſulatum Paterni, *aliis* Materni, & Braduæ. *Menſes in ſecundo Catalogo tres indicati, & apud Anaſtaſium ſex, videntur perperam intruſi; ideoq; aſſentimur Baronio non admittendos, niſi dicatur, Eleutherius aliquamdiu S. Soteris Vicarius fuiſſe. Colitur hic S. Pontifex* 26. Maii; *ubi, ſi res operam videatur mereri, plenius agere licebit de difficultate circa diſcrimen ciborum, ex præſcripto legis veteris mundorum vel immundorum, tandem ſuperata per decretum poſitivum, quo Chriſtianis quibuſvis, etiam genere & ortu Judæis, liberum eſſe pronuntiabatur, eos omni cibo veſci, a quo rationabilis natura per ſe non abhorret: quod Apoſtolus Paulus in medio relinquere maluerat, ne propter rem momenti per ſe non magni aut ſummæ neceſſarii, offenderet animos zeloſiorum Hebræorum; ſatis pro tunc fore ratus, ſi impetraret impetraretque, ut is qui manducabat, puta ſuillas carnes, non manducantem non ſperneret; & qui non manducabat, manducantem non judicaret, Rom.* 14. 3. *Et Apoſtoli, Act.* 15, 29, *etiam converſos e gentibus a ſuffocato & ſanguine juſſerant abſtinere, tamquam pro tunc neceſſariam præcipientes hujuſmodi obſervantiam.*

Tempus ſedis, ab an. 171 ad 186

Decretum.

XV. S. VICTOR.

VIctor annis 9. menſibus 2. diebus 10. . . . . I.

VIctor, natione Afer, ex patre Felice, ſedit annos 10. menſes 2. dies 10. Fuit temporibus (Commodi, Pertinacis, & Severi) Cæſaris, a Conſulatu Commodi v. & Glabrionis, uſque Laterano & Rufino. Hic conſtituit, ut Paſcha die Dominica celebraretur, ſicut Pius. Hic fecit ſequentes Cleros: martyrio coronatur. Conſtituit ut neceſſitate facienti, ubi inventus fuiſſet ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fonte aut ſtagno, (tantum Chriſtiana confeſſione declarata credulitatis) efficeretur integer Chriſtianus, quicumque hominum ex gentilitio veniens ut baptizaretur. Fecit concilium, & interrogatio facta eſt de Paſcha, vel de die prima cum Theophilo Epiſcopo (Cæſareæ) de luna. Hic fecit ordinationes 2. Presbyteros 4. Diaconos 5. Epiſcopos per loca 12. qui ſepultus eſt juxta corpus B. Petri, 5. Kalend. Auguſti: *& ceſſavit Epiſcopatus dies* 11. II.

59 *Multa hic in utroque Catalogo perturbata ſunt. In ſecundo habebatur* temporibus Cæſaris. *Apud Anaſtaſium & in libro Pontificali* temporibus Helii Pertinacis & Severi, *quibus* Commodum *præpoſuimus, uti conſtat ex Conſulibus adjunctis, quorum priores fuerunt,* Commodus Imperator v. & M. Acilius Glabrio *anno* 186. *poſteriores,* Ap. Claudius Lateranus *&* M. Marius Rufinus, *anno* 197. *Sedit ergo annos* 13. *mortuus aut certe ſepultus* 5. *Kalendas Auguſti; ad quem diem cum antiquis Breviariis eum recolunt Rabanus, Bellinus & alii, ac deniq; Breviarium & Martyrologium Romanum hodiernum. At Uſuardus, Ado aliique referunt ad diem* 20. *Aprilis, quo*

Tempus ſedis ab an. 186. ad 197

mortuus 28. Auguſti,

non 20. Aprilis.

die colitur quidem S. Victor, cum Felice, Alexandro & Papia Romæ paſſus; ſed alterius potius Sedis Epiſcopus, uti ad eum diem diximus. Inter alia menda citatus in ſecundo Catalogo Theophilus Epiſcopus, *ſcribebatur* Alexandriæ, *qui fuit* Cæſareæ in Palæſtina.

XVI. S. ZEPHYRINUS.

I. ZEphyrinus annis .... A Conſulatu Saturnini & Galli, uſq; Præſente & Extricato.

II. ZEpherinus, natione Romanus, ex patre Abundantio, ſedit annos 17. menſes 6. dies 10. Fuit temporibus Severi & Antonini, a Conſulatu Saturnini & Gallicani uſque Præſente & Stricato Conſulibus. Hic conſtituit præſentiam omnibus Clericis & laicis fidelibus, ſive Clericus, ſive Levita, ſive Sacerdos ordinaretur. Et fecit conſtitutum in Eccleſia, ut patenas vitreas ante Sacerdotes in Eccleſia miniſtri portarent: dum Epiſcopus Miſſam celebraret, ante ſe haberet Sacerdotes omnes adſtantes, ſic Miſſæ celebrarentur; excepto cum jus Epiſcopi intereſt, ut tantum Clerus ſuſtineret: omnibus præſentibus, ex ea conſecratione, de manu Epiſcopi, jam coronam conſecratam acciperet Presbyter, tradendam populo. Hic fecit ordinationes 4. per menſem Decemb. Presbyteros 14. Diaconos 7. Epiſcopos per loca 13. qui ſepultus eſt in cœmeterio ſuo, juxta cœmeterium Calixti, via Appia: *& ceſſavit Epiſcopatus ejus dies 5.*

60 *Conſules indicati*, Tib. Aterius Satorninus & C. Annius Trebonius Gallus, *fuerunt anno Chriſti* 198. *Severi Imperatoris* v. *&* Brutius Præſens & Extricatus *anno* 217. *Antonini Caracallæ* vi. *etiam relati apud Anaſtaſium & Luitprandum, in libro Pontificali, Mſſ. Geſtis* Pontificum, *& antiquis Breviariis Romanis. Sedit ergo annis* 19. *Additur apud Anaſtaſium ſepultus* 7. Kalend. Septemb. *quo die colitur ut* Martyr, *licet martyrii nulla apud antiquos fiat mentio. Tunc igitur licebit explicare hoc ejus obſcuriſſimum decretum, quod videtur ſpectare Eulogiarum ſacrarum diſtributionem, non ipſam Dominici Corporis communionem.*

Tempus Sedis ab an. 199. ad 217.

an martyrium illatum.

XVII. S. CALLISTUS.

I. CAlliſtus, annos 5. menſes 2. dies 10. Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, a Conſulatu Antonini & Adventi, uſque Antonino III. & Alexandro.

II. CAlliſtus, natione Romanus, ex patre Domitio, de regione Urbe Ravennatium, ſedit annos 5. menſes 2. dies 11. Fuit temporibus Macrini, & Heliogabali, a Conſulatu Antonini ... & Alexandri. Hic martyrio coronatur. Hic conſtituit jejunium die Sabbati ter in anno fieri, frumenti, vini & olei, ſecundum Prophetam, quarti menſis, ſeptimi & decimi. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Calepodii, via Aurelia, milliario tertio, pridie Idus Octob. Hic fecit ordinationes 5. per menſem Decembris, Presbyteros 15. Diaconos 4. Epiſcopos per loca 7. *Quievit Epiſcopatus dies 5.* AUCT. G.H.

61 Conſules, Antonius Diadomenianus Cæſar, Macrini filius, & Adventus, *fuerunt anno* 218. Imperator autem Antoninus Heliogabalus *&* M. Aurelius Severus Alexander Cæſar, *anno* 222. *Sedit igitur Calliſtus ab anno* 217. *quo obiit Zephyrinus, uſque ad dictum ann.* 222. *Illuſtria ſunt Acta martyrii ejus per Notarios Eccleſiæ Romanæ, & forte a S. Antero dein Papa, conſcripta: in iis continentur res geſta & certamina Ss. Calepodii Presbyteri, Palmatii Conſulis, Simplicii Senatoris, & aliorum Martyrum, quos Eccleſia colit* 10. Maii: *ad quem diem dicta Acta pro præcipua parte danda prælo paravimus; plenius illuſtranda ad 14. Octobris, ad quem prædicti Conſules indicantur in antiquis Breviariis Romanis ſæpius relatis, item apud Anaſtaſium & Luitprandum cum magno Actorum & Catalogorum conſenſu. Dicitur* Calliſtus Romanus ex regione, urbe Ravennatium *dicta: quam regionem optime explicat Marlianus lib. 5. Topographiæ urbis Romæ cap. 19. aſſerens eſſe* Tranſtiberinam regionem. Nam Auguſtus, *inquit*, victoria contra Antonium & Cleopatram potitus, binam inſtituit claſſem, unam apud Meſenum Lucaniæ portum, alteram vero apud Ravennam. Cumque Senatui eſſet cura, ut nulla Romam frequentaret multitudo, cui non eſſet habitandi locus publice aſſignatus; militibus Ravennatis claſſis hæc regio fuit aſſignata, quæ deinde Ravennatium urbs cœpit appellari. Quo nomine appellatum eſt templum & meritoria taberna, quam, ubi nunc eſt ædes D. Mariæ, fuiſſe legimus. *Hæc Marlianus; & conſentiunt Acta S. Calliſti. Decretum ejus putamus poſſe intelligi pro menſibus Julio, Septembri & Decembri, quibus ſucceſſive abſolvitur collectio frumenti, vini & olei; ad agendas Deo gratias, per quem ut dicitur* Pſalmo 4. v. 8. a fructu frumenti, vini & olei, multiplicati, *ſeu multipliciter ditati fideles, recognoſcerent acceptum beneficium. Porro numerandorum menſium initium hic ſit a Martio, uti in ſacris facere ſolebat etiam antiqua Judæorum Eccleſia.*

Tempus Sedis ab an. 218. ad 222.

Acta antiqua & culta.

Urbs Ravennatium Romæ.

Decretum.

XVIII. S. URBANUS.

I. URbanus annos 8. menſes 11. dies 12. Fuit temporibus Alexandri, a Conſulatu Maximi & Æliani uſque Agricola & Clementino.

II. URbanus, natione Romanus, ex patre Pontiano, ſedit annos 8. menſes 10. dies 12. Hic miniſteria ſacrata argentea conſtituit, & patenas argenteas 25. poſuitque etiam Clericos. Hic ſua traditione multos convertit ad baptiſmum, etiam Valerianum ſponſum S. Cæciliæ: & multi martyrio coronati ſunt per ejus doctrinam. Hic fecit ordinationes 5. per menſem Decemb. Presbyteros 18. Diaconos 6. Epiſcopos per loca 7. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Prætextati via Appia, quem ſepelivit B. Tiburtius 14. Kal. Junii, *& ceſſavit Epiſcopatus dies 30.*

62 *Fuerunt hi Conſules primi* Maximus & Papyrius Ælianus, *anno* 223. *tum* Calpurnius Agricola & Clemen-

Tempus Sedis, ab an. 222. ad 230.

AUCT. G. H. mentinus, *anno* 230. *Proinde ſedit poſt martyrium S. Calliſti adhuc anno* 222. *aut forſan ipſo adhuc vivo Vicarius, uſque ad* 25. *Maii anni* 230. *ut præter annos* 8. *poſſint haberi menſes* 11. *aut* 10. *Acta S. Urbani plurima ex variis Mſſ. collegimus; ex quibus ſola illa prælo paravimus, quæ etiam ex Mſſ. Vaticanis edidit Antonius Boſius, per Notarios Eccleſiæ Romanæ coevos, quibus & a S. Antero dein Papa, conſcripta atque in Eccleſia repoſita? Nonnulla ex illis damus* 14. *Aprilis; quando celebratur memoria St. Valeriani & Tiburtii, quorum hic mentio eſt facta.*

Urbanus 25. *Maii.* — *Acta.*

I. CATALOGI PARS II.

De hac diviſione egimus in Prologo noſtro; & continue ex ſtylo ac modo procedendi, apparebit manifeſta partis utriuſque diverſitas.

XIX. S. PONTIANUS.

I. PONtianus annos 5. menſes 2. dies 7. Fuit temporibus Alexandri, a Conſulatu Pompejani & Pelignìani. Eo tempore Pontianus Epiſcopus & Hippolytus Presbyter exules ſunt deportati in inſulam nocivam Sardiniam, Severo & Quintiano Conſulibus. In eadem inſula* diſcinctus eſt 4. Kalend. Octobris, & loco ejus ordinatus eſt Anteros 11. Kalendas Decemb. Conſulibus ſupra ſcriptis.

* *al. defunctus?*

II. POntianus, natione Romanus, ex patre Calpurnio, ſedit annos 8. menſes 5. dies 2. martyrio coronatur temporibus Alexandri, (ſedit) a Conſulatu Pompejani & Pelniani. Eodem tempore Pontianus Epiſcopus & Hippolytus Presbyter exilio ſunt deputati ab Alexandro in Sardiniam inſulam Bucinam, Severo & Quintiano Coofulibus. In eadem inſula maceratus, & afflictus fuſtibus defunctus eſt 3. Kalend. Novemb. Hic fecit ordinationes duas, Presbyteros 5. Diaconos 5. Epiſcopos per loca 6. quem B. Fabianus adduxit navigio, & ſepelivit in cœmeterio Caliſti via Appia, die depoſitionis ejus 9. Kalend. Decemb.

63 *Progredimur etiam tota hac parte per Conſules, qui (quod haſtenus non erat factum) ſæpius repetuntur, uti infra videbitur. Martyrio coronatum S. Urbanum diximus* 25. *Maii anno* 230. *quo anno Pontianus adhuc aliquot menſibus ſedit, & primo ejus Sedis anno, proximum* 231. *inceperunt* Conſules T. Claudius Pompejanus & Pelignianus, *aliis* Pelinianus *aut* Felicianus, *relati in utroque Catalogo, & apud Anaſtaſium & Luitprandum; item in Mſſ. Geſtis* Pontificum *& antiquis Breviariis. Anno vero* 235. *fuerunt* Conſules L. Catilios Severos, & L. Ragonius Urinatius Quintianus; *quo anno Imperator Alexander, Mammeæ filius, cum regnaſſet annos* 9. *menſe Martio occiſus eſt: ſub quo, ut in ſecundo Catalogo dicitur, aut certe ſub ejus ſucceſſore Maximino, S. Pontianus in inſulam Sardiniam relegatus, & defunctus eſt aut* 4. Kalendas Octobris, *aut ſecundum alios* 3. Kalendas Novembris, *quo die refertur in Martyrologio Rabani. Ejus corpus a S. Fabiano Romam delatum, ac ſepultum dicitur* 9. Kalendas Decembris, *quidni legendum* 13. Kalendas Decembris, *quo colitur?*

Tempus Sedis ab anno 230. — *obitus & conſulatus* 235. — *ſepultura Romæ.*

XX. S. ANTERUS.

ANterus menſe 1. diebus 10. Dormit III. Nonas Jan. Maximino & Africano Conſulibus. I.

ANterius, natione Græcus, ex patre Romolo, ſedit annos 12. menſem 1. dies 12 martyrio coronatur temporibus Maximini & Africani Conſulum. Hic geſta Martyrum diligenter a notariis exquiſivit, & in eccleſia recondidit, propter quod a Maximo Præfecto Martyr effectus eſt. Hic ordinavit 1. Epiſcopum: qui ſepultus eſt in cœmeterio Caliſti via Appia 4. Nonas Januarii, *& ceſſavit Epiſcopatus dies duos.* II.

64 *Creatus eſt* 11. *Kalendas Decembris, id eſt biduo poſt ſepulturam S* Pontiani, *& ſedit ſolum menſe uno, diebus* 10. *mortuus anno* 236. Conſulibus Maximino Imperatore & C. Julio Africano, 3. Januarii, *quo die de illo egimus. Stupendum mendum eſt in altero Catalogo & apud Anaſtaſium, ubi illi anni tribuuntur* 11, *aut* 12. *plane expungendi: niſi dicatur Vicarius Urbani & Pontiani fuiſſe. Videtur tunc* Geſta Martyrum, *imo & hujus* Pontificum Romanorum *Catalogi priorem partem* exquiſiviſſe, *& in ordinem redegiſſe.*

Tempus Sedis a 21. *Novemb. ad* 3. *Jan. an.* 236. — *Geſta Martyrum & Pontificum collecta.*

XXI. S. FABIANUS.

FAbianus annos 14. menſes 11. dies 10. Fuit temporibus Maximini & Gordiani & Philippi, a Conſulatu Maximini & Africani, uſque Decio II. & Grato. Paſſus 13. Kal. Februarii. Hic regiones diviſit Diaconibus, & multas fabricas per cœmeteria fieri juſſit. Poſt paſſionem ejus Moyſes & Maximus Presbyteri & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. Eo tempore ſupervenit Novatus ex Africa, & ſeparavit de Eccleſia Novatianum & quoſdam Confeſſores, poſtquam Moyſes in carcere defunctus eſt: qui fuit ibi menſes 11. dies 11. I.

FAbianus, natione Romanus, ex patre Fabio, ſedit annos 14. menſem 1. dies 11. martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Maximini & Africani uſque Decio II. & * Quadra- II.

* *al. Grato*

dra-

drato, & paſſus eſt 13. Kalend. Februarii. Hic regiones diviſit Diaconibus, & fecit 6. Subdiaconos, qui 7. Notariis imminerent, ut geſta Martyrum fideliter colligerent. Poſt paſſionem ejus Moyſes & Maximinus Presbyteri & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi ſunt. Eodem tempore Moyſes in carcere defunctus eſt, qui fuit ibi menſes 11. & ſic multi Chriſtiani fugerunt. Hic fecit ordinationes 5. per menſem Dec. Presbyteros 22. Diaconos 7. Epiſcopos per loca 14. qui ſepultus eſt in cemeterio Caliſti via Appia, 13. Kal. Febr. *& ceſſavit Epiſcopatus dies 6.*

Tempus Sedis ab an. 236. ad 250

65 *Repetuntur ante memorati* Conſules Maximianus & C. Julius Africanus, *ſub quibus creatus eſt Fabianus anno 236. circa diem* 10. *Februarii, & ſedit annos 14.* menſes 11. (*a nobis loca anni menſes correctas*) dies 10. *nam alias fuiſſet creatus ſub Conſulibus anni ſequentis: dicti autem* menſes 11. *leguntur in Mſ. Thuano Anaſtaſii, & in Mſ. Catalogo Pontificum ex Bibliotheca Palatina Roma deſcripta: item in Mſ. Geſtis Pontificum, & in Martyrologiis Adonis, Uſuardi & aliis ad 20. Januarii, quo obiit anno 250. quando Conſules erant* Decius Imperator *&* Annius Gratus. *Qui additur* in carcere defunctus Moyſes, *inſcriptus eſt Martyrologio Romano ad diem 25. Novembris.*

XXII. S. CORNELIUS.

I. Cornelius annos 2. menſes 3. dies 10. a Conſulibus Decio II & Decio, uſque Gallo & Voluſiano. Sub Epiſcopatu ejus Novatus extra Eccleſiam ordinavit Novatianum in urbe Roma, & Nicoſtratum in Africa. Hoc facto, Confeſſores, qui ſe ſeparaverunt a Cornelio, cum Maximo Presbytero, qui cum Moyſe fuit, ad Eccleſiam ſunt reverſi. Poſt hoc Centumcellis expulſus, ibi cum gloria dormitionem accepit.

II. Cornelius natione Romanus, ſedit annum 1. menſes 2. dies 3. martyrio coronatur. Hic temporibus ſuis, rogatus a quadam matrona, corpora Apoſtolorum Petri & Pauli de Catacumbis levavit noctu: primum quidem corpus B. Pauli acceptum, B. Luciana poſuit in prædio ſuo via Oſtienſi, juxta locum ubi decollatus eſt. B. Petri Apoſtoli accepit corpus B. Cornelius Epiſcopus, & poſuit juxta locum ubi crucifixus eſt, inter corpora Sanctorum, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano Palatio Neronis, 3. Kal. Julii. Poſt hoc factum fecit ordinationem 1. Presbyteros 7. Qui etiam decollatus eſt ad templum Martis, cujus corpus noctu collegit B. Luciana, & ſepelivit in crypta juxta cœmeterium Caliſti, via Appia, in prædio ſuo, 18. Kal Octobris: *& ceſſavit Epiſcopatus dies 66.* AUCT. G. H.

Tempus Sedis ab an. 250. ad 252

66 *Videtur S. Cornelius creatus circa 4 Junii anni 250 eam poſt martyrium S. Fabiani Sedes vacaſſet menſibus 4. diebus 15. Primo autem Sedis ejus anno, inceperunt ſequentem annum citati* Conſules Decius Auguſtus II. & Q. Etruſcus Decius Cæſar, *ejus filius; & anno ſequente 252. fuerunt* Conſules Gallus & Voloſianus *Imperatores, ſub quibus martyrium paſſus Cornelius eſt 14. Septemb. cum ſediſſet annis 2. menſibus 3. diebus 10. Prædicti Conſules deſunt in ſecundo Catalogo, & apud Anaſtaſium, atq; Luitprandum, item in libro Pontificali & Mſ. Geſtis Pontificum: & nihilominus (quod valde notandum eſt) pro his prioribus Conſulibus ab Onuphrio in lib. 2. Faſtorum ad annum Urbis conditæ 1004. citatur* Damaſus in Vita S. Cornelii Papæ. *Id igitur Onuphrius habuit ex hoc Catalogo, ſaltem ut eſt apud Cuſpinianum editus.*

XXIII. S. LUCIUS.

Lucius annos 3. menſes 8. dies 10. Fuit temporibus Galli & Voluſiani, uſque Valeriano III. & Gallieno II. Hic exul fuit & poſtea nutu Dei ad Eccleſiam reverſus. (Deceſſit) 3. Nonas Martii, Conſulibus ſupra ſcriptis. I.

Lucius, natione Romanus, ex patre Porfirio, ſedit annos 3. menſes 3. dies 3. Fuit temporibus Galli & Voluſiani uſq; ad Valerianum III. & Gallicanum: Hic in exilio fuit: poſtea nutu Dei incolumis ad Eccleſiam reverſus eſt. Hic præcepit, ut 2. Presbyteri & 3. Diaconi in omni loco Epiſcopum non deſererent, propter teſtimonium Eccleſiaſticum: qui etiam a Valeriano capite truncatus eſt 3. Nonas Martii. Hic fecit ordinationes 2. per menſem Decemb. Presbyteros 4. Diaconos 4. Epiſcopos per loca 6. qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti, via Appia. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 30.* II.

Tempus Sedis ab an. 252 ad 255

67 *Succeſſit S. Cornelio, indicato anno 252.* Gallo *&* Voluſiano *& Imperatoribus & Conſulibus, & poſt exilium reverſus, anno 255. deceſſit* Valeriano Imp. III. & Gallieno II. Imp. Conſulibus *hic notatis, & quidem 4. Martii, quo die Acta dedimus: ſediſſet autem ſimul cum exilio* annis duobus, menſibus *aut* tribus (*ut plerique habent*) *aut* octo, *ut in primo Catalogo legitur; ſed C. Cornelii, Centumcellis exulis, Vicarius. Ordinationes duas fecit anno primo & ultimo ordinationis, Decembri menſe, cum anno intermedio eſſet in exilio.*

XXIV. S. STEPHANUS.

Stephanus annos 4. menſes 2. dies 21. Fuit temporibus Valeriani & Gallieni, a Conſulatu Voluſiani & Maximini uſque Valeriano III. & Gallieno II. I.

AUCT. G. H. II.

II. STephanus, natione Romanus, ex patre Julio, ſedit annos 5. menſes 5. dies 2. martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Gallieni & Maximi, uſque ad Valerianum III. & Gallienum II. Hic conſtituit Sacerdotes & Levitas veſtes ſacratas in uſum quotidianum non uti, niſi in eccleſia. Hic fecit ordinationes 2. per menſem Decembris, Presbyteros 5. Diaconos 5. Epiſcopos per loca 2. ſepultus in cœmeterio Caliſti, via Appia, 3. Nonas Auguſti. *ceſſavit Epiſcopatus dies 22.*

68 *Notati* Conſules, Voluſianus Imp. & M. Valerius Maximus, *fuerunt anno 253. quando S. Lucio in exilium acto, præfuit Eccleſiæ S. Stephanus tamquam ejus Vicarius, mortuus iiſdem Conſulibus, quibus Lucius; ſcilicet* Valeriano Imp. III. & Gallieno Imp. II. *Qui etiam Conſules ejus morti attribuuntur in Actis martyrii, ad diem II. Auguſti eluctabundis. Hinc liquet primo numeros in Catalogo eſſe inverſos, ac legendum* annos 2. menſes 4. *&c. Secundo conſtat eum fere duos annos fuiſſe Vicarium S. Lucii, at menſes fere quinque verum Pontificem; ſcilicet ab obitu S. Lucii, uſque ad mortem 2. Auguſti. Quia vero* dictus Maximus Conſul, *dicitur in Actis S. Stephani a* de*morte acceptus extitiſſe, ab illo alius eſt, qui triennio poſt cum Glabrione Conſulatum geſſit, de quo mox agemus.*

Tempus Sedis, ob an. 253. in Pi-ſcatore;

Et 5. menſibus in Pontificatu an. 251.

XXV. S. SIXTUS II.

I. SIxtus annis 2. menſibus 11. diebus ſex. Cœpit a Conſulatu Maximi & Glabrionis, uſque Tuſco & Baſſo, & paſſus eſt 8. Id. Auguſti. (Et Presbyteri præfuerunt) a Conſulatu Tuſci & Baſſi uſque in diem 12. Kal. Auguſti, Æmiliano & Baſſo Conſulibus.

II. XIſtus, natione Græcus, ex Philoſopho, ſedit annum 1. menſes 10. dies 24. Martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Decii. Truncati ſunt capite cum B. Xiſto VI. Diaconi, Feliciſſimus, Agapitus, Januarius, Magnus, Vincentius, Stephanus, 8. Idus Auguſti: & (Presbyteri) præfuerunt a Conſulatu Maximi & Gravionis uſque ad Conſulatum Tuſci & Gravionis 13. Kalend. Auguſti. Quo tempore fuit magna perſecutio ſub Decio (cœpta) & poſt tres dies paſſi ſunt Laurentius ejus Archidiaconus, & Claudius (Subdiaconus), Severus Presbyter, & Romanus Oſtiarius, & Creſcentius Lector. Hic fecit ordinationes 2. Presbyteros 4. Diaconos 6. Epiſcopos per loca duo. Sepultus eſt in cœmeterio Calliſti, via Appia. Nam 6. Diaconi ejus, in cœmeterio Prætextati, via Appia, 8. Idus Auguſti. Beatus vero Laurentius, via Tiburtina, in crypta, agro Verano, 4. Idus Auguſti: *& ceſſavit Epiſcopatus annos 2.*

69. *Cœpit Sixtus, poſt mortem Stephani, Pontificatum circa Kalendas Septembris anni 255. & primo Sedis anno inceperunt annum 256.* Conſules Maximus & Glabrio, *martyrio affectus 6. Auguſti anni 258.* M. Aurelio Memmio Tuſco, *alias* Fuſco, *&* Pomponio Baſſo Conſulibus; *cum ſediſſet* annos 2. menſes 11. dies 6. *recte indicatur. Vacavit Sedes fere anno uno: & Presbyteri præfuerunt uſque in 21. Julii anni ſequentis, quo Conſules erant* Fulvius Æmilianus & Pomponius Baſſus II. *Hæc eo ſenſu integrando interpoſuimus ex Anaſtaſio aliquot verba ( ) uncis incluſa.*

Tempus Sedis ob an. 255. ad 258

XXVI. S. DIONYSIUS.

I. DIonyſius annis octo, menſibus 2. diebus 4. Fuit temporibus Gallieni ex die 11. Kalendarum Auguſti Aemiliano & Baſſo Conſulibus, uſque in diem 7. kalendas Januarii, Conſulibus Claudio & Paterno.

II. DIonyſius, ex monacho, cujus generationem reperire non potuimus, ſedit annos 5. menſes 2. dies 4. Fuit temporibus Gallieni ex die 11. Kalendas Auguſti, Æmiliano & Baſſo Coſſ. uſque in die 6. Kalend. Januarii, & Conſulatu Claudii & Paterni. Hic Presbyteris Eccleſias dedit & cœmeteria; & parochias & diœceſes conſtituit. Hic fecit ordinationes 2. per menſem Decemb. Presbyteros 8. Diaconos 3. Epiſcopos per loca 11. Sepultus eſt in cœmeterio Caliſti via Appia, 3. Kalendas Januarii: *& ceſſavit Epiſcopatus dies 5.*

70 *Conſules, accurate notati, annos Sedis indicat. Fuerunt relati,* Fulvius quidem Æmilianus & Pomponius Baſſus *anno 259. quarto die 12 Julii creatus eſt Pontifex Dionyſius.* Imperator vero Aurelius Claudius II. *&* Ovinius Paternus *anno 269. quo mortuus eſt idem Dionyſius 26. Decemb. & inſcriptus Martyrologiis Uſuardi, Bellini, Romano & aliis. Sedit ergo annis 10. menſibus 5 diebus 4. qui cum pluribus mendis a variis varie aſſignantur, ſoli a Conſulibus, paſſim apud omnes neglectis, verum Sedis tempus accipitur & ſtabilitur. Videntur interim Antiocheni anno ſequenti ignoraſſe ejus obitum; cum epiſtolam Synodicam ei ſcriberent, quam Euſebius tempore Aureliani (qui a Martio anni 280. regnavit) exaratam ſcribit. Verum quia nulla Aureliani in dicta epiſtola mentio habetur, potuit citius ſcripta fuiſſe epiſtola & Aureliani nomen non recte appoſuiſſe Euſebius, ignoſcendo errore, cum diſtantia vix trium menſium ſit, inter Dionyſii obitum & Aureliani initium.*

Tempus Sedis a Conſulibus emendatum, ob an. 259. ad 269.

XXVII. S. FELIX.

I. FElix annis 5. menſibus 11. diebus 25. Fuit temporibus Claudii & Aureliani, a Conſulatu Claudii & Paterni, uſq; in Conſulatum Aureliani II. & Capitolini.

II. FElix, natione Romanus, ex patre Conſtantio, ſedit annos 4. menſes tres. dies 25. mor-

martyrio coronatur. Fuit temporibus Claudii & Aureliani, a Conſulatu Claudii & Paterni, uſque ad Conſulatum Aureliani & Capitolini. Hic conſtituit ſuper ſepulcra Martyrum Miſſas celebrari. Hic fecit ordinationes 2. per menſem Decemb. Presbyteros 8. Diaconos 3. Epiſcopos per loca 11. Sepultus eſt in cœmeterio ſuo, via Aurelia, milliario ſecundo, 3. Kalend. Junii: *& ceſſavit Epiſcopatus dies 5.*

Tempus ſedis ab an. 269. ad 274

71 *Iterum tempus Pontificatus dirigunt indicati Imperatores & Conſules, paſſim ab omnibus admiſſi, atque etiam in antiquis* Martyrologiis *& Breviariis relati. Fuerunt Conſules, præfati,* Imp. Aurelius Claudius 11. & Ovinius Paternus, *anno 269. ſed quem totum occupavit, præter quinque ultimos dies, deceſſor Dionyſius; ut vel inde poſſemus ſuſpicari, illius forſan Vicarium fuiſſe S. Felicem, & ita* anni 5. menſes 11. dies 25. *poſſent haberi uſque ad 30. Maii, quo die inſcriptus eſt antiquis Breviariis &* Martyrologiis, *in quibus Imperatores & Conſules hic indicati aſſignantur, & ultimi* Conſules Imp. Aurelianus 11. & C. Julius Capitolinus *fuerunt anno 274. ultra quem annum vixit S. Felix uſque ad præfatum* 30. Maii *anni ſequentis.*

XXVIII. S. EUTYCHIANUS.

I. EVtychianus annis octo, menſibus 11. diebus tribus. Fuit temporibus Aureliani a Conſulatu Aureliani 111. & Marcellini uſque in diem v11. Idus Decembris, Caro 11. & Carino Conſulibus.

II. EUtychianus, natione Tuſcus, ex patre Marino, ſedit annum 1. menſem 1. diem 1. Fuit temporibus Aureliani, a Conſulatu Aureliani 111. & Marcellini, uſque in diem Idus Decembris, Caro 11. & Carino Coſſ. Hic conſtituit fruges ſuper altario benedici. Hic per loca 361. Martyres ſepelivit. Hic fecit ordinationes 5. per menſem Decemb. Presbyteros 14. Diaconos 5. Epiſcopos per loca 9. qui & ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti, via Appia, 6. Kal. Auguſti, *& ceſſavit Epiſcopatus dies 8.*

Tempus ſedis ab an. 275. ad 283

72 *Conſules aſſignati,* Imp. Aurelianus 111. & T. Avonius Marcellinus *fuerunt anno 275. & poſteriores,* Imp. Carus 11. & Carinus, *(qui iterum repetuntur in ſequenti Pontifice) fuerunt anno 283. quo mortuus hic ſignatur* Eutychianus v11. *Idus Decembris; ad quem & ſequentem diem memoratur in antiquis* Martyrologiis: *& ſic ſedit annis octo, hic & apud Anaſtaſium indicatis: ſed menſes 10. aut 11. non conſentiunt, niſi dicatur ſub initium anni conſecratus; & S. Felicis tum comprehenſi aut aliter impediti Vicarius fuiſſe. Menda numerorum in adjunctis Catalogis ultro corruunt: de his agimus 22. Aprilis ad Vitam S. Caji ſucceſſoris.*

XXIX. S. CAIUS.

I. CAjus annos 12. menſibus 4. diebus 7. Fuit temporibus Cari & Carini, ex die 16. Kalendas Ianuarii, Conſulibus Caro 11. & Carino, uſque in x. Kalend. Maii, Diocletiano v1. & Conſtantio 11. Conſulibus. AUCT. G.H.

II. CAjus, natione Dalmata, & ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Gajo, ſedit annos 11. menſes 4. dies 12. Fuit temporibus Cari & Carini, ex die 15. Kalend. Januarii, a Conſulatu Cari 11.... Hic fugit perſecutionem Diocletiani, in cryptis habitans, & Confeſſor quievit. Hic fecit ordinationes 4. per menſem Decemb. Presbyteros 16. Diaconos 7. Epiſcopos per loca 5. ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti, via Appia, x. Kal. Maii. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 11.*

73 *Omnia hic accurate deſignata conſentiunt inter ſe & cum deceſſore: de utroque autem agimus 22. Aprilis ad Vitam S. Caji. Sedit hic a die 10. Decemb. anni 283. uſque ad 22. Aprilis anni 296. Addendum,* temporibus Cari, Carini, Diocletiani & Maximiani; *uti ex Conſulibus patet & annis quibus præfuit Cajus.*

Sedit ab an. 283. ad 296

XXX. S. MARCELLINUS.

MArcellinus annis 8. menſibus 3. diebus 25. Fuit temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die pridie Kalendas Julias, a Conſulibus Diocletiano v1. & Conſtantio 11. uſque in Conſulatum Diocletiani 1x. & Maximiani v111. Quo tempore fuit perſecutio, & ceſſavit Epiſcopatus annos 4. menſibus ſex, diebus 25. I.

MArcellinus, natione Romanus, ex patre Projecto, ſedit annos 8. menſes 4. dies 15 Fuit temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die Kal. Junii, a Conſulatu Diocletiani v. & Conſtantii 11. uſq; Diocletiani v111. & Maximiani v111. quo tempore fuit perſecutio magna, ita ut, infra 39. dies, 15. millia hominum promiſcui ſexus, diverſas provincias, martyrio coronarentur. De qua re ipſe Marcellinus ad ſacrificium deductus eſt ut thurificaret, quod & fecit: & poſt paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano, propter fidem Chriſti, cum Claudio & Quirino & Antonino capite ſunt truncati & martyrio coronantur. Jacuerunt corpora ſancta in platea dies 25. juſſu Diocletiani, ubi Marcellus Presbyter noctu collegit corpora Sanctorum, & ſepelivit via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, in cubiculo quod patet uſque in hodiernum diem; quod ipſe præceperat pœnitens, dum traheretur ad occiſionem, in crypta juxta corpus II.

AUCT. G.H. S. Creſcentionis, 6. Kalend. Maji. Hic fecit ordinationes 2. per menſem Decembr. Presbyteros 4. Diaconos 2. Epiſcopos per loca 5. *& ceſſavit Epiſcopatus annos 6. menſes 6. dies 25. perſequente Diocletiano Chriſtianos.*

74 *Quæcumque eſſent hic dicenda, deduximus ad 26 Aprilis, quo die videtur a S. Marcello adhuc Presbytero ſepultus; ſub initium hujus menſis aut etiam præcedenti Martio martyr coronatus, anno 304. Ad ejus Acta probamus ceſſaviſſe Pontificatum annis 4. pro quo, amanuenſium culpa, erant ſcripti anni 7.*

Sedit ab an. 296. ad 304.

Vacat Sedes annis 4.

XXXI. S. MARCELLUS.

I. MArcellus, anno 1. menſibus 7. dies 20. Fuit temporibus Maxentii a Conſulatu (Maximiani Herculei) X. & Maximiani (Galeri 1.) VII. uſque poſt Conſulatu X. & VII.

II. MArcellus, natione Romanus, ex patre Marcello, ſedit annos 4. Fuit temporibus Maxentii, a Conſulatu Maxentii IV. & Maximi uſque poſt Conſulatum. Hic fecit ordinationes per menſem Decemb. Presbyteros 25. Diaconos 2. Epiſcopos per loca 25. Sepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ, via Salaria, 16. Kalend. Februarii. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 21.*

75 *Acta S. Marcelli dedimus ad diem 16. Januarii, ſed non ſatis diſtincta ab Actis S. Marcellini; quod fatimus 26. Aprilis, die feſto S. Marcellini; a quo per magnam Græcorum oſcitantiam non fuiſſe diſtinctum Marcellum, ibidem probavimus. Sediſſe autem videtur a menſe Majo fere finito, anno 308.,* Conſulibus Maximiano Herculeo X. & Galerio Maximiano VII. *uſque ad 16. Januarii anni 310. qui notabatur iterum* poſt Conſulatum X. & VII.

Sedit ab an. 308. ad 310.

XXXII. S. EUSEBIUS.

I. EUſebius, menſes 4. dies 16. a 14 Kalend. Maias, uſque in diem 16. Kalend. Septembris.

II. EUſebius, natione Græcus, ex Medico, ſedit annos 6. menſem 1. dies 3. Fuit temporibus Conſtantini. Sub hujus tempora inventa eſt ſancta Crux Domini noſtri Jeſu Chriſti 5. Nonas Maji. Hic baptizatus eſt Judas Quiriacus. Hic fecit ordinationes 3. Presbyteros 13. Diaconos 3. Epiſcopos per loca 14. Hic ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti, via Appia, 6. Nonas Octobris. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 6.*

76 *Non indicantur Conſules, quia iidem erant in Marcello ſignati. Sed aliquis hic error in numeris. Si ſic ſcriberetur,* uſque in diem poſtridie Kalendas Septembris, *reliqua intacta manerent. Colitur 26. Septembris. Quæ in Catalogo ſecundo de Cruce inventa ſunt inſerta, erunt e vetitus excutienda die 3. Maji, & ad alium forſan Pontificem referenda, fabula autem de Juda Cyriaco refutanda ad 1. ejuſdem Maii.*

Sedit menſibus 4. an. 310.

XXXIII. S. MELCHIADES.

MIltiades annis 3. menſibus 6. diebus *9. ex die 6. Nonas Julias, a Conſulatu Maximiano VIII Solo, quod fuit menſe Septembri, Voluſiano & Rufino, uſq; in 3. Idus Janu. Voluſiano & Aniano Coſſ. I.

* al. octo.

MElciades, natione Afer, ſedit annos 3. menſes 6. dies 7. ex die Non. Julii a Conſulatu Maximini 8. uſque ad Maxentium 11. qui fuit menſe Septembri Voluſiano & Rufino Coſſ. Hic conſtituit nulla ratione die Dominica aut quinta jejunium quis de fidelibus ageret: quia eos dies Pagani, quaſi ſacrum jejunium celebrabant. Et Manichæi inventi ſunt in urbe ab eodem die. Hic fecit ut oblationes conſecratæ per Eccleſias ex conſecratu Epiſcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. Hic fecit ordinationem unam per menſem Decemb. Presbyteros 4. Diaconos 3. Epiſcopos per loca 11. *& ceſſavit Epiſcopatus dies 15.* II.

77 Privilegium, *ut ſcriptum a S. Damaſo, refertur ab Onuphrio ad an. Urbis Cond.* 1067. Imperator Galerius Maximianus VIII. Conſul, *periit hac æſtate anni 311. & tunc fuerunt* Voluſianus & Rufinus *ſubſtituti. Verum ſi Melchiades dicto anno, fuerit 2. Julii conſtitutus, ſolum duobus annis & ſex menſibus, diebus octo aut novem ſediſſet. Nam* Voluſiano & Aniano Conſulibus *anno 314. S. Melchiades mortuus eſt, idque vel aut* 4. Idus Januarii, *quo die memoratur in* Martyrologiis *S. Hieronymi, Rabani Wandelberti, Notkeri & plurimis Mſſ. vel* 3. Idus Januarii, *quo die a paucis refertur. Tempus obitus confirmatur in Actis S. Silveſtri ſucceſſoris. Colitur S. Melchiades 10. Decembris, quo die ſepultus traditur in libro* Pontificali *& Mſſ. Geſtis Pontificum & antiquis Breviariis. Potuerunt tres anni Pontificatui aſſignari, quia duobus integris annis, & duorum annorum partibus præfuit Eccleſiæ. Verum contra ſimiles calculationes & numerorum corruptiones prævalere Conſules, tam exacte indicatos, ſæpius cum Baronio conſuimus.*

Sedit ab an. 311. ad 314.

XXXIV. S. SILVESTER.

SIlveſter annis 21. menſibus 11. Fuit temporibus Conſtantini, a Conſulatu Voluſiani & Anniani, ex die pridie Kalend. Februarii, uſq; in diem (pridie) Kalendarum Ianuariarum, Conſtantino & Albino Coſſ. I.

SIlveſter, natione Romanus, ex patre Rufino, ſedit annos 23. menſes 10. dies 11. temporibus Conſtantini .... & Voluſiani, ex die Kalendarum Februarii, uſque in diem Kalend. Janua- II.

Januarii, Conſtantio & Voluſiano Conſulibus. Hic in exilio fuit, in montem Soractem perſecutione Conſtantini concuſſus: & poſtmodum rediens cum gloria baptizavit Conſtantinum Auguſtum, quem curavit Dominus pro baptiſmo a lepra. Hic fecit conſtitutum de omni Eccleſia. Hujus temporibus factum Concilium cum ejus conſenſu in Nicæa Bithyniæ, & congregati ſunt Sacerdotes, trecenti ſeptemdecim Epiſcopi Catholici, & quorum chirographus cucurrit; alii imbecilles ducenti octo, qui expoſuerunt fidem integram, ſanctam, catholicam & immaculatam: & damnaverunt Arium, Photinum, & Sabellium vel ſequaces eorum. Et in urbe Roma congregavit Epiſcopos ducentos ſeptuaginta ſeptem, & damnavit Caliſtum & Arium & Photinum: & conſtituit ut Presbyterum Arianum non ſuſciperet, niſi Epiſcopus loci deſignati: & chriſma ab Epiſcopo confici, & privilegium Epiſcopus (dedit) ut baptizatum conſignent propter hæreticam ſuaſionem. Hic conſtituit, ut nullus laicus crimen Clerico inferret. Hic conſtituit, ut Diaconi Dalmatica uterentur, palla linoſtima lævæ eorum tegerentur. Hic conſtituit, ut nullus Clericus propter cauſam quamlibet in curiam introiret, nec ante Judicem cinctum cauſam diceret, niſi in eccleſia. Hic conſtituit, ut ſacrificium altaris non in ſerico, neque in panno tincto celebraretur, niſi tantum in lineo; ſicut corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſindone linea ſepultum eſt, ſic Miſsa celebraretur. Hic conſtituit, ut ſi quis deſideraret in Eccleſia militare aut proficere, ut eſſet Lector ad annos triginta. Exorciſta dies 30. Acolythus annos 5. Subdiaconus annos 5. Cuſtos Martyrum annos 5. Diaconus annos 5. Presbyter 3. probatus ex omni parte, etiam foris qui ſunt, teſtimonium habere bonum, & ſic ad Ordinem Epiſcopatus aſcendere; nullum majoris vel prioris locum invadere, niſi ordinem temporum cum pudore cognoſceret, omnium Clericorum votiva gratia, nullo omnino Clerico vel fideli contradicente. Hic fecit ordinationes 6. per menſem Decemb. Presbyteros 44. Diaconos 36. Epiſcopos per loca 65. Eodem tempore fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in palatio Seſsoriano, ubi etiam de ligno ſanctæ Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti auro & gemmis concluſit. Eodem tempore fecit baſilicam S. Laurentii. Eodem tempore fecit baſilicam ſanctorum Martyrum Marcellini Presbyteri & Petri Exorciſtæ. Sepultus eſt B. Silveſter via Salaria, in cœmeterio Priſcillæ, milliario tertio ab urbe Roma, pridie Kalend. Januarii. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 8.

78 *Interpoſuimus vocem* pridie *omiſſam, & ſic omnia accuratiſſime concordant in Conſulibus, annis, menſibus, diebus, & maxime in die 31. Decembris, quo obiit & colitur.* Conſules Voluſianus & Anianus *fuerunt anno* 314. *at* Conſtantius & Albinus, *anno* 335. *Fuerunt autem omnia accurate deſcripta, ab auctore, qui hoc tempore Romæ florebat. Sub eo habitum primum Concilium Oecumenicum Nicænum anno* 325. AUCT. G.H.

Conſeſſo magno, ſedit ab an. 314 ad 335.

XXXV. S. MARCUS.

MArcus menſes 8. dies 20. Fuit temporibus Conſtantini, Nepotiano & Facundo Conſulibus; ex die 15. Kalend. Februarii, uſque in diem Nonarum Octobrium, Conſulibus ſupradictis. I.

MArcus, natione Romanus, ex patre Priſco, ſedit annos 2. Fuit temporibus Conſtantini, Nepotiano & Secundo Conſulibus, ex die Kalendarum Februarii, uſque in diem Kalendarum Octobris. Hic conſtituit ut Epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat Epiſcopum Urbis, pallio uteretur, vel ab eodem Epiſcopo Urbis Romæ conſecraretur. Hic fecit ordinationes duas per Decembrem, Presbyteros 15. Diaconos 6. Epiſcopos per loca 27. Sepultus eſt in cœmeterio Balbinæ, via Ardeatina, pridie Nonas Octobris: *& ceſſavit Epiſcopatus dies* 20. II.

79 *Fuerunt anno* 336. Conſules, Nepotianus & Julianus. *Reliqua conveniunt, modo præter* menſes octo *(quos etiam Marco tribuit S. Hieronymus) aſſignemus ex apographo Cuſpiniani* dies 20. *pro quibus, errore amanuenſium apud Bucherium, ſolum* dies 11. *ſunt excuſi.* *Sedis anno 336.*

XXXVI. S. JULIUS.

JUlius, annos 15. menſes 2. dies ſex. Fuit temporibus Conſtantis, a Conſulatu Feliciani & Titiani, ex die 8. Idus Februarii, in diem pridie Idus Aprilis, Conſtantio V. & Conſtantio Cæſare Conſulibus. Hic multas fabricas fecit, baſilicam in via Portuenſi, milliario III; baſilicam in via Flaminia milliario II. quæ vocatur Valentini; baſilicam Juliam, quæ eſt regione VII juxta forum Divi Trajani, baſilicam trans Tiberim, regione XIV, juxta Calliſtum, baſilicam in via Aurelia, milliario III. ad Calliſtum. I.

JUlius, natione Romanus, ex patre Ruſticio, ſedit annos 15. menſem 1. Fuit temporibus Conſtantini, (a Conſulatu) Feliciani & Maximiani. Hic fecit ordinationes 3. per menſem Decembr. Presbyteros 18. Diaconos 8. Epiſcopos per loca 8. ſepultus eſt in via Aurelia, in II.

AUCT. G. H. cœmeterio Calipodii, milliario 3. pridie Idus Aprilis. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 25.*

Sedit ab an. 337 ad 352. 80 *Geſſerunt Conſulatum* Felicianus & Titianus, *anno* 337. *at* Conſtantius Auguſtus v. & Conſtantius Gallus Cæſar, *anno 353. quo Julius obiit die 12. Aprilis, & ad iſtum diem Acta ejus illuſtramus. Hic, præter morem primi Catalogi, nonnulla geſta ipſius Pontificis adduntur; an id a S. Damaſo ejuſve juſſu fuerit factum, judicio aliorum relinquimus.*

XXXVII. S. LIBERIUS.

I. Liberius fuit temporibus Conſtantii, ex die 11. Kalendas Iunias, in diem ..., a Conſulibus Conſtantio v. & Conſtantio Cæſare.

FINIS CATALOGI PRIMI.

PROSECUTIO ALTERIUS.

II. Liberius, natione Romanus, ex patre Auguſto, ſedit annos 5. menſes 3. dies 3. Fuit temporibus Conſtantii uſque ad Conſtantium Auguſtum VII. Hic exilio detruditur a Conſtantio, eo quod noluit hæreſi Arianæ conſentire, & fecit annos 3. Et congregati Sacerdotes, & cum conſilio eorum Liberius, ordinaverunt in loco ejus Felicem Presbyterum Epiſcopum, venerabilem virum. Et fecit Concilium Felix, & invenit 2. Presbyteros conſentientes Conſtantio Auguſto Ariano, nomine Urſatium & Valentem, & damnavit eos in Concilio quadraginta octo Epiſcoporum. Poſt paucos dies zelo ducti Urſatius & Valens, rogaverunt Conſtantium Auguſtum, ut revocaret Liberium de exilio, ut unam tantum communionem participaret excepto rebaptizare. Qui Liberius conſenſit præcepto Auguſti, ut unam participationem conveniret communionis. Tunc revocaverunt Liberium de exilio. Eodem tempore Conſtantius una cum Urſatio & Valente convocaverunt aliquos, qui ex fæce Ariana erant, & miſit & revocavit Liberium de cœmeterio S. Agnæ, ubi ſedebat. Et ingreſſus Romam in ipſa hora Conſtantius, fecit Concilium cum hæreticis; ſimul Urſatius & Valens: & ejecit Felicem de Epiſcopatu, qui erat Catholicus, & revocavit Liberium. Ab eodem die fuit perſecutio in Clero, ita ut intra Eccleſiam Presbyteri & Clerici necarentur. Qui Felix depoſitus de Epiſcopatu, habitavit in prædiolo ſuo a die 3. Kalendas Auguſti. Ingreſſus Liberius in Urbem 4. Nonas Auguſti, conſenſit Conſtantio hæretico; non tamen rebaptizatus eſt, ſed conſenſum præbuit. Fecit ordinationes 2. Presbyteros 19. Diaconos 5. Epiſcopos per loca 8. Sepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria 5. Idus Septembris. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 5.*

XXXVIII. S. FELIX II.

Felix natione Romanus, ex patre Anaſtaſio, ſedit annos 3. Hic declaravit Conſtantium hæreticum, & rebaptizatum ſecundum. Hic martyrio coronatur. Hic fecit baſilicam in via Aurelia, milliario ab Urbe ſecundo, ubi & requievit. Hic fecit ordinationem per menſem Decemb. Presbyteros 21. Diaconos quinque, Epiſcopos per loca 18. Qui etiam capite truncatur, cum multis Clericis & fidelibus, occulte juxta muros Urbis, ad latus formæ Trajani, 3. Idus Novembris: & exinde rapuerunt corpus ejus nocte Chriſtiani cum Damaſo Presbytero, & ſepelierunt in baſilica ſupradicta 16. Kalend. Decemb. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 38.*

ANNOTATA AD DUOS PONTIFICES.

81 Conſules, Conſtantius Auguſtus v. & Conſtantius Gallus Cæſar, *repetuntur: ſub quibus S. Julius obiit 12. Aprilis, & Liberius creatus eſt* 22. Maii *anno* 352. Liberius creatur 22. Maji anni 352.
Quibus relatis finis primus Catalogus: qui utinam ad S. Damaſum uſque fuiſſet deductus, tunc certiora de his duobus ſimul junctis potuiſſent ſciri. Liberius autem cum ſediſſet tres annos, juſſus in exilium abire, reliquit Pontificatum: & ipſius conſilio Sacerdotes congregati, in ejus locum ordinaverunt Felicem 51. *Hic ergo in locum Liberii conſtitutus, ut verus Pontifex paſſim habetur, memoratus in omnibus antiquis Catalogis, Breviariis & Martyrologiis, & hactenus in Eccleſiæ Officio proprio colitur. Verum a Conſtantio Imperatore & aliis hæreticis, concitata contra eum & Clerum ei adhærentem magna perſecutione, depoſitus eſt* 4. Kalendas Auguſti, *quo die celebratur ejus feſtum, licet poſtmodum capite ſit truncatus*, 3. Idus Novembris; *& a S. Damaſo aliiſque Chriſtianis ſepultus* 16. *aut* 12. Kal. Decembris. *Marcellinus & Fauſtinus, Presbyteri Luciferiani, in Præfatione Libelli Precum ad Imperatores Valentinianum, Theodoſium & Arcadium, tradunt* Felicem defunctum, Valentiniano & Valente Conſulibus, die x. Kalendarum Decembrium. *Annus is foret* 365. Liberius, *reſtitutus in Sedem Pontificiam, circa annum* 358. *dicitur ibidem* humanis rebus exemptus, 8. Kal. Octobris, Gratiano & Dagalaiſo Conſulibus, *id eſt anno* 366. *Eſt hic variis Martyrologiis ad diem 23. Septembris & ſequentem inſcriptus. Reliqua de his Pontificibus latius referuntur ab Anaſtaſio Bibliothecario & accuratius exponuntur a Baronio in Annalibus, quos interim Lector conſulat, dum hæc ſuo tempore in hiſce Sanctorum Actis erunt accuratius diſcutienda.*

Depoſitus Pontificatu. Felix verus Pontifex. Martyrio obiit an. 365. Liberius obiit an. 366.

XXXIX. S. DAMASUS.

Damaſus, natione Hiſpanus, ex patre Antonio, ſedit annos ſeptemdecim, menſes duos, dies 11.... Fecit baſilicas 2. unam ad viam Ardeatinam, ubi requieſcit. Hic accuſatus in crimine de adulterio, facta Synodo purificatur a quadraginta quatuor Epiſcopis, qui damnaverunt Concordium & Calliſtum Diaconos accuſatores, & jactaverunt de Eccleſia. Hic fecit ordinationes 5. per menſem Decemb. Presbyteros 31. Diaconos 11. Epiſcopos per loca 51. Sepultus eſt in baſilica ſua 3. Idus Decembris, cum matre ſua & germana. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 36.*

Digitized by Google

82 *Liberio defuncto, ordinatus eſt S. Damaſus, an. 366. ſub finem menſis Septembris: & cum ſediſſet annos* Sedit ab an 366. ad 382 *17. menſes 2. dies 11. in Domino quievit 11. Decembris anni* 382. anno Pontificatus 18. Indictione 2. Antonio & Siagrio Conſulibus, *uti legitur in Marcellini Comitis Chronico. Aliquis Sciolus intruſerat hæc verba*, Fuit temporibus Juliani: *quæ rejecimus. Sub eo habitum eſt Conſtantinopoli Concilium Oecumenicum ſecundum, an.* 381.

XL. S. SIRICIUS.

SIricius, natione Romanus, ex patre Tiburtio, ſedit annos 15. dies 35. Hic conſtitutum fecit de Eccleſia, & direxit per provincias. Conſtituit, ut ſine conſecrato Epiſcopi loci cuilibet Presbytero non liceret conſecrare. Hic conſtituit hæreticos ſub manus impoſitione reconciliari. Hic fecit ordinationes 5. Presbyteros 31. Diaconos 15. Epiſcopos per loca 32. Sepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ, via Salaria, 7. Kal. Martii. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 20.

83 *Creatus eſt Siricius anno* 383. Merobaude 11. & Sedit ab an 383. ad 398 Saturnino Conſulibus. *Ita Marcellinus, qui etiam Sedi ejus tribuit annos 15. Mortuus eſt anno 398. die 8. aut 7. Kalendas Martii, ut plenius* dictum eſt *ad Vitam ſucceſſoris.* Conſecratum Epiſcopi, *de quo decretum loquitur, Anaſtaſius explicat eſſe* fermentum; *de cujus diſtributione inter parochia ejuſdem, in qua Epiſcopus ſacrificat, Presbyteros facienda; qui non niſi eo ſuſcepto, poſſent ſimilee Eulogias populo diſtribuendas conſecrare, videndus eſt Baronius Tom. 5. ad an. 313. num. 49. & ſeqq.*

XLI. S. ANASTASIUS.

* leg. 4. ANaſtaſius, natione Romanus, ex patre Maximo, ſedit annos * 3. dies x. Hic conſtituit, quoties Evangelia recitentur, Sacerdotes non ſederent. Hic fecit ordinationes 2. Presbyteros 5. Diaconos 5. Epiſcopos per loca 11. Sepultus eſt ad Urſum Pileatum, 6. Kalend. Maii. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 21.

84 Anaſtaſius I. *creatus eſt circa Idus Martias anni* Sedit ab an 398. ad 402 348. Conſulibus Honorio IV. & Eutychiano, *uti exacte tradunt Proſper & Marcellinus; mortuus anno 402. ſepultus 27. Aprilis, quo die illa ad ejus Vitam deducimus: & confirmantur ex ſucceſſione S. Innocentii.*

XLII. S. INNOCENTIUS.

INnocentius, natione Albanenſis, ex patre Innocentio, ſedit annos 15. menſem 1. dies 21. Hic conſtituit Sabbato jejunium celebrari, ideo quia Sabbato Dominus in ſepulcro poſitus eſt, & diſcipuli jejunaverunt. Hic fecit ordinationes 4. per Decembrem, Presbyteros 30. Diaconos 12. Epiſcopos per loca 54. Sepultus eſt ad Urſum pileatum 5. Kalendas Aug. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 21.

Sedit ab an. 402. 85 *Creatum eſſe* Innocentium I. *anno* 402. Imperatoribus Arcadio V. & Honorio V. Conſulibus, *atteſtantur Proſper & Marcellinus. Sub eo autem habita ſunt Concilia Mileuitana duo: primum, eiſdem Conſulibus*, Sexto Kalendas Septembris: *ſecundum, extremi ejuſdem Innocentii Pontificatu, etiam* ſexto Kalendas Septembris, Theodoſio VII. & Palladio Conſulibus, *qui eſt annus* 416. *Subjunguntur duæ epiſtolæ Synodicæ ad Innocentium Papam,* AUCT. G.H. *qui reſcriptum miſit datum 6.* Kalendas Februarii, Hono- ad an 417. rio & Conſtantio Conſulibus, *ſcilicet anno* 417. *Poſt hoc reſcriptum non diu ſuperfuiſſe S. Innocentium, liquet ex epiſtola Zoſimi ſucceſſoris ad Epiſcopos Galliæ, data* 11. Kalendas Aprilis, Honorio Auguſto XI. & Conſtantio II. Conſulibus. *Hinc colligimus primo, licet* Innocentius ſepultus *dicatur* 5. Kalendas Auguſti, *atque iſto die colatur, Breviario Romano inſcriptus; videri tamen mortuum eſſe 12. die Martii, quando ſub eodem elogio* Pontifices Gregorius Magnus & Innocentius *referantur ab Uſuardo, Adone, Notkero, & aliis. Colligimus ſecundo* mortuus 12 Aprilis. *aut non integros 15. annos ſediſſe Innocentium, cum deceſſor Anaſtaſius ſit ſepultus 27. Aprilis, eoque die colatur; aut dicendum hunc etiam aliquamdiu ante vita functum & S. Innocentium 22. Januarii creatum, & ſic ſediſſe annos 15. menſem 1. dies 21. hic indicatos.*

XLIII. S. ZOSIMUS.

ZOſimus, natione Græcus, ex patre Apronio, ſedit annum 1. menſes 2. dies 2. Hic conſtituit ut Diaconi lævam tectam haberent de palliis linoſtinis, & ut per Parochias cereus benedicatur. Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembris, Presbyteros x. Diaconos 3. Epiſcopos per loca 8. Sepultus eſt juxta corpus B. Laurentii, via Tiburtina, 6. Kal. Januarii. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 21.

86 *Fuiſſe ordinatum Zoſimum*, Honorio XI. & Con- Sedit ab an 417. ſtantino II. Conſulibus, *ſcribit Marcellinus, eumque ſcripſiſſe ad Epiſcopus Galliæ*, 11. Kalendas Aprilis, *his ipſis Conſulibus, ſupra indicatum eſt. Annus is erat* 417. *quo anno plures ſcripſit epiſtolas, uti & ſequenti anno*, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Conſulibus: *quarum ul-* ad Decembrem anni 418. *tima, ad Epiſcopus per Byzancium conſtitutos, data eſt* 16. Kal. Decembris. *Nec diu poſtea ſuperſtes, ſepultuſque 7. aliis* 8. Kalendas Januarii, *debuit ſediſſe (ut Anaſtaſius habet)* annum 1. menſes 8. dies 25. *Colitur 26. Decemb.*

XLIV. S. BONIFACIUS.

BOnifacius, natione Romanus, ex patre Jocundo Presbytero ſedit annos * 3. menſes * imo 4. 8. dies 5. Hic ſub contentione cum Eulalio ordinatur: & fuit diſſenſio in Clero menſes 6. dies 15. Et facta Synodo deponitur Eulalius ſub aliis Epiſcopus, quia juſte non fuerat ordinatus: & ex conſenſu omnium ſedit Bonifacius Præſul, & conſtitutus Eulalius in civitate Nepina Epiſcopus. Hic conſtituit ut nulla mulier vel monacha pallam ſacratam contingeret aut lavaret, aut incenſum poneret in eccleſia, niſi Miniſter, nec ſervum Clericum fieri. Hic fecit ordinationem unam per menſem Decemb. Presbyteros 13. Diaconos 4. Epiſcopos per loca 35. Sepultus eſt in cœmeterio S. Felicitatis via Salaria, 8. Kalendas Novembris. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 9.

87 Monaxio & Plinta Conſulibus Romanæ Eccleſiæ Sedit ab an 418. ad 423 Epiſcopatum egiſſe Bonifacium, *ſcribit Proſper. Eſt is annus* 419. *quo Bonifacius ſcripſit epiſtolam ad Epiſcopos Galliæ, datam* ſub die Idus Junias. *Mortuus fuit an.* 423. *ut ex ſucceſſione S. Cœleſtini conſtat. Colitur 25. Octobris, quo die ſepultus eſt.*

XLV.

AUCT. G. H.

XLV. S. CÆLESTINUS.

CÆleſtinus, patria Campanus, ex patre Priſco, ſedit annos 8. menſes 10. dies 16. Hic fecit ut Pſalmi 150. deberent ante ſacrificium pſalli, quod ante non fiebat, niſi tantum Epiſtola Pauli Apoſtoli & ſanctum Evangelium, & ſic Miſſæ celebrabantur. Hic fecit ordinationes 3. per menſem Decemb. Presbyteros 32. Diaconos 12. Epiſcopos per loca 46. Sepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria 8. Idus Aprilis. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 21.*

Sedit ab an 423 ad 432 — 88 *Ad Conſulatum* Aſclepiodoti & Mariniani *refertur initium a Marcellino & Proſpero. Is eſt annus 423. Mortuus eſt anno 432. 6. Aprilis, ad quem diem Acta ejus illuſtramus. Sub eo Epheſi habitum eſt Concilium generale tertium, anno 431.*

XLVI. S. SIXTUS III.

XIſtus, natione Romanus, ex patre Xiſto, ſedit annos 7. dies 18. Hic a quodam Baſſo incriminatus, accuſatur. Ex præcepto Valentiniani Auguſti, cum magna examinatione facta Synodo, purgatur a 54. Epiſcopis, & ejecit Baſſum a communione. Hic fecit ordinationes, Presbyteros 28. Diaconos 22. Epiſcopos per loca 52. Sepultus eſt in via Tiburtina, in crypta ad S. Laurentium. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 21.*

Sedit ab an 432 ad 440 — 89 *Ordinatus traditur a Marcellino & Proſpero* Conſulibus Valerio & Aetio, *anno 432. mortuus anno 440. 28. Martii, ad quem diem Acta edidimus.*

XLVII. S. LEO.

LEo, natione Tuſcus, ex patre Quintiano, ſedit annos 21. menſem 1. dies 13. Hic fecit conſtitutum de Eccleſia. Hic invenit 2. hæreſes, Eutychem & Neſtorium; & per rogatum Marciani Auguſti, orthodoxi Principis, ex hujus præcepto factum eſt Concilium ſanctorum Epiſcoporum in Chalcedone Orientis, in baſilica ſanctæ Martyris Euphemiæ; & congregati 266. Sacerdotes; & aliorum chirographus cucurrit 405. Epiſcoporum; qui condemnaverunt Eutychem & Neſtorium. Et poſt dies 42. iterum in unum congregati cum chirographis, qui præſentes fuerunt, exponentes fidem 200. Epiſcopi, cum Auguſto Marciano piiſſimo, qui fidem ſuam una cum Auguſta Placidia publice ante conſpectum ſanctorum Sacerdotum Epiſcoporum declaravit, ubi iterum damnatus eſt Eutyches. Et poſtmodum rogat Imperator Marcianus, ſimul cum Epiſcopis 45 & miſit ſacra, rogans Leonem Papam, ut fidem expoſitam fidei Catholicæ & Apoſtolicæ ei dirigeret. Beatus vero Leo & direxit tomum, & firmavit Synodum ſanctam. Hic fecit epiſtolas multas, exponentes fidem Catholicam rectam, quæ hodie in archivio Eccleſiæ Romanæ tenentur, & decretalem quam per univerſum mundum ſpargens ſeminavit. Hic fecit ordinationes 4. per menſem Decemb. Presbyteros 81. Diaconos 31. Epiſcopos per loca 175. Hic conſtituit ut monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, niſi probata fuerit in virginitate 60. annorum. Sepultus eſt in baſilica B. Petri 3. Idus Aprilis. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 6.*

90 *Creatum* Valentiano v. & Anatolio Conſulibus *teſtantur Proſper & Marcellinus. Is eſt annus 440. Mortuus eſt 461. Acta ejus damus 11. Aprilis. Sub eo deſinit Chronicon Proſperi: ſub eodem habitum eſt Chalcedone Concilium generale quartum anno 451. Sed quid de virginitate* annorum ſexaginta, *vel ut alibi legitur 40. cujus probatio ad velamen ſacrum exigitur a monacha? Quamvis conſpirantibus in eam lectionem exemplaribus, auſim meadum dicere, tam evidens quam antiquum; cujus primus auctor, de probatione, non propoſiti ſervati, ſed ætatis citra corruptionem acta agi exiſtimans, abſurdum crediderit 6. vel 4.* annos ſcribere, *& poſuerit* quadraginta, ſexaginta. *Sex autem vel 4. anni, uti ad ætatem pauciſſam, imo nulli, (utpote qui vix infantiam excedant) ita in puberibus diuturnum ſunt ſpatium, ad experimentum conſtantia, cum hodie annus unicus probationis ſufficiat. Sexaginta autem vel 40. annos ætatis qui requiſiſſet, vix ani e multis ſpem reliquiſſet, unquam conſequendi velaminis: cum tamen velatarum Virginum plena tunc ubique fuerint monaſteria.* — Sedit ab an 440 ad 461

XLVIII. S. HILARUS.

HIlarus, natione Sardus, ex patre Criſpiniano, ſedit annos 5. menſes 3. dies 10. Hic fecit decretalem & per univerſum Orientem direxit, & Epiſtolas de fide Catholica. Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem, Presbyteros 15. Diaconos 5. Epiſcopos per loca 22. Sepultus ad S. Laurentium in crypta juxta corpus B. Xiſti. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 10.*

91 Dagalaiſo & Severino Conſulibus, *id eſt, anno 461. ordinatum teſtatur Marcellinus, mortuus eſt anno 467. inſcriptus Martyrologio Romano ad diem 10. Septembris.* — Sedit ab an 461 ad 467

XLIX. S. SIMPLICIUS.

SImplicius, natione Tiburtinus, ex patre Caſtino, ſedit annos 15. menſem 1. dies 6. Hic conſtituit ad S. Petrum & ad S. Paulum & ad S. Laurentium hebdomadas, ut Presbyteri manerent, propter baptiſmum & pœnitentiam petentibus: de regione prima, ad S. Paulum; de regione tertia, ad S. Laurentium; de regione ſeptima, ad S. Petrum. Sub hujus Epiſcopatum venit relatio de Græcia ab Acacio, qui fuit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & adfirmabat Petrum Alexandrinum Eutychianum hæreticum, facta petitione ab Acacio. Tunc fuit Eccleſia exequens. Tunc Simplicius Præſul damnavit Petrum Alexandrinum, de quo Acacius innumerabilia crimina adfirmabat. Eodem

Digitized by Google

dem tempore reſcripſit Timotheus Catholicus
* *Anaſt. Proterii.* & Acacius, dicentes: Quia vero in mortem* Presbyteri Catholici Petrus eſſet mixtus. Tunc Papa Simplicius diſſimulans, numquam ſcripſit Acacio, ſed damnavit Petrum. Hic fecit ordinationes per menſem Decembrim 3. Presbyteros 57. Diaconos 11. Epiſcopos per loca 82. Sepultus eſt ad B. Petrum 5. Nonas Martii, & *ceſſavit Epiſcopatus dies* 5.

Sedit ab an 467 ad 483

92 *Ordinatus eſt Simplicius teſte Marcellino*, Puſco & Joanne Conſulibus *anno* 467. *Ejus Vitam illuſtravimus ad diem* 2. *Martii*, *ubi dantur geſta in defenſionem fidei contra Timotheum Ælurum, Petrum Fullonem, Petrum Mongum & Acacium, quæ hic ſatis obſcure indicantur. Mortem ejus retulimus ad annum* 483.

L. S. FELIX III.

FElix, natione Romanus, ex patre Felice Presbytero, ſedit annos 8. menſes 11. dies 25. Sub hujus Epiſcopatum iterum venit relatio a Patribus Græciarum: Petrum Alexandrinum revocatum ad communionem ab Acacio. Tunc venerabilis Papa Felix, mittens defenſores ex conſtituta Synodo Sedis ſuæ, damnavit Acacium cum Petro. Poſt annos tres, iterum venit relatio ab Imperatore Zenone, ut penitus rediret Acacius. Tunc Papa Felix fecit Concilium, ex (cujus) conſenſu miſit 2. Epiſcopos Miſenum & Vitalem, ut ſi invenirent complicem Petri Acacium, iterum damnarent; ſi non, offerret libellum pœnitentiæ. Qui dum introiſſent in civitatem Conſtantinopolim, corrupti pecunia data, ſupradictis Epiſcopis non fecerunt ſecundum præceptum Sedis Apoſtolicæ. Venientes vero Romam ad Sedem Apoſtolicam, fecit Papa Felix Concilium, & excommunicatione facta in Concilio, invenit eos reos, & ejecit Miſenum & Vitalem Epiſcopos a communione. Tunc Miſenus Epiſcopus non ſe tacuit corruptum per pecuniam: cui Concilium conceſſit tempus pœnitentiæ. Hoc vero factum temporibus Odoacri Regis. Hic fecit ordinationes 2. per menſem Decembrem: Presbyteros 28. Diaconos 5. Epiſcopos per loca 31. Sepultus eſt apud B. Paulum. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 5.

Sedit ab an 483 ad 492

93 *Fuit hic atavus S. Gregorii Magni, creatus* 10. *Martii anni* 483. *cujus Acta deduximus ad diem* 25. *Februarii: ejuſque mortem, cum Victore Tunnunenſi, ad annum* 492. *retulimus: & ſic ſedit annos* 8. *menſes* 11. *dies* 15.

LI. S. GELASIUS.

GElaſius, natione Afer, ex patre Valerio, ſedit annos 4. menſes 7. dies 7. Fuit temporibus Theoderici Regis & Zenonis Auguſti. Hic ſuggeſtu Synodi, cum fletu ſub ſatisfactione libelli purgatum, Miſenum Epiſcopum revocavit. Hic fecit Sacramentorum præfationes cauto ſermone, & epiſtolas fidei elimato ſermone. Hic fecit ordinationes per menſem Decembrem, AUCT. G. H.
Presbyteros 32. Diaconos 2. Epiſcopos per loca 67. Sepultus eſt apud B. Petrum 11. Kal. Decembris. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 6.

94 Anaſtaſio & Ruſo Conſulibus, Romanæ Eccleſiæ Felici ſucceſſiſſe Gelaſium *anno* 492. *ſupra cum Victore Tunnunenſi retulimus. Sed jam anno proximo elapſo epilepſia extincto Zenoni ſucceſſerat Anaſtaſius Imperator. Vita functus eſt Gelaſius anno* 496. *ſepultus* 11. *Kalendas Decemb. eoque die inſcriptus tabulis Martyrologii Romani.* *Sedit ab an 492 ad 496*

LII. S. ANASTASIUS.

ANaſtaſius, natione Romanus, ex patre Petro, ſedit annum 1. menſes 11. dies 24. Hic fecit ordinationem 1. per menſem Decembrem, Presbyteros 12. Epiſcopos per loca 8. Sepultus eſt apud B. Petrum in Vaticano, 12. Kal. Decembris, & *ceſſavit Epiſcopatus dies* 5.

95 *Videtur creatus adhuc menſe Novembri relati anni* 496. *mortuus anno* 498. *ſepultus* 12. *aliis* 13. *aut* 16. *Kalendas Decembris.* *ab an. 496. ad 498.*

LIII. S. SYMMACHUS.

SYmmachus, natione Sardus, ex patre Fortunato, ſedit annos quindecim, menſes ſex, dies viginti quinque. Hic fuit temporibus Theoderici hæretici & Anaſtaſii Eutychiani Auguſti. Hic amavit Clerum & pauperes, bonus, prudens, humanus, gratioſus: & cum eo ordinatur Laurentius, ſub * intentione ** Anaſt. contentione, forte contentione Epiſcopi.*
Epiſcopi. Ex qua cauſa ſeparata eſt aliqua pars Clericorum vel Senatorum, alii cum Symmacho, alii cum Laurentio: & facta * intentione ** Iterum Anaſt. contentione.*
hoc conſtituerunt pariter, ut ambo Ravennam peterent ad judicium Regis Theoderici. Qui dum perveniſſent, hoc judicium æquitatis invenit, ut qui prior ordinatus fuiſſet, vel ubi pars maxima conſentiret, ipſe ſederet in Sede Apoſtolica: quod tunc æquitas in Symmacho invenit & cognitio veritatis; & fuit Præſul beatus. Et eodem tempore Papa Symmachus fecit Synodum, & conſtituit Laurentium in Noceria civitate Epiſcopum, intuitu miſericordiæ. Poſt annos vero quatuor zelo & dolo ducti aliqui ex Clero & aliqui ex Senatu, incriminant Symmachum, & ſubornant teſtes falſos, quos miſerunt Romam ad Regem Theodericum hæreticum; accuſantes Beatum Symmachum; & occulte revocant Laurentium Romam, & fecerunt ſchiſma, & ſeparaverunt ſe ab invicem, & pars aliqua a communione Symmachi, mittentes relationes Regi; & petunt a Rege Theoderico Viſitatorem Sedis Apoſtolicæ Petrum Altinatem. Eodem tempore B. Symmachus congregavit Epiſcopos centum viginti quinque: & facta Synodo purgatur a crimine falſo, & damnatur Petrus Altinas invaſor Sedis Apoſtolicæ, & Laurentius Nocerinus. Tunc ab omnibus Epiſcopis

S   & Pres-

AUCT. G. H. & Preſbyteris & Diaconis & Clero redintegratus Sedi Apoſtolicæ B. Symmachus, cum gloria, apud B. Petrum ſedere Præſul. Fecit ordinationes in urbe Roma 4. menſe Decembri, Preſbyteros 47. Diaconos 15. Epiſcopos per loca 117. Sepultus eſt apud B. Petrum, ſub die 14. Kal. Auguſti, in pace. *Ceſſavit Epiſcopatus dies 3*

ab an. 498. ad 514. *96 Creatus eſt adhuc anno 498. mortuus anno 514. ſepultus die quo colitur 19. Julii, quando Acta erunt illuſtranda.*

LIV. S. HORMISDAS.

Hormiſda, natione Campanus, ex patre, Juſto, de civitate * Friſione, ſedit annos 8. dies 16. Hic Epiſcopatus auctoritate, ex conſtituto Synodi, miſit in Græciam ſecundum humanitatem Sedis Apoſtolicæ: & reconciliavit Græcos, qui obligati erant ſub anathemate, propter Petrum Alexandrinum & Acacium CP. Hic Papa perrexit ad Regem Theodericum Ravennam; & ex Concilio Regis direxit Ennodium Epiſcopum Ticinenſem, & Fortunatum Epiſcopum Catanenſem, & Evantium Preſbyterum Urbis, & Vitalem Diaconum Urbis, euntes ad Anaſtaſium Auguſtum, ut ſub libelli ſatisfactione (Græci) revocarentur: (ſed) nihil egerunt. Item ſecundo miſit Hormiſda Ennodium & Peregrinum Epiſcopos, & Pollionem Subdiaconum Urbis: & portaverunt epiſtolas fidei, & conteſtationes ſecretas numero 19. & libellum per quem redirent. Quod ſi noluiſſent epiſtolas ſuſcipere, conteſtationes per civitates ſpargerent, in quo noluit conſentire Anaſtaſius Auguſtus, eo quod erat in hæreſi Eutychi conſentiens. Voluit itaque eos per remunerationem corrumpere. Illi autem, contempto Principe, nullatenus conſenſerunt accipere pecunias. Furore accenſus Imperator ejecit eos per locum * periculoſum, & impoſuit eos in navi ſub periculo mortis, cum Magiſtriano & Perfectiano, Heliodoro & Demetrio; & hoc dedit in mandatis Imperator, ut nullam civitatem ingrederentur. Illi vero ſecretius ſupra ſcriptas epiſtolas fidei 19. per manus monachorum Catholicorum, poſuerunt per omnes civitates. Quæ tamen epiſtolæ ſuſceptæ (non ſunt) ab Epiſcopis civitatum; qui conſentientes Anaſtaſio Auguſto hæretico, timore eas Conſtantinopolim direxerunt in manus Anaſtaſii. Furia ductus Anaſtaſius, Papæ Hormiſdæ inter alia ſacra, hæc ſcripſit dicens: Nos jubere volumus, non nobis juberi. Percuſſus divino ictu Anaſtaſius interiit. Sumpſit itaque Imperium Juſtinus orthodoxus, & mittens ad Sedem Apoſtolicam * (petiit ut redintegraretur pax Eccleſiarum). Tunc Hormiſdas, cum conſilio Regis Theoderici, direxit Germanum Epiſcopum Capuanum, & Joannem Epiſcopum, & Blandum Preſbyterum, & Felicem Diaconum Sedis Apoſtolicæ, & Dioſcorum Diaconum. Quos is ſuſcepit, munitos ex omni parte fidei, una cum libello, quomodo redirent Græci ad communionem Sedis Apoſtolicæ. Qui venientes juxta Conſtantinopolim, occurrit illis multitudo monachorum & illuſtrium virorum, in quibus Juſtinus Imperator & Vitalianus Magiſter militum; ſimul a Caſtello Rotundo quod dicitur, uſq; in civitatẽ Conſtantinopolim, cum gloria & laude, ingreſſi ſunt, una cum Grato illuſtri. Ingreſſi itaque in civitatem, ſuſcepti ſunt a Juſtino Auguſto orthodoxo cum gloria. Omnis itaque Clerus Conſtantinopolitanus, una cum Joanne Epiſcopo ſentientes, eo quod gratiæ ſuſcepti ſint, incluſerunt ſe intra eccleſiam majorem quæ vocatur ſancta Sophia; & Concilio facto mandaverunt Imperatori, dicentes. Niſi nobis reddita fuerit ratio, quare damnatus eſt Epiſcopus civitatis noſtræ Acacius, nullatenus conſentimus Sedi Apoſtolicæ. Et facto Concilio ſimul cum Juſtino Auguſto, in conſpectu omnium illuſtrium, tunc Legati Sedis Apoſtolicæ elegerunt ex ſuis Dioſcorum Diaconum ad reddendam rationem, qui ita expoſuit culpas Acacii; ut etiam omnes ſimul cum Juſtino Auguſto acclamarent, dicentes: Et hic & in æternum damnetur Acacius. Eodem tempore juſſit Juſtinus Auguſtus, accepta veritate, ut ſine aliqua dilatione facerent libellum, ad omnes qui in regno Juſtini erant, ut redeant ad communionem Sedis Apoſtolicæ; quod etiam factum eſt, & concordaverunt ab Oriente uſque ad Occidentem, & cucurrit pax Eccleſiæ. Qui textus libelli hodie archivio Eccleſiæ reconditus tenetur. Hic invenit Manichæos, quos etiam diſcuſſit ſub examine plagarum, quorum codices incendio conſumpſit ante fores baſilicæ Conſtantinianæ. Hujus temporibus Epiſcopatus Africæ reordinatur, poſt an. 74. quod ab hæreticis fuerat exterminatus tempore perſecutionis. Eodem tẽpore venit corona aurea, cum gemmis pretioſiſſimis, donum a Rege Francorum. Hic fecit ordinationes, Preſbyteros... Epiſcopos per loca... ſepultus eſt apud B. Petrum 7. Id. Aug. *ceſſavit Epiſcopatus dies 6.*

Marginal notes: * Anaſt. Friſilone aliàs ſecundum Fruſinone in Latio. — * Anaſt. per poſtulatur al. per poſticulum. — * hoc ſupplet ex Anaſtaſio.

97 Pontifex ordinatus eſt S. Hormiſdas an. 514. mortuus poſt 9. annos Sedis, an. 523. Quæ hoc loco habentur de Concilio repetito coram Juſtino Auguſto, & reddita ratione damnati Acacii deſunt apud Anaſtaſium, in libro Pontificali, & in Mſſ. Geſtis Pontificum: digna plane quæ hinc eruta cognoſcantur. Reliqua poterunt diſcuti die 6. Auguſti, quo colitur S. Hormiſdas, Martyrologio Romano inſcriptus. ab an. 514. ad 523.

LV. S. JOANNES.

Joannes, natione Tuſcus, ex patre Conſtantio, ſedit annos 2. menſes 8. dies 15. a Conſulatu Maximi uſq; ad Conſulatum Olybrii. Hic vocatus eſt a Rege Theodorico Ravennam: quem Rex rogans miſit in legatione Conſtantinopolim ad Juſtinum Auguſtum, virum religioſum, qui ſummo amore religionis Chriſtianæ voluit hæreticos extricare: nam ſummo fervore Eccleſias Arianorum in Catholicas dedicavit. Exinde iratus Theodoricus Arianus voluit totam Italiam gladio perdere. Tunc Joannes venerabilis Papa egreſſus cum fletu & mo-

gitu

gitu ambulavit, & viri religioſi Exconſules & Patricii, Theodorus, Importunus, Agapitus & alius Agapitus, hoc accipientes in mandatum legationis, ut redderentur eccleſiæ hæreticis in parte Græciarum: quod ſi non fuerit factum, omnem Italiam gladio perderet. Juſtinus autem Auguſtus, cum ei ſimul & Senatoribus tantis & talibus Exconſulibus & Patriciis urbis Romæ (occurriſſet), omnem conceſſit petitionem; & propter ſanguinem Romanorum reddidit hæreticis eccleſias, ſecundum voluntatem Theoderici Regis hæretici, ne Chriſtiani, maxime Sacerdotes, ad gladium mitterentur. Tunc vero, beatiſſimo Joanne Epiſcopo ſed & viris illuſtribus poſitis Conſtantinopoli, Rex Theodericus tenuit duos Senatores, Exconſules & Patricios, gladioque interfecit Boetium & Symmachum, quorum etiam corpora abſcondi præcepit. Venientes vero ſupradicti viri cum Joanne Epiſcopo, poſt omnia per ordinem acta (Agapito Patricio defuncto in Græcia) ſuſcepti ſunt a Rege Theoderico cum dolo & grandi odio: quos gladio voluit punire; ſed metuens indignationem Juſtini Auguſti orthodoxi, non fecit, tamen in cuſtodia omnes cruciavit, ita ut B. Joannes Papa, in cuſtodia afflictione maceratus, deficiens moreretur; qui defunctus eſt Ravennæ cum gloria, 15. Kalendas Junii, in cuſtodia Regis Theoderici. Poſt hoc nutu Dei omnipotentis, quadrageſimo octavo die poſtquam defunctus eſt Joannes Epiſcopus in cuſtodia, ſubito Theodericus Rex interiit, a Divinitate percuſſus. Hic ordinationes fecit per loca. *Ceſſavit Epiſcopatus per dies* 10.

ab an. 523. ad 526.

98 *Auctor hujus Collectionis, voluit in ultimis duobus ſui temporis Pontificibus annotare* Conſulatus, & Maximus *quidem Conſul, convenit in annum* 523. Olybrius, *vero in annum* 526. *Reliqua prælo paravimus danda* 27. *Maii, quo colitur.*

AUCT. G. H.

LVI. S. FELIX IV.

FElix, natione Samnita, ex patre Caſtorio, ſedit annos 4. dies 14. a Conſulatu Mavortii uſque ad Conſulatum Lampadi & Oreſtis, a die 4. Iduum Julii uſque in diem 4. Iduum Octobris. Hic fecit baſilicam SS. Coſmæ & Damiani in urbe Roma juxta templum urbis Romæ. Obiit temporibus Athalarici Regis, qui ſub die 3. Iduum Octobris ſepultus eſt apud B. Petrum. Hic fecit ordinationes duas, Presbyteros 52. Diaconos 4. Epiſcopos per loca 29. *Ceſſavit Epiſcopatus dies* 3.

99 Mavortius *geſſit Conſulatum anno* 527. *&* Lampadius & Oreſtes *ad annum* 530. *ad quem annum retulimus obitum ejus* 30. *Januarii, quo die ejus Acta dedimus.* ab an. 527. ad 530.

CONCLUSIO.

H*Abes, benevole Lector, duos vetuſtiores Catalogos antiquorum Pontificum Romanorum, & in iis antiquiſſima Eccleſiæ Romanæ inſtrumenta, quæ circa ſucceſſionem illorum Pontificum hactenus potuerant reperiri. Propoſuimus epiſtolam S. Hieronymi ad S. Damaſum Papam & hujus ad illum reſponſum: ex quibus colligitur priorem Catalogum a S. Damaſo ad S. Hieronymum fuiſſe miſſum. Eminentiſſimus Cardinalis Baronius aliqua monita circa hoc ſtudium proponit: quæ per hos Catalogos optime ſervantur. Primum eſt*, in iis quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ majorem eſſe adhibendam fidem ejus alumnis quam ceteris. *Proinde contra Euſebium aliosque Græcizantes ſtatuuntur* Cletus & Marcellus veri Pontifices, *diverſi ab* Anacleto & Marcellino *itidem* veris Pontificibus. *Et cum hiſce Pontificibus* literarum Martyrum Lugdunenſium ſincerum teſtimonium *optimo & ſecuriſſime modo ſervatum oſtenditur: in quibus alterum erat dicti Cardinalis requiſitum. Præterea, quod* libentioribus accipit auribus, tempora per Conſules numerantur. *Quibus poſitis* ſi quis certiorem de annis invenerit chronologiam haud invitum aſſenſurum *ſe addicit. Quare Catalogorum tempora cum iis, quæ dictus Cardinalis in ſuis Annalibus profert, componimus, ut facilius quilibet de re tota poſſit æquum judicium ferre, & Chronologia hactenus expoſita uti commodius, eo ſolum fine, ut ſuus veritati ſit locus, quam ſi dicti Catalogi non contineant, gratiſſimo affectu certiorem viam ſumus amplexuri.*

AUCT. G. H.

SYNOPSIS CHRONOLOGICA

Catalogum præmiſſorum & Annalium Baronii circa XXXVIII. primos Romanos Pontifices.

	CATALOGORUM	CARD. BARONII.
JESUS CHRISTUS, *annis vitæ triginta tribus & menſibus tribus expletis, paſſus eſt & reſurrexit; datoque Principatu Eccleſiæ S. Petro, in cælos aſcendit, duobus Geminis Conſulibus, Æra vulgaris*	*ann.* 29	34
S. Petrus *Romæ Cathedram collocat, primus ibi Pontifex*	*an.* 40	45
s. Petrus *obit Romæ cum S. Paulo*	*an.* 65	69
s. Linus, *ante Vicarius S. Petri 9. annis, poſt Pontifex, obit*	*an.* 67	80
s. Clemens, *ab aliis Cleto poſtpoſitus, relinquit Pontificatum*	*an.* 76	102
s. Cletus, *ab aliis Clementi præpoſitus, obit*	*an.* 84	93
s. Anacletus, *a S. Cleto diſtinctus, obit*	*an.* 95	111
s. Evariſtus *obit*	*an.* 109	121
s. Alexander, *ſub Trajano Martyr, obit*	*an.* 117	132
s. Sixtus I. *obit*	*an.* 127	142
s. Teleſphorus *obit*	*an.* 138	154
s. Hyginus *obit*	*an.* 150	158
s. Anicetus, *ab aliquibus Pio poſtpoſitus, obit*	*an.* 153	175
s. Pius, *ab aliquibus Aniceto præpoſitus, obit*	*an.* 161	167
s. Soter, *poſt annos Pontificatus novem, obit*	*an.* 171	179
s. Eleutherius *obit*	*an.* 186	194
s. Victor *obit*	*an.* 197	203
s. Zephyrinus *obit*	*an.* 217	221
s. Calliſtus *obit*	*an.* 222	226
s. Urbanus *obit*	*an.* 230	233
s. Pontianus *obit*	*an.* 235	237
s. Anterus *obit*	*an.* 236	238
s. Fabianus *obit*	*an.* 250	253
s. Cornelius *obit*	*an.* 252	255
s. Lucius *obit*	*an.* 255	257
s. Stephanus, *ante Vicarius, & menſibus V. Pontifex, obit*	*an.* 255	260
s. Sixtus II. *obit*	*an.* 258	261
s. Dionyſius *obit*	*an.* 269	272
s. Felix I. *obit*	*an.* 275	275
s. Eutychianus *obit*	*an.* 283	283
s. Cajus *obit*	*an.* 296	296
s. Marcellinus *obit*	*an.* 304	304
s. Marcellus, *creatus cum vacaſſet Sedes IV. annis, obit*	*an.* 310	309
s. Euſebius *obit*	*eodem an.* 310	311
s. Melchiades *obit*	*an.* 314	313
s. Silveſter *obit*	*an.* 335	335
s. Marcus *obit*	*an.* 336	336
s. Julius *obit*	*an.* 353	352

Finit primus Catalogus, & nos hic cum illo.

MONITIO AD LECTOREM.

IN *Catalogo ſecundo Pontificum ſupra relato, ſub finem ſingulorum elogiorum, ea quæ habentur de diebus, quibus Epiſcopatus ceſſavit, ut alio charactere excuderentur, curavimus, quod videantur a poſteris ſubinde aut addita, aut numeris mutatis vitiata, aliquam confuſionem adferre.*

In Appendice II. *tomi nonnulla attinguntur de S. Marcellini lapſu & pœnitentia, uti etiam de S. Felicis* II. *Pontificatu.*

EXPR-

AUCT. G.H.

EXERCITATIO SINGULARIS,

De anno & die mortis S. Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis.

Tractatui prædicto, de primis Pontificibus Romanis, adjungimus hanc exercitationem: ut alii potius ſuam ferant ſententiam, hiſce argumentis ponderatis. Hic ergo quærimus, quoto Æra Chriſtianæ anno, & quo menſis Aprilis die, ex hac mortali vita ad æterna gaudia regni cæleſtis S. Ambroſius deceſſerit. Feſtum ordinationis ſolemne 7. Decemb. *Etenim hujus quæſtionis reſolutio quadantenus pendet ex tempore S. Anaſtaſii* Papa, *cujus elogio hanc Diatribam junxiſſemus, niſi diguam æſtimaſſemus quæ ſeorſim ab illo legeretur. Menſem, cum omnibus paſſim ſcriptoribus aſſignamus Aprilem, in quo etiam Acta S. Ambroſii dáremus, niſi illa more noſtro tranſmiſiſſemus ad diem 7. Decembris, quando ob ejus Ordinationem ſolenniſſime cultu feſtum celebratur in eccleſia Mediolanenſi, imo & Romana. Nam in Miſſali, ad* etiam apud Græcos & Hiſpanos *decorem ſanctæ Eccleſiæ Mediolanenſis anno 1522. excuſo, præſcribitur non ſolum in dicto feſto, ſed etiam in Vigilia, propria Miſſa. Eccleſia Græca ſolenniſſimo ritu etiam celebrat feſtum S. Ambroſii dicto 7. Decembris, cum elogio inſigni quod Menologio Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris ſeculo Chriſti decimo inſertum fuit. Placidus Puricellus, in Zodiaco Eccleſiæ Mediolanenſis, ad Vitam S. Ambroſii, citatis Joanne de Deis & Eugenio Cattanico, aſſerit*, in quodam Concilio Toletano ſtatutum, ut celebritas S. Ambroſii fieret in illius Ordinatione, quæ more Romano, Græco & Ambroſiano agitur 7. Decemb.

2 *In Breviario Romano, anno 1479. & poſtmodum ſæpius recuſo, dicto 7. Decembris recitantur ad Matutinum novem lectiones de Vita S. Ambroſii, deſumptæ ex illa, quam Paulinus Presbyter illius, in pluribus, & potiſſimum in iis quæ ejus obitum ſpectant, teſtis oculatus, rogatu S. Auguſtini conſcripſit, ubi hæc de ſancti Præſulis morte habentur.* Honoratus Sacerdos Eccleſiæ Vercellenſis obtulit Sancto corpus Domini: quod ubi accepit, emiſit ſpi- Dies obitus eſt Sabbatum ſanctum Paſchæ. ritum, bonum viaticum ſecum ferens. Atque inde ad eccleſiam majorem, antelucana hora qua defunctus eſt, corpus ipſius deportatum eſt; ibique eadem fuit nocte, qua vigilavimus in Paſcha. *Hæc ibi. Mortuus ergo eſt antelucana hora in Sabbato ſancto, non vero ſacratiſſima nocte diei Paſchatis, uti ex ejus Vita auctore Paulino ſcribere ſe putavit Baronius. Etenim apparet ex Paulini verbis, defuncti corpus mane delatum ad eccleſiam majorem, tota illa die ac ſequenti nocte ibi fuiſſe. At vero*, luceſcente die Dominica, *inquit Paulinus*, peractis Sacra mentis divinis, corpus ejus de eccleſia levatur portandum ad baſilicam Ambroſianam, in qua poſitus eſt. Depoſitionis *memoria celebratur in Eccleſia Ambroſiana* feria 5. in Albis *ſive infra Octavam Paſchæ: & tum in præfato Miſſali Mediolanenſi, præter Miſſam Paſchalem, præſcribitur alia Miſſa de S. Ambroſio; atque in Præfatio-* Feſtum depoſitionis feria 5. poſt Paſcha. *ne ſecundum uſum dictæ Eccleſiæ, indicatur* triumphus S. Ambroſii, a morte miraculis clari, æthereum migrantis ad regnum. *Et hæc de obitu S. Ambroſii Sabbato ſancto, ejuſque cultu feria 5. Paſchatis, & 7. Decembris.*

3 *Character anni, quo mortuus eſt S. Ambroſius, indicatur a Paulino his verbis:* Revertens Ambroſius de urbe Aquilejenſi uno die præceſſit Imperatorem. Nec diu cle- Annus habendus trienio poſt mortem Theodoſii Imperat. mentiſſimæ memoriæ Theodoſius Imperator, ſuſceptis filiis in Eccleſia & traditis Sacerdoti, in hac luce fuit. Poſt cujus obitum fere triennium ſupervixit Ambroſius. *Hæc ibi. At*, Olybrio & Paulino Conſulibus, Indict. 8 (*is eſt annus 395.*) Theodoſium Magnum apud Mediolanum vita deceſſiſſe, *ſcribunt Marcellinus Comes, Proſper in Chronicis, & Socrates lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 25. qui addit*, e vita abiiſſe 17. Januarii, nocte adveniente; poſt cujus obitum fere triennium ſupervixit Ambroſius, *id eſt inquit Baronius*, duos integros ac tertium inchoatum. *Verum, quidni* tres integros ac quartum inchoatum? *Nam particula* Fere *paſſim apud omnes iſtius temporis ſcriptores idem ſignificat, quod particula* Circiter & Quaſi, *adeoque indifferens eſt æque ad exceſſum quam defectum definiti temporis ſignificandum. Hoc ut probetur evidenter, vel unicus ſufficit, qui tum vivebat, S. Hieronymus, & in re ſanctiſſima, ſcilicet in tranſla-* ſonante particula fere eadem quæ circiter aut quaſi. *tione Evangelii S. Lucæ & Actuum Apoſtolorum ex Græco in Latinum; ubi ſine ulla exceptione indifferenterque particulam Græcam* ὡσεὶ *Latine reddidit* fere, quaſi, circiter, *ut aliquot exemplis hic placet indicare. Lucæ 3.* Jeſus a baptiſmate erat incipiens quaſi 30. annorum. *Græce* ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. *Lucæ 9. Saturati 5. panibus* viri FERE 5000. ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. *Lucæ 23. in paſſione Chriſti* erat hora FERE 6. & tenebræ factæ ſunt, ἦν ὡσεὶ ὥρα ἕκτη. *Actorum 2. poſt acceptum Spiritum ſanctum & ſermonem S. Petri*, appoſitæ animæ CIRCITER 3000. ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. *Actorum 5. Theodæ conſenſit* numerus virorum CIRCITER 400. ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων. *Actorum 19. a Paulo Epheſi bapti*zati omnes viri FERE 12. ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο. *Omittimus plura recenſere, cum hinc ſatis liqueat eamdem particulam Græcam* ὡσεὶ *probitam a S. Hieronymo Latine redditam*, quaſi, fere, circiter, *quod idem eſt ac ſi alia phraſi diceretur* plus minus *aut* præter propter. *Ergo cum* poſt obitum Theodoſii *dicitur* S. Ambroſius ſupervixiſſe, fere triennium, *idem eſt ac ſi dicatur*, quaſi aut circiter triennium, *aut* præter propter, *aut* plus minus quam triennium: *hæc autem ſicut non neceſſario explicantur per defectum; ſed poſſunt imo debent explicari ſæpe aut etiam ſæpius per exceſſum (ut cum dicitur* Jeſus quaſi annorum 30. *quos diebus 13. excedebat) ita etiam hic ad triennium adjici poſſent menſes duo: & ſic obierit S. Ambroſius anno* 398. 17. *Aprilis.*

4 *Quod autem ita caſu ſic fieri debeat probat Character* Indictionis 11; & Conſulatus Honorii Imperatoris IV. & Eundem probant Indictio 11. Honorio IV. & Eutychiano Coſſ. Eutychiani, *in annum 398. concurrentes in Chronico ad annum 535. deducto, ſub quibus characteribus Marcellinus Comes, iſta ſcribit*: Romanæ Eccleſiæ Anaſtaſius 37 Epiſcopus ordinatur, vixit annos 4. Ambroſius Mediolanenſis, virtutum Epiſcopus ſanctus, ara fidei, orator Catholicus, ad Chriſtum Dominum migravit. *Ita ad dictam Indictionem & indicatos Conſules traditur in editione ordinata ab Antonio Schonhovio Canonico Brugenſi, & ita ipſi legimus apud Margarinum Bignæum in editione prima Pariſienſi bibliotheca Patrum tomo 2. & in editione 2. tomo 7. item in bibliotheca Patrum Colonienſi a Severino Binio edita ſeculo 6. par. 2. Ediderunt etiam idem Marcellini Chronicon Joſephus Scaliger cum Euſebio & aliorum antiquorum Chronicis, & anno 1619. Jacobus Sirmondus ex perveteſto & optimæ notæ codice bibliothecæ Thuanæ; & ubique eadem ad dictam Indictionem & prænotatos conſules, id eſt annum 398. traduntur: ut mirum ſit a Baronio in citata Vita S. Ambroſii ſcribi*, expreſſius recenſeri Ambroſii obitum a Marcellino Comite in Chronico, ſub Cæſarii & Attici Conſulatu, id eſt ad annum 397. *quod nuſquam potuimus reperire.*

5 *Verum ex propoſito Pontificatu S. Anaſtaſii, in dicto Marcellini Comitis Chronico, ratio temporis ante relati manifeſta redditur, etiam ex ipſius Baronii confeſſione, qui annum Chriſti 398. ita auſpicatur*: Aperitur novus annus Conſulatu quarto Honorii Imperatoris & Eutychiani, idemque numeratur Domini 398. quo 8. Kalendas Martii Siricius Papa, cum ſediſſet annos 13. menſem

AUCT. G. H. Initium Anaſtaſii Pontificis Romani 4

ſem 1. & dies 14. ex hac vita migrans, ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ, via Salaria: *& dein num. 2. addit.* Vacaſſe Sedem, poſt Siricii obitum, dies viginti ..... Qua ratione dicendum eſt, in locum ejus ſubrogatum ſucceſſorem pridie Idus Martias. Hic fuit Anaſtaſius, Maximi filius, Romanus. *Hæc Baronius: & huic æque ac Marcellino ſatem præſulis Proſper Aquitanus in Chronico, in quo iſta leguntur*, Conſulibus Honorio IV. & Eutychiano, Romanæ Eccleſiæ 37. Epiſcopatum tenet Anaſtaſius, annis 4. *Reliqua de S. Anaſtaſio ſupra in Catalogis Pontificum attinguntur, & latius explicantur infra 27. Aprilis, quo die ejus Vitam illuſtramus. Poſt aſſumptum ergo ad Summum Pontificatum S. Anaſtaſium, pridie Idus Martias, ſive die 14. Martii, qui tunc incidit in Dominicam ſecundam Quadrageſima, ſuperfuit in hac mortali vita S. Ambroſius ad Sabbatum ſanctum, ſive diem previum ante feſtum Paſchale, ut ſupra ex Paulino oſtendimus.*

Tempus Sedis quod fuit anni 24.

6 *Ejuſdem anni 398. probatio deſumi poteſt ex pluribus Chronicis & codicibus pervetuſtis Mſſ. quos anno 1662. nos examinavimus Mediolani in illuſtri bibliotheca Ambroſiana, & apud v. cl. Joannem Baptiſtam Blanchinum Juriſperitum, virum in antiquitate Mediolanenſi eximie eruditum; in quibus codicibus tradebatur* S. Ambroſius, *præter annos* 24. ſediſſe adhuc menſes 4. dies 5. *Hoc ut Memoratus ante Placidus Puccinellus, Decanus Caſinenſis & Indagator venerandæ antiquitatis, a nobis Mediolani interrogatus, qua de cauſa in ſuo Zodiaco ad Vitam S. Ambroſii, præter citatos Sedis annos appoſuiſſet integros* menſes 4. & dies 5. *ingenue reſpondit, ſe ita in antiquis codicibus reperiſſe. Fuiſſe autem S. Ambroſium in Epiſcopum ordinatum 7. die Decembris, ex teſtimonio omnium Eccleſiarum & aſſidua ad dictum diem veneratione ſupra dedo vimus. Jam vero ſi ad diem 7. Decembris addantur*

menſes 4.

menſes quatuor, habetur dies 7. Aprilis: huic ſi apponantur dies 2 (pro quibus alibi & facili errore ſcripti dies 5.)

dies 10.

habebitur dies 17. Aprilis: qui dicto anno 398. convenit in Sabbatum ſanctum, quo S. Ambroſium vita hac functum fuiſſe ſupra ex Paulino demonſtravimus. Fuit autem eo anno 398. Paſcha celebratum die 18. Aprilis, cyclo Lunæ 19. Solis 15. littera Dominicali C.

S. Ambroſius poſt obitum S. Martini, mortui anno 397.

7 *Ultimum argumentum ſuggerit S. Gregorius Epiſcopus Turonenſis, qui ſeculo etiam ſexto floruit, & tradidit S. Ambroſium in extaſi celebraſſe exequias S. Martini Epiſcopi Turonenſis, quem lib. 1. hiſtoria Francorum cap. 45. aſſerit* tranſiiſſe media nocte, quæ Dominica habebatur, Attico Cæſarioque Conſulibus, *quod diximus 8. die Novembris contigiſſe; depoſitum vero 11. ejuſdem menſis, quo deinceps celebrem in Eccleſia univerſa cultum habuit: & is eſt annus 397. Hunc annum & diem obitus late probavimus §. 8. ante Vitam S. Sigeberti Regis, die prima Februarii elucidatam, ad quam lectorem remittimus. Hunc eumdem annum & diem poſtmodum probaverunt Jacobus Grandamicus, in Chronologia Chriſtiana de Chriſto nato & rebus geſtis ante & poſt ejus nativitatem, ac potiſſimum in Appendice intervalla 3. cap. 6. Carolus le Cointe, in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum ad annum 498. num. 7. & ſequentibus; Joannes Maan, in ſancta & Metropolitana Eccleſia Turonenſi, in Vita S. Martini cap. 30. & alii. Neceſſario autem S. Ambroſius (ſi adhuc ſuperſes, in extaſi interfuit ejus exequiis menſe Novembri anni 397. & ipſe mortuus eſt Sabbato ſancto Paſchæ) neceſſario, inquam, vixit adhuc anno ſequente toties indicato 398.*

8 *Deſcripſit Gregorius Turonenſis miracula S. Martini libris 4. & mox ſub initium cum de Scriptoribus Actorum, & ordinatione ac tranſitu ejuſdem egiſſet, cap. 5. lib. 1. hanc hiſtoriam ita explicat, paſſim in Mſſ. Actis S. Martini repertam.* Eo tempore (*ſcilicet quo S. Martinus migravit ad Dominum*) B. Ambroſius, cujus hodie flores eloquii per totam Eccleſiam redolent, Mediolanenſi civitati præerat Epiſcopus. Cui celebranti feſta Dominica die ita erat conſuetudo, ut veniens Lector cum libro, non antea legere præſumeret, quam Sanctus nutu juſſiſſet. Factum eſt autem, ut illa Dominica, Prophetica lectione jam lecta, ante altarium ſtante qui lectionem B. Pauli proferret, beatiſſimus Antiſtes Ambroſius ſuper ſanctum altare obdormiret.

Interfuiſſe ejus exequiis teſtatur S. Gregorius Turonenſis.

Quod videntes multi, cum nullus eum penitus excitare præſumeret, tranſacto fere duarum aut trium horarum ſpatio, excitaverunt, dicentes: Jam hora præterit: Jubeat Dominus lectori lectionem legere: expectat enim populus valde jam laſſus. Reſpondens autem B. Ambroſius, Nolite, inquit, turbari: multum enim mihi valet ſic obdormiſſe, cui tale miraculum Dominus oſtendere dignatus eſt, Nam noveritis, fratrem meum Martinum Sacerdotem egreſſum fuiſſe de corpore; me autem ejus funeri obſequium præbuiſſe: peractoque ex more ſervitio, Capitellum tantum, vobis excitantibus non explevi. Tunc illi ſtupentes, pariterque admirantes, diem & tempus notant, ſolicite requirentes: qui ipſam diem tempuſque tranſitus Sancti repererunt, quo beatus Confeſſor dixerat ſe ejus obſequiis deſerviſſe. *Hæc S. Gregorius Turonenſis.*

Breviarii Mediolanenſis.

9 *Ex hujus rei memoria permanſit in Eccleſia Mediolanenſi ſumma erga S. Martinum Epiſcopum Turonenſem veneratio; &, ut prænotatur in antiquis Miſſalibus & Breviariis*, incipit liber Miſſarum totius anni ſecundum morem Ambroſianæ Eccleſiæ a vigilia & feſto S. Martini, *cum duplici adſcripta Miſſa. Item* incipit Breviarium ſecundum ſtylum & conſuetudinem Ambroſianæ Eccleſiæ, & primo in Vigilia S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris. *Quo fit ut ab eo feſto incipiat Mediolanenſibus Adventus; ejuſque ſex aſſignantur Dominicæ, præter Vigiliam Nativitatis Chriſti, ſi in Dominicam incidat. Sed quod maxime ad rem noſtram facit, dictæ extaſi S. Ambroſii adſtipulatur Breviarium Ambroſianum, dum in matutina Lectione de S. Martino iſta præſcribuntur legenda:* Itaque ſanctitatis miraculorumque nomine illuſtris, jam unum & 80. annos natus, animam Deo reddidit 3. Idus Novembris. Id quod S. Ambroſius præſenſit, qui eodem tempore ad altare arctiori ſomno correptus, tertiaque poſt hora excitatus, Scitote, inquit, fratrem meum Martinum exiiſſe de corpore, meque ejus funeri piam operam dediſſe. *Hæc ibi, quæ confirmat ſupra laudatus Placidus Puccinellus in ſuo Zodiaco ad Vitam S. Ambroſii cap. 30. adducto ex codice Mſ. bibliotheca Ambroſiana aliquo teſtimonio his verbis:* Hic *Ambroſius* ſuper altare, inter Lectionem & Epiſtolam, per ſpatium fere trium horarum in Eccleſia Mediolanenſi (*obdormiſcens interfuit*) ſepulturæ S. Martini, & cappa ferrea (*id eſt ferruginea*) indutus, corpus S. Martini ſepelivit: ubi chirothecam dimiſit Pontificalem. Tandem a ſomno excitatus, cum ultimam Orationem ſuper funus dicere incepiſſet. Quod poſtea compertum fuit, quod totus populus Turonenſis ipſum oculis ſuis viderat ipſa hora & chirothecam. *Hæc ibi, quæ eadem videtur indicare Joannes Petrus Puricellus in Monumentis Ambroſianæ baſilicæ cap. 84.*

Mſ. Ambroſianum

Hiſtoria a mille annis facta.

10 *Quando nos anno 1662. ut ſupra inſinuavimus, Mediolani antiqua monumenta perſcrutabamur; conſpeximus opere muſivo in choro S. Ambroſii hanc hiſtoriam depictam, cui antiquitatem mille annorum tribuendam eſſe cenſet dictus Puricellus cap. 87. allegato tractatu Franciſci Stavoli e Societate Jeſu, quem, ut virum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ admodum peritum, laudat. Fuit eadem hiſtoria ut vera & ſincera omni plane tempore æſtimata, & ut talis relata a Vincentio Bellovacenſi, lib. 18 Speculi hiſtorialis cap. 39 S. Antonino, par. 2. Chronici tit. 10. cap. 11. §. 4. Petro de Natalibus, lib. 10. Catalogi cap. 47. & paſſim ab aliis, quos enumerare longum foret: ſufficiant Sanctorum Acta in quibus*

alii hiſtorici.

bus

bus eadem hiſtoria attingitur. Auctor pervetuſtæ Vitæ S.

Auctor Vitæ B. Antonii de Padua,

Antonii de Padua, ad diem 13. Junii illuſtranda, aſſerit hunc Sanctum apud Montem-Peſſulanum inter concionandum, capite operte inclinatum, aliquamdiu permanſiſſe, interim mirabili modo fuiſſe in propria eccleſia, & ſub ſummo ſacrificio Alleluja *cecinisſe*, quemadmodum, *inquit*, olim S. Ambroſius legitur beatiſſimi Martini funus, licet procul corpore abeſſet, curaviſſe. *Dedimus 8. Januarii Vitam B. Laurentii Juſtiniani, a Bernardo Juſtiniano ſcriptam, in qua num. 46. dicitur venerabilem Euchariſtiam ſacra cuidam Virgini, magnæ ſanctitatis, ſed abſenti, impertiiſſe: & n. 47. addit illud facilius credi poſſe*, quippe cum legerimus Divum Ambroſium, cum eſſet Mediolani, Divi Martini exequiis interfuiſſe apud ultimas Gallias: Divum Severum item Ravennatem Epiſcopum ad S. Geminiani exequias Mutinam in ſpiritu conceſſiſſe. *In Vita S. Severi, a nobis ad diem primum Februarii elucidata cap. 6. auctor ob dictum miraculum iſta addit*: In hoc ſpecialis doni miraculo æſtimare non immerito debemus Sanctum Domini Severum Archiepiſcopum, per omnia B. Ambroſio æquiparandum: quia ut ille beatiſſimus Hierarcha S. Martini incomparabilis viri natalitio deſervivit, ſic & iſte B. Geminiani. *Nam ut cap. 3. dicta Vitæ S. Severi, & cap. 4. Vitæ S. Geminiani, a nobis ad diem 31. Januarii illuſtrata, traditur; S. Severus celebrans Miſſam Ravennæ, cum Lector epiſtolam S. Pauli eſſet recitaturus, in ecſtaſim raptus, interfuit exequiis S. Geminiani Mutinæ: quod Ravennates, miſſis Mutinam nuntiis, verum eſſe deprehenderunt. Floruerunt eodem tempore Ss. Martinus & Ambroſius, prædictique duo, ſed ante illos defuncti, Ss. Geminianus & Severus. Joannes etiam Brugman parte tertia Vitæ B. Lidwinæ 14. Aprilis num. 236. aſſerit, ab hac*

B. Laurentii Juſtiniani,

S. Severi Epiſcopi Ravennatis,

S. Geminiani Ep. Mutinenſis,

& B. Lidwinæ;

viſum ſpiritum Gerardi Colonienſis in Ægypto mortui evolantem ad æthera, Domino concedente, qui glorioſum Antiſtitem Ambroſium de obitu SS. Confeſſoris Martini certificavit, & exequiis ejus intereſſe fecit. *Nolumus adferre plures hujus generis apparitiones, paſſim in Hiſtoriis ſacris & Actis Sanctorum obvias.*

11 *Laudatus ante Paricellus in Monumentis Ambroſianæ Eccleſiæ cap. 7. & ſequentibus agit de Baſilica Fauſtæ, & cap. 82. aſſerit*, prope Eccleſiam Fauſtæ in Odeo expreſſam baſilicam Ambroſianam, & inſcriptum nomen MEDIOLANUM. Infra vero, *inquit* S. Ambroſius Miſſam celebrans, altari ſub tribuna rectus quidem at dormientis in modum accumbit, capite ſupra cubiti dexteri manum reclinato: præterea vero etiam Lector coram nonnullis aliis, Miſſæ ſacro adſtantibus, ſomniique illius novitatem pariter ac diuturnitatem mirantibus.. . Ex adverſo latere inſcriptum TORONICA, & in eadem eccleſia dum S. Martini funus celebratur, S. Ambroſius itidem illi præſens adnotatur, & ſubjecti verſus ſunt hujuſmodi.

deinque picturo in baſilica Fauſtæ

cum verſibus adjunctis.

✠ Martinus moritur, ſed vitæ dona meretur:
Triſtatur mundus, adjubilatque polus.
Mors ſua digna bono fertur celebrata Patrono,
Spiritus Ambroſii dum famulatur ibi.

12 *Hæc pluribus Paricellus, aſſerens* baſilicæ ſtatum effingi, qualem Ambroſii tempore habuerat. *At c. 85. iſta habet hic indicanda*: Communis paſſimque per Eccleſiam Catholicam recepta opinio hæc erat, priuſquam Cardinalis Baronius eam erroris manifeſti argueret, cum in ſuis Notationibus ad Martyrologium Romanum ſub die quarta Aprilis & 11. Novembris, tum etiam in Annalibus ad annum Chriſti 352. & 402. nec non etiam in S. Ambroſii Vita, quam ejuſdem operibus, prælo poſtea impreſſis diligenter a ſe collectam præmiſit. His namque in locis doctiſſimus ille antiquitatis veſtigator acerrime contendit, S. Martini funus minime vero per S. Ambroſium procurari potuiſſe: quippe cum hic obierit anno Chriſti 397. Martinus autem quinquennio poſt, ſive anno 402. Quæ quidem Baronii doctrina, tametſi recenter tradita, & tot tantiſque veterum ſcriptorum ac monumentorum teſtimoniis adverſa, & ipſa vel etiam novitate ſuſpecta; mirum tamen eſt quantopere poſtmodum pleriſque viſa fuerit vendibilis & palmaris. Itaque cum recudendum typis eſſet Breviarium Ambroſianum, non defuere viri graves, qui Cardinali Archiepiſcopoq; noſtro Federico Borromæo religionem injicere conarentur, ut ejuſmodi miraculum e Matutina S. Martini Lectione, recitari jam ſolita, detrahi juberet, tamquam commentitium, nec ulla prorſus fide dignum. Sed immotus ad hæc, nec e ſententiæ ſuæ ſtatu quidquam dimotus Cardinalis, antiquitatem ipſam, ſummo ſemper, ſi quiſquam alius, in honore ac pretio habere ſolitus, præciſe reſpondit; non ita facile derogandam eſſe fidem hiſtoriæ ſacræ, quam tantus Eccleſiæ Doctor, ſanctitate, prudentia, gravitate, ſapientia, eruditione commendatiſſimus, Gregorius Epiſcopus Turonenſis, circiter annum Chriſti 570. ad eam Sedem promotus, ac circiter 595. poſtea defunctus, non temere ſed abſque dubio a continuata Turonenſium traditione, certiſque illius Eccleſiæ monumentis acceptam (vel etiam e Mediolanenſis, e quibus alia tam multa in ſuos contraxit libros) tam fidenter litteris inter S. Martini miracula (qua quidem in re illum quam maxime cautum eſſe oportebat) conſignaſſet: quamque poſtea communis non Ambroſianæ modo, ſed etiam Romanæ conſenſus Eccleſiæ comprobaſſet; quin etiam cujus defenſioni ſua non deeſſent rationum monumenta. Irent igitur ipſi, ſibique uni hunc ſcrupulum reſervarent: ſe quidem nolle ut in eo Breviarii Ambroſiani parte quidquam innovaretur. Quo circa nec aliquid eatinde innovatum fuit, quodque ſupra recitabamus, in hanc uſque diem conſtanter perſeverat. *Hæc Paricellus in Baſilica Ambroſianæ monumentis anno 1545. excuſis.*

AUCT. G.H.

conſtans ſententia Federici Borromæi,

jubet hiſtoriam retineri in Breviario,

13 *Verum corruit præſcripta Baronii argumentatio, per obitum tam S. Martini quam S. Ambroſii ad veram chronologiam exactam. Nam ſatis ſuperque oſtenſum eſt, S. Martinum anno 397. die 8. Novembris mortuum & 11. depoſitum fuiſſe: & jam hac tractatu haſtenus eſt demonſtratum, S. Ambroſium ſuperfuiſſe uſque in Sabbatum ſanctam Paſcha anni ſequentis 398. quod vel maxime confirmatur ex ipſa S. Gregorii Turonenſis relatione, quod S. Ambroſius interfuerit exequiis S. Martini. Plurimum ergo gratulamur Eccleſiæ Ambroſianæ urbis & provinciæ Mediolanenſis de tam præclara antiquitate ab Eminentiſſimo Cardinali Borromæo tam conſtanter conſervata: utinam & alibi idem factum fuiſſet.*

& multo;

14 *Deceſſiſſe ergo S. Ambroſium dicimus ex hac mortali vita* Indictione 11. Imperatore Honorio IV. & Eutychiano Conſulibus, *in nocte Sabbatum ſanctum exordiente. Nunc ſi annus incipiatur ab initio Januarii aut pravia Nativitate Chriſti, numerandus erit annus 398. ſi vero tantum auſpicemur a feſto Paſchali, uti olim ſolebat fieri tota Gallia etiam Ciſalpina, atque adeo Mediolani fuerit dies iſte, ultimus dies anni 397. Ipſe S. Ambroſius de Myſterio Paſchæ cap. 2. aſſerit ipſa* Paſcha vere anni principium, primi menſis exordium, *& ut cap. 1. dixerat* recidivarum fidei annuæ felicitatis gaudium: *& rurſus cap. 5. illi eſt* optabilis anni feſtivitas, & exordia gignentium rerum. *Et S. Gregorius Turonenſis, dein in fine Hiſtoriæ Francorum colligens* ſummam annorum mundialium, *numerat* a tranſitu maris uſque ad Reſurrectionem Dominicam, & à Reſurrectione Dominica ad tranſitum S. Martini. *Quare valde notandum eſſe cenſemus, ob errorem, quo aliqui hujus differentiæ ignari, utramque annum confuderunt; & arripientes annum 397 quem alii finiebant pridie Paſchatis, ſuppoſuerunt pro eo, qui jam ab initio Januarii aut Nativitate Chriſti ſuum*

Quo errore videatur natalis S. Ambroſii rejectus in 4. Aprilis.

cur-

AUCT. G. II.

curſum ceperat. Deinde poſito erroneo hoc fundamento, quæſierunt in quem menſis diem tali anno Sabbatum ſanctum convenisſet; & 4. Aprilis invenientes, neque jam dubitantes, quin eſſet verus S. Ambroſii Natalis, ad eum diem nomen ejus Martyrologiis inſcripſerunt: quod utrum recte factum ab iis eſſet, alii ſcrutari operoſius neglexerunt, eo quod dies depoſitionis celebraretur in Eccleſia Mediolanenſi die quinta infra Octavam Paſchæ, & celeberrimus cultus S. Ambroſii in Eccleſia Mediolanenſi & Romana, itemque apud Orientales in Eccleſia Græca & apud Occidentales in Hiſpania, renovaretur die Ordinationis Epiſcopalis 7. ſcilicet Decembris; atque ita error ille latius ſe ſpargere potuit. Porro, trecentis & triginta ut minimum ab obitu S. Ambroſii elapſis annis, primus, quantum aſſequimur, erronei iſtius calculi auctor vel ſaltem teſtis invenitur Beda venerabilis, in ſuo genuino Martyrologio tanti Sancti Natalem 4. Aprilis indicans his ſimplicibus verbis: Mediolano depoſitio S. Ambroſii Confeſſoris. *Bedam ſecuti ſunt alii, etiam adjuncto prolixiori elogio, Florus, Rabanus, Wandelbertus, Uſuardus, Ado, Notkerus, & paſſim recentiores.*

In variis Martyrologiis?

15 *Conati fuimus illuſtrare ſacram memoriam Jeſu Chriſti, pro ſalute humana crucifixi ad diem 25. Martii: & pro eo iſti diei vindicanda allegavimus ultra triginta antiqua Martyrologia, quorum vetuſtiſſimum S. Hieronymo tribuitur. Eumdem diem ex variis antiquis teſtamenti figuris confirmavimus, nec non ex teſtimoniis Tertulliani, Auguſtini, & Bedæ, & quidem teſte S. Auguſtino,* ſicut a majoribus traditum ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit auctoritas, 8. Kal. Aprilis conceptus traditur, quo & paſſus. *Interim, qui hic pro obitu S. Ambroſii ad diem 4. Aprilis, & conſequenter ad annum Chriſti 397. conſtituendo Martyrologiorum appellant fidem, eaque ſola putant elidi poſſe tam certas & irrefragabiles auctoritates, quibus eum mortem oſtendimus ad annum 398. & 17. Aprilis pertinere; in priori iſta controverſia, neglecta omnium antiquorum Martyrologiorum, imo & Patrum auctoritate, Chriſtum paſſum fuiſſe volunt 3. Nonas Aprilis, licet ad hunc diem nulla ejus in ullis faſtis memoria celebretur.*

ad quæ appellari minime ab iis, qui negant Chriſtum 25. Martii mortuum.

16 *Baronius in Notationibus ad diem 4. Aprilis probare nititur ſuam ſententiam ex concilio Carthaginenſi, habito* Kalendis Septembris Cæſario & Attico Conſulibus, *id eſt dicto anno 397. eo quod ibi cap. 48. iſta legantur:* De Donatiſtis placuit, ut conſulamus Fratres & Conſacerdotes noſtros Siricium & Simplicianum; *& Siricium opinatur* Romanum Pontificem, *quem tunc adhuc vixiſſe ſupra diximus;* Simplicianum *vero conjectat fuiſſe* Epiſcopum Mediolanenſem, *quod nuſquam legitur. Cum S. Ambroſius, præter conſuetudinem, ex Præfecto provinciæ Mediolanenſis & ſolum catechumeno, eligeretur in Epiſcopum: ac dein baptizatus, poſt alios Ordines fuerat ſuſceptos, eſſet Epiſcopus conſecratus; in ejus auxilium & directionem miſit S. Damaſus Papa dictum Simplicianum, egregiæ eruditionis & ſpectatæ virtutis Presbyterum Romanæ Eccleſiæ: cui initium ſuæ converſionis ſe debere fatetur S. Auguſtinus lib. 8. Confeſſionum cap. 1. & 2. a Spiritu ſancto inſtigatus,* ut ad eum pergeret, qui ſibi bonus apparebat ſervus Dei, & in quo lucebat gratia Dei, qui a juventute ſua devotiſſime vixerat; *ac tum longa* ætate, in tam bono ſtudio ſectandæ viæ divinæ multa expertus, multa edoctus ſibi videbatur, *& paſſim* pater Epiſcopi Ambroſii *habebatur:* quem hic ut patrem vere diligebat, *ac moribundum ſucceſſorem deſiderabat dicens:* Senex eſt, ſed bonus (erat enim Simplicianus ævi maturior, *uti Paulinus teſtatur*) *a quo cum S. Auguſtinus tum alia multa tum Victorini Rhetoris converſionem audiviſſet, animo ad hunc imitandum exarſit. Quidni ergo, cum Synodo indictæ Carthaginenſi intereſſet S. Auguſtinus, ac ſciret S. Ambroſium multis ingruentibus negotiis impediri, forſan & adverſa valetudine vexari; voluerit loco S. Ambroſii conſuli Simplicianum, virum ſibi optime notum, qui quæſtionem dicto capite 48. propoſitam exacte noverat, ſcilicet uſitatum apud Romanos & Mediolanenſes morem baptizandi infantes. Præterea ad caput 47. quod præcedit in dicta Synodo Carthaginenſi de Scripturis canonicis, quæ in Eccleſia leguntur, paſſim in omnibus Conciliorum editionibus ſubnotatur, illud caput haberi ulterius Concilii Carthaginenſis, poſt Conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VII. celebrati. Quapropter ſuſpicio eſſe poſſet, ſequens caput 48. ſimiliter aliunde acceptum eſſe, aut nominibus perperam inſertis haberi corruptum, adeoque liquet inde circa obitum S. Ambroſii nihil poſſe erui; neque ob tam debile argumentum debere ullo modo rejici auctoritatem Paulini, Marcellini Comitis, S. Gregorii Turonenſis & Eccleſiæ Mediolanenſis. Sed hæc exercitationis cauſa viris eruditis & Eccleſiaſticæ antiquitatis amantibus propoſita cupimus, ut rei veritas eluceſcat.*

Refutatur argumentum de S. Simpliciano.

quaſi is anno 397. fuerit Mediolani Epiſcopus.

non ſimplex Presbyter, ſed S. Auguſtino notiſſimus.

AD

AD TOMUM II. APRILIS
PROPYLÆUM ANTIQUARIUM
CIRCA VERI AC FALSI DISCRIMEN IN VETUSTIS MEMBRANIS.

PRÆFATIO.

Alexandro Papa VII. hortante & approbante.

ALexandri VII. Pontificis Maximi extremo dignati alloquio, priuſquam Roma diſcederemus in Belgium anno 1661. ad opus de Sanctorum Actis majori indies cum cura profectuque expoliendum, non tantum alacriores ex illius approbatione revertimus, ſed etiam inſtructiores ex admonitione. Notaverat vir ille ſapientiſſimus, lecta de tribus Dagobertis Francorum Regibus Diatriba, tam novis ac curioſis quæ iſtic tractantur quæſtionibus definiendis B *præſidium magnum ex veterum eccleſiarum monaſteriorumque archiviis peti. Audiverat idem a Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtode Allatio, non tantum probatas Sanctorum Vitas, ſed etiam fabuloſas aliquas tranſcribendas per nos deſignari. Hoc cur faceremus, voluit cauſam intelligere; iſtud mirifice commendavit; Si tamen, inquiebat, ſuppoſititia a genuinis, interpolata a ſinceris maturo ſecernantur judicio, in vetuſtis enim diplomatis chartiſque recipiendis ad hiſtoricam probationem, non minori verſandum eſt cautela, quam in nummis; quorum multi ſub larva antiquitatis inducunt in fraudem, vix a paucis oculatioribus agnoſcendam. Is igitur, qui falli nolit, curandum cenſebat, non tantum ut cognitas habeat formularum notarialium rationes, pro ſæculorum atque locorum varietate diverſas, ſed ipſos quoque litterarum ductus dignoſcat curioſe, ſi quando afferentur chartæ, quæ autographæ eſſe dicantur. Idque confirmaturus Sanctiſſimus, ſublatus de genibus juſſit ad interius conclave ſequi, ubi habebat conventionem quamdam autographam, a Carolo Magno in Hetruria confirmatam; dignatuſque eſt ipſe eam prælegere nobis atque indicare ſingula, quæ diligentius merebantur conſiderari. Quod autem ad fabuloſa quædam Sanctorum Acta attinet, da iis a nobis edoctus viciſſim, ipſorum exemplar idea peti, quod aliter nequeat certo dilucideq; convinci falſitas, quam relegenda ipſamet fraudis numquam integre ſe occultantis veſtigia; probavit conſilium, agnovitque etiam id habere locum in diplomatis; neque minus ad veri falſique diſcretionem acquirendam valere chartarum ſuppoſitarum exempla, quam autographa verarum.*

Chartarum veterum ſtudium & fabuloſarum examen.

2 *Exinde, quod antea faciebamus ſtudioſe, cœpimus multa adhuc diligentius facere auctore tanto; & utrarumq; ſæpius inter ſe collatorum frequenti uſu paulatim facti peritiores, multa deprehendimus manifeſta falſa, in quibus dubii antea paveneſq; hærebamus: nonnumquam etiam nos ipſos correximus, retractanda fidem quam talibus antea dederamus. Hujus ſtudii ad illuſtranda Sanctorum Acta tantum valentis, fructus aliquos exhibebit præſens Propylæum, ad hoc comparatum, partim ut ſopiantur querelæ amicorum, urgentium nos de importuna moroſitate circa antiquitates ſuas, de quibus nollent dubitari: partim ut conſtitutis ſemel generalibus quibuſdam diſcriminis inveniendi principiis, expeditius progrediamur in noſtris ante ipſa Acta commentariis aut obſervationibus poſtea ſubjiciendis; partim etiam ut, cum lector invenerit in hoc aut ſubſequentibus menſibus quædam aliter atq; in præcedentibus tractari a nobis, mutati judicii cauſas intelligens, tanta ſequi poſſit ſecurius, quanta promptius a nobis videt retractari ac corrigi, ſi quid alibi minus explorate videmur recepiſſe. Conſtabit autem Propylæum hoc partibus tribus: quarum prima erit de Diplomatis, præſertim iis quæ ante nongentos aut mille annos a primis Francorum Regibus ſignata dicuntur, in quibus erratur eo periculoſius, quod hæc ſæpe unica ratio ſit conſtituendæ chronologiæ. Secunda examinabit monaſteriorum quorumdam Carmeliticorum per Europam antiquitates, nuper prætendi cœptas. Tertia quaſdam Brixienſes tabulas, multa Martyrum nomina continentes, in hoc opere neutiquam habitura locum.*

majorem in utroque ſolertiam paulatim aſſecuti. E

Propylæum tribus partibus abſolvemus.

C F

PARS PRIMA
De veterum fundationum, donationum, privilegiorum inſtrumentis diſcernendis.

A ſuppoſititiorum chartarum compoſitione

3 *ECcleſiaſticorum Annalium integerrimus atque eruditiſſimus ſcriptor Cæſar Cardinalis Baronius, ad annum 324. fraudes atque impoſturas retecturus Edicti ejus, quod ſub Conſtantini Magni nomine profertur ab aliquibus, tamquam continens donationes a piiſſimo illo Imperatore factas Romanæ Eccleſiæ; non credidit ſe, id faciendo, juribus ejus detrahere quidpiam, quibus tuendis ſatis eſſet antiqua ac juſta poſſeſſionis titulus. Antiqua,* quod Francorum Chriſtianiſſimi Principes ſuis ipſorum diplomatis, ea, a Longobardis ablata, ſe Romanæ Eccleſiæ reſtituere profeſſi ſunt. *Juſta, quia* ſi Romana Eccleſia, ante illa a Francorum Regibus collata privilegia, jam potiebatur rerum dominio; unde illud niſi jure debitum ſibi potuit vendicaſſe? cum certum ſit nulla id factum armorum vi atque violenta graſſatione: ſilentibus præſertim nec minimum quidquam reclamantibus, qui illis temporibus regnabant in Oriente, Imperatoribus, alioquin in Romanam Eccleſiam parum æquis. *Hæc ille, occaſione Edicti, ſeu ficti ſeu depravati, idemque indigni quo Silveſtri Pontificis hiſtoria augeatur.*

ab illum limitare diſtinctum poſſeſſionis juſtæ & antiquæ,

4 *Similia hic quoque videor poſſe ac debere præfari, de fundationibus, donationibus, privilegiis variis actuum; de quibus, cum ſcripta inſtrumenta vel ab initio nulla fuerint, vel abolita autographa ſint, hodiedum monſtrantur chartæ, vel prorſus fictitiæ vel a reſcribentibus audacter interpolatæ. Scilicet antiquæ ac juſtæ poſſeſſioni nihil derogatum iri putamus per ejuſmodi chartarum rejectionem, non alio fine inſtitutam, quam ne temporum vetuſtiſſimorum hiſtoria, ſatis per ſe obſcura, per ipſas inextricabiliter confundatur. Initium ſumo ab Horreenſis monaſterii Treviris diplomate quodam, fabricato ſub nomine Dagoberti Francorum Regis primi, quaſi is ipſum conſignaſſet, rogatu uxoris ſuæ Nanthildis, & intuitu filiæ communis Irminæ, anno regni ſui 11. Incarnationis vero Dominicæ 646. Quam Irminam quia Dagoberti, non primi, ſed ſecundi filiam fuiſſe diximus; Henſchenius in Diatriba lib. 1. cap. 10, itemque 1. Februarii in Analectis de S. Sigeberto §. 1. & ego eum ſecutus in Præliminaribus ad tom. 3. Martii;*

A priuſquam ipſius charta vitia examinentur, retractanda ſunt pauci rationes ſententiæ noſtræ & cum alienis effugiis comparandæ.

AUCTORE D. P.

CAPUT I.

S. Irminam (cujus patri adſcribitur diploma Horreenſe) Dagoberto, non I. ſed II. natam eſſe, longe veroſimilius dicitur.

5 Treviren ſem urbem ac territorium, ſeculo Chriſti 7. exeunte & ineunte 8. illuſtraverunt duæ egregia nobilitatis feminæ, Dagoberti Francorum Regis filiæ, Irmina & Adela, maritis præmortuis ad Agni nuptias transgreſſæ; cui etiam ſacrarum virginum contubernium collegerunt, Irmina in Horreo, Adela in Palatiolo, quæ deinde monaſteriis ipſis baſere nomina. Prior ut Sancta colitur 24. Decembris, in quem diem ſervamus integre danda inſtrumenta illius duo, omnis vitii ſuſpicione carentia, quibus fundato a ſe Epternacenſi S. Willibrordi monaſterio poſſeſſiones quaſdam ſuas donat, anno 4. Domni Childeberti Regis, qui fuit annus Chriſti 702. Eadem, per aliud ſequentis anni ſcriptum, donatis prius poſſeſſionibus addidit Mantis-villam in pago Zulpiaco, obſtricta inſigni beneficio, quo Treviros adveniens ſanctus Epiſcopus, monaſterium Horreenſe a graſſante peſtilentia liberarat. Eodem denique, Childeberti Regis prænominati anno 10. Chriſti 708. ſignavit donationem alterius poſſeſſionis, ſitæ in Villa Stankeim ſuper fluvio Sura. Hæc conſtat feciſſe Irminam: quid autem ſoror ejus Adela? Apoſtolicum virum S. Bonifacium excepit hoſpitio, ejuſque diſciplinæ commiſit S. Gregorium nepotem ſuum, ut ex horum actis conſtat. Id Meſenius putat anno 720. fieri potuiſſe; quod nolim, propter decennium forte adjiciendum, diſputare.

S. Irmina poſt an. 708.

& Adela poſt an. 720. ante

6 His ita poſitis, nec u quiquam in controverſiam revocandis, quæritur utrum veroſimilius ſit, Irminam & Adelam filias Dagoberti Primi, qui anno 622. Rex Auſtraſiorum conſtitutus, abiit anno 638. totius Francici Imperii monarcha: an Secundi, qui anno 661. regreſſus ex Hibernia, in Adrbonanis provinciis vagatum exerſus, poſt annos 14. reliqua poſitus Auſtraſia, occiſus eſt anno 680. juxta Chronologium, in exegeſi præliminari ad tomum 3. hujus menſis innovatum ac ſtabilitam ab Henſchenio; qui hujus Dagoberti regnum prior in lucem extulit, eumque a primo ultimoque diſtinguere docuit. Si nobiſcum ſentias, & Dagoberti ſecundi filias fuiſſe dicas; Irmina annorum fuerit plus minus quadraginta, cum prænotatas donationes ſignavit: Adela vero, licet ante annum 670. natu fuiſſe diceretur, non debuit multum exceſſiſſe ætatis annum 50., quando ſuum nepotem a ſe dimiſit.

ſi non fuiſſent Dagoberti II. filiæ,

C

7 Si velis ex Primo Dagoberto genitas, conſequens eſt, ut Irmina minimum nonagenaria fuerit, anno 708. utpote ante obitum Patris viro nupta, eoque mortuo fundatrix facta monaſterii, & quidem ex bonis non tantum paternis, ſed etiam a ſponſo relictis, quorum proprietas ante conſummatum vel plene ſaltem contractum matrimonium ad eam non pertinuiſſet. Adela vero, quam anno 636. natam vult Meſenius, & ſaltem ultra 720. vixiſſe concedit, proxima fuiſſet centenariæ.

duodecim ſunt, Irmina ad 10. Adela ad 100. annos vixiſſe.

8 Neutrum utique impoſſibile eſt. Non ego id aſſero: ſed hoc quæro, utra ætas congruentius admittatur, ſi eligenda eſt alterutra; & quidem poſitis aliis rationibus utrimque paribus. Atqui nec pares quidem ſunt: nam contra Secundum Dagobertum nihil objici poteſt, quod non habeat facillimam ſolutionem, ut mox apparebit; & Horreenſe diploma, quo maxime nititur ſententia adverſa, undequaque rimoſum eſt ac prorſus fictitium: Teſtamentum vero Adelæ, factum anno 12. Theoderici Regis, in favorem Palatioli, quod ipſum, inquit ille, a Pippino Majoredomus Treviris permutatione quæſivimus, cum defenditur ut genuinum (quale fateor mihi nullo modo videri, ob varias, & hic prætereundas cauſas) in magnas anguſtias neceſſe eſt conjiciat defenſores ſuos. Pippinum enim, ſub Dagoberti I. imperio potentem, quem volunt illi, oſtendimus 21. Februarii anno altero ab obitu dicti Regis e vivis exceſſiſſe. Cum autem jam conſtet Regem obiiſſe Chriſti anno, non 644. ſed 638. dicendus erit mortuus eſſe Pippinus anno 640. quando Adela in Meſenii ſententia ſolum egiſſet ætatis annum 4. aut 5. At ſi ipſa fuerit filia Dagoberti II. potuit jam matura ætatis vidua, a Pippino Heriſtallio, ante annum 714. quo hic obiit, acquiſiviſſe Palatiolum, & fundato ibi a ſe monaſterio novam aliquam donationem feciſſe, 12. anno ultimi Theoderici, qui fuit annus Chriſti 731. In Irmina, ut Primi Dagoberti filia dicatur, majores etiam difficultates occurrunt; hic enim illam non poſſet genuiſſe niſi ex fornicario vel etiam adulterino concubitu. Quod ſi matrem quoque Nanthildem defendas, in novas triças incurras neceſſe eſt, a quibus te non poteris expedire, niſi gratis aſſerendo aliqua, ſatis incongrua dictu, & difficilia creditu abſque ullius antiqui ſcriptoris auctoritate. Scio quod Dagobertus iſte fuerit, Fredegario teſte, luxuriæ ſupra modum deditus: nam, ut idem ait, tres habebat maxime ad inſtar Reginas & plurimas concubinas. Reginæ vero hæ fuerunt: Nanthildis, Wulfgundis, & Berthildis. Nomina concubinarum, eo quod plures fuiſſent, increvit chronicæ inſeri. Scio Nanthildem, non ex monaſterio raptam, ut Fredegarium legit & intellexit Aimoinus; ſed unam ex puellis de miniſterio dici, in veteris Fredegarii Mſſ. Sed ut hæc tibi faveant, oportet inſuper gratis aſſumere quæ ſequuntur.

nec tamen potuiſſet Adela a S. Pippino emiſſe Palatiolum,

D

vel Irmina ex Nanthil. de noſtr al. ſi turpius,

E

9 Primo, quod illa Dagoberti incontinentia, non habueris principium e faſtidio legitimæ conjugis Gomadrudis, anno 625. ductæ, & 628. propter ſterilitatem repudiatæ; ſed a prima adoleſcentia invaluerit, aut ſaltem annis aliquot ante conjugium cum Gomadrude, ut ante patris obitum potuerit viro deſpondere Irmina. Secundo quod Gomadrudis Regina, magna mulier auctoritatis, cujus ſoror nupta erat Clothario ipſius Dagoberti patri, in ſuo puellari miniſterio, in quod non alias adſciſci conſueverant quam primum florentis pubertatis virgines, conſenſerit habere, pro integra viſa ac fama puella, mulierem jam ab annis aliquot regiis amoribus infamatam, ex eoque matrem, ac proinde æmulam, tanto certiorem, quanto ipſa minorem ſpem dabat prolis. Tertio quod eadem ita pridem deflorata, non ex libidine Regis impotenter amantis, ſed cum conſilio Francorum, in matrimonium accepta, & in Reginam ſublimata fuerit, ubi tanta nobilium integerrimarumque juvencularum ſuppetebat copia. Quarto, quod Dagobertus, ob deſiderium gignendi ſucceſſorem repudians Gomadrudem, quam ſolum quatuor annis expertus fuerat, eidem ſuperinducere voluerit alteram, cujus conſuetudine longe diutius uſus nihil niſi feminam ex ea natam viderat.

& ipſa Nanthildis regio conjugio indigna fuiſſet

F

10 Vide autem quam gratis aſſumantur hæc omnia: cum primo nemo unus vel minimam turpitudinis alicujus notam inuſſerit Dagoberto ante prædictum repudium; ſed omnes optimam ejus educationem, ſub ſanctiſſimis Epiſcopis Arnulpho ac Chuniberto, incomparabilem juſtitia ſervata tenorem, aliaſque ipſius laudes commendent, a quibus laudibus non debet abſque probatione ſecludi continentiæ virtus, in Rege adoleſcente, & qui ætatis anno circiter 25. juſtis nuptiis illigatus, credi poſſit non prius luxuriæ frena laxaſſe, quam prolem ex conjuge primum ducta deſperans, perſuaderi ſibi ſivit juſtam eam eſſe divortii cauſam; ex quo tempore totus cœpit deficere ab eo qui prius fuerat. Deinde non eſt tam levis, ut volunt aliqui, auctoritas Aimoini, Nanthildem puellam de monaſterio raptam aſſerentis; quale enim exemplar Fredegarii ſecutus eſt ipſe, auctor antiquior quam fortaſſis ſint omnia exemplaria in quibus de miniſterio legitur;

quia igitur pareline fama ... temporis, tam integra?

A *gitur; ejuſmodi exemplaria plura inveniantur alia, unde etiam facta impreſſio eſt. Neque propterea conſequens fuerit* monacham *fuiſſe Nanthildem, aut* Veſtalem (*qua voce utitur ineptus ille, qui Aimoini contextui interjecit titulos Capitum multo recentiores*) *ſed pro more illius ævi, etiam nunc vigentis, cauſa caſtioris educationis in monaſterio collocatam a parentibus, aut tutoribus; ideo vero raptam, quod cum bona eorumdem atque Abbatiſſæ gratia non ſperaretur educenda ad nuptias, quas licet pro legitimis haberi Rex volebat, credibile tamen non eſt a Sanctiſſimis Galliarum Præſulibus permiſſas fuiſſe.*

[illegible] non eſt fictitium diploma;

11 *Hæc omnia vel non conſideravit vel diſſimulavit amicus noſter* Jacobus *Maſenius, in nupera Trevirenſium Annalium recognitione, totis decertans viribus pro aſſerenda Herreenſis diplomatis veritate:* quod, ſeculi exploratores gnari, ſtatim ut ſolos conſpexere abſque ſignis litterarum ductus, Gothico more formatos, uncialibuſque in principio & fine characteribus inſignitum, repente B Dagobertinum eſſe pronuntiaverant. *Ego vero libens redam omnia, niſi pluribus evicero rationibus, diploma iſtud non tantum non eſſe autographum ullius omnino Dagoberti, ſed nec ex autographo quidem, ſi unquam ullum extitit, tranſcriptum fideliter; aſt pluribus poſt omnes Dagobertos ſeculis fuiſſe imperitiſſime conſarcinatum. Sed prius quam ad iſta tranſeo, quærere lubet ex Maſenio, quomodo pro Dagobertino prudenter haberi, & iſtius ævi cenſeri characteres potuerint, quibus exaratum eſt Herreenſe diploma; ſi nulla eſt characteris diverſitas inter ipſius diplomatis tenorem, quem propugnare nititur; & ſubſcriptionem, qua notatur annus Dominicæ Incarnationis 646. regni 11. Indictio 4. de quibus fatetur* quod adjecta corrupte fuerint, cum nec ipſi ſibi anni conſtent? *Quis enim ſic corrupte adjecit? Idemne qui reliquum diploma ſcripſit? At concipi nequit quomodo Notario regio poſſit in mentem calamumque veniſſe, ut correctis anni characteres ipſiuſque Regis annos corrupte notaret. Ejuſmodi errores contingere ſolent, cum ab imperitis librariis aliquid poſt multos annos tranſcribitur, ſive per ſcribendi præcipitantiam, ſive per antiquorum characterum ignorantiam: non vero quando ſcribitur annus aliquis præſens. Adjecitne longo poſt tempore alius? Tum vere notabilis foret manus & atramenti diverſitas, qualis nulla percipitur in dicta charta; & neceſſe foret prius abraſam obliteratamque fuiſſe ſubſcriptionem antiquam & veram (neque enim credo dicet abſque ulla omnino temporis nota primitus expeditum fuiſſe diploma) talis autem raſuræ aut abolitionis multo magis deberent veſtigia deprehendi: & tum quoque difficulter caperetur, cur pro anno regni primitus notato, qui vel in Maſenii ſententia debuit poſtremorum fuiſſe aliquis, notatus ſit annus Regni 11. Oportet igitur ut fateatur, vel non haberi ſcripturam originariam, vel ipſam quoque ſubſcriptionem originariam eſſe, & paris utramque fidei, id eſt certiſſima: quod tamen de ſubſcriptione nec audet ipſe dicere, nec ulla ratione dici poteſt: non dico ſecundum Æram annorum in Auſtraſia uſurpatam, in qua tamen erant Treviri, ſed nequidem ſecundum initium regni ejus in Neuſtria, quod omnino ſedecim annorum fuiſſe contendit Maſenius, & tamen ea anno 645. finit.*

cujus vitioſam ſubſcriptionē eſſe, ipſe ejus defenſor agnoſcit.

credit tamē accipiendū Dagobertum I.

12 *Ceterum non miramur, quod ad tot difficultates, undique ſe offerentes, obfirmarit animum Maſenius: utpote non tantum perſuaſus, potuiſſe ex Dagoberto I. natas quomodocumque fuiſſe Irminam & Adelam: ſed Dagoberto II. eaſdem nullatenus tribui poſſe, niſi ſus deque vertantur omnia, quæ nulli dubitationi putat objici debere. Nempe compertiſſimum eſſe credit, Horrei ac Palatioli monaſteria fundata eſſe ſub S. Modoaldo Epiſcopo Trevirenſi, Primi Dagoberti ſynchrono, & prius vita functo quam Secundus Dagobertus reverteretur ab exilio, aut ullam materna paternave hereditatis reciperet portionem: deinde cenſet hunc Dagobertum fuiſſe improlem. Ad Modoaldum* D *quod attinet, mox oſtendam, non niſi per meras hallucinationes aliquam ei partem tribui in Herreenſi ac Palatiolenſi fundatione.*

quaſi improlis fuerit ſecundus,

AUCT. D. P.

13 *Quod autem Dagobertus II. improlis fuerit, tam longe abeſt, ut inter copioſos illius liberos etiam aliquos Reges numerandos putemus; quorum primus* Sigebertus, *regni paterni conſors, cum patre vel paulo ante eum obierit,* Clotharius, *anno 718. Monarchia Francica non tam data, quam oſtenſus fuerit;* Theodoricus *vero IV. (qui ab anno 720. uſque ad 737. regii nominis umbram ſuſtinuit, tranſmiſitque ad filium Childericum, Merovingiorum Regum ultimus) ſi fuit alicujus Dagoberti filius (ut paſſim creditur) tanto firmius teneri poteſt fuiſſe Secundi, quanto certius eſt Tertium juvenculum ac pene impuberem, adeoque improlem obiiſſe, anno 715. Theodoricum vero conſtat tam provecta fuiſſe ætatis, cum anno 720. eſt aſſumptus, ut Dagoberti III. pater eſſe potuerit per ætatem; certe ut jam tunc filium videatur habuiſſe Childericum, ſuum poſtea ſucceſſorem, nec non paulo poſt ex eo nepotem Theodoricum,* E *eum qui anno 752. cum Childericus abdicare regnum cogeretur, in Pontanella monaſterium retruſus & attonſus eſt.*

cui veriſimilius proles multiplex fuit;

14 *Aſt ſi hæc ita ſunt; & Secundus iſte Dagobertus, qui in morte ſui patris S. Sigeberti anno 658. potuit pluſquam 22. annorum fuiſſe, adeoque juſtam matrimonio ætatem attigiſſe, quando anno poſtea quarto cœpit regnare in Alſatia; & mox ibi genuiſſe Irminam, quæ anno 675. reſtitutum in Auſtraſia regnum parentem ſecuta Treviros, atque Hermanno deſponſa & Herreenſis monaſterii fundatrix facta, fere vicennis eſſe potuit cum moreretur genitor ſuus: ſi, inquam, Dagobertus hic adeo fœcundus liberis fuit, ut, præter alios forte ignotos, filias quinque genuerit, ut alibi dictum eſt iterumque dicetur; quid judicandum erit de Argentinenſi diplomate apud Jacobum Coccium, quod oſtentatur ſcriptum* 4. Nonas Aprilis, Luna 7. anno ab Incarnatione Domini 662. Indictione 5. Regnante Tageberto Rege anno regni ejus 32? *Illud diploma ſic inchoatur,* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Tegebertus divina favente clementia Rex nobiliſſimus. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, natis & naſcendis; qualiter ego Tagebertus, exhereditatus propriis filiis, S. Mariam mihi in hereditariam heredem acquiſivi, dans in honorem matris Dei, ad Argentinenſis Eccleſiæ monaſterium, tres curtes meas optimas & electas. *Nimium hæc favebant Maſenio, ut vel ex lunatica illa prorſuſque monſtroſa ſubſcriptione nullam iſtius chartæ fidem cognoſceret: ſed omnia ſalva credidit, ſi anni regni iidem qui vitæ* F *nominarentur, exemplo novo nec in ullis genuinis diplomatis inveniendo. Non vidit autem Dagobertum iſtum, cujus pater ſolum natus erat circa ann. 629. ut ſummum fuiſſe annorum 16. adoleſcentem, eo anno quem 32. in regno numeraſſe ſingitur. Dico ergo, diploma iſtud, non ſolum ex ſubſcriptione, ſed ex toto ſuo contextu fictitium apparere; neque in eo ad ſanum aliquem ſenſum adducendo laboraturum fuiſſe Henſchenium, cum ante annos circiter 20 Diatribam componeret, ſi quam facile nunc notabat chronologia vitia, tum etiam cognitos habuiſſet ſtyli diplomatici characteras; prorſus enim, ut nunc facit, & ipſum & plura apud Coccium diplomata fictitia eſſe judicaſſet.*

fictitium neque eſt quod objicitur Argentinenſe diploma.

15 *Tandem miratur Maſenius, quomodo præſumamus pro Dagoberto I. Treviris nominatiſſimo, ſubſtituere nomen Dagoberti II.* in Alſatia fere viventis, cujus nullum apud Treviros aulæ veſtigium, nulla beneficiorum memoria. *Miror & ego admirationem iſtiuſmodi, poſt tot alias, certiſſimas quidem, ſed tamen eatenus occultiſſimas veritates, in Diatriba de tribus Dagobertis magno eruditorum omnium plauſu ipſiuſque Maſenii aſſenſu firmatas. Quæ enim obſecro æquitas eſt, exigere ut indicentur monſtrenturque nunc Treviris clara atque diſtincta memor. Dagoberti Secundi, ut Secundus*

Si Trevirenſis omnino, qui ante 1000 annos in oblivionem ſcriptorum venit,

ARTT. D. P.

A falſ[illegible] à mille nobis in toto Francorum ſuſperio, inter tot ſcriptores Chronicarum ne unus fuerit, qui Dagobertum iſtum ſtibus à Primo diſtinguere, quando is ille poſt annos 44. in Alſatia actos, quinque integros egerit cis Rhenum ubi imperitans Auſtraſiæ? Confuſis igitur utriuſque memoriis, neque inter Primum & Ultimum Dagobertum, ſtudium aliquem cognoſcentibus hiſtoricis tot ſeculorum; quid miramur omnes memorias Dagobertinas, quæ ad Ultimum referri non poterant, ad Primum relatas eſſe e Trevirenſibus? Nunc vero cum detectus eſt ille, ubi plures earum, ut ſpecialiter ſiliæ Irminæ atque Adelæ, poſſint adſcribi, ita ut volentur vtum iſta, ſi non ad alium, ſaltem ad mo[illegible], quæ Primum Dagobertum conſtituunt, cur non illum ambabus, ut dicitur, ulnis, tamquam alterum benefactorem ſuum, amplectantur Trevirenſes?

a Dagoberto I. utriuſque diſtinguere,

36 Si Treviris, prima poſt Metas Auſtraſiæ civitate, regium aliquod palatium fuit, ut credo fuiſſe; nihil dubito B quin uterque Rex eo ſubinde uſus, cum uterque pare ſere annorum numero in Auſtraſia habitarit; Primus quidem ſex primis regni ſui annis, Secundus quinque ultimis. Nam, ſicut Secundum ſcimus fere in Alſatia vixiſſe, quamdiu a reliquo Auſtraſiæ regno excludebatur; ita etiam ſcimus ex Fredegario, quod Primus, Neuſtriæ regnum adeptus, Auſtraſiam deſeruit, & Pariſius ſedem patris ſui deligens, aſſidue habitare diſpoſuit. Quo autem minus dubites quin Secundus, dimiſſa Germania, ſtatim ut potuit, elegerit Galliam & patris ſui Sedem ſimiliter habitare, accurrit Vita S. Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis, ex qua emanavit prima Secundi Dagoberti notitia, narrans nu. 35. quomodo ſanctus iſte Epiſcopus, Romam proficiſcens ex Friſia, ubi benedictum exilium fructuoſe egerat, & Galliam perveniens, nota ibi Regis Dagoberti mœnia ſubiit; quem ipſe Rex viſum mox recognovit, gratanterque profeſſus eorum hominibus ſuis eſt, quod per ipſum ſervatus eſſet adjutuſque ad reditum. Urbem quidem Metas ibi deſignari, potius quam Treviros, perſuadet ipſius S. Sigisberti Vita, ubi expreſſe dicitur nu. 17. quod ſepulturæ elegit in urbe Metis, quæ regni ſui ſedes fuerat: ſed quis credet huic Sedi ſic aſſixum fuiſſe vel ipſum vel filium, ut Treviros, ſolis 12. leucis diſtantes atque ad eumdem Moſellam ſitos, non ſæpe deſcenderint? eodem plane modo, quo prior Dagobertus Treviris aliquando fuit, licet alias veriſimilius ſit, eum Metis præcipue habitaſſe, & ideo eodem direxiſſe filium ſuum triennem, cum C eum ſuo loco conſtituit Auſtraſiæ Regem.

ab utroque potuerant a. qualis ſ[illegible]

et magis fortè à Secundo.

37 Quod igitur ſpectat ad præſentiam, Trevirenſibus ſubinde exhibitam, par et cenſeri debent uterque Dagobertus, avus ac nepos: quod ad beneficia illic poſita attinet, etiam pares, ut forte etiam ſuperior nepos, cui Horrcenſem fundationem tribuimus; cum de avo aliud nihil ſciamus, quam quod Moguntiæ exiſtens regni ſui anno 12. cum jam pridem Pariſiis ſedem ſtatuiſſet, fundos aliquos donaverit venerabiſſimo S. Maximini monaſterio. Solo magnifice jactari a Trevirenſibus privilegium quoddam, ſub illius nomine, abſque nota anni, diei, aut loci; quo idem Rex confirmaſſe eccleſiæ S. Petri cum ſuo prædio monaſterioque, eidem S. Petro jam olim ſubjecto donataque, & ante alia Cellam S. Hilarii, quæ nunc appellatur S. Maximini, quæ eſt in prædio S. Petri conſtructa. Sed hujus privilegii inſtrumentum, quod autographum eſſe nec ipſi credo Trevirenſes probaturos ſperarunt, eadem fere ſua ſuppoſitionis nobiles argumenta, qua privilegium Horreenſe, cujus peccata Capitibus ſequentibus pergo denudare; & quædam alia etiam abſurdiora continet, quæ Nicolaus Zyllеſius propalavit in defenſione Abbatiæ Imperialis S. Maximini; quum monaſterium ejus de antiquum fuiſſe appellatum cellam S. Hilarii: & a pag. 57. uſque ad 72. hanc ipſam ſententiam, tot validiſſimis argumentis ipſum contra omnem ejus impulſorum exigentiam ſpem omnem adverſariis abſtuliſſe videatur. Loquor de iſto inſtrumento ſcripto: nam de jure ſuo ſuaque poſſeſſione, ſicut ad me

gulo quod a Primo eridens bahere privilegium, ſuppoſititium eſt.

hoc attinet quærere, ita ut non conſiſſe videri, & nuper bene ſopitas controverſias reſuſcitaſſe. D

38 Imo etiam ex Scripto, cujus authentia nemo poſſit aut Zyllеſius vel conjecturis defendere, pro ipſo vobis Maſenio, indicata ſuperius, de S. Modoaldo diſſolvens, tamquam præcipue vario, ob quam ſic pugnat pro ſummo, Dagoberto Primo aſſerenda, cum ſoli[illegible], inter alia donationes S. Petro ſubjecta, quoniam Monaſterium S. Mariæ, quod præfatus Pontifex Modoaldus in territorio S. Petri nuper a fundamento conſtruxit; & vocatur Horrea. Ex hoc enim fundamento Ordalphus, Baldwini Archiepiſcopi Trevirenſis ante annos 300. Secretarius, ita de S. Modoaldo ſcripſit: In Palatio Dagoberti Regis, quod vocatur Horreum, (quaſi publicum Horreum neque erat fuerit virginibus recipiendis aptum eſſe, niſi idem regium Palatium fuerit) eccleſiam in honorem B. Mariæ Virginis conſtruxit, ubi & congregationem Virginum inſtituit, quibus præfecit Matres, primo dilectam Deo Virginem Irminam, ipſius Dagoberti Regis filiam, deinde Modeſtam, vita & nomine, quamdam ſacratiſſimam virginem, alumnam cœnobii S. Romarici, quæ fuit filia ſororis B. Modoaldi, contemporanea B. Gertrudis. Similis poſtea modo de Adela ejuſque monaſterio loquitur idem auctor. Adelam in teſtamento ſuo ſic creditur ſcripſiſſe: Cum pervulgatum notumque omnibus ſit, quemadmodum nos monaſterium in villa quæ dicitur Palatiolum ..... jam dudum ad proprii monaſterii uſum extruximus, in eoque monacharum cœtum .... adunavimus. Irminam fundatricem ſuam ſimiliter credunt & appellant Horreenſes, talemque in Vita facit Theofridus Abbas Epternacenſis: qui vero S. Modoaldi Vitam conſcripſit Stephanus Abbas S. Jacobi Leodii, Theofrido ætate ſuppar, quacumque ſuo tempore ſuperſtites illius ſancti Præſulis memorias ſcrutatus, nullam ejus aliam fundationem invenit, quam monachorum S. Symphoriani, apud quos & ſepultus eſt. Allegat quidem Browerus ad annum 645 Epitaphium, in S. Paulini eccleſia poſitum, his verbis: Hoc eſt ſanctuarium Deo dilecti Trevirorum Archiepiſcopi Modoaldi, cujus Rex Dagobertus ſanctitatem, ſicut in ejus præcepto de Treviris continetur, inter Ligerim & Rhenum magnifice extulit & dilatavit: ſed ea ullam nobis cognitionem non ingerunt quam quod iſtiuſmodi lapis occaſionem præbuerit poſteris, ipſius Præcepti exemplum non habentibus, iſtud fingendi quod modo in manibus eſt, & confutatum a Zyllеſio, vidimus. E F

Ex hoc illud eſt, ut quo aſſerit ſuis S. Modoaldus fundaſſe monaſteria.

Horreenſe & Palatiolenſe.

19 Browerus, ad ann. 708. Abbatiſſarum Horreenſium ſeriem deſcribens ex Trithemio, Ordulfum ſecutus, & Irminæ Modeſtam, ſororis S. Modoaldi filiam, cœnobii Romarici alumnam, ſubſtituens: monuerat in margine primæ ſuæ impreſſionis, quod Ordinis illius ſucceſſio non eſſet certa. Huic accedens Henſchenius lib. 2. c. 12. Diatribæ, & rurſum 17. Martii ad Vitam S. Gertrudis (quæ Modeſtæ, ſibi dum viveret familiari, dicitur poſt mortem apparuiſſe in monaſterio Trevirenſi) notaverat videri legendum Avendonſi. Utramque fruſtra hic laboraſſe Maſenius cenſet, & inſuper ſervare nititur verba conjuſdam Privilegii, ſub nomine neſcio cujus Leonis Papæ ſcripti, ubi dicitur, Cœnobium Horreenſe a Modwaldo Trevirorum Archiepiſcopo, ſubminiſtrante B. Modeſta, filia ſororis ejus .... ad divini cultus officium reſtauratum poſt deceſſum B. Irminæ, quæ prima hunc locum provehendum ſuſcepit: Ubi cum manifeſto dicatur ante Modeſtam præfuiſſe Irminam, & hanc conſtet Modoaldo fuiſſe ſuperſtitem; neque is ut hoc a pie ſcriptum ſuppoſititium arguam, quaſi Modoaldi ac Modeſtæ regimen in unum conſtiterit tempus: cenſet ipſe privilegii verba ſic intelligenda, ut quod ibi dicitur fuiſſe Modoaldus, id eſt reſtaurare monaſterium quod pridem Irmina conſtituerat, id fuerit non quidem per ſe, ſed per Modeſtam a ſe pro quondam inſtitutam.

et Horreenſis Abbatiſſam dediſſe Modeſtam,

nepti ſua poſt Irminam, deaſt cœnobio,

20 Re-

A 20 *Receptibiliſne hæc ſit evaſio, ut Privilegium iſtud credatur ſincerum ac genuinum Leonis II. aut III. diploma, viderit Maſenius: mihi ſane non videtur: utque ut hic adeo turpis anachroniſmus abeſſet, ipſum non modo interpolatum cum Browero, ſed prorſus fictitium eſſe arbitror, ab initio ad finem. Sic enim incipit:* Ego Leo Vicarius S. Petri Principis Apoſtolorum, meritis quidem impar, vice tamen ipſius dignitate Romani fungens Præſulatus. *Finit autem:* Quod tanta auctoritate ſubnixum ut in æternum ſtabile permaneat ac fixum, in nomine Jeſu Chriſti Domini noſtri, ſanctique prædeceſſoris Petri & omnium electorum Dei; æterno ſervetur damnandus judicio, ſi quis Prælatus tanto hic commorantes nudaverit privilegio. Fiat, fiat. Amen, amen. *Exiſtimo quod figmenti hujus fabricator Leonem II. intelligi voluerit, anno 682. vix 11. menſium Papam, quando jam mortuam arbitrabatur Irminam, fortaſſis & Modeſtam. Plane etiam mihi perſuadeo, quod idem ſuo hoc figmento credulum nimis Scriptorem Ordulphum induxerit, ad Modoaldum Horreenſi fundationi admiſcendum: qui ſi revera habuit*

propter breve Leo. ni Papa officium.

Reſtitui ve. ritas de duplici Modeſta.

B *in Avendenſi S. Romarici cœnobio neptem, potuit ea per Irminam Treviros adducta fuiſſe, monaſtica diſciplina magiſterium novo cœtui ipſique Irminæ adhuc juvenculæ præſtitura, & ſic velut confundatrix habita, titulum Abbatiſſæ meruiſſe apud poſteros: ſed non potuit a S. Gertrude, ipſa qua hæc obiit hora die 17. Martii anno 659. viſitata fuiſſe in monaſterio Horreenſi, necdum condi cœpto.*

21 *Malim igitur opinari duas Modeſtas a poſteris in unam perſonam confuſas fuiſſe, quarum una ex Avendenſi monaſterio adducta Treviros, ſub S. Irmina monaſterium rexerit Prioriſſa, & in Horreo ſepulta nunc colatur ut Sancta. Quam ſi quis omnino velit Abbatiſſam Horreenſem dicere poſt Irminam, ei ego non repugnabo: quia nihil invenio quod cogat Anaſtaſiam Irminæ immediate ſuffectam aſſerere: aſſentiar autem etiam facilius, ſi non etiam ſuſtineatur quod ipſa fuerit S. Modoaldi neptis; quia hoc difficilius creditu faceret hujus ætas, quem ſcimus Cantilia Remenſi interfuiſſe Epiſcopum; & hoc concilium celebratum fuiſſe anno 724. demonſtratur in Diatriba pag. 195. Altera Modeſta, eademque veroſimilius S. Modoaldi neptis, Prælaturam geſſerit in fundato per avunculum S. Symphoriani monaſterio (quod quia adhuc unicum erat Treviris cum moreretur Gertrudis, bene potuit* Trevirenſe *ſimpliciter nuncupari) & S. Gertrudem ibi habuerit a morte conſpicuam. Sed tunc vel Epiſcopus civitatis, cui ſuam illa narraſſet viſionem, non*

quarum junior S. Irmina monaſterium,

S. Symphoriani rexerit ſenior eademque S. Modoaldi neptis,

C *eſſet S. Chlodulphus Metenſis, cujus fratri Anſegiſo nupta recenter erat S. Begga ſoror ipſius S. Gertrudis, vel potius ad vocem civitatis addenda erat vox* Metenſis. *Sane quam facile Crodulphus iſte potuit ob ſua quædam negotia tunc fuiſſe Treviris; tam facile labi potuit aut ſcriptor Nivellenſis in Belgio, exiſtimando eum qui Epiſcopus erat, & cui hæc Treviris narrabantur, fuiſſe ipſius Trevirenſis civitatis Epiſcopum; aut ſcriptæ ab illo Vitæ tranſcriptor, omittendo vocem* Metenſis, *de qua dubitabat an non eſſet per errorem ſcripta pro* Trevirenſis.

CAPUT II.

Diploma Horreenſe ſuppoſititium cum San-Maximiniano indubitato confertur, quoad ad ſtylum & formulas.

22 P*Ræmiſſis ſuppoſititiique rationibus, quæ noſtram de S. Irmina ſententiam firmant, & alienam refellunt; veniendum eſt ad totius fabulæ principium & caput, ipſum ſcilicet Horreenſe diploma; quod non ſatis eſt veroſimiliori chronologia dixiſſe contrarium (non enim chronologia monumenta, ſed monumentis conformanda eſt chronologia, ut ſolida ſit) verum oſtendi debet, ipſum tale eſſe, ut, quamvis characteres temporum omnes eſſent abſq; errore poſiti, nequiret tamen haberi pro vero Dagobertini temporis ſcripto, ſed deberet poſt multa deinde ſecula & ſcriptum & compoſitum credi. Huc ut facerem occaſionem dedere Annales San-Maximiniani, ab Alexandro Wiltheimio accuratiſſima elaborati, & ex voluntate eruditiſſimi auctoris a me ſtudioſe perlecti: quos licet nunc demum, cum ſopita eſt diuturna inter Archiepiſcopum & Abbatem controverſia, publicæ luci dandos ſperem; hic tamen quid ex iis profecerim gratanter Lectori exponendum puto. Habet Imperiale iſtud cœnobium, ſuum adhuc archivium optime conſervatum; in eoque originalia, & quæ in ſuſpicionem ſuppoſitionis interpolationiſve vocari nequeant diplomata tot antiqua, quot forte alibi exſtant nuſquam. Nam in Sandionyſiano prope Pariſios monaſterio, quamvis multa ſint, tum Dagoberti fundatoris, tum ſubſequentium primæ ſtirpis Regum; nullum eſt tamen quod originale, pauca quæ poſſint ſincera credi. In iſtis autem San-Maximinianis primum & antiquiſſimum eſt Dagobertinum, quod Zylleſius verbatim exhibet, cum ſigno & ſigillo Dagoberti I. ad verum expreſſis. Eo non contentus Wiltheimius, ipſam membranam curavit transferre in paris magnitudinis chartam, & veteres characterum formas in ea ſic excepit ad vivum, uti volebat totum tam venerandi monumenti contextum ære inciſum expandere, & oculis ſui Lectoris ſubjicere. Contextus ipſe talis eſt.*

Vetus obſervata Dagoberto ſcientiam ortographiæ

D

AUCT. D. P.

ab Alexandro Wiltheimio acceptum.

E

23 In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Omnium Chriſtianorum noverit induſtria, qualiter ego Dagobertus Rex potentiſſimus, convenienti conſilio Epiſcoporum meorum Comitumque, legatos de mea parte ad Abbatem Memilianum direxi, mandans ei ut diligenter inquireret, mihique per ſeipſum indicaret, quibus auctoribus illud monaſterium S. Maximini conſtructum, vel cujus imperio a priſtinis temporibus eſſet ſubjectum. Hanc legationem Abbas cum Fratribus ſollicite percipiens, perlectiſque in eodem loco quibuſdam vetuſtiſſimis chartis; inventum eſt ipſum monaſterium Conſtantini Imperatoris fuiſſe regale palatium, atque juſſu ejus dedicatum fore in honore S. Joannis Evangeliſtæ a S. Agritio venerabili Archiepiſcopo. In quo videlicet templo, ut idem Pater noſtræ Regalitati certa relatione patefecit, Helena ſacra famula petente & ſuadente, ſupradictus Imperator pauperes Chriſti congregavit, F eiſque virum Dei Joannem præpoſuit, ut in ſervitio Dei ſemper vacarent, & pro ſe orationibus inſiſterent: & inſuper illius loci habitationem aliæ perſonæ noluit ſubdere, niſi ſuæ ſucceſſorumque Imperatorum poteſtati. His rebus ita eſſe firmiter intellectis, regio more conſtituo atque firmiſſima juſſione præcipio, ut nullus umquam protervè illud monaſterium, in quo Abbas ſupradictus præeſſe videtur, audeat inire vel ullam inhumanitatem illi violenter inferre. Igitur ut aſſidue recordatio mei meorumque parentum maneret in prædicto monaſterio, ipſorum S. Maximini præbendariorum victualia, ſub præmemorato Imperatore conſtituta, additis mea ex parte prædiis augere curavi: quorum nomina ſunt hæc: Kannis, Creſſiacum, Lancwich, Regiodola, Vallis Polich, Badeliacum, Talevant, Loavia. Hæc loca ad regiam Curtem, quæ dicitur Decima, pertinent: quam Curtem cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, hoc eſt quidquid prædii viſus ſum habere, a fluvio qui nuncupatur Rubeca uſque ad ſilvam quæ dicitur Sedes, ſancto Maximino Præſuli in perpetuam hereditatem contradidi. Inſuper etiam, cum conſilio & rogatu meorum Principum, catervis inibi Deo deſervientibus hanc legem, firmiter ac perpetualiter in poſterum habendam, decre-

quod ibi datur,

A vi; ſcilicet ut centenorum ibidem ſumma Monachorum ſemper integra maneat & inconvulſa; excepto ſi Imperatorum Principumve per ſecula ſuccedentium benevolentia prædiis augmentetur vel theſauris. Et ſi propter paganorum vel infidelium Chriſtianorum devaſtationem, eiſdem Chriſti ſervitoribus penuria ultra modum ingrueric, & per theſauri effuſionem expelli nequiverit, Dei omnipotentis & mei meorumque ſucceſſorum habeant licentiam, alodium & familiam a fidelibus illic contraditam dandi & vendendi, antequam Dei deſtruantur ſervitia. Et ut iſtius chartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, deſcribi eam præcepi, & noſtro ſigillo eam inde firmavi. Actum pridie Nonas Aprilis. Anno regni noſtri 12. Moguntiæ feliciter. Amen.

AUCTORE. D. P.

Signum ✠ Dagoberti Regis.

Heriveus Cancellarius ad vicem Ricolfi Archicapellani.

quod ſub Ricolfo Archicapellano ſubſcripſit

24 Heriveus, *inquam*, *non* Henricus, *uti legit Zylleſius; de quo non attinet plura quærere, cum Cancellarii titulus, qui nunc inter togatos ſupremus eſt, tunc inferioris*

B *ordinis fuerit. De Ricolfo Archicapellano juſtius petitur notitia plenior, quoniam ejus ſummum munus erat in recognoſcendis ſignandiſque privilegiis, imo in tota Capella regia, id eſt, Clero ad palatium pertinente, ad quem ſpectabant etiam Cancellarii. Omnia vero circumſpicienti occurrit* Ricolfus Colonienſis Archiepiſcopus, *in ordine deceſſorum ſucceſſorumque, ſeorum ideo fortaſſis relatus ad tempora Caroli Magni (cum alias ejus ætas & acta in obſcuro laterent) quod ad illa tempora ſpectet* Richulfus Archiepiſcopus Mogontinus, ex Archicapellano Palatii & Conſiliario Caroli Magni, *ut ajunt Sammarthani, ordinatus anno 785. idemque legationibus obitis, conciliiſque celebratis notiſſimus: quod in cauſa fuiſſe videtur, cur qui Colonienſis fuerat cum ipſo confunderetur, etſi forſitan ſeculo integro anterior. Expendant eruditi viri, an recipi hujuſmodi conjectura mereatur. Annus in Privilegio notatus Regni 12. fuit, in Auſtraſia videlicet, quo anno Moguntiæ fuiſſe Dagobertum, veroſimile facit pactio, tunc cum Auſtraſiis firmata, de totius Imperii Francici diviſione inter duos Dagoberti filios. Erat is annus Chriſti 633. quando idem Dagobertus numerare poterat annum regni in Neuſtria & Burgundia quintum, monarchiæ vero mortuo Chariberto ac filiis in ipſum devoluta quartum: ratione cujus triplicis regni merito* Rex potentiſſimus *dicitur, & triſſdum ſceptrum aſſumpſiſſe videtur, de quo plura alibi dicta*

C *ſunt. Dubitavimus fateor ad Vitam S. Baſini, 4. Martii, eſſetne Dagoberti I. an II. diploma illud, quia tempus Modoaldi Abbatis ignotum nobis erat, nec ex ipſo contextu eruere poteramus aliquid unde certior fieret conjectura. At nunc, poſt quam ipſas litterarum antiquarum ductus videre licuit, adeo mirabiles & implexos, ut niſi olim legiſſent majores & legibilia exempla deſcripſiſſent, vix quiſquam eos aſſequi poſſet; omnino perſuaſi manemus, eſſe Primi, quandoquidem tempore Secundi cultior aliquanto ſcriptura fuerit uſitata. Accedit quod in San-maximiniano obituario ad 14. Kal. Februarii notetur* obitus Dagoberti Regis, *tanquam benefactoris: atqui non Secundus ſed primus Dagobertus iſtodie obiit: qui etiam cum eſſet ſtudioſus æmulator Conſtantini Magni, credi poteſt hoc potiſſimum de cauſa amatus fuiſſe, ut inquireret adeo curioſe,* quibus auctoribus monaſterium S. Maximini extructum fuiſſet; *ut ſcilicet ſi, quemadmodum fama ferebat, auctores ejus probarentur Helena atque Conſtantinus, ipſi hoc nomine bene faceret. Qui autem Abbates & quo ordine monaſterium illud rexerint, in prænotatis Annalibus ſperamus clarius deductum videre. Audiamus interim Horrenſis diplomatis tenorem, in Additamentis Tomi 1. productum a Maſenio, hic autem neceſſario reſcribendum, ut utriuſque ſtyli ac inter ſe collatio hujus pro iſto novitatem manifeſtiorem faciat, & conſiderationibus reliquis hoc capite faciendis viam ſternat. Eſt autem talis.*

D 25 In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Dagobertus divina præordinante providentia Rex. Si eccleſiaſticis negotiis, & ſervorum & ancillarum Dei utilitatibus quæque neceſſaria providerimus, & de noſtris rebus aliquod beneficium conferre ſtuduerimus; id nobis ad temporalis noſtri regni ſtatum, & æterni promerendum præmium, incunctanter credimus profuturum. Comperiat ergo omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, præſentium & futurorum induſtria, quia rogatu dilectę Conjugis noſtræ Reginæ Nanthildis, monaſterio in Treverica valle, in honore ſanctæ Dei Genitricis, ab Irmina filia noſtra conſtructo, & ſanctimonialium coadunatione decorato, ex rebus proprietatis noſtræ in pago Murlenſe, in Marca Baranſa, has villas Machera, Cornihe, Baldebruno, Hildensheim, Walcheim, Speja (cujus termini incipiunt in Diſendene, & ſic ubi agri coli poſſunt, & ſic uſque Entine, & inde in ripam Dunkolter, & inde ſurſum ripam uſque ad Aldenfalkenborne, & ſic uſque Spalden, & inde ad viam quæ ducitur Retweeh uſque Richenheiden, & inde inter ſilvam de Cameric & Breidenwiſen, & ſic inferius uſque Betheiden,

Horrenſe autem diploma oſtenditur habere

E & inde uſque Engelmanneſcuren & ad fontem S. Humberti, & ad Engelburne; & ſic uſque ad Aldenbuche, & inde per rectam viam uſque ad Odenburne uſque ubi Bure terminatur, & inde in Giſenhelden uſque ad ripam quæ cadit ſuper molendinum, & inde uſque Engelgere, & ſic ſuperius uſque viam ſaxorum, & inde uſque Fredeberteſciben, uſque in Renum Bruoiche,) cum terris cultis & incultis, vineis, molendinis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, viis & inviis, exitibus & regreſſibus, & quidquid habuimus, legali auctoritate contradidimus: ea ſcilicet conditione, ut pauperes Chriſti, inde in reliquum temporalia ſubſidia habituræ, æternæ vitæ ſubſidia nobis ſupplicationibus ſuis apud Deum poſſint præparare. Præterea fidelibus noſtris, tam præſentibus quam futuris, notum fieri volumus, qualiter dilectiſſima filia noſtra Irmina allodium ſuum, quod in Laudunenſis Epiſcopatu, in his locis, Ludnſa, Aucia, Balbengeis, Wartengais, cum omnibus appendiciis, ad eadem loca juſte & legaliter pertinentibus, a ſponſo ſuo, Hermanno ſcilicet Comite, in dotem legali traditione ſuſcepit, pro remedio animæ ſuæ & prædicti ſponſi ſui, ad idem monaſterium, quod vocatur Horreum, cum 40. manſis in ipſa Treverica valle ſitis, & extra urbem iſtis villis, Orneva, Muntzenfelde, Villarci, Routzouet, Win-

F terſtorff, Rubera, per noſtram manum cum omni integritate contradidit; ea ſcilicet ratione, ut ſanctimoniales inibi Deo ſanctæque Genitrici ejus perpetualiter famulantes, in eiſdem bonis nullius perſonæ, magnæ vel parvæ, violentiam patiantur; ſed victum & veſtitum inde ſemper abſque omni inquietudine conſequantur. Et ut hæc perſonis traditio, tam ſua quam noſtra, ſtabiliorem in Dei nomine ſemper poſſit habere firmitatem; præceptum hoc inde conſcriptum manu propria ſubter firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Actum anno 646. Incarnationis Dominicæ, Indictione 4. ſept. Kal. Sept. (per manus Grimoaldi Majoris domus) anno regni Domini Dagoberti II. (Actum) Treviris in nomine Domini feliciter. Amen.

Signum Dagoberti Regis ✠

longe poſterioris ævi ſtylum,

26 *Hactenus Horrenſe diploma: cujus, ut ipſi vidimus & teſtatur Maſenius, duplex, ſed eadem manu ſcriptum, ſervatur exemplum; alterum paulo brevius (in quo ſcilicet deſunt loca, a Maſenio prætermiſſa, & hic ( ) incluſa) ſcriptum in obſoletiore pergameno, cui adhæret ſigillum: alterum, quod in Diatriba 1. edidit Hanſelerius, quodque eadem prorſus manu ſcriptum in mundiori pergameno nec ſigil-*

A *gillum nec ſigilli veſtigium exhibet, ſed habet illa quaſcalꝑſimus verba, & a Treviranſibus eque habetur pro Dagobertino; qui obſoletioris nitidiorſve pergameni differentiam dicebant, non ex eo præſumtione quod alterum altero eſſet poſterius, notabili longioris temporis intervallo; ſed quod poſtremum, velut deficiente ſigillo minus legitimum, percitus tritum fuerit legentium & examinantium manibus, quam primum, ſæpe in judicio productum. Nunc legat, qui volet, temporis Henriciani diplomata: donationeſque ſub hujus nominis Imperatoribus factas; comperietque eum eorundem ubique ſimile huic Horreenſi, tum limitum accuratiſſime & ſigillatim nominandorum ſolicitudinem, tum locorum inibi expreſſorum nomina nominumque ortographiam, tum appendiciorum omnigenarum deſignationem, tum denique traditionis & confirmationis formulas aliaque innumera prorſus talia qualia in hoc Horreenſi diplomate videntur, & quæ in progreſſu hujus tractatus, ſparſim indicamus, variorum diplomatum falſorum exemplis, verorum aucto-*
B *ritatibus uſi, ne ſi unum hoc Horreenſe ſaxum toto hoc diſcurſu volveremus, faſtidio eſſet lectori prolixitas, quam contra varietas oblectabit.*

27 *Henriciani avi diplomata, tranſcripta vel impreſſa, inveniuntur tam multa, ut iis vel alicui eorum integre tranſcribendo immorari opera pretium non ſit; unius tamen initium ac finem accipe ex Zylleſio, part. 3. pag. 41. quod eſt Henrici III. Imperatoris de anno 1056.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Henricus, divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. Si locis divino cultui mancipatis alicujus honoris & augmentationis ſublimentum præbuerimus, divinitus nobis remunerari procul dubio credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, præſentium ac futurorum, ſolers comperiat ſagacitas, quomodo &c.. . . . Et ut hæc noſtra Imperialis donatio ſtabilis permaneat, hanc paginam inde conſcriptam manu propria corroborantes, ſigillare præcepimus. . . *Henricus autem 4. ſequentem mox ibidem Bullam ſic finit:* Et ut hoc auctoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat, manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Data anno Dominicæ Incarnationis 1065. Indictione 3. anno autem Ordinationis Domini Henrici IV. Regis x11. regni vero 18. Actum Treviris in Dei nomine feliciter. Amen. *Similia ſunt omnia ejus temporis diplomata, formulis eadem, verbis nonnihil variantia, qui-*
C *bus ſuum Dagobertinum adaptavit Horrenſis charta fabricator.*

28 *Quod attinet ad formulam inſtrumentorum publicorum,* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis *ſcribendorum; ea non modo non obtinuit ſub primæ ſtirpis Regibus, ſed neque ſub Carolo Magno cœpit.* In nomine Patris & Filii & Spiritu ſancti *ſcripta ſunt, quotquot uſpiam extant ante Carolum indubitata diplomata & ipſius etiam Caroli.* *In nomine ſancta & individua Trinitatis,* *Si qua aliter inchoata oſtenduntur, fidem non faciunt, utpote aliis quoque indiciis ſuam falſitatem prodentia. Sic ad calcem Monumentorum Paderbornenſium unum ponitur datum eccleſiæ Oſnabrugenſi, ſub ſigillo vetuſtate detrito &* data 14. Kal. Jan. anno 3. Chriſto propitio Imperii. . . . Indict. x1. Actum Aquis palatio publico in Dei nomine feliciter. amen. *Aſt aliud quod ibidem ſubjungitur, ſub data anni ſequentis* Aquiſgrani palatio, *præmiſſa* ſanctæ & individuæ Trinitatis *invocatione, ſi cum priori conferatur, multis modis ſtylum præfert ætatis poſterioris, & inſignes complectitur nugas, de obligatione ſuſcipiendæ in Græciam legationis, impoſita eccleſiæ illius Epiſcopo,* ſi forte contingat ut Imperator Romanorum vel Rex Græcorum conjugalia fœdera inter filios eorum contrahere diſponant, eo quod in eodem loco Græcas & Latinas ſcholas in perpetuum manere ordinavit *Carolus, idemque confidat* nunquam ibi defuturos Clericos utriuſque linguæ gna-
ros. An pro Aquis palatio *Carolus unquam ſcripſerit* Aquiſgrani palatio, *diſputent alii, & multa quæ circa contextum prætenſi hujus diplomatis quæri poſſent: vel ſola ſigilli annularis forma, longe alium Caroli vultum exprimens, quam eum Eginhartus in Vita deſcribat, ſufficit ſictitii convincendo. Sed hæc de re commodius agetur infra, propoſito vero atque germano ejuſdem ſigillo ex Sammaximiniamis tabulis.* D

Alter. D. P. non niſi in ſictitiis diplomatis invenitur

29 *Poſſem aliorum Carolo Magno attributorum, & ab invocatione Trinitatis cœptorum diplomatum exempla proferre, ſimul & eorum retegere vitia: ſed credo fidem mihi habendam ſi dixero examinaſſe me plura; & eum nullum non vitioſum invenirem, quod tali inchoaretur initio; ſtatuiſſe omnino verum eſſe, quod Carolus Magnus ſolitus fuerit ſua diplomata aliter, ut dixi, inchoare. Ludovicus Pius, Caroli filius, primus mihi fuiſſe videtur, qui mutata formula ſcribere cœpit,* In nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; *Ludovicum patrem avumque Lotharius Imperator & Ludovicus* Junior *ſecuti, idem uſurparunt, vel ſcripſerunt,* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei E
æterni, *vel ſimile quid. Aſt vero Ludovicus, Ludovici pii filius alter, Germaniæ Rex, ejuſque frater Carolus Calvus poſtea Imperator, elegerant, & quidem quantum cenſeo primi, ſcribere* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Sextus exemplum eſt Carolus Craſſus; exindeque ea formula obtinuit adeo univerſaliter, ut etiam qui pro temporibus multo anterioribus ſupponenda diplomata componere præſumebant, nihil ſe acturos plerumque crederent, niſi ſic inchoarent, neſcientes aliud aliquid in uſu unquam fuiſſe. Idem Horreenſis diplomatis fabricatori contigit: qui dum etiam annos Indictionis Romanæ numerandos eſſe putavit, ſatis oſtendit ignotum ſibi quoque eorum numerandorum principium eſſe. Numerabant illos Imperatores Romani poſt Conſtantinum & ſub iis Romani Pontifices; ac denique Longobardorum Reges in Italia, eundem uſum amplecti ſenuerunt. Francis primæ ſtirpis ignotæ Indictiones fuere; nec in ſecunda ſtirpe receptus earum uſus prius fuit, quam Carolus Magnus, Romanus Imperator creatus, congruum duxit Romanorum Imperatorum catenus ſervatam conſuetudinem ſequi. Idem annos ſui Imperii numeraturus, addere cœpit* Chriſto propitio: *neque contentus finire apprecando* feliciter, *ſcripſit* in Dei nomine, *aut* in Chriſti nomine feliciter. Amen. *Quæ ſi invenias in chartis, majorem vetuſtatem & nomina Regum primæ ſtirpis ferentibus, ſcito cavendum eſſe ne eas pro genuinis ſinceriſque recipias.*

alque poſt Ludovicum Pium.

Indictionis annos Carolus M. ab Imperio cœpit.

F

30 *De anno Chriſti incarnati quæſiturus, quandonam is primum acceſſerit diplomatis Franciciis, ſuſpicor initium aliquod ei rei datum poſt mortem Theodorici ultimi, anno 727. ſub Carolo Martello; qui neque defuncti filium coronis coronandum, ut is nudum ſaltem titulum regni gereret, neque ipſe, qui poteſtatem regiam uſurpaverat pridem, titulum quoque voluit uſurpare. Non habentes igitur Regem cujus annis ſignarent Acta publica, & videntes apud Hiſtoricos æram Chriſti, eo commodiorem quo poſſet ad omnes Chriſtianos extendi, cœptam uſurpari: quid poterant aptius facere, quam ſimilem annos numerandi modum aſciſcere? Itaque ſi aliud nihil obſtaret, haud gravate admitterem, pro ſinceris Synodi Ratiſponenſis Acta, ſic ordientia.* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ego Karlomannus Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini 742. 11. Kalend. Maji, cum conſilio ſervorum Dei & Optimatum meorum, Epiſcopos qui in regno meo ſunt cum Presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregavi. . . Itaque per conſilium Sacerdotum religioſorum & optimatium meorum ordinavimus per civitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium &c. *Sed cum hæc omnia excedant poteſtatem ſecularem, & Principem laicum faciant conventui eccleſiaſtico præſidere, neque ordinare quæ diſci-*
pli-

Anni Chriſti, ſorte ab an. 727. ad 742 notari cœpti, quia Rex nullus erat.

non ſatis probantur Acta ſynodi Ratiſponenſis aut Leſtinenſis

A *ſciplinam & correctionem cleri ac monachatus concernunt, abſit ut ea habeamus pro genuinis: multo minus Acta Synodi Sueſſionenſis, quæ* In Dei nomine & Trinitatis, anno 744. ab incarnatione Christi, ſub die 6. Nonas Martii & luna 14. in anno 11. Childerici Regis Francorum, *promulgare fingitur Karlomanni frater* Pippinus, Dux & Princeps Francorum, *circa eamdem materiam aliaque pure eccleſiaſtica. Extant ea quidem in vulgatis Conciliorum collectionibus, atque ac alia ſpuria non pauca, fuiſque Annalibus haud indigna Baronius cenſuit: ſed, quod ſalva tanti ſcriptoris reverentia dictum ſit, ſeveriori fuerant examine ponderanda, nec propter eam quam præferunt ſpeciem utilitatis, ſtatim recipienda.*

31 *Interim ceaſeo annum Chriſti, ſi fuit cœptus notari a Francis tempore ſeptennii inter Theoderici mortem & Childerici coronationem medii (quod vellem exemplis certis doceri poſſet,) rurſum plane ceſſaſſe ſub Childerico, quamdiu ille Regis titulum poſſit; proinde ſicut Sueſſionenſium* B *Actorum fictio ſe prodit per lunam, principio annotatam, præter omnem publicorum Actorum formam; ſic & ſuſpectam ſe reddit per annum Chriſti, anno Regis adjunctum. Poſtquam vero Francorum Regnum a Merovingicis ad Carolingos translatum fuit, jamque per annos regni ipſorum ſignarentur Acta, ſatis id fuit Pippino Regi, Carolo, Ludovico, Lothario Imperatoribus: nec eorum quiſquam invenitur annum Chriſti notaſſe, niſi in iis ſcriptis quorum mala fides multis etiam aliis argumentis ſe prodit. Talia ſunt plurima quæ alias legimus apud Alexandrum Wilthemium ex Chartulario tranſcripto cœnobii Gorzienſis, in quorum uno poſt* ſignum Hludovici ſereniſſimi Regis *ſunt ſubſcripta hæc verba:* Ego Durandus ad vicem Helizear recognovi. Data 10. Kalendas Aprilis, anno ab Incarnatione Domini 815. Indictione 8. Epacta 7. Concurrente 11, anno vero 11 regni Hludovici Imperatoris. Actum Aquiſgrani palatio regio feliciter. Amen. *Vides non ſolum expreſſos annos Indictionis & Chriſti, ſed etiam numerum Concurrentis & Epactæ: quarum tamen nullus unquam uſus fuit in hujuſmodi ſcripturis regiis, imo nec in politicis ac publicis ullis, quod equidem ſciam. Notabile porro eſt, quod omnia diplomata Gorzienſis iſtius Chartularii ſic ſint interpolata, ut etiam in iis quæ ante Carolum Magnum condita deſcribuntur invenire poſſis annos Chriſti notatos, &* C *Concurrentes atque Epactas ubique ſignatas; quaſi per hoc ſolva eſſent omnia ad fidem obtinendam*

32 *At nihil ejuſmodi habent ſincera Ludovici Pii ſcripta in San-Maximiniano Archivio & Annalibus inde collectis, quæ omnia* Durandus Diaconus ad vicem Heliſachar recognovit, anno, Chriſto propitio, imperii Domni Hludovici, piiſſimi Auguſti III. IV, V, VI & etc. Indictione IX, X, XI, XII, & II. *Eadem tamen recognitionis forma, ab eodem Durando vicem Helizachar Archicapellani gerente plerumque uſurpata, invenietur, tum in duobus inſtrumentis Benedicto Andegavenſi expeditis Salmantiaci in agro Laudunenſi atque Compendii, & a prælaudato Wilthemio tranſcriptis; tum in altero apud Beſlium de Regibus Aquitaniæ in probationibus pro anno Imperii IV. ex Tabulario Lemovicenſi pag. 18. tum alibi ſæpius. In quibus omnibus cum ſemper unus idemque inveniatur modus inchoandi,* In nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; *unus item idemque ſignandi ac finiendi modus jam expreſſus, & nomen ſemper inchoetur per H quod & Regium monogramma & ſigillum principaliter repræſentat; non poteſt mihi non eſſe ſuſpectum, unumquod præ aliis omnibus Zylleſius protulit, in quo ſemper ſcriptum* Ludovicus *abſque* H, *idque ſub invocatione* Sanctæ & individuæ Trinitatis, *abſque nota* Indictionis, *&* Durandus (*Donendum perperam legit Zylleſius*) Diaconus recognovit, *non ad vicem Heliſacharis ut alias, ſed quaſi propria auctoritate. Interim tam eſt verum, quod ante Caroli Magni nepotes nullus*

Francorum Regum aut Imperatorum annos Chriſti notaverit, ut nec nepotum præcipuus Hlotharius eamdem inveniatur uſurpaſſe, cujus rei exemplum videbitur infra num. 51. ubi dabitur integrum de villa Bettinga privilegium, etiam æri inciſum. A

33 *Primus inter eos ſub quorum poteſtate Treviri fuere, qui ſignate annum Chriſti expreſſerit, (quantum hactenus quidem ſcrutando cognovi) fuit Lotharius Hlotharii Imperatoris filius tertio genitus: cui attributa a ſuo patre pars regni, Lotharingiæ appellationem a nomine ejus obtinuit. Hic autem Lotharius reſumpſit veterem inchoandorum diplomatum formulam,* In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, *& in favorem San-Maximiniani monaſterii* Chartam ſcribi & annuli impreſſione muniri *juſſit, cujus ectypo infra exhibendo invenies hæc verba ſubjecta.* Ego Grimlendus ad vicem Adventii Archicapellani recognovi. (*Erat is Adventitius Eccleſiæ Metenſis tunc Epiſcopus*) Data Metis civitate, 17. Kl. Maji, anno Dominicæ Incarnationis 868. Indictione 1, anno Sereniſſimi Regis Lotharii 15 in Dei nomine feliciter. Amen. *Lotharii Regis Fratres* E *Karolus & Ludovicus annis Chriſti notandis iterum abſtinuerunt: in Germania reſumpta cœtus conſuetudo eſt illius notandi, & in perpetuum ſtabilita: in Francia ante ann. Chr. 1060. nemo invenitur ex Regibus uſque ad Philippum I. annos Chriſti notaviſſe, ne quidem in San-Dionyſiano chartulario, cum tamen Indictionis annos ferme ubique inſertos reperias. Unde colligi datur, vetuſtiorum Regum chartas ibidem nunc aſſervatas, vel ante iſtius conſuetudinis inductæ tempus fuiſſe tranſcriptas & interpolatas, vel earumdem ſcriptorem interpolatoremque de induſtria abſtinuiſſe ſignandis Chriſti annis, quorum quam id eſſet ab antiquioris temporis uſu alienum: Indictiones autem notaviſſe, quod putaret eas etiam a primis Francis fuiſſe obſervatas, utpote inſtitutas a Conſtantino I. Imperatore Chriſtiano.*

34 *Hæc porro de initio notandorum in diplomatis Regiis annorum Chriſti & Indictionis, non ideo tam accurate deſcripta hic ſunt ut Maſenii objectioni fiat ſatis: ſed ad majorem & evidentiorem lectoris inſtructionem: cui de hac veritate propter multitudinem vitioſorum diplomatum, tales annos notantium forſitan poſſet oriri dubitatio, an non aliquando antiquis illi Reges tales annos notaverint; cum conſtet Dionyſium exiguum, Chriſtianæ Æræ inventorem primum, floruiſſe circa ann. 533. & S. Willebrordum ad ſuum* Kalendarium *propria manu ſignaſſe ſui adventus in Franciam, ordinationis in Epiſcopatum, & memoriæ iſtis deſcripta annos ab Incarnatione Domini 690. 695. & 728. atque hujuſmodi temporariam tabulam deſcribi juſſiſſe uſque ad ann. 797. Venerabilem denique Bedam, qui anno 735. e vivis abiit, ſcimus ſua hiſtoria Anglicana annos Chriſti inτexuiſſe, tamquam rem ſuo tempore uſitatam ſaltem apud* F *eruditiores monachos. Propius ad arguendam Horreenſis ſubſcriptionis falſitatem faciunt hæc verba, alteri exemplarium inſerta,* per manus Grimoaldi Majoris-domus: *quia Grimoaldus B. Pippini Senioris filius, SS. Gertrudis & Beggæ frater, non geſſit titulum Majoris-domus in Auſtraſia ante obitum patris, id eſt non ante ann. 640. In Neuſtria vero,* cum Regina Nanthilde, *quam* Dagobertus reliquerat, regebat Palatium Æga, *tamquam ibidem Major-domus. Accedit ex illius ſeculi ac ſequentium uſu, tum ipſam hanc formulam,* per manus, *Pontificiorum diplomatum eſſe, non Regiorum; tum manus non fuiſſe* Majoris-domus, ſed Archicapellani, *vel,* ad vicem *hujus,* Cancellarii, *id eſt* Secretarii, *diplomata recognita ſubſignare. Deniq; Rex Dagobertus in San-maximiniano diplomate de ſeipſo non niſi in numero ſingulari loquitur; nec ullum hactenus diploma reperi, ſatis ſincerum, quod perſuadeat antiquiorem Regem aliquem Francorum, vel ipſummet Dagobertum aut filios ejus, Sigibertum & Chlodoveum, plurali numero uſos fuiſſe in diplomatis ſcribendis; adeo ut ea loquendi forma credi*

poſſit

A *poſſit primum ſeminarium ſub Dagoberti nepotibus habuiſſe, ſi tamen ſatis certa ſunt etiam illa instrumenta, quæ ſub eorum habentur nominibus.*

CAPUT III.

Horreenſis membranæ impoſtura ex ipſa characterum forma dijudicanda proponitur.

Ectypo characterum San-Maximiniano.

35 **N**Unc ego attentum, non tam lectorem, quam ſpectatorem depoſco, ut ipſo oculorum arbitrio dignoſcatur diſcrimen ingens, inter unum quam Horreenſe diploma mentitur ætatem, & quam ipſa litterarum ac Regis monogrammatis forma indicant. Incipio a forma litterarum, ac primo exhibeo San-maximinianæ membranæ initium ac finem, qualiter ea ex autographo, non tam deſcripſit quam depinxit accuratiſſimus quam ſupra laudavi patriarum antiquitatum ſcrutator Alexander Wilthemius. Tum Horreenſis membranæ initium cum parte ſubſcriptionis, qualiter ea ad me miſit Henricus Turck, pro tunc cum Treviris acceſſimus & Horreenſes chartas eorum vidimus, noſtræ ibidem

& Horreenſis quæ fide accepta.

B Societatis Rector qui aſſumpto ſecum Joanne Dirking, noſtræ item Societatis tunc Græcarum litterarum profeſſore, nonnullum delineandi uſum habente, cum bona Abbatiſſæ D. Irmentæ Piſpordiæ gratia, id ſolum curavit exprimi, quod brevitas conceſſi ſibi temporis permittebat, & intento non ſatis fore judicabatur. Hac de re prænominatus ejus ſocius ad me ſcribens, Conatus ſum, *inquit,* ſingula perquam accurate primum ad feneſtram vitream, ut litteræ per ſuprapoſitam membranæ chartam tranſparerent, delineare ſingulatim, ſeparata a pergameno charta, unumquemque characterem ſigillatim proſſiore calamo ſum remenſus: quos ſi ære incidendos curare velis, ſecure id facere poteris. Admiratus enim vero etiam ſum diploma, mille annis antiquum (*ſic enim credebat ipſe, nec ſciebat habere me, cur diſſentirem, rationes*) adeo illæſum integrumque peſtitiſſe, litteris omnibus tam perfectis ac vividis. Sigillum tamen cereum, fragium erat & obtritum, ideoque illud non potui repræſentare ſatis diſtincte: ſimilis nihilominus eſt effigies illi quam ſuditor delineavi. *Sed at quam diſſimilis a vero veri Dagoberti ſigillo! Et tamen bonam Meſoniam pondaliae nunc de Horreenſis membranæ veritate, nihil ſe peccaturum credidit, ſi pro obſcuris illis Horreenſis ceræ & quidem longe minoris ductibus, repræſentaret formam San-maximiniani ſigilli, tamquam ſi illud ipſum etiam Horreenſi membranæ impreſſum inveniretur. Majorem a nobis inibit gratiam, qui Horreenſe ſigillum, ſic uti nunc*

In hoc Diplomate priori ſigillum

C *invenitur extritum exprimet accurate, quomodo inferius expreſſum videbitur Henricianum unum in tabula 5. nullo ubi dicto ductu quia in vero non appareat.*

& monogramma.

36 *Monogrammaticum porro ſignum nominis Dagobertini, quum eſt in San-maximiniano diplomate ipſi nomini ac primæ ſtirpis Regum tempori congruum, tam ab utroque diverſum ſubjungitur Horreenſi; ubi conjectando difficulter invenias litteras ipſius nominis, difficilius autem eaſdem colliges; formam vero nunc quadratam, qua poſt Carolum Magnum cœpta uſurpari, vel ſimilitudinem iſtius Horreenſis vix demum pervenit ſeculo 13. aut 14. Sed hæc infra plenius declarabuntur; prius ruminandum eſt de ipſis litteris, tum iis quibus proponitur* ſanctæ & individuæ Trinitatis *invocatio, & ſignum* Dagoberti *ex parte repræſentatur; tum quibus hæc verba exprimuntur,* Dagobertus divina præordinante providentia Rex *quibus etiam reſpondet reliquus prætenſi iſtius diplomatis contextus. Poſtrema, ut non ſunt toto genere diverſa, ita ſub eadem Teutonici characteris ſpecie ab hodiernis uſibus ductibus adeo parum recedunt, ſi ſolum litteram conſpicias, ut annorum quadringentorum ætatem agnoſcas conjectando tribuere. Priores ut ceteris longiores, & quamdam affectatæ antiquitatis barbariem implexam ſpeciem habent vetuſtatis majoris; præcipue vero longiſſi-*

diverſa quoque litterarum forma;

ma illa & unciales litteræ, quæ tres in principio, & plures in fine ad ſubſignationem, fuerunt adhibitæ. Sed has alieno tempore ſuppoſitas eſſe, ipſe ille enormis exceſſus longitudinis probat, qui in San-maximiniano nuſquam notatur, & primum initium videtur habuiſſe a Carolo magno. D

AUCT. D. P.

37 *Age autem de forma litterarum, eo tractu uſurpatarum qui olim Auſtraſiæ nomine cenſebatur, potiſſimum Treviris & vicinis provinciis; quoniam quæſtio eſt de inſtrumento, quod Treviris ſcriptum fuiſſe prætenditur. Ut ergo demonſtrarem in publicis privatiſque ſcripturis, Dagoberti I. ævo haud alias fere litteras uſurpatas, quam quibus San-maximinianum diploma exaratum cernitur, quæque ſuccedentium ſibi ſeculorum fluxu paulatim evaſerint molliores planioreſque, utriuſque generis quærenda fuerunt exempla. Et privatæ quidem ſcripturæ nullum certius exemplum optare debui, quam quod ex annis fuit in manibus noſtris, quodque media ſui parte prius habuit viginti quinque annis inſcriptum dominis, Hieronymiani martyrologii vetuſtiſſimum apographum. Hoc enim quin vere ſcriptum ſit Epternaci, per S. Willebrordum fundato & tribus ab civitate Treverenſi leucis diſſito monaſterio, dubitare non poſſumus, quando animum advertimus ad verba in Præfatione Generali ante Januarium cap. 4. § 4. a Bollando tranſcripta (prout illa eadem antiqua manu ſed charactere paulum minori in margine Codicis ipſius legebantur ad Kalendarium Martyrologio ſubjectum, eamque anno Incarnationis 728. appoſita)* Clemens Willbrordus ... anno 695. ab Incarnatione Domini, quamvis indignus, fuit ordinatus Epiſcopus in urbe Roma, ab Apoſtolico viro Domno Sergio Papa. *Unde enim, quamvis indignus, adſcribi potuit priori exemplari, niſi ab ipſius S. Willibrordi manu? Ubi autem niſi Epternaci? cum extremos vitæ ſuæ annos, atque adeo etiam annum Chriſti 728. Epternaci & circa Treveros egerit Apoſtolicus Præſul.*

quam genuinam in San-maximiniano invenit, non in Horreenſi.

probat ſpecimen ex Martyrologii Epternacenſi deſcriptum E

38 *Quod ſi priori exemplo ſoli anno & loco id adſcriptum probatur; conſequens eſt, ut eodem quoque loco tranſcriptum fuerit hoc de quo agimus apographum, eo ſolo diſcrepans ab exemplo Willebrordiano, quod hoc in Anglia ſcriptum anno 684. (ut indicat Paſchalis tabula Kalendario adjuncta ab iſto anno incipiens & ad annum 797. duntaxat pertingens) additionibus quibuſdam partim in fine quorumdam textuum & partim in margine auctum fuerit Epternaci, manu haud dubium diverſa; iſtud uniformi prorſus tam in textu quam additionibus calamo exaratum ſit. Quo autem tempore? id tuis ipſe oculis æſtima lector, & vide num ex mollioribus aliquanto tractibus litterarum c, d, e, r, u, poſſis judicare, quod plus quam centum annis a primi Dagoberti ævo deſtiterit codicis hujus ſcriptura.* F

circa annum 740

39 *Itaque exhibeo tibi, poſt ſpecimina ex San-maximiniano & Horreenſi diplomatibus accepta, aliudque 11. ſeculi, in ſpecimen characteris circa Treveros privatim ſeculo 8. uſurpati, ex jam dicto Martyrologii Willebrordiani apographo, Epiſtolas prævias Chromatii & Heliodori Epiſcoporum ad Hieronymum Presbyterum, & Hieronymi ad illos; quarum & veritatem ex ſententia Caſſiodori contra cenſuram Baronianam egregie vindicavit, & contextum eruditiſſimis annotationibus illuſtravit Franciſcus Maria Florentinius, in laudatiſſima Martyrologii Hieronymiani editione. His addo ex ipſius San-maximiniani monaſterii, ad civitatis Treverenſis muros ſiti, membranis vetuſtis, partem cujuſdam, ut conjicimus, Diptychi, 10. ſeculo veroſimiliter ibidem deſcripti, quando ſcilicet adhuc vivebant, quorum iſthic nomina recenſentur; videlicet* Otto, *Magnus ille ac primus hujus nominis Imperator;* Athalheit, *uxor ejus ſecunda, poſt annum 947. ducta;* Otto 2. *Magni filius & ſucceſſor, tum* Mahtild, *Magni filia ex primo thoro ac poſtea Abbatiſſa Quedlinburgenſis, cujus forte ſoror fuerit proxima* Walburg: *ſequuntur alii ex Saxonica nobilitate aulaque Ottoniana primarii viri feminæque. Quod ne per meram conjecturam dici putes, ſuccurrunt Epiſcoporum, de quorum æ-*

& diptychon San-maximinianum ſeculo 10. ſcriptum

tate

A *tate dubitari non poteſt, eorumdem nomina; & ſunt,* Bruno, Archiepiſcopus *Colonienſis, Magni frater;* Wicfrihr, Epiſcopus *Virdunenſis*; Gerhardus, Epiſcopus *Tullenſis, Sanctus*; Willehelm Epiſcopus, *non Moguntinus Magni filius (hic enim ſcribi debuiſſet Archiepiſcopus & aliis præponi) ſed Mimigardifardenſis ſeu Monaſterienſis*; Everacear Epiſcopus *Leodienſis, alias* Everaclus & Heraclius, *quorum ætatibus computatis, oportet hæc ſcripta eſſe intra annum 963. quando conſecratus eſt Gerardus, & annum 965. quando obiit Bruno. Reliquorum hic nominatorum diſtinctior notitia nulla offertur, quæ potiſſime optanda eſſet circa Abbatiſſas. Hujus autem Diptychi & Martyrologii illius characteres inter ſe comparans, ſicut facile judicabit hoc iſto eſſe annis ducentis antiquius, ita utrumque conferens cum ea littera qua ſcriptus eſt contextus Horreenſis diplomatis, haud difficulter perſuadeberis, Horreenſem ſcriptorem, quoad litteras minuſculas, imitatum eſſe ſcripturam quamdam ætatis inter utramque mediæ.*

AUCT. D. P.

ad quod & ad alia ſeculi ib. ſorb. pta proprius acceſſit Horreenſis.

40 *A privatis ad publicas ſcripturas tranſire volenti, eo minus parabilis fuit earum copia, quo ſolicitius ipſa cuſtodiuntur. Itaque primo aliam nullam habui, cum qua Horreenſe diploma compararem, quam Henrici IV. Privilegium, pro eccleſia S. Servatii* datum Aquiſgrani Palatio, B anno Dominicæ Incarnationis 1087. indictione 10. anno Regni ejus 32. Imperii 4. Henrico Epiſcopo Leodienſi, Godeſcalco Trajectenſi Præpoſito, Dudekino Decano. *Sed & in hoc non pauca ſe offerebant, quæ fidem ipſius originalis nobis ſuſpectam reddebant, cogebantque dubitare ne totum & ſcriptum & confictum eſſet ſeculo 13. Tamen, quia certius exemplum non ſuppetebat; illius qualiſcumque ſeu veri ſeu falſi diplomatis primam lineam prædictis ſpeciminibus chartæ Sanmaximinianæ & Horreenſis ſubjunxi, ut ex ejus conſideratione quadamtenus appareret, tantum ferè a San-maximiniana recedere Horreenſem, quantum ad Trajectenſem accedit. Verum ubi hæc ſic æri inciſa conſpexit Reverendiſſimus Abbas S. Maximini Maximinus Gulich; & conſideravit, quantum monaſterii ſui diplomatibus antiquis, accuratiſſime in hunc diem conſervatis, auctoritatis poſſet accedere, ſi plura hujuſmodi ſpecimina ex archivio ſuo depromerentur; ejus denuo ſcrutandi facultatem ampliſſimam Wilhelmo noſtro dedit, quam eatenus concedere recuſarat; eique permiſit, ut omnium quas vellet chartarum formaret ectypa, eadem ratione qua primum Dagobertinum expreſſerat, nobiſque tranſmitteret.*

C 41 *Hinc nata eſt igitur ſecunda, & totam autographorum latitudinem adæquans tabula, quæ exhibet primo Caroli Magni Privilegium, pro monaſterio S. Maximini datum* Patresbronnæ, fiſco regio, *leucis quidem quadraginta aut pluribus Treviris diſſito, ſed tamen ad idem Auſtraſiæ regnum adjecto ipſius Caroli armis per Saxonum ſubactionem: in quo Privilegio videre eſt unciales litteras, quæ nulla in vero Dagobertino ſunt, initio ac fine uſurpatas, quod deinceps in uſu ſucceſſorum permanſit. Reliquarum litterarum forma, quam parum a Dagobertinis characteribus diſcrepat, tam certa noſtram aſſertionem confirmat, de ſimili ſcriptionis ſpecie, jam inde ab initio Auſtraſienſis regni uſque Carolum & deinceps, in ſcripturis publicis uſurpata ſub modica leniorum paulatim ductuum declinatione. Idem probat haud multum abſimile Lotharii Regis, ejus a quo Lotharingia factum eſt nomen, diploma alterum, in eadem tabula delibatum, ſcriptum* Mettis civitate, *proxima Treviris ad eamdem Moſellam metropoli, anno Dominicæ Incarnationis* 868. Advencius Archicapellanus *in Lothariano notatus, Metenſis eccleſiæ ac civitatis regiæ Epiſcopus fuit, ab anno 855. ultra 870. Qui Carolinum ipſe per ſe* relegit Rado, *idem quod Advencius officium exercuit, neſcio an etiam cum eodem titulo: nam in aliis pluribus, per alias ejus vice notatis, ſimpliciter dicitur* ad vicem Radoni *vel* Radonis. *Exemplum habes in nuper editis monumentis Paderbornenſibus ad calcem, & plura apud Labbeum in Hiſtoria Cancellariorum Franciæ pag. 87. qui etiam notat, eum in Chronica monaſterii S. Vincentii prope Capuam,* Archicancellarium *dici, & in epiſtola quadam Hadriani I. ad Carolum Magnum* Protonotarium atque Abbatem: *utique* Abbatem Nobiliaceoſem *ſeu Vedaſtinum Atrebati in Belgia, cujus præceptum ſecutus Alcuinus Vitam S. Vedaſti emendare ſtuduit, uti ad eumdem præfatur; cum ſcilicet multa jam canitie venerabilis Rado, inſtitutus eſſet Abbas anno 795.* D

Unciales litteras in principio primus Carolus M. uſurpavit.

obliquè poſt eum.

quorum hic dantur ſpecimina.

42 *Duo hæc Caroli & Lotharii diplomata, quam nobis ſunt indubitata, tam falſa videntur alia duo, ipſorum parentibus Pippino Regi ac Hludovico Pio Imperatori attributa apud Zylleſium; omnino enim ſuppoſita dixeris pro veris eorumdem privilegiis, quorum perierant originales membranæ, neque notitia ulla indubitabilis ſupereſſet, niſi paternarum præceptionum meminiſſent filii in ſuis: quæ unicum credas fuiſſe aliorum reſingendorum fundamentum. Pippinianum certe quod oſtentatur privilegium, litteris quidem ad avi ſui ſimilitudinem ſatis apte efformatis expreſſum eſt; ſed prorſus deficit ab regiorum diplomatum ſtylo, ſignanterque in fine ac principio; nec tantum caret ſubſcriptione regia cum monogrammate (quod etiam Lothariano* E *vero privilegio accidit) unde ſolum colligimus Rege jubente quidem ſed abſente expeditum; verum etiam impreſſum habet ſigillum prorſus fictitium, cum circumſcripto* ✠ PIPINUS IMPERATOR, *quod neſcio quomodo alicui in mentem venire potuerit. Hludovicianum cur admitti prægenuino non poſſit dixi ſupra num. 33.*

omiſſis Pippini & Ludovici ſuppoſititiis chartis.

43 *Ne vero de ipſa quoque Carolina dubitet aliquis, corrigendus eſt Zylleſius, & pro anno regni quadrageſimo, legendum* undecimo. *Nam quod Zylleſius credidit eſſe 40. revera eſt* xl, *prout demonſtrari poteſt ex ſupius recurrente littera* l *& verticem longe aliter inflexum habente. Annus autem Caroli 11. pro menſe Auguſti, quo datum eſt Privilegium, eſt annus Chriſti 779. Eadem correctio videtur adhibenda Marquardo Frehero, in Monumentis Lupodunenſibus referenti pag. 23. donationem, quam Eykonbuſt Presbyter fecit monaſterio Lauriſhamenſi,* Anno 40. regni Domni Karoli Regis noſtri glorioſi, *ubi ſolus Regis titulus parum idoneus foret, niſi annus 11. legatur. Is certe unus in hoc San-maximiniano Privilegio legi debet, utpote ſcripto Padresbronnæ in Saxonia, quo Carolum excurriſſe anno regni 40. non patiuntur hiſtorici, quotquot ejus geſta per annos explicarunt. Annus enim regni ejus primus (initium ſumens vel ab obitu Pippini patris, qui accedit anno* F *768. 24. Septembris, vel a Coronationis die quæ fuit 9. Octobris) ad ſequentis anni 769. autumnum extenditur; adeoque Auguſtus menſis, quo datum fuit diploma jam dictum, ſi ad annum regni 40. differatur, dicendus erit ad annum Chriſti 808. pertinere. Atqui anno iſto (ut expreſſe ſcribit auctor Annalium, a du Cheſne ex Ms. Thuaneo editorum, & ab anno 741. ad 813. deductorum)* Imperator, ædificatis per legatos ſuos ſuper Albim fluvium duobus caſtellis, præſidioque in eis contra Slavorum incurſiones depoſito, Aquiſgrani hiemavit, Natalem Domini & ſanctum Paſcha ibidem celebravit, *utique die 16. Aprilis, ſicut prius Paſcha Neomagi actum erat 28. Martii. Nec ante annum 807. Imperator reviſit Saxoniam.*

En illis Carolinum in Auguſto datum, anno regni non 40.

44 *At vero anno 777. Chriſti & regni anno 9. adhuc* *ſed 11.* *currente, Carolus, cui eo tempore annuæ fere erant expeditiones in Saxoniam, ibidem fuit, &* Maii campus in Saxonia ad Pedebrunna *eſt celebratus, ut habent Annales vetuſtiores ab anno 707. ad 790. ducti; ſive ut Annales Petaviani, ad 806. protracti, explicant;* Habuit Carlus conventum Francorum, id eſt Magis-campum, in Saxonia, ad Padresbornon, & ibi paganorum Saxonum multitudo maxima baptizata eſt. *Et iterum anno 779. Chriſti, regni vero 11. (eo ſcilicet de quo agimus, & quo datum eſſe San-maximinianum privilegium aſſerimus) fuit* Mai campus ad Dura: & Franci cum Carolo Rege eorum in Saxoniam

jam

A jam abſque bello: *ſive, ut poſterius citati Annales habent*, Carolus Rex iterum in Saxonia uſque ad fluvium Wiſeraha: & Saxones pacificati dextras & obſides dederunt. *Eginhartus, in ipſius Caroli aula enutritus, ejuſque geſta per annos digerens, rem totam clarius & diſtinctius explicat his verbis:* Rex....animo ad Saxonicam expeditionem intento Duriam venit, habitoque juxta morem generali conventu Rhenum trajecit, & uſque ad Lippiam cum exercitu pervenit. Cui cum Saxones in quodam loco, qui Bucholt vocatur, vana ſpe ducti reſiſtere tentarent, pulſi fugatique ſunt. Rex Weſtphalorum regionem ingreſſus omnes eos in deditionem accepit. Inde ad Wiſeram veniens, caſtris poſitis in loco nomine Medufulli, ſtativa per aliquot dies habuit. Ibi Angari & Oſtfali venientes & obſides dederunt & ſacramenta juraverunt. Quibus peractis Rex trans Rhenum ad Vormaciam civitatem in hiberna ſe recepit. *Æſtatem ergo in Saxonia adeoque & Auguſtum menſem, quo diploma datum, tranſegit Carolus; & dubitabimus credere eodem tempore in itu & reditu vel ſaltem alterutro fuiſſe Paderbornæ, ubi ante biennium comitia celebrarat, & fiſcum ſeu palatium ſuum habebat? cum ſolis ſex vel ſeptem leucis urbs illa diſtet a ripa Wiſeræ.*

quando ad Wiſeram uſque venit,

In æſtate anni 779.

45 *Cauſam tamen dubitandi de præſentia Caroli Paderbornæ anno regni ejus 11. forte præbuerit aliquis ex prælaudato Eginharto, ipſiuſque Caroli Epitaphio, ad finem Vitæ relato, quo dicitur*, quod regnum Francorum nobiliter ampliavit, & per annos 47. feliciter rexit: deceſſit vero anno ab Incarnatione Domini 814. Indictione 7. 5. Kalendas Februarias: *quæ videntur non poſſe ſubſiſtere, niſi primi anni 768. tres ultimi menſes pro anno computentur, itemque ultimi anni 814. unicus menſis pro anno, ſic enim inveniendi ſunt 47. qui in rigore loquendo ſolum fuerunt 45. & menſes 4. Hinc porro ſequeretur, talem numerandi modum ab ipſomet Carolo ſervatum in publicis actis, adeoque annum regni 11. dicendum eſſe Chriſti 778. quem non in Saxonia, ſed in Hiſpania a Carolo traductum eſſe conſtat: & ſic nec iſto quidem, quem dicimus, 11. regni anno diploma prædictum potuiſſet eſſe Paderbornæ ſignatum. Ad hujus nodi ſolutionem volo primum manere extra controverſiam, quod paſſim omnes tam Reges quam Pontifices & Epiſcopi, a die ſuæ evectionis communiter numerarint, uti etiam nunc numerant, annos Regni, Pontificatus ac Sedis ſuæ, nulla habita ratione anni civilis vel eccleſiaſtici, ſuum ſeorſim principium habentis: & ſicut diei illius tamquam Natalis ſui annuam lætitiam celebrabant, & Romani Pontifices etiam nunc celebrant, gratulatione publica; ita & in eo mutaſſe ac mutare numerum anni publicis Actis inſcribendi. Quid igitur Carolus? Dico eumdem morem ipſum tenuiſſe, & annos regni ab Autumno in Autumnum numeraſſe, quamdiu ſolum Regis titulum geſſit. At vero cum in Natali Domini, kal. Januarias anni 801. præcedente, Imperator Romæ coronatus eſſet ac ſalutatus, nobiliorem jam Natalem nactus, quem deinceps teneret, ut is cum annis Imperii, quorum tunc primum auſpicabatur, pari progrederetur paſſu, & ſolum ſemel in unoquoque anno communis formula notarialis mutaretur; tres menſes, ex anno 33. Regni jam decurſos & extantes utatus, dimiſit pro anno integro, & annum Regni 34. cum anno 1. Imperii conjunxit.*

& ſolum in Octobri incipiebat 32 annum regni.

Sicut poſtea annum 1 Imp. conjungens cum 35 regni, utrumque ab anni 801. initio ſic cœperat,

46 *Idem quin fecerint quoque annos regni, pridem numerari cœptos, poſt acceptam Imperii coronam novo illi annorum numerandorum initio conformare debuerunt, nequaquam dubito; ſed non vacat omnia ſingulorum percurrere diplomata, ut ex iis hæc veritas comprobetur. Pro omnibus ſit nobis Otto primus. Hic anno Chriſti 936. exeunte Junio, heres & Rex coram omni populo declaratus a patre, moram inſtantem præveniente; in diplomatis apud Zylleſium, anno 940. 3. Nonas Junii, & anno 943. kal. Februarii, annos regni ſui numerat 4. & 7. tamquam adhuc durantes uſque ad finem Junii. In eo autem quod apud eumdem Zylleſium legitur datum Veronæ, 3. kal. Aprilis anno 970. quando adhuc currere debebat annus Regni 34. numerat annum 35. Scilicet ſub initium anni 962. Romæ coronatus Imperator, exindeque incipiens annum Imperii primum nominare; abrupto regni anno 26. qui ſolum dimidius effluxerat; incepit numerare annum 27. ut eſſet idem initium annorum regni & Imperii: & ſic cum anno regni 35. conjungitur annus Imperii 9.*

quod idem feciſſe invenitur Otto 1.

D AUCT. D. P.

47 *Atque hæc ſufficiant, ut in San-maximiniano Caroli Privilegio annum regni 11. poſſe ac debere intelligi, adeoque ipſum nulli dubitationi eſſe obnoxium, manifeſte pateat. Nunc reliqua quæ ſententiam confirmant argumenta, ex eodem met inſtrumento ſumenda, percurram paucis. Ac primo circa titulum teſtimonium feret Eginhartus, in Annalibus ſic loquens;* Cum die ſacratiſſima Natalis Domini ad Miſſarum ſolennia baſilicam B. Petri Apoſtoli fuiſſet ingreſſus *Carolus;* & coram altari, ubi ad orationem ſe inclinaverat, aſſiſteret; Leo Papa coronam capiti ejus impoſuit, cuncto Romanorum populo acclamante, Karolo Auguſto, a Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria: ac deinde, omiſſo Patricii nomine, Imperator & Auguſtus appellatus eſt. *Itaque non jam amplius exorſus eſt diploma ſicut in San-maximiniano vides; ſed hac vel ſimili phraſi, qua datum legitur in Monumentis Paderbornenſibus Oſnabrugenſe privilegium*, Karolus Sereniſſimus Auguſtus, a Deo coronatus, Magnus Pacificus, Romanum gubernans Imperium, qui & per Miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum. *Deinde pro eo quod antea dicebatur* Signum Karoli glorioſiſſimi Regis, *poſtea notabatur* Signum Karoli piiſſimi ac glorioſiſſimi Imperatoris: *& ubi ſimpliciter ſcriberetur* data menſe Auguſto *v.g.* 11. anno regni noſtri; *cum pompa multo majori in prædicta Oſnabrugenſi charta legitur.* Data 14. Kal. Januarii, anno 3. Chriſto propitio & 36. regni noſtri in Francia, atque 30. in Italia Indictione 11. *Ubi annus 30. regni Italici, qui ante Majum iſtius anni nominandus fuiſſet, ſimiliter ut annus regni ad initium anni Imperatorii retractus invenitur. Sed nota, quod diſtinctio annorum Francici atque Italici regni ſeorſim numerandorum; non fuerit a Carolo uſurpata ante ſuſceptam Imperii coronam, ſaltem in diplomatis cis Alpes conditis; quare non mireris Italici regni annum in San-maximiniano privilegio non exprimi.*

E

Eadem privilegii Caroli ſignum probatur ex formulis

illis quam quibus poſtea Imperator eſt uſus.

48 *Quoad vultum in ſigillo expreſſum, cum apud Zylleſium nullam formæ venuſtioris gratiam, quæ etiam ſeni Carolo fuit, rugiſque exaratam frontem viderem; non fui auſus talem exprimere, qualem forſitan Zylleſius ſibi imaginabatur, juxta errorem quo credebat anno Regni 40. ſcriptum Privilegium; ſed curavi a periti ſſimo pictore eumdem ab originali quam fideliſſime exprimendum, eo ſucceſſu ut Wilthemius judicaverit non poſſe majorem ſimilitudinem optari. Eſt autem vultus, amabilis majeſtatis plenus, ac propter raſam ad cutem barbam propemodum juvenilis. Neque vero credendum ullo modo eſt, barbam aliquando aluiſſe Carolum: nam quomodo alias de ea nihil notaſſet Eginhardus? Hic autem hujuſmodi Caroli ſtaturam deſcribit in fine Vitæ apud nos nu. 17.* Corpore fuit amplo atque robuſto.... apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naſo paululum mediocritatem excedente, canicie pulchra, facie læta & hilari: unde formæ auctoritas tam ſtanti quam ſedenti plurima acquirebatur: & quamquam cervix obeſa & brevior, ventreque projectior videretur, tamen hæc cæterorum membrorum celabat æqualitas. *Quod ſi hæc fuerit jam cano & ſeni in vultu decor amœnitaſque, quanto magis in ipſo virilis ætatis flore? Marquardus Freherus apud Ducheſne tom. 2. fol. 231. ſummi & eminentiſſimi, non ſolum in Auguſtana republica ſed in omni regno litterario viri* (Marcum Velſerum intelligi credo) *epiſtolam ad ſe datam recitat, qua barbam non paviſſe Carolum* con-

F

ejuſdem in veris ſigilli vultus barbâ ſemper raſo.

AUCT. D. P.

A *confirmat* veteri moueta Carulina, puro mento, *& addit*: Nuu negu fieri potuiſſe, ut interdum tonſoris negligeutia mentum & labra pili nonnihil inumbrarent: hac enim ſpecie Romæ *in* muſivo opere illius ætatis conſpicitur: ſed prolixam & ſquallidam barbam abominor.

49 *Talem tamen vulgo jam ei attribuunt pictores ſculptoreſque, & talem exhibent ſigilla quadam ex archiviis monaſteriorum S. Dionyſii & S. Germani de pratis pro anno Regni quinto, qua ſequitur & allegat Jacobus de Bie inter effigies Regum Francorum æri inciſus; talemque pro anno regni 37. refert Oſnabrugenſe diploma ſecundum, in monumentis Paderbornenſibus, cujus vitia ſupra notavi. Qua omnia non eſſe vera authenticorum diplomatum ſigilla, non tantum ex ſilveſcente barba notes, ſed etiam ex longiori colli ſpatio quam Eginharti deſcriptio ferat; itemque ex vertice turbinato potius quam globoſe. Idem Jacobus de Bie alio in opere, cui Francia Metallica titulum fecit, a Faramundo exordiens, nummos Francorum Regum præponit; ſed tales omnes, ut præter paucos Caroli VII. ne unus quidem inter omnes ſit, qui vera antiquitatis ſpeciem aliquam præferat. Nam ſi excipias formam Romani ſagi, Francis perperam injecti, cetera veſtes profana ac ſacra, viriles ac muliebres, urbana atque caſtrenſes, ſpſarumque* B *loricarum ac cetera armatura equeſtris formas, ubique tales videntur, quales ex more uſus hodierni pleraque pingerentur; adeout neque Romanis Pontificibus tiara triplicis, & altius faſtigiata mytra Epiſcopis, nec lilia per togam ſparſa fecialibus, nec denique annus Chriſtianæ Æra jam inde ab anno 753 conſtanter ſubſcriptus deſideretur. Quare nihil dubitem affirmare, exempla iſtarum expreſſionum, ſibi perfectiſſime quoad elegantiam, veſtitum, characterem ſimilium, ſi qua vere habentur aurea, argentea, æneove, noviſſima quadam eſſe inventa, & indigna qua veris hiſtoriis admiſceantur; ideoque parum curandum, quam macilentus iſtic Carolus, quamque barbatus conſpiciatur.*

qui in ædificiolis aliquibus jam vulgi ſplatonem plene barbatus,

50 *Carolino Privilegio in hunc modum defenſo & explicato, ſubjungo Hlotharii Imperatoris Privilegium, ſicut privato cuidam ſubdito datum, ſic in minori membrana minori charactere expreſſum quam priora, minori etiam ſigillo quantum (ex veſtigio colligere licet) conſignatum: cujus formam quoad linearum menſuram, non fuit operæ pretium obſervare curioſius. Itaque primam ultimamque lineam, exhibeo in tres partes diviſam: eam vero, qua Regis atque Notarii Regii ſubſignatio continebatur, bifariam ſectus, ut majori tabula ſecutura commodius præponatur. Ad meliorem ejus intellectum nota, Hlotharium Im*C*peratorem numeraſſe annum in Italia primum poſt 817. quando ab Ludovico patre dictus menſe Julio eſt Imperii conſors; primum vero in Francia, ipſum quo ſuus pater in Junio obiit annum 840. unde ex anno qui hinc 3. inde 25. eſt annus Chriſti 843. exurgit pro menſe Martio, quo fuit hoc Privilegium Aquiſgrani ſcriptum. Tenorem reliquum, quoniam alibi impreſſus nuſquam extat, a Wilthemio noſtro deſcriptum ex autographo, quod in archivio quoque S. Maximini ſervatur, hunc habe:* Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum comperiat induſtria, quia Matfridus fidelis miniſterialis noſter, ad noſtram accedens Majeſtatem, deprecatus eſt, ut cuidam fideli noſtro, Fulcrado nomine, quaſdam res noſtræ proprietatis, in pago Eiflenſe conſtitutas, concederemus ad proprium. Cujus petitionem propter ſuæ fidelitatis meritum libenter acquieſcentes, hos excellentiæ noſtræ apices decrevimus fieri, per quos in memorato pago, in villa quæ Bettinga nominatur jam ſatu Fulcradu manſum indominicatum unum, ad quem pertinere noſcuntur alii manſi 8. quos ipſe prius beneficiario poſſedit munere, cum eorum pertinentiis, ſcilicet cum eccleſia, domibus ceteriſque ædificiis, terris cultis vel incultis, ſilvis, cam-

Hlotharii Imp. Privilegium

pis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, ad D molendinum exitibus & regreſſibus, mancipiis utriuſque ſexus & ætatis ad eur pertinentibus, nec non & cum reliquis appendiciis, concedimus ad proprium, & de noſtro jure in jus ac dominationem illius transfundimus; ita videlicet ut quidquid ab hodierna die & deinceps ex eis facere, ordinare, atque diſponere voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem, ſicut & de reliquis hereditatis ſuæ rebus, ita dumtaxat in noſtra inviolabiliter perſeveret fidelitate. Et ut hæc noſtræ largitionis auctoritas firmior habeatur, manu propria ſubter firmavimus, & annuli impreſſione adſignari juſſimus noſtri.

51 *Hactenus dictum Hlotharii Imperatoris Privilegium, poſt quod ſequuntur in ultimo folio expanſa duo alia Privilegia Ottonis I. & Henrici III. ex quibus Henricianum quidem in Zylleſio legi totum poteſt æque ac Carolinum & Lotharianum prægreſſa: Ottoniani tenor hujuſmodi eſt I. N. S. E. I. T.* Otto *D. F. C. I. A.* Noverit omnium ſ.n.t. p.q. f. induſtria, quatenus nos.... pro ſtatu & incolumitate Regni vel Imperii noſtri filiique noſtri chariſſimi Ottonis, quamdam villam de proprietate almi Confeſſoris Chriſti Maximini, in comitatu vel ſuburbio Trevirorum ſitam, Ad valles nominatam, quam anteceſſor noſter divæ me- E moriæ Dagobertus Rex Francorum, pro ſuæ animæ abſolutione, uti ſingulis Kalendis pro eo vigiliæ agerentur, monachique Deo & S. Maximino famulantes in eiſdem Kalendis inde paſcerentur, ſed & æſtivo tempore poſt meridianam quietem, ob ejus memoriam, inde vini vel potus elementia reficerentur, regali munificentia obtulit; multis retro temporibus ab anteceſſoribus noſtris in beneficium datam; monachis Deo ſanctoque Maximino famulantibus, in cœnobio, quod in ſuburbio Trevirorum ſitum eſt, ea toto & integro Imperiali benevolentia concedimus & remittimus: & ut calices aquæ, quos hactenus ob paupertatem, pro calicibus vini quos Dagobertus Rex inſtituit, accipiebant, *in* antiquum & priſtinum ſtatum redeant & mutentur, volumus & firmiter jubemus: ita ſane noſtra Regia vel Imperatoria auctoritate jubentes, ut prænominata villa cum integritate, ſicuti a prædicto Rege Dagoberto ſancto Confeſſori Chriſti oblata eſt, monachis prælibati cœnobii perpetualiter deſerviat; nulluſque ſucceſſorum noſtrorum eam hinc auferre aut in beneficium dare præſumat; ut nobis in Regni negotiis occupatis, monachos eo devotius pro noſtra ſalute Dominum exorare delectet. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmum & ſtabile permaneat, chartam hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari F juſſimus, quam & propria manu ſubtus firmavimus. *Si plus quam unius Dagoberti memoria in San-maximinianenſi obituario recoleretur, dubitare poſſemus primine an ſecundi Dagoberti ea donatio fuerit, quam Otto renovavit: nunc, quia unius ejuſque primi mors ibidem recolitur, tutius eſt ad eumdem primum etiam hanc liberalitatem referre, & credere, aliquantis poſt primam dotationem annis hoc ei auctarium acceſſiſſe. Qui autem Ottonis Archicapellanus fuit, cum iſta firmarentur, Willihelmus; fuiſſe videtur ipſiuſmet Imperatoris filius naturalis, anno 954. factus Moguntinus Archiepiſcopus.*

alleque duo Ottonis 1. & Henrici 3. producuntur

52 *Porro diplomata iſta Ottonis & Henrici eatenus ſolũ delibavimus, quatenus ſatis eſt, ut a primo Dagobertino uſq; ad ultimum Henrici quarti, gradatim molliores conſiderans characteres, omnino convincatur, verum eſſe quod principio demonſtrandum aſſumpſi, eum qui Horreenſem chartam ſcribere præſumpſit, non habuiſſe præ oculis ſcripturam aliquam Dagobertinam, ſed longe recentiorem aliam, ætatis ſcilicet Henricianæ. Nam, ut non loquar de mollitie litterarum quibus exprimitur* Dagobertus divina præordinante providentia Rex; *criſpati illi characteres, quibus ex parte Signum* Dagob. *&c. exprimuntur, initium habuerunt (ut vides) primum in Otthone, ſub quo nonnulla littera uno criſ-*

voluiſtique Horreenſis chartæ habere characteres ſeculi 11.

A criſpantur flexu; qui flexus in Henricianis majuſculis geminus, nec in illis tantum ſed etiam in minuſculorum apicibus invenitur. Denique (ſi genuinum eſt Trajectenſe diploma) undeſa illa litterarum forma ſic placere cœpit ſub Henrico IV. ut majuſcula omnes, tote & uniformiter criſpa, adhibita ſint: qui etiam Henricus majuſculis ſuis uſus ad ſolam invocationem initialem, communibus deinde litteris quibus contextum reliquum, primam diplomatis ſui lineam, conſequenter abſolvit, prout etiam fit in Horreenſi membrana. Neque te moveat in Carolino ac Lothariano majuſcularum quarumdam ſubobſcura & irregularis criſpatio: hanc enim abeſſe ab originalibus, atque ſoli ſenilis manus ſua tremori adſcribendam monuit Wilthemius, ſtatim ac perfectam celaturam vidit; quod hic monere maluimus, quam abſque præſenti originali quidquam mutare in tabula, juxta ectypum nobis miſſum celata.

E 53 Unum eſt in quo Dagobertinum ſtylum tenuiſſe, caſu potius quam conſilio, videtur Horreenſis impoſtor; quod notas temporis ſeu data, quas omnes omnino Imperatores (uti apud Zylleſium licebit ſucceſſive videre) poſt ſuam & recognoſcentis ſubſignationem, pro infima totius diplomatis linea reſervabant, præmiſerit regiæ ſubſignationi ſigilloque, prout aliis fortaſſe minoribus Principibus Magiſtratibuſve poſt 10. ſeculum in uſu fuit; cum jam non ipſi membranæ apprimerentur ſigillares bullæ, ſed appenderentur. Utinam vero ei qui Pſeudo-dagobertini exempli exiguum, quod dedi, ſpecimen ad nos miſit, totam finalem clauſulam regiamq; ſubſignationem expreſſam dare licuiſſet; vix enim dubito quin alia quoq; novitatis indicia inibi deprehendiſſem. Nunc ſolum hoc dicere poſſum, præter omnem omnino uſum, vel Regum Francorum primæ ſecundæque ſtirpis, vel Romanorum Imperatorum, uſque poſt Fridericum Ænobarbum, fuiſſe, quod expedirentur diplomata ſub ſolius Regis vel Imperatoris ſignaculo, ſic ut non adderetur Cancellarii, Notarii, Archicapellani vel Archicancellarii recognoſcentis auctoritas: qui etiam eo loco, quo vel juxta quem apponi ſigillum debebat, ſuum aliquod proprium ſignum calamo ducere plerumq; ſolebant. Tale quid, perplexiſſima confuſarum in orbem tricarum congerie, ſub Dagobertino ſigillo notavit Wilthemius; notavit etiam in Carolino Privilegio aliiſque prioribus ac poſterioribus ſimile lineolarum rectarum contortarumque chaos, neq; dignum credidit in quo exprimendo ſe fatigaret. Aſt quia in Hlothariano, Ottoniano, Heinricianoq; diſtinctius apparebat Notariale iſtud ſignum ipſum, in illis expreſſit. Hoc vero in Hlothariano notas aliquot videtur complecti, ex earum genere quas Gruterus vulgavit ſub nomine Tironis & Senecæ. Certe particula conjunctiva &, poſt verbum recognovi maximis expreſſa litteris, credere jubet, ſequentibus ductibus implicari ſignavi, regiſtravi, vel quid ſimile: & eodem forte, ſive ad indicandum Regiſtri Regii vel Protocolli locum, ſpectant ſub Dagobertino littera m, ſub Carolino $\frac{4}{3}$. Itaq; omnia hæc curavi ſubjicere oculis curioſi lectoris; licet in iis quæ Luidolfus & Eberhardus Cancellarii ſub exiguo formæ diſcrimine uſurpavere in Ottoniano Henricianoque diplomate, nulla ſit ſpecies alicujus ſignificativi ductus. Iſta enim quamvis nihil forenſe ſignificent, oſtendunt tamen originem, uſum, & antiquitatem eorum ſignorum, quæ publici Notarii etiam nunc pro ſuo quique ingenio propria ſibi ſat curioſe formant, præſertim in Italia, & una cum nominis ſubſcriptione, confectis a ſe inſtrumentis vel typo imprimunt vel calamo eppingunt. Interim nihil hujuſmodi in Horreenſi charta vidimus; ut eam etiam hinc judicemus illegitimam, ſcriptam ab homine ſtyli notarialis, qui ſub prima ſecundaque ſtirpis Regibus obtinuit, imperite.

& Imperiosi ficta eſſe abſque ſigno Notariali.

C A P U T IV.

Monogrammaticum chartæ Horreenſis ſignum, quam ſit a Dagoberti ævo remotum, oſtenditur.

54 Quamvis ipſe oculorum arbitrio ſatis pateat unicuique, Regiorum monogrammatum uſum aliquem habenti, quam nullam vetuſtatis grandioris ſpeciem præferat ſignum Dagoberti Regis, prout eſt charta Horreenſi appictum; nec Maſenius illud dignum cenſuerit, quod, æque ac alia diplomatum a Browero allegatorum monogrammata, curaret exprimendum; operæ pretium tamen eſſe videtur, ad iſtius impoſturæ evictionem clariorem, monogrammaticorum iſtorum ſignorum uſum atque originem breviter explicare, eorumque formas ſimul & ætates diſtinguere, donec ad ea deveniatur Signa, quæ quam ſunt Horreenſi affinia magis, tanto a Signi veri Dagobertini diſpoſitione ac ſimplicitate recedunt longius: ac tandem nihil minus exhibent, quam, quæ juxta primam monogrammatum inſtitutionem præcipue repræſentari debebant, regii nominis litteras, ſaltem initiales. Sciendum igitur, morem apud Chriſtianos antiquiſſimum fuiſſe, in ſignandis contractibus & aliis quibuſq; inſtrumentis, formare Crucem ✠ cui is qui ſubſignabat, ſua vel aliena manu, prout litterarum erat peritus aut rudis, proprium adſcribebat nomen. Hujuſmodi ſimplici Cruce Reges ac Principes non contenti, eamdem inſtruxerunt ornaveruntque nominis ſui litteris, ipſi Cruci adnexis. Hæc vere cruciformia monogrammata, cum ſint omnium antiquiſſima (ut apparet ex Dagobertino San-Maximinianenſi & Carolinis ubique obviis) datur fundamentum opinandi, quod omnes ante Carolum magnum Reges ac Principes, ipſeque Caroli pater Pippinus, ſi quando ſunt monogrammatis uſi, eamdem formam tenuerint, ut hic vides.

D AUCTORE D.P.

forma crucis in ſubſignationibus uſitata


E



Primum eſt Carolorum Magni, Calvi, Craſſi; alterum Arnulfi Imperatoris; & in utroq; medius pro centro rhombus, ſupplet locum vocalium, in ipſo nomine occurrentium, prout etiam in Dagobertino videre eſt.

primum conſerunt litteræ nominum ſingularum.

55 Similem formam, & quidem magis ordinatam ac diſtinctam ſervaverant Principes Capuani, Beneventani, aliiq; in Italia ſanguinis ac nominis Longobardici, prout apud Michaelem Monachum in Sanctuario Capuano pag. 648. videre licet, & apud Ferdinandum Ughellum t. 8. niſi quod hic, ſumptibus parcens, rem expreſſerit per litteras ordinarias & diſſolutas, in modum Crucis diſpoſitas, quas originaliter colligatas haberi non dubitamus; hoc ſcilicet modo. F



quæ ſic leges ATENOLFUS, ROBBERTUS. Tantum notabis hujuſmodi Signa, & cetera de quibus conſequenter hic ſermo erit, multo grandiora plerumque inveniri quam exprimenda curavimus, nec ita æqualiter formatas literas. Cum enim ipſe, non ex originalibus membranis, quæ ad manum non erant, ſed ex libris editis aſſumeremus; credidimus ad cognitionem originalis formæ ſufficere poſſe qualemcumque menſuram, ad uſum autem impreſſionis ordinanda multo fere concinnius, ſub una eademque dimenſione & ſimili figurarum ductu repræſentare omnia.

56 Poſt Carolum Magnum paulatim evanuit diſtincta illa Crucis forma, quam illius monogramma præfert; nec alii fere ea ſunt, quam quos ſupra dixi homonymi ejus duo Calvum atque Craſſus, & ſupra indicatus Arnulphus. Nam

quod pauci poſt Carolum M. ſervarunt.

V quod

Digitized by Google

A quod eſt apud Joannem Beſlium de Regibus Aquitaniæ p. 18 Hludovici Pii monogramma, ſuſpectum redditur ex formula ſubſcriptionis quæ integra magis, & cum alio atque indubitato ejuſdem Hludovici monogrammate, reperitur ſub altero diplomate, ibidem immediate ſequenti. Securius credas verum eſſe Hlotharii Regis Franciæ ſignum, quod idem habet in hiſtoria Comitum Pictavienſium Ducumque Aquitanorum pag. 259. pro anno regni illius 2., qui fuit Chriſti 963. & tale ſignum uſurpaſſe potuit imitatione aliorum ex prima ſtirpe ejuſdem nominis Regum. Ipſum hic vide una cum ſuſpecto Hludoviciano.

AUCT. D. P.



B

Hludovicus Imp. cepit signo quadrato uti,

57 Ceteri Reges atq; Imperatores quadratam monogrammaticis ſuis ſignis figuram prælegere, nulla deinde vel exigua habita ratione Crucis, uſq; ad S. Henricum. Initium huic formæ fecit prænominatus Hludovicus Pius, Caroli Magni filius, eo quod ad primam nominis litteram, ſcilicet H (quam tamen aliarii, nomen ipſum extendentes, in diplomatis frequentius omiſere) cetera litteræ aptius quam ad Crucem appingerentur. Itaque ſignum ſuum tum ipſe, tum filius ejus Imperator Hlotharius, ſic compoſuere.



quod etiam ad Italos tranſiit,

58 Similia fere fuerunt monogrammata Pippinorum in Aquitania, quale unum ex prælaudato Beſlio infra dabimus. In Italia quoq; quadrata forma Regibus placere cœpit, ſed ad primam nominis litteram minus adſtricta. Nam Karlomannus apud Ughellum t. 2. col. 134. juxta exemplar Vaticani Archivii an. 862. Papiæ ſcriptum, & Berengarius item Italiæ Rex, an. 899. apud eumdem Ughellum t. 3. col. 37. his Signis uſi indicantur, ita tamen ut in poſteriori haud facile invenias omnes litteras, Berengarii nomen conſtituentes.

C



Eandem formam ſecuti Ottones

59 Otthonibus Imperatoribus facilius ad fuit, imo faciliſſimum, quare monogrammata ſua, apud auctores varios, alterutro fere horum modorum formavere, utentes nunc quadratis, nunc rotundis vocalibus O, eaſdem nunc ſubſternendo litteris T, ſimul per medium H connexis, nunc inter eaſdem locatas per lineolam perpendicularem colligando.



in ſolis nominis litteris;

60 Hæc & his ſimilia trium Ottonum ſigna, uſque adeo nota & obvia ſunt; ut hoc ipſo quo formam aliam prætendunt monogrammata, iis quæ Ottoniana eſſe dicuntur diplomatis appicta, ſuſpecta eſſe omnino debeant. Talia autem imprimis nobis ſunt hæc duo. D



Primum reperitur inter Ottonis Magni diplomata, ab Henrico Meibomio collecta, apud quem cum plures referatur verus vera forma ac litteris OTTO, penultimo tamen loco ponitur iſtud Signum Domini Ottonis Magni ✠ & invictiſſimi Imperatoris noſtri; Mirum eſt porro, quomodo tandem fictio inveniatur ſuppoſita diplomatis, Ottoni II. & III. attributis, apud Ughellum to. 5. col. 664. & to. 1. col. 495. & 900. Nihilo minus, ob ſimilis ſigni abnormitatem, etſi alia multa rationes nō adeſſent; mereretur pro ſuppoſititio haberi diploma, quod Trevirenſes apud Broverum oſtentant ſub nomine Ottonis III. quaſi is anno 993. Egberto Trevirenſi Archiepiſcopo reſtituiſſet Abbatiam Trajectenſem, quam Henrico Præſuli Trevirenſi Otto Magnus abſtulerat. Et tale eſſe cenſuit Kyriander parte 151. commentarii ſui de Auguſta Trevirorum: quid enim monſtroſius fingi poteſt quam quod ſuperius ſecundo loco expreſſum vides ſignum? E

61 Hactenus quoque ſolas nominis litteras implicare in monogramma uſus ferebat. Primus S. Henricus, qui dum Rex ſolum dicebatur aliud non expreſſerat quam litteras HEINRIC. ſicut infra vides, colligatas; poſtquam coronatus Imperator ſupremum in republica Chriſtiana titulum tulit, cenſuit conſueto ſuo monogrammati addendum aliquid, quo id ipſum declararetur. Itaque litteram X, qua Chriſti nomen inchoatur, quamque primus Chriſtianus Imperator Conſtantinus labaris ſuis inſeruit, in prædicto ſuo Signo abſolvit, alia linea tranſverſim ſecans eam lineam, quæ prius formabat litteram N; et alias adjecit litteras, quibus integre legendis dici videtur, DEI GRATIA IMPERATOR AUGUSTUS; prout expreſſe et ad longum legitur circum oram ſigilli Imperialis, apud Zylleſium expreſſi. Hic ſatis eſt monogrammata ponere, primum quo Rex, alterum quo uſus eſt Imperator. F

S. Henricus, Imperator factus, litteris nominis addidit X



62 Henricum excepit CHUONRADUS, cujus monogrammatica Signa, in Chronico Epiſcoporum Mindenſium, inter Scriptores Germanicos a Piſtorio editos, hæc reperio


quem imitati Chonradus.



Primum, quod Regis eſt, habetur pag. 743. cum anno 1025 eſtque ſimplicius quidem quam ſecundum, quod eſt Imperatoris & habetur pag. 741. cum an. 1031. plus tamen aliquid in eo etiam notes, quam ſolas nominis litteras, quarum V & A videntur formari per X litteræ H impoſitum: poſterius imitatur in multis Imperatorium ſignum S. Henrici. Similiter Heinricus, cognomento Niger, hujus nominis Rex tertius,

A *tertius, Imperator ſecundus; ejuſque ſucceſſor* Heinricus, Senior *Baronio dictus reſpectu cognominis filii, Regum ea appellatione quartus, Imperatorum tertius, ſuſcepta corona Imperii, Signum quoque ſuum ductibus aliquanto pluribus ornaverunt, quam cum ſolo Regni titulo eminerent; ut vides.*

& literis duo, decuſſatis crucis adiunctis,



B

Deceſſorum tot ſuorum homonymorumque veſtigia ſequens Heinricus *Rex* v, *Imperator* iv, *ſimilis forma monogramma uſurpavit. At* Fridericus Ænobarbus *dictus, notabiliter deflexit; nec facile dixeris quid ſpectaveris, quando in ſimilitudinem littera* N *totum ſuum Signum compoſuit; qua littera nullam in ejus nomine locum habet: ipſum tamen his etiam ex Zylleſio pono, ut intelligatur minime gratis dicendum infra, ubi Epternacenſe quoddam ſignum Pippini reprobandum erit, litteras ei monogrammati innexas referre atatem Friderici Imperatoris. Ipſum nunc vide, & illud quod dixi Heinrici, ultimo nominati.*



63 *Atque hac de forma Regalium monogrammatum, pluribus ſucceſſive lineis litteriſque ornata, dixiſſe ſufficiat. Circa menſuram qualitatemque eorum quidpiam ſcitu dignum obſervavit Wilthemius, cum San-Maximinianenſis archivii diplomata autographa curioſo examine denuo ſcrutaretur; videlicet alia eſſe qua* propria manu *Rex ipſe vel Imperator firmaſſe ſe ſcribit, alia quibus nulla additur propria manus mentio: & hujus poſterioris generis omnia habere monogramma grande, aquabile atque elegans ſatis, utpote a Notariis ipſis formatum: prioris autem generis vidiſſe ſe in pradicto archivio diplomata minimum viginti ſolorum Otthonum vel Henricorum, in iiſque magnam notaſſe monogrammatum diverſitatem. Nam aliqua quidem, tota picta ab Imperatoria vel Regia manu, exilia ac rudia eſſe pleraque & in aquali ac vacillanti ductuum tractu (quale etiam ſculpi debuit Hlotharii Imperatoris monogramma, quod chalcographus prater fidem originalis perfectiſſimum fecit in ſpecimine ſupra poſito) alia grandiora, ſatiſque uniformia, praterquam in unica tranſverſa linea, qua vel exilior multo eſt aliis, vel minus recta, & quandoque ultra procurrit quam opus ſit: ſemper autem notabilis eſt varietatu ſtyli & atramenti; iſtam vero lineam ſolam eſſe a propria firmantis manu, reliquos ductus non ita. Denique ſignificavit inveniri aliqua Henrici Regis 4. Imperatoris 3. tamquam propria ejus manu firmata, cum monogrammate grandi, aquabili & eleganti; ſed quod clare appares typo impreſſum eſſe, non calamo ductum: & hujuſmodi eſt id quod ſupra in Specimine ultimo cernitur. Talis autem typus videtur apud poſteros fuiſſe frequentior, a quibus ſimilis uſus ad publicos Notarios tranſiit, & a quam plurimis ſervatur etiam hodie, cum magno temporis & uniformitatis ſervanda compendio.*

Nec cum propria manu ſive cum alieno firmabant chartas.

C

64 *Quod attinet ad ſingulas litteras, Henricianis aliiſque poſt ſalbis monogrammatis inſertas; iis per conjecturam explicandis non immoror. Facere id poterit alius, cui libuerit omnium ſucceſſive Regum & Imperatorum Signa Sigillaque colligere atque illuſtrare. Pauca ſupra poſita, eaque non ſtudioſe conquiſita selectaque, ſed prout a Zylleſio fere afferebantur accepta, & per alia eorumdem Principum diplomata facile confirmanda, abunde ſufficiunt, ut cum antiquioribus, ante & poſt Carolum Magnum uſurpatis, collata, unicuique non obſtinatiſſimo perſuadeant; quadratorum Signorum, & quidem decuſſatis crucibus ornatorum, inventum, multo eſſe recentius, quam ut ad aliquem ex tribus Dagobertis denotandam potuerit fuiſſe adhibitum: atque adeo Horreenſe diploma, cujus cauſa hac tractavimus, purum putum eſſe figmentum, quando Signi in eo deſcripti forma, nec Henricianis quidem Signis perfecte aſſimulatur. Perfecte ſimile, fateor equidem, necdum ullum reperi. Suſpicor tamen, eo ſaltem quod inter Fridericum Ænobarbum & Carolum IV. fluxit tempore, teſſellam (quali conſtat pſeudo Dagobertinum Signum) cum decuſſatione crucis gemina, & nonnullis intra circaq; lineas litteris (quomodo ipſum pingitur) cœpiſſe uſurpari. Obſervo enim quod Signorum Imperialium forma ex tunc cœperint evagari magis magiſq; adeo ut is quem ultimo nominavi Carolus IV. non tantum teſſellas tales pro Signo expreſſerit, ſed etiam identidem variaverit litteras iiſdem inſcriptas, ut videre eſt apud Ughellum t.1.2.ac 3. col.° 371. 231.200.& in pracitata collectione Piſtorii pag. 748. et 750. Utrimq; exemplum unum adduxiſſe ſufficiet, tertiumq; accuratiſſime expreſſum a noſtro Bohuslao Balbino, Bohemicorum monumentorum ſcrutatore indefeſſo, quod ſua manu nobis deſcripſit, in propria forma ſeu magnitudine, quadruplo majori quam hic, ex diplomate confirmatorio Privilegii, a Gregorio Papa x. dati cœnobio Virginum Ord. Pramonſtratenſis an. 1358. addens quod hujuſmodi ſigna plura quam octingenta viderit, tum in archivio Regni, tum in variorum cœnobiorum & capitulorũ tabulariis. Ultimum autem iſtud, quod inter alia duo medium locum hic occupat, eo magis a nobis conſiderari meretur, quod in eo habeatur perfecta duplicis crucis decuſſatio, qualis in fictitio Horreenſi ſigno.*


D

AUCT. D. P.

teſſellas ſuper Carolus IV.

E

F



65 *Neq; variari tantum & alterari poſt Fridericum cœpere ea de quibus agimus ſigna, ſed etiam eviluſcere ac negligi. Inveniuntur enim apud Zylleſium Conradi II. Regis Rudolfique Imperatoris (quem alias cruciformi Signo uſum reperio) & ipſius Caroli IV. diplomata, inſigniter bullata, abſq; ullo monogrammatico ſigno; & alibi plura talia poterant haud dubie inveniri. Apud Francos vero idem uſus adhuc citius evilnit quam apud Germanos; neq; ſcio an ullus ex tertia Capetidarum ſtirpe Rex monogramma nominis ſignando expreſſerit. Extat quidem apud Lucam Acherium t.2. Spicilegii pag.* 600. Signum Philippi Francorum Regis *cruciforme inſtar Karolini, cum majori rhombo litteram* Y *complexo, ad cujus angulos pinguntur* P. L. P. S. *littera; & hoc ſignum ſubjicitur privilegio, quod Compendienſi eccleſia confirmatum fuit ab Epiſcopis, ut prafertur, novem, Abbatibus novemdecim, in Concilio ibidem celebrato, an.* 1085 *coram Rege Philippo, & Raynaldo Remenſi Archiepiſcopo. Sed quam aperte falſa eſt narrativa pars iſtius privilegii, qua dicitur eadem eccleſia,* fundata a Domno Karolo, illuſtri Francorum Rege ac Imperatore Romanorum ... a S. Joanne Romano Pontifice, cum ſeptuaginta duobus Epiſcopis ſolenniter, celebri honore ac decore ſpeciali,

ante quem aliqui, omnes quandoque ſigna abſtinere

ſicut & Reges Franc. ſtirpis tertia.

V 2 con-

A conſecrata; *idem merito ſuſpectum eſt ipſum totum* memoriale (*ſic enim vocatur, nomine in talibus hactenus non lecto*) *eccleſiam prædictam a cujuſcumque Primatis, Metropolitani, Epiſcopi aut Judicis poteſtate exemptam declarans; abſque nota diei, cum cruciformi ut dictum Regii* nominis charactere (*& hæc vox rurſum nova in diplomatis atque extravagans eſt*) *aliiſque nonnullis abnormitatibus ab ordinario ſtylo: quæ omnes etiam notari poterunt in eo privilegio, quod ibidem pag.604. proponitur, ſub ſimili narrativa & cum ſimili monogrammate, expeditum Pariſiis anno* 1091.

AUCTORE. D. P. *non ſidem non meretur ſignum Philippo aſſictum.*

66 *Fuit quidem in Galliis Joannes Papa VIII.* (*qui ſolus ibi intelligi poteſt*) *non ſub Carolo Calvo, ſed ſub Ludovico Balbo, cauſa celebrandi Tricaſſini Concilii; ibique habuit collectos Epiſcopos triginta. Verum quis credat, quod is vel Compendium uſque excurrerit, unius eccleſiæ dedicandæ cauſa, idque mortuo jam fundatore, cujus viventis honori poterat aliquid indulgendum videri; vel ad ejuſmodi actionem, intervallo leucarum triginta, non ſolum traxerit omnes Concilii Tricaſſini Patres; ſed duplo majorem* B *numerum quam Trecis habere potuerat, Compendii numeraverit? Quapropter nolim ſeriem Gallicanarum Synodorum augere duabus, velut tunc ſub Philippo celebratis Compendii atque Pariſiis, quamdiu de earum veritate non ex aliis quam dictis jam chartis conſtat; neque credere, Philippum eum in ſignandis diplomatis uſum eſſe monogrammatico Signo.*

nec ea ſatis probantur Synodi Compendien. & Pariſienſis.

C A P U T V.

Alexandri Wilthemii de hac materia judicium.

67 C*Um ea quæ ſuperioribus Capitibus deducta jam ſunt, & quæ ſequentibus deducenda reſtant, jam fere haberem parata prælo, placuit eruditiſſimo noſtro Alexandro Wilthemio, ex tractatui, cujus ſcribendi conſilium animumque ab illo acceperam, ſuum quoque judicium ſuggerere ſcripta epiſtola: quam congruum duxi hic innectere; quia propter longævam experientiam, & continuam ejuſmodi rerum tractationem, maxima apud me auctoritatis eſt; eritque haud dubie apud eos omnes, qui doctrina, quo pollet, rara, profunda, ac ſolida guſtum aliquem ceperint ex illius Diptycho Leodienſi, additaque ad* C *illud Appendice, antiquaria ſcientia pleniſſimis opuſculis, vel ex recentius vulgata diſſertatiuncula de Iconibus Conſtantini Magni & D. Helenæ Auguſtæ Matris ejus. Juvabit autem illud ejus judicium tum ut modus, quo ſcribi diplomata iſtiuſmodi & probari etiam potuerunt, intelligatur clarius; tum ut mitigetur doloris ſenſus, ſiquis ex veritate, apertius prolata aut proferenda in ſubſequentibus hujus Tractatus Capitibus, exiſtat apud illos, qui non obſtante cautela admonitionis ad hoc Caput prævia, periculum aliquod ſuis juribus metuerent. Is igitur litteris Luxemburgo datis anno 1670. 8. Kal. Decembris, ſic pronunciat. Non eſt facile hoc doctiſſimo ſeculo ſcriptis confictis atque ſuppoſititiis decipere ingenia. Ipſis elementis ac litterarum apicibus ſæpe ſe prodit infelix fictio; ne alia falſitatis indicia commemorem, ſtyli ſaporem, errores chronologicos, res perſonaſque a temporibus atque locis alienas, & alia hujuſmodi. Ipſa adeo publica inſtrumenta, recepta in judiciis, obſignata ceris, magnorum nominum roboratæ ſcriptionibus; vocantur in controverſiam ab hiſtoricis; & ſæpe quod in foro probavit judex, in muſæo condemnat litteratus. Quæ in re modum ego adhibuerim, atque ita attemperem omnia, ut diplomatis talibus, quamvis ea merito rejiciant eruditi a teſtimonio ferendo in re hiſtorica, ſua tamen fides & auctoritas coram Prætore & aſſeſſoribus maneat. Quod utrumque quomodo fieri poſſit, paucis exemplis declarabo.*

Conſtat antiquarius experientiſſimus diplomata quædam.

etſi ad hiſtoriam inutilia valere tamen in judiciis.

68 *Traditum eſt in libris provincialibus Trevirorum,* *Silveſtrum Pontificem maximum Agricii cauſa ſcripſiſſe* D *epiſtolam, & exempla circumferuntur. Antiquiſſimum Viroduni in codice Mſ. collectionis Canonum reperit me cumque communicavit Jacobus Sirmondus, dum Conciliorum Galliæ tomis, homo diligentiſſimus, materiam undique conquireret. Iſtius exempli ectgraphum, neſcio unde mihi elapſum, ſublegit, qui nuper additamenta ad Annales Trevirenſes edidit; inter quæ ipſum nunc excuſum legitur; ſed omiſſa, quæ imprimis lucem merebatur, clauſula hæc.* Privilegium . . . quod Voluſianus Archiepiſcopus reſcribi juſſit. *Fuit Voluſianus Epiſcopus Trevirorum v. ſeculo, Marci ſucceſſor, de quo ita in Geſtis Pontificum Trevirenſium:* Hic privilegium, dudum a B. Silveſtro Papa huic urbi per B. Agritium deſtinatum, ſed, proh dolor! jam ſuo tempore neglectum & deletum, a Pontifice Maximo Romanorum renovari & roborari curavit. *Item Cono a Falckenſtein Archiepiſcopus Trevirenſis in Chronico ſuo:* Hic Privilegium, dudum a Papa Silveſtro huic urbi per B. Agricium delegatum, ſed jam ſuo tempore deletum, a Romano Pontifice reſcribi fecit, & honorem priſtinum ſuæ civitati renovavit. *Erit fortaſſis in hoc Privilegio quod carpat hiſtoria:* E *quale eſt illud, quod quem conſenſus omnis memoria appellat Maternum Epiſcopum Trevirorum, Martinum nuncupet. Non ideo tamen vim auctoritatemque civilibus in cauſis non obtineret, ſi extaret hodie, quod Voluſianus ab Hilaro Pontifice maximo deſcribendum curavit. Etſi enim non erat illud autographum Silveſtri, rem tamen ejus continebat, verbis vel ex Protocollo (ſi illud in Romani Pontificis ſcriniis adhuc erat) deſumptis, vel ad ejus ſententiam Pontificia auctoritate de novo accommodatis. Ac proinde, (ut abſit odium vocabulo) non confictum, non ſuppoſititium, ſpuriumve; ſed ſuffectum aut vicarium, exemplum illud a Voluſiano curatum, appellaverim.*

Tale eſt privilegium Eccleſiæ Trevir. datum a S. Silveſtro; quod Voluſianus Ep. curavit ab Hilaro innovari.

69 *Seculo 8. adulto, Pipinus Rex Epternacenſi cœnobio donavit Creuiam, inculcatum ad Moſellam ac nobilem vicum. Extant Donationis tabula, in membrana de more ſcripta & a me lecta, a Myræo edita, a Criticis multifariam reprehenſa, ob peccata hiſtorica atque chronologica: ſed, ſi de jure agitur, prorſus valida atque legitima. Neque enim autographa ſunt ipſius Pipini: ſed autographis perditis aut corruptis (nam quid non perdunt atque corrumpunt injuria temporum innumerabiles!) ſubſtituta; atque vel ex libris commentariiſque domeſticis, vel ex corruptis illis detritiſque autographis. Reſtitutas autem eſſe auctoritate Regia vel Imperatoria ſuadere mihi videtur appoſita cera: quippe in qua ſedeat Imperator aut Rex in* F *throno, dextera gerens ſceptrum liligerum, ſiniſtra globum impoſita cruce: corona ſpecies quadrata eſt aut quadrata ſimilis: littera circumſcripta fugiunt oculos, demptis hiſce ultimis* GRACIA REX, *plane ut Henricianum eſſe ſigillum jurare poſſis, ſi talium uſum ac notitiam habeas. Monogramma Pippini nomen implectis, ſed non ea forma qua erant monogrammata tempore Pippini, ſed qualia regnantibus Henricis. Priſca enim illa a Dagoberto uſq; ad Ottones (ut ex Maximinianis autographis mihi conſtat) procurrebant in aliquam longitudinem. Ottones ea quadrare maluerunt, eumque morem cuſtodiverunt deinde Henrici eorumque poſteri, inſertis hinc inde ceteris eorum nominis elementis: qua prorſus ſpecie eſt hoc Epternacenſium tabularum Pippini Signum. Ex quibus omnibus collige, Henricum aliquem Regem, corrupto aut perdito autographo, has tabulas ſuffeciſſe, ut eſſent illius, ubi res poſceret, in forenſi negotio vicaria.*

talia forte etiam ſunt Epternacenſia Pippini

innovatum ſub Rege Henrico.

70 *Seculo eodem exeunte Carolus Magnus, Pippini Regis filius, Epiſcopatum Verdenſem ad Aleram flumen inſtituit, ejuſque vel diploma ex ſcriniis Verdenſis Eccleſiæ acceptum publicavit concinnator Additamentorum ad Annales Broweri. In hoc quoque manifeſti errores hiſtorici, chronologici, aliique occurrunt. Ceræ locum tantum annotavit diplomatis hujus editor: monogramma poſuit, qualia*

& Verdenſe Caroli M.

ſupra

A *ſupra dixi Henricus efformare conſuevisse, diverſiſſimam ab eo quo Carolum uſum conſtat, exemplis apud quam plurimos hiſtoricos obviis. Non eſt igitur autographum Vendonſe illud diploma: ſed addendum ceteris illis vicariis atque ſubſtitutis: quibus quoad hiſtorias fidem nullam, quoad res ipſa vim omnem ſuam ad tribunalia relinquimus. Non me quidem fugiunt Juriſconſultorum ſcita ſevera, adverſus ſcripta falſa atque confiſta. Sed valuerint iſta leges contra falſarios: hæc vicaria diplomata pro confiſtis atque falſis non habebantur: quippe ſcripta auctoritate Regum atque Imperatorum, ut ſummam rei ex vero continerent, hoc eſt, donationes, fundationes, privilegia & id genus alia: quæ de cetera Notarii, homines candidi & antiqui moris, condebant ex ſuo vel dictantium ingenio, iis adhibitis verborum formulis, perſonarum nominibus, temporum notis, quas pro ſuo captu ad rem eſſe arbitrabantur. Atque ut iſta ſine dolo malo in publicum emittebantur; ita minime argute aut ſcrupuloſe excutiebantur in Curia; judicibus in ſummam rei dumtaxat intentis, nihil autem ſolicitis an talia ſcripta eſſent cancellata, an ſignata, an ceris affixis munita, an dies & Conſules recte aut perperam notata haberent.* E

Iſſet ſens omnia tempore habeant.

Horreenſe quoque diploma.

71 *Atque hæc præmittere volui, velut qui ponte ſtrato ad paluſtria uliginoſaque loca patefaciunt ac præſtruunt viam, ut veniam ad Dagobertinum illud diploma, de quo me conſulitis, quodque pro autographo nuper adtextum eſt magnificis illis Trevirorum Annalibus. Utor autem circumſpectione tanta: non quia res ſeipſa difficilis atque perplexa eſt, cum ſit clariſſima; ſed quia metuo rixas & altercationes contrapugnantium, & putantium auctoritati judiciali ſui diplomatis detrahi. Contendit illius editor eſſe autographum. Ipſum ego vidi, legi, manibus contrectavi: autographum eſſe mihi nemo perſuaſerit: mihi, inquam, qui in veteribus literarum publicarum monumentis, legendis, verſandis, excutiendis (præſertim Maximinianis diplomatibus, genuinis illis & autographis, ſi quæ alia uſpiam) triginta & plures annos non vulgari ſtudio atque diligentia impendi.*

72 *Quæ me vetant Dagobertinum illud autographum credere, ſunt vitia quæ deprehendo in elementis atque literis, in cera, in annis. Singula oſtendo. Eſt in ſcriniis antiquiſſimi cœnobii D. Maximini Dagoberti primi diploma, ſincerum atque integrum, neque in annorum numero aut ſubſcriptionibus vitiatum, ſcriptum in ingenti membrana, ſed literis venerandæ antiquitatis pleniſſimis, ut me non piguerit diploma totum, ea prorſus forma atque magnitudine qua eſt, non tam exſcribere quam depingere, redditis ex vero omnium elementorum ſive literarum ductibus atque apicibus. His porro elementis longe abludunt elementa diplomatis ejus de quo controvertitur, formata nempe ad eum modum, quo ſolebant uti ſæculis longe poſterioribus. De cera autem quid? Quantum recordor (nolim enim aſſeveratione ſumma uti hoc loco) forma ſigilli ceræ impreſſi non eſt quidem prorſus abſimilis Maximinianæ: ſed materia multum diſcrepat. Maximiniana, ex flavo cum aliqua ſorde palleſcit: Horreenſis, fuſca magis eſt & cinerei ſaturi coloris. Illa, vetuſtate mire exucca aret: hæc, pingui quodam ſana eſt; ut ex ceteris antecedentibus argumentis appareat, ad exemplum vetuſtioris ceræ expreſſam. De die & Conſule, ſeu annis vitioſe poſitis, non eſt opus pluribus, cum ipſa res pateat.*

Non eſt autographum. C

73 *Hoc porro diploma Philippus IV. Galliæ Rex anno* 1307. renovavit & confirmavit, *ut ipſe loquitur, facta inſigni diplomate, quod etiam vidi legique, & nunc editum eſt ab auctore Additamentorum ad Trevirenſes Annales. Narrat in hoc ſuo diplomate Philippus, a Virginibus monaſterii Horreenſis exhibitum ſibi* antiquiſſimum Privilegium, nempe Dagoberti Regis; *ſeque rogatum* ut, cum propter ipſius vetuſtatem privilegii dicto monaſterio poſſit in proximo diſpendium imminere, privilegium ipſarum RENOVARE miſericorditer dignaretur, *Et mox addit:* Privilegium ipſarum tenore præſentium renovamus & confirmamus. *Aſt diploma de quo controvertitur, integrum eſt & ſanum; non lacerum, non mutilum, non cancellatum, non detritum, nec vetuſtius quam ipſum Philippi confirmatorium: quomodo ergo eſſe poteſt Dagoberti primi autographum, a Virginibus illis Regi oblatum, quod* erat antiquiſſimum, *& tam quidem antiquum, ut ob* vetuſtatem illius dicto monaſterio poſſit in proximo diſpendium imminere? *Cæcum eſſe oportet, qui non videat; pertinacem, qui non fateatur, aliud eſſe diploma de quo diſputamus, aliud quod Virgines Horreenſes Philippo Regi renovandum obtulerant. Hoc nimirum fuiſſe autographum; illud vero in locum autographi, ætate aut alia temporum injuria corrupti, ſuffectum & ſubſtitutum. Suffecit autem atque ſubſtituit Rex Philippus, qui diſerte teſtatur, ſe rogatum illud Dagoberti diploma antiquiſſimum* RENOVARE. *Renovavit vero modis duobus. Primo juſſit concipi diploma & in membrana deſcribi, quod rem autographi Dagobertini contineret, Notariis cetera ex ſuo arbitrio adjicientibus (Et hic primus eſt renovandi modus) deinde diplomatis ita renovati contextum diplomati ſuo inſeruit (& hic eſt modus alter) ſimulque* tenore præſentium *ſuarum tabularum confirmavit.* E

Sed anno 1307. debuit lacerari.

D *AUCTORE D. P.*

quia ob ejus nimiam vetuſtatem dampnum proximo imminebat.

74 *Firmatur hæc renovatio alio non levi argumento. Extat apud Virgines Horreenſes exemplum alterius hujus ſuffecti diplomatis abſque ſigillo, iiſque verbis conceptum quibus a Doctiſſimo Henſchenio eſt editum. Vidi ipſe ego hoc quoque exemplum & legi: autographum eſſe etiam ipſum credit Dagobertini illius ſuffecti editor: ita enim loquitur:* Utriuſque penes Virgines autographum deprehendi. *Atqui in illo Henſcheniana editionis habentur hæc verba* Uſque ad fontem S. Humberti. *Eſt ille Divus Humbertus Maricolenſis Abbatiæ fundator in Cameraceſio, cujus vitam dedit 25. Martii, & Chronologiam ordinavit Henſchenius 5. Februarii ad Vitam S. Amandi, quicum prænominatus Sanctus, adhuc ſecularis, Romam profectus eſt, nec niſi aliquantis poſt annis monaſticæ congregationis apud Maricolas jecit initia. Dicitur autem claruiſſe tempore Hilderici Regis, quia anno ejus 12. qui fuit Chriſti 671. ſcripſit & ſignavit diploma donationum monaſterio factarum, poſtea autem quamdiu vixerit incompertum eſt. Hoc certum, annis minimum 30. obiiſſe Dagobertum prius quam Humbertum: quomodo igitur hic in illius diploma irrepſit? & quidem ut Sanctus, & fama miraculorum uſque in Treviros notus, adeo ut ibi fontem haberet ſuo nomine ſacrum? Quamvis enim in pia peregrinatione aliqua, puta Romana, ipſemet fontem illum excitaſſet miraculo, ſicut poſtea circa annum 670. excitavit unum, cujus mentio eſt in Vita ipſius n. 14. non poteſt tamen concipi id factum ante obitum Dagoberti. Et hoc diploma pro autographo habes, vir bone? & quidem pro autographo Dagoberti I.?S. ſecundum fateaeris, cujus fuiſſe donationem olim permiſit Henſchenius, ne hunc quidem puto nominaturum fuiſſe,* fontem S. Humberti. *Neque dixeris alium a Maricolenſi eſſe S. Humbertum, de quo in tabulis: tibi enim incumbet probare, aliquem alium Sanctum hiſce in partibus notum fuiſſe, ætate priorem Maricolenſi, ſed eodem quo iſte nomine: ſi tamen hoc nomen antiquum eſt, ipſeque Sanctus ſuo tempore & diu poſt non vocabatur* Hubertus vel Hugbertus, *quod ætas poſterior in* Humbertum *vertiſſe videtur; nam ita fere ſolent Galli cum de S. Huberto Leodienſi Epiſcopo ubique celeberrimo loquuntur, & ita ſcribebatur tempore Philippi Regis: quocirca etiam hoc ſecundum exemplar ad ejuſdem Regis tempora me auctore retuleris. Ceterum iſta in hunc modum diſputans, nihil detractum velim diplomatis Horreenſis auctoritati quoad res donatas, præſertim poſt confirmationem Philippi Regis; quin potius ipſum, hoc nomine quod ſit a tali Rege confirmatum, veneror atque ſuſpicio, Virginibuſque Horreenſibus de eo etiam atque etiam gratulor.*

Renovatum eſt autem non ſine modis.

at cum in eo nominetur fons S. Humberti F

qui an. 676. adhuc erat in vivis

75 *He-*

AUCT. D. P. An juſſerint Reges nomẽ ſcribi quæ pro autographis oſtendantur.

75 *Halbanus Wiltheimius, cui pene per omnia conſentimus: neque enim, ſicut ante dixi, hoc agimus, ut e judiciis ſalvo repellantur, nunquam levis aut nullius fidei, vel ut falſariorum crimine denigrentur qui iſta ſic ſcripſere, præſertim monachi, quorum ut vita omnis a culpa, ſic verba & ſcripta cenſeri debent a fraudibus & mendaciis aliena. Removebantur autem ab iis quam maxime, ſi in Notarios Regios refunderetur culpa; ipſique Reges juſſiſſe crederentur, ut ſecundum primum Wiltheimii modum antiqua privilegia renovarentur. Recipiat igitur hunc modum qui volet, & ſecundum cum judices de diplomatis minus ſinceris. Ego fateor mihi difficile credendum videri, primum, quod Reges juſſerint aliquando tali modo innovari privilegia, ut hujus ſuæ juſſionis nulla in ipſa innovata diplomata ſigna extarent: nam quod de Epternacenſi cera dicitur, eam videri eſſe Regis, innovationem approbantis, haud poſſum admittere: cur enim Horreenſe aliaque ſic innovata, in cera habent effigiem*

Cur an ibi ceraia imponere debeat Notarius?

Regis, non innovantis, ſed primum condentis ut putabant ipſum inſtrumentum? cur in Epternacenſi tam ſolicite extriſe ſunt illa præciſe littera quæ monere intuentem potuiſſent, non eſſe hanc ejus Regis ceram, cujus ſubſignabatur nomen? Secundo, innovationes illæ ſtudium requirebant nonnullum, uti ex ipſarum examine patuit: non eſt autem credibile Notarios Regios, antiquæ hiſtoriæ minime curioſos, laborem hunc ſibi voluiſſe aſſumere, quo invenirent temporum, perſonarum ac formularum circumſtantias; quæ poſſent innovandæ donationi applicari. Denique Notariorum fides publica non patuit permiſiſſe, ut delatis ad ſe rebus affingerent ipſi, quas vellent, particularitates. Quare, cum omni libertate dicendi ſcribendique quod verius

nobis nunquam videtur dici poſſe,

exiſtimavero, ingenue fateor, probabilius mihi videri, tales innovationes privatim a monachis ipſis fuiſſe factas; vel ſaltem deſcriptionis eas Notariis preparatas ex iis quæ ad manum haberi poterant documentis, per illos quorum agebatur cauſa: & neque deberi pro legitimis tabulis agnoſci, quæ revera non ſunt ipſa quod præferunt, ſed pro aliis ſuppoſita, niſi poſtquam expreſſo privilegio id ſanaiverit Princeps, qui etiam nothos ac ſpurios ad legitima genitorum jura poteſt evehere. Quamdiu vero conſtat de ſuppoſitione, non conſtat autem de legitimatione, ut ſic loquar, privilegia; ſiquis ejuſmodi tabulas, verarum donationum teſtes non veras, pergat vocare ſpurias, eorum more, qui ſcapham ſcapham, ligonem ligonem nuncupant; non auſim ego ejuſmodi arguere nimiæ ſeveritatis, maxime quando ad autographi defectum, alia graviora accedunt vitia affictarum ex conjectura perſonarum, temporum, ac formularum.

CAPUT VI.

Quomodo Horreenſe diploma fabricatum & errores chronologici ex Reginone accepti fuiſſe videantur.

Pro ejuſdem Dagoberti diplomate innovando

76 QUoniam ex præcedentibus ſatis liquet, neque autographum eſſe Horreenſe diploma, neque ex autographo deſumptum iiſdem verbis exemplar: quæret forſitan aliquis de ipſis controverſis membranis, quomodo ea ſic adornata fuerint, ut alium oſtenſa pro fidelibus ectographis non amplius exiſtentis vel minime legibilis originalis, nunc pro ipſo oſtendantur originali, idque cum tot tamque manifeſtis hiſtoricis mendis, ac poſterioris ætatis notis. Res dictu expeditu facilis. Conſtabat S. Irminam, Horreenſis monaſterii fundatricem, filiam Dagoberti Regis fuiſſe, & certa perſeverabat fundorum ab ipſa monaſterio contraditorum poſſeſſio: hi autem duplicis generis erant, & partim a patre obvenerant Irminæ, partim a ſponſo: fortaſſis etiam extabant ibidem veterum inſtrumentorum lacera mutilaque pittacia; tum ejus, quo filiæ ſuæ in matrimonium tradendæ dotem aſſignabat Rex pater; tum illius, quo ſponſam heredem inſtituebat Hermannus; tum denique alterius, quo filiæ donationem Rex pater laudabat. Extabat etiam ibidem, quoddam Dagoberti III. diploma, in confirmationem donationum ab Irmina factarum: ab hoc enim acceptum videtur cereum ſigillum, quod Horreenſi chartæ nunc inhæret, itemque annus 11. regni, & nomen Grimoaldi Majoris-domus. Cum igitur fundationis ſuæ tabulas & alia eodem ſpectantia inſtrumenta antiquiora perdidiſſent penitus Horreenſes; & confirmatorium Dagoberti III. privilegium antiquiſſimum, tale jam eſſet, ut propter ipſius vetuſtatem privilegii, poſſet in proximo diſpendium imminere; voluerunt huic defectui & periculo proſpicere, petenda illius innovatione a Franciæ Rege Philippo IV.*

Philippum IV. Fr. Regem adituri Horreenſes

77 *Cur autem a Philippo, cum ad Imperium ſpectent Treviri, illudque tunc teneret Albertus Auſtriacus? Mutſenius, de bonis quæ in Gallia poſſidebant Horreenſes litem Pariſiis agitatam divinat; eaque occaſione productum iſtic innovatumque eſſe Dagobertinum Privilegium. Verior fortaſſe conjectura ſuſtinebit, Treviros contra Archiepiſcopum ſuum contraque Albertum Cæſarem eo tempore armatos, democratiam ſuam tutelæ Francicæ commiſiſſe; defendendam tum contra illos, tum contra Lutzenburgenſem Comitem, gravem utique vicinum, & bello identidem inferendo moleſtum; & ideo ad Philippum potius tunc fuiſſe recurſum ab Horreenſibus, quam ad Albertum Imperatorem. Ut ut ſit, videntur illa, ut dixi, habuiſſe Dagoberti ejuſdam diploma; & ſuam fundatricem ſcientes Irminam Regis Dagoberti filiam dici, eumdem eſſe & hujus patrem & illius diplomatis conditorem credebant; cumque ipſum prorſus illegibile jam eſſet, propter obſcuritatem veterum characterum, aut fugam evanidi atramenti, vel etiam parte prima revulſa laterum, innovatio illius petenda apparentur videbatur, ubi eoqui facile & abſque grandi examine conceſſurus illam eſſet, oblata occaſione juriſdictionis circa Trevirenſes exercenda. Hoc conſilio captο, ſcriptum prima fuerit nova compoſitionis diploma, antiquiori charactere & in obſoletiori membrana; cera autem ex antiqua Dagobertina confirmationis pittacio revulſa, & membranæ prædictæ applicata. Adverſus quam technam, in praxi facillimam, poſterorum prudentia excogitavit ſecuriorem alium ſigillandi modum, qua ſcilicet non ipſi membranæ applicatur cera, nullo negotio (ubi modico ad ignem membrana incaluerit) filo ſubtili abradenda, & quo voluerit integra transferenda; ſed ſigillum cereum, trajecto per membranam funiculo, applicatur, & ſigillo ſecundario, quod clavem vel ſecretum appellabant, ſive (ut nunc loquuntur) contra-ſigillo ſic munitur in dorſo, ut illæſo ſanicula aut ſigillorum altero nequeat auferri, multo minus alio transferri, ſic ut fraus non appareat.*

unde cœptum pendere membranis

78 *Ceterum Horreenſes, juſto metu ſubintrante, ne illud ſic adornatum diploma (corpore integrum & nulla ſui parte læſum) aut tam antiquum crederetur quam volebant, aut perſuaderet magnam eſſe innovationis petendæ neceſſitatem, dimiſſo eo quod jam ſcriptum & ſignatum erat exemplari, aliud ſcribi juſſerunt eadem manu, quod non tamquam originale, ab annis ſexcentis ſexaginta exaratum, offerretur Philippi Regis conſiliariis; ſed tamquam exemplar, ab annis ducentis trecentiſve tranſcriptum fideliter, ex iis*

quorum unum ut alterius jam evanidi ectographum obtulerint

quæ in monaſterio manſerant antiquiſſimis & jam evanidis nec legendis pittaciis: cui quia non aderat publicæ auctoritatis fides, petebant novum juſſu Regis conſcribi, cui tenor ablatæ copiæ inſereretur verbotenus: idque vel ſuo vel alieno favore haud difficulter impetrarunt. Nova autem in ſecunda membrana deſcriptionis occaſione acceſſerint ea, quæ tamquam primo exemplo ſuperaddita () incluſimus, ubi ipſum ejus contextum dedimus; quæque ad rem facere haud parum videbantur, eſſeque ex uſu temporum antiquiorum. Hoc eſt totum quod de modo prævaricati ſtilionis (nam ſtilio certe eſt) potui divinando aſſequi: & credo veroſimillimum

eſſe

Digitized by Google

A *eſſe conjecturam, ſaltem quoad ſubſtantiam rei: accuratiorem ſi quis proferat, libenter acquieſcam.*

79 *Porro, cum is, qui Horreenſe diploma compoſuit, antiquiorem ſcirem Dagobertum nullum noſſet, quam Chlotarii II. filium, totius Francici Imperii aliquando Monarcham; ut annum Chriſti, prout ſeculorum aliquot uſu invaluerat, & Indictionis inveniret (nam hi ita ſolicite adduntur in omnibus medii ævi diplomatis, ut abſque his nulla valida vulgo cenſerentur, & antiquiora iiſdem carentia ſi quando in manus veniebant imperitorum, vel eo ſolum titulo haberentur ſuſpecta) aſſumpſit Chronicon Reginonis Prumienſis, per omnia ejus tractus monaſteria notiſſimum ac receptiſſimum, cui Regum Francorum primæ ſtirpis geſta ſic intexuntur, ut referantur, non ad annos Chriſti (quos nullos in primo libro notavit Regino) ſed ad tempora Orientalium Imperatorum, quæ facile erat ad annos Chriſti utcumque aptare. Quia autem laudabili Reginonis* B *conatui, non ſemper reſpondit ſucceſſus optatus, propter chronologiæ verioris ignorantiam: hinc factum ut Regum & Imperatorum, quos dixi, tempora comparans Regino, & ipſe in graves errores frequenter impegerit, & alios veſtigia ſua prementes ſæpius abduxerit a tramite veritatis, ad quam iis ſeculis nulla erat expedita via, nec quærebatur alibi quam in ejuſmodi Chronicis.*

Errorum auctor ob annorum ſeriem ſumpſit ex Reginone.

80 *Inveniens igitur novæ chartæ Horreenſis ſcriptor, in prædicto Reginonis Chronico, initium Regis Dagoberti componi cum Imperio Conſtantis, qui fuit filius Conſtantini, filii Heraclii, quique anno 641. thronum conſcendit; ſatis ſibi credidit eſſe, congruum fabricando diplomati tempus comminiſci: & huic compoſuit annum Regni ſecundum, quem, ut dixi, non ex Primi aut Secundi Dagoberti diplomate aliquo, ſed ex Tertii accepiſſe videtur; qui juvenis, imo puer, patri Childeberto ſuffectus a Pippino Heriſtallio ejuſque filiis, ſolo nomine tenus Rex dicebatur, imperio manente penes Majores-domus. Erant autem illi, Pippinus quem dixi, & filius ejus junior Grimoaldus: quo anno dicti Dagoberti ſecundo, Chriſti 712. aut 13. in Auſtraſiam excurrente, Regis ſui nomine Treviris dediſſe & ſigillaſſe potuit Horreenſis fundationis confirmatorias litteras: quas tanto magis perſuadeor fuiſſe unicum totius fictionis fundamentum, quo plura ſigna Dagoberti tertii habet cuncta Horreenſis cera, ubi neque barbæ neque ſceptri veſtigia inveniuntur, ſed criniti ſimpliciter juvenis; & reſidua nominis litteræ aliter quam in San-Maximiniano dicta conſpiciuntur. Sed in iis, utpote abſentis Regis manuali ſubſignatione deſtitutis, deerat nomen Cancellarii pro Archicapellano chartam ſcribentis; deerat* C *Dagobertini nominis conſuetum illi ſeculo monogramma, quod non debuit a Dagoberti primi monogrammate diſcrepaſſe; ſicut non diſcrepant Karolorum Magni & Calvi ac Craſſi monogrammata. Ipſum autem quale fuerit ignorans ſcriptor Horreenſis, fabricavit aliquod ex forma monogrammatum ſibi ſeculo 14. nota, & fictionem ſuam numeris omnibus credidit abſolviſſe.*

Annum regni 2. ex diplomate Majoris-domus.

Ex diplomate Dagoberti 3.

81 *Reſtat ut, quoniam dixi, Horreenſis diplomatis innovatorem Æra Chriſtiana annum ſibi finxiſſe, qualem concipere potuit conſulendo Chronicon Reginonis, in quo Dagoberti initia referuntur ad imperium Conſtantis Junioris; reſtat, inquam, ut ſcrupulum removeam, quem facere poſſent anni Chriſtianæ Æræ, in omnibus Reginonis ſcriptis impreſſiſque exemplaribus, ad illius primum librum non minus quam ad poſteriorem notati, & initium Conſtantis, regnare exorſi poſt Conſtantinum patrem & avum Heraclium, componentes cum anno 576. Dico igitur iterum, quod in Diatriba Dagobertina pluribus dixit Henſchenius, ipſummet Reginonem in fine libri prioris profiteri, quod a* morte domini Caroli Martelli per Incarnationis Dominicæ annos tempora Principum & geſta declarare propoſuerit; ante illum, ſummatim demonſtrare contentus,

Reginonis annorum in libro 1. ſunt Chronici annorum Chriſti.

quo loco vel quid actum ſit ſub unoquoque Principe, D *id eſt, unoquoque Imperatorum Græcorum: quorum ſucceſſionem non curavit ad annos Chriſti reducere, quia hoc nuſquam ex voto ſuo factum inveniebat. Quamvis autem Regino, etiam in hoc ipſo quod ſolum ſibi primo libro propoſuit, erraverit graviter, Dagoberti primi initium componens cum initio illius Imperatoris, ſub quo regnare non cœpit, ſed deſiit: ſi tamen voluiſſet annos Chriſti adſcribere etiam priori libro, non puto eum tam enormiter fuiſſe exerraturum, ſicut exerravit is qui dictos annos præfato libro priori aptavit; adeo parum rei ſuæ attentus, ut ubi partem priorem finit Regino, & annum decimum Caroli Martelli nominat, ibi ſcripſerit annum Chriſti 653. Interim ipſe Regino librum poſteriorem notatis Chriſti annis exordiens, ſicut ſe facturum præmiſerat, Caroli Martelli obitum accidiſſe ſcribit anno Chriſti 741. quod cum prænotato anno x. componere nemo poteſt, niſi qui ſuſtinere vellet totis 95. annis Martellum regnaſſe. Quod tam grande* E *mendum abſit ut Reginoni imputet aliquis, auctori ſatis antiquo, mortuoque, ut ex epigraphe ſepulchrali liquet, anno 915. Obiit autem, a ſua Abbatia Prumienſi exul, in monaſterio S. Maximini prope Treviros, ubi non ita pridem repertum corpus, cum appoſito pedo Abbatiali fracto, ad ejus depoſitionem ſignificandam.*

AUCT. D. P.

ſed non per annos Chriſti, ſed de Imperiis.

82 *At, inquies, in ipſo Reginonis autographo, quod adhuc Prumiæ adſervatur atque oſtenditur, non tantum ſecundo, ſed etiam primo Chronicorum libro, anni Chriſtianæ Æræ adnotati inveniuntur. Vidimus etiam ipſi nos memoratum codicem, eumque autographum dici a monachis Prumienſibus audivimus patienter. Vidimus autem, quod dictus codex una perpetuaque manu deſcriptos haberet Francorum Annales, & Eginharti Commentarium de Vita Caroli Magni, ac demum ipſum Reginonis chronicon: eademque manu ad calcem libri ſcriptum legimus,* Anno Dominicæ Incarnationis 1084. ſcriptum eſt hoc volumen, ab Arnoldo Scholari, præcipiente Domno Wolframo, pio ac venerabili Abbate Prumienſis cœnobii. *Atque ita probatum manet, quod in Diatriba dixit Henſchenius; iſtam Reginonis corruptelam, per appoſitos Chriſti annos, ſatis eſſe antiquam: quod tamen non prohibet quo minus Horreenſis diplomatis innovator, etiam ſeculo 14. invenerit & conſuluerit aliquod exemplar Reginonis incorruptum. Si enim habuiſſet illud Chronicon, ſicut ipſum nunc habemus, vidiſſet initia Dagoberti ad annum ut diximus 580. relata, mortem vero ad annum circiter* F *620. & hoc ſequens, longe gravius erraviſſet in defectu, ſecundum annum Dagoberti cum anno 582. componendo; quam nunc erravit in exceſſu, eumdem annum ſecundum componens cum anno Chriſti 646.*

Atque Reginonis autographo oſtenditur liber, ſcriptus anno 1084.

83 *Porro ſi poſt hæc omnia pugnare aliquis pro Horreenſi diplomate pergat, non quidem ut originali, ſed tamquam indubitatam hiſtoriæ fidem faciente, velut quod verbotenus & fideliter ex originali tranſcriptum habeatur, dicatque, niſi id certo & irrefragabiliter conſtitiſſet & probatum fuiſſet, numquam ipſum fuiſſe a Philippo ejuſque Conſiliariis probandum vel innovandum: poterit is opinioni noſtræ magis credulus fieri, ſi examinet diplomata pleraque eorum quæ producuntur in libro Jodoci Coccii, cui titulus* Dagobertus Rex, Argentinenſis Epiſcopatus fundator. *Etenim in toto illo opuſculo nullum eſt genuinum Dagoberti cujuſcumque Regis diploma, ſicuti clare apparet ex iis quæ Henſchenius, parce quidem ac ſtricte, ſufficienter tamen clareque deduxit, in Diatriba Dagobertina, ut cognoſci adulterationes poſſint tabularum ex Argentinenſi aliiſque archiviis a Coccio productarum, fœdiſque anachroniſmis ſcatentium. Et tamen inter ibi citata & refutata diplomata nonnulla ſunt,* quæ cum aliis compluribus Rudigerus, Abbatum Weiſſenburgenſium poſtremus; anno 1505. exhibuit Maximiliano Auguſto

Alia ſimiles chartæ, in judicio aliquando productæ.

fidem ſæpe obtinentes.

ejuſ-

A ejuſque filio Philippo & frequentiſſimo Principum S.R.I. cœtui, jus dicenti contra Philippum Comitem Palatinum Rheni. *Ea autem ab ipſis recepta in judicio non improbo, imo, ſi confirmata innovataque indubitabili aliquo ſuccedentium Regum aut Imperatorum diplomate fuiſſe conſtiterit, omnino recipi debuiſſe contendo, quod attinet ad firmandam & non inquietandam fundorum poſſeſſionem. Sed quod ad hiſtoriam, nego ullam colinum eſſe auctoritatem, niſi quatenus cum rebus aliunde certis aut conſentiant aut certe non pugnant.*

AUCTORI, D. P.

ut & Epternacenſe Pippini Regis diploma

84 *Omnium inſtar in hoc genere (nam ſingula perſequi infinitum foret, & iſta Coccii ſatis delibata ſunt) Epternacenſe diploma ſit, cujus mentionem ſupra fecit Wilthemius, velut quod a Pippino Rege conditum oſtenditur, & ut tale legitur apud Miræum in Notitia Eccleſiarum Belgii cap. 20. Ipſum ſiquidem autographum (neſcio an Miræo viſum) in judicium productum fuiſſe plus vice ſimplici, etiam hoc eruditiori ſeculo, aſſeruit nobis prædictus Wilthemius:*
B *& tamen nec eſſe genuinum nec ſincerum teſtatus eſt ſupra. Quod ibi in tranſitu dictum, meretur paulo uberius explanari. Genuinum non eſſe, ſed pro originali ſuppoſitum, probat nominis monogramma, non ejus forma quam adhibebant prima aut ſecunda ſtirpis Reges in Francia vel Auſtraſia: ſed qua diu poſt uſi ſunt Henrici in Germania, quantum quidem ad lineas, in duplicis crucis formam decuſſatas, attinet; quantum vero ad litteras, erectos annexas lineis, Fridericianum monogramma in hoc Epternacenſi propius exprimitur. Fridericianum ſignum hujuſmodi ſupra propoſuimus: hic Epternacenſe ſignum accipe, una cum vero ſigno alterius Pippini, qui Regis Pippini pronepos Aquitaniæ regnum tenuit, & in poſteris ſuis alios Pippinos reliquit, omnes hoc fere monogrammate uſos, ſecundum Joannem Besly, in eo opere quod ſcripſit de priſcis Aquitaniæ Regibus.*

Signum fere habens Fridericianum



C

85 *Si Francorum Rex & Caroli Magni pater Pippinus quadratum nominis ſignum uſurpavit (de quo vehementer dubito, nullum quadrata forma Signum indubitabile inveniens ante Hludovicum Pium) nequaquam puto ambigi debere, quin illud poſtea uſurparint ejuſdem nominis pronepotes; ſin uſus eſt ſigno cruciformi (quod magis reor) multo longius receſſit ab iſtius Epternacenſis figmenti forma, prout ex ſupra deductis apparet. Interim ipſi, quam dixi, fictioni evidentius adhuc repugnat ſigillum cera impreſſum, cujus circumferentia inſcriptum fuiſſe* ✠ HENRICUS. DEI. GRATIA. III. REX. ROMANORUM. *etſi nunc legi non poſſit, extritis de induſtria litteris omnibus præter voces* DEI. GRATIA. REX; *evidens tamen eſt, ex imagine Regis, manu dextera liligeram ſceptrum, ſiniſtra globum cruce inſignem efferentis, qualem ex indubitati diplomatis ſigillo inciſum æri expreſſit Nicolaus Zylleſius parte 3. defenſionis San-Maximinianæ p. 36. Ita igitur Pippinianum iſtud non eſſe genuinum ſit evidens, neque dubito quin id judicaſſet Miræus, ſi ipſum autographum ita ſignatum ſigillatumque vidiſſet. Idem non eſſe ſincerum, ſed ad poſterioris temporis formam quoad verba mutatum, in eo quod inchoetur* in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, *& aliis forſan formulis, quodque habeat notam Æræ Chriſtianæ & Romanæ Indictionis, ex ſupradictis patet.*

86 *Nunc monendus mihi lector eſt, non tantum ideo hoc exemplum a me allatum, ut credibile faciam Philippi miniſtros, decipi potuiſſe in eo quod putarint Herrenſe diploma eſſe genuinum, aut ſaltem invariatum verbis Dagoberti primi inſtrumentum: ſed etiam ut retractem alibi a nobis conſtituta ex fide Pippiniani iſtius diplomatis, antequam adulteratum eſſe cognoviſſemus. Satis quidem Magiſter meus, in ipſa Dagobertina ſua Diatriba ingreſſu, docuerat, quod* Epocha annorum ab ortu Chriſti ſerius ad ordinandam chronologiam adhibita *ſit, &* priſcis hiſtoricis *atque* diplomatis inſcienter a poſteris inſerta; *quodque ab iiſdem a principio abfuerint anni Pontificum, Imperatorum externorum, atque Indictionum; & hoc ſciebat per totam Regum Francorum primæ ſtirpis ſeriem debere animadverti, ſuſpectaque habenda omnia, quibus alii quam anni ipſorum Regum notarentur adſcripti: non tamen habebat præciſe definitum, quandonam anni Chriſti & Indictionum cœpiſſent uſurpari in regiis diplomatis. Itaque cum ex una parte videret initium Pippini Regis ab antiquioribus ſeculi 9. chronicis referri ad annum Chriſti 750. ex altera autem parte conſentiret cum iis prævallegatum ex Miræo diploma; tanto minus de veritate illius chronotaxis dubitabat, quanto putabat ſe certiorem eſſe de ſinceritate & antiquitate chartæ originalis. Certum autem ſe putabat: quia fide publica adſcriptum erat apographo ad ipſum miſſo, quod cum originali erat* collationata copia, & veriſona reperta de verbo ad verbum & de litteris ad litteras, per Concilii regiæ Majeſtatis Luxemburgenſis Prographeum V. Strongh. *Ab eo etiam qui collationem faciendam curarat, quique putabatur abſque ſufficienti regiorum monogrammatum notitia non fuiſſe judicaturus de Pippiniano, ſcriptum erat Luxemburgo, ſubjectum originali chartæ videri* ſignum Pippini, litteris, nomen ejus more illius ævi continentibus, efformatum. *Nunc autem per ocularem experientiam cognita fundamenti primarii falſitate, & chronicis quantumvis antiquis certam chronologiæ fidem pro Pippino non facientibus; idem Henſchenius cœpit formidare, ne falſus eſſet, annum primum Pippini Regis cum anno Chriſtianæ Æræ 750. conjungendo, & multo magis, exiſtimando quod ſub eodem Pippino factum eſſet initium annorum Chriſti in regiis diplomatis ſignandorum. Ego vero, qui in Exegeſi Dagobertina ante Tom. 3. Martii ex una quidem parte perſuaſus, propter Epternacenſe diploma, ipſummet Pippinum primum ſui regni annum numeraviſſe 750. ex altera autem certus mihi videbar, ſcriptores coævos primum illius annum ſignaviſſe 752. exiſtimavi unicum hujus contradictionis tollendæ medium eſſe tenendum, quo Pippinus quidem diceretur regni ſui annos cœpiſſe numerare a tempore ſuæ electionis per Francos factæ; alios autem ſcriptores a primo poſt unctionem ejus anno: quod nunc minime neceſſarium arbitramur, putamuſque nihil obeſſe, quo minus Pippini electio per Francorum Principes, approbatio per Romanum Pontificem, & unctio per Epiſcopos Galliarum, facta ſint uno eodemque anno 751. quem annum ſequens annus 752. ab ipſomet Pippino & ab omnibus aliis fuerit communiter appellatus primus annus Regni, neque habendam cenſemus rationem chronicorum in quibus citius Pippini regnum inchoatur, utpote diu poſt ſcriptorum.*

D

quod non ſcientes, erravimus in conſtituenda Pippini R. Epocha,

E

una in anno 750

altera in anno 752.

F

87 *Quomodo autem Epternacenſis illa charta, Pippini Regis nomen prætendens, aliquando nobis impoſuit; ita & aliud ſub nomine Dagoberti, apud Marquardum Freherum inter Lupodunenſia monumenta, viſum aliquando eſt omnem fidem mereri, quod diceretur a Carolo Magno atque Ottone Imperatore aliiſque confirmatum, & cum Chronologia Dagobertina optime conveniret; utpote quod anno 6. regni ſignatum Moguntiæ pro Wormacienſi eccleſia, continebat donationem eidem factam immunitateſque conceſſas, ex conſilio Procerum* Pippini, qui erat Major-domus, Arnolfi Metenſis Epiſcopi, & Chuniberti Colonienſis Archiepiſcopi: *qui tunc ſimul florebant. Nunc vero ſingulis penitus inſpectis, deprehendimus tam ipſam Dagoberto imputatam chartam, quam confirmationes attributas*

Simili errore approbavimus chartam Dagoberti de Landemburgo eccleſiæ Wormat. donatam

Care-

A *Carolo Ludovico atque Hlothario, nec originales nec ſaltem ſincere deſcriptas haberi. Nam primo Ludovici atque Lotharii commune diploma, annum Chriſti* 829. *adſcriptum habet, præter eorum morem, ut apparet in alia eorumdem ſinceriori charta apud Labbaeum in libro de Cancellariis pag.* 97. data Idibus Auguſti anno Chriſto propitio 17. Imperii Domni Ludovici Sereniſſimi Imperatoris & Lotharii Auguſti VIII. *In Carolino vero pro* Lupoduno (*quod Caroli ac filiorum ævo*, Lobodunum, *compoſite autem ſimulque contracte vulgariter* Lobdeoburg *dicebatur*) *ſcribitur* Laudenburg, *ex uſu poſterioris longe temporis, ex quo nunc etiam* Ladenburg *perſeverat; ipſumque vocatur* civitas, *& dicitur a Dagoberto Wormacienſi eccleſia tradita. Neque tamen in genere tradita dicitur* cum omnibus rebus ad illam pertinentibus; *ſed ſpecificando per* hoc eſt, *idem Dagobertus nominaſſe fingitur*, ædificia, mancipia, vineas, terras, cultas & incultas, agros, prata, campos, omne ſilvaticum in ſilvis otten-

Margin: ut conſtomorem a Carolo M. & ſucceſſoribus.

B walc, cum omni utenſilitate in omni pago Laudenburgenſi, in undique, in ioitaha, in paſcuis, in materiaminibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, quæſitis & inquirendis; item theloneum, mercatum, & quidquid ad fiſcum pertinebat, excepto ſtipe & comitatu: *quodque ipſe Dagobertus* ex integro ea omnia conceſſit & ſub integra emunitate (*forte* immunitate) omnia ad eamdem baſilicam pertinentia ſua præceptione confirmavit; *uti hæc ipſa leguntur in eo quod Dagoberto attribuitur privilegio.*

88 *Verum non modo his multa occurrunt voces alienæ ab ævo Dagobertino; ſed etiam tam minuta appendiciarum omnium enumeratio alieniſſima eſt a tanta antiquitate. Ipſum denique quod prætenditur Dagobertinum, totum in numero plurali decurrens, præter veram ejus ævi ſtylum, ut diximus, multa etiam peccat in modo ſubſignationis, quæ eſt* Dagobertus Rex Francorum. Godefridus recognovit, datum ſub die 15. Kalendas Octobris, anno regni noſtri 6. Actum Moguntiæ palatio noſtro, feliciter ſatis, *quæ ſingula dignabitur expendere lector, & cum genuino San-maximiniano conferre. Credo interim quod, cum vere* Richovicus, ſanctæ Wangionenſis eccleſiæ Epiſcopus, detuliſſet præceptum Domini & Genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ ſimul & avi noſtri Pippini Regis (*ut loquuntur in ſuo, licet interpolato, diplomate Ludovicus & Lotharius*) in quo continebatur, quod & ipſi

Margin: quod omnes improbamus.

C & prædeceſſores eorum, Reges videlicet Francorum Dagobertus, Sigebertus & Hilpericus conceſſiſſent, ut quenticumque negotiatores vel artifices ſeu friſiones apud Wangionem civitatem deveniſſent, omne theoloneum (undecumque fiſcus theoloneum & in prædicta civitate & in caſtellis Lobdenburg & Wimpina exigere poterat) ad integrum per eorum auctoritates eidem eccleſiæ conceſſiſſent. *Credo, inquam, quod cum hujuſmodi diploma confirmatorium haberetur, ſimulque diceretur eccleſia illa, ex Dagoberti donatione, civitatem* Laudemburg, *olim* Lobdenburg *caſtellum, cum toto* Lobodonowa *ſeu agro circumjecto poſſidere; ſumpta fuerit occaſio Dagobertinum iſtud Carolinumque fingendi, ad ſupplendam veterum inſtrumentorum jacturam; idque cum antiqui ſtyli incuria ea, ut pro* Dagoberto *&* Chunoberto *ſive* Humberto, *irrepſerit* Dagobertus *&* Humbertus. *Quidni vero hæc ſic conſcripta Ottoni & ſucceſſoribus afferri potuerint, ab iiſque confirmari?*

D

Margin: AUCT. D. P.

CAPUT VII.

Ad eumdem modum examinantur & reſiciuntur Chartæ quædam Lobienſes & Cameracenſes.

89 *Hactenus dicta ne poſſint a quoquam revocari in dubium, objectis variorum monaſteriorum chartis, quarum exempla libris impreſſis inſerta paſſim in oculos manuſque incurrunt; viſum eſt, ad pleniorem lectorum inſtructionem, per varias regiones diſcurrere, & examinare imputata Regibus primæ ſtirpis diplomata adhuc aliqua. Vitiis autem ſuis & ſubjectorum monogrammatum abſurditate, notabilia imprimis videntur ea, quæ poſt Sanctorum Lobienſium Vitas, in Chronico monaſterii jam dicti Gallice conſcripto, habet Ægidius Wandaus. Etenim vir ille bonus, nihil de eorum originaria & authentica fide dubitans, ad certiorem probationem, Dagoberti atque Pippini monogrammata commentitia exlanda curavit, quorum hæc eſt forma.*

Margin: Lobienſes chartæ.

E

Margin: præter fictitia Dagoberti & Pippini ſigna.



Ex his Dagobertinum monogramma factum eſt ad ejus ſimilitudinem, quo uſus eſt Caroli Magni filius Ludovicus Pius: Pippinianum myſteriis plenum eſt, quorum rationem requirere, idem eſſet, quod ab ægro capite ſomniorum ſuorum exigere connexionem.

90 *In primo notabilia ſunt hæc verba*, Quare ego Dagobertus Rex Auſtraſiorum, pro anima Lotharii piiſſimi Regis patris mei, qui quadraginta quinque annis regnavit in Francia, perſuaſione & monitis ſalutaribus viri venerabilis Autberti Cameracenſis Epiſcopi inductus, concedo & dono Landelino Mauroſo, ex prædone converſo, prædium meum in Fania &c. *Notabilis etiam ſubſignatio, quæ, poſt* Signum Domini Dagoberti Regis Auſtraſiorum, *ſequuntur ſigna duorum teſtium, ſic*

Margin: contra ſtylum, & hiſtoriam

S. Arnulphi Metenſis) Seniorum Palatii.
S. Pippini Neuſtrienſis)

F

ac denique S. Anſonis Cancellarii, vice Cuelberti Archicancellarii recognovi. Data Cameraci 16. Kal. Maji, anno Dominicæ Incarnationis 640. Indict. 13. *Anni Chriſti & Indictionis conveniunt: & ſalva putantur omnia: interim omittitur annus Regni, qui tamen præ omnibus aliis temporis notis, aut unice aut ſaltem præcipue, debuerat exprimi. S. Sigebertus, Dagoberti iſtius filius, & nepos ejuſdem Dagobertus II.* Francorum *ſe Reges abſolute ſcribebant, quamvis in ſola imperitarent Auſtraſia: & totius Francici imperii Monarcha, jam inde ab anno* 629. *minori titulo, qualem uſurpaſſe nemo ſcitur, contentus fuerit?* Clotharium *non* Lotharium *ſcripſiſſet antiquitas: neque quot annis rexerit addendum erat, niſi ineptus ſcriptor in Chronicis verſatum ſe indicare voluiſſet. An jam tum Epiſcopus fuerit Autbertus vehementer ambigimus: fuit enim uſque ad annum* 676. *ſuperſtes: ſed non dubitamus quin S. Landelini converſio ad annos multo poſt ſecutos ſpectet, ſi puerum (ut in Vita dicitur) de ſacro fonte ſuſcepit idem ſanctus Antiſtes. Quam autem incongruum eſt, ſancto Abbati cognomentum addi, quod ei datum a ſociis prædonibus fuerat; aut perdita quondam vita tali loco ac ſcripto mentionem inſeri? S. Arnulphus, non tantum aula ſed & Epiſcopatu relicto, ante annos fere decem ad eremum abiens, ibidem uſque ad mortem remanſerat. S. Pipinus, qui novo vocabulo* Neuſtrienſis *hic dicitur, &*

Margin: multiplicitur peccant

novo

AUCT. D.P.

novo titulo Senior Palatii, *in Auſtraſia natus, in eadem fere exercuit dominatum ſub Dagoberto patre ac Sigeberte filia, cum titulo* Majoris-domus. *Cetera diſſimulo.*

91 *Huic porro Dagobertino figmento prorſus ſimilis ſubtexitur confirmatio, & ipſi S. Auberto tribuitur, cum iiſdem de Lothario & Landelino ineptiis, atque concluditur:* Actum Caſtri locu, anno Dominicæ Incarnationis 642. Indictione 15. regni Domini Dagoberti inclyti Regis tertio decimo, Sigeberti filii ejus quarto. *Atqui Dagobertus I. jam inde ab anno 622. cœperat Auſtraſiis imperare, Neuſtriis vero & Burgundis poſt obitum patris anno 628. Sigebertus quoque illius filius, Auſtraſiis Rex a patre eſt datus anno 631. ut proinde undecimus ejus annus, non quartus fuerit numerandus. Fabuloſa igitur hæc ſunt omnia, niſi quatenus hauſta videntur* ex perantiquis membranacum pitaciulis, *quas ſuo tempore, id eſt ſeculo* x. in eccleſiæ *Lobienſis* Archivis *extitiſſe, teſtatur Fulcuinus Abbas in Chronico ſui monaſterii. Equidem exiſtimo in his fragmentum fuiſſe aliquod, Regum Dagoberti ac Sigeberti nomina continens: quos imperitè chronologi eos rati, qui ſoli in chronicis notabantur; ad annos ipſis aſſignatos conati ſunt ſuum figmentum aptare. Dagoberto II. æque ac* 1. *fuiſſe filium Sigebertum regni conſortem, eſt in Exegeſi Dagobertina num. 25. probatum: quare ſi alicujus Dagoberti liberalitate, quam Autbertus Epiſcopus confirmarit, crevit Lobienſe monaſterium; nihil dubitare poſſum quin ea laus, æque ac multa alia, a ſecundo ad Primum tranſlata fuerit per meram verioris hiſtoriæ ignorantiam: cui deinde præſumpſerunt figmenta ſua diplomataque inædificare Lobienſes monachi, fortaſſis poſt ſcriptum Fulcuini chronicon: qui; ob prænotatam cauſam graviter in chronologia aberrans, fundationis anticipando tempora; aliis quoque poſt ſe dedit exerrandi occaſionem, tum in iſtis, tum in aliis ſimili temeritate fabricatis Pipini regis diplomatis.*

92 *Ad eorum ſuppoſitionem commonſtrandam (ut de ſtylo nihil dicam, deque monogrammate jam rejecto) vel ſola ſufficiunt ſubſcriptiones, quarum prima eſt talis:*

Signum Domini Pipini Senioris.
Signum Hydulphi, Ducis Lotharingiæ.
Signum Philippici, Ducis Metenſis.

Ego Aſdolgus Cancellarius, ad vicem Rhuotperti Archicapellani recognovi & ſubſcripſi. Data Lephtinis decimo ſeptimo Kal. Decembris. Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo primo, indictione quarta, contrito Theodorico Rege ſuperbo feliciter, conceſſionis hujus eodem anno. *Alterius charta eſt ſubſcriptio.*

Signum Pipini Regis invictiſſimi ✠

Ego Adelgus Cancellarius ad vicem Ruothperti Archicapellani recognovi & ſubſcripſi. Data decimo ſeptimo Kalendas Decembris Leſtinis, anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo.

93 *Nolo quærere quomodo unus idemque Cancellarius nomen ſuum ita difformiter ſcripſerit, nunc* Aſdolgus *deinde* Adelgus; *utrumque enim barbarum eſt, & videtur pro* Adelgis *vel* Adelgiſus; *quod vere Teutonicum, excidiſſe figulo hujus ſubſignationis, antiquitatis ſpeciem affectante. Non quæro item quis ſit;* Ruothpertus (*Rubertum vocaſſent Moſellani*) *nuſquam alibi notus. Invenio enim apud Wandanum veriora diplomata duo, Conradi Regis & Ottonis II. quorum alterum* Aſdelgus Cancellarius, ad vicem Theotmaci Capellani; *alterum* Vullrgis Cancellarius, ad vicem Ruothperti Archicapellani recognovit: *neque ambigo quin utrimque mutuatus ſit aliquid priorum compilator. Ex uſu etiam multo recentiori nunc* Lephtinæ, *deinde* Leſtinæ *ſcribuntur, quas Fulcuinus, qui originalia vidiſſe potuit,* Liptinas *vocat, fiſcum tunc regium, quomodo etiam nominata inveniuntur in canonibus Synodi ibidem anno 743. celebratæ. Non interrogo quis unquam victoria ſua, quantumvis magna, uſus ſit pro nota temporis inter Francos, uti hic inepte facere Pippinus fingitur, qui non tam contra Theodericum Regem ſuum, quam contra Ducem ejus Bertharium rebellare profitebatur; ſicut etiam noſtra memoria Franci, arma ferentes ſæpius contra partem regiam, ipſius Regis obſequium, libertatem, & ſalutem ſemper prætexuerunt. Mitto hæc & alia ſimilia quærere, ſolum indicabo quædam, ubi manifeſte contra iſtius temporis hiſtoriam peccavit diplomatum prænotatorum auctor.*

94 *Primum igitur Pippinum Herſtallium (quo ſe pro Majori-domus gerente uſque ad annum mortis ejus id eſt 714. nunquam defuere Francis legitimi Reges) Pippinum inquam Herſtallium dico, neque Regem unquam indigetaſſe ſe aut a ſcriptoribus coævis ſic eſſe vocitatum; neque (quod ſolius Regis erat) Cancellarium vice Archicapellani recognitorem ſuis chartis unquam adhibuiſſe. Etenim quamvis, poſt victum cum ſuo Theoderico Bertharium anno Christi 691.* totius regni gubernacula Theſauroſque regios & univerſi exercitus dominationem propriæ facultatis jure diſponenda ſuſceperit, *ut loquitur Metenſe Chronicon:* tamen, *ne tyrannidem videretur* exercere, nomen Regis Theoderico ejuſque ſucceſſoribus, inæſtimabili pietate reſervavit: *& in commutatione, per ipſum ejuſque uxorem facta anno Christi 705. (quæ tam alibi tum in Diatriba Dagobertina pag. 559. legi poteſt) ſolum vocatur* Vir illuſter, *ipſaque charta ſic conſignatur:* Facta hæc commutatio ſub die 13. Kal. Febr. anno 7. regni Domni noſtri Childeberti Regis. Ego Hardricus, jubente Domno Pippino ejuſque illuſtri matrona Plectrude, hanc chartam ſcripſi & ſubſcripſi. *Fateor tamen ſeculi x. ſcriptores Regis titulo Pippinum illum inſigniviſſe: unde ad calcem libri, de Vitis SS. Wenceslai & Adalberti Martyrum ſcripti ſub Otthone II. & cum capite S. Adelberti Aquiſgranum tranſmiſſi ab Otthone III. eadem cum cæteris manu hæc addita legimus:* De Pipino Comite Palatino & Iduberga, natæ ſunt B. Gertrudis & B. Begga. De Anſigiſo & B. Begga natus eſt Pippinus Rex. De Pippino & Alpaida adultera, ſorore Dodonis, injuriam ferente Plectrude Regina, natus eſt Karolus Martellus. De Karolo Martello natus eſt Pippinus Puſillus, pater Karoli Magni.

95 *Atque hic rurſum inculco, quod alibi fuſius demonſtratum, eumdem Pippinum, etſi aliquando adamarit Alpaidem, pro alia uxore, id eſt,* concubina (*promiſcue enim has duas voces uſurpant ſcriptores*) *numquam tamen a Plectrudis conſortio conjugioque fuiſſe ſejunctum; idque etiam in prædicto Codice Aquiſgranenſi eleganter expreſſum videri poteſt per hæc verba,* injuriam ferente, *id eſt,* diſſimulante Plectrude. *Pro hac interim, & marito vivente, & ipſo etiam mortuo per unum alterumve annum; adhuc rerum Domina, atque procul habito Martello, ſibi ob memoriam injuriæ inviſo, rempublicam gubernante una cum Theobaldo puero, titulum gerente Majoris domus, qui erat ſuus ex Grimoaldo filio nepos: pro Plectrude, inquam ſupponitur in ſecunda Lobienſi charta, neſcio qua aut unde accepta,* Brunihelda. *Quod audaciſſimi interpolatoris erratum excuſare nitens vir nimium bonus ac ſimplex Wandaus, ita ſcripſit in margine:* Uxor Pippini videtur fuiſſe binominis: alias enim vocabatur Plectrudis, vel cognominabatur Brunihelda. *Quid eſt omnem antiquitatem ſus deque vertere, ſi hoc non eſt? aut quid in re hiſtorica intelligis, qui tales excuſationes valituras exiſtimas?*

96 *Paris ignorantiæ fuit* S. Hydulphum (*ita enim nunc nominant Lobienſes: at Folcuinus ex ſinceris monumentis & ejus omnes antiqua vita,* Hildulfum) *inducere priori diplomatè ſubſcribentem cum titulo* Ducis Lotharingiæ; *annis utique 160. citius, quam Lotharius, Lotharii Imperatoris filius, ditiones eas obtinuit, quæ ab ipſo tunc dici cœpere* Lother-ryk *id eſt* Lotharii regnum,

& in-

A *& incola verum* Lother-lingi *atque contractius* Lothringi, *unde* Lotharingiæ *nomen ſequior ætas formavit. Fulcuinus ait, quod Hildulphus fuit* unus de principibus regni majoribus, *quibus, ex officio quod gerebant, aliquando Ducum Ducis titulum non ignoramus; ſed quod titulus Ducatus regionibus certis adſtrictus ac proprius fuerit, omnino negamus. Etenim hoc ad Vitam S. Pippini 21. Februarii ſatis oſtendimus, conſentientque eruditi omnes; quidquid anonymus quidam tenebrio, ſe* Verdecum-Belgicum Pupilli Advocatum *indigetare auſus, nuper obganniit, in* Vindiciis Ducum Brabantiæ, *Pippinus præfectum primi,* dicti a Landis. D AUCT. D. P.

97 *Cum hic libellus in manus Altwardri Wilthemii noſtri devenisset, de eo nedum nobis viſa ſic ſcripſit:* Cœpi legere, ſed brevi eum indignatione abjeci tam magnas nugas. Vult per fas & nefas Ducatus fuiſſe hereditarios diu ante Reges Francorum ſecundæ ſtirpis. Excitat Brabones, commovet equum Trojanum, & ejuſmodi fabulas: cumque ſit tantus nugator, audet in vos inſurgere pag. 143. tamquam RIDICULOS ET EXPLODENDOS, qui antiquitati toti, proprio cerebro, nullo auctore adducto reſiſtere audeatis, argumentis tam debilibus & infirmis, ut docti alicujus calamum non mereantur. Dicite illi quæſo, quod corvus veſter dicebat pueris Aloſtanis, Ad ſcholas; Ad ſcholas. *Sed præter meritum ſuum digniorem nactus magiſtrum eſt I. B. de Vaddere, Presbyterum Anderlacenſem, vere polyhiſtorem magnæque lectionis ac judicii virum, qui in* Reſponſione Præcurſoria, tacitus plenior de vera origine Ducatus ac Ducum Brabantiæ mox ſecuturo præmiſſe, *Brabantica antiquitati, fabulis obſcuratæ, facem extulit; irriſorem autem noſtrum ſic agitavit, ut ſuccedente in riſus locum facti pœnitentia & pudore, ſui libelli exemplaria, quæcunque apud Typographum reſtabant, flammis aut tenebris damnarit æternis, ut in eo, qui ſeipſe damnavit refutando neque nobis nec alteri cuiquam ſit amplius laborandum. Non erat tamen æquum, occaſione oblata, reticere a nobis doctiſſimi viri meritum, & pro noſtra qualicumque doctrina zelum; quatenus tali quoque admonitu ſperetur, quod ſperari jubet libelli Cenſor eccleſiaſticus, ſcilicet præſtiturum* Brabanto Auctorem, ne ulterius domi ſit peregrinus, ſuorumque Principum originem quærat in Trojæ cineribus & fictis nominibus. *De Philippico Duce Metenſi quid dicam? Meuriſſius in Hiſtoria Epiſcoporum Metenſium, pag. 140. originem Metenſium Comitum ac poſtea Ducum uſque in ipſis requirens fabulis, eumdem prorſus ignoravit; primumque poſuit Petrum, Hydulphi filium, patrem Hervæi, qui titulum iſtum (ſi vel hoc credere libet) acceperit ſub Abbone Epiſcopo 33. adeoque poſt annum 703. Viderit Waudaus quid de hoc ſentiat: nobis certum eſt, quod talia nec credere chartis, in quarum contextu (ne ſolius ſubſcriptionis vitia eſſe putes) nominatur* Hydulphus Dux; *& quidem in ſecunda,* Dux Lotharingiæ.

Quod non magis ſolo quam Pippinus Dux Brabantiæ;

B

& Philippicum Ducem Metenſem;

98 *Venio ad annum datorum diplomatum. Legerat in antiquis pittaciolis eorumdem innovator aliquid ſimile hiſce verbis (nam ipſamet verba ſic legiſſe non exiſtimo)* Ego quidem Pippinus Senior, eo favore & deſiderio ductus, maxime quia de Rege ſuperbo Theoderico per gratiam Dei cum victoria ſum liberatus, monaſterio religioſiſſimi viri & eximii Prædecetoris Urſmari Pontificis, quod eſt in Laubias ſuper Sambram fluvium, concedo & dono &c. *legerat, inquam his verbis ſimile quidpiam; ſique ad Chronicon Sigeberti convertens, in eodem reperit, quod anno 691.* Theodoricus Rex cum Berthario vincitur & a Pippino capitur. *Ergo jam omnibus tenere ſe credidit verum donationis factæ annum: neque advertit, a jam dicto Sigeberto ſolum anno 698. dici S. Urſmarum in Lobienſis cœnobii poſſeſſionem inductum, uti ad ejus Vitam 18. Aprilis dicitur. Non etiam advertit Fulcuinum, Abbatem Lobienſem, Sigeberto ſeniorem, cap. 4. Chronici Lobienſis de Urſmaro ſcribere, quod in exordio regiminis* ſui eccleſiam, quæ ante id temporis erat inconſecrata, conſecravit; *atque mox addere:* Facta eſt autem hæc dedicatio anno qui eſt ſexcenteſimus nonageſimus ſeptimus Dominicæ Incarnationis; decimo ſeptimo Kal. Septembris. *Jam cur nomina terminorum, quibus donata monaſterio Lobienſi poſſeſſiones continentur, maluerit ſui ævi forma exprimere hujus diplomatis fabricator, deſignando* locum qui dicitur Ralhiers, & nemus totum quod dicitur Eumont, *aliaque ejuſmodi, evitatis interim barbariſmis, quibus Pippiniani ævi diplomata ſcatebant, ipſe viderit. Suſpicor cavere voluiſſe ne eſſet contemptoi riſuique barbaries, nec ſatis nota ipſa loca, quorum vel tantillum videretur mutata appellatio, ſi ſtylo Pippiniano (qualem in prællegata Pippini atque Plectrudis chartula eſt videre) ſcripſiſſet* locum nuncupante Relheias & totam ſilvam nuncupante Eudonis-Mons. *Eadem ſtyli novitas, maxime in deſignandis limitibus locorumque appellationibus, etiam in Herrenſi invenietur diplomate, quod tamen circa hoc voluimus operoſius examinandum ſuſcipere.*

quodque addatur anno 691. ex Sigeberto male intellecto

& ſtylus multo ſe recentior,

E

99 *Hactenus hæc deduxeram, quando in manus meas venit Hiſtoria Cameraci & Cameraceſii, ante hos decem annos Gallice excuſa Lugduni Batavorum, auctore Joanne le Carpentier; cujus pars quarta, continens ipſius Hiſtoriæ Probationes, initium ſumit a duobus diplomatis, ſub nomine* Dagoberti Auſtraſiorum Regis & Pipini Senioris *compoſitis, eo verborum contextu eoque ſtylo, ut ſi non fuerit idem utrobique fabricator horum ac Lobienſium diplomatum, dubites, utra prius conſicta alteris confingendis exemplum & formulas ſubminiſtrarint. Dagobertinum utrobique incipit* In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Amen: *quod ſolum eſt ex ſtylo antiquo. Sequitur utrobique exordium, pompaticum ſatis, neque ex uſu veteris ævi: in Lobienſi quidem tale* Regiæ majeſtatis excellentiam lacere non convenit, quod unus eſt & ſolus & ſempiternus Rex regum & Dominus dominantium, a quo etiam omnis poteſtas & ſuit & erit in ævum; cujus & eſt totum quod ſumus & eſſe poſſumus, vivimus & movemur; cui pro viribus ab eo præſtitis adſtare debemus, & unicæ ſponſæ ſuæ ſacroſanctæ Eccleſiæ cultum & decorem ſpeciali devotione (quo magis efferimur) quantum in nobis eſt regali munificentia ampliare. Quare ego Dagobertus &c. *Cameracenſe ſic orditur* Ammonente ac docente Filio Dei, Date eleemoſynam & ecce omnia munda ſunt vobis. Idcirco ego Dagobertus &c. *proſequuntur deinde utraque verbis ſupra notatis cum hoc ſolum diſcrimine, quod illic dicitur* Pro anima Lotharii piiſſimi Regis, patris mei: *hic vero,* Pro animæ patris mei kariſſimi, Lotharii Francorum Regis Auguſtiſſimi; *& ad titulum* Venerabilis, *qui ſolus ibi datur* Auberto, *hic* Aoberto, *additur* & conſanguinei mei. *Tum exprimuntur ſiſti duo conceſſi Fratribus oratorii Sanctæ Mariæ, ſicut ibi conceſſi Landelino: ſed dum illic ſolum dicitur* cum omni territorio ſuo, *hic expreſſius ad ſtylum antiquum legitur* cum omnibus ſuis appendiciis: *mox autem ſe prodit affectatus antiquarius, quando addit,* id eſt, utriuſque ſexus ſlevis & mancipiis, villis, terris, ſilvis, pratis, aquis aquarumque decurſibus &c. *dantur etiam eadem forma eccleſiæ* S. Petri Cameracenſis, in quæ ſanctiſſimus Pater Vedaſtus Canonicos conſtituit, *villæ duæ. Sed vellem certiorem auctorem aliam, qui Canonicorum nomen S. Vedaſti ætate, vel etiam Dagoberti primi ævo uſurparit. Et hæc omnia* approbantibus, *qui ſupra, Principibus & Senioribus, ſignant eodem quo ſupra modo ac verbis iidem Rex, Seniores, Cancellarius; anno quoque* D. I. eodem, ſed 17. Kal. Maii, *pro* 16. *&* Indict. 14. *pro* 13. *qui novus eſt error.*

His prorſus ſimilia ſunt Cameracenſia duo.

F

ſub nomine Dagoberti Regis

100 *Magis adhuc conveniunt Pippino imputata diplomata, ſic enim incipiunt utraque.* In nomine ſanctæ & indi-

& Pippini Principis;

A individuæ Trinitatis. Amen. Univerſalis mater & virgo ſingularis Chriſtique ſponſa Eccleſia catholica, ſecunda caſtitatis prærogativa promeruit, quod devotum ſuis utilitatibus inclinemus aſſenſum; præſertim ſacroſanctæ religionis tranquillitatem & quietem cura vigili providentes, quo liberius divinæ contemplationi & orationi pro noſtra ſalute & regni ſtabilitate vacando; poſſit ad Deum intereſſe; quatenus inimicis Chriſtianæ fidei eliminatis, tota ſui corporis incolumitate, ſub noſtro ſudore, regnum vigeat & creſcat, & hoſtilis ubique curioſitas ſe ſentiat ſubjugatam. Ego quidem Pipinus Senior, eo favore & * deſiderio ductus, maxime quia de Rege ſuperbo Theodorico per gratiam * Dei cum victoria ſum liberatus. *Exprimuntur deinde vel monaſterio Lobienſi vel eccleſiæ S. Petri donata: & eadem quæ ſupra ſubſignationes Pipini, Hidulphi, Philippici; ac denique in Cameracenſi charta*, Ego Aſdolgus Cancellarius recognovi. Data Kambraci an. I. V. ſexcent. nonages.

Auct. D. P.

** Camerac. Animo*

** ibid. Omnipotentis*

B primo, Ind. 2. Principatus noſtri anno quinto. *Nunquam Pippinus ſcripſit* Kambracum, *nec annos* Incarnati Verbi, *aut Indictionis: & hac pro tali anno, non 2. ſed 4. notari debuerat; ut vero eam notaſſet ille, numeris uſus eſſet Romanis, non autem Arabicis cyfris, tunc adhuc noſtræ Europæ ignotis; ut de anno Principatus nihil dicam, per ſummam inſolentiam hic appicto.*

Item Amandinum de fundo Elnonenſi per Dagobertū datū,

101 *Quomodo autem Lobienſia ac Cameracenſia iſta nullius quoad hiſtoriam fidei eſſe oſtendi; ſic etiam de infinitis aliis poſſem facere, ſi vellem hunc tractatum in volumen magnum extendere. Retinet tamen adhuc me Dagoberti I. titulus & ſtylus, in San-Maximiniano lectus probatusque diplomate; jubetque examinare aliud ſub nomine ejuſdem Regis diploma, continens donationem S. Amando factam de fundo Elnonenſi, qui nunc S. Amandi monaſterium dicitur. Habent iſtius monaſterii aſceta ex originaria charta fideliter tranſcriptum Regis Childerico, adhuc pueri, & Regina Immichildis amita ejus, pariter in Auſtraſia regnantium, diploma de fundo Bariſiaco: utinam æque fidele haberent, de ipſo fundo Elnonenſi! Nunc ſolum ſupereſt Dagobertino tempori, cujus notam præfert, parum conveniens, quale a nobis eſt ex Myræo productum an. 16. Commentarii prævii ad Vitam S. Amandi 6. Februarii. De ſubſtantia non diſputo: quia de donatione & donationis auctore non dubito; vehementer tamen vereor, ne contextus, non*

C *tam innovatus ſit, quam totus novus; prout ei qui deſcripſit congruum videbatur ejuſmodi donationem ſcribi & ſecuritatibus ac privilegiis additis muniri.*

ab illius ævi forma, principio & fine,

102 *De initio & fine nullus qui hac legerit ambiget, quin ſint ab iſto ævo aliena. Incipit illud:* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti: *quod novi ſeculi ſaporem habet. Tum ſequitur:* Dagobertus divina ordinante Clementia Rex, *quomodo fere Horreenſis diplomatis auctori ſcribere placuit. Sed nec bene formulam primæ ſtirpis Regibus uſitatam fuiſſe probaverit aliquis, ſimpliciter* Dei gratia Rex *notabatur circa oram ſigilli regii: neque in phraſi variatum quidquam ante Reges Carolingos. Verus Dagobertus San-maximinianam chartam ſic concludit:* Et ut iſtius cartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, deſcribi eam præcepi, & noſtro ſigillo inde eam firmavi. *Ita in ſingulari omnes primæ ſtirpis Reges locuti inveniuntur uſque ad Dagoberti magni nepotes, in iis quæ quidem incorrupta ſunt diplomatis. Aſt in Amandino diplomate, hæc fingitur concluſio:* Et ut hæc regalis auctoritas firma ac inconvulſa perpetuo perſeveret, præſens præceptum manu propria ſubterfirmavimus, & annuli noſtri impreſſione firmavimus. *Tum, ne tempus ignoretur, additur;* Datum Kalendis Maji, Indictione 11. anno 11. regni Domini Dagoberti. Actum Pariſiis civitate feliciter. Amen. *Et hic præter normam antiquitatis multipliciter peccatur: omittitur enim propria manus ſubſcriptio, quæ promittebatur: & ubi Dagobertus aliquo ultra Carolum Magnum*

vocibusque annalis differens.

D *ſcripſiſſent anno regni noſtri, hic Notarius loquitur more eorum qui poſt Carolum ſcripſere diplomata, & quidem addito nomine,* Domini, *ex uſu ævi poſterioris. Denique* Gerardus Notarius ad vicem Dadonis Cancellarii recognovit; *quæ formula numquam fuit primæ ſtirpi regiæ uſurpata, nec facile eſt dicere quandonam in iſtis præciſis terminis cœperit in ſecunda. Notarios enim aliorum vice invenio ſubſcripſiſſe, etiam ſub Ludovico Pio; ſed eorum nominibus, quorum vice ſubſcribebant, additum titulum Cancellarii, non reperio, quamvis dubium non ſit Cancellarios vel Archicapellanos aut potius Epiſcopos fuiſſe, quorum vice (ſi quidem ipſi per ſe non ſcriberent, ut ſcribebant ſæpe) Carolingorum tempore fiebant ſubſcriptiones. Imprimis autem notanda eſt Indictio 11. Amandino diplomati importune & imperite aſſicta. Componitur illa cum anno* XI. *Dagoberti, apud Neuſtrios ſcilicet, qui fuit Chriſti 639. quando 12. Indictio currebat: unde igitur 2. Indictionem accepit innovator? Cæterum interim & ex deſtinatu antiquitatis affectatione egiſſe eum putamus, quod annum Chriſti, quem ſciebat a vetuſtioribus diplomatis, ante ſeculum 12. ſcriptis, conſtanter abeſſe, non expreſſerit.*

& ad Indictionem imperite componens cum anno 2. Dagoberti,

E

CAPUT VIII.

Similes Eccleſiarum aliquot aliarum chartæ hiſtorico examine reprobatæ.

103 U*Ndecimo Chriſtianæ Æræ ſeculo & ſequentibus, dum Eccleſiæ univerſalis pacem tot undique ſchiſmata ſeditionesque turbarent, ea erat morum corruptela, ut qui Dei famulatum erant profeſſi, & videbant a poteſtatibus ſecularibus undique accidi immunitates & poſſeſſiones ſuas, non magni criminis ſibi ducerent, pro ipſis tuendis fingere, quæ in nullius ceſſura præjudicium, ſolum videbantur conductura tenendæ æquitati. Quemadmodum autem monaſteriorum Superiores innocens quædam, uti ipſi putabant, vafrities permovebat, ad ejuſmodi fictiones procurandas; ita ſcioloſum quorumdam, ad hoc inductorum, manus atque ſtylum animabat profunda quædam chronologicarum rerum iſtis temporibus ignorantia, per quam ſciebant impune quidlibet ſe ſcripturos, modo ſecundum aliquam publicorum inſtrumentorum formam, neque teſtium inſignium deeſſent nomina, neque temporum characteres undecumque accepti. Sic Vedaſtino diplomati, in conventu Epiſcoporum atque Abbatum Atrebati, ſubſcripſiſſe cum S. Vindiciano finguntur, anno 7. Theoderici, in Neuſtria*

Unde nata hæc fingendi licentia & faſſitatibus tanta

F *tandem etiam regnantis adeoque Monarchæ, qui fuit annus Chriſti* 686. SS. Auſtregiſilus, Eligius, Wandregiſilus, *pridem vita functi; item* SS. Lambertus *&* Philibertus, *tunc exules, quod in exegeſi Dagobertina num. 29. demonſtravimus. Alibi autem imputavimus boni ſcriptoris ſimplicitati; quod Sanctos, quos in tuendis monaſterii juribus optabat patronos, adlegerit in teſtes actionis, cui nec interfuerant nec intereſſe potuerant: ratus forſitan tanto magis certam obtenturum ſe fidem, quo plurium illuſtriorumque nomina collegiſſet.*

104 *Et vero ſucceſſu non caruerunt ejuſmodi fraudes, non tantum ſeculis diu poſt ſecutis, ſed ipſis illis quibus naſcebantur temporibus, etiam apud viros alias non ineruditos, ſed rerum hiſtorice penſandarum rudiores; uti colligitur ex eo, quod cum toties tamque abnormiter peccaretur in hoc genere, nemo unus inventus ſit, inter tot medii ævi ſcriptores, qui vel unicum iſtiuſmodi diploma falſitatis & interpolationis arguerit, etſi multi hiſtoriam ex profeſſo tractarent. Quis non miretur Baldericum, Noviomenſem ac Tornacenſem Epiſcopum ſeculo 11. & Sigeberto Gemblacenſi ſeniorem; ſi, hoc commentario lecto, legat Caput 25 Chronici Cameracenſis & Atrebatenſis ab eodem conſcripti? Videbit enim dicto Capiti inſert, cum multis ſubſcriptionibus, Reſcriptum Joannis Papæ V. quo ad petitionem S. Vindicia-*

et etiam eruditis ab illis receptæ?

inter quos Baldericus Ep. decepſus fuit.

A *diciani idem Pontifex confirmaſſet privilegium, a dicta Sanctæ datum Eccleſiæ S. Mariæ Atrebatenſis: quæ quia ab initio Clericalis fuit, uti & Argentoratenſis, cujus ſuppoſititia diplomata ante rejecimus, apparet mali exempli licentiam etiam ad Clericos pertinuiſſe. Atqui Reſcriptum iſtud, nec modum nec formam habet Pontificalis Bullæ, ita enim incipit:* Audite ſententiam quam dico. Si quis &c. *deinde abſque ullo indicio diei, anni Pontificalis, aut ſcribentis Notarii, ita ex abrupto ſubſignare dicitur Papa:* Ego Joannes Papa, hoc privilegium, a mea parvitate editum, firmavi ac roboravi. *Deinde ſequitur:* Ego Marinus Vicarius Sedis Apoſtolicæ firmavi ac roboravi.

per bullam falſo imputatam Joanni V.

105 *Equidem exiſtimo ejuſmodi Privilegiorum, a Romanis Pontificibus petendorum, eo & præcedentibus ſeculis omnibus nullum uſum fuiſſe. Certe ex Gregorianarum epiſtolarum ampliſſimis voluminibus nihil tale apparet. Sed nec hujus Joannis ulla omnino extant litteræ, quas cum illo de-* B *creto conferamus: ſatis tamen falſitatem ſuam hac probare videtur inſcriptio,* Vindiciano cum Coepiſcopis degentibus Galliarum finibus fraternam viſitationem & paternam benedictionem. *Neque Agatho, ipſis Imperatoribus ſcribens epiſtolas, Conſtantinopolitano Concilio 3. Act. 4. inſertas, ſub annum 681. neque Leo II. ſcribens* Dilectiſſimis Fratribus Eccleſiarum Chriſti Præſulibus per Hiſpaniam conſtitutis *(ſi tamen vera ſunt hujus epiſtolæ, quæ nomen ejus præferunt) ſub annum 683. neque alius antecedentium vel ſubſequentium Pontificum ullus, inveniuntur per ejuſmodi aliquam apprecationem ſuas epiſtolas aut decreta auſpicati,* Salutem in Domino *ſiquis addidit, multum addidiſſe videbatur. Primus Joannes hujus nominis 12. auctiori uſus phraſi,* Confratri Dunſtano Doroberneuſis Eccleſiæ Archiepiſcopo vitæ perpetuæ permanendam in Chriſto ſalutem *apprecatus eſt. Joannes poſtea XIII. incerta phraſi; modo* ſalutem in Chriſto & viſitationem, *modo* Chriſtianam ſalutem & Apoſtolicam benedictionem *modo* Apoſtolicam benedictionem & ſalutem *impertiens per eas quæ extant epiſtolas, nihil ad poſteros ſtabile reliquit: & ſeculo XI. ad medietatem vergente, Clemens II non niſi* perpetuam in Domino ſalutem *ſcripſit: quem poſt annos tres ſecutus Leo Papa IX. in certum ac ſtabilem morem aſſumpſit,* Salutem & Apoſtolicam benedictionem *ſuis ſcriptis præmittere, quod alii poſt eum tenuere. Scio ab aliquibus viris eruditis ejuſmodi formulæ auctorem dici S. Cletum: ſed hoc pariter ſcio, nihil tale in antiquis Pon-* C *tificum Vitis aut Breviariis eccleſiaſticis legi. Primus qui hoc aſſeruiſſe invenitur, Martinus Polonus eſt; in hoc aliiſque multis non majori fide dignus, quam in fabula Joannæ Papiſſæ, ex aliquo trivio vel leviori auctore temere arrepta, & cum æterno nominis ſui probro cavillatoribus hæreticis, ad obganniendum Sedis Apoſtolicæ integritati, nimis inconſiderate oblata.*

cum formula ſalutandi ante S. Leonem ſluitata,

nec S. Cleto adſcribenda,

106 *Porro ex eo quod diximus, de Salutandi formula veteribus Pontificibus uſurpata, pariter diſcas, cujus auctoritatis ſit illud San-maximinianum Privilegium apud Zylleſium, quod Gregorio II. Papæ imputatur, quodque inter tot optime conſervata & originaliter legenda diplomata fere ſolum caret originali & tantum profertur ex fide tranſcriptorum, quorum nullum eſt annis trecentis aut quadringentis antiquius, ut mihi certa conſtat relatione. Primum ſic incipit:* Gregorius Epiſcopus Servus ſervorum Dei, Baſino, Abbati Venerabili monaſterii S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ atque ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Maximini, cujus corpus ibidem quieſcit, tibi tuiſque ſucceſſoribus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Itane Gregorius II.? Quanto ille ad Carolum Martellum, Principem tantæ auctoritatis & nominis, ſcripſit ſimpliciter;* Domino glorioſo filio, Carolo Duci, Gregorius Papa? *Non dico quam ab illius temporis uſu ac monachorum primæva ſimplicitate aliena ſint privilegia ibidem contenta, quale inter alia eſt,* ut in præcipuis feſtivitatibus Mitra, D Dalmatica & Sandaliis Abbas inter ſacra utatur; *ſed hæc aliis diſputanda relinquens, ſolum noto hanc clauſulam;* Scriptum per manum Benedicti Scriniarii S.R.E. in menſe Januarii Indictione 12. *Non ita verus Gregorius II. ſed in favorem S. Bonifacii, Germanicarum partium Apoſtoli Epiſcopis ac Ducibus, Clero & plebi ſcribens litteras, quas in corpore Conciliorum habemus, eaſdem ſic terminat:* Data Kal. Septembris, Imperante Domino piiſſimo Auguſto Leone, imperii ejus anno ſeptimo; ſed & Conſtantini Imperatoris ejus filii anno 4. Indictione 6. *id eſt Chriſti 723.*

et alteri, quod Gregorio II falſo adſcribitur ſimilem

AUCT. D. P.

107 *Seſquiſeculo poſt invenitur ſolemnitas major, litterarum Pontificiarum ſubſignationibus addita; dum & Secretarii, epiſtolam ſeu decretum ſcribentis, nomen apponitur, & Cancellarii ſigillantis. Secundum hanc formam Marinus Pontifex apud Ughellum Tom. 1. col. 123. ſcribens* dilecto Abbati Danieli, & cœnobio S. Petri Soleniacenſis, ac monachis inibi nobiliter degentibus, *indulſit ipſis* E *privilegium, quod hoc modo concluditur* Scriptum, per manum Zachariæ ſcriniarii S.R.E. menſe Majo Indictione 1. Bene valete. *Tum ſignati privilegii tempus additur hoc modo,* Pridie Idus Junias, per manum Valentini Eccleſiæ Portuenſis Epiſcopi, Regnante in perpetuum Domino Deo noſtro, Anno Pontificatus Domini Marini univerſalis Papæ I. Indictione 1. *Scilicet Imperatoribus Conſtantinopolitanis in hæreſim toties relabentibus atque relapſis, & urbe Roma ab eorum juriſdictione prorſus liberata, novoque imperio in Occidente conſtituto per ipſummet Romanum Pontificem, deſierunt Romani annos Imperatorum numerare, & abſque numero ſcribere cœperunt,* Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, *aut ſimile quidpiam: quod aliqui poſtea etiam adhibuere ad annos a Chriſti incarnatione deſignandos, addito eorum numero, juxta Æram tunc uſurpari incipientem. Vide de hac formula, pluribus ſeculis, ſed nuſquam univerſaliter uſurpata, Joannem Beſlium. Hæc ſufficiunt, ut intelligatur, neque San-maximinianum privilegium, Gregorio II. adſcriptum; neque Atrebatenſe, Joanni V. attributum, habere ſtylum aut formam ejus temporis cui imputantur. Fateor etiam ſuſpectum mihi eſſe Privilegium Joannis XIII. apud Zylleſium, cujus æque ac ſupra refutati Gregoriani nullum apparet originale, tum ob alias cauſas; tum maxime quia pro eo quod ſignare oportuiſſet annum Pontificatus & Indictionis, dicitur privile-* F *gium illud* lectum in Synodo Romæ habita, aſſidentibus Divis Imperatoribus Ottone Magno filioque ejus æquivoco, anno Imperii Majoris ſexto, Junioris primo: *quæ formula modo plus quam uno offendit, ſed nolo immorari.*

Illam etiam Joannis V. eſſe probat clauſula moris recentioris

108 *Non poſſum tamen quin adhuc addam verbum unum de portentoſis Atrebatenſis chartæ ſubſignationibus. Etenim poſt qualem qualem Pontificis & Vicarii ejus ſubſcriptionem, dictam chartam pariter ſubſignando confirmant Epiſcopi,* Andreas, Bonibertus, Laurentius, Pedelbrandus, Nautor, Hilarius, Conſtantius, Martinus, Chriſtophorus, Thomas, Felix, Audoenus, Auſtregiſilus, Ravengarius, Silvinus: *ex quibus* Auſtregiſilus, *ut dixi, pridem obierat;* Audoenus *etiam e vivis exceſſerat, eratque nonagenarius anno 683. ceterorum nemo invenitur nominatus inter omnes, quos eo toto ſeculo florentes in Gallia univerſa, exhibent catalogi Epiſcoporum apud San-marthanos. Neque hic tot abſurditatum finis; ſequitur enim;* Ego Leodegarius, ab impio judice Ebroino cathedra Auguſtodunenſe depoſitus, ſcripſi & ſubſcripſi. Data 8. Idus Maii, anno 7. regni Domini noſtri Theodorici Regis, Indictione 2. *Indictionem 14. ſcribere oportuerat, ut cum anno Regni 7. quem diximus fuiſſe annum Chriſti 686. illa quadraret; quamvis, ut dixi, nullas tum Indictiones noſſet Gallia. Sed hoc leviſſimum eſt. Illud quis diſſimulet? quod S. Leodegarius anno 675. captus ab Ebroino, oculiſque evulſis cuſtodia mancipatus; & biennio poſt eductus e latebris cœnobii ad quod confugerat, poſt multa co-*

Epiſcoporum, alſai plures,

X ram

A *vam Rege Theodorico opprobria linguamque avulſam, & poſt biennalem in Fiſcanenſi monaſterio quietem occiſus an. 679. fingatur ſeptennio poſt ſcripſiſſe ac ſubſcripſiſſe; atque ridicule, ac in Vedaſtino, de quo ſupra, privilegio legitur;* Ego Audomarus Epiſcopus abſque ocellis ſubſcripſi. *Denique qui primus eſſe debuerat S. Vindicianus, utpote cujus rogatu cuncta fiebant, ita ſcribere fingitur:* Ego Vindicanus Epiſcopus juſſu Theodorici Regis & rogatu Joannis ſummi Pontificis ſcripſi & ſubſcripſi.

AUCT. D. E.

atque ſubſcriptionis formula abſurda.

109 *Nihil horum quamvis palpabilium errorum ſuffecit, ut vel Baldericus Epiſcopus, vel Walterus S. Sepulchri Cameracenſis Abbas Balderico coævus, Vitam S. Vindiciani ſcribens, venirent in ſuſpicionem impoſturæ. Georgius quoque Colvenerius, multæ lectionis & cognitionis hiſtoricæ vir, ſuas ad Balderìcum Notas ſubjungens, & ſtudioſe hoc privilegium illuſtrans, non advertit animum ad*
B *horum quidpiam, ut lectorem ſuum moneret de fide non magna tali ſcripto habenda. Quid autem alios dico? Numquid & nos ipſi, in hactenus edito Trimeſtri, hujuſmodi inſtrumenta varia partim citavimus mutila, partim attulimus integra, contenti ſolas annorum Chriſti et Indictionum notas, velut a poſteris adjectas, repudiaſſe; quæ nunc aliis pluribus vitiis deprehendimus laborare, poſtquam ſerio hanc diſquiſitionem ſuſcepimus? Etenim in materia de Sanctis (quorum geſta, virtutes, miracula pleraque in bona narrantium, maxime coævorum auctorum, fide ſuſcipimus) putamus piam credulitatem, magis quam argutam ſuſpicacitatem tenendam nobis eſſe; & ubi non affertur veroſimilior auctoritatis dignioris aut certioris chronologiæ contradictio, libenter accipere ſolemus quæ a majoribus tamquam vera traduntur: quia non poſſumus uno eodemque tempore omnia ſcrutari & aſſequi. Quoties tamen evidens nobis ſe aperuit falſitas, ſemper putavimus talia reſecanda; parcius quidem in principio (quia minus ad verorum falſorumque diſcrimen exercitatis, quandoque nec dubitare quidem venit in mentem) progrediente autem opere, liberius frequentiuſq; proportionate ad creſcentem uſu experientiam.*

Cur olim non attulimus probata ſint.

110 *Sic ad Vitam S. Aldegundis 30. Januarii cap. 5. litteræ e in Annotationibus, repudiavimus Teſtamentum eidem Sanctæ attributum, cujus initium ac finem legeramus in Vita Gallica, per quemdam Capacinum compoſita lib. 2. c. 5. Apparebat enim ipſum undequaque ſuppoſititium ac ruinoſum eſſe, ideoque non curavimus ex Malbodienſi*
C *archivo habere integrum, Incipit:* in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, *præter ejus ævi morem, ut oſtendimus: huic tamen fundamento innititur divinatio aſſerentium, Aldegundem, Sanctiſſimæ Trinitati pie devotam, tres eccleſias Malbodii ædificaſſe. Ipſam porro Sanctam, loquentem ore non ſuo, audiamus.*

Idemque expenditur teſtamentum S. Aldegundis anno 20. Dagoberti notatum.

Ego Aldegundis . . . poſſeſſiones meas, quas ex patris & matris hereditario jure obtinebam, tradidi, aſſenſu Domini Hilderici Imperatoris, quin & Dagoberti & Principum ejus. . . . in miniſterium ancillarum Dei, ad illud ſacrum monaſterium quod vocatur Malbodium, ubi venerabiles Epiſcopi Autbertus, Amandus, Audoenus, Urſmarus altare Domini . . . dedicaverunt 4. Idus Junii. *Itane vero? quatuor ad unum altare conſecrandum Epiſcopi? At quo tempore? Utique paulo antequam hæc dicitur facta donatio aut forte ipſo die, nec enim alius deinceps dies exprimitur, nam iidem pariter ſubſcripti inveniuntur: idque* anno 20. Dagoberti, *videlicet Primi, nam Secundum charta hujus fabricator ignoravit, Tertius vix quadriennio regnum tenuit. Primus autem quamdiu? Utique annis duntaxat 16. ab eo quo primum Auſtraſiæ præfectus eſt tempore. Quid vero Secundus? Potuiſſet hic ab obitu patris, quamquamvis exul regni ſui annos numerare, ratione juris quod habebat ad illud: id tamen feciſſe nullo probatur documento: ſed econtra exemplaria donationis factæ S. Romaclo per Grimoaldum, poſt hujus obitum ſcripta* anno 4. Regni Domini noſtri Dagoberti Regis, *intelligi debent ſiguari cum reſpectu ad regnum Auſtraſiæ recuperatam.*

altare anno 656. ſub Childerico dedicatum ſit.

cum ipſo Malbodienſi monaſterio dedit bona ſua

D

111 *Domus tamen quantumvis longam Vitam Primo Dagoberto, annus illius 20. apud Auſtraſios in annum 642 caderet; quando infantula adhuc erat Aldegundis; circa annum duntaxat 655. ſacro velo in prima ætatis flore donata. Et condi quidem ſtatim cœpit Malbodienſe monaſterium, ſed annis aliquot opus fuit ut completo opere ac diſciplina ſtabilita, credi poſſit fundatrix pia ſuis bonis ceſſiſſe: quod cum feciſſe dicatur* ex conſenſu Domini Hilderici Imperatoris, quin & Dagoberti & Principum: *quidni (quamvis ineptus hic ſit* Imperatoris *titulus) putemus id feciſſe intra annum 671. & 75. quibus Childericus, Chlodovæi ſecundi filius, totius fere Imperii Francici obtinebat monarchiam; Dagoberto II. S. Sigeberti filio, poſt reditum ab Hibernico exilio, in Adrhenanis partibus duntaxat regnante, quoad vixit idem Childericus: ut alterius quam Childerici conſenſum requiſitum fuiſſe a S. Aldegunde minime credam. Quia tamen idem ille Dagobertus anno 675. paternum Auſtraſiæ regnum recuperavit; ſi tunc adhuc ſuperfuit Sancta, annum vitæ circiter quadrageſimum agens, (quod nobis ſatis videtur probabile) potuit ab ipſo quoque donationis prius factæ confirmationem petiviſſe, & hæc etiam potuit eſſe cauſa, cur regno Dagoberti ipſa ceſſio fuerit attributa a ſcriptore, non diſtinguente primum actum a ſecundo, nec Dagobertum Juniorem ab illius nominis primo. Ita ergo ſuam chartam concluſit.* Actum Melbodio monaſterio, ante altare S. Mariæ & ſanctorum duodecim Apoſtolorum. Datum anno viceſimo regni Dagoberti inclyti Regis *(obliviſcitur menſem diemque notare)* ſub præſentia virorum & ancillarum Dei, quorum nomina & ſignacula ſubter tenentur inſerta. *Ego ſimilem formulam nuſquam alibi legi; cui tamen inſiſtere nolim, quia trahunt me ad ſe ſubſignationes prodigioſæ, prorſuſque tales, ut appareat bonum ſcriptorem notarum ſibi Sanctorum texere litanias voluiſſe.*

altare anno 656. ſub Childerico

Dagoberto 2. poſtea ceſſionem confirmante.

F

112 *Signant igitur conſequenter,* Autbertus Epiſcopus, *quem licet epiſtola quadam, Fulberto Carnotenſi imputata, ſed in poſterioribus editionibus prudentius omiſſa, fingat S. Aldegundis corpori ſepeliendo adfuiſſe; nos tamen ante ipſam obiiſſe tenemus, anno 671.* Amandus Epiſcopus *(qui ſenex forte adfuiſſet)* Audoenus Epiſcopus, *quem octogenario propinquum, tam procul a ſua Sede in regnum alienum excurriſſe, non credimus.* Urſmarus Epiſcopus, *tunc needum quadragenarius, & probabiliter nec Epiſcopus. Deinde* Vincentius Abbas, Humbertus Abbas, Eloquius Abbas. *Primus eſt S. Waldetrudis maritus, S. Aldegundis ſororius, qui cœnobio Caſtrilocenſi, in quo monachus vixit, numquam præfuit. Secundus, Maricolenſis fundator, an umquam Abbatis titulum geſſerit, vehementer addubito. Tertius Latiniacenſis in Neuſtria Abbas circa Pariſios, ſub Chlodovæo II. circa annum 650. ſi tum vivebat (quod quæremus 3. Decembris) non erat tamen advocandus tam longe.* Erminus vir ſenctus, *neque cum hoc titulo ſuum nomen ſignaſſet, aut ſignari ab alio permiſiſſet; neque vir dici potuiſſet, tum adhuc adoleſcens, utpote mortuus anno 737.* Etto Abbas, *colitur 10. Julii cum titulo Epiſcopi Hiberni, videturque prædicto S. Waldetrudis marito Vincentio notus fuiſſe in Neuſtria: cetera fabulis obſita ſunt, alias examinandis. Sequuntur ſubſignando* Waldetrudis, *ſoror S. Aldegundis;* Gertrudis *Nivellenſis, mortua 659.* Aldetrudis & Madelberta, *prædictæ Waldetrudis filiæ juvenculæ; omnes cum titulo* Abbatiſſæ: *ac demum* Geruida, amita B. Aldegundis, quæ eam de ſacro fonte ſuſcepit. *Ridiculus ſim ſi velim oſtendere nihil ſic originaliter ſcriptum fuiſſe, ideoque hic finem facio plura hujus teſtamenti vitia exaggerandi: tantum moneo, Vitam S. Aldegundis, ex Mſ. Gisleniano editam a nobis tertio loco, cum alias a nobis non magni fieret, nunc etiam æſtimari minoris, eo quod n. 12. meminerit S. Amandi, una cum præ-*

Teſtamenti iſtius ſubſcriptiones ridiculæ.

quibus tamen auctor 3. Vitæ S. Aldegundis fidem habuit.

no-

Digitized by Google

A *nominatis Epiſcopis & Abbatibus aliiſque quam plurimis locum dedicantis, eumdemque* cum ſuis appendiciis Catholica auctoritate & Apoſtolica firmantis. *Quamvis enim auctor (quem credimus multo juniorem fuiſſe Hucbaldo, ſecunda Vitæ ſcriptore) illius auctoritatis & firmitatis præceptum, ne lectori faſtidium generet, præterire ſe dicat, vix tamen dubitamus, quin id quod allegat ipſe, vel ejuſdem plane farinæ ſit cum hoc teſtamento, vel unum idemque.*

aut etiam Browerus

113 *Tempus nunc eſt, ut, poſt tam longinquam peregrinationem, Treviros, unde exorſi ſumus, revertamur, reviſamuſque Annalium conditorem Browerum eorumque editorem Maſenium: quos, licet alias eruditos viros, fuiſſe tamen in dignoſcendis veris falſiſque diplomatis deceptos pluries ſi demonſtravero, credo eorum auctoritatem, dum pro Horreenſi quoque diplomate ſtant, nobis a nemine objiciendam. Gliſcebat inter Archiepiſcopos Trevirenſes &* E *San-maximinianos Abbates contentio: hi vero pro ſua cauſa allegabant primo Dagobertinum diploma, quo dicebatur Conſtantinus magnus ita fundaſſe monaſterium,* quod illius loci habitationem aliæ perſonæ noluit ſubdere, niſi ſuæ ſucceſſorumque Imperatorum poteſtati: *& hanc immunitatem qualitercumque probatam, velut certo compertam, confirmare docebatur iſto ſuo diplomate Dagobertus: addebant Pippini Regis ac filii ejus Caroli magni reſcripta, quibus decreverint,* ut tam Abbas quam monachi ſub Regum mundiburdio in ſecula manerent. *Ut ergo talium diplomatum retunderetur auctoritas, zelo fortaſſis bono, ſed non ſecundum ſcientiam, præſumpſit aliquis, ſub eorumdem aliorumque Regum Francicorum nominibus, chartas contrarias fingere, quibus crederetur* cella S. Maximini *fuiſſe* in prædio ſeu territorio eccleſiæ S. Petri Trevirenſis conſtructa: *aut in* ejuſdem eccleſiæ ejuſque Pontificis æterna poſſeſſione manere *juſſa.*

pro Ingilrami Lotharingi ſuſpicione,

114 *Duo prima, Scilicet Dagoberti ac Sigeberti Regum, minus nos tangant, quia nec prætenduntur quidem uſpiam extare originaliter: ſed in ſolius Franciſci Roſerii fide citantur a Browero: cujus fides quam exigua ſit docere poterit Arreſtum Concilii Statuum, coram Henrico III. collectorum anno 1583. inſertam habens confeſſionem auctoris, ignoſci ſibi poſtulantis, quod in libris Stemmatum Lotharingiæ (unde illa proferuntur)* plurima fraudulenter & ma-C litioſe excogitaverit. *In his etiam iſta duo fuiſſe nemo negaverit, qui dignatus fuerit Zylleſium ipſa refutantem legere, aut hic in genere dicta illis in particulari applicare: nam ſigilli fabuloſa fabricatio, ſigni monogrammatici defectus, titulus ſubſcribentium ævo incongrui, errores chronologici graviſſimi, characteres temporum peregrini, loco non ſuo & quidem imperite poſiti, in iſtis æque ac aliis hactenus refutatis inveniuntur. Conſiderationem noſtram magis merentur alia duo Pipino & Carolo imputata, habentur enim apud Browerum, de cujus optima fide dubitare nefas, tamquam deſcripta ex originalibus litteris, quas ipſe viderit ſuis ſignis & ſigillis munitas, ad annum 769. & 773.*

quas ſimile Roſerius in Stemmatibus Lotharingiæ.

illorum Pipino & Carolo Regibus imputatorum

115 *Habent ambo prænotatam hanc formulam:* In nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, *Ludovico Juniori Lotharii filio fermo uſitatam. Ambo hoc inchoantur exordio:* Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & neceſſitates eccleſiaſticas ad petitiones Sacerdotum noſtro relevamus juvamine, atque Regali tuemur munimine; id nobis, & ad mortalem vitam tranſigendam, & ad æternam felicitet obtinendam, profuturum liquido credimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam & futurorum ſagacitas *&c. ſic progrediuntur iiſdem pene verbis ambo, niſi quatenus neceſſe fuit patrem, a filio, primam privilegii conceſſionem, ab ejuſdem confirmatione diſtingui: quod antiquis Regibus fuiſſe uſitatum nullis oſtendetur exemplis, & contrarium apparet ex verioribus Pippini atque Caroli diplomatis apud Zylleſium, datis Utilrado Abbati, quibus iſta videntur fuiſſe ex* D *diametro oppoſita, ſed fictione prorſus infelici. Etenim ſi requiras diplomata Ludovici Regis Germaniæ, invenies aliquod eorum, verbotenus deſcriptum, materiam præbuiſſe figmento. Tale eſt privilegium quod Ludovicus, Ludovici Pii filius, Germaniæ Rex, anno regni ſui 17. qui fuit Chriſti circiter 842. dedit Eccleſiæ Paderbornenſi, quod invenietur in Monumentis Paderbornenſibus pag. 205. primæ editionis. Carolus etiam Craſſus, ſimili fere ſtylo, ſimiles donationes aliquas legitur conſcripſiſſe: quæ ſatis eſt hic leviter indicaſſe.*

AUCTORE. D. P.

& ſumptorum ex diplomate Ludovici R. Germaniæ.

116 *Præſenſum porro Pippini diploma concluditur hoc modo:* Ego Joſeph Subdiaconus ad vicem Welfardi recognovi. Data 15. Kalendas Julii, Indictione 4. anno 9. regnante Pippino inclyto Rege. Actum Tulpiaco in Dei nomine feliciter. *Primum Pippini annum exordientibus in anno Chriſtianæ Æræ 752. qui habuit Indictionem 5. nonus ejus annus deberet cum decimatertia Indictione concurrere: aut cum undecima, ſi erroneam plurium chronicorum rationem ſequaris: non tantum igitur alieno tempore, ſed etiam imperite adhibetur Indictio.*

genio ſe prodit per Indictionis vitium,

117 *Nihilo hac quam jam refutavimus Pippiniani commenti ſubſcriptione felicior eſt ſubſcriptio ſecundi figmenti, Carolo Magno apud Browerum attributi, his verbis,* Suavis ad vicem Ercambaldi recognovi. Data Kalend. Sept. anno 6. regnante Carolo piiſſimo Rege, Indictione 11. Ariſtalio palatio in Dei nomine. Amen. *Exorſus eſt regnare in Francia Carolus anno 768. proinde 6. regni annus convenit cum anno Chriſti 673. qui vere habuit Indictionem 11. Huic convenientia fidens Browerus, qui non fuerat auſus Pippino attributum diploma integrum dare, quomodo illud habemus ſcriptum ad calcem Chronici Trevirenſis per Cononem a Falckenſtein Archiepiſcopum compilati, Carolinum hoc integrum exhibuit. Neque animadvertit, quod ſi ſuppoſitionem non manifeſtat Indictio a vero exterrans; prodat tamen eamdem ipſa præmature adhibita, ante ſuſceptum Romani Imperii titulum. Quid quod Carolo Magno affingatur monogramma moris Henriciani; cum tamen Carolini ſigni tam multa apud varios exſtent teſtimonia, omnia formæ ſupra deſcriptæ conformia. Pippini monogramma ad imitationem ejus fictum eſt, quo uſi fuiſſe ſciuntur poſteriores Pippini in Aquitania. Ipſa ſi videas, ſatis eſt ut rejicias. Ecce ergo illa, ut ſunt apud Browerum expreſſa.*

ac poſterioris ævi monogramma, &c.

F



CAPUT IX.

Indicantur aliæ plures Chartæ, Regibus Merovingicis afflictæ.

118 P*Hilippus Labbe, novæ auctiorique Conciliorum editioni cum totius Galliæ omniumque Eruditorum luctu immortuus, inter cetera magnæ utilitatis opuſcula, quæ dedit in lucem, poſt Hiſtorica Regum Francorum elogia ſubtexuit exactam Cancellariorum regiorum hiſtoriam, & veterum inſtrumentorum* Miſcellanea, *vere curioſa; primæ ſtirpis Regum chartas, quas potuit invenire omnes, quinque primis Capitibus aut proferens ipſe, aut ab aliis jam prolatas attingens. Prima, & omnium hactenus notarum in eo genere antiquiſſima (ſi vera) eſt Clodovæi primi Chriſtiani Regis; data, ut præfertur, monaſterio S. Joannis Reomaenſis in Burgundia cum hac clauſula:*

Tales ſunt quæ tribuuntur

✠ Signum Clodovei, fortiſſimi Regis.

AUCT. D. P. Chlovodæo pro anno Chr. 497.

A Datum ſub die 4. Kal. Januarias, Indictione 5. Actum Remis civitate. In Dei nomine feliciter. ✠ Ego Anachalus obtuli, anni Magni Clodovei 16. *Primum Chlodovei annum incidere in Æra Chriſtianæ annum 480. demonſtravimus eſt ad vitam abnepotis ejus S. Sigeberti, 1. Februarii num. 12. alii bienniofrius auſpicantur; Baronius quadriennio, Secundam ſententiam tenuit qui Indictionem 5. cum anno regni 16. compoſuit; pro quo etiam facit Petrus Royer in hiſtoria dictæ Abbatiæ, multis conatus a ſuppoſitionis ſuſpicione liberare hanc chartam: ſed conatu irrito. Ut enim recte notat Labbe*, anno 497. necdum Burgundiam obtinebat Chlodovæus; cum victoria illius de Gundibaldo Burgundionum Rege, circa Divionem, relata dumtaxat ſit ſub Conſulatu Patricii & Hypatii, teſte Mario Epiſcopo *Aventicenſi, annis circiter 25. poſt eam victoriam nato*. Conſulatus autem iſte annum vulgaris Æræ quingenteſimum ſignat: ideoque, *inquit idem Labbe*, piget plura nullitatis indicia colligere, eaque lectori conſideranda relinquere malo.

B 119 *Secundum eidem Regi imputatum diploma continet fundationem monaſterii S. Petri Vivi, apud Senones*, pro 500. Actum publice in urbe Pariſina, anno Domini quingenteſimo, regni vero ſextodecimo, a baptiſmo autem anno tertio. Ego Clodoveus in Dei nomine Rex Francor. manu propria ſignum firmavi & ſubſcripſi. Ego in Dei nomine Crothildis Regina. Ego in Dei nomine Theodoricus filius ejus Rex: *& ſic conſequenter* Chlodomirus, Childebertus, Chlotharius, Reges, filii ejus: *deinde* Theodechildis, filia ejus cariſſima; Heraclius Archiepiſcopus Senonenſis, *cum aliis ſeptem Epiſcopis &c. ac denique concluditur* Data menſe Octobris, Indictione 1. in Dei nomine. Pariſius urbe Regia. *In annis Chriſti, Regni & indictionis conjungendis erratum eſſe ſatis per ſe apparet: Labbeum audiamus de ipſa charta judicantem.* Multi qui hanc numquam viderant, ſuam de ea ſententiam dicere præſumpſerant; ideo integram lectori exhibendam putavi, eique a ſummodum relinquere volo an poſſibile fuerit, ut anno Chriſti quingenteſimo, quatuor hujus Monarchæ filii jam tum gererent titulum Regis; ut S. Theodechildis, dato quod fuerit nata ex matrimonio Clodovei & S. Clothildis, eam egerit tunc ætatem qua ſe potuiſſet devovere Deo & fundare monaſterium; ut Clodovæus daret terras in provincia Arverni-

C ca, & in Lemovicino pago, & in Catarcenſi pago, & in Petragorico pago, & in Galeadano pago, eo tempore quo necdum pugillum terræ poſſidebat in Aquitania, a Viſigothis uſque ad annum 506. detenta; ut denique tali anno ſubſcripſerit Remigius, jam ſenex, Remorum Epiſcopus (*hunc oſtendimus ad Acta S. Vedaſti 6. Februarii §. 1. & 3. natum anno 435. Baptizaſſe Chlodoveum 494. obiiſſe 530.*) & cum eo ſubſcripſerint jam tunc Epiſcopi, tum alii qui ibi nominantur, quoſque non omnes fuiſſe ſynchronos eruditi ſciunt, tum Auſtregiſilus Bituricenſis Archiepiſcopus, ad hanc primam totius Aquitaniæ cathedram promotus, anno dumtaxat 612.

120 *Tertium incipit*, In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Chlodoveus, *& de Myciacenſi, Cambiacenſi, ac Latiniacenſi fundis, donatis S. Euſpicio & S. Maximino, ſignificat* omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Miſſis, Vicedominis, Vicecomitibus, Vicariis, Telonariis, Centenariis, Villicis. *Deſideratur nomen Cancellarii, dies, locus, annus, & ſubſcriptiones*: quia, *inquit Labbe*, ea fuit temporum ſuperiorum ignavia, ut qui monaſtica tranſcribebant chartolaria, ſæpe appendices iſtas tamquam inutiles reſecarent, quas nunc maxime requirunt eruditi, tamquam lucernam in loco caliginoſo; *aliæ etiam hic manifeſtius declaraſſent iſtius chartæ fictionem. Quartum, in favorem monaſterii S. Hilarii Pictavienſis fabricatum, incipit*: Ego in Dei nomine Chlodoveus, *& integrum legitur in Supplemento Analium Aquitanicorum Bouchetii pag. 41. nobis necdum viſo: quæ tamen de eo amplius docere poſſumus, quam quod dicat Labbeus ita habere in fine*: Factum eſt hoc Aurelianis, anno ab Incarnatione Domini 524. Juſtiniano Romæ Imperatore &c. *Poſt quæ hanc cenſuram idem Labbeus addit*: Vehementer obſtupui, quod de novo ineptiſſimum hoc diploma typis mandatum ſit, dignumque cenſuerit aliquis cui Gallice reddendo operam impenderet. Annus ab Incarnatione Domini 524. quando non amplius vivebat Chlodoveus, mortuus circa an. 511. aut ut tardiſſime aliqui 514. neque ad Imperium evaſerat Juſtinianus, qui regnare cœpit 527. neque Pontifex erat Vigilius, anno primum 540. electus; hic inquam annus, & aliæ ſimiles circumſtantiæ, teſtantur prodigioſam ignorantiam impoſtoris, talem chartam machinati; & negligentiam aut malam fidem eorum qui ipſam publicant, Lectore, exiguam ſæpe antiquitatis ac veræ chronologiæ notitiam habente, non præmonito cavere inſidias, quibus nimium credulæ ſimplicitati illuditur. D & 524.

F Childeberto, pro an. 526.

121 *Pergit deinde prælaudatus auctor ad diplomata Childeberti, qui patri Clodoveo ſucceſſit, & uſque ad 558 regnum tenuit; cujus diploma de Villa Cellenſi eccleſiæ Pariſienſi donata, in gratiam S. Germani, a quo Rex ſanitati redditus per miraculum fuerat, ſic concluditur*: Et ut hæc auctoritas firmior habeatur & per tempora perſeveret, manu noſtra eam firmamus & roboramus. Actum anno decimoſeptimo regni noſtri in menſe Januario. *Demonſtravimus nos ad Acta S. Sigeberti num. 71. obiiſſe Chlodoveum anno 509. itaque; annum ſi ſequentem primum facias Childeberti, per hujus annum 17. Chriſti annum dumtaxat 526. habebis: atqui S. Germanus (quem* Dominum ac patrem ſuum & Pariſiacæ urbis Epiſcopum *hic vocare Rex fingitur) anno 555. necdum erat Epiſcopus*. Itaque hoc ſcientibus, *inquit Labbe*, non eſt cur pluribus inculcem ut chartam hanc ſuſpectam habeant. *Stylum etiam non illius ævi facile quis deprehendet, ut in primis notabilem, quod in plurali numero Rex loquatur, forma ante ſeculum ſeptimum inuſitata; ob quod etiam ſuſpecta, imo ſuppoſititia haberi debent diplomata, quorum unum profert Labbe, datum in gratiam S. Carileſi anno 15. regni, & alterum datum an. 4. necnon tertium in favorem Cœnobii S. Germani de pratis* Datum quod fecit menſis Decembris die 6. anno 48. poſtquam Childebertus Rex regnare cœpit. *Cœpit autem a morte patris die 27. Novembris anni 509. & deſiit 23. Decembris anni 558. ut ex hac quidem parte difficultas non ſit in ſententia noſtra: quantumcumque tamen hoc natenus ſubſiſtat, & Archetypi* integri, chirographo ac ſigillo regio muniti, *fidem appellet Jacobus de Breul (qui illud ad cap. 20. lib. 2. Aymoini reperit ab interpolatore inſertum, & notis conatus eſt illuſtrare) ſuppoſititium tamen eſſe, non tantum deprehendas ſtylo indice, & ſcrupuloſa quarumvis minutiarum enumeratione, veteribus nequaquam uſitata; ſed in primis, quod facta dicatur fundatio monaſterii*, cum conſenſu & voluntate Francorum & Neuſtraſiorum. *Hic enim &* Neuſtraſii *prepropere nominantur; & iidem diſtinguuntur a* Francis: *quaſi ſolum Pariſienſe regnum, quod ab initio facta diviſionis obtinuerat Childebertus, diceretur regnum Francorum; cum Francorum nomen tunc fuerit commune; & ex quo diſtinctim ab Auſtraſia cœpit nominari Neuſtria, huic accenſa fuerit Lutetia Pariſiorum, regno, jam non quadrifariam, ſed bifariam dumtaxat, diviſa inter filios magni Dagoberti ac ſtabili principatu utrobique conſtituto. Seculo 8. & ſub Merovingica ſtirpe occaſum, prærogativam dignitatis tenentibus Pariſienſibus, cœperunt illi metonymicôs ſeſe Francos dicere, cæteros Neuſtrios vel Neuſtraſios ſeorſim appellare: unde factum ut in hodiernum uſque diem Pariſienſis ager & præfectura vocentur* le Gouvernement & l'isle de France; *& inter* & alio anno; F

anti-

A *antiqua nomenclatura amantiores litteratos, pro* Normannia *uſurpetur* Neuſtriæ *vocabulum*.

122 *Eodem recentioris longe ſtyli & numeri pluralis vitio laborant, quæ ſub Chilperico paſſim data creduntur: quorum unum extat apud Labbeum, &, præter publicorum diplomatum conſuetudinem, has compendiarias notas continet*, O. F. D. E. & n. pl. & f. n. e. v. *quæ ſic legenda ſunt* Omnibus fidelibus Dei Eccleſiæ & noſtris, præſentibus & futuris, notum eſſe volumus, *ut omittam dictiones & phraſes alias, ævo iſti inſolitas. Alterum extat apud Miræum in Donat. Belgicis cap. 2. & incipit*. In nomine Omnipotentis & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Chilpericus divina præveniente clementia Rex Francorum: *ſinit autem*, Datum Bibrex, Chilperici anno primo, Indictione 13. *Si annum accipias, quo, mortuo fratre Sigeberte Auſtraſiæ Rege, ditionem ejus dicitur invaſiſſe Chilpericus, ſed brevi pulſus, prævalentibus qui pro Childeberto Sigeberti filio adverſus invaſorem patruum ſtabant,*

Chilperico pro anno 572.

B *eſſet is annus Chriſti* 575. *quo currebat* 8. *Indictio. Si annum quem ille Pariſienſis regni primum habuit, & quo nihil juris potuit exercere in Belgio, ſumere velis: fuit is* 561. *& tunc currebat Indictio* 9. *Quid autem dicemus de alio, inter Memorias Bellovacenſes impreſſo per M. Antonium l'Oyſel, veluti dato pro Abbatia S. Luciani? Ea & in plurali ubique, & ſtylo valde recenti loquitur, & hoc modo ſignatur:* Ego Elkritus Palatinus ſcriptor recognovi, *inuſitato exemplo: atque additur*, Datum anno Dominicæ incarnationis 606. Indictione 9. anno regni Chilperici Regis 25. Actum Rotomagi, in conventu generali, 3. Nonas menſis Maji. *Indictio & annus ſic conveniunt ut non poſſit quis errorem librarii ſuſpicari: annus item regni* 22. *aliaque adjuncta vetant, ne de Chilperico II. cogites, qui annis ſolummodo quinque idque octavo ſæculo regnavit: Chilpericus autem primus occiſus eſt anno* 574. *anno regni ſui* 24. *& quomodo hic potuiſſet annis poſt mortem ſuam* 32. *talem chartam condidiſſe? Notavit autem Petrus Pithœus, qui chartam deſcripſit & contrectavit*, Sigillum eſſe ex cera alba, in quo impreſſa eſt imago Imperatoris juvenis armati, *qualem forte Othonem III. exprimit Zylleſius ex genuino ſigillo.*

123 *Neque plus ſinceritatis eſt in ea charta, quæ Chilperici fratri S. Guntramno tribuitur, extatque apud nos ejus Acta 28. Martii num. 6. hoc principio:* Divina diſponente gratia, Servus ſervorum Domini, Guntrannus Rex, regnante Deo, univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ſalutem. *Quot hic ſunt verba tot etiam ſunt novitatis indicia, quæ pluribus non merentur exagitari: tantum hæc poſui, ut ſciat Lector nos impoſterum futuros cautiores, quam ut deinceps talia, abſque cenſura congrua operi noſtro inferamus. Denique, antequam veniat ad Dagoberti Magni chartas Labbeus, ex archivio Abbatiæ S. Sulpicii Bituricenſis producit diploma cujuſdam Clodomiri, qui ſe* Francorum Regis Chlotharii filium *ſcribit, hoc principio*, In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Ego Chlodomirus Dei gratia Francorum Rex: quod diploma, *inquit ille*, abſque dubio ſuppoſititium eſt. *Res ex ſtylo patet: annus deſideratur: Chlotarium II. cujus hic filius fingitur, intelligit Labbeus: Chlodomirum inter Franciæ Reges nullum agnoſcit hiſtoria, niſi Chlodovæi magni ſecundo genitum.*

Guntramno,

C

Chlodomiro,

124 *In tomo* 1. *Conciliorum Galliæ, Chlodovæi II. pro San-Dionyſiano monaſterio, & Chlotharii III. pro Corbejenſi, præcepta inveniuntur: ſed quæ ſincera eſſe non permittit credere ſtylus ac forma. Primum autem ſuſpectum valde faciunt nomina viginti quinque ſubſcribentium Epiſcoporum, quorum vix quarta pars pro anno Chlodovæi iſtius* 16. *qui eſſet Chriſti* 659. *nota habetur. Subſcribunt autem non expreſſo Sedis ſuæ titulo: quod merito ſuſpectum eſt, & in hac & aliis ſimilibus chartis, ſecus atque fecerunt in decretis Concilii Cabilonenſis anno* 650. *celebrati; cui plerique eorum qui Sandionyſianæ chartæ ſubſcripſiſſe finguntur, debuiſſent interfuiſſe; nec enim tam cito potuerant omnes eſſe novi. Aliud eidem Chlodovæo aſſictum diploma invenie apud Claudium Laboureur, in collectione hiſtorica rerum memorabilium ad regalem Abbatiam Inſulæ-barbaræ prope Lugdunum pertinentium, quam placuit* les Maſures, *id eſt*, Rudera *cœnobii antiquiſſimi appellare. Principium pro anno* 3. *regni, qui fuit* 640. *circiter æra communi, tale eſt:* In nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Chlodovæus, divina ordinante providentia Imperator auguſtus.... omnibus Dei fidelibus, Epiſcopis videlicet & Abbatibus, Regibus, Ducibus, Comitibus, Vicedominis, Vicariis, Teleonariis & omnibus rempublicam adgubernantibus. *Sumptum eſt hoc principium verbotenus ex alio diplomate quod idem Laboureur recitat, ſub nomine Ludovici Imperatoris pro anno Chriſti* 816. *hoc ſolum dempto, quod in iſto Ludovici non nominentur* Reges; *nominetur autem annus Chriſti, qui nobis indicio eſt, ne hanc quidem chartam, puram incorruptamque haberi. Verus Ludovicus, abſtinuit charactere Chriſtianæ Æræ, nondum ad uſus regiæ Cancellariæ recepto: ſcribebat autem* univerſis Epiſcopis Abbatibus, Ducibus & Comitibus ſeu omnibus publicæ rei ſervientibus: *quod pro tempore Ludovici Pii erat abunde ſatis, pro tempore autem Chlodovæi* 11. *fuiſſet plus quam ſatis & ſuperabundans, qui ſolos Epiſcopos Comiteſque nominaſſet. Hæc ergo ſi examinaſſet ſcriptor prædictus, non magnopere appendiſſet titulum* Imperatoris, *quem iſtic ſibi fingitur Chlodovæus arrogare; neque conſideratione dignum cenſuiſſet, quod iſtic nominentur* monachi ſub regula B. Benedicti Deo famulantes, *nec quia dicitur*, Actum Monte-Lauduno, præſente populo, *concluſit, conſuevisse Reges pro donationum ſuarum ſimiliumque actuum validitate convocare extra ordinem Parlamentum regni, aut ipſius convocandi tempus præſtolari: ſed ex iſtius clauſulæ inſolentia aliiſque ineptiis fuiſſet perſuaſus, tam certo chartam iſtam Chlodovæo Regi aſſictam fuiſſe, quam indubitanter credidit ex alicujus monachorum ſuorum ſomniculoſo cerebro olim fabricatam eſſe chartam, qua monaſterii illius primus fundator fuiſſe aſſeritur S. Longinus, Evangelicus miles, qui Domini latus perforavit; & ex ſimili officina prodiiſſe Epiſtolam, quam* Summo Carolo Imperatori Leydradus Ep. Lugdunenſis *ſcripſiſſe dicitur. Æque facile fuit ſolſitatis convincere privilegium, quod Chronico Beſuenſi inſertum edidit Acherius tom.* 1. *Spicilegii ſub nomine Clotharii III.* pag. 499. *tanquam* datum menſe Auguſto, anno ab incarnatione Domini 658. indictione 1. anno 8. regni Clotarii, *non tantum propter annum Chriſti male comparatum cum anno regni, qui* 2. *aut* 3. *nominandus erat, ſed etiam propter ſtylum totius chartæ: in quo licet non adeo avidenter excedat Præceptum ibidem ſubſequens*, datum menſe Septembris die 4. anno 4. regnante Theoderico Rege, *hujus nominis* 3. *& fratri Clotharii prænominati; vereor tamen ut apud omnes fidem inveniat, tum aliis de cauſis, tum quia collector Chronici omiſit formulam initialem per quam fraus detegi forte potuerat; & ſaltem conſtare debebat quinam ſint ii, quos inſolito prorſus titulo Rex compellat, dicens*, Cognoſcat utilitatis veſtræ magnitudo.

D

AUCT. D. P.

& Chlodovæo II.

E

F

Chlotario & Theodorico.

CAPUT X.

Concluſio hujus materiæ, cum evictione Bullarum aliquot, Romanis Pontificibus ſuppoſitarum.

125 P*Orro hactenus deducta conſiderans, & in toto Francorum regno nullam omnino chartam ſinceram ac genuinam reperiens ante Regnum primi Dagoberti; pauciſſimas item ſub illo atque poſt illum, uſque ad ſe-*

A *eundeſtirpis Reges ſcriptas haberi, quæ vel autographa dies paſſent, vel ex autographo fideliter deſumpta; vehementer laudo monitum Joannis Marshami, heterodoxi quidem circa religionem, ſed a monachis neque monaſtica minime alieni, datum in propylæo ad Monaſticum Anglicanum*: Caute intuendæ ſunt iſtiuſmodi chartæ; quæ fidem habent eo minorem quo majorem præferunt antiquitatem. Rudis olim & iners gens noſtra (*de Anglo-Saxonibus & de communiori uſu loquitur*) abſque ſcripto donationes conferre ſolebat. Ex Beda ſane non conſtat, ſcripturam adhuc illius ætate in transferendis prædiis aut concedendis privilegiis uſurpatam fuiſſe. *Nihilo plus de eadem apud Francos uſurpata conſtat nobis ex Gregorio Turonenſi. Quod igitur, proclivis in partem mitiorem Withhemius maluit opinari, veteribus inſtrumentis deperditis aut corruptis, nova novo ſtylo, non multa interpolatione cuſa fuiſſe, quæ pro veteribus ſupponerentur; id nobis nunc multo magis ambiguum redditur, ac pene perſuademur, partem majorem fallacium iſtarum chartarum, in archiviis monaſticis & eccleſiaſticis reperiendarum, non* B *habere principium ac fundamentum in veris, quæ aliquando extiterint, tabulis; ſed ſolum in poſſeſſione aut vera aut prætenſa; quam ut firmarent, ejuſmodi diplomata confingere elegerint. Hoc autem dum facerent exiſtime illis etiam uſitatum fuiſſe, ut non ſolum fundus ab illo cujus nomine diploma cudebatur, primum acceptus: ſed & alias poſtea a quibuſcumque donatus, de quibus nihil ſcripto docere poterant, eodem diplomate comprehenderent. Nam ſæpe tanta & tam multa poſſeſſiones una exprimuntur in charta, ut prorſus incredibile ſit, eas omnes uno eodemque tempore, ab uno Rege, alicui monaſterio vel eccleſiæ primum ſurgenti fuiſſe uno donatas.*

126 *Quod de poſſeſſionibus dixi, quarum pars magna longe poſt obtigit locis piis, quam facta aut etiam ſcripta eſſet prima fundatio, cujus inſtrumento tamen eadem finguntur inſerta; id libere etiam intellexerim de talium poſſeſſionum immunitatibus ac libertatibus (unde & privilegia vulgo nominantur eæ earum chartæ) ita ſcrupuloſe ſolicitèque & determinate quandoque expreſſis, ſicut poſt ſeculum nonum aut decimum exprimi cœpere; quando hominum, eccleſiaſticis bonis & juribus carpendis inhiantium cupiditati reprimendæ, aut monaſteriis graviantium importunitati avertendæ, ejuſmodi privilegia quæſita fuere. Cum enim donata eccleſiis bona jure divino immunia ſint* C *ab oneribus ſervitutis ſecularis, primis monaſteriorum fundatoribus ac dotatoribus non incidit cavere ab eo malo, quod in nova Francorum Chriſtianitate necdum cœperat pullulare, dum Reges ac Principes adhuc zelo religionis æſtuarent.*

127 *Simili fere modo licebit ratiocinari de privilegiis Apoſtolicis, quibus ab Epiſcoporum juriſdictione exempta monaſteria, & ſub immediatam Sedis Romanæ protectionem ſuſcepta ſunt. Quo tempore ea res cœperit, difficile eſt definire: eſſe tam antiquam quam videri faciunt nonnulla quæ proferuntur privilegia, nemo mihi perſuaſerit. Nam quod apud Baronium ex Papirio Maſſono habetur, velut ab Adeodato Papa ſub annum 675. conceſſum Turonenſi monaſterio & monachis S. Martini; id, licet ſit mutilum extrema parte, ſatis tamen habet unde novitia fictio deprehendatur, dum identidem* Religioſi Abbatis *meminit; ex uſu ſcilicet ejus temporis, quo res monaſtica tantum diſpendii accepit, quantum quæri vix fas eſt, per* Abbates ſeculares. *Habet San Dionyſianum juxta Pariſios monaſterium plurima, tam Romanorum Pontificum quam Francorum Regum, diplomata; & quidem, ut prætenditur, originalia; etiam in corticibus arborum ſcripta quædam; de quibus omnibus, quod quidem attinet tempora primæ ſtirpis regiæ, illud omnino tenendum eſt, tanto minus eis adhibendum fidei, quanto plus præſeferunt antiquitatis.*

128 *Inter illa primum locum occupat, poſt Landerici Pariſiorum Epiſcopi privilegium, quod alteri excutiendum* D *relinquitur, Zachariæ Papæ reſcriptum ad Pippinum Regem: ad quod etiam falſitatis convincendum, ſervient quæ ſubjunge, de duabus immediate ſequentibus in iſta collectione Bullis Stephani Papæ eo nomine* III. Utraque ſcripta eſt in cortice, utraque munita bulla plumbea, ex cordulis pendente, cujus faciei anticæ inſcriptum, STEPHANI; poſticæ, PAPÆ; cum cruce ſub utroque vocabulo, ſuperne autem in prima quidem facie videtur crux dupla cum tribus intra brachia ſeu ramos crucis punctis, non autem puncto ad baſim ejuſdem; in averſa autem facie; ſupra vocem PAPÆ, conſpicitur roſa. *Ita Hiſtoria & antiquitatum Sandionyſianarum vulgator Doubletius: quæ omnia ut magnam ſpeciem auctoritatis minime vulgares prætendunt; ita ſingula ſufficiunt talium rerum peritis ad impoſturam cognoſcendam. Norunt illi corticibus arborum aliquando uſos diti antiquos, adeo ut* LIBER F *hinc dictus Latinis ſit, qui Græcis* βίβλος*: ſed idem ſciunt uſum iſtum tam eſſe antiquum, ut quando non deſierit omnium hominum memoriam fugiat, nullis fere ejuſmodi ſcripturæ reliquiis perennantibus, poſtquam agninas atque vitulinas pelles in membranam diſtendere uſus docuit, quæ & complicari, & convolvi, & in grandes compingi codices tam commode poſſunt, ut totis 18. ſeculis nulla fere ad ſcribendum materia alia adhibita ſit. Quis autem dubitat multas hujuſmodi arboreas ſcripturas alibi quoque inveniendas eſſe, multam earumdem apud ſcriptores ipſos mentionem, ſi 8. ſecula tam fuiſſet ordinarium in cortice ſcribere, ut etiam Pontifices in tali materia ſuas expedirent Bullas? Bullas dico, non quaſi ita tunc vocarentur, ſed quia ita dici cœpere, poſtquam uſu valuit ut bulla ſeu plumbea ſeu cerea, annulo Pontificali inſignita, appenderentur Brevibus: cum antea non appendi, ſed ipſi membranæ imprimi ſigillum ſoleret.*

129 *Sed hæc & horum ſingulorum initia explicabit, in ſuo Eruditarum imaginum opere, Claudius Meneſtrier Societatis noſtræ; delibanda tamen mihi fuere, ad eximendum minus expertis ſcrupulum. Ridiculum autem in primo epiſtolarum iſtarum accidit, quod* Landricus, Pariſiacæ Urbis Epiſcopus, *dicatur*, cum conſilio ſuorum Canonicorum, cœnobium *iſtud* & omnes ad ipſam ſervientes Clericos *abſolviſſe a ſua juriſdictione. Nam quis antiquorum Epiſcoporum ſic unquam locutus?* Fratrum ſuorum conſilio, *rem actum ſcripſiſſent illi, non* Canonicorum. *Additur* Datum 4. Kal. Martias, Imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore, anno 18. imperii ejus, ſed & Leone Majore Imperatore ejus filio anno 4. Indictione 10. *Indictio hæc annum Chriſti 757. indicat, ſed initium Copronymi retrudit ad annum 740. cum conſtet eum ſequenti dumtaxat anno, & quidem ad Junium menſem perducta, regnare cœpiſſe. Quid eſt autem quod ejus filium* Leonem *hic Pontifex cognominet* Majorem? *& quomodo unum tam honorificis dignatur titulis, aut etiam ſola nominis mentione, de quo* per invectivas epiſtolas, *ut S. Stephanus Martyr teſtatur, tam inſigniter* triumphabat; Apoſtatam ipſum ac Dei hoſtem vocans, utpote adverſus Chriſti imaginem male ac peſtifere concitatum. *Ne autem ad alias ſimiles ſequentium Pontificum Bullas progrediar, ſufficit dicere, genuinas & originarias credi non poſſe, in quibus per Caroli & Ludovici Imperatorum annos ſignata tempora ſubnotantur, quaſi hic Romanis Pontificibus mos unquam fuerit. & quidem ſic ut ad nomen* Caroli, *& titulos* Excellentiſſimi Regis Francorum & Longobardorum atque Patricii Romanorum, *addatur hoc elogium hiſtoricum;* a quo capta fuit Italia. *Si porro etiam efferantur aliqua, annis Incarnationis notata, eas certiſſimo ſcias eſſe aut falſas aut corruptas. Nam* a paucis antea ctis annis, *inquit Paulus de Middelburgo Epiſcopus Foroſempronienſis ſcribens initio ſeculi ſuperioris, lib. 13. ſuæ Paulinæ cap. 6.* præſidente Eugenio IV. adhortante Blondo Forolivienſi, Pontificii Col-

legii

A legii a ſecretis Notario, in bullis atque reſcriptis Pontificialibus, annorum a Chriſti Incarnatione ſupputatio ſcribi primum cœpit; etſi longioris temporis tractu in cereis Paſchalibus annotata.

Et hujus generis ibi plurima apud S. Dionyſium

130 *Et hæc circa Pontificia Brevia, quæ deinde ſequuntur plura & ſingula excutere non eſt animus neque otium; Dagoberti Regis & fundatoris privilegia ſeptemdecim, filiorum ac ſucceſſorum ejus ſeptem alia, tum octo Pippini Regis, ac rurſum ſeptemdecim Caroli Magni ſubjiciuntur, & ſic deinceps, quæ vel omnia vel pleraque malæ fidei ſunt, ut ex jam dictis facile poterit dijudicare diligens Antiquitatum Sandionyſianarum ſcrutator. Quod ſi ex ſolo iſtius monaſterii archivio tanta prodiit farrago chartarum, Romanis Pontificibus ac Francorum Regibus ſidenter æque ac ignoranter ſuppoſitarum, quantam Doubletii collectio indicat; quam grandem putas inveniret hujuſmodi zizaniorum meſſem, & quot volumina impleturam, qui cenſorios oculos per omnem circumferret Galliam, ſimul & per Italiam,* *& alibi.* *Hiſpaniam, Angliam. Noſter hic finem jam ſpectat labor, & pridem laſſus calamus recondi in aliud tempus poſtulat. Quia tamen alias in transcribendis Eveshamenſis & Gla-*

E *ſtonienſis monaſteriorum chartis ipſe ſibi indulſit plura, quem nunc probare poteſt mens exercitatior; cogendus eſt operi immorari tantiſper, donec iis ipſis obelum fixerit, quæ citius debuerat damnaviſſe.*

Eveshamenſis charta rejicitur ob multas ineptias

131 *Talis inprimis eſt Epiſtola Conſtantini Papæ, qua* Britwaldo, Britanniarum eccleſiæ Primati, *injungit;* ut totius Angliæ concilium cogat, Epiſcopos ſacriq; Ordinis religioſas perſonas, optimateſque regni cum proceribus ſuis adeſſe præcipiat; quibus in Dei nomine congregatis denuntiamus, *inquit*, quod Duo Reges Angliæ, Kenredus & Offa, cum quibus Egwinus Epiſcopus ad *contra ſtylum ſolitum,* limina Apoſtolorum venit, in loco oſtenſo dicto Epiſcopo viſionis, plurima de ſuis beneficiis, in præſentia noſtra, regia liberalitate donata & Apoſtolica auctoritate confirmata, contulerunt; quatenus ibidem congregatio monachorum poſſit inſtaurari, & indeſinenter Chriſto famulari. *Hæc, inquam, epiſtola, prout in vita S. Egwini ex Capgravio ad 11. Januarii recitatur a nobis, præterquam quod* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem impertiatur, *ita finit:* ſcripta eſt hæc epiſtola anno gratiæ 709. in Eccleſia Salvatoris Lateranenſi, præcipiente & confirmante Conſtantino Apoſtolicæ Sedis Antiſtite, adſtantibus & confirmantibus Regibus Angliæ Kenredo & Offa, rogante venerabili viro Egwino Epiſcopo, coram

C pluribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, Principibus & nobilibus diverſarum provinciarum, cunctis acclamantibus, Laudamus, concedimus, & confirmamus.

132 *Quæ hic* (*ut de* anno gratiæ *nihil dicam*) *Apoſtolicarum litterarum forma? Quæ veriſimilitudo, quod pro re tantilla tantus fuerit Romæ, non Epiſcoporum tantum, ſed etiam Archiepiſcoporum conventus? quod pro unius monaſterii fundatione ſtabilienda juſſus fuerit totius Angliæ* *nomina rigorem ſunt aliena,* *conventus cogi, tam ſecularium quam eccleſiaſticorum? quod Angliæ titulum & nomen uſurparint Kenredus Merciæ, & Offa Orientalium Saxonum Reges? Id autem feciſſent eo tempore, quo Anglorum Natio, inter occupatrices Britanniæ gentes non maximi nominis, multo inferior erat Saxonica, præcipuas ad Auſtrum provincias obtinente: unde etiam hodie, inter incultiores Hibernos ac Scotos, non alio quam Sa*xonicæ lingua *nomine nota eſt, quam nos Anglicanam dicimus; & Joannes Diaconus,* Saxoniam *appellavit regionem, ad quam miſſus erat Auguſtinus cum ſuis; licet ad converſionem Anglorum illi potiſſimum fuerint deſtinati, quorum pueros Romæ venales viderat & amarat Gregorius. Vide autem pulchras ſubſcriptionum formulas* ✠ Ego Conſtantinus, Romanæ Sedis Epiſcopus, has donationes ſub-

ſubſcriptionis formam.

ſcripſi & confirmavi. ✠ Ego Egwinus, humilis Epiſcopus, confirmavi. ✠ Kenred corroboravi. ✠ Ego Offa conſenſi. *Varianda, ut apparet, phraſi auctor ſtuduit: ego ejuſmodi varietates in genuinis ſubſcriptionibus non invenio, nec puto poſſe reperiri.* D

AUCTORE D. P.

133 *Ipſa porro Regum charta, cui pulchra illa Pontificia Bulla ſuperſtruitur, qualis eſt? Condunt eam* Kenredus, Dei dono Rex Merciorum; & Offa, divina permiſſione Anglorum Orientalium Gubernator. *Novitatem ſane haud obſcuram redolet illud,* Dei Dono, & Divina permiſſione: *ſed Orientales Anglos poni pro Saxonibus Orientalibus, quamvis collimitanea regna fuerint, quis ferat a talibus, tali loco ac tempore? Deinde deſignantur agrorum monaſterio Eveshamienſi contraditorum limites, tam minute & accurate, ut paginam integram ſola locorum aut comprehenſorum aut confinium nomina impleant. Poſtremo ſubditur:* Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 709. in Eccleſia &c. *ut ſupra, iiſdem prorſus verbis, formulis, ac ſubſcriptionibus, nec apice quidem variato. Ipſius Egwini charta, quæ ſignare & confirmare deberet omnia, fertur* ſcripta anno Dominicæ incarnationis 714 *confuſione locorum ac temporum* *in eaque deſignantur* 120. *manſa,* quas prædictæ eccleſiæ Chriſti acquiſivi, *inquit Egwinus,* ſicut ſcriptum eſt E & confirmatum in chartis eccleſiæ, & in libro manifeſtatur terra & termini ejus quem ſcripſit Britwaldus Archiepiſcopus, & dictavit præcepto Romani Pontificis, cum conſenſu Principum totius Angliæ: *hæc inquam charta præ cæteris vacillat maxime. Adduntur enim ſubſignationes hæ:* ✠ Ego Egwinus, per ſignum ſanctæ Crucis. ✠ Ego Kenredus Rex ſubſcripſi. ✠ Ego Offa, per ſignum Sanctæ Crucis, confirmavi. ✠ Brithwaldus Archiepiſcopus ſubſcripſi. Ego ✠ Oſwardus frater Regis confirmavi. *Si cum* conſenſu Principum totius Angliæ, *ergo in ipſa Britannia, atque conventu ad hoc per Pontificem imperato, quarto poſt reditum Egwini anno, completa jam fabrica monaſterii. Idem fateri cogunt ſubſcriptiones Britwaldi & Oſwardi, qui ex inſula pedem non extulerant. Hoc autem poſito, quomodo ſubſcripſerunt Kenredus & Offa, pridem depoſito dignitatis ſecularis faſtu monachos Romæ induti? & quomodo ſubſcripſerunt cum titulo regio?*

134 *Beda lib.* 5. *c.* 20. *ita de iis ſcribit:* Anno Imperii *& nomina Regum qui Romæ pridem degebant monachi.* Oſredi quarto (*fuit is, ut patet ex Capite præcedenti, Chriſti* 708. *vel* 9.) Coenred, qui regno Merciorum nobiliſſime tempore aliquanto præfuerat, nobilius multo ſceptra regni reliquit. Nam venit Romam, ibique attonſus, Pontificatum habente Conſtantino, ac monachus factus, ad limina Apoſtolorum, in precibus, je- F junis & eleemoſynis uſque ad diem permanſit ultimum. Venit autem cum illo & filius Sigheri Regis Orientalium Saxonum, vocabulo Offa . . . qui pari ductus devotione mentis, reliquit uxorem, agros, cognatos, & patriam propter Chriſtum . . . Et ipſi ergo, ubi ad loca ſancta Romam pervenerunt, attonſus, & monachico habitu vitam complens, ad viſionem beatorum Apoſtolorum in cœlis diu deſideratam pervenit. *Hæc ibi tam ampliter cum narret Beda, merito miratur Malmesburienſis de geſtis Pontif. lib.* 4. quid miraculi ſit, quod tacuerit *hanc Eveshamenſem fundationem, & addit* neque per ſe id potuiſſe advertere, neque per alios addiſcere. *Sane monaſteriorum omnium celebriorum exordia attigit Beda; ut exigui nominis fuiſſe oporteat illud, quod triginta annis ante Bedæ mortem Egwinus ſtruere cœpit in ſua Wigornienſi diœceſi. Sed ut fundatio illuſtrior fieret, placuit ex Beda tempus ſumere & occaſionem ſplendidam adornandæ fabulæ, eo quod forte aliunde ſciretur, eodem ferme tempore, quo ſeculum abdicabant Reges, Romæ Egwinum adfuiſſe.*

135 *Utinam quam nunc eſt facile, rebus hiſce ad fundum examinatis, ſimiles impoſturas agnoſcere & damnare; tam cito poſſent in operibus noſtris ea omnia expungi & innovari, quæ de S. Egwino in hac materia ſcripſimus! Si Inam Regem Occidentalium & Auſtralium Saxonum a* *Et alia charta Regis Inæ,*

virtu-

Digitized by Google

A *virtute quidem bellica & religionis ſtudio nobiliſſimum; ſed cujus nullus aut Romæ, ubi mortuus; aut Glaſtoniæ, quam dotavit, cultus antiquus doceri poteſt, retuliſſemus inter Prætermiſſos, quod non factum vellemus, non extarent modo ad 6. Februarii duæ conſicta ſub ejuſdem Regis nomine charta, quaſi data* anno ab Incarnatione Domini 704. & 725. *idque* Indictione 4. *cum ſcribi debuiſſet* 8. *Harum poſtrema, fabuloſum Glaſtonienſis loci ſanctitatem deprædicans (quam agentes de S. Patricio & S. Joſepho ab Arimathia ad 17. Martii utcumq; ventilavimus) varia eidem concedit prædia, aſſeritque* Kentwinum *Regem*, ab omni ſeculari & eccleſiaſtico obſequio immunem conſtituiſſe *locum*, & hanc ei privilegii dignitatem conceſſiſſe, ut habeant Fratres ejuſdem loci poteſtatem eligendi & conſtituendi ſibi Rectorem, juxta Regulam S. Benedicti. *Deinde*, Summo Pontifice Gregorio annuente (*ſecundum hujus nominis intellige*) & conſentientibus etiam omnibus

B Britanniæ Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus atque Abbatibus, *privilegia indulgentur, quanta poſſunt concipi maxime; & monaſterium eximitur ab omni juriſdictione Epiſcopali; idque ſub conditionibus adeo multis & Epiſcopo duris, ut vix ullum immunitatis ejuſmodi privilegium in ampliori forma datum eſſe exiſtimem ſeculis diu poſt ſecutis, quando inſolentia Epiſcoporum quorumdam, ſe ipſos magis quam gregem Chriſti paſcentium & Apoſtolicæ Sedi ſubinde rebellium, ad ejuſmodi indulgentiam deſcendere fecit Romanos Pontifices; ne viſitationis aut proviſionis ſpiritualis prætextu expilarentur monaſteria, & diſciplina monaſtica penitus in iis collaberetur. Sed quid habuit Ina, quantumvis armis formidatus ac potens, quod totius Britanniæ Regibus præciperet? quid Archiepiſcopis, quorum in utroque ejus regno nullus? Si eadem, qua nunc Aprilem abſolventibus, adfuiſſet ſcientia Februarium tractantibus, exploſi iſta potuiſſent; ſicut ibidem §. 5. exploſa ſunt Galfridi* D *Monumethenſis de eodem Ina fabella, quibus fingit, ex Britonibus ſeu Wallis oriundum Inam, ſociata ſibi conjugio Guala Regina Britonum, qui ab ea Wallorum nomen traxerint, Cambriam dotalem tenuiſſe, Anglos domuiſſe, iiſq; & Britonibus atq; Scottis mutua præcepiſſe connubia, oppugnatumq; a Danis & Norvegis regnū egregia virtute defendiſſe.*

anno 704. & 725. aſcripta

136 *Fabulis hiſce annumeranda etiam venit dicti Inæ portentoſa largitio, ex MS. Glaſtonienſi deſcripta num. 8. ſub hoc titulo*, De capella argentea, quam fecit ibidem, *id eſt Glaſtoniæ*, *idem* Rex eum vaſis ſuis: *quæ poſtquam ſingula enumerata ſunt, adnotato cujuſque pondere, exurgunt argenti pondo* 2847. *cum dimidio, auri vero* 755 *cum 6n. marcis; quantum argenti & auri, non jam dico in utraque Saxonia Britannica, ſed forte nec in tota fuit heptarchia, exinanitis primum per Romanos provinciis, deinde per Pictos Scottoſque depopulatis, ac tandem barbarorum, in auxilium a Britonibus accitorum, avaritia crudelitateq; derelictis. Fluxerant quidem a Cerdice & Cenrico, Inæ tritavo attavoque, regni Saxonici fundatoribus, uſque ad* E *Inam anni centum; impoſſibile tamen fuit uno ſolo ſeculo, in gente bellicoſa ac perpetuo inquieta, tantas opes colligi & ſervari; incredibile autem eſt ſimul omnes effuſas fuiſſe in ornatum ligneæ unius Baſilicæ, plumbeis contectæ laminis, qualis deſcribitur a Glaſtonienſibus: cum in ipſam ſolidiori ac regia majeſtate digniori opere ædificandam prudentius illa impendi potuerint. Et tamen dicitur illa, uſque dum conflagravit, multo poſt Inam tempore, in ſua illa prima ſimplicitate ac paupertate manſiſſe; quod ſane factum non fuiſſet, ſi revera tantis latifundiorum poſſeſſionibus, quæ ſta nominantur, jam inde a principio, dotati monachi Glaſtonienſes, proventibus annuis abundaſſent, tantoque auri & argenti pondere fuiſſent inſtructi.*

atque alia de eodem Rege fabella.

ampliſſima habita atque

PROPYLÆI ANTIQUARII
PARS SECUNDA.

C

De prætenſa quorumdam Carmeliticorum Conventuum antiquitate.

T*Erra Sanctæ amiſſionem, cœptam cum jactura Hieroſolymitanæ metropolis, an. 1187. a Turcis capta, & cum excidio Acconenſis urbis an. 1291. conſummatam mœrentibus Chriſtianis in Europa magnum divinitus obtigiſſe ſolatium, tranſlato huc interim Carmelitarum Ordine, pro ſingulari ſuo erga ipſum affectu, ſcripſit ad 29. Martii Magiſter meus Godefridus Henſchenius; de primo Carmeli Priore Bertholdo dicturus ea, quæ ſola & pauca occurrebant dicenda, nolens in Carmelitica antiquitatis labyrinthum ante tempus implicari. Dictum cum Ordinis commendatione inſigni, ſi prodiiſſet ſeculo præcedenti, magno haud dubie plauſu exceptum fuiſſet; necdum enim cuiquam in mentem venerat, ante 14. ſeculum tranſlatos in Europam Carmelitas, dicere. Nunc vero cum offenſione multa acceptum eſt; eo quod ſic tacite repudiarentur documenta nonnulla, in quibus magnum probandæ antiquitatis ſubſidium repoſitum eſſe volebant illius zelatores. Equidem profeſſus ſum ad 8. Aprilis in B. Alberto, & iterum hic proteſtor, nolle me prætenſam Ordinis ab Elia Propheta ſucceſſionem attingere, nedum impugnare. Abundent ut volent in iſto ſuo ſenſu Carmelitæ; tantum ne patiamur pro eo confirmando imponi ſibi figmenta recentia, vetuſtatis pallio obtecta; neque indignentur, quod ea recipienda non putemus: ſed circa tempus tranſlati Ordinis ea nos ſinant credere, quæ ex Innocentii IV. Bulla, ex Breviario Carmelitano, & Sanutii chronica diſcimus, & ante centum annos a nemine fuerunt in dubium revocata.*

Seculo 14. primum migraſſe in Europam Carmelitas

2 *Innocentium audiamus. Suas ille litteras, anno* F 1246. *ad Archiepiſcopos & Epiſcopos datas, quæ in Annalibus Lezana poſſunt integra legi, ſic exorditur*, Paganorum incurſus dilectis filiis, Fratribus Eremitis ſanctæ Mariæ de monte Carmeli, neceſſitatem induxiſſe dignoſcitur, quod ſe ad hac ciſmarinas partes, non ſine afflictione multa ſpiritus, contulerunt; cum eis, contemplationis dulcedine recreari ſolitis, ex hujuſmodi tranſitu turbata non modicum fuerit quies mentis. Cum itaque ad hoc aſpiret affectio, ut, per Apoſtolicæ pietatis auxilium, ſtatum conſequi valeant, in quo ſibi & proximis, Deo propitio, ad ſalutem proficere hilareſcunt, Fraternitatem veſtram rogandam duximus & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus . . . . ipſis celebrandi divina, & habendi liberam Fratrum ſui Ordinis ſepulturam licentiam, ſi expedire videritis, ſine juris alieni præjudicio, concedatis. *Hæc ille, clare ſupponens eos in Europa, utpote recenter tranſlatos, ſtatum tantum non habere ſed quærere. Lectiones pro Commemoratione ſolenni Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ad diem 16. Julii ab omnibus recitandæ, quæ certiſſimum de ſenſu totius Ordinis teſtimonium dant, ſic loquuntur:* Cum olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium Quartum non pauci pro illius extinctione inſtarent; adſtitit Honorio nocte puriſſima virgo Maria, planeque juſſit ut inſtitutum & homines benigne

probatur ex Bulla Innocentii 4.

Breviario Carmelitico,

cuſto-

A complecteretur. *Eadem lectiones ad examen denuo revocatæ ſunt anno 1628. at ne tunc quidem aliud occurrit quod mutaretur, quam numerus nomini Pontificio additus; cum eſſent qui ſuſtinerent, revelationem prædictam, non Quarto, ſed Tertio Honorio, antequam ſcilicet in Europam ordo tranſiiſſet. Revera enim ab hoc Pontifice primum approbata ejus Regula eſt, poſt annorum aliquot ſollicitationem, anno Chriſti 1226. ut plenius 5. Maji ad Vitam S. Angeli dicetur: & econtra ante tempus Honorii IV. notiſſimus in Europa & late propagatus Ordo fuit, multiſque variorum Pontificum diplomatis ac privilegiis communitus, prout ad Vitam B. Simonis Stock 16. die ejuſdem Maji manifeſtum fecimus. Denique ex Chronica de excidio monaſteriorum Terræ-ſanctæ & multiplicatione Ordinis per Europam, a variis ſcriptoribus Carmeliticis citantur hæc expreſſiſſima verba:* Profeſſores hujus Religionis numquam propoſuerunt exire Terram-ſanctam (*quamdiu ſcilicet res Chriſtianorum utcumque ibidem ſubſiſtebant, & porro ſuſtineri poſſe videbantur*) habere ad habitandum aliquam manſionem ſuæ Religionis. *Venit autem Chronicæ iſtius auctor Guillelmus de Sanwico, Sanvico, vel Sambuce (nam varii varie nomen ſcribunt) poſt amiſſam ultimo Acconem anno 1291. in Europam: nec facile invenient Carmelitæ antiquiorem illo rerum ſuarum ſcriptorem.*

Chronic. Sanwici,

B

3 *Quid ad hæc illi? Dicunt ſcilicet, auctoritates allegatas ſolum reſpicere noviſſimam ac generalem, ideoque præ ceteris famoſam migrationem: idque eo ſuſtinent confidentius, quo exiſtimant monaſteriorum aliquorum majorem antiquitatem demonſtrari certius. Ergo ne pergerent queri, præjudiciis abreptos nos contra evidentiſſimam veritatem niti, cum interim nihil optarem magis quam opinioni ipſorum firmandæ ſolidum aliquod invenire fundamentum; totos Lezanæ Annales evolvi, & quæ ille ſtatuit Conventuum ſingulorum initia ſollicite ſcrutatus, ex 30. circiter quos nominat, velut ante ann. 1228. inchoatos, nec unum quidem reperi, cujus probationem difficile eſſet manifeſtæ vanitatis aut etiam falſitatis convincere. Hoc agenti ſub manibus crevit haud ſpernendæ molis Commentarius, quem dare hoc loco totum propoſueram: ſed iis quibus obſequi me decet, viſum eſt ſufficere poſſe exemplum unum alterumve, ex quo de ceteris qualia ſint, æquus lector judicium ferat. Ipſis certe Carmelitis ſuſſecturum id credo, ne exiſtiment amplius antiquitates ſuas ex mero præjudicio rejici; neve porro nos urgere velint ad dandam de ſingulis rationem; cum viderint ea quibus potiſſimum nitebantur, & quæ nobis præ aliis ſemper voluerunt eſſe commendata, adeo ſolide confutata.*

majorem antiquitatem prætendentes

ſed alterius aut alterius exempli declaratione confutantur.

C *Hæc autem duo ſunt, Thomæ Epiſcopi Florentini atteſtatio anni 742. & epitaphium quoddam Bopardienſe, anni 1113. Plura ſi poſt hæc deſiderentur, parata ſunt omnia, nec deerit locus idoneus in Majo, ſive ad Vitam S. Angeli, ex qua conventuum ejuſmodi conventuum fides pendet, ſive ad Catalogum Hieroſolymitanorum Epiſcoporum ac Patriarcharum, quorum unus dicitur fuiſſe Enoch idemque Vitæ illius auctor, ſive ad Alb. B. Simonis.*

CAPUT I.

Examinatur Florentinæ fundationis antiquitas, hoc ſeculo primum excogitata.

Florentia primo eremitorium anno 743. fundatum,

4 A*nte annos non admodum multos, triginta forſitan aut quadraginta, in Florentini Conventus clauſtro poſita eſt inſcriptio, his verbis concepta:* A Chriſti nativitate anno 743. Kalendis Maji, ad honorem Dei & B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, erecta fuit parva quædam eccleſia, cujus primum lapidem poſuit Rev. DD. Thomas Epiſcopus Florentinus, in receſſu prope civitatem, juxta viam Piſanam & flumen Arni, pro Eremitis quibuſdam montis Carmeli; Genuſio ſcilicet, Baſilide, Cyrillo, Enoc, Photino, Honuphrio, & Elpidio, Humar Arabiæ Regis, Mahometi ſucceſſoris, tyrannidem fugientibus, ductu divino in hanc urbem perductis. Deinde an. 1268. Kalendis Julii, extra civitatem, fundata fuit hæc Eccleſia ſecunda, per Reverendiſſ. DD. Joannem Florentinum Epiſcopum, ſub titulo Fratrum ejuſdem Ordinis, præſentibus pluribus perſonis ſecularibus ac regularibus: qui Antiſtes donavit pedem S. Agnetis Virg. & Mart. & caput S. Cordulæ ejuſdem Virg. & Mart. S. Urſulæ ſociæ, quæ ſunt adhuc in eadem eccleſia. Poſt fundationem vero anno 1422. Dominica in Albis, die 19. Aprilis, ex conceſſione Martini Papæ V. ad preces D. Franciſci de Soderinis, per Reverendiſſ. DD. Americum Corſinum, primum Florentiæ Archiepiſcopum ſolenniter conſecrata fuit, aſſiſtentibus RR. DD. Antonio Fidai Carmelita Epiſcopo Suanenſi, & Benotio Federigo Epiſcopo Feſulano, Florentinis: in qua conſecratione idem Reverendiſſimus donavit Reliquias de Sanctis Bartholomæo, Thoma & Barnaba Apoſtolis, Marco Evangeliſta, Clemente & Antero PP. & MM. Laurentio, Sebaſtiano, & Pancratio MM. quæ in eadem eccleſia conduntur: quam cuilibet contrito & confeſſo, in Dominica in Albis viſitanti, idem Archiepiſcopus pro tunc Indulgentiam 40. dierum conceſſit: quam plenariam & perpetuam fecit SS. D. N. Gregorius fel. record. Dat. PP. 13. anno ſalutis 1585. ut conſtat ex originalibus in Arce conventus poſitis, quorum copiæ fide dignæ in ſacriſtia extant affixæ.

D

AUCT. D. P.

tum alio loco eccleſia anno 1268.

quæ demum an. 1422. conſecrata ſit,

E

& Indulgentiis donata an. 1585.

5 *Italiæ ſacræ auctor Ferdinandus Ughellus to. 3. columna 166. citat Ferrinium, in Catalogo Florentinorum Epiſcoporum aſſerentem, quod Joannes anno 1252. ad Florentinam Sedem ſubvectus,* anno 1275. die 3. Januarii jecit primum lapidem eccleſiæ Carmelitarum. *Ita illum ex ipſius aut Epiſcopii aut Conventus monumentis accepiſſe nullus dubito: ſed errorem obrepſiſſe in anni numero aſſentior Ughello, vetus Kalendarium citanti, in quo Joannes iſte dicatur obiiſſe die ultimo anni immediate præcedentis. Facile fuit unam cyfram (nam per Cyfras Ferrinius annos notat) pro altera irrepere & 75. pro 65. ſcribi: at unius menſis nomen ſubſtitui pro altero, non æque facile. Quare exiſtimo revera die 3. Januarii jactum eſſe primum lapidem a Joanne, ſed anno 1265. anno autem poſt tertio, die 1. Julii tunc in Dominicam cadente, ipſam eccleſiam eſſe conſecratam: pro qua vel nimium exigua, vel temporis diuturnitate ruinam paſſura, poſt annos circiter centum quinquaginta, amplior alia extructa ſit, quæ etiam nunc extat. Quis enim credat tanto tempore uſos eſſe Fratres eccleſia non conſecrata? Unde ante omnia hic noto, inſcriptionis iſtius auctores, in tempore tante nobis viciniore adeo hallucinatos, ut inter fundationem ac conſecrationem tam immane intervallum ponerent, non magnam fidem mereri in iis, quæ de ſeculo longe anteriori ſcripſere.*

aſt in anno a fundatione erratum videtur,

& Indulgentia per an. 150 conſecratione;

F

6 *Ad Thomam Epiſcopum quod attinet, ejus nomen non invenitur in ullis Florentinorum Epiſcoporum catalogis, ut teſtatus eſt nobis Tiberius Petraccius, Vallumbroſanæ Congregationis vir eruditus, & ejuſmodi rerum ſcrutator diligens. Primus illum in ſerie Epiſcoporum collocavit Ughellus nullo alio fundamento, quam quod nomen ejus inveniatur ſubſcriptum Canonibus Concilii Romani, ſub Zacharia Papa anno 743. celebrati ſecundum Baronium, nu. 27. Sed appendicula illa Romani Concilii, quam mendoſiſſimam eſſe idem Baronius agnoſcit, inepti cujuſdam hominis eſt, ita cum exordientis,* Factum eſt hoc Concilium anno 2. Artabaſdi Imperatoris, nec non Luitprandi Regis anno 39. Indictione 12. *Etenim Indictio 12. & annus Luitprandi 32 non cum Artabaſdi anno 2. Chriſti 742. ſed cum ſequenti concurrebant, ut patebit examinanti. Cum igitur perſuaſum vellent auctores inſcriptionis, conventum ſuum antiquiſſimam habere originem in illo ſuburbano receſſu; & cum de Humari perſecutione aliquid ibidem credatur, ex opinione tum primum invaleſcente, de Barratarum cappa-*

primo vero auctor Thomas, nec invenitur in catalogis Epiſcoporum,

rum

A *virtute quidem bellica & religionis ſtudio nobiliſſimum; ſed* AUCTORE. D. P. *cujus nullus aut Romæ, ubi mortuus; aut Glaſtoniæ, quam dotavit, cultus antiquus doceri poteſt, retuliſſemus inter Prætermiſſos, quod non factum vellemus, non extarent modo ad 6. Februarii duo conficta ſub ejuſdem Regis nomine charta, quaſi data* anno ab Incarnatione Domini 704. & 725. *idque* Indictione 4. *cum ſcribi debuiſſet* 8. *Harum poſtrema, fabuloſam Glaſtonienſis loci ſanctitatem deprædicans (quam agentes de S. Patricio & S. Joſepho ab Arimathia ad 17. Martii utcumque ventilavimus) varia eidem concedit prædia, aſſeritque* Kentwinum Regem, ab omni ſeculari & eccleſiaſtico obſequio immunem conſtituiſſe *locum*, & hanc ei privilegii dignitatem conceſſiſſe, ut habeant Fratres ejuſdem loci poteſtatem eligendi & conſtituendi ſibi Rectorem, juxta Regulam S. Benedicti. *Deinde*, Summo Pontifice Gregorio annuente (*ſecundum hujus nominis intellige*) & conſentientibus etiam omnibus

anno 704. & 725. adſcripta

B Britanniæ Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus atque Abbatibus, *privilegia indulgentur, quanta poſſunt concipi maxima; & monaſterium eximitur ab omni juriſdictione Epiſcopali; idque ſub conditionibus adeo mulctis & Epiſcopo duris, ut vix ullum immunitatis ejuſmodi privilegium in ampliori forma datum eſſe exiſtimem ſeculis diu poſt ſecutis, quando inſolentia Epiſcoporum quorumdam, ſeipſos magis quam gregem Chriſti paſcentium & Apoſtolicæ Sedi ſubinde rebellium, ad ejuſmodi indulgentiam deſcendere fecit Romanos Pontifices; ne viſitationis aut proviſionis ſpiritualis prætextu expilarentur monaſteria, & diſciplina monaſtica penitus in iis collaberetur. Sed quid habuit Ina, quantumvis armis formidatus ac potens, quod totius Britanniæ Regibus præciperet? quid Archiepiſcopis, quorum in utroque ejus regno nullus? Si eadem, quæ nunc Aprilem abſolventibus, adfuiſſet ſcientia Februarium tractantibus, explodi illa potuiſſent, ſicut ibidem §. 5. exploſa ſunt Galfridi* D *Monumethenſis de eodem Ina fabella, quibus fingit, ex Britonibus ſeu Wallis oriundum Inam, ſociata ſibi conjugio Guala Regina Britonum, qui ab ea Wallorum nomen traxerint, Cambriam dotalem tenuiſſe, Anglos domuiſſe, iiſq; & Britonibus atq; Scottis mutua præcepiſſe connubia, oppugnatumq; e Danis & Norvegis regnũ egregia virtute defendiſſe.*

amplodi de... Ina... ægre

136 *Fabulis hiſce annumeranda etiam venit dicti Inæ portentoſa largitio, ex MS. Glaſtonienſi deſcripta num. 8. ſub hoc titulo,* De capella argentea, quam fecit ibidem, *id eſt Glaſtoniæ*, idem Rex cum vaſis ſuis: *quæ poſtquam ſingula enumerata ſunt, adnotato cujuſque pondere, exurgunt argenti pondo 2847. cum dimidio, auri vero 755 cum 60. marcis; quantum argenti & auri, non jam dico in utraque Saxonia Britannica, ſed forte nec in tota fuit heptarchia, exinanitis primum per Romanos provinciis, deinde per Pictos Scottoſque depopulatis, ac tandem barbarorum, in auxilium a Britonibus accitorum, avaritia crudelitateq; derelictis. Fluxerant quidem a Cerdico & Cenrico, Inæ tritavo attavoque, regni Saxonici fundatoribus, uſque ad Inam anni centum; impoſſibile tamen fuit uno ſolo ſeculo, in* E *gente bellicoſa ac perpetuo inquieta, tantas opes colligi & ſervari; incredibile autem eſt ſimul omnes effuſas fuiſſe in ornatam lignea unius Baſilica, plumbeis contecta laminis, qualis deſcribitur a Glaſtonienſibus: cum ipſam ſolidiori ac regia majeſtate digniori opere ædificandam prudentius illa impendi potuerint. Et tamen dicitur illa, uſque dum conflagravit, multo poſt Inam tempore, in ſua illa prima ſimplicitate ac paupertate manſiſſe; quod ſane factum non fuiſſet, ſi revera tantis latifundiorum poſſeſſionibus, quanta numerantur, jam inde a principio, dotati monachi Glaſtonienſes, proventibus annuis abundaſſent, tantoque auri & argenti pondere fuiſſent inſtructi.*

atque alia de eodem Rege fabella.

PROPYLÆI ANTIQUARII
PARS SECUNDA.

C

De prætenſa quorumdam Carmeliticorum Conventuum antiquitate.

TErræ Sanctæ amiſſionem, cœptam cum jactura Hieroſolymitanæ metropolis, an. 1187. a Turcis captæ, & cum excidio Acconenſis urbis an. 1291. conſummatam mœrentibus Chriſtianis in Europa magnum divinitus obtigiſſe ſolatium, translato huc interim Carmelitarum Ordine, pro ſingulari ſuo erga ipſum affectu, ſcripſit ad 29. Martii Magiſter meus Godefridus Henſchenius; de primo Carmeli Priore Bertholdo dicturus ea, quæ ſola & pauca occurrebant dicenda, nolenti in Carmelitica antiquitatis labyrinthum ante tempus implicari. Dictum cum Ordinis commendatione inſigni, ſi prodiiſſet ſeculo præcedenti, magno haud dubie plauſu exceptum fuiſſet; necdum enim cuiquam in mentem venerat, ante 14. ſeculum translatos in Europam Carmelitas, dicere. Nunc vero cum offenſione multa acceptum eſt; eo quod ſic tacite repudiarentur documenta nonnulla, in quibus magnum probandæ antiquitatis ſubſidium repoſitum eſſe volebant illius zelatores. Equidem profeſſus ſum ad 8. Aprilis in B. Alberto, & iterum hic proteſtor, nolle me prætenſam Ordinis ab Elia Propheta ſucceſſionem attingere, nedum impugnare. Abundent ut volent in iſto ſuo ſenſu Carmelitæ; tantum ne patiantur pro eo confirmando imponi ſibi figmenta recentia, vetuſtatis pallio obtecta; neque indignentur, quod ea recipienda non putemus: ſed circa tempus translati Ordinis ea nos ſinant credere, quæ ex Innocentii IV. Bulla, ex Breviario Carmelitano, & Sanwici chronica diſcimus, & ante centum annos a nemine fuerunt in dubium revocata.

Seculo 14. primum migraſſe in Europam Carmelitas

2 *Innocentium audiamus. Suas ille litteras, anno* F 1246. *ad Archiepiſcopos & Epiſcopos datas, quæ in Annalibus Lezanæ poſſunt integra legi, ſic exorditur*, Paganorum incurſus dilectis filiis, Fratribus Eremitis ſanctæ Mariæ de monte Carmeli, neceſſitatem induxiſſe dignoſcitur, quod ſe ad hæc ciſmarinas partes, non ſine afflictione multa ſpiritus, contulerunt; cum eis, contemplationis dulcedine recreari ſolitis, ex hujuſmodi tranſitu turbata non modicum fuerit quies mentis. Cum itaque ad hoc aſpiret affectio, ut, per Apoſtolicæ pietatis auxilium, ſtatum conſequi valeant, in quo ſibi & proximis, Deo propitio, ad ſalutem proficere hilareſcunt, Fraternitatem veſtram rogandam duximus & monendam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus . . . . ipſis celebrandi divina, & habendi liberam Fratrum ſui Ordinis ſepulturam licentiam, ſi expedire videritis, ſine juris alieni præjudicio, concedatis. *Hæc ille, clare ſupponens eos in Europa, utpote recenter translatos, ſtatum eatenus non habere ſed quærere. Lectiones pro Commemoratione ſolemni Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ad diem 16. Julii ab omnibus recitandæ, quæ certiſſimum de ſenſu totius Ordinis teſtimonium dant, ſic loquuntur:* Cum olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium Quartum non pauci pro illius extinctione inſtarent; adſtitit Honorio noctu puriſſima virgo Maria, planeque juſſit ut inſtitutum & homines benigne com-

probatur ex Bulla Innocentii 4.

Breviario Carmelitano,

A compleſteretur. *Eadem lectiones ad examen denuo revocatæ ſunt anno 1628. at ne tunc quidem aliud occurrit quod mutaretur, quam numerus nomini Pontificio additus; cum eſſent qui ſuſtinerent, revelationem prædictam, non Quarto, ſed Tertio Honorio, antequam ſcilicet in Europam ordo tranſiſſet. Reverà enim ab hoc Pontifice primum approbata ejus Regula eſt, poſt annorum aliquot ſollicitationem, anno Chriſti 1226. ut plenius 5. Maji ad Vitam S. Angeli dicetur: & econtra ante tempus Honorii IV. notiſſimus in Europa & late propagatus Ordo fuit, multiſque variorum Pontificum diplomatis ac privilegiis communitus, prout ad Vitam B. Simonis Stock 16. die ejuſdem Maji manifeſtum faciemus. Denique ex Chronica de excidio monaſteriorum Terræ-ſanctæ & multiplicatione Ordinis per Europam, a variis ſcriptoribus Carmeliticis citantur hæc expreſſiſſima verba:* Profeſſores hujus Religionis numquam propoſuerunt extra Terram-ſanctam (*quamdiu ſcilicet res Chri-* B *ſtianorum utcumque ibidem ſubſiſtebant, & terra ſuſtineri poſſe videbantur*) habere ad habitandum aliquam manſionem ſuæ Religionis. *Venit autem Chronicæ iſtius auctor Guillelmus de Sanwico, Sanvico, vel Sambuco (nam varii varie nomen ſcribunt) poſt amiſſam ultimo Acconem anno 1291. in Europam: nec facile invenient Carmelitæ antiquiorem illorum ſuorum ſcriptorem.*

Chronico Sanvicini,

majorem antiquitatem prætendunt

5 *Quid ad hæc illi? Dicunt ſcilicet, auctoritates allegatas ſolum reſpicere noviſſimam ac generalem, ideoque præ ceteris famoſam migrationem: idque eo ſuſtinent confidentius, quo exiſtimant monaſteriorum aliquorum majorem antiquitatem demonſtrari certius. Ergo ne pergerent queri, præjudiciis abreptos nos contra evidentiſſimam veritatem niti, cum interim nihil optarem magis quam opinioni ipſorum firmandæ ſolidum aliquod invenire fundamentum; totos Lezanæ Annales evolvi, & quæ ille ſtatuit Conventuum ſingulorum initia ſolicite ſcrutatus, ex 30. circiter quos nominat, velut ante ann. 1228. inchoatos, nec unum quidem reperi, cujus probationem difficile eſſet manifeſtæ vanitatis aut etiam falſitatis convincere. Hos agenti ſub manibus crevit haud ſpernendæ molis Commentarius, quem dare hoc loco totum propoſueram: ſed iis quibus obſequi me decet, viſum eſt ſufficere poſſe exemplum unum alterumve, ex quo de ceteris qualia ſint, æquus lector judicium ferat. Ipſis certe Carmelitis ſuſpectum id credo, ne exiſtiment amplius antiquitates ſuas ex mero præjudicio rejici; neve porro nos urgere velint ad dandam de ſingulis rationem; cum viderint ea quibus potiſſimum nitebantur, & quæ nobis præ aliis ſemper voluerunt eſſe commendata, adeo ſolide confutata.* C *Hæc autem duo ſunt, Thomæ Epiſcopi Florentini atteſtatio anni 742. & epitaphium quoddam Boperdienſe, anni 1113. Plura ſi poſt hæc deſiderentur, parata ſunt omnia, nec deerit locus idoneus in Majo, ſive ad Vitam S. Angeli, ex qua nonnullorum ejuſmodi conventuum fides pendet, ſive ad Catalogum Hieroſolymitanorum Epiſcoporum ac Patriarcharum, quorum unus dicitur fuiſſe Enoch idemque Vitæ illius auctor, ſive ad Acta B. Simonis.*

exemplo alterove conſutatione confirmant.

CAPUT I.

Examinatur Florentinæ fundationis antiquitas, hoc ſeculo primum excogitata.

Florentia primo eremitorium anno 742. fundatum,

4 A*Nte annos non admodum multos, triginta forſitan aut quadraginta, in Florentini Conventus clauſtro poſita eſt inſcriptio, his verbis concepta:* A Chriſti nativitate anno 743. Kalendis Maji, ad honorem Dei & B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, erecta fuit parva quædam eccleſia, cujus primum lapidem poſuit Rev. DD. Thomas Epiſcopus Florentinus, in receſſu prope civitatem, juxta viam Piſanam & flumen Arni, pro Eremitis quibuſdam montis Carmeli; Geneſio ſcilicet, Baſilide, Cyrillo, Enoc, Phronto, Honuphrio, & Elpidio, Humar Arabiæ Regis, Mahometi ſucceſſoris, D tyrannidem fugientibus, nuto divino in hanc urbem perductis. Deinde an. 1268. Kalendis Julii, extra civitatem, fundata fuit hæc Eccleſia ſecunda, per Reverendiſſ. DD. Joannem Florentinum Epiſcopum, ſub titulo Fratrum ejuſdem Ordinis, præſentibus pluribus perſonis ſecularibus ac regularibus: qui Antiſtes donavit pedem S. Agnetis Virg. & Mart. & caput S. Cordulæ ejuſdem Virg. & Mart. S. Urſulæ ſociæ, quæ ſunt adhuc in eadem eccleſia. Poſt fundationem vero anno 1422. Dominica in Albis, die 19. Aprilis, ex conceſſione Martini Papæ V. ad preces D. Franciſci de Soderinis, per Reverendiſſ. DD. Americum Corſinum, primum Florentiæ Archiepiſcopum ſolenniter conſecrata fuit, aſſiſtentibus RR. DD. Antonio Fidei Carmelita Epiſcopo Suanenſi, & Benotio Federigo Epiſcopo Feſulano, Florentinis: in qua conſecratione idem Reverendiſſimus donavit Reliquias de Sanctis Bartholomæo, Thoma & Barnaba Apoſtolis, Marco Evangeliſta, Clemente & Antero PP. & MM. Laurentio, Sebaſtiano, & Pancratio MM. quæ in eadem eccleſia conduntur: quam cuilibet contrito & confeſſo, in Dominica in Albis viſitanti, idem Archiepiſcopus pro tunc Indulgentiam 40. dierum conceſſit: quam plenariam & perpetuam fecit SS. D.N. Gregorius fel. record. Dat. PP. 13. anno ſalutis 1585. ut conſtat ex originalibus in Arca conventus poſitis, quorum copiæ fide dignæ in ſacriſtia extant affixæ.

AUCT. D. P. tum alio loco eccleſia anno 1268.

quæ demū an. 1422. conſecrata ſit,

E

& Indulgentiis dotata an. 1585.

5 *Italiæ ſacræ auctor Ferdinandus Ughellus to. 3. columna 166. citat Ferrinium, in Catalogo Florentinorum Epiſcoporum aſſerentem, quod* Joannes *anno* 1252. *ad Florentinam Sedem ſubvectus*, anno 1275. die 5. Januarii jecit primum lapidem eccleſiæ Carmelitarum. *Ita illum ex ipſius aut Epiſcopii aut Conventus monumentis accepiſſe nullus dubito: ſed errorem obrepſiſſe in anni numero aſſentior Ughello, vetus Kalendarium citanti, in quo Joannes iſte dicitur obiiſſe die ultimo anni immediate præcedentis. Facile fuit unam cyfram (nam per Cyfras Ferrinius annos notat) pro altera arripere & 75. pro 65. ſcribi: at unius menſis nomen ſubſtitui pro altero, non æque facile. Quare exiſtimo revera die 5. Januarii jactum eſſe primum lapidem a Joanne, ſed anno 1265. anno autem poſt tertio, die 1. Julii tunc in Dominicam cadente, ipſam eccleſiam eſſe conſecratam: pro qua vel nimium exigua, vel temporis diuturnitate ruinam paſſura, poſt annos circiter centum quinquaginta, amplior alia extructa ſit, quæ etiam nunc extat. Quis enim credat tanto tempore uſos eſſe Fratres eccleſia non conſecrata? Unde ante omnia hic noto, inſcriptionis iſtius auctores, in tempore tanto nobis viciniore adeo hallucinatos, ut inter fundationem ac conſecrationem tam immane intervallum ponerent, non magnam fidem mereri in iis, quæ de ſeculo longe anteriori ſcripſere.*

ibi in anno a fundatione errore

& indicata per an. 150 conſecratione;

F

6 *Ad Thomam Epiſcopum quod attinet, ejus nomen non invenitur in ullis Florentinorum Epiſcoporum catalogis, uti teſtatus eſt nobis Tiberius Petraccius, Vallumbroſanæ Congregationis vir eruditus, & ejuſmodi rerum ſcrutator diligens. Primus illum in ſerie Epiſcoporum collocavit Ughellus nullo alio fundamento, quam quod nomen ejus inveniatur ſubſcriptum Canonibus Concilii Romani, ſub Zacharia Papa anno 743. celebrati ſecundum Baronium, nu. 27. Sed appendicula illa Romani Concilii, quam mendoſiſſimam eſſe idem Baronius agnoſcit, inepti cujuſdam hominis eſt, ita eam exordientis,* Factum eſt hoc Concilium anno 2. Artabaſdi Imperatoris, nec non Luitprandi Regis anno 33. Indictione 12. *Etenim Indictio 12. & annus Luitprandi 32 non cum Artabaſdi anno 2. Chriſti 742. ſed cum ſequenti concurrebant, ut patebit examinanti. Cum igitur perſuaſum vellent auctores inſcriptionis, conventum ſuum antiquiſſimam habere originem in illo ſuburbano receſſu; & cum de Humari perſecutione aliquid ibidem crederetur, ex opinione tum primum invaleſcente, de Barbatarum cappa-*

primo vero auctor Thomas, nec invenitur in catalogis Epiſcoporum;

rum

A *rum auctore; ad iſtum annum, quo congruum intenſe ſuo* AUCTORE. D. P. *Thomam invenerunt, a Baronio nominatum, omnia revolverunt, cum ſummo rerum ac temporum confuſione. Nam Umar iſte Arabum Dux, & Solymanno mortuo ſummus Ameras factus anno 718.* qui Chriſtianos ad fidem Religionemque fœda defectione conſpurcandam adegit, ex quo plures Martyres effecti ſunt (*ut ſcribit ad illud tempus Theophanes*) *anno 721.* poſt principatus annos duos & menſes quatuor, extinctus eſt, *juxta eumdem Theophanem: Umaro autem Izid, Izido Iſam, Iſamo Valid ſucceſſere, annis 721. 25. & 43. Græcis vero aſſumitur a nomenine, hac excuſare volente, Humari perſecutionem dici, quia ab ipſo cœpta, a poſteris fuerit continuata; nam de hac continuatione nihil legitur apud ſcriptores: & quamvis legeretur de ea aliquid, apparet ſenſum inſcriptionis eo non poſſe niſi per vim trahi.*

Ergo punctis ab Humari tyrannide prologus convulſis;

B 7 *Sed juvat primam fictionis totius cauſam diſcere ex prælaudato Petrattio, nobis circa hac quæſtionem habentibus ita ſcribente:* Lis erat inter Carmelitas Senenſes ac Florentinos de primatu ſuorum conventuum, quos in Thuſcia poſſident: & cum Senenſis locus primas habere in fundatione prætenderet, exhibendo donationem aliquam viris religioſis illius loci factam a Carolo Magno; Florentini (ſicut a nobili viro Antonio Contalberti fideliſſime accepi) compoſuere diploma, ſub nota anni 643. & Thomæ Epiſcopi nomine. *Sic autem compoſito diplomate, quod mox proferamus, & quod ego, inquit Petrattius,* poſt multam operam & induſtriam ad id poſitam, tandem oculis propriis vidi ac manibus contrectavi; curaverunt ipſum (ſicut Antonius Contalberti teſtatur) ſcribendam in membrana a quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo. Sed a viris emunctæ naris facile obſervata impoſtura fuit, cum neque loquendi, neque litterarum formæ ex eſſent, quibus antiquitus aſſuaverant Florentini. Ideoque difficillimum eſt originale illud apud Carmelitas conſpicere: quod utique, pridem falſitatis convictos, pudeat ipſum amplius exhibere alii quam ſui Ordinis opinioniſque hominibus; etenim omni ex parte novitatem redolet, uti optime notarunt Illuſtriſſimus Senator Carolus Strozzi & Capitaneus Coſmus della Rena. *Hactenus ille.*

Occaſionem ad inſcriptionis de antiquitate eum Conventu Senenſi;

Florentini quid, ubi conventu fabulam;

8 *Quorum autem judicium ſiniem laudat, eos nos vidimus audivimuſque Florentiæ præ antiquariis peritiſſimos haberi, & reipſa tales ſumus experti. Rogaveram ego ut illius diplomatis pauculas lineas, alteriuſque ſeculo 8. ſcripti etiam paucas, peritiori manu ſic curaret excipiendas, ut æri inciſa ipſis oculis exhibere poſſent ſuæ ætatis differentiam.*

C *Sed reſpondit, utrumque difficillime impetrandum a ſuſpicacibus cuſtodibus; a Carmelitis fortaſſis nulla ratione:* videri autem ſuperfluum fore laboris & pecuniæ impendium, cum illud Carmeliticum plurimi ante hac viderint, taſtarique poſſint ipſum nec Romanis nec Gothicis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris eſſe exaratum, *quales ſcilicet Polonus Frater noverat, & ſui inſolentia antiquitatis fidem obtenturas apud Senenſes credebant alii. Nos quibus de dicti Conventus certiſſimis antiquitatibus multa a variis dicta erant, cum anno 1661. eſſemus Florentiæ, illuc quoque ſpectatum ivimus: atque a clauſtro, ubi inſcriptionem prædictam legeramus, ducti ad ſacriſtiam, aliud ibi non invenimus, quam Indulgentiarum poſtremo conceſſarum copias ſupra memoratas, & neſcio quæ alia, nihil proficientia ad conciliandam promiſſæ antiquitati fidem. Requirentibus autem, numquid in eam rem ultra haberetur quod poſſet monſtrari, reſponſum eſt, nihil haberi præter conſtantem in loco traditionem. Receſſimus igitur, nullum aliud operæ pretium referentes, quam quod ſatis certi nobis videremur, primam de Thoma Epiſcopo narrationem novitiam eſſe, atque ex illius generis plures jam antea pro novitiis agnitas. Diploma ipſius Thomæ aut illius copiam neque nos videre petiimus, qui de eo nondum audiveramus; neque nobis ultra indicandum putavere, quibuſcum agebamus Patres.* D

a nobis anno 1661. lectam.

9 *Interim Theologiam ſuam Carmeliticam anno 1665 Romæ evulgavit Reverendiſſimus Pater Philippus a Sanctiſſima Trinitate, Diſcalceatorum Generalis, & qu. 12. art. 2. intellectus relationem antiquitatis Florentinæ, eidem contrariam nobis ac veritati notationem ſubdidit, quæ Antwerpiæ poſtea recuſa eſt, ne eam poſſemus ignorare. Illa autem talis eſt:* Nota, quod anno 1660. data occaſione, bis diſſerui de antiquitate noſtræ Religionis Carmelitanæ cum R. P. Godefrido Henſchenio Belga Societatis Jeſu, qui plurimum in hiſtoria eruditus, negabat Carmelitas eſſe antiquiores S. Alberto Legiſlatore noſtro, qui a quingentis fere annis vivebat. Sed eum præſentem ei diſcuſſum feciſſem, per tot ſecula retrocedendo; tandem reſpondit, ſe non amplius dubitaturum de noſtra ſucceſſione hereditaria ab Elia Propheta abſque interruptione, ſi vera eſſent quæ modo ſcripſi de fundatione Conventus Florentini: & quod in reditu foret tranſiturus Florentia, ad comprobandam hujus rei notitiam. Intererant ejus ſocius junior, item Belga, ſucceſſor electus in ſcribendo; & ex noſtris P. Cœleſtinus a S. Lidovina Batavus, in noſtro Conventu S. Mariæ de victoria ad montem Quirinalem Romæ. Poſtmodum reſcivi a R. P. Gabriele ab Annuntiatione Carmelita, ejus olim in Græca lingua diſcipulo, quod ipſi Florentiæ exiſtens ſcripſerat, ſe ibi vidiſſe monumenta antiquitatis noſtræ, de quibus jam non dubitabat: quod etiam confirmavit alteri Patri Carmelitæ in Belgio, ut litteris inde miſſis didici. E

Sed nulla ratione approbatam;

10 *Hæc ſic impreſſa vel imprimenda eſſe ſi cognoviſſemus tunc (neque enim ante ann. 1670. ad aures oculoſve noſtros pervenere) curaviſſemus omnino ut Reverendiſſimus ille Pater intelligeret, quantum ſua eum fefellerit memoria, & quam longe abfuerimus ab ea certitudine, quam alii, ſuæ opinioni faventes nimium, ad ipſum perſcripſere. Qui nos ad Conventum Florentinum deduxere viri illuſtriſſimi & eruditiſſimi duo, Andreas Cavalcantius & Antonius Magliabechius, teſtari poterant; nos, viſa inſcriptionis dictæ novitate, obſtupuiſſe vel ſimplicitatem vel confidentiam hominum, in tanta rei argumentum hoc ſolum oſtentantium; adeoque contempſiſſe, ut nec in pugillares quidem dignatus fuerim annotare ætatis tam parva ſcripturam, ſicuti paſſim alias alibi ſcripturas annotabam. Antwerpiam autem reverſi, quoties cum Patribus Carmelitis egimus (egimus autem cum multis & ſæpe, quia cupiebamus in Bertholdo ſcribere aliquid, in quo poſſet & Ordini & veritati ſic fieri ſatis, ut tamen dici non poſſemus Succeſſionem Elianam probare vel improbare) identidem quærentibus quid de ſua antiquitate eſſemus dicturi, & inſtantibus ut ſuæ parti accederemus, ſemper reſpondimus, nos inter amicitiam & veritatem medios, ſilentium de illa quæſtione ſervaturos; quippe cui in ipſorum favorem decidendæ nullum idoneum argumentum ſuppeteret; & quæ ad inſtitutum noſtrum parum aut nihil faceret. Idem haud diu poſt reſpondimus ipſi Reverendiſſimo P. Philippo, Antwerpiam venienti, & in corona plurium fratrum nos excipienti, eumque ſermonem quem Romæ habuerat retexenti, ac nominatim de Florentina fundatione quærenti, numquid ea nobis probata fuiſſet: ad quod diximus nihil ibi a nobis viſum, quod fidem faceret tantæ antiquitatis: ceterum ſi qua probatio ſufficiens afferatur, non defuturos nos ei affectui, quem erga Ordinem habere nos benevolentiſſimum profitebamur.* F

Promittebamus de teſtari ſummus eum Florentia.

quam Antwerpiæ.

11 *Horrebamus fateor in Carmeliticam antiquitatem, cujus fallaces probationes pluribus experimentis habebamus delibatas, tamquam in aſperum aculeis ſenticetum ingredi. Cum autem menſis hic advenit (in quo propter multiplicatas ipſorummet querelas nefas fuit diutius tenere ſilentium) nihil prius aggreſſus ſum examinare, quam illius toties nobis objectæ Florentinæ inſcriptionis funda-*

Nunc eam demum cogor refutare expreſſius;

men-

A *mentum. Hoc vero in tom. 3. Annalium apud Lezanam reperiens, nullumque pene verbum in eo legens, quod non præferret manifeſtum evidentis impoſturæ indicium; iterum exhorrui, dubitavique, utrum, ſalva religioſa modeſtia & caritate, liceret tam inſignem fœditatem redarguendo denudare. Sed locus tergiverſationi nullus erat, cogitavique paucorum culpam non poſſe trahi in alienjam integri Ordinis infamiam. Imo hinc potiſſimum cenſui incipiendum: ut viri inter Carmelitas cordati ac veritatis ſtudioſi, hoc tam claro exemplo admoniti, exuant præjudicium, de ſuorum quorumdam ſcriptorum fidelitate conceptum, quod eos non patitur de re quapiam dubitare, quæ favere videtur nimis ardenter concupitæ certitudini ſucceſſionis Elianæ. Sed ipſum pulchrum Thomæ diploma, quo tantopere ſeſe nunc paſſim Carmelitica hiſtoriæ tractatores defenſoreſq; efferunt, tamquam ineluctabili argumento, prius totum exhibeamus, quam ſingula aggredimur examinare. Eſt igitur tale.*

& ſupinedare

atteſtatio nem Thomæ Epiſcopi,

12 Nos Thomas, miſeratione divina Florentiæ Epiſcopus, proteſtamur expreſſe, ad perpetuam rei memoriam & poſteris futuram fidem, quod ad honorem Dei & E B. Mariæ Virginis de monte Carmelo & omnium cœleſtium civium in cœleſtibus triumphantium, præſentibus Mauritio, Cionio, Cotterio, Ardinghio a S. Geminiano & Gottifredo Cuſſa, omnibus eccleſiæ Florentinæ Presbyteris, nec non & præſentibus Eremitis ejuſdem Carmeli montis, Genneſio, Baſilide, Cyrillo, Enoc, Phronio, Honuphrio, & Elpidio, ex eodem ſancto monte ab Arabiæ iniquo Rege, Machometti ſucceſſore & diſcipulo Humas, fugientibus, & in hanc provinciam decurſis, hac præſenti die infraſcripta, primum lapidem parvæ eccleſiæ, in remoto loco pro eiſdem eremitis Carmeli, ad totius Florentini populi placitum & concurſum, propriis noſtris manibus, Deo dante, poſuimus, prope civitatem, juxta Piſanam viam & fluvium Arni. Acta ſunt hæc Florentiæ in Palatio Epiſcopali, teſtibus ad omnia vocatis, Joſeph a S. Vivaldo, Balduino Balduini de Colle vallis-Elſæ, & Gualterio quodam Vicedomino Florentino, ſub anno Domini 743. menſe Majo, ejus vero die prima, indictione 13. &c. Ego Raynerius Simeonis a Signa, Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius Florentinus, rogatus manu mea confeci, & ſignum mei Tabellionatus appoſui &c. locus ✠ ſigni

13 *Ferdinandus Ughellus t. 1. Italiæ ſacræ ſimilis farinæ inſtrumentum col. 451. propoſuerat, cujus primarium exemplar in archivo Cathedralis eccleſiæ Aretinæ haberi prædi-* C *cabatur, quoq; ſub annum a nativitate Domini circiter 370 Zenobius tribunus filius Landerici fingebatur, in gratiam baptizatoris ſui S. Donati, epiſcopalem cenſus ad miraculum locupletaviſſe: eo autem propoſito, Hoc ego, inquit,* inſtrumentum in medium adduxi, non quod, ut ex meo diſcurſu colligo, verum illud arbitrer; ſed ut lectorum curioſitatem expleam, qui aliquorum hominum artes, quibus vel ad ſuam illuſtrandam exornandamque patriam, vel ob alias utilitates aucupandas, fabulas non inelegantes adornant ac inſtruunt, inſpicere delectantur. *Nobis in hoc tam vaſto opere non licet uſque ad delicias exſpatiari, maxime in refutandis opinionibus iis quas integræ communitates ſic propugnant, ut vel in dubium eas revocaſſe piaculum habeatur. Præciſa neceſſitas ad hæc nos adigit; ubi ſciunt qui ſcripta quædam legerant, ad hoc nuper vulgata, ut nobis & inſignibus aliquot noſtræ Societatis Scriptoribus, apud Ordinem imo Orbem univerſum, aſſio intendatur contumacia, niſi vel fateamur fidem nobis factam eſſe Carmeliticæ, etiam in Europa, antiquitatis, per ejuſmodi probationes; vel palam edicamus, quæ nos argumenta contraria cogant ipſis illam negare. Operæ pretium erit Aretinum figmentum videre apud Ughellum, ac deinde legere quibus argumentis vir ille doctiſſimus manifeſtam faciat impoſturam: nos, eo omiſſo, ad Florentinam fictionem, partim iiſdem partim diverſis ac pluribus notis revincendam, convertimur*

quomodo Zenobio coidam ſub an. 370. affingitur donatio eccleſiæ Aretinæ.

CAPUT II.

D
AUCTORE.
D. P.

Indicantur novitiæ impoſturæ, tot pene argumenta, quot ſunt fictitiæ Atteſtationis verba.

14 *Quam parum ſit authentica fides atteſtationis Florentinæ, & quam imperite a Lezana recentioribusque ſcriptoribus credatur, non eſt opus exponere ei qui vel minimum iſtiuſmodi rerum uſum habet. Sed quoniam non omnium ea experientia eſt, & cunctis invidis diſputatio, qui licet nihil frequentius quam ſummam antiquitatem in ore habeant, illius tamen guſtum verum nec primis videntur percepiſſe labris: enucleanda res accuratius eſt. Ne autem in hoc, noſtrum dumtaxat judicium interponere videremur, voluimus totius Florentinæ nobilitatis, patriarum antiquitatum ſtudioſiſſimæ, exquirere ſenſum, circumlata per omnium manus copia atteſtationis prædictæ; qui omnes manifeſtam eſſe impoſturam pronuntiavere. Longum eſſet* E *ſingulorum proferre verba, loquetur pro omnibus Ferdinandus Ughellus prælaudatus, qui totam eamque longiſſimam vitam impendit, Pontificum, Regum, Principumque diplomatis, publicarumque ac privatarum perſonarum conventionibus, atque Italicorum tabulariorum ſcriniis perſcrutandis, maxime autem verſatus in Florentinis rebus, inter quas lucubrationum ſuarum exordium fecit. Hic de propoſita ſibi atteſtatione ſenſum ſuum aperuit his litteris anno 1669. die 18. Octobris Romæ ad nos datis.*

Idem quod reliqui Florentini.

ſententia Ferdinandi Ughelli,

15 Atteſtationem Thomæ Epiſcopi pluribus de cauſis ſuppoſititiam exiſtimo: neque enim ejuſmodi eccleſiæ tunc ædificatæ ulla extat memoria in archivio eccleſiæ Florentinæ, quod olim diligentiſſime perſcrutatus ſum, & ſtylus ab antiquis monumentis diverſiſſimus eſt. Numquam aliquis veterum Epiſcoporum a prænomine Nos, auſpicatus eſt: majorem illi humilitatem præſeferebant. Miſeratione divina Epiſcopi quidem erant, phraſis tamen ipſa moderna eſt inter recentiores. Eo quod prætenditur tempore ſcripta inſtrumenta, ſi quando locum in quo condita notant, ſcribunt, Actu in atrio Epiſcopi S. Joannis: ipſique Epiſcopi, non ſe Florentinos, ſed B. Joannis Epiſcopos dicebant, ut in pluribus eorum inſtrumentis obſervavi. Numquam etiam Florentinus ullus Notarius Apoſtolica & Imperiali auctoritate ſubſcripſit, uſque ad noſtra tempora: ſed bene Ego N. Imperiali auctoritate Judex vel Notarius. Denique ad totius Populi Florentini placitum & conſenſum, primus Carmeliticæ fundationis lapis poſitus dicitur, anno 743. quando Florentina civitas tota pene jacebat diruta, & populus om- F nis erat diſperſus, donec poſt annos aliquot, id eſt circa finem iſtius ſeculi, Carolus Magnus hanc colligere, iſtam reædificare cœpit: exindeque obtinuit, ut Populus Florentinus per Judices Imperiales regeretur. Et hanc formam ſervarunt ceteri Imperatores uſque ad Henricum, qui Florentinis vendidit libertatem, qua ad Mediceos uſque Duces & Caroli V. tempora fruiti ſunt. Hæc erant quæ raptim & primo intuitu obſervata ſcribere volui, & eximiæ Paternitatis tuæ eruditioni per omnia ſubmittere.

declarat atteſtationem eſſe ſuppoſititiam

argumentis ſuis,

16 *Hactenus Ughellus, membranarum veterum uſque adeo non ſeverus cenſor, ut eum earum multis, quarum ectypa ſibi mittebantur dolum figere poſſet, tamquam non ea quam præferebant ætate confectis, vel non bona fide tranſcriptis, non tamen niſi rariſſime id fecerit; longe quidem melius de re litteraria id faciendo meriturus, ſed multum amiſſurus de gratia amicorum talia ſubministrantium, nec parvam moleſtiam ſuſcepturus a nolentium illa reprobari non ferentium, novam etiam longiorem injecturus properanti operi & intra duodecim annos ad novem volumina excreſcenti. Ita in tomo ſuo 8. de Beneventanis Epiſcopis agens, ex fide codicis Vaticani, anno 1119. in Beneventano S. Sophiæ monaſterio compilati, non tamen protulit chartas aliquas ſub nomine Alphani Epiſcopi & Arichis Principis Lon-*

Quare aliquas non ſemper ſuſpecta do.

go-

AUCTORE D. P.

A *gobardorum, aliorumque ejuſdem gentis Procerum pro ſeculo 7. abſque ulla, quam ſane merebantur, animadverſione; ſed totum eum librum tomo iſti ſubjunxit, ſub titulo Chronici, nuſquam interponens judicium ſuum, quod merito maximi lectores feciſſent, plus quam ducentorum triginta inſtrumentorum theſauro longe uſuri ſecurius, ſi eos de cujuſque bona aut mala fide docere commentando voluiſſet. Hoc autem ideo notandum a me fuit, ne quis contra prænotatam Ughelli epiſtolam ipſummet forte jubeat teſtimonium dicere, allegando quædam in ejus operibus relata diplomata, ſic dictata, quaſi vel Epiſcopus quiſpiam antiquus* Nos *ſcripſiſſet, vel Notarius aliquid aliud uſurpaſſet eorum, unde nunc arguitur novitas fictionis. Nempe hæc, cum ſint pauca in ſingulis; nec niſi a paucioribus obſervanda, diſſimulare ſe poſſe credidit propter Mſſ. exemplarium vetuſtatem: Atteſtationem autem Thomæ maluit ignoraſſe videri, quam undique præbentem recentiſſimæ compoſitionis indicia,*
B *adhibere ad implendam centum annorum lacunam, quibus Epiſcopum nullum Florentini catalogi nominabant, eſto ipſius Thomæ nomen, velut aliunde cognitum, noluerit præterire.*

Seu iſtis accedunt, præter alia

17 *Cum vero judicium ſuum rogatus eſt declarare; ecce ut in tribus primis verbis,* Nos Thomas, miſeratione divina, & Florentiæ Epiſcopus, *totidem indicia falſitatis redarguit. Et forte is erat anno 743. rerum ſtatus, ut neque Thomas, cujus vera exiſtentia non ſatis fideli auctoritate cognoſcitur (utpote cujus nomen primus Baronius in lucem protulit ex fide unius tituli, ut ait* meodoſiſſime ſcripti, *aut potius ſuppoſititii ante Synodi cujuſdam Romanæ Acta) neque omnino alius quiſpiam Epiſcopus fuerit, aut tunc aut uſque ad Carolum Magnum.* Ad futuram rei memoriam *ſcribebantur quidem Acta: ſed phraſim iſtam ante 12. ſeculum neſcio an uſpiam ſit inventurus. Nunc vero, ut de reliquo totius Atteſtationis ſtylo judices commodius, conſidera mihi quomodo Specioſi Epiſcopi, anno 724 ſedentis, inchoetur diploma, & formam ſeculo 8. uſitatam cognoſce. Ita is orditur apud Ughellum col. 27. paterna latifundia eccleſiæ tranſcribens.* In Nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, regnante piiſſimo atque perpetuo a Deo conſervando Domino Luitprando, Excellentiſſimo Rege gentis Langubardorum, anno feliciſſimi Regni ejus duodecimo, pro Indictione ſeptima, feliciter. Et ideo Chriſto auctore ego Specioſus Epiſcopus,
C nimis peccator & indignus, per præſentem ſalutem & æternam, ſic volo atque diſpono, qualiter &c. *Simili fere forma inchoatur alterum col. 29. quod ad annum 790. pertinens pro monaſterio S. Bartholomæi de Ripoli, in favorem Euphraſiæ Abbatiſſæ amitæ ſuæ, conficiendum nepotes curarunt.* In nomine Domini, regnante Domino noſtro Carolo & Pipino ejus filio, viris excellentiſſimis Regibus, anni regni eorum in Italia ſeptimo decimo, & decimo, indictione 13. Et ideo in Chriſti nomine conſtat, nos Arroald, Adovald & Adopald, germani filii quondam Atriperti, per præſentem &c.

Stylus 8. ſeculi diverſiſſimus in diplomatis ordiendis,

18 *Ipſi deinde poſitioni lapidis non dicuntur adfuiſſe, qui primi ſolebant in Actibus publicis adeſſe Epiſcopo,* Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerius, *quique reipſa primi ſubſcripſere diplomati Epiſcopi Specioſi: ſed geſta res dicitur* præſentibus Mauritio, Cionio, &c. omnibus Eccl. Florentinæ Presbyteris: *ubi & tò omnibus novitatem phraſis maximam indicat, &* Ardingus a S. Geminiano *nominatur tanto prius quam oppidum illud ædificaretur, quod ſolum anno 758. factum ſub Deſiderio Rege notavit Reverendiſſimus Eugenius Gamurrini, Ordinis Caſſinenſis Abbas, & Magni Hetruriæ Ducis familiaris Theologus, Hiſtoria Genealogica illuſtrium familiarum Hetruriæ atque Umbriæ feliciter elucidata clariſſimus. Quid quod univerſim inſolens ſeculo 8. fuerit aliqua uſurpare cognomina, quæ tamen ibi tam præſentium quam teſtium ipſiuſque Notarii nominibus inveniuntur adſcripta. Fortaſſis etiam ante 11. ſeculum nil tale invenias* D *in publicis Actis; nam prima, in quibus cognomina occurrunt, aut in Terra-ſancta aut tempore belli ſacri ſunt confecta; quando plurium confluxus nationum, & eorum qui uno eodemque nomine vocabantur multitudo, talis uſus neceſſitatem induxiſſe videtur. Sic apud Ughellum tomo 3. col. 465. & 489. invenies diplomata Almerici Comitis Aſcalonis & Conradi Monferratenſis, confirmata teſtimoniis Francorum in Terra ſancta militantium, qui omnes cognomentum habent a patre, patria aut poſſeſſione. Primum autem ſui homines, addito paterni nominis genitivo diſtingui; ſic inſtrumento quod habetur Col. 87. pro anno 1008. apponuntur* ſigna manuum Martini, filii Joannis; Donati, filii Boni &c. rogatorum teſtium. *Qui autem* Beatam Virginem Mariam de Monte Carmelo *cognominaverit, nemo puto invenietur ante ſeculum 13.*

In conditione teſtium,

eorumque nominibus ſcribendis,

19 *Sequuntur nomina Eremitarum: quæ ſi Latina fo-* E *rent, aut omnia aut pleraque, poſſemus ſuſpicari ſub Alano aut Simone Gracialı primorum colonorum, in Florentino agro receptorum, vera eſſe nomina, quæ poſterorum memoria conſervarit: nunc vero cum Græca ſint omnia, reſtat ut arbitrio compoſitoris delecta credantur. Quamvis enim non ſuperaret fidem, ſi quis diceret Orientales aliquos Eremitas, ritus Græci, Armeni aut Syriaci, prope Florentiam aliquando conſediſſe; quorum eremitorium prioribus incolis vacuum poſtea ceſſerit Carmelitis, hoc tamen abſq; alio fide digniori indicio cogitari prudenter non poteſt, nedum affirmari. De* Humar Arabiæ Rege *a quo fugiſſe illi dicuntur, jam dictum eſt ſupra tunc nullum fuiſſe: & illa de ſucceſſoribus perſecutionem continuantibus evaſio; multo minus in hujus atteſtationis phraſim quadrat, quam in eam qua uſus eſt auctor Inſcriptionis. Ab eodem autem fonte acceptus videtur hic* Machometti ſucceſſor & diſcipulus, *pro anno 742. unde auctori epiſtolæ Cyrillo affictæ, pro anno 639. innotuit* quidam Rex Arabiæ, nomine Humar, diſcipulus perfidi Mahometi, atque regni ejus ſucceſſor tertius. *Hic enim capta anno 636. (non autem 9. ut Pſeudo Cyrillus) Hieroſolyma, etſi Judæis favebat impenſius, nuſquam tamen legitur Chriſtianos perſecutus, cum quorum tunc Patriarcha S. Sophronio etiam perquam humaniter egiſſe invenitur. Adeo ut appareat hinc quidem Pſeudo-Cyrillus duos Humares, annis 80. diſtantes, conflaviſſe in unum, quando Mahometis ſucceſſori adſcripſit ſævitiam in Chriſtianos exercitam; inde Florentinus impoſtor, Mahometi diſcipulatum a primo ad ultimum tranſtuliſſe, per parem utrimque anachroniſmum. Sed huic* F *minus ignoſcendum quam illi: nam ipſemet S. Cyrillus facile errare potuiſſet in rebus ante annos plus quam ſexcentos geſtis, non item Eremita in ea quam finguntur ex præſenti notitia indicaſſe Epiſcopo ſuæ fugæ cauſa.*

Ut de duobus Humaris in unum conflatis nihil dicā

20 *Interim Acta hæc dicuntur* Florentiæ, *quæ ſcilicet tunc nulla erat,* in Palatio Epiſcopali: *pro quo ſcribendum fuiſſet 8. ſeculo,* Actum Florentiæ feliciter in atrio Domus S. Joannis: *ſeculo autem 11. invenio primum* Palatium domus S. Joannis *dictum in quodam Mathildæ Comitiſſæ diplomate col. 114. Deinde nominantur teſtes nulla eccleſiaſtica dignitate inſignes, cum tamen ſemper primaria nota Canonicos ſubſcribere talibus iſto ævo videamus; nominatur autem etiam inter eos quidam* de Colle vallis Elſæ, *quæ tamen urbecula, Sigonio aliiſque ſcriptoribus atteſtantibus (uti nos Abbas Gamurrinus docuit) anno dumtaxat 1100. aſſurrexit. Nominatur etiam Vice-dominus Florentinus, qui titulus, teſte Borghino Hiſtorico Florentino, ſicut Petraccius nos monuit, circa annum dumtaxat milleſimum cœpit Florentiæ uſurpari. Tum additur annus Chriſti, & quidem per Cyfram 743. qui ſi notandus fuiſſet illo tempore (neque enim exempla habemus in Italia niſi pro ſeculo 11.) non fuiſſet notatus in fine, ſed principio, idque integre, aut ſaltem per numerales*

In notando loco, & anno Regni ſive Chriſti,

La-

A *Latinas litteras; non autem per Arabicas Cyfras, quarum uſus ante bella ſacra minime notus erat Europæis; imo (ſi Kirchero credimus) anno ſolum 900. ad Arabes ex India tranſiit, poſtquam ſcilicet Mahometanorum imperium, quod armis creverat, etiam commerciis Indicis ditari cœpit, unde illas cyfras ipſi Arabes vocant* Haeaph el Hend. *id eſt* litteras Indicas.

21 *Christiana Æra notanda & ab ea inchoandi inſtrumenti exemplum, hoc habe ex ſupecitati tomi 3. Ughelli col.46.* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarnatione nongenteſimo nonageſimo, menſe Februario, Indictione 3. feliciter. Et ideo Chriſto auctore ego Maria. *Eaque forma ab Hetruſcis Notariis obſervata perſeverabat adhuc anno 1287. quando ſcripta ſunt de B. Ambroſii Senenſis miraculis inſtrumenta plurima, quæ dedimus 20. die Martii. Nolim tamen negare, anno, ſive Regis (ut ſeculo 8. moris erat) ſive Chriſti (ut poſtea invaluit) ſic in fronte notato, inveniri inſtrumenta, quibus idem annus etiam repetatur in fine: ſed diverſiſſima forma. Specioſi Epiſcopi diploma clauditur cum ſola loci expreſſione:* Actum Florentiæ feliciter: *Ripolenſe autem, annis* B *66. poſt illud conditum, inſuper addit,* 14. die menſis Julii Indictione & Regno exemplatis, *id eſt, in principio notatis. In ceteris porro quanta diverſitas hujus figmenti ab uſu octavi ſeculi & multorum diu poſt ſequentium ſeculorum! Subſcribebat ſcilicet ſua quiſque manu, aut ſaltem pro ſe crucem formabat cetera ſcribente Notario; & primum quidem ſubſignabat is, qui fieri inſtrumentum rogaret, deinde teſtes, ac denique Notarius hoc modo*

Idque initio non fine diplomatum.

In ſubſigno utebant ...

Ego Specioſus Epiſcopus, hanc offerſionem a me factam manu ſubſcripſi.

Ego Deitifidi Archipresb. rogatus a D. Epiſcopo, ſubſcripſi.

Ego Utto, Archidiaconus, rogatus a Domno Specioſo Epiſcopo, ſubſcripſi.

ac denique poſt alios tres, ſimili modo ſignantes, poſtremus omnium ipſe Notarius ſic,

Notarii,

Ego Dardanus, ſcriptor hujus chartulæ, poſt teſtium roborationem, complevi & dedi

Atque ita per plura deinceps ſecula, pro eo quod nunc ſignare dicimus, complendi verbo uſi inveniuntur Italici Notarii. Etc. quod in fictis atteſtationibus notatur, a pauciſſimis ſeculis cœptum eſt uſurpari.

22 Tabellionatus ſignum, *quod appoſuiſſe ſe dicit Notarius (ut de Tabellionis & Tabellionatus nominibus, aſurpationis tunc pridem antiquatis & nunc recentiſſima vocibus nihil dicam) an eo atate in uſu fuerit Notariali apud Italos vehementer dubito; vix tenuia ejus rei indicia apud Francos reperiens par. 1. n. 53. notata. Sub Imperatoribus Germanis ea res ſpectabilior ac diſtinctior fuit, uti ex ſpeciminibus Ottoniani Henricianique diplomatis appares; & hinc paulatim ad Italicos Imperiali auctoritate Notarios ejuſmodi ſignorum fluxiſſe uſum veroſimiliter dici exiſtimo: certus autem ſum, neq; tunc neq; diu poſtea, illius ſui ſigni expreſſam mentionem illos feciſſe. Equidem ex Julio Sanſedonio Epiſcopo Groſſetano, ad Vitam B. Ambroſii Senenſis 20. Martii, dedi fere 30. notarialia inſtrumenta, de ejuſdem Beati miraculis ex ore teſtium juratorum, confecta a diverſis Notariis: ſed eorum pleraq; finiuntur* ✠ Ego N. ſacramento prædicto interfui, & quæ ſuperius continentur ſcripſi & publicavi rogatus: *locum notarialis ſigni, quod Julius Epiſcopus expreſſum repræſentat, nobis tenet* ✠ *crux pro eo ſubſtituta. Qui vero ſignum a ſe apponi expreſſe diceret verbis, idq; faceret poſt ſuam ſubſcriptionem, unicus fuit* Bartholomæus Angelus de Bulſeno, *iſque non tantum* Notarius, *ſed &* Judex ordinarius, *qui majori cum pompa ait*, ſcripſi & publicavi, ſignum meum prædictis proprium apponendo.

Idque ſine ſigno Notariali,

Signum prædicti Bar ✠ tolomæi Notarii
& Judicis ordinarii.

Hic ergo eſt primus quem anno 1287. ſtylo Senenſi, alias D *86. ſigni ſui invenio meminiſſe: necdum tamen aut ipſe aut alius ſeculo iſti vicinus* ſignum tabellionatus *nominat: quod quando præciſe dici cœperit, non vacat ſcrutari curioſius. Extrema porro amentia fuit, pro eo tempore, quo Italiæ dominabantur Longobardi Reges, & de reſtituendo Occidentis Imperio nemo nec cogitabat quidem;* Imperiali auctoritate *Notarium fingere. Si atteſtationis numquam factis explodendæ ſigulus tantam adhibere voluiſſet ad ſcribendum cautelam, quantum attulit ad fingendum audaciam, curaviſſet invenire aliquod veteris temporis diploma ex multis quæ Florentiæ habebantur; & litterarum ductus ac locutionum formam imitans, inſperſiſſet aliquot ſeculi barbariſſimi ſolœciſmos. Sed providit Deus ne faceret: quis enim tunc potuiſſet a talis figmenti defenſione abducere Carmelitas, qui tam evidentem fabulæ ſuæ novitatem vix etiam nunc intelligere aut poſſunt aut valent, variis occaſionibus moniti. Adeo enim his monitionibus nihil profeci; ut noviſſime prodiens quidam cum hoc inſigni ſcute aliiſq; ſimilibus, præfari ſit auſus, Carmelitanam hiſtoriam ſic undiq; eſſe munitam, ut* ſubſiſtere *ipſa* debeat, aut nulla. *Alius minus benevole affectus reponeret, tam ruinoſis totum fundamentis niti, ut fabuloſa haberi debeat ipſa, aut nulla.* E

AUCT. D. P.

Et ſine Imperiali auctoritate,

CAPUT III.

Expenditur Epitaphium Boppardienſe.

23 E*St Boppardia oppidum modicum ad Rhenum, in eoque monaſterium Carmelitarum, & in monaſterii clauſtro ſepulcralis lapis, anni 1113. inſcriptus numero: de quo priuſquam dicere aggrediar aliquid, ipſam ejus delineationem ſpectandam exhibeo, qualem anno 1670. accepi beneficio R. P. Georgii Seltzer, tunc Prioris. Huic autem ex latere jungo lamellam ſimilis Epitaphii, Yolandæ, Prioriſſæ Sanctimonialium Ordinis S. Dominici in Valle S. Mariæ, geminis ab Luciliburgo leucis intra Arduennam, poſiti annis centum ac ſeptuaginta poſt mortem ejus, quem lapis Boppardienſis exhibet. Hos autem lapides, quamvis ævi diſſimilis, ideo conjungo, quod tam ex poſteriori liberet nonnihil obſervare in ordine ad illuſtrationem prioris, etiam ſecundum iſtud antiquitatis monumentum gratum crederem lectori futurum; eoque magis quod ita propagaretur notitia Vitæ, ex vetuſto Germanico Hermanni rythmo Latine reddita, & cum commentariis valde eruditis Comitumque Viennenſium in Arduenna (unde genus Principes* F *Auraici ducunt) genealogia edita anno ſuperiori, a ſæpe laudato Alexandro Wilthemio, qui de Yolandæ ſepulcro hæc notat:* Viſitur hodie tumba ejus, pedibus ferme duobus a pavimento educta. Lapidis planities effigiem Yolandæ refert, vitri ſegmentis apte cohærentibus, & encauſto inferne pictis expreſſam habitu Sanctimonialis. Circumſcriptum epitaphium litteris uncialibus in cruſta vitrea, encauſto, ſubjectaque auri tenuiſſima bractea, fulgente. Opus integrum vidi adoleſcens, nunc injuria temporum ſuperiora a capite ad pectus diffracta ſunt. *Epitaphii verba, cum multis implicata contractionibus, difficulter legi poſſint in lapide, ſic explicatius poſita habe.* Hic jacet piæ memoriæ ſoror Yolandis, Prioriſſa hujus loci, illuſtris viri Henrici Comitis & Margaritæ Comitiſſæ Vian. filia: cujus hæc mater prædicta ſoror fuit Baldewini Imperatoris Conſtantinopolitani. Sub ea autem ordo ſanctiſſime vixit, incrementum acceperunt religio & res Ordinis. Obiit Prioratus ſui anno 25. ætatis vero ſuæ circiter 50. anno Domini 1283. 16. Kal. Januarii. *Singula videri poſſunt apud Wilthemium illuſtrata: ego ad Boppardienſem lapidem redeo, cujus occaſione Mariævallenſis ille locum invenit in præſenti opere.*

Lapis ſepulcralis anni 1113.

A AUCTORE D.P. D





E E

24 Lapidem *Boppardienſem*, *inquit Lezana*, in ambitu ad lævam ingraſſus eccleſiæ poſitum, e terra elevari & in altum erigi fecit Reverendiſſimus Pater *Mag. Henricus Sylvius*, *Prior Generalis*, *anno* 1603. *locum viſitans*, ut tale monumentum antiquitatis, paulatim pedibus attritum, penitus periret. *Idem deinde* Reverendiſſimus Pater cum ſocio *P. Mag. Dominico Provana*, Provinciali Neapolitano, ſedulus fuit per duos continuos in perveſtigandis characteribus dicti lapidis ſepulcralis, propter eorum vetuſtatem & verborum quorumdam abbreviaturas. *Utrumque factum bene*, *neque ſuccenſendum aut ipſis aut aliis*, *qui ejuſmodi epitaphiorum legendorum nullum uſum habentes*; *ſumpto unde minime oportebat legendi initio*, duobus aut tribus verbis exceptis (quæ, *ut ait apud Lezanam Zegerus Pauli*, conjecturare nullus noſtrum potuit) *hunc excepere ſenſum*.

anno 1603. a Generali Sylvio erectus, C

dejectus,

Anno millano cum bis deno nonageno,
Et terno pleno. . . . .
Floribus ornatum virtutum fac tibi gratum,
Rex pie, ſic ratum facies ei famulatum.
Henricus dictus Prior hic, non crimine victus
Horrens conflictus ſit dum mite necis ictus
Sereno Octobris fine
Talis memor eſto ruinæ.

25 *Turbato verſuum ordine naturali*, *mirum non eſt*, *ſi confuſus etiam habeatur ſenſus*, *aut verius nullus*: *hoc mirum*, *totius Ordinis Generalem perſuadere ſibi potuiſſe*, *qualemcumque ſic lecti epitaphii ſenſum fideliter exprimi ſequenti paraphraſi*, *quæ nunc ibidem legitur ejus juſſu ſupra tabulam ligneam muro affixa*, *rubroque ac nigro colore alternis verſibus deſcripta*.

& paraphraſtice explicatur,

Dum ſol mille ſuo curſu compleverit annos
Virgineo a partu, centum ſimul & duo luſtra
Et tres exactos, fatalis terminus inſtat,
Octobris, nigro vere ſignanda lapillo,
Ultima luna. Rapuit virtutum luce coruſcum
Parca ſevera virum: rara virtute Priorem
Ordinis agnoſcit ſacri ſententia, nomen
Qui ſibi Carmeli divino munere poſcit,
Atque urbs fauſta colit ſancte Boppardia. Sanum
Oſſa tenet. Jacet hic gelida tumulatus arena
Virtutum exemplar fulgens Henricus: at aſtra
Mens tenet & Superum felici ſede locatur.

tamquam poſitus eſſet priori Carmelitico

& quidem ut ſanctus F

26 *Hæc Paraphaſis a recentioribus nonnullis ſic producta*, *tamquam ſi eſſet ipſum anni* 1215. *epitaphium*, *magnam nobis principio incuſſit ſolicitudinem*. *Quamvis enim nulla hic appareret epitaphiorum ſeculo* 12. *uſitatorum forma*, *nec dubitaremus*, *quin periti rerum judicaturi eſſent*, *ipſum hoc ſeculo primum eſſe compoſitum*; *apparebat tamen difficulter extorquendam impoſturæ confeſſio*. *Verum ubi lapis ipſe apparuit veris ſui ævi verſibus inſcriptus*, *converſa eſt ſolicitudo illa in admirationem animorum*, *uſque adeo occupatorum opinationibus ſuis*, *ut quidquid imaginando præconceperint*, *id clamare etiam lapides credant*. *Lege ergo primo ipſum lapidem*, *exordiendo a capite*, *ſicut æquum eſt*, *& hunc ſenſum habe*.

hic autem ſic deſcriptus proponitur.

Floribus ornatum virtutum fac tibi gratum,
Rex pie, ſic ratum facies ei famulatum.
Henricus, dictus Prior Hein, non crimine victus,
Horrens conflictus ſit, dum mitem necis ictus,
Anno milleno cum vicenis nonageno
Et trino pleno, proſtravit, corde ſereno.
Octobris fine, talis memor eſto ruinæ.

27 *Nunc*


A 27 *Nunc ſi places aliam horum verſuum paraphraſim accipe, haud paulo propriorem genuina.* Rex pie, Chriſte Domine, fac ut appareat, gratum eſſe tibi virum hic ſepultum, ut pote ornatum floribus virtutum: ſic ei famulatum, quo tibi ſervivit, facies ratum & probatum manere. Quis autem hic? Utique Henricus, vulgo Prior Heio dictus: qui non aliquo ſuo crimine, ſed civili tumultu innoxius occubuit. Fuit enim horribilis conflictus hic Boppardiæ partium adverſarum, quando, anno milleſimo centeſimo decimo tertio fere exacto, virum mitem & ſereno nihilque conſcio corde inter nos verſantem, necis immeritæ crudelis ictus proſtravit; idque in fine menſis Octobris: quo recurrente, etiam tu viator, talis in hac urbe ruinæ factæ memor eſto, & pro defuncto precare. *Commodiorem ſenſum ſi dederit alius, audie-* B *mus libenter, nec inconſtanter probabimus; maxime circa initium verſus tertii, in quo fatemur conjectura fuiſſe opus, eo quod obſcuras nec paſſim uſitatas contractiones litterarum* hēr' *&* pr *contineat; & extrema ad angulum littera non compareant integre. Quomodocumque tamen hæc legantur ſuppleanturque, fieri nulla ratione poteſt, ut vel Carmelitici Ordinis mentio huc inferatur, vel habeatur indicium cultus alicujus ſacri, ibidem ſepulto delati a Boppardienſibus quod utrumque præcipue intendit Reverendiſſimi Patris Generalis explicatio. Quid facturi fuerint Boppardienſes, ſi pro Beato defunctum habuiſſent, conjectare licet ex Maria-vallenſi Iolandæ epitaphio; ſupra cujus caput repreſentatur anima, Sanctorum more diademata, ſubvectantibus & incenſantibus Angelis: quo haud dubio expreſſum pia filia voluerunt,* *quam certam de æterna matris beatitudine fiduciam* D *conceperint: quemadmodum ab eadem conditam ædem ſuam ſacram, itaque auctum monaſterium ut ipſius poſſet fundatrix cenſeri, expreſſerant per effigiem templi dextera manui impoſiti, uti monſtrant reliquiæ & veſtigia in lapide.* Auct. D. P.

28 *Nunc ſi tranſeo a verſibus circum oram lapidis Boppardienſis poſitis, atque oculos ad interioris ſculpturæ lineamenta converto, nihil minus video quam ex eremo Carmelitana monachum, qualem priori tomo, agentibus de S. Alberto, Carmeliticam Eliam nobis exhibuit vetus pictura Salmanticenſis, barbato inſigniter mento, quod eremitis veteribus maxime proprium; & in carpita ſeu cappa barrata, quam eſſe ſuæ* Religionis ſignum, *paulo ante inductam habitus mutationem, pronuntiavit generale Capitulum Lugduni. Ego quidem barras iſtas in veſte Carmelitana antiquiores eſſe nego Alberto Patriarcha & ſeculo 15. ipſi tamen Carmelitæ, dum eas volunt vel jam inde ab Elia temporibus vel ſaltem a ſeculo æræ Chriſtianæ ſeptimo uſque ad Honorii IV. Pontificatum a ſui Ordinis Religioſis uſurpatas, coguntur aut eaſdem in hoc lapide* E *invenire, aut fateri, gratis omnino ab illis credi Carmelitam fuiſſe qui abſque barris hic exprimitur, quas ductis tranſverſim lineamentis facilius erat quam rugas plicaſve repræſentare. Ut ergo appareat evidentius differentia habitus in lapide expreſſi, & a Carmelitis pro eo qui notatur anno 1113. prætenſi; Salmanticenſem Eliam iterum hic colloco, eique ex latere conjungo ectypum cujuſdam picturæ, in eccleſia Carmelitarum Lovanii viſendæ: non quidem antiquioris hoc ſeculo, ſed cui pingendæ præluxiſſe videtur antiquior alia, ipſique veritati conformior quam ſint apud*

C



Elias Propheta in veteri habitu Carmelitico Salmanticæ ſuper altare maius antiquæ Cathedralis



Exhibetur eccleſiæ S. Catharinæ PP. Carmel. Lovanii poſita circa annum Domini 1620

F

A *Antuerpienſes & Colonienſes expreſſa: cum & hic inveniantur veri nominis barræ, & veſtis ſervetur manicata, qualem fuiſſe monachorum Palæſtinorum ſupparum habitum hodierno quoque uſu confirmatur, licet* chlamydem *vocet epigraphe, quæ rectius toga diceretur vel penula. Illa autem Lovanienſis pictura exprimenda etiam hoc loco fuit, ne, ex dictis in Commentario de S. Alberto num. 131. omnium omnino Carmelitarum communis error fuiſſe credatur, ut, pro barratis cappis majorum ſuorum, imaginarentur ſibi cappas perpendiculariter ſtriatas. Quomodo porro Lovanienſes iſti potuerint perſuaderi, Ordinem ſuum in Palæſtina tempore Homeri tyranni ſeptem monaſteriorum millia impleviſſe, viderint ipſi; haud difficulter agnituri impudentis hyperboles enormitatem, ſi velint conſiderare, quantum is numerus excedat collectionem omnium conventuum, quos nunc habet Ordo toto orbe diffuſus.*

AUCT. D. P.

29 *Interim ex viſis dictiſque apparet ſatis, nihil Carmeliticum videri in lapide Bopardienſi: quem tamen, ut præcipuum ſolidiſſimumque ſuæ in Europa antiquitatis fundamentum oſtentant aliqui, majori præjudiciorum ſuorum zelo ducti, quam rerum veterum cognitione inſtructi,*
B *Quoniam vero de iſtis ſepulto facilius eſt pronuntiare non fuiſſe Carmelitam, quam diſtincte definire quis fuerit; aptarem plura 21. ac 211. ſeculi monumenta ſepulcralia in provinciis Rhenanis earumque viciniis ſuperſtantes. Vix enim dubito quin Priorum ſeu Præpoſitorum ſecularium lineamenta omnia ſimilem fere habitum repræſentarent. Siquidem paulo poſt exortos Canonici Præmonſtratenſes (quos credibile eſt in principio ſuo diſtinctos a ſecularibus fuiſſe ſolo colore) haud multum abſimili forma tonſuræ atque veſtitus uſi ſunt, quemadmodum colligere nobis licuit ex antiquis picturis, B. Hermannum Steinfeldenſem, ſeculo 13. mortuum, repræſentantibus. Quod ſi penes Bopardienſem magiſtratum adhuc haberentur Actorum poſt annum milleſimum conſcriptorum Regiſtra, poſſemus forſitan tum de hoc Henrico cauſaque cædis ejus, tum de eo quem ibi Carmelitæ nunc incolunt loco plura diſtinctioraque docere. Suſpicari autem tantiſper licebit, Prioratum ibi primo Regularem Benedictinorum monachorum, deinde ſecularem fuiſſe Clericorum; quibus poſt Henrici cædem dilapſis, uti in talibus frequentiſſime contigit, denique ſucceſſerint Carmelitæ, poſtquam hi Metis Treviriſque ſuos jam Conventus conſtitutos habebant. Horum ſiquidem mutua inter ſe*
C *communicationi opportuna omnino Bopperdia erat, via utrimque fere media. Sic Dunckelſpilenſe prædium, quod Herbipolitanis monachis a S. Burchardo fundatis, quoties ad Auguſtanam S. Udalrici Abbatiam eundum erat, opportunum ſolebat præbere hoſpitium; converſum primo in Prioratum eſt, Herbipolenſi Abbati ſubjectum; deinde poſt caſus varios, in jus tranſiit Carmelitarum.*

30 *Porro ſicut monaſterio illi principium ſuum debet Dunkelſpilenſe oppidum haud ignobile; quomodo alia multa loca, circam Benedictini Ordinis clauſtra ſedem figentibus eorumdem colonis atque miniſtris, in ſpectabilem creverunt amplitudinem; ita forſitan & Boppardia iſti, quem dixi, Prioratui debet originem primam. Verum quam male idcirco dicerent Boppardienſes Carmelitæ, ſuum iſtic inſtitutum viguiſſe antequam oppidum eſſet, tam incongrue facerent Dunkelſpilenſes, dum ſuam antiquitatem ab ejus quod incolunt domicilii vetuſtate metiuntur. Quod idem dictum intellige de locis quæ Romæ, Senis, Venetiis habet Ordo; & ſi qua ſunt alia, quorum veteribus inquilinis facta donationes, ſignata privilegia, contractus celebrati in publicis tabulis inveniuntur. Illa enim ut ad ſe pertinuiſſe jam tunc probarent Carmelitæ, deberet in ipſis inſtrumentis quæ allegantur inveniri expreſſior eorum mentio; vel ut minimum ante omnia deberet conſtare ex certis atque irrefragabilibus teſtimoniis, aliqua ipſos revera habuiſſe monaſteria in Occidente ante ſeculum 13. Nunc, quamdiu id non probant, imo contrarium ſuadent ipſorummet certiora documenta; licebit nobis, cum bona eorumdem gratia, nequitias iſtas & hoc primum ſeculum allegari ſolitas antiquitates reprobare. Quod ſi de ſingulis nominatim rationem ſibi reddi velint, faciam, ut initio promiſi, libens; nunc*
D

E *autem abſtineo, ne non tam docere ipſos origines ſuas, quam inſultare videar convictis, accumulando exempla nimiæ vel temeritatis vel credulitatis.*

31 *Firmo igitur & rurſum affirmo Carmelitas ante annum 1238. nulla in Occidente habuiſſe monaſteria; & irrefragabilem hujus meæ aſſertionis teſtem adduco Jacobum de Vitriaco, qui circa annum 1220. poſt ſcriptum primum de Hiſtoria Orientali librum, ſecundum de Hiſtoria Occidentali compoſuit, in eoque totam Religioſorum ſui temporis inſtitutorum, in Gallia Teutoniaque, præſertim virginum, varietatem deſcripturus. Cum, inquit,* in priſcis temporibus in partibus Occidentis duæ tantum fuiſſent Regularium diverſitates, monachi ſcilicet nigri, S. Benedicti Regulam profitentes; & Canonici albi, ſecundum Regulam B. Auguſtini viventes; poſtquam peccatis exigentibus, primo modica negligentes paulatim cadere cœperunt, tandem ad tantam diſſolutionem plures Regularium conventus devenerunt, quod viri timorati, & prudentes ſub alio habitu & aliis inſtitutis Domino militaturi, ab ipſis receſſerunt. *Tum ſigillatim per capitula totidem progreditur ad deſcribendos Ciſtercienſes, Calatravenſes, Valli-caullienſes, Carthuſienſes, Grandimontenſes, Tironenſes, Præmonſtratenſes, Arvaſienſes, San-Victorinos, Prædicatores, Minores, & alios quotquot noverat generum diverſorum cœnobitas; abſque ulla mentione eorum quos in Oriente viderat, & in primo hiſtoriæ libro laudaverat,* ad exemplum & imitationem ſancti viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ in monte Carmelo . . . . vitam ſolitariam agentes, in alvearibus modicarum cellularum, dulcedinem ſpiritualem mellificare: *quorum Colonias, ſi quas tunc habuiſſent ciſmarina in Gallia ac Teutonia regiones, dubitari non poteſt quin earum quoque mentionem feciſſet eo loco, ubi ex profeſſo ſuſcepit ſingulorum Ordinum enumerationem.*
F

Ignoti in Occidente tum ſunt hiſtoriam ſcribente a Vitriaco ſub an. 1220.

PARS TERTIA

De Martyrologio Brixienſi, aucto ex Catalogis eccleſiæ Sanctæ Afræ.

Opuſcula Bernardini Fayni benevolentia.

BErnardinus Faynus, *Brixianæ eccleſiæ digniſſimus Presbyter, & patriæ hiſtoriæ præſertim ſacræ illuſtrandæ ſtudioſiſſimus, a cujus erudito calamo urbs iſta habet opuſcula varia hanc materiam concernentia; & adhuc niſi mors interveniſſet grandius volumen expectabat de Actis Vitiſque Sanctorum Brixianorum Italica lingua, cui titulus fuiſſet* Brixia ſacra; *ut primum ex trimeſtri hactenus a nobis vulgato æſtimare potuit, quantam univerſali Eccleſiæ utilitatem & commodum allatura eſſet noſtra hæc moleſtia, nihil potius ſibi curandum ſtatuit, quam ut nobis tran-*

A *tranſcribenda tranſmittendaque curaret, qua ac* [illegible] *in Sanctis collecta habebat monumenta antiqua, quibus nunquam uti poterimus abſque debita animo tam benevolenti gratitudine. Addidit etiam mittere* Martyrologium Brixianum, juſſu Marini Joannis Georgii Brixienſis *a ſe* collectum *editumque anno* 1665. cum Annotationibus, indicantibus fontes unde ſcaturiit, & varia ad eccleſiaſticam hiſtoriam ſpectantia elucidantibus. *Continet hoc Martyrologium eos Sanctos, qui modo in Eccleſia Brixiana notum habent Natalis superni diem, aut Inventi Tranſlative Corporis anniverſarium; poſt quorum alphabeticum indicem, alius ſecundus, ſimiliter alphabeticus & priori copioſior, additur,* Sanctorum nominaturum Brixianorum, *ducentorum & amplius*, quorum nomina ex tabulis eccleſiæ S. Afræ aliiſque monumentis conquiſita ſunt; *etſi diem certum nullum habeant.*

nacti præcipua Eccleſiæ Brixienſis monumenta

2 *Harum tabularum fidem atque originem indagantibus nobis, omnino præter opinionem & votum accidit, ut non modo nobis fierent multimodis ſuſpecta, ſed etiam incertos* B *facerent de judicio ferendo circa varios Sanctos in ipſomet Martyrologio notatos, ac nominatim circa SS. Angelinum & Orieldam conjuges, Paulinum & Gentilem eorum filios, 19. Aprilis adſcriptos, tamquam ſub Aureliano Comite, ſub Hadriano Imperatore; coronam martyrii præcipitio aſſecutos. Atque utinam ipſe adhuc viveret Faynus, cum eoque hanc cauſam & noſtræ dubietatis rationes conferre liceret; ſperarem fore ut ab ingenuo ejus animo elicerem approbationem eorum quæ hic dicturus ſum. Nunc cum ipſe nobis ereptus eſt, amicos ejus rogo, ne me putent memoriæ ipſius injuriam facere, quod acceptorum beneficiorum & gratitudinis debita præmiſſa profeſſione, hic referam quæ alibi de dictis Sanctis fueram commentatus; ac deinde ſolius veritatis ſtudio ductus proponam rationes, quæ iſtas S. Afræ tabulas convincunt eſſe fabuloſas.*

dolemus non poſſe admittere omnia

quæ inſuper iis dictis Corbejenſi ſuggeruntur.

CAPUT I.

De SS. Angelino & Orielda, Paulino & Gentili inter primævos Martyres numeratis.

C 3 MArtyrologium, *quod dixi, Brixianum, ad 13. Kalendas Maji, hæc offert Legenda:* Brixiæ Natalis ſanctorum Martyrum conjugum Angelini & Orieldæ, cum Paulino & Gentile filiis, in eccleſia S. Aphræ: qui ſub Aureliano Comite Chriſtum confitentes, e ſublimi loco præcipites dejecti, Martyres effecti ſunt. *Diem & genus mortis unde acceperit Faynus, hactenus quærendo aſſequi non potuimus: Tabulæ quas allegat, aliaque documenta quæ ſubmiſit, neutrum indicant; utrumque tamen bona fide nec ſine auctoritate aliqua ab eo ſic deſinite tradi lubet credere, ut tranſeam ad tempus, quo martyrium hoc dicitur accidiſſe.*

Dicuntur 19. Apr. præcipitati pro fide,

4 *Habemus S. Alexandri Papæ & Martyris Acta, antiquiſſima pariter & ſinceriſſima, illuſtrata & prælo parata pro 3. Maji, ex quibus conſtat* Aurelianum Comitem utriuſque militiæ, a Seleucia Iſauriæ, ad interfectionem omnium Chriſtianorum *Romam miſſum a Trajano Imperatore, ſub eoque paſſum eſſe ſanctum Pontificem cum Eventio & Theodulo. Et iſte quidem Aurelianus, percuſſus divinitus, corpora eorum a Severina uxore ſua Chriſtiana ſepeliri permiſit, ipſaque ea ab hoc officio regreſſa*, mox expiravit, maſticans linguam ſuam; *nomen tamen ejus, tamquam* Principis, Judicis, Præfecti, *occurrit in variis Martyriis Sanctorum, ſub Trajani ſucceſſore Hadriano paſſorum; idque vel quia propter inſignem ejus credulitatem viſum fuerit ſcriptoribus, iſto nomine notare anonymos aliquos ipſius imitatores & ſucceſſores; aut quia revera eodem nomine appellatus aliquis ſub Hadriano* D *Trajani ſucceſſore fuerit.*

ſub aliquo Comite Aureliano ſub Hadriano

5 *Ita in ſecundis Actis SS. Fauſtini & Jovitæ Brixianorum Martyrum, die 15. Februarii ex mſ. Neapolitano editis, nominatur Aurelianus Comes, ad dictos Martyres a Chriſto retrahendos miſſus, ſed invaſus a dæmone, ac rurſus Sanctorum precibus liberatus: quod ei ad emendationem ſuffeciſſe nuſquam legitur: ſcimus autem apud plures hujuſmodi correptionibus caſtigatos magis valuiſſe Imperatorum gentilium reſpectum, quam evidentiam cognitæ veritatis: quare nihil mirandum fuerit, ſi hic etiam poſtea Roma Brixiam directus fuerit; ac proinde poterunt ei tribui plurium civium martyria, quorum in iſta civitate eſt antiqua veneratio. Quamvis enim ſub Decio multi, nonnulla etiam millia ſub Domitiano neci data ferantur, quibus S. Latinus Epiſcopus, 24. Martii commemoratus, cœmeterium prope urbem dedicaverit: videntur tamen ad promiſcuam cujuſvis conditionis, ſexus & ætatis lanienam differri non debere illi, quorum nomina in ſepulcralibus aut aliis* E *monumentis ſervata huc uſque durarunt, & corpora, una cum corpore S. Afræ ſub Hadriano paſſa, peculiari Chriſtianorum cura recondita fuerunt, atque intra S. Latini cœmeterium per ejus ſucceſſorem Appollonium extructo oratorio illata, eo loco ubi nunc extat inſignis S. Aphræ Baſilica.* Fuerunt ea, dum prædicta Baſilica anno 1580 renovaretur, die 19. Septembris in turris imo decenter depoſita, *uti ad 6. Aprilis ſcribit Faynus*, ex monumentis Scipionis de Covis civis Brixiani, *tum viventis; addens, eamdem Tranſlationem notatam inveniri in libro proviſionum civitatis; & in tabella ſacrarii D. Aphræ, ſub ritu Officii duplicis celebrandam notari.*

Auct. D. P. cujus ſit mentio in Actis SS. Fauſtini & Jovitæ

atque ſepulti juxta corpus S. Afræ,

tum quo an. 1580.

6 Anno autem 1603. prædicta die 6. Aprilis, tunc cum Dominica in Albis concurrente, eadem ſacra corpora, in octo arcis optime compoſita, præſente Marino Georgio Epiſcopo (*ſedit hic ab anno 1595. uſque ad hujus præſentis ſeculi annum 32.*) cum Capitulo Cathedralis & utroque Clero, univerſiſque ordinibus & ſodalitiis, nec non & civitatis Rectoribus, cum publicis proceribus univerſoque populo; ſumma religione, ſummoque honore & apparatu per civitatem prius delata, atque per tres dies publicæ omnium devotioni & lætitiæ in nova eccleſia expoſita, tandem cum miraculorum gloria per aras ſacras diſtributa atque recondita fuere, in quibus quotidie digno cultu afficiuntur. *Hæc ibi Faynus: ex* F *cujus ſcriptis licet aſſequi non potuerim, quo fundamento Bargnana familia quatuor prænotatos, una cum SS. Alexandro, Angelo, Dominico, Valerio, ſibi ut proprios arroget; laudo tamen pietatem, qua eis ſacellum proprium in ſuperiori eccleſia S. Aphræ egregio opere conſtruxere, & capita buſtis argenteis condidere. Teſtem illius magnificentiæ habemus Faynum & verba ſequentia, marmoreis ſacelli poſtibus inciſa,* Sanctorum Chriſti Martyrum Angelini, Orieldæ, Dominici, Gentilis & Paulini, ex antiquiſſima Bargannorum familia, capita argento condita inſpice & venerare. Incomparabilis theſauri monumentum, Julii Cæſaris Bargnani legati, Hippolytus & Camillus, illius ex Guelfino fratre nepotes, ſacello extructo, dicato, dedicarunt 1633. *Conſonat his inſcriptio aræ, quæ talis eſt:* Angelini & Orieldæ, patris & matris, Paulini & Gentilis, ex nobili & antiquiſſima Bargnanorum gente, aliorumque Sanctorum Martyrum oſſa hic ſepulta ſunt.

iterumque an. 1603. tranſlati ſunt,

ad propria ſacellum,

& capita argento inclufa.

7 *Et hæc quidem de præſenti cultu, certa ſatis; de Martyrio ſub Aureliano, utcumque veroſimilia fient, in eorum opinione, qui ipſos primis Chriſtianæ religionis ſeculis occiſos tradunt. Sed, ut dicam quod res eſt, rei tam antiquæ affirmandæ deſunt congrua vetuſtatis argumenta. Imo ſi conſiderentur nomina eorum, quorum pariter anno 1580. in imo turris depoſita ſunt corpora, & anno 1603. octo in ferculis circumlata (nam paſſos hos omnes eſſe eodem fere*

Sed quia cum ipſis ſucceſſores alii tranſlati,

AUCT. D. P.

A *quo SS. Fauſtinus & Jovita tempore par credulitas tradit) de omnium vetuſtate cogemur æqualiter dubitare. Ecce autem ipſa nomina, a Fayno in ordinem redacta alphabeticum:* Aphra, Angelus, Angelinus, Albertus, Aimerius, Angelinus alter, Alventus, Balthaſar, Barnabonus, Bonfaatus, Bonacurſus, Bernardinus, Beniaminus, Camillus, Calocerus, Calocerus alter, Cæſarius, Cœleſtinus, Conſtantius, Corradus, Corradinus, Duechus, Æmilianus, Euſebius, Euſtachius, Franciſchinus, Felix Epiſcopus, Gentilis, Haymonus, Henricus, Jacobinus, Juſaphatus, Julius, Latinus Epiſcopus, Maximus, Martialis, Orielda, Otho, Paulinus, Peregrinus, Robertus, Sapritius, Severinus, Sigiſmundus, Silvanus, Stephanus, Valerianus, Valentinus, Verzerius, Ugozzonus.

8 *Ex his quinquaginta nominibus ſolum viginti, Latina aut Græca, ſunt ejus generis, ut ea Brixienſibus, æque ac ceteris Italis ſub florente Romano imperio linguam, mores, leges ac jura Romana tenentibus, dicenda ſint in uſu fuiſſe:* Angelos, Dominicos, Cœleſtinos, *quamvis ex Latinis Græciſve fontibus hauſtos, itemque ex Hebrais Chaldaiciſve* Balthaſares, Juſaphatos, Beniaminos, *an nominare Italia cœperit ante datam Chriſtianis ſub Conſtantino pacem, controvertetur forſan non immerito. Omnino autem & fidenter aſſerimus,* Alberti, Alventi, Aymerii, Corradi, Haymoni, Henrici, Othonis, Roberti *ac* Sigiſmundi *nomina, ut ſunt ab origine Teutonica omnia, ſic ante Francorum Germanorumque in Italia dominatum inter cives Brixienſes uſitata non fuiſſe; & recentioris etiam fabricæ eſſe diminutiva iſta,* Bernardinus, Franciſchinus, Jacobinus, *nec non augmentativa hæc duo* Barnabonus *atque* Ugozzonum, *aliaque ex vulgari nunc Italis idiomate* Bonacurſius, Bonfantus, Ducchus, Verzerius.

B *qui neque nomina omnia eſſe antiqui.*

9 *Ut igitur concedamus Brixienſium vel traditionibus vel tabulariis, eos omnes quorum in S. Aphra conſignata ſunt nomina, & corpora in ſpecialibus arcis vel jam olim vel præcedenti primum ſeculo repoſita, vere Sanctos fuiſſe a majoribus habitos; vix tamen videtur eſſe dubitandum, quin plerique eorum fuerint temporis longe poſterioris. Accedit quod ſicut iſti quatuor in titulo nominati tribuuntur familiæ Barignanæ, ita & ceteri omnes ſimilibus Brixianis familiis attributi inveniantur, leguntur que cognominati* De Scaligeria, Mazzis, Bruſatis, Maſſacaniois, Martinengis, Martinis, Altafoliis, Calinis, Duchis, Geraccoſolis, Bornatis, Bonis, Blenzanis. *Atqui ſatis conſtat ejuſmodi civicarum familiarum cognomina, partim patronymica, partim a poſſeſſione aut natali loco ſumpta, poſt annum Chriſti milleſimum cœpta eſſe uſurpari; & pleraque ex hodierna Italica lingua, quæ primis ſeculis necdum nata erat, accepta intelliguntur. Proinde aut ridicula eſt vanitas, antiquos Martyres diſtribuentium per familias, ante non multa ſecula cœptas nominari; aut refutanda credulitas opinantium, eos quibus vere cognomina iſta fuerint, heroicis primorum Chriſtianorum temporibus claruiſſe.*

dubie manent de tempore Martyrii.

quod cognomina familiæ Barignanæ

C

10 *Legat qui volet prædictum Fayni alphabeticum indicem, ibique inter alios videat,* Aliprandum, Aloyſium, Amadeum, Alphonſum, Arnoldum, Bertolinum, Bonhomum, Bontempum, Carolum, Federicum, Franciſcum, Gerardum, Gotardinum, Guilielmum, Laufrancum, Luchinum, Olivetium, Orthobonum, Ricciardum, Rubertum, Saitabenum, Santolinum, Toninum, Thebaldum Tenchettum, Venturinum, Viſcardum, Zanolinum. *Conſideret etiam addita iiſdem cognomina* Corheſii, Milanxi, Ranecii, Bonnetti, Banootti, Sacchetti, Medices, Borghini, Moreſchi, Piccinelli, Conſalonerii-Banierii, Prega, Boſci, de Ducchis, de Petiis, de Aldigeriis, de Fraſcatis, de Roſſis, de Allegris, de Preguacchis &c. *Legat, inquam & conſideret hæc, quiſquis eſt vera quam placita diſcendi amantior, & fateatur putamus ut nobiſcum*

qui & familiæ cognomina inditis,

quæ nomen non eſt omnino pro Sanctis admittenda.

D *judicet, in cenſum Martyrum antiquorum traducta eſſe plurimorum nomina, qui neque Martyres, nec antiqui ſint habendi; atque adeo Brixienſia hæc egere diſcreto examine, ne quæ ex Actis SS. Fauſtini, Jovitæ, & aliorum veterum atque indubitatorum Martyrum certa ſunt, aliis minus certis aut probabiliter erroneis permiſceantur.*

CAPUT II.

Catalogus S. Afræ & Martyrium Brixianum Mſ.

11 Dubius de veritate & auctoritate Catalogi, talia Sanctorum nomina & cognomina continentis, ob rationes ſuperiori paragrapho deductas, recurrere volui E ad notam Bernardini Fayni benevolentiam: cumque rogavi ut Catalogi toties a ſe laudati exemplum mitteret, videretque quid poſſet ad cauſſas circa eum dubitandi reponi. Cauſſas probaſſe ſuo ſilentio viſus eſt, noſtreque judicio rem commiſiſſe, quando Catalogum miſit, in folio expanſo Italice expreſſum ſub hoc titulo, Catalogus Sanctorum, quorum corpora aut reliquiæ inveniuntur in devotiſſima eccleſia S. Afræ, olim dicta S. Fauſtini ad ſanguinem, civitatis Brixienſis antiquiſſima, quam modo poſſident & adminiſtrant Canonici Regulares Lateranenſes; anno 1580. deſtructa & intra decennium reædificata, ea perfectione & ſplendore, quam videre nunc eſt. Eſt autem eccleſia duplex; altera inferior, adminiſtrandis populo ſacramentis deſerviens; altera ſuperior, divinis Officiis noctu diuque celebrandis accommodata.

quomodo in duplici eccleſia S. Afræ.

12 Superioris eccleſiæ altare majus continet integra corpora SS. Fauſtini & Jovitæ Fratrum, & hujus civitatis Protectorum, quemadmodum publico inſtrumento conſtat: & corpus S. Fauſtini Epiſcopi. Altare ad latus Evangelii, quod modo fabricatur, erit nobiliſſimum reliquiarium, pluribus Sanctis Martyribus dedicatum, ſub titulo S. Mariæ Magdalenæ; continebitque certiſſima lipſana Angelini, Alberti, Dominici, Angeli, Camilli, Roberti, Euſebii. Duo alia ea eodem latere dicantur, unum S. Afræ, cujus integrum corpus habet; F alterum S. P. N. Auguſtino, & adſervat corpus S. Felicis Epiſcopi. Altare ad cornu Epiſtolæ privilegiatum eſt, & S. Latino Epiſcopo, cujus etiam corpore ditatum, ſacrum. Sub Altari Aſſumptionis habentur Reliquiæ SS. Conſtantii, Cæſarii, Corradi, Barnabonis, Aimeri, Baltaſſaris, Caloceri, Bonfantis. Intra altare S. Apollonii concluduntur. SS. Valerianus, Sapritius, Haymo, Bonacurſus, Bernardinus, Jacobinus, cum carbonibus SS. Fauſtini & Jovitæ. Intra altare S. Eliſabethæ, Joſaphat, Cœleſtinus, Maximus, Angelinus, Orielda, Paulinus, Gentilis, Maximus, Beniaminus. Hæc ſuperius: Inferiori in templo altare majus S. Caloceri eſt, ejuſque & SS. Martialis ac Severini corpora continet. Ad cornu Evangelii depoſitum eſt corpus integrum Venerabilis Matris Angelæ, inſtitutricis Virginum Urſulinarum: ibidemque etiam ſunt carceres, in quibus detenti fuere martyres 3290. omnes die uno coronati. Ad alterum vero ejuſdem chori latus B. V. Mariæ altare eſt, cum corporibus SS. Julii, Verzeri, Ugozonis, Curradi, Duchi, Peregrini, Sigiſmundi, Æmiliani, Silvani, Euſtachii, Franciſchini, Ottonis, Alexandri, Alventi, Henrici. *Hæc ſcilicet ſunt illa Corpora, quæ anno 1603. ecta in arcis circumlata & totidem incluſa altaribus ſupra diximus: poſt quam tranſlationem oportet primo impreſſum catalogum credere, ſaltem cum iſta quam nunc legimus deſignatione altarium: nam antea, anno 1588, etiam impreſſum eſſe aliquem poſt Vitam SS. Fauſtini & Jovitæ, ſæpe indicat Faynus. Cetera idem Catalogus ſic proſequitur.*

per altaria diſtribuuntur Sanctorum corpora:

13 Por-

A 13 Porro in eadem inferiori eccleſia eſt etiam in illius medio altare, ſupra glorioſum puteum, tot centenos martyres continentem, interque eos etiam hos, quorum infra ſequuntur nomina, una cum eorum nominibus, qui ſunt per eccleſiam diſtributi. *Et iterum tum iidem qui ſupra Martyres, tum alii aliquot, univerſim ad quinquaginta (quos omnes fere ex Fayno & ordine Alphabetico ſupra protulimus) recenſentur: hic autem ponuntur ordine familiarum, quarum cognominibus indigetantur: tum ſubjungitur:* Sunt alii Sancti Martyres, quorum, quia advenæ fuerunt, ignota manſere nomina, ſepultique jacent ante arcam S. Caloceri & ſociorum. Alii vero, infra nominandi, ab infidelibus & idololatris Brixianis martyrizati ſunt, & occiſi in quodam conflictu, propterea quod intrepide confitebantur & propugnabant veram & ſanctam Chriſti fidem; ſuntque ſimiliter ſepulti in oratorio ante arcam S. Caloceri, numero centum & octoginta quatuor. *Hi ſunt de quorum nominibus & cognominibus, uti hic & apud Faynum leguntur, ſupra egimus: quoſque idem Faynus, non contra*

[margin: deinde deſignat vero nomina & familias,]

[margin: quemadmodum habentur in Martyrolo Brixiani.]

B *gentiles idololatras primis illis ſeculis, ſed contra Henricianos ſchiſmaticos ſeculo 11. vult pugnaſſe, & pugnantes occubuiſſe. Quibus omiſſis, venio ad hujus Catalogi antiquam & authenticam, ut Brixienſibus videtur, probationem, ſeu potius fontem totius credulitatis de martyrio & familiis eorum, qui dicto catalogo continentur. Eſt autem mſ. Italicum ſub titulo Martyrii Brixianorum compoſitum, a jam dicta Fayna communicatum: de quo ut poſſit judicare lector, bonam ejus partem hic Latinam damus.*

14 Ad laudem Dei omnipotentis, & matris ſuæ Virginis Mariæ, & Apoſtolorum SS. Petri Pauli & Barnabæ, Martyrumque glorioſorum Julii, *a* Verzeri, Donati *b*, Bonifacii, Fauſtini, Jovitæ, Caloceri, Marciani, Severini & Afræ. Incipit Martyrium & numerus Martyrum Brixianorum, ex parte per nomina *c* & cognomina expreſſorum; qui ſunt martyrizati ſub crudeliſſimo imperatore Adriano ejuſque vicariis, videlicer Sapritio, Aureliano & Liberio *d*, dicti Imperatoris Camerario: quod Martyrium cœpit anno poſt incarnationem D. N. Jeſu Chriſti 117. & duravit uſque ad annum 141. *e* Tempore enim S. Apollonii a de Oropellis, Nobilis Brixiani, & Epiſcopi Brixiæ, ibant Martyres ad carnificinam ſicut oves ducuntur ad macellum, & propter amorem D. N. Jeſu Chriſti patiebantur ſe occidi: ut

[margin: c ſeu hiſtoria Martyrum Brixiæ ſub Hadriano paſſorum,]

C merito nos Brixiani poſſimus gloriari oblatione tot Martyrum, & eorum majori ex parte nobilium, & credo quod in tota Italia non inveniatur tam numeroſum martyrium, quam ſit civium Brixianorum, quorum cauſſa Chriſtus vocare poſſet Brixiam, alteram Romam.)

[margin: in quo dicuntur Martyres obiiſſe,]

15 Excellentiſſimo Doctori & Equiti, Anciano Excellentiſſimi Conſilii Magnificæ Communitatis Brixianæ, D. Pandulfo de Arigonis, & Excellenti Cancellario dictæ Magnificæ Communitatis D. Oyſato Chizolæ; & Excellentiſſimo Comiti Æmiliano Scaligero, Advocato Eccleſiæ, prod. Mago. Communitate; ad laudem Omnipotentis Dei incipio hunc librum, intitulatum Martyrium Brixianorum.

16 Corpus B. Olivæ *f* de Aldigeriis eſt prope altare S. Fauſtini ſub terra. Beati Valerianus & Valentinus pueri de Bruſatis, & B. Sapricius de Graracaſalis, ſunt prope altare majus; omnes tres involuti linteo *g*. B. Samaritana, *h* ancilla S. Afræ, eſt ad manum dexteram prope murum, intra portam. Corpora SS. Caloceri, Marciani, & Severini *i*, qui omnes ſunt ex familia de Bornatis, tranſlati ſunt Albinæ & Dertonæ ſed iam per ſopranominatum B. Sapricium, converſum poſt mortem SS. Fauſtini & Jovitæ: ſuntque ſimul intra unam ſepulturam ſub terra. B. Leonardus *k* de Griffis, Presbyter, eſt prope puteum Martyrum: & ſimiliter B. Juſtinianus de Rainerris, Subdiaconus: alia quædam chronica dicit, eſſe in puteo. BB. Fauſtinus & Jovita ſecundi *l* de Pregnacchis, ſunt prope turrim. B. Dignamerita de Lavallo-longo, eſt in fundo altaris *m*, ubi aſſervatur Sanctiſſimum Sacramentum, cum duobus filiolis deorſum ex feneſtra præcipitatis. BB. Benvenutus & Bernardinus de Mazzis, & B. Jacobinus de Oldofredis fuerunt martyrizati ſub Adriano Imperatore, poſt mortem SS. Fauſtini & Jovitæ primorum; & fuerunt ſepulti ante capellam oratorii ſubterranei ſimul, in medio tranſitu.

[margin: f Oliva; Valerianus, Valentinus & Sapricius.]

[margin: k Leonardus & Juſtinianus,]

D *[margin: AUCT. D. P. l Fauſtinus & Jovita ſecundi, Dignamerita. m Benvenutus, Bernardinus, Jacobinus]*

17 BB. Calocerus & *n* Bonaſantes fratres de Benachis, quæ familia nunc dicitur Ugoniorum, jacent ſub primo arcu prædicti tranſitus. Beatus Benjaminus *o* de Blanzanis, eſt juxta altare dicti oratorii. Presbyter Marinus, *p* & Stephanus Clericus, ejus nepos, de Marinis, fuerunt decapitati ſub fornice ſancti Andreæ in eccleſia Cathedrali; ibidemque ſepulti, poſtea autem inde tranſlati & delati ad eccleſiam ſancti Fauſtini, collocatique ſub terra ad manum dexteram retro ad murum, ex oppoſito oratorii, quod eſt ſub ſepulcro B. Caloceri de Bornatis. Beatus Angelinus de Barignanis, Beata Orielda uxor ejus, Paulinus annorum octo, Gentilis annorum duodecim, filii eorumdem, *q* ſimul ſepulti ſunt ſub terra, juxta altare oratorii. Maximus de Renachis, nunc Ugonis, jacet ad dexteram altaris in oratorio.

[margin: n Calocerus & Bonaſantes, o p Benjaminus, Marinus & Stephanus,]

E *[margin: Angelinus, Orielda, Gentilis, Paulinus, q Maximus,]*

18 B. Naymus *r* de Mazis, germanus SS. Fauſtini & Jovitæ primorum, fuit decapitatus & poſtea combuſtus, ſed oſſa ejus comburi non potuere, manſereque inſtar vitri lucentia, & fuerunt una cum carbonibus & cineribus totius foci ſepulta ſub fornice illo majori cathedralis, quo loco nunc eſt altare SS. Savini & Cypriani, antea autem erat templum Dianæ, a Naymo ſubverſæ . . . . . (Notandum eſt porro quod carbones ii qui SS. Fauſtino & Jovitæ injecti fuerant, eorumque ſanguine & adipe conſecrati, humati fuerint ad dexteram portæ, ubi eſt ſepulta B. Samaritana de Sacchettis. Collegerat autem eos quidam Chriſtianus de Gataldis, Silvanus Scaliger, dictus de Advocatis.

[margin: r Naymus,]

19 Conradus, Ducebus, Peregrinus, Ugozonus *s* Fratres, filii D. Joannis de Treuzanis, quæ familia modo appellatur de Ducchis; Felix item & Gedeon de Lavello-longo, fuerunt Martyrizati ſimul cum ter mille ducentis nonaginta, tam viris quam feminis, ante portam SS. Fauſtini & Jovitæ: & per dictam ſtratam currebat ſanguis altitudine unius cubiti, a porta Motelſa uſque ad Furcam canum. Dictus autem locus vocatur Furca canum, quia Fredericus quidam de Magiis, aſcendens illac per ſtratam Cremonenſem, quouſque ſanguis fluxerat, & videns, quod canes ſui d. ſanguinem lamberent, comprehendi eos & ſuſpendi ibidem fecit. *t* Ipſe non potuit illac unquam in urbem ingredi, ſed neceſſe habuit intrare per aliam portam. Fuerunt autem omnes iſti Martyres combuſti, & poſtea eorum oſſa ſepulta in puteo qui eſt in eccleſia S. Fauſtini, exceptis ſupra nominatis, quorum primi quinque poſiti ſunt ad dexteram portæ, juxta corpus B. Samaritanæ. Corpora vero BB. Felicis & Gedeonis de Mazis ſunt poſita *u* ad dexteram altaris majoris: & B. Calimerius *x* fuit ſepultus in Cathedrali; poſtea, cum titulus cathedræ ab eccleſia S. Andreæ ad S. Petri eſt tranſlatus, depoſitus fuit S. Calimerius in eccleſia S. Floriani. Fauſtinus & Sacertus, fratres de Sarano, fuerunt martyrizati ante SS. Fauſtinum & Jovitam; eorumque corpora cumulata in oratorio, quod nunc appellatur S. Fauſtini de Sarano.

[margin: s quatuor fratres de Treuzanis, Felix & Gedeon & alii 3290]

F *[margin: t u x Fauſtinus & Sacertus]*

20 Fuerunt etiam decapitati tres viri nobiliſſimi & equites, dicti Comes Girardus *y* de Conſtantia Alemanniæ, Comes Verzerus de Alta-folia, & Comes Sigiſ-

[margin: y Girardus, Verzerus, Sigiſmundus Comites,]

A Sigiſmundus Scaliger de Advocatis, omnes tres Capitanei eccleſiæ, fueruntque ſepulti per manus SS. Fauſtini & Jovitæ. (Notandum autem, quod dictis Comitibus ad fidem converſis impoſita fuerint alia nomina; B. Gerardo, Renati; B. Terzero, Julii; & B. Sigiſmundo, Bonifacii, ſed omnes eos paſſim pertraxerunt appellare primis propriiſque nominibus) Comes Conſtantius de Alta folia, Cæſar Celſus de Martelongis ex Conſtantia Allemaniæ, Curadus de Bornatis, Barnabas & Aymerus de Mazis, Baltaſſar de Rena, omnes z nobiles Brixiani, fuerunt ſimul decapitati cum SS. Fauſtino & Jovita. Fuerunt etiam tunc eodem ſupplicio affecti alii quinquaginta tres; quorum, quia ex aliis regionibus venerant, ignorantur nomina; & fuerunt omnes ſepulti ſub terra, in ingreſſu oratorii ad primum fornicem. (Notandum eſt autem quod Comes Conſtantius fuerit ſtaturæ quaſi giganteæ, reliqueritque poſt ſe uxorem D. Virginiam de Bariganis: cum duobus filiis & unica filia; ex quibus directe deſcendit familia quæ nunc dicitur Luzagha.

Auct. D. P. — *z alii quatuor,* — *anonymi 53*

21 B. Joannes Æmilius, Doctor & Eques converſus B eſt ad fidem, quando, poſt decollationem B. Naymi de Mazis affinis ſui, vidit ejus animam per manus Angelorum in cœlum vehi. . . . aa ſuſcepitque baptiſmum & bonis diſtributis omnibus in pauperes, captus a Paganis & decollatus eſt, atque ſepultus die 10. Auguſti in eccleſia S. Fauſtini extra urbem, ad ſiniſtram majoris altaris. Habuerat autem uxorem D. Julianam, ſororem B. Naymi, ex qua non habuit liberos; habuit vero fratres Aloiſium & Danielem, qui fugerunt in Allemaniam, nec niſi poſt mortem crudelis Imperatoris Breſciam ſunt reverſi. BB. autem Marinus & Stephanus de Marinis, qui B. Joannem baptizarant & ſepelierant, capti mox etiam ipſi, & ad boum caudas raptati, ac denique ad 15. Auguſti diem ſine cibo potuque relicti, decapitati tandem ſunt, uti dictum eſt ſupra.

Æmilius;

22 Cum R. D. Paulus de Bononia, Canonicus Regularis Ord. S. Auguſtini, eſſet Præpoſitus eccleſiæ SS. Fauſtini & Jovitæ ad ſanguinem, ſcripſit ei Pontifex epiſtolam ut ad ſe mitteret nomina omnium Martyrum, in dicta eccleſia quieſcentium: ipſe autem non ſciens quomodo poſſet ejus voluntati ſatisfacere, fuſis in oratorio S. Fauſtini precibus, inſpirari ſe ſenſit, ut pugillum arenæ ex dicto oratorio ſumptæ ſudario includeret mitteretque Pontifici, qui ut ſudarium in manu habens C contrectavit, Hæc, inquit, arena mihi eſſe videtur; apertoque ſudario invenit pro arena ſchedulas, Martyrum ſingulorum nominibus inſcriptas, litteris ſanguineis, quæ nomina in catalogum referri juſſit Pontifex Urbanus bb (hoc enim ei nomen erat) acceſſitumque ad ſe jam dictum Præpoſitum in maximo deinceps honore habuit.

fabula de nominibus Martyrum Papæ revelatis,

23 Euſtachius de Chizzolis, Otto & Alexander de Calinis, Franciſchinus de Peſcheris, Alventinus de Alventis de Colonia Alemaniæ, cc fuerunt martyrizati & decapitati ſimul propter fidem, ſepultique ſunt noctu propter metum Aureliani, prope B. Conſtantinum & ſocios, ad ingreſſum oratorii. B. Æmilianus Scaligerus de Advocatis prope altare majus (. . . . dd) B. Archangela de Preguachis, poſtquam SS. Fauſtinum & Jovitam collegit in arculam plumbeam, eamque depoſuit in capella majori poſt altare, ad eremum abiit, indeque poſt ſeptennium extracta ad Camitem Italicum, ee Idolum Dianæ dejecit, & Aquilinam Italici filiam a dæmonio liberatam, jam ſub ictu gladii conſtitutam, baptizari fecit a Carolo Confalonerio Presbytero. qui deinde & ipſam & Aquilinam ſimul capite plexam ſepelivit, in eccleſia S. Petri in ulmo, juxta quam paſſæ fuerant: ipſe autem Carolus, una cum pio ſocio Hieronymo Buzetto, captus conjectuſque infra D carcerem palatii, ſepultus eſt eo loco, ubi nunc S. Benedicti eccleſia viſitur. (. . .) ff

alii 6. proceſſi Martyres, — *item Archangela & Aquilina,* — *Carolus & Hieronymus.*

24 *Hactenus de mſ. illo, ſub titulo Martyrii Brixiani, cujus uti duplex exordium eſt, ita duplex eſt auctor. Eorum alter a dedicatione exorſus, quando vixerit, certo ſcire poterunt Brixienſes ex nominibus Anciani & Cancellarii, ſi publica ſua chartularia evolvere curent: nobis ſatis eſt ex grandioribus titulis Excellentiſſimi & Excellentis, quibus auctor utitur, intelligere, eum non vixiſſe cum adhuc ſimplicioribus titulis etiam Duces & Comites utebantur; ſed ſeculo 15. jam ad finem vergente, aut etiam ſequenti ſeculo inchoato; prius tamen quam anno 1524. eccleſia S. Afræ, jam pene deſerta, traderetur Canonicis Congregationis Lateranenſis. His porro in illam poſſeſſionem introductis, priuſquam de veteri templo deſtruendo novoque ædificando cogitaretur, vel idem iſte ſcriptor, vel alius ejuſdem genii, libellum hunc auxit in duplum; addita nova præfatione, & interjectis annotationibus iis, quas uncis (incluſimus), ac demum plane omiſimus, quia nihil continent niſi meriſſimas nugas, de* E *origine, adventu, vel propagatione familiarum hic nominatarum. Tantum obſerva poſt narrationem de Archangela & Aquilina, & annotationes aliquas, hunc demum ſubjici:* Inventores chronicæ *(ex qua ſcilicet ſupradicta omnia & quæ deinceps ſequentur accepta ſunt)* tres fuere, videlicet Bonifacius & Paulus de Borellis & Archangelus de Cutno, cives Brixiani: *quos Faynus ſæpe in ſuo Martyrologio citat, tamquam auctores hujus libelli: quod ex hoc loco perperam intellecto accepit, & vanum eſſe apparebit ex præfatione tertia affixa huic eidem libello, poſt annum 1588. aut etiam hoc ſeculo ineunte.*

Huic libello, forte circa annum 1500. ſcripto, — *poſt an. 1524. multa adjecta ſunt;* — *quæ omnia accepta ex Chronico Italica venuſtiori,*

25 *Nunc antequam ad ſecundam mſ. hujus partem, unde pars altera catalogi confirmari deberet, tranſeamus; volo & ego quædam circa jam relata annotare.*

CAPUT III.

Annotationes ad primam partem Martyrii Brixiani.

a *Quia primo loco, ante ipſos civitatis Protectores, Fauſtinum atque Jovitam, hic locantur duo familia Luzaga adſcripti, & infra ipſum nomen* LUZAGHI *exprimitur litteris capitalibus, quod alias nuſquam; hinc colligimus auctorem hujus præfationis & ceterorum deinceps additamentorum, aut ipſum vel ex iſta fuiſſe familia, aut ſaltem ſcripſiſſe in gratiam alicujus ex illa. Idem deinde confirmatur ex eo, quod inter chartas Alexandri Luzaghi, cujus vitæ ſanctæ in ſeculo actæ hiſtoria in manibus eſt, hoc mſ. Faynus invenerit.*

F *Auctor Luzagha familia hoc Martyrologio.*

b *Antiquos Martyres hic ſignari, quorum Donatus 7. Auguſti, Bonifacius 14. Maji colitur, vel hinc perſuadeor; quod in toto hoc libello nulla fiat mentio alicujus Donati, tamquam Martyris Brixienſis: cur autem hos externos duos Brixienſibus ſuis Patronis auctor præponat, cauſſam non divinamus.*

c *Sed ea nomina & cognomina, ætatis & formæ tam recentis ſunt, ut cum ipſa aſſignantur ſeculo 2. totam rem faciant de impoſtura ſuſpectam, licet cetera deeſſent argumenta.*

d *Horum omnium fit mentio in Actis SS. Fauſtini & Jovitæ, quæ elucidavimus ad 15. Februarii, paſſi ſunt autem anno Chriſti 120.*

e *Coluntur 7. Julii, ab eoque baptizati traduntur prædicti Martyres, ac tota pene civitas ad Chriſti fidem paulatim*

A *tim converſa: ſed ei cognomen fuiſſe* de Oropellis *nemo mihi perſuaſerit.*

f *Egimus de ea 5. Martii: quem diem Faynus, ad 18 Aprilis ejus Natalem, ſcribit fuiſſe diem inventionis factæ anno 1518. ob quam cauſſam, & quia Corpus Salodium ad Capucinos tranſlatum eſt, non debemus ubſque novo fundamento de ea dubitare; modo n cognomine eidem affingendo abſtineatur.*

g *Et omnes tres, una cum aliis quatuor minus probandis, ſunt modo ſub altari S. Apollonii.*

h *In Vita S. Afræ danda 24. Maji, nulla hujus ancillæ mentio, & gratis eſſe confictam vel inde magis ſuademur, quod nulla uſpiam mentio reliquiarum ejus.*

Reliquiæ Ss. Calocerii & Marciani.

i *Et hi in eccleſia inferiori majus ſibique proprie dicatum altare aliqua ſuarum reliquiarum parte conſecrarunt: reliquum S. Caloceri corpus adhuc* Albingauni, *quæ hic* Albina *dicitur, ſervari nobis videtur probabilius. S. Marcianus* Epiſcop. *Dertonenſis & Martyr occultas delitare uſque ad ſeculum 4. quando corpus ejus inventum eſt a S. Innocentio.* B *Utriuſque ac S. Severini alicujus Reliquias quaſdam, Brixiam aliquando allatas, & intra arcum communem venerabiliter conditas facile crederemus, niſi ſuſpectus nobis eſſet hic nominatus Sapricius. Veremur enim ne accipiatur Judex ille qui ambos affecit martyrio, de cujus converſione Brixiæ facta, ſi in ſilentio antiquorum Actorum, credere merito caveteris, quomodo perſuadeberis ipſum Dertonam & Albingaunum reverti, ut ſervarentur corpora Martyrum a Chriſtianis ſtudioſius occultata?*

k *Huic Faynus diem 13. Julii attribuit, nec dubitat quin ſit ſub Aureliano paſſus: ſed quid ad nomen Leonardi? Teutonicum eſt.*

l *Quo fundamento diſtinguantur ab aliquibus duo paria homonymorum Martyrum, infra videbimus.*

m *Quomodo igitur corpus ibi repertum non eſt? In Mſ. Martyrol. Brixienſi abſque ulla filiorum mentione ſic habetur ad 17. Julii:* Brixiæ S. Dignemeritæ Mart. quæ ſub Adriano Imp. cum multa pro Chriſti nomine ſuſtinuiſſet, cum palma martyrii ad cœlos emigravit, Cujus corpus Chriſtiani ſuſcipientes, ſepelierunt prope ſepulcrum SS. Fauſtini & Jovitæ.

n *Hi duo cum aliis ſex, æque difficulter probandis, nunc ſunt ſub altari Aſſumptionis.*

o *De hujus & S. Maximi inventione agit Martyr. mſ.* C *ad 7. Januarii & addit;* Horum corpora habentur in eccleſia S. Fauſtini ad ſanguinem. *Ea nunc cum aliis habentur ſub altari S. Eliſabethæ. De S. Maximo ſeorſim agitur in Mſ. Martyrologio 12. Julii.*

p *Infra dicuntur paſſi 15. Auguſti, & ſic referuntur a Fayno: ſed tacente Martyrologio mſ. & antiquis monumentis deficientibus, nihil de iis audemus credere.*

q *Nulla hic notitia mortis per præcipitium obitæ: unde ergo id accepit Faynus?*

Haymo an Frater SS. Fauſtini & Jovitæ

r Hujus ſacri cineres, *inquit Faynus, in ara* S. Apollonii ſervantur: *eſt ergo is qui in catalogo habetur ſub nomine Francisco Haymonis. Refertur autem ad 15. Februarii, quo die paſſi ſunt SS. Fauſtinus & Jovita, quorum hic fingitur fuiſſe frater: quod abſque graviori teſtimonio non credemus; & ideo quæ hic de eo & miraculis in ſepultura factis dicuntur, reſtrinximus.*

s *Hi, cum aliis æque incertis undecim, habentur ſub altari B. Mariæ.*

t *Hanc inſignem fabellam non eſt opus pluribus exagitare; ipſa ſua ſe refutat abſurditate. Tantumne ſilvarum circa Brixiam fuit, ut corporibus 3290. ſimul comburendis ſufficerent? quantum autem puteum fuiſſe oportet, in quo potuerint tot cadaverum oſſa condi?*

u *Quomodo nulla eorum in eccleſia majori notitia aut veneratio.*

S. Calimerii Ep. M. inventio.

x *Creditur hic eſſe Calimerius, a SS. Fauſtino & Jovita Romæ converſus, eorumque poſtulatione factus Epiſcopus Mediolan. quod examinabimus 31. Julii: hoc certum, quod anno 1458. die 28. Decembris in eccleſia S. Floriani inventum ſit corpus, cum plumbea lamina, continente hæc verba:* Corpus S. Calimerii, Epiſcopi & Martyris, quem ſepelivit B. Apollonius Epiſcopus: *quæ dictæ ſcriptura non potuit corpori appoſita fuiſſe ab ipſomet B. Apollonio. Diſcernenda eſt igitur forma litterarum, plumbeæ iſti laminæ inſcriptarum, & ex iis judicandum de tempore elevati & recogniti corporis.* D

y *Scilicet duobus ſeculis prius quam Conſtantia urbis nomen invaluiſſet: additur hic, quam tranſilimus, fabula alia de Angelis per tres dies ad eorum corpora viſibiliter excubantibus, & claritate eodem tempore tanta, quæ toti Brixianæ civitati faciebat, ut nox videretur dies: interim ſub horum trium nominibus habentur oſſa in altari B. Mariæ.*

Tabula nostra enpeſa.

z *Hi quinque juxta Catalogum, ſub altari Aſſumptionis ſunt: ſed in hoc nominantur* Conſtantius & Cæſareus. *De* Corrado, Barnabone & Aimero *certum eſt non eſſe nomina Italica 2. ſeculi.* E

aa *Contraximus in paucis fabulam latius extenſam: ſatis eſt lector ſi titulum* Doctoris *legas, & videas videri eum ſeculo 2. applicari. Baptizaſſe Joannem dicitur Marinus, de quo ſupra ad litt. p. Faynus ad 10. Auguſti eum refert in faſtos, ſed ſolo hoc mſ. nixus.*

bb *Vix dubito quin hic agatur de Urbano VI. qui, poſt reſtitutum Italis Pontificatum, primus Romæ ſedit ab anno 1378. ſed æque certum habeo fabulam eſſe quæ hic narratur. Talem enim ſanctorum Martyrum Catalogum, ex nominibus tam miraculoſe cognitis, ſi ſcribi juſſiſſet Pontifex: quomodo neque iſtius miraculi memoria alia, neque catalogi exemplar ullum extaret? Nam hunc quem proferunt Brixienſis non eſſe Martyrum antiquorum, quales eſſe finguntur, per ſe liquet.*

& inter ſeſtiones videntur.

cc *Sub horum quoque nominibus oſſa aliqua condita ſunt ſub altari S. Mariæ.*

dd *Sequuntur tres inſignes Notationes de filiis* Conſtantini; *poſt Aureliani mortem ad Breſciæ incolatum converſis, quorum alteri* Luzaghi *nomen fuerit, poſterique eidem nomen tenuerint; alter dictus ſit* Florinus; *de* Æmiliano, *qui fuerit Comitis Petri Scaligeri filius, cognomento* Advocati, *quoniam eſſet eccleſiæ Advocatus: de familiis* Advocatorum *tota Italia ſparſis, eo quod in omnibus civitatibus Eccleſia haberet ſuos Advocatos, qui cognomen poſteris reliquere: &, ut infra notatur, non potuerunt eſſe niſi ex origine Comites, quaſi Comitum ac Ducum tituli, jam tunc fuiſſent hæreditarii.* F

Aquilina & Archangela fictæ Martyres.

ee *Qui fieri hæc potuerunt, quando quidem* Italicus Comes, *prout in SS. Fauſtini & Jovitæ Actis legitur, in ipſo eorum certamine devoratus fuit a feris contra Sanctos editis? Neque hic neque in Actis S. Afræ hinc acceptis, ulla Archangelæ vel Aquilinæ ſit mentio; neque Faynus, ad 3. Septembris uſe de his agens, aliunde quam ex hoc mſ. habuit eorum notitiam: neque corpora earum uſpiam reperta dicuntur. Ideo quæ hic de anachoreſi, miraculis, ac martyrio Archangelæ, & Aquilinæ converſione multis dicuntur, contraximus in paucis,*

de antiquis Scaligeris fabula.

ff *Subnotatur, quod ex fratribus Ugozonis, Conradi & Peregrini, Sitrino & Paſino, deſcenderint familia Sivegniorum & Paſinorum, Ducchorum & Coradellorum. 2. quod Comites Sigiſmundus & Æmilianus fuerint fratres inter ſe, cognati autem B. Silvani. 3. quod ex Chriſtophoro de Marinis & Leonardo de Raineriis, Venetias migrantibus, deſcenderint duæ ibidem familiæ nobiles iſtorum cognomine. 4. quod Mattheus & Laurentinus Scaligeri, fuerint cognati, tum Æmiliani & Silvani quam Comitis Sigiſmundi, cum iiſque Roma Brixiam habitaturi migrarint, deducta origine familiæ a quodam Con-*

ſule

A *ſub Romano, cui nomen fuerit Marcus Cato.*

AUCTORE D. P.

Taceo cætera æque ridicula figmenta, tantum conſiderandum lectori relinquo, quam inepte ſeculo Chriſti ſecundo affingantur nomina & cognomina, ab uſu illius temporis prorſus abhorrentia: quæ ſi accepta ſunt ex Chronica trium Brixianorum, quemadmodum videtur indicari; profecto non eſt illa pluris facienda, quam Hiſtoria Belgica Marci van Vaernewyk, omnium anilium fabularum, ad Belgicarum urbium antiquitatem nobilitatemque coram imperito vulgo extollendam excogitarum, inutilis farrago. Habet urbs Brixienſis vera & minime fabuloſa decora, quibus ad virtutis & religionis cultum excitetur: familiis autem in ea nobilibus ſufficere debet continuus per aliquot ſecula nominis ſui ſplendor. Putidum quippe eſt, ſalva inverecundo in ea ſe ſuumque nomen inferre ſecula, quibus nulla demonſtrantur apud antiquos ſcriptores nominis talis veſtigia. Quis enim credat de tam antiqua origine citra teſtem glorianti ei, qui congruum nequit adferre documentum quod vel ad annum milleſimum Chriſti attingat. Etenim eæ familiæ & ſunt & merito habentur antiquiſſimæ, B *quæ ſuum nomen ad quatuor aut quinque ſecula ſurſum ducere ac probare poſſunt, ex publicis eorum de quibus agitur temporum documentis: ſine quibus aſcendere qui nititur, ſumniculoſos genealogiſtas inveniat oportet, etiam ad Remum ac Romulum, ipſumque Adamum, qualemcumque familiam adulatoria fictione perducturos.*

CAPUT IV.

Reliqua pars Martyrii Brixiani, æque ac prior fabuloſa.

26 A*Uctor Martyrii Brixiani fabuloſam ſuam narrationem hoc modo proſequitur*: Infraſcripti fuerunt decapitati & in partes ſecti, per quoſdam Capitaneos Brixienſes, qui paganorum religionem pro Adriano ſectabantur: occiſi autem ſunt in prælio, pro tuenda Chriſtiana fide inito, in quo Chriſtiani, licet moleſti ſuorum deſiderati, tandem victoriam obtinuere. Cæſorum nomina hæc ſunt; Georgius de Calcinado, Nazarius de Conſalonerius, Fredighinus de Bornatis *&c. uſque ad centum octoginta quatuor nominati in mſ. quos nihil attinet enumerare, præter duos:* C *Scilicet* Ottobonum de Baiveriis, avum SS. Savini & Cypriani; *&* R. D. Guillielmum Pregnaccam, Rectorem eccleſiæ SS. Petri & Marcellini. *Coluntur* SS. Petrus & Marcellinus 11. *Junii, ſub Diocletiano tyranno, annis circiter ſeptuaginta poſt obitum Adriani, fidem profeſſi: & tamen ſub hoc finguntur eccleſiam habuiſſe Brixiæ, cui cum titulo* Rectoris *&* Reverendi Domini *Sacerdos præfuerit. Sed hoc ſcriptori huic familiare eſt, ut quas, re Chriſtiana florente, Brixiana urbs eccleſias habuit, eas ſibi fingat extitiſſe ſub paganis; cum dicit quo loco, & ad quam partem altaris, fuerint martyres a ſociis, in eadem perſecutione paulo poſt cæſis, tumulati.*

27 Sanctorum Savini & Cypriani *notitiam Petrus de Monte Brixienſis Epiſcopus, e Gallia (ubi pro fide quam prædicarant paſſi ſunt, & credebantur* Brixiæ in Italia *nati) primus ad ſuos detulit, ſub ann. 1445. eorumque feſtum ut civium coli voluit: exinde in Martyrologium Brixienſe mſ. & in hodiernum Romanum tranſiere: quamvis Caprealus in Brixiana Hiſtoria errorem ſubeſſe patet, quod Brixiæ tribuantur, quia ex Gallia Lugdunenſis parte, quæ nunc* Breſſia *dicitur, ortum duxiſſent. Agemus de iis ad 11. Julii, diſquiremuſque an eorum paſſio recte attribuatur temporibus Marciani Chriſtianiſſimi Imperatoris, & anno 458. an vero pro nomine* Maximiani *irrepſerit* Marcianus *& ſic ad initium 4. ſeculi illa retrahi poſſint, quando etiam vivebant* Laodicius *&* Maximus *Præſides ethnici, quorum ſit mentio in eorumdem Actis, haud levi correctione egentibus. Hoc certum, quod* Ottobonus de Baiveriis, *ſi fuerit (ut hic fingitur) SS. Savini & Cypriani avus, non potuerit occubuiſſe in conflictu contra Henricianos; quod tamen de hiſce centum octoginta duobus Faynus credit, ratus ſic evadi contradictionem, quam important tot nomina & cognomina recentioris formæ, quale eſt ipſum etiam* Ottoboni *nomen. Sed proſequamur mſ. noſtrum exhibere, minime talem evaſionem indulgens.* D

28 Duces illorum, *ſcilicet Chriſtianorum contra Paganos ſub Adriano pugnantium,* fuerunt Manuel Confalonerius, Antonius Franciſcus Martinengus: Ugozzo Comes Pralbaini, Datarius Eccleſiæ; Fauſtinus Gataldus, & Taverius de Taverii de Roccado. Ex quibus ſoli duo Manuel & Ugozzo occubuere, ſepultique ſunt ſimul in oratorio S. Fauſtini ſub terra, eodem loco ubi & ſepulti fuerunt iſti quinquaginta tres advenæ, una cum Ss. Fauſtino & Jovita decapitati. (....) Ex parte contraria multo plures cecidere, nam quidam Carolus de Lavel-longo dictus, & Matthæus & Laurentius Scaligeri venerunt cum ſubſidio quadringentorum virorum, & fuderunt paganos, cæſis eorum ducibus Ugone Maſſacano de Benacho, & Ferrarino Cajetano, cum aliis circiter quingentis. Ea eoque die cœperunt vim ei repellere Chriſtiani, poſita formidine paganorum, electuſque eſt Capitaneus Matthæus Scaliger de Advocatis. E

29 Nota porro quod hic Matthæus, reduxerit in civitatem S. Apollonium Epiſcopum, qui gentilium metu ad latebras fugerat; cum quo redierunt alii cives quam plurimi; ſtatimque templum quod dicitur S. Jacobi in ſilea, a S. Apollonio erectum eſt, multique Presbyteri ordinati, & magnum religio incrementum ſumpſit. Conſecrata eſt etiam eccleſia alia, & nominata S. Fauſtini ad Sanguinem.) *Ad hanc tam abſurdam notationem, Matthæi Scaligeri & S. Apollonii tempora confundentem, non potuit ſe continere viri optimi Fayni patientia, quin adſcriberet margini, apocrypham rem eſſe, utique certe perſuaſus, hunc conflictum non contra Paganos ſecundo ſeculo, ſed anno 1092. contra ſchiſmaticos Henricianos fuiſſe. Et merito quidem a primis Chriſtianis, ferendis injuriis, patientiam Chriſtianam; non repellendis, fortitudinem militarem exercere & probare ſolitis; rejicit Faynus tam alienam ab innocenti eorum ſimplicitate narrationem. Nam ſi vera fuiſſet, quantam præbuiſſet Imperatoribus ethnicis contra Chriſtianos palam rebellantes inſaniendi materiam! quantam adverſariis noſtræ religionis ſcriptoribus, inſultandi calumniandique! quam valide obtundi poterant Sanctorum Patrum ora, nihil crebrius in ſuis apologiis quiritantium, quam vanos de Chriſtianis metus ſpargi & immerito credi formidoloſas Imperio coitiones eorum, qui majori numero Regios carceres captivi implebant, quam ſua oratoria precabundi: quibus prima lex eſſet ferre magiſtratuum, etiam iniqua imperia: nulli malum pro malo reddere, pro perſequentibus ſe orare, aliaque hujuſmodi. Quid autem dicendum fuiſſet de S. Apollonio, tali occaſione cæſos cum Martyribus tumulante? quid de Brixienſi tota eccleſia, eorum nomina in ſacris faſtis recenſente ac venerante? Ergo non ſub paganis hæc acciderunt: an autem ſub Henricianis?* F

30 *Vereor ne abſque ſolida auctoritate hæc a Fayno arripiatur evaſio. Quis enim eſt ille conflictus, quem Hiſtoriæ Brixianæ ſcriptores omnes ante Faynum ignorarunt? aut quibus teſtimoniis nititur illius veritas? Occupata anno 1091 per proditionem Mantua, pleraque Lombardiæ oppida venerunt in poteſtatem Henrici, iſta & ſequenti anno. An & in his Brixia fuerit ignoratur. Aliqua hinc inde commiſſa certamina, nihil eſt ambigendum: ſed quod in iis Eccleſiæ partem ſuſtinuerint Brixiani, aut omnes aut aliqui, nullo docemur argumento. Si ex Epiſcopis, qui eo*

tem-

A *tempore præfuere, facere conjecturam de civibus liceat; judicare poterimus, nihilo ſaniorem ſuis paſtoribus gregem fuiſſe. Audi in Italia ſacra Ferdinandum Ughellum:* Joannes (*quem Faynus in ſuo Cælo Brixiano ſcribit an. 1087 creatum Epiſcopum*) ſibi creditam dilapidavit Eccleſiam, teloque Chriſtianæ religionis ictus occubuit. Ombertus, agnomine Baltricus, ab Henrico Rege hujus Epiſcopatus inveſtituram accepit; Epiſcopato mulctatus eſt anno 1090. De quo Landulphus de S. Paolo cap. 1. Plura corpora reperit atque decentiori loco collocavit, ut prodit ejus ſepulturæ affixum epitaphium a Rubeo relatum. ✠ Hic jacet Ombertus, bonus Paſtor Brixianus: qui multa corpora Sanctorum, poſt cruentum conflictum, conſecravit. Anno 1093. *Ecce ut ſchiſmatis cauſa depoſitum Epiſcopum, contemptaque Romana Sede in gradu perſiſtentem,* bonum Paſtorem *vocant auctores Epitaphii.*

quod de ipſo Epiſcopus erat ſchiſmaticus.

33 *Quis porro ex iſto epitaphio extundat, quod vel con-* B *flictus ille inter Brixianos fuerit, ſub ipſis urbis mœniis? vel quod Brixiani pro Papa contra Henricianos pugnarint, potius quam contra Papam pro Henrico? vel quod corpora ab Omberto* conſecrata, *id eſt (ut recte interpretatur Landulphus)* decentiori loco collocata, *non fuerint corpora Sanctorum antiquorum, qui ſuo vel ſanguine vel exemplo Brixiam ſanctificarunt; potius quam recens occiſorum in pugna aliqua militum: quos, utcumque contra fidei hoſtes pugna ſit, pro Martyribus habendos atque colendos conſtanter negavit Romana eccleſia, quamvis ad hoc decernendum imperioſius aliquando a ſeculi poteſtatibus ſollicitata? Hæc expendenda prius Fayno erant, quam ita aſſeveranter ſcriberet,* quod anno poſt conflictum ſecuto, Ombertus Brixiæ Epiſcopus, ex conſenſu Urbani II. & conſultu Synodi Diœceſanæ, eos, quorum in catalogo habentur nomina, multoſque alios eodem prælio cæſos, quorum nomina ignorantur, canonizavit & Martyres declaravit, ſecundum uſum iſtorum temporum. *Nos abundantis nimium pietatis & religionis exceſſum libenter condonamus virorum optimo & amiciſſimo, deque ipſius ingenita animi rectitudine nobis pollicemur, quod facilitate qua Martyrium hoc Brixianum, tamquam patria ſua & tot nobilium familiarum honori favens, amplexus eſt; nunc* C *eſſet ipſum repudiaturus, ſi viveret; ſuumque repurgaret Martyrologium, Catalogis S. Afræ inſcriptos ſecernendo ab aliis; ne officiant honori eorum, quorum martyrium vel ſanctitas ex SS. Fauſtini & Jovitæ Actis, & immemorabilis temporis cultu probari poteſt. Sed quæ reliqua hujus Mſ. ſunt, & tandem aliquid verioris hiſtoriæ videntur continere, audiamus.*

a quo ſangυine ſe-moniſset qui pugnando ceciderant.

32 Eccleſia iſta, *ſcilicet SS. Fauſtini & Jovitæ ad ſanguinem,* data fuit Abbati S. Petri Papienſis in Cœlo aureo, cui nomen Benedictus de Mediolano. Hic ſucceſſu temporis ibidem inſtituit congregationem ſui Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ibidemque extrui curavit monaſterium, in cujus fundamenta ipſe & D. Mattheus Scaliger primum lapidem poſuere: inſtituitque, ut ejuſdem loci Rector, Præpoſitus S. Fauſtini ad ſanguinem vocaretur. . . *Facta hæc fuerint poſt annum 1221. quo dictum Papienſe monaſterium (quod Luitprandus Longobardorum Rex ſacro S. Auguſtini corpore nobilitaverat) deficientibus Monachis Benedictinis, traditum eſt Canonicis Regularibus Mortarienſibus, uti fuſe deſcribit Pennottus lib. 1. cap. 62. Sed rurſum exerrat obſervandorum temporum ignariſſimus auctor mſ. prædicti, quando jam inde a temporibus Luitprandi* conventum Papienſem dicit fuiſſe caput Canonicorum Regularium S. Auguſtini (*qui nondum ſub ea appellatione uſſi erant*) eorumque tunc Abbatem, qui corpus ſancti Doctoris ex arca cum qua fuerat advectum extulit, fuiſſe B. Baſilium de Florentia Ordinis S. Auguſtini Regularis obſervantiæ.

Eccleſia S. Afræ Canonicis Regul. Mortarienſibus data,

(qui male credunt Papiæ a Luitprando conſtituti)

Deinde proſequitur quomodo Naymus quidam Bavariæ D *Dux, poſt mortem Caroli Magni, de Francia in Allemanniam proficiſcens, tranſierit Brixia; moraſque miraculo, in translatione SS. Fauſtini & Jovitæ facto, ibidem Brixiæ ſubſtiterit; ac tandem, poſt multa eccleſiæ S. Fauſtini ad ſanguinem largiter donata, ibidem obierit anno 835. die 30. Aprilis, corpus autem quinquaginta poſt annos relatum ſit in Allemanniam.*

AUCT. D. P.

33 Quando deinde, *inquit Mſ.* Brixia vindicata fuit a jugo Dominorum Veronenſium de la Scala (*quod anno 1337. accidiſſe notavit Faynus*) D. Vivianus de Bavaris multa inſignia opera fecit. . . In favorem eccleſiæ, dictoque Duce & Papienſi Comite intervenientibus, eccleſia SS. Fauſtini & Jovitæ, quæ in commendam deciderat, reddita fuit præfatis Canonicis: ſed ab iiſdem rurſus propter injurias bellorum deſerta eſt. *Addit porro:* In media navi eccleſiæ ſunt corpora undecim Beatorum & quatuor loca occupant, ultra modo nominatos, in quorum cenſum etiam non veniunt illi, qui ſunt in capella majori, & magna ex parte ſua ſinguli habent nomina. Numerus autem omnium Martyrum, quorum corpora tam in puteo quam in variis eccleſiæ ac E conventus locis ſepulta ſunt, univerſus aſcendit ad novies mille nongentos ſexaginta tres. *Hæc ſcilicet ſic determinate oportebit credere homini, poſt duodecim ſecula præſumenti definire eorum numerum; quem ſubductum fuiſſe a Chriſtianis, inter perſecutiones trepide ſepelientibus pro fide cæſos; & abſque litterarum monumentis, ad tanto poſt ſeculi temporis notitiam perveniſſe, nemo mihi perſuaſerit. Sed reliqua videamus.*

multis donatur poſſeſſionibus:

numero definito innumerorum Martyrum in eo ſepultorum.

34 In capella majori, ex oppoſita portæ deſcenditur in carceres, quos ſua patientia & præſentia Brixiani Martyres conſecrarunt: in eademque capella ſepulta ſunt inſtrumenta paſſionis SS. Fauſtini & Jovitæ: ibidemque eſt loculus S. Afræ, multæque res aliæ omni reverentia digniſſimæ. (Notandum eſt denique, quod eccleſia S. Fauſtini ad ſanguinem redierit tandem ad R. D. Ludovicum Caſtioli de Salo, Honorandum Præpoſitum & Canonicum Regularem Ordinis S. Auguſtini, in illam poſſeſſionem introductum per Reverendiſſimum Dominum D. Thomam Capreolum, Canonicum eccleſiæ Cathedralis & nobilem Brixianum, die 14. Martyrii, anno 1524. tempore Papæ Clementis VII. mediante hujus decreto, & conſentiente Illuſtriſſimo Se- F natu Veneto, atque Reverendiſſimo Epiſcopo Brixienſi D. Paulo Zano, ſub Ducatu Sereniſſimi Andreæ Gritti Venetiarum Ducis ſeptimi. *Atque ita, poſt ridiculam unam de equi anni pede reperto notationem, quam omittimus, finitur totus hic libellus: cujus interpolatorem apparet ſcripſiſſe cum jam Canonici Regulares Lateranenſes, in monaſterio Papienſi, Mortarienſibus ſucceſſiſſent, quod anno 1510. factum ſcribit Pennottus: nam inde deducti iidem Lateranenſes Brixiam, poſſident hanc, quæ nunc S. Afræ dicitur, eccleſiam.*

tandem an. 1524. obtenta Canonicis Reg. Lateranenſibus.

CAPUT V.

Examinatur poſtrema Martyrii Brixiani deſenſio, eidem in MS. ectypo recentius præfixa.

35 R*Eſtat Prologus, omnium noviſſime libello prædicto præpoſitus circa præſentis ſeculi initium: qui cum totus eo dirigi videatur, ut Martyria iſti Brixiano, ſic nominatim ſingulos recenſenti, fidem adſtruat; debuit in finem reſervari; quatenus expenſis ſingulis, appareat*

Traditio de multis Martyribus in I. A. pro ſepultis,

Digitized by Google

A *reat nos prudenter feciſſe, quod in uſu Brixiani Martyrologii, non ſatis ſolide fundati, circumſpectius agendum nobis propoſuerimus. Eſt autem hujuſmodi:* Antiqua & conſtans traditio, a patribus in filios, & a filiis in nepotes derivata eſt, quod olim, dum Chriſti ſtaret vetus eccleſia, Reliquiæ iſtæ (*quæ nempe ſub Altaribus in eccleſia S. Afræ, vel jam tum, cum ſcriberet auctor prologi, condita ſervabantur; vel eo transferenda poſt abſolutam novi templi fabricam, adhuc detinebantur ſub turri*) *quod, inquam,* Reliquiæ iſtæ, tamquam Sanctorum, maxima cum religione veneratæ fuerunt a patribus noſtris & avis & proavis. Nec levi fundamento nitebatur hæc traditio: conſtabat ſiquidem apud omnes, locum hunc Sanctorum Fauſtini & Jovitæ ad ſanguinem, a temporibus uſque primitivæ Eccleſiæ, non modo cædibus & martyriis, verum etiam corporibus plurimorum Sanctorum, qui ibi fuerunt tumulati, eſſe inſignem. B *Ita ille.*

AUCTORA. D. P.

36 *Ego traditionem ejuſmodi exiſtimo non egere multa probatione, niſi quatenus dubitatur, an antiqua & fundata traditio ſit, quod iſta Reliquia ſint eorum, ſub quorum nominibus & cognominibus nunc cenſentur: an ſi eorum quædam ſint, an ſatis prudenter fuerint promiſcua omnes æſtimata Reliquia Sanctorum, qui primitivam eccleſiam Brixianam ſuo ſanguine fundaverunt; aut etiam eorum qui ſeculis diu poſt ſecutis, propter virtutum eximiarum famam, apud Brixienſes, etiam ſine ſanguine, venerationem publicam meruerunt. Audiamus tamen probationes, quibus quam bene generalis fulcitur aſſertio, de multis Martyribus iſtic tumulatis; tam inepta omnes ſunt, ad ſtatuendum id, quod in noſtra quæſtione verſatur.*

non ſunt eorundem nomenclatura a nobis refutata

37 Hoc teſtantur, *inquit cœptum diſcurſum continuans auctor Prologi,* non ſolum chronica, per D. Paulum & Bonifacium de Borellis & Angelum de Curun cives Brixiæ compilata (*unde ſcilicet deſumpta tota ſubſequentium Martyrum deſignatio*) quæ apud multos in hac urbe reperitur (*nunc autem ſic evanuit ut diligentiſſimus Faynus, ipſam ubique perquirens & nuſquam inveniens, tandem ſibi perſuaſerit hoc Martyrium Brixianum, quod nullam Chronica formam habet, ipſam eſſe Triumvirorum prædictorum Chronicam*) ſed etiam Fabius Braſatus, civis Brixiæ, in vita SS. Nicolai & Hieronymi, ex nobiliſſima Pedrocca familia progenitorum, quam is anno 1416. conſcripſit. *Eam Vitam. 1. Julii dudum* C *ſperans, ad nos miſit Faynus, ex impreſſo anni 1591. ſed quia iiſdem omnibus laborat vitiis quibus Martyrium Brixianum, non poteſt eidem conciliare fidem, nec locum in opere noſtro meretur. Equidem exiſtimo Pedrocchæ familiæ, in chronica præterita abſque ullius nobilis martyrii honore, datum eſſe ab aliquo ex inventoribus Chronica, ut de his duobus commiſceretur, quæ numquam veteres Brixienſes audiverant, tamquam in eadem Adriani perſecutione Martyrium paſſis: quæ deinde Fabius elegantiori ſtylo Latine ſtuduerit adornare.*

minus tam probata quæ dicta de Nicolao & Hieronymo Pedroccis, quam de antiquis Sanctis

38 *Pedrocca familia ſuum iſtud agnomen procul dubio ſumpſit ab aliqua ſua in agro Brixiano poſſeſſione, ſic dicta, quod eſſet* ad pedem roccæ *alicujus, id eſt, rupis, ſita. Sicut autem nomen Longobardicum ac minime antiquum eſt, ita ejuſdem ævi ac ſoli reputanda eſt familia, quæ ſic nuncupatur. Interim dictæ Vitæ auctor, ſtirpem ex nobiliſſima inter Romanas gentes deductam fingit, & primum ex ea Chriſtianum Ægidium Pedroccam, a S. Apollonio baptizatum, gentis Porciæ affinitatis decorat, data ei uxore Porcia, ex quibus Eraſtus, in baptiſmo Nicolaus dictus, uxorem habuerit Julianam, cui antea fuerit Eleonora nomen; qui una cum ſuo patruele Hieronymo, ante baptiſmum Attilio, ad Præſidem vices Imperatoris in Ciſalpina Venetiaque gerentem (tanto ſcilicet prius quam Venetia nomen audiri cœpiſſet) ſemel, iterum, tertioque delati Chriſtia-*

hæc enim poſt fabuloſiſſime conficta ſunt,

nam fidem profeſſi ſunt, tandem anno Chriſti 133: Pontificatus Teleſphori 11. Ælii Adriani 14. poſt varios cruciatus agonem conſummarint. Iniit Pontificatum Teleſphorus anno 127. ex noſtro calculo, ſuper antiquos Pontificum catalogos fundato; alii ad annum 140. aut 142. initia ejus differunt: in Hadriano fere conſentiunt omnes an. 117. cœpiſſe regnare. Interim nihil horum concordat cum anno Martyrii ſignato. Sed ejuſmodi errores facile ignoſcentur & homini & ſeculo, rerum chronologicarum imperito: magis dolemus, hac fictione inductos fuiſſe Epiſcopos Brixienſes, ut feſtum Nicolai & Hieronymi, tamquam Sanctorum, Officio ritus Duplicis agendum decernerent; de quibus an in rerum natura unquam fuerint, nullo antiquiori teſtimonio credimus fuiſſe probatum. D

39 *Verum hæc dicta ſunto pro tempore, quo Julius menſis elaborandus veniet: ipſa Vita, qualiſcumque demum ſit, Martyrum Brixianorum virtutem non niſi in genere tangit. Idem dici poteſt de ceteris, quos auctor Prologi terſii his verbis indicat:* Hoc etiam aperte fatetur Elias Capreolus, hiſtoricus Brixiæ inſignis, libro 2. *ſed non fatetur aliud, quam conſtantes fuiſſe in fide Chriſtianos Brixienſes, & multos eorum martyrio coronatos.* Idem E etiam habet & Malacſius (*quem non vidimus*) & Hiſtoria quædam manuſcripta SS. Fauſtini & Jovitæ, magnam præferens vetuſtatem, quæ in monaſterio noſtro aſſervatur. *Ea hiſtoria eſt conſcripta Italica lingua, et eadem prorſus tranſcripta manu qua Martyrium Brixianum, ſimul cum ipſo tranſiit in poteſtatem Alexandri Luzzaghi, per Bernardinum Faynum ad nos miſſa; incipit autem hoc modo:* Beati Fauſtinus & Jovita ſecundi, filii Adiunis de Pregnacchis & Theopiſtæ, nobiles Brixiani & digniſſimi equites, eo quod Chriſtiani erant, capti ſunt a Quinto Centurione Trajani Imperatoris anno Domini 117. *Vides opinor ſtylum ubique recentem, quod tamen monitum te lector oportuit, ne forte ex antiquiori Legenda Latina, in vulgarem linguam traducta hæc credat. Interim tota narratio (quæ ejuſdem farinæ eſt cum hiſtoria Nicolai & Hieronymi Pedroccharum) poſt narratum Joſaphati cujuſdam de Chizzolis, ante id ignoti, atque ſuſpectum martyrium, & ſepulturam 18. Martii anni 135. curatam, ſic concluditur.* Ego Guerinus Ceretus vidi & audivi omnia ſupraſcripta: & in eorum fidem ſingula deſcripſi manu propria. *Teneo, te, cerritum caput, quiſquis es. Tune cum iſto ſermone quo uteris, vix modice differenti ab hodierno Brixiano; cum iſta annorum Chriſti ſupputatione, quatuor primis ſeculis ignota; cum iſto Guerini Longobardico nomine, ſperaviſti te alteri quam ſuo indoctiſſimo ſeculo perſuaſurum, rebus a te confictis interfuiſſe præſentem ſub Hadriano Imperatore? Scio quid egeris & quare: ſodalitas repetenda eſt cauſſa, a nobis, dum Februarium conderemus, ignorata.* F

quo legitur SS. Fauſtini & Jovitæ ſtemmate de Pregnacchis

40 *Amphrigius Brixienſis Epiſcopus, excitata in honorem S. Fauſtini eccleſia in ſuburbiis civitatis, ubi olim ædicula ſteterat S. Mariæ ad nemus dicta, illuc, ſub initium 9. ſeculi, ſolemni pompa, die 13. Maji, tranſtulit ab eccleſia SS. Fauſtini & Jovitæ ad ſanguinem eorumdem Sanctorum corpora. Amphrigio Petrus, Petro Rampertus ſucceſſit, qui anno 842. 9. Maji ad novam forte aram dictas Reliquias tranſtulit; & Leutgarum Abbatem atque Hildemarum monachum, ſanctimonia laude doctrinaque præſtantes evocavit ex Gallia; conditoque eiſdem monaſterio, attribuit eccleſiam novam S. Fauſtini, Majoris ab amplitudine dictam. Sub his quantum novus locus celebritate & opibus crevit, tantum in priori, S. Fauſtini ad ſanguinem dicto, minuta eſt frequentia civium Brixienſium; cum nemo de veritate dictæ translationis dubitaret. Tandem tamen an. 1187. a Fratribus, id eſt, Clericis, & vicinis alterius eccleſiæ rogatus Joannes Epiſcopus, ipſa Sanctorum corpora (quæ illi adhuc penes ſe eſſe dicebant)*

compoſita ad ſeptimum dem. converſionem,

ſuper tranſlatio S. Fauſtini ad ſanguinem corporibus,

in

A *in aptiorem locum collocare, marmoream arcam aperuit*, in que duo corpore magnifice collocata invenit: erant enim pluribus ſericis palliis cooperta. . . . ipſe vero corpore decollata fuiſſe videbantur, ſed caput unius nullo modo reperiebatur, ſanguis vero plurimis in locis ſepulturæ adhuc rutilabat. Erat etiam cum ipſis corporibus gubernatus ſanguinis et terræ mixtura, inſimul quaſi panis coagulata in multis fruſtis, palliis involuta, prout in effuſione ſanguinis eorum fuit collecta. Collectis autem jam dictis duobus corporibus, ab eodem Epiſcopo, in duobus palliis, nullam ſcripturam invenit in ipſa arca, quæ eorum nomina declararet, ſed ipſa rei qualitas eos Martyres fuiſſe monſtravit: invenerunt tamen tabulam marmoream ſub capite ipſius arcæ, quæ talem litteram continebat, FAUSTINO ET JOVITÆ CHR. MARTYR. VICTOR MAURUS EX VOTO POSUIT MENSAM CIVIBUS SUIS . . .

B Hisce peractis eadem die, . . . cum jam venturus eſſet Epiſcopus, ut altare majus reſtauraret, ac eoque dicta duo corpora, cum aliis duobus in altari deſtructo inventis, recondere; cucurrit Abbas S. Fauſtini cum magna multitudine, multas minas Epiſcopo inferens; & ne ad locum propoſitum ſe reptuſcenteret prohibendo, exinde ad Apoſtolicam audientiam proclamavit. Epiſcopus timens tunc, exinde amplius non proceſſit: ſed tamen prima die Septembris venit, & illos duos Martyres in arca repoſuit; & in ipſa arca poſuit caſſiam, in qua erant illa alia duo Sanctorum corpora: quæ quidem quatuor Sanctorum corpora, una cum tabula ſupradicta, in arca ſunt clauſa. Tunc vero idem Epiſcopus dixit, quia nolebat ſcandalum provocare: & ideo neque dicebat illos eſſe Fauſtinum & Jovitam Martyres, vel quod non eſſent. *Hæc breviter ex antiqua relatione, alias integre danda.*

Inter Can. Regulares & Benedictinos;

41 *ubi Abbas S. Fauſtini, Joannes iterum dictus, non juſſit ſane quoque aperire arcam, ut de qualitate ac quantitate Reliquiarum in ea collocatarum cognoſceret; & uſque ad annum 1555. ſuccedentium Abbatum nullus, renovata ſæpius controverſia, id facere curavit: ſed vulgaris traditione varisque Principum ac Pontificum litteris, ut ſua eccleſia tanquam dictos Sanctos continente, quotidianum faciendum, ſatis ſolemnitatem rarus ille, ad Urbanum III.*

aliter vulgata, ſed...

C *Veronæ tunc agentem recurrent, Epiſcopo cauſam deferente; haud difficulter impetravit, ut per Bullam datam 4. e. Kal. Octobris, juberet Papa*, dicta duo corpora in loco, in quo primo fuerant, ſine dilatione recondi; diſtrictius Epiſcopo inhibens, ne eis ullam reverentiam Sanctis debitam exhiberet, nec ab aliis exhiberi permitteret; ſed ea dimitteret juſto judicio Dei, qui potens eſt eorum quos diligit memoriam ſuſcitare; & SS. Fauſtini ac Jovitæ corpora, ſicut conſuetum certius erat, venerarentur in eccleſia S. Fauſtini majoris. *Huic judicio inhærens Clemens Papa III. ipſum confirmavit Bulla data Senis 7. Kalend. Februarii Indict. 6. id eſt anno Chriſti 1188. & Petrus Cardinalis S. Cæciliæ, Sedis Apoſtolicæ Legatus, anno 1191. 15. Kalendas Auguſti, decretum Mediolani condidit, ac dictæ Tranſlationis feſto annuo recolenda ad diem 9. Maji.*

42 *Poſt hæc, cum circa annum 1220. Brixiam veniſſet S. Dominicus, & novi Ordinis excipiendi deſiderium in animo Alberti tunc Epiſcopi reliquiſſet, videntur FF. Prædicatores hoſpitium ſaltem habuiſſe juxta ædem S. Fauſtini ad ſanguinem, cum illius procuratione, uſque dum novum monaſterium conſtrueretur. Hinc non ſatis renovata vetus controverſia eſt, & Benedictinis, ſive ex negligentia minusque poſſeſſionis fiducia, ſive alia ex cauſa nihil repugnantibus; dictus Albertus Epiſcopus, ſupramemorata duo corpora, una cum corpore S. Fauſtini Epiſcopi in eundem conclusa arcam & publicæ venerationi expoſuit*

& antiqua eorum poſſeſſione,

coram Fr. Jordano, Ordinis Prædicatorum Magiſtro, & Fr. Guala, Priore ejuſdem loci ac Fratribus ſuis: Cum enim de S. Fauſtini Epiſcopi corpore certo conſtaret, iſta publico cultu veneranda; videbatur aliorum duorum corporum anonymorum honori ſic conſuli per hanc conjunctionem, ut tamen non violaretur mandatum Pontificum prememoratorum. Patent hæc ex inſtrumento quod exhibemus ad 15. Febr. in Comment. prævio num. 17. Dominicanis poſtea locum deſerentibus ſucceſſere Canonici Regulares Congregationis Mortarienſis, ex canonica Papienſi directi; ſub quibus aut ſub eorum deceſſoribus, cum cum novæ inſtitutionis odore bonore ſtoraret antiqua loci veneratio; ſimulque reſuſcitata eſt vetus controverſia: quæ cum duceretur in longum, fortaſſis non abſque ſcandalis, & in æde S. Fauſtini majoris ſancta Corpora honore ſatis condigno haberi viderentur, placuit eccleſiaſticis ac ſæcularibus magiſtratibus veterem arcam reſerare. Factum id an. 1455 die 9. Decembris, per Abbatem loci Bernardum Marcellum: unde ſecutum eſt, ut nemo deinceps ſummoveri dubitare de veritate eorum ad S. Fauſtini Majoris: quæ certitudo iterum confirmata eſt recognitione nova, anno Domini 1623. die 7. Februarii: quam utramque diem ſuo Brixienſi Martyrologio Faynus adſcripſit.

D AUCT. D. P.

E

43 *Deſperata in hunc modum Regularium cauſa ſuccurrere volens ex eorum fortaſſe numero quiſpiam, & lenire invidiam, prioribus contentionibus excitatam; ut Brixianis civibus perſuaderet, non omnino vanum fuiſſe cultum quem SS. Fauſtino & Jovitæ ad S. Afram annuum exhibuerant aliqui; novam iſtam Legendam Italico ſermone fabricavit, valde diverſam ab Legenda vera eorum, qui ad S. Fauſtini majoris coluntur; implicitam tamen cum hiſtoria eorumdem, velut conſanguineorum & ſub eiſdem Præſide ac Imperatore paſſorum. Hos autem Secundos Fauſtinum atq; Jovitam attribuit familiæ Pregnacchæ, commiſta Chizzolorum & Maſſacaginorum mentione; haud ex vano ratus, patronis ſibi ad cauſam acceſſuros, quorum nominibus tanta adſcribebatur antiquitas: ſed non cogitans quam in ſeipſis nova iſta eſſent cognomina, ex vulgari poſteriorum ſæculorum lingua accepta, in qua Maſſacaghino eſt mactator canicula*, Pregnaccha *idem valet* quod pregno di acqua, *aqua plenus*. Chizzolo *quid ſit, non divino, Latina ſaltem vox non eſt, quæ ſola lingua Brixianis civibus, Romanorum coloniæ, Adriani tempore erat in uſu. Interim Regularibus adeo tunc placuit inventio, cauſam ſuam ut putabant in tutum ſubducturam, ut cum templi ſui parietes nova incruſtatione obducendos, in eaque Sanctorum Brixianorum imagines depingendas curarent, pingi juſſerint duo paria Fratrum Martyrum, alterum Sacerdotali, alterum militari habitu, ut eas pictas in veteri eccleſia vidiſſe ſe meminit Jacobus Tribeſcus infra nominandus. Poſtea vero ſuccedentibus deſertum a Mortarienſi Congregatione locum Canonicis Lateranenſibus & antiquam pene SS. Fauſtini ac Jovitæ venerationem reſuſcitare ſatagentibus, placuit concordiæ cauſa eamdem inire viam: & ſic anno 1538. Indict. 11. die 7. Februarii, facta nova eorumdem corporum inſpectione & tranſlatione, in inſtrumento deſuper confecto & per Faynum ad 15. Martii in Annotationibus relato, expreſſe dicitur, aperta* . . . arca SS. Fauſtini & Jovitæ Secundorum de Pregnacchis, civium Brixianorum. *Concordiam inter Religioſas familias equidem ſartam tectam manere ſemper velim: non placent tamen qui conſuunt pulvillos ſub omni brachio; ideoque cenſeo longe conſultius facturos fuiſſe Regulares, ſi poſt Sanctorum Corporum apud Benedictinos revelationem indubitatam, ingenue fateri voluiſſent leviorem jam eſſe auctoritatem Tabellæ extra tumbam repertæ & cum translatio antiqua fieret ibidem neglectim relictæ, alterique ſepulcro poſtea applicatæ: tunc enim ſperare potuiſſent haud difficulter concedendum,*

Juxta quā Legendam, velut a ſeſe ſtolata ſcriptam,

F

diſtincta ſunt duo paria Sanctorum,

& ſecundi Pregnacchi, aſcripti.

ut etiam

AUCTORE D. P.

ut etiam ſuos quoque certos Martyres, quantumvis Anonymos, publice colere liceret. Plenius hæc in Supplemento Februarii tractabuntur: attingenda tamen hic fuere, ne nova iſtius Legendæ auctoritas nobis poſſit opponi, ad aſſerendam Italicorum cognominum antiquitatem.

Fruſtra citatur allegatur, Vita S. Latini

44 *Redeo ad Prologum, ſic porro ante dicta firmantem:* Clarius omnibus id habet Vita S. Latini, quæ eſt venerandæ antiquitatis: hæc enim fatetur, non modo plurimos Sanctos in hoc loco, tempore necis BB. Fauſtini & Jovitæ una cum ipſis fuiſſe ſepulturæ traditos; verum etiam plurima alia Sanctorum corpora, longe ante eorum paſſionem, B. Latini Epiſcopi fuiſſe tumulata in iſtum locum. *Iſta S. Latini Vita necdum in manus noſtras aut diligentiſſimi Fayni venit: quædam Italica ſatis recens in Mſſ. Alexandri Luzzaghi reperta, nobiſque communicata, nihil habet de Martyribus ante SS. Fauſtinum & Jovitam Brixiæ paſſis, nedum de loco ſepulturæ eorum.*

Chronica impreſſa an. 1511.

Faciet etiam huic rei fidem chronica quædam antiqua, anno 1511. impreſſa Brixiæ, opera & impenſa Mag. Joannis Antonii Brixiani: quam Jacobus Riccius, Decretorum Doctor & Canonicus Brixiæ, Fauſtino ſeu Philaſtrio Sanctiſſimis Brixiæ Epiſcopis adſcribit. *Chronicam iſtam vel non habuit vel merito contempſit Faynus; quia ſcribendarum Chronicarum particularium inventum multis ſeculis eſt recentius. Erravit igitur Riccius, quando tam antiquos ſua Chronicæ auctores dedit.*

Vinea Bergomenſis,

45 Faciet huc etiam, *inquit auctor Prologi ad rem eamdem confirmandam,* Bartholomæus de Peregrinis in ſua Vinea Bergomenſi parte 2. cap. 2. ubi inquit, quatuor ſanctos viros Bergomenſes, ob mirabilia quæ de ſanctis Fauſtino & Jovita audierant Brixiam veniſſe, ibique poſt eorum necem cum plurimis aliis pro Chriſto Martyrium ſubiiſſe, eorumque corpora a Chriſtifidelibus in via Cremenſi ſepulta fuiſſe: quæ omnia narrat ſe ex libro de antiquitatibus & geſtis virorum Bergomenſium accepiſſe. *Ita ſit ſane (nam Bergomenſia iſta cui fundamento nitantur, alias licebit examinare) nihil hinc aliud efficitur, quam locum illum qui nunc S. Afræ eccleſia dicitur, fuiſſe cœmeterium Chriſtianorum, quod nemo negaverit: neque Chriſtianorum tantum, ſed etiam Martyrum, quod lubens conceſſerim. Ad intentum tamen noſtrum, de Martyrum in eccleſia S. Afræ, quieſcentium nomenclatione prapoſtera, non magis hoc facit, quam*

aut piſtura antiqua,

quod accedit tandem, quod in eccleſia veteri, ac præſertim in majori capella ab interiori parte, aderant picturæ antiquæ, quibus cernebatur innumera Sanctorum multitudo, diverſas in claſſes diſtributa, a carnificibus cædi ac trucidari: hoc enim pictores non proprio ex capite ſuo pinxerunt. *Non ſane, ſed ex antiqua traditione, de magno ſed indefinito numero Martyrum Brixianorum, quorum illic potiſſimum ſervanda erat memoria, ubi, tamquam in loco eorum ſuppliciis deſtinato, eorum ſanguis fluxerat; unde & nomen ei fecerant poſteri, S. Fauſtini ad ſanguinem.*

CAPUT VI.

Corporum in templo S. Afræ anno 1527. refoſſorum nomenclatio qualiter facta videatur.

46 *QUæcumque hactenus ad comprobandam Martyrii Brixiani, ut ſupra deſcripti, veritatem auctor Prologi adduxit, leviora ſunt, & nihil omnino docere poſſunt de corporibus, in eccleſia, poſtea S. Afræ dicta, ante annos circiter centum & quinquaginta refoſſis; ſive de vera eorum ſanctitate, ſive de nominibus ſingulorum. Propius igitur ad rem veniens auctor Prologi, ſic eum continuat.* Quod antiquæ docuerat traditio (nempe in hoc ſacro loco plurima Sanctorum millia & martyrio fuiſſe coronata & ſepulturæ commendata, *quamvis de millibus nuſquam legatur*) poſtremo comprobat teſtimonium validiſſimum R. P. D. Jacobi Tribeſchi Brixiani, viri in ſacris litteris ac Theologia doctiſſimi, & vitæ integritate conſpicui: is enim in libello, Italico idiomate exarato & manu ejus propria conſcripto, confitetur, quod anno Domini 1526. (*tertio ſcilicet anno ab adventu Canonicorum Lateranenſium ad eccleſiam S. Afræ*) & 1527. dum ipſe eſſet in religione noſtra novitius & comes Sacriſtæ, qui erat R. D. Auguſtinus Cremanſis, a Notario quodam, qui Calabria dicebatur, dum varias nobilis cujuſdam, cujus ipſe negotiis præerat, ſcripturas evolveret, inventa fuerit antiqua Chronica, charta pergamena exſcripta, tantæ vetuſtatis, ut ejus characteres corroſi alicubi eſſent, & non niſi cum maxima difficultate poſſent legi. In hac deſcriptæ erant cædes Sanctorum, qui in hoc templo ſunt conditi: & quo etiam in loco quave ratione jacerent, ſigillatim pateſiebat.

Inventitur a quodam Notario Chronica Italica,

loca ſepulturæ & nomina et cognomina Martyrum ſignat.

47 Hac re ad Patres noſtros per eum delata, Patres ipſi locum effodere, & Reliquias Sanctorum inquirere cœperunt; atque indies (prout Notarius ille ex Chronica dictabat) omnino reperiebant: multaque Sanctorum corpora hoc modo & reperta & contracta ſunt, quæ ipſe D. Jacobus propria manu ſe extuliſſe teſtatus eſt; cum jam eſſet decrepitæ ætatis, annorum ſcilicet 78. anno Domini 1588. *Tale nihil cum legatur in opuſculo præexpoſito, non poteſt ex hoc Prologo ſumi occaſio ſuſpicandi, quod iſte D. Jacobus fuerit vel primarius vel ſecundarius illius auctor; ideoque dolemus ipſum ejus libellum (qui forte bona conſcriptus fide multam his tenebris lucem affudiſſet) non extare amplius: ex iis tamen quæ inventa ſunt poſt Notarii illius indicium, quæque adhuc ſuperſunt, conjectare licet quomodo res acta fuerit: quam enim ſolide aut credule illa ageretur, non poterat dijudicare annorum dumtaxat ſexdecim adoleſcens, qui poſt tot annos ea teſtatus eſt.*

ſcripta circa an. 1400

48 *Potuit igitur acta eſſe hoc modo. Invenerat Notarius iſte vel ipſum libellum qui Martyrium Brixianum inſcribitur, vel potius illas unde ipſum deſumptum eſt chronicas, circa annum 1400. ſcriptas (nam lingua vulgari ſcripta chronica aut ſimile quidpiam ad poſteritatis totius memoriam ſerviens, ante annum iſtum vix quidquam reperias in Italia, ubi Latina uſus diutius in talibus ſervatus eſt) eas tamen antiquiſſimas videri faciebat intuentium imperitia, & ſqualor membranis inductus vel per negligentiam eas aſſervantium, vel per fraudem auctoris volentis eaſdem ſic facere digniores fide. Ex his cum bonus iſte Notarius, bono (ſic enim credere libet) ſtudio ductus, novis loci illius inquilinis gratulabunde attuliſſet diſtinctam notitiam plurium Sanctorum, in eccleſia illa, ut*

cujus indicio reperta corpora aliqua,

qui-

A quidem Chronica ſuggerebant, quieſcentium; Patres iſti, æque ac Notarius, boni, & quibus gratius nihil accidere poſſet quam occaſio tam optata reſtituendi locis iſtis antiquam celebritatem, ſtatim manum admoverunt operi; & ubicumque ex deſignatis in Chronica locis aliqua invenerunt corpora, ea crediderant eſſe iſtorum, quos tali loco ſepultos ipſa Chronica indicabant; etſi alias nullum adeſſet ſignum, quo certiores redderentur, non eſſe alia ab iis quæ requirebant. Debebat tamen de eorum quæ inveniebantur veritate dubios facere, tum ipſa conditio loci a tot ſeculis parochialis, in quo plurima Chriſtianorum corpora erant ſucceſſive humata; tum indicii ex Chronica deſumpti incertitudo: neque enim reperta ſunt iis omnibus locis, in quibus aliqua condita notabantur. Quæcumque tamen ſic reperta ſunt, ea ſub notatis in chronica nominibus in quinque capſas ſunt collecta; eas ſcilicet, de quibus ſub Altaribus Magdalenæ, Aſſumptionis, Apollonii & Eliſabethæ, nec non inferiori Beatæ Virginis collocatis, agit

abſque alio alio documento,

B Catalogus: quæ utrum Sanctorum ſaltem oſſa eſſent, divino erat relinquendum judicio, niſi vel inſcriptiones ſepulcrales, quas nemo inventas dicit; vel alia ſimul reperta ſigna, quorum nullus meminit, certum de inventis teſtimonium darent. Quod autem prænominatus Notarius ſecutus ſit non Martyrium Brixianum, de quo hactenus, ſed prolixiorem tractatum de tota Brixiana hiſtoria, qualitercumque digeſtum per annos & ſecula, unde Martyrii auctor excerpſerit ea ſola quæ propoſitam ſibi ſpectabant materiam; videor mihi non obſcure colligere, tum ex titulo Chronicæ, tum ex nominibus Angelini, Alberti, Dominici, Angeli, Camilli, Roberti, Euſebii, Joſaphat, Cœleſtini, Henrici, Silvani, quæ nuſquam apparent in Martyrio, præcipitantius & manu leviori collecta.

credito eſſe vere Martyrum eſſe,

49 De corporibus SS. Afræ Martyris, Apollonii & Felicis Epiſcoporum, & paucorum forſitan aliorum, quin vere ipſorum ſint, quorum nomina præſtrant, nolim equidem dubitare, cum non fuerint Notarii prænominati reperta indicio, in fide chronicæ tam fabuloſæ fundato: ſed ab antiquiori retro memoria ſuam habuerint venerationem, propriiſque in arcis ſint reperta cum titulis, certum facientibus quorum iſtæ Reliquiæ forent. De Puteo quoque, quem antiqua traditio Sanctorum Martyrum oſſibus plenum eſſe ferebat, quemque

eo facilius quod antiqui Martyres aliqui ibi potuerunt humari

C Canonici Lateranenſes, veteris eccleſiæ demolitione occupati, in oratorio S. Caloceri die 29. Octobris feliciter detexerunt, anno 1580. annuam inventionis memoriam exinde celebrantes: de hoc, inquam, puteo nolim ſimiliter ambigere quin vere Martyrum, & quidem antiquorum oſſa contineat; cum frequens eccleſiæ veteris conſuetudo fuerit (ut pulchre in Annotationibus probat Faynus) Martyres, majori numero occiſos quam ut ſingulis poſſet ſepultura aptari, in puteis ad hoc deſiccatis componere. Numerum ac nomina novit Deus: non placent ii qui multa putant fuiſſe millia (tot enim puteus unus non caperet) multoque minus probandi ſunt, qui iis affinxere nomina, qualia ætate iſta non capiebat Brixia: abſit tamen ut turpis impoſturæ excuſanda cauſſa, credamus iſto in puteo conditos eſſe, qui Henrici Imperatoris tempore in aliquo conflictu cecidere.

50 Quæret interim aliquis, quod fundamentum habere potuerint auctores Chronicæ, ut potius iſta quam alia nomina ſuis fictis inſcriberent, ipſaque iſtarum potius quam aliarum familiarum cognomentis geminarent. Id ſane difficile eſt conjectare, nam fingere paratis facile fuit nomina & cognomina accipere ex vulgo notis & uſitatis: potuerant tamen eidem habuiſſe præ oculis Necrologium aliquod, in quo deſcripta erant nobilium perſonarum nomina, & locus ſepulturæ earum adnotatus, ex quibus ipſi ſanctos Martyres fecerint; non

Nomina forte accepta ex Necrologio illius eccleſiæ,

animadvertentes talia eſſe nomina, quæ paucorum ſeculorum admittebant ætatem. Quid autem ſi in eodem D obituario vel in ipſis ſarcophagis (nam fere ſoli nobiles tempeſtate illa ſepeliebantur in templis, vulgus ad commune cœmiterium deferebatur, & arcis lapideis eidem inferebantur) quid, inquam, ſi litteræ B. M. aut aliæ ſimiles adſcriptæ nominibus fuerint; indeque acciderit ipſis id quod Sardis uſu veniſſe conjectamus in templo S. Ephiſii, cum noſtra memoria multa eſſent detecta inibi ſepulcrorum monumenta: ſicut enim litteras B. M. (quas gentiles quidem, BONIS MANIBUS ſcribebant; Chriſtiani vero, BONÆ MEMORIÆ) Sardi interpretati ſunt, BEATUS MARTYR; ita fieri potuit, ut Brixiani quidam, antiquariæ rei expertes, putarent ſe inveniſſe notam Martyrii & Sanctitatis, quæ tamen revera talis non erat.

AUCT. D. P.

51 Petrus Galeſinius, vir ſane ſtudioſus & pro modulo ætatis ſuæ, quæ hiſtoriis eccleſiaſticis reſtituendis cœpit dari initium, eruditus, de eccleſia optime meritus credebatur, conſcripto, quod in manibus eſt, martyrologio; nec aliter in principio operis nos ſentiebamus. Verum ubi, progrediente labore & creſcente ſimul experientia, magis magiſque cœpimus cuncta ad Lydium veritatis lapidem, id eſt originaria cujuſque rei documenta conferendo explorare; apparuit illius auctoritati & E fidei parum tuto credi, qui ſæpe vel proprias conjecturas vel novitias ſcriptiones ſecutus plurima peccavit, ex documentis certioribus refutanda; quorum errorum aliqua pars utinam non fuiſſet deinde traducta in Romanæ Eccleſiæ Martyrologium. Legit auctor iſte & ſæpe citat quoſdam publicos Brixienſium Annales, quos arbitramur eſſe libros Cancellariæ civitatis, ſæpe laudatos a Fayno & ſub Annalium nomine indicatos, ex quibus 7. Januarii accepit Inventionem SS. Beniamini & Maximi; 12. ejuſdem. SS. Naivii, Jacobini, & Anſelmi; 16. SS. Marini Presbyteri & Stephani Diaconi; 19. SS. Peregrini Felicis & Sylvani; Februarii autem die 12. Inventionem SS. Valeriani, Valentini, & Sapeitii, velut qui una cum Fauſtino & Jovita, aut circa idem tempus, pro Chriſto Domino Martyrium ſubjerunt: & in Notis identidem adſcribit eas Inventiones anno 1529.

Aliqua eſt ſic inventorum mentio Galeſinio;

52 Apparet igitur, hæc non alia fuiſſe corpora, quam quæ ad indicium Calabriæ Notarii, ex fide chronicæ, quæſita ſunt: quæ tamen quia Sanctorum eſſe credebantur, viſa Annalibus publicis digna res eſt; ſed quia e- F juſmodi inventiones identidem novæ ac novæ nuntiabantur, nec erat operæ pretium ſingularum annuam memoriam facere, in unum diem collecta eſt plurium commemoratio, quam Novum Martyrologium Brixianum Fayni ſic faciendam præcipit: 7. Idus Martii Brixiæ, inventio multorum Sanctorum Martyrum apud eccleſiam ſanctæ Aphræ, qui ſub Hadriano Imperatore martyrio affecti, ibidem in honeſtiori loco ſiti ſunt: deinde in Notis. Agunt de hac libri proviſionum civitatis anno 1528. & 29. & hiſtoria SS. Martyrum Fauſtini & Jovitæ, Brixiæ anno 1528. impreſſa apud Jo. Bapt. Borellam, in catalogo eorumdem Sanctorum ad calcem libri poſito. Non dolemus, quod, menſem Martium componentes, iſtius inventionis notitia caruerimus, & quod catalogus iſte in manus noſtras numquam venerit: nam hunc præſumere licet ſimilem eſſe ei quem accepimus; & quamdiu non conſtat vere Sanctorum fuiſſe corpora quæ fuerant inventa, non debebat talis inventionis memoria locum habere in opere noſtro. Potius vellemus ut a libris prioribus abeſſent ea, quæ de prænominatis Brixianis, velut Martyribus, in Januario ac Februario ad ſupra notatos dies habemus ex Galeſinio. Sed difficile fuit non ſequi citantem publicos ci-

quem prænotati Notarii ſecuti annotato

nunc vellemus et non credidiſſe.

vi-

A *vitatis Annales, nobis non viſos; aut abſque majori luce dijudicare, quam parum fundata fuerit de vera ipſorum Sanctitate opinio. Quare æqui bonique conſulat lector, quod iſta expuncta cupiemus, juxta ſæpe factam proteſtationem, candide ingenueque retractandi, quæ minus recte a nobis ſcripta vel deprehenderemus ipſi per nos, vel ab aliis moniti agnoſceremus.*

AUCT. D. P.

53 *Uni ſcribimus & ſtudemus veritati, idque citra alicujus, quantumvis amiciſſimi, offenſionem, facere nos poſſe confidimus; ideoque cives omnes Brixianos rogo atque obteſtor, ut ne eos pœniteat monumentorum patriorum nobis per Faynum communicatorum; neque indignetur non eo omnia loco, quo habuit ipſe, habita fuiſſe a nobis. Bene meritus ipſe de Eccleſia Brixana eſt deque nobis, plurima, hactenus vel ignorata vel obſcurata, illuſtrando atque docendo; ſpero viciſſim de eadem Eccleſia deque ipſomet bene meruiſſe me, diſcernendo ea, quæ permixta melioribus ac certioribus, Sanctorum Brixianorum honori haud leve creare poterant præjudicium apud æquos rerum æſtimatores. Tales quia vix eſſe ſolent homines, in cauſa propria familiæ aut patriæ; hinc nimium quam frequenter contingit, ut quæ ipſi indubitanter ſuſcipiunt, neque ſuſpecta habe-*

Confido amicum neque [illegible] quod hæc refutaverint.

B *re ſciant, amore iſto affectuque occupati; ea alii, ab ejuſmodi præjudiciis vacui, apocrypha reputent.*

54 *Vix ullam eſſe illuſtrem familiam, cujus primordia vero antiquiora & anguſtiora non fecerit adulatio, heroes fingendo, qui numquam fuerint; facinora comminiſcendo, quæ nemo viderit; notum apud omnes eſt. Ejuſmodi fictionibus ſcatere vulgatas urbium quarumcumque chronicas, ante duo aut tria ſecula ſcriptas, ſcimus, nec miramur: eaſdem tamen refutare operæ pretium non putamus, niſi quando videmus hauſtos ex iis errores inducere confuſionem rerum ſacrarum, quemadmodum Brixienſibus contigit; & antehac oſtendimus in Martio contigiſſe Brugenſibus, propter fabellas de Caroli Boni Comitis nece ante pauca ſecula excogitatas.*

[illegible] nobilitati.

D

Brixiatum quæ de [illegible]

Ut autem his gratum fuit ipſus dedoceri; ſic ſpero non diſpliciturum Nobilitati Brixianæ, quod negaverim temporibus Hadriani nota fuiſſe familiarum ſuarum nomina. Generatio præterit & generatio advenit, inquit Sapiens: qui tunc fuere nobiles, eorum nunc poſteri vel nulli ſunt, vel deliteſcunt obſcuri; econtra nunc nobiliter fulgent, qui a Longobardis, Francis aut Alemannis, rerum poſt Romanos in Italia potitis, originem ducunt. Ea eſt humanarum rerum viciſſitudo; cui pertinaciter obniti, & inter Romani Imperii ruinas, nunc ignobiles, vetuſtam quærere claritatem, hominis eſt nimium ſe ſuumque nomen amantis, & quod nuſpiam eſt, invenire cupientis. Recte Carolus V. Imperator, vere maximus, ultra Rudolfum Habſpurgium vetuit quæri majores ſuos: nec eſt E *cur tali exemplo non moveatur aliquis, ad vera certaque familiæ ſuæ decora, licet minus antiqua; præ incertis meritoque ſuſpectis, licet maximam antiquitatem promittentibus, oſtendenda.*

EXEGESIS PRÆLIMINARIS

Innovans & ſtabiliens diatribam olim editam de tribus Dagobertis Francorum Regibus & eorum Genealogico Stemmate.

CAPUT I.

Introductio ad hanc innovationem, Synopſis Chronologica Diatribæ prædictæ.

Tolam Regum Dagobertorum diſtinctio,

C*Um poſt edita in lucem Acta Sanctorum menſis Ianuarii, incumberemus Actis Sanctorum Februarii prelo parandis, eorumque pars excuſa eſſet; ob quaſdam oblatas occaſiones, ſeorſim edidi duplicem Diatribam; priorem anno* 1653. de Epiſcopatu Trajectenſi, Epiſcoporum Regumque Franciæ iis coævorum Chronologia, & populis diœceſi illi ſubjectis: *poſteriorem vero* de tribus Dagobertis Francorum Regibus, in qua horum Regum ac ſucceſſorum genus, tempus, acta judicantur; Dagoberto II., S. Sigeberti filio, regnum Auſtraſiorum vindicatur; & Chronologia ea Conciliis & Epiſcoporum geſtis ſtabilitur. *Hujus poſterioris Diatribæ imprimendæ facultatem conceſſit anno* 1554. *R. P. Thomas Dekens per Flandro-Belgicam Societatis noſtræ Præpoſitus Provincialis: qui deinde accipiens libri excuſi exemplum, ſibi cum debito grati animi affectu oblatum, atque in ejus fronte legens verba tituli jam indicata, velut ſolicitus de futura eruditorum approbatione, multa ibi promitti dixit, interrogavitque, num etiam ſecurus eſſem de rei ſucceſſu. Ego vero ſub hac ſimilitudine reſpondi: Iter primus confeci, per viam nullis anteceſſorum ſignatam veſtigiis, aſperam, inacceſſam; per nivem, per lutum; atque ad terminum perveni deſideratum, multo cum labore nec abſque pulvere: ſi veſtes alicubi inquinatas aut calceos, id nemini mirum videri debebit; atque ipſe omnino ſperavi de me, fore ut nuſpiam pes impingeret. Terminum viæ ſtatui, & , ſicut confido, attigi, tres Dagobertos Reges; quos licet primus, ſecurus tamen, poſt mille fere annos diſtinguendos doceo. Hoc dum ago & perago, merebor veniam, ſi non omnia primo conatu illuſtrata explicatave habens, ad aliquam temporis alteriuſve rei circumſtantiam offendi. Iter ipſe Deo Opt. Max. favente relegam ſæpius, & alia monumenta hactenus non viſa, quæ fruſtra ex Anglia expectavi, forſitan poſtea obtinebo; aut ab aliis producta diſcutere potero, & excutere pulverem hac vice contractum; neque mihi tantum, ſed aliis etiam, quam nunc aperio viam, facilem reddere & expeditam. Placuit ſimilitudo: & ecce, quod præſagiebam, evenit. Tres Dagoberti Reges ubique, & potiſſimum in Galliis, apud viros eruditos cum approbatione excepti ſunt; neque his totis viginti annis inventus fuit ullus, qui regnum Auſtraſiorum, Dagoberto II. vindicatum a me, vocare vellet in controverſiam: quin etiam antiquos nummos ſub eo cuſos invenerunt alii, ectypo mihi ſubmiſſo. Interim multa ad rem eamdem ſpectantia proprio erueravi labore, nonnulla alii ſuggeſſerunt, quibus bene cœpta ſtabiliri ac perfici, minus recte definita corrigi & emendari poſſent; quod nunc facere aggredior, & reipſa comprobare quam verum ſit vulgare proverbium,* Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.

a nobis vul. to pravis auctore conſtituta,

B

C

ab omnibus admittitur,

Nova quædam circumſtantiæ innovantur in Dagoberto I.

2 *In ſingulis autem trium Dagobertorum innovo & immuto aliquid, tribus conſequenter capitibus explicandum ac comprobandum. Dagoberti primi tempora novo modo digero, ex conſideratione diei quo triennio poſt ejus mortem conſecrati ſimul ſunt SS. Audoenus & Eligius, 14. Maji, an.*640. *Secundi Dagoberti, ad regnum reducti aliquod argumentum deſumpſeram ex Vita S. Wilfridi Archiepiſcopi Eboracenſis: ſed ipſam non habebam, niſi qualis citato Heddio Stephano auctore coævo, a Malmesburienſi exhibetur. Multis igitur litteris inſtiti apud noſtros Patres in miſſione Anglicana degentes, ut ipſa originalis Vita in Anglicanis bibliothecis mihi quæreretur & tranſcriberetur. Verum illis ob tyrannidem Cromwellianam vix audentibus prodire, nedum cum bibliothecarum cuſtodibus heterodoxis tractare negotium, impetrari potuit nihil. At reſtituto in regnum paternum Carolo & pacatis magis rebus, inventa eſt dicti S. Wilfridi Vita per Eadmerum ſcripta, quam infra 24. Aprilis damus illuſtratam, prout recenter edita eſt in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini, cum fragmento Vitæ metro heroico a Fridegodo tempore Odonis Cantuarienſis Archiepiſcopi ſcriptæ; cujus ordinem ac methodum ita ſequitur Eadmerus, ut ſolum videatur in ſolutam vertiſſe orationem, ac planiore ſtylo elucidaſſe, quæ ille metri legibus illigarat. Utinam etiam prior per Heddium inveniatur! Interim ex jam allegatis auctoribus, quod hactenus neſciebatur, eruitur tempus, locus & genus mortis dicti Dagoberti II. Denique Dagobertum III. & ultimum alias cenſuimus, & adhuc ſuſtinemus, parvulum & impuberem obiiſſe, ultimoſque Reges ſtirpis Merovingicæ non ab hoc Dagoberto III. ſed a priore Dagoberto II. fuiſſe progenitos, quod novis probationibus, contra recentiores quoſdam adhuc dubitantes, ſtabilietur magis.*

II

E

& III.

Chronologiæ prioris fundamentum ſolo

3 *Hoc autem loco operæ pretium videtur, ut quæ nobis ratio temporis hactenus in Actis Februarii & Martii uſitata fuerit, paucis exponam. Fundamentum totius Chronologiæ Dagobertinæ deſumptum fuit ex anno & die, quo conſecrati fuerunt Epiſcopi SS. Eligius & Audoenus, quod optime potuit ſcire ipſe Audoenus, qui in Vita S. Eligii a ſe ſcripta teſtatur, ambos ſe* Apoſtolicam benedictionem meruiſſe eo tempore, quo apud Hallos a cuncto populo Rogationes celebrabantur. *Tum, inquit,* convenientes ſimul in civitate Rotomagenſi, decimo quarto die menſis tertii, *id eſt Maji,* die Dominico ante Litanias, inter catervas populi, inter agmina Clericorum, inter choros pſallentium, conſecrati ſumus gratis ab Epiſcopis pariter Epiſcopi, ego Rotomago, ille vero Noviomo. *Hæc S. Audoenus. Edidit hanc Vitam Lucas Acherius t.* 5. *Spicilegii e vetuſtis codicibus Corbeienſi & Concbenſi, quam & nos habemus ex quatuor antiquis Mſs. ſuo tempore edendam. Eadem confirmantur ex Actis Mſs. S. Audoeni, ad diem* 24. *Auguſti illuſtrandis: in quorum aliis, quæ Fridegodo tribuuntur, a Cointio iſta traduntur.* Perveniens Audoenus Rotomagum, Ordinem Pontificalem, ſecundum Eccleſiaſticum & Canonicum dogma, una cum beatiſſimo Eligio ſuſcepit. Siquidem ſub uno die apud Rotomagum ambo pariter ordinati ſunt, S. Audoenus ejuſdem urbis Archiepiſcopus, Eligius vero Noviomagenſis Epiſcopus . . . . Chlodovei Regis, filii Dagoberti, qui tunc regni Francorum apicem tenebat, anno tertio, pridie Iduum Majarum, die Dominico ante Letanias. *Hæc ibi. Alia ejuſdem S. Audoeni Acta habemus antiquiora, ex pervetuſtis etiam codicibus Mſs. in quibus Auctor præfatur, ſe* antiquam Vitæ ejus hiſtoriam intactam reliquiſſe, & obſecutionis ſtudium in ſuæ locutionis ſerie non indevotum exhibuiſſe. *At dein de tempore ordinationis iſta habet:* Ubi tempus ſacris adfuit Ordinibus opportunum, urbe in eadem Rotomagenſi, una cum venerabili Eligio, Pontificalem ſuſcepit honorem . . . . regente regnum Francorum Chlodoveo Dagoberti Regis filio anno tertio, pridie Idus Maias. *Hæc ibi: ad quæ advertat lector, ubique notari* diem decimum quartum Maji *ſeu* pridie Idus Maii. *eumdemque confirmari in iiſdem noſtris Actis, dum iſta dicuntur*

conſecratio Dominica ante Rogationes cum 14 Maji & an. 3. Chlodovei 2.

F

A *In his aliqua mutanda.* *nes in Synopſin Chronologicam hiſtoriæ ſacræ & profanæ, quam quatuor partibus non diu ante obitam ſuum an. 1665. Gallico idiomate vulgavit, adamuſſim tranſtulerit. Verum hoc non obſtante aliqua occurrunt innovanda, mutanda, & ad meliorem methodum redigenda: quæ exemplo omnium ſcriptorum, imo & quorumcumque tribunalium, de quæſtione facti judicium ferentium, hic proponimus, deſideramuſque ab eruditis lectoribus legi conferrique.* D *Quod ut facilius poſſit fieri in adjuncta ſchemate ſtemma Dagoberti genealogicum exhibemus: prout ante tomum tertium Actorum menſis Martii dedimus, annis duntaxat quorumdam Regum paulo aliter notatis: quo facilius poſſit Lector Acta Sanctorum in tribus primis menſibus edita ad debitam Chronotaxim & hic ſtabiliendam dirigere.* AUCT. G. H.

STEMMA GENEALOGICUM

POSTERIORUM REGUM STIRPIS MEROVINGICÆ,

noviſſime recognitum & emendatum.

1 DAGOBERTUS I. A

REX IN AUSTRASIA CONSTITUTUS AN. DCXXII. IN NEUSTRIA AN. DCXXVIII.

FRANCICI IMPERII MONARCHA AN. DCXXX., MORTUUS AN. DCXXXVIII.

Ab hoc procreati fuerunt

Ex Nantbilde anno 633.

Ex Ragnetrude circa an. 629.

2 CHLODOVEUS II

a morte patris Rex in Neuſtria & Burgandia: obiit anno 656. poſt hunc regnavere filii

ex S. Bathilde

3 **CLOTHARIUS III** *a 656. ad 670.*

E **CHLODOVEUS** *creditus Chlotharii filius aſſumitur ab Auſtraſiis an. 675.*

4 D **CHILDERICUS II** *Rex in Auſtraſia circa 659., in Neuſtria & Burgundia ab an. 671 occiſus an. 675. hujus filius alter, Dagoberto III. ſuffectus,*

5 H **THEODORICUS III** *anno 671. monaſterio incluſus, receptus an. 675., monarcha ab an. 680., mortuus an. 693. hujus filii, pueri ac parvuli,*

DAGOBERT. *cum patre occiſus & ſepultus Rotomagi a S. Audoeno.*

9 **CHILPERIC. II** Ex Clerico Rex *an. 716. ad 720.* *ἄπαις*

6 I **CHLODOV. III** *parvulus ab an. 693. ad 698.* *ἄπαις*

7 I K **CHILDEBER. III** *ſuccedit mortuo fratri uſque ad annum 711. Hujus filius*

8 I L **DAGOBERT. III** *Rex juvenculus, a 711. ad 715.* *ἄπαις*

MAJORES-DOMUS,

ex quibus Reges ſecundæ ſtirpis.

B. PIPPINUS DE LANDIS 1

mortuus circa annum 640. Huic nati.

ex B. Itta ſive Iduberga

2 **GRIMOALDUS** *ob Dagobertũ II. ablegatũ, & intruſum illius loco filium, occiſus circa an. 659.*

C **CHILDEBERT.** *Rex Auſtraſiis obtruſus a patre, cum eoq; dejectus.*

S. Gertrudis *Abbatiſſa Nivellenſis, obiit anno Chriſti 659. colitur die 17. Martii,*

S. Begga *nupta Anſigiſo Duci, filio S. Arnulphi Ep. Metenſis obiit 695., colitur 17. Dec.*

3 **PIPPINUS Herſtallius** *ab an. 687. ad 714. filii ejus.*

ex Alpaide — ex Plectrude

5 **CAROLUS MART.** *ab an. 716. ſub Rege, ſine Rege ab an. 737., mortuus 742.*

Drogo Dux *Campanienſis dictus, obiit 708. Ex hoc nati*

Grimoaldus *ante mortem patris occiſus an. 714., ex quo natus*

6 **PIPPINUS REX** *Zachariæ Papæ permiſſum 752.*

6 **CAROLOMAN.** *dimiſſo ſeculo monachus Caſini.*

Arnulph. Dux, *S. Hugo Ep. Rotom. & alii.*

4 **THEODALDUS** *mortuus ἄπαις an. 715. aut ſequenti.*

S. SIGEBERTUS III B.

ab anno 632. Rex in Auſtria conſtitutus: obiit an. 658. Hujus filius fuiſſe demonſtratur

ex Imnichilde

F **DAGOBERTUS JUNIOR II**

a morte patris per Grimoaldũ Majorem-domus in Hiberniam ablegatur, intruſo in ejus locum Childeberto filio ipſius Grimoaldi. His dejectis & Childerico Rege conſtituto, revertitur ex Hibernia, ope S. Wilfridi an. 661., regnatq. in Provinciis Adrhenanis; dein an. 675., occiſo Childerico in reliqua Auſtraſia, & occiditur ipſe an. 680. Idem veroſimiliter qui ut Martyr colitur Sathanaci. Filii ex Mathilde, aut, ſi qua fuit, ſecunda uxore

G **SIGEBER. IV** *moritur cum patre vel paulo poſt.*

N **CLOTHAR. IV** *anno 728. Rex ad breve tempus.*

10 I N **THEODORIC IV** *extinctis Clodovei poſteris a 720. ad 737.*

Ab. Horeenſis.

S. Irmina

I **Adela** nupta N

Ragentrudis.

Rotildis.

11 I O **CHILDERIC.** ultimus *Regum Meroving. aſſum. 743. abdic. 751. obiit 754. filius*

Theodoricus *in monaſterio Fontanellæ attonſus anno 751.*

Albricus.

S. Gregorius *Adminiſtrator Eccl. Ultraject. a 754. ad 776.*

N

S. Albricus *Ep. Ultrajectinus obiit an. 784. 5. Auguſti.*

Alii a latronibus occiſi.

Alii ex eadem matre.

GENERATIO PRÆTERIT ET GENERATIO ADVENIT.

Eccle. 1. 4.

Advertat Lector,

Ordinem; quo regnatum eſt apud Auſtraſios, ſignari litteris A, B, C, Regum vero Neuſtriorum ſeriem a Dagoberto primo & Majorum-domus cyfris 1., 2., 3., denotari.

A
AUGUST. G. H.

CAPUT II.

Calculus annorum regni Dagoberti I. & filiorum Sigeberti atque Chlodovei innovatur. Dominica ante Rogationes & Canon Paſchalis pro conſecratione à SS. Eligii & Audoeni, examinantur.

Chronologia olim ſtabilita in majoribus Dagoberti I. firmatur.

8 *INitium novæ deductionis ſumpturus a regno Dagoberti primi, paucis indico Chronologiam majorum ejus Regum, recte ſtabilitam ad Vitam filii ejus S. Sigeberti, Kalendis Februarii; ubi imprimis ſtatui & comprobavi, quod Dagoberti avus Chilpericus patri ſuo Chlothario I., anno 561. defuncto, ſucceſſit, & cum tribus fratribus Chariberto, Guntbramno ac Sigeberto, & dein cum hujus filio Childeberto regnavit: iſtorumque omnium Regum anni inter ſe & cum annis Chriſti firmantur §. 9., ex variis hebdomadæ feriis, cyclis Paſchalibus, & Solis Lunæque eclipſibus: confirmanturque ad Vitam S. Guntbramni Regis, 28. Martii illuſtratam. Ibidem notatur diſcrimen unius anni inter Gregorium Turonenſem & Fredegarium, quod ille annum 561., quo Chlotharium vita functum diximus, totum illi relinquat, ac filiorum Chilperici & aliorum annum regni primum auſpicetur a Januario anni ſequentis 562., quem regni illorum ſecundum ſtatuit Fredegarius, primum cum fine anni præcedentis abſolvens: quod & in ſequentibus Regibus obſervandum. Chilperico ſucceſſit Chlotharius ſecundus, pater Dagoberti, anno dicti Childeberti 9. Chriſti 584., quem Chlotharii primum numerat dictus Fredegarius, ejuſque dein annos accurate obſervat, potiſſimum ab anno regni 30., quo factus Monarcha ſolus regnavit.*

B

Dagobertus Rex Auſtraſiorum anno 622.

9 *Hic Dagoberto filio ſuo dedit regnum Auſtraſiorum, cui ad initium* annus octavus aut nonus ſupra trigeſimum *varie apud Auctores legitur.* Annus 39. *habetur apud Monachum S. Dionyſii de Geſtis Dagoberti cap. 12. & Aimoinum lib. 4. cap. 8., interim ambo verba Fredegarii deſcribunt; apud quem ubique in libris excuſis* annus 38. Chlotharii *habetur, etiam juxta Andream du Cheſne, aſſerentem ſe uſum* duobus vetuſtiſſimis codicibus Mss. *quorum* unus ſervatur in bibliotheca Alexandri Petavii Senatoris Pariſienſis; alter, uncialibus litteris exaratus, eſt Jacobi Sirmondi Societatis Jeſu. *Verum poſtmodum codicem Petavianum, cum eſſet Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, ipſi contulimus cum editione Cheſniana, & reperimus* annum 39. Chlotharii *ibidem exaratum. Præterea Valeſius lib. 18. Rerum Francicarum teſtatur, ſe in tribus codicibus Mss. reperiſſe notatum* annum Chlotharii 39., *quem propter tot convenientia teſtimonia plane retinendum nunc arbitramur: quo anno, inquit Fredegarius,* Chlotharius filium ſuum Dagobertum conſortem regni fecit, eumque ſuper Auſtraſios Regem inſtituit. *Eſt hic* annus Chriſti 622., *& cum illo primus regni Dagoberti abſolvitur. Anno dein Chlotharii 42., Chriſti 625., Dagobertus anno regni 4. duxit in uxorem Gomatrudem, ſororem Sichildæ novercæ ſuæ. Denique* anno regni ſui 45. Chlotharius moritur. *Ita Fredegarius cap. 56.*

C

Ducit Gomadrudem an. 625.

Regnat in Neuſtria & Burgundia ab anno 628.

10 *Erat hic annus Chriſti 628., regni Dagoberti 7. Tunc, inquit idem Fredegarius cap. 58.,* Dagobertus, cum jam anno 7. regnaret, maximam partem regni patris obtinuit, *relicta Chariberto parte provinciæ Aquitaniæ. Atque ita conſequenter annos Dagoberti, prout illi cœperant apud Auſtraſios numerari, uſque ad obitum ejus continuat idem Fredegarius auctor coævus; qui Chronicon ſuum cum anno Chlodovei 4., Chriſti 641. finit. Eodem* anno 7. regni ſui Dagobertus, *poſt mortem patris ſui,* Gomadrudem; eo quod eſſet ſterilis, reliquit, & Nanthildem in Reginam ſublimavit. Anno 8. regni ſui Ragnetrudem ſtratui ſuo adſcivit: de qua eo anno, *id eſt Chriſti 629.,* habuit filium, nomine Sigebertum. *Anno 9. Dagoberti Chriſti 630.,* Charibertus, *qui* Sigebertum de ſancto lavacro ſuſceperat, mortuus eſt; nec poſt moram Chilpericus filius defunctus eſt. & omne regnum ditioni ſuæ ſubegit Dagobertus, *factus monarcha.* Anno 9. *Chriſti 632.,* cum Winidi regnum vaſtarent, Sigebertum filium in Auſter regnum ſublimavit .... Anno 12., *Chriſti 633.,* ei filius Chlodoveus de Nanthilde natus eſt, & pactio cum Auſtraſiis firmata, ut Neptricum, *id eſt Neuſtria,* & Burgundia ad regnum Chlodovei reſpicerent, Auſter vero ad regnum Sigeberti in integritate deberet reſpicere. *Factum id forte Moguntiæ, ubi* pridie Nonas Aprilis, anno regni 12. *diplomata ſuo confirmavit & auxit poſſeſſiones monaſterii S. Maximini, quod diploma illuſtramus in Propylæo Antiquario ante tomum præcedentem cap. 2. Denique* anno regni ſui 16., Dagobertus profluvio ventris ægrotare cœpit, exindeque ad baſilicam S. Dionyſii delatus, poſt paucos dies emiſit ſpiritum. *Hæc Fredegarius cap. 79. Addunt Monachus S. Dionyſii & Aimoinus cap. 43.* humanis rebus exemptum eſſe 14. Kal. Februarias, *ſcilicet anni 638.*

D

An. 629. naſcitur Sigebertus,

Sigebertum Regem Auſtraſiorum anno 632.

& moritur anno 638.

E

Succedit Chlodoveus II.

11 Poſt Dagoberti diſceſſum, *inquit Fredegarius,* filius ſuus Chlodoveus ſub tenera ætate regnum patris adſcivit. *Æga* vero cum Regina Nanthilde, quam Dagobertus reliquerat, regebat palatium. *S. Audoenus in Vita S. Eligii* Chlodoveum *appellat* juvenculum Regem, *natum anno 633., qui jam 19. Januarii anno 638., necdum quinque annos videtur complevisse. Hujus dein anno 3.* regni *Chriſti 640.,* SS. Eligius & Audoenus pariter conſecrati fuerunt Epiſcopi die 14. *Maji &* Dominica ante Rogationes *ſive* Litanias. *Qui characteres ſimul juncti hactenus torſerunt ingenia virorum eruditorum, adeo etiam ut* Hadrianus *Valeſius, libro 20. Rerum Francicarum, ex dictis Actis a S. Audoeno ſcriptis expunxerint diem 14. Maji; Carolus le Cointe vero, ad hunc annum 640., dictum 14. Maji ſeparavit a die conſecrationis. Sed verendum eſt, ne, dum moliuntur ædiculam conſtruere, baſilicam deſtruant. Alii, ut ſupra late deduximus, retulerunt horum Epiſcoporum ordinationem ad annum 635., alii denique itque viri doctrina præſtantes, elegerunt an. 646. Verum ut omnia in ſua integritate ſerventur, & componatur annus tertius Chlodovei Regis cum ordinatione dictorum Epiſcoporum in annum Chriſti 640., prout in Chronica Fredegarii & citatis Actis exigitur; duplex occurrit methodus, quam benevolo Lectori proponimus.*

Hujus an. 3. Chriſti 640. conſecrantur Epiſcopi SS. Eligius & Audoenus;

F

12 *Prior eſt quod* Dominica Rogationum *ſive* Litaniarum *ſit diſtinguenda a* Dominica ante Rogationes *ſive* Litanias. *Guillelmus Durantes, ſive Durandus, ex Nuntio Apoſtolico in Umbria & Decano Eccleſiæ Carnotenſis, creatus anno 1286.* Epiſcopus *Mimatenſis ſeu Gabalitanus in Aquitania prima, ac proinde vir optime intelligens uſum Eccleſiarum Gallicanarum, inter alia opera edidit Rationale Divinorum officiorum, libris octo comprehenſum, quod habemus anno 1478. impreſſum, ac deinde ſæpius recuſum: ubi, cum libro 6. egiſſet de ſolennitate Paſchali ejuſque feriis ac quatuor Dominicis proximis, dein proponit Rubricam:* De Dominica Rogationum, *ita illi dicta,* propter dies Rogationum, quæ ante Aſcenſionem Domini fiunt. *Et* Dominica *ſive* hebdomas Rogationum, *ſive* Litaniarum, *quæ aliter* quinta poſt Paſcha *appellatur: in qua Evangelium cum reliqua Miſſa Rogationem ſatis indicat. Imo quod ipſa Dominica inchoaretur ſolennitas Rogationum in diœceſi Rotomagenſi traditur apud Rigordum, Robertum*

diſtincta a Dominica Rogationum,

Antiſſio-

A *Antiſſiodorenſem & Martyrologos;* dum S. Gaillelmus apud Pontiſacam die 10. Maii *dicitur* ſubito defunctus, cum populus Litanias ante Aſcenſionem Domini peragens, anno 1192., *quo Paſcha fuit celebratum die quinta Aprilis, & feſtum Adſcenſionis 14. Maii, & Dominica præcedens dicto 10. Maii: ad quem diem hæc latius exponimus. Præterea videtur in more fuiſſe, ut jam dicta Rogationum ſolennitas, inchoanda Dominica quinta poſt Paſcha, annuntiaretur populo Dominica præcedenti, id eſt quarta; quæ propterea fuerit* Dominica ante Rogationes ſeu Litanias *nuncupata, & a qua indictione, quia animi populorum ad eas rite celebrandas præparabantur, cenſebantur* Rogationes *ſeu* Litaniæ *inchoari: eo plane modo, quo etiamnum Dedicationes eccleſiarum, quæ potiſſimum in Dominicis celebrantur, a Dominica præcedenti ſolent indicari: quando etiam vexilla cum affixis tintinnabulis e ſummitate turrium exponuntur: & ab omnibus circumquaque dicitur ibidem Dedicatio eccleſiæ celebrari, licet ſolennitas ipſa poſt octiduum inchoetur. Simili etiam modo pro nundinis annuis, integro ante earum initium octiduo, publicatur libertas fori, cum immunitate debitoribus conceſſa. Sic ergo* Dominica quarta poſt Paſcha, *ob*

B *præviam denuntiationem* Rogationum, *dicebatur* Dominica ante Rogationes, *quia tunc velut inchoari cenſebantur. Et hæc* Dominica quarta poſt Paſcha, *ſive* Dominica ante hebdomadam Rogationum *ſive* Litaniarum *dicta anno 640. conveniebat* in decimum quartum menſis tertii, *qui aliis dicitur* pridie Idus Maii *ſive* dies 14. Maii, *& erat* annus tertius Chlodovei Regis filii Dagoberti. *Atque ita habentur omnia requiſita in Chronico Fredegarii, Actis antiquis SS. Eligii & Audoeni, & vetuſtis Martyrologiorum tabulis Eccleſiaſticis: ideoque hæc ratio maxime placet.*

feſt 14. Maii

13 *Altera methodus omnia conciliandi foret, ſi dicta anno 640. apud Turonenſes Rotomagenſes & vicinos Neuſtriæ populos diceretur ſolennitas Paſchalis fuiſſe celebrata octiduo citius, quam Romani & alii Galli circa Lugdunum potiſſimum eam obſervarint: eo ſcilicet modo, quo factum fuiſſe conſtat anno 577., quando Romani cum aliis Orientalibus Paſcha celebrarunt die 25. Aprilis:* In Galliis vero Turonenſes cum multis civitatibus ſanctum Paſcha celebraſſe 14. Kalendas Majas, *id eſt 18. Aprilis & octiduo citius, teſtatur Gregorius tunc Epiſcopus Turonenſis, lib. 5.* Hiſtoria *Francorum cap. 17. Eodem modo, quia an. 640. Romani cum variis populis, etiam Lugdunenſibus in Galliæ celebrarunt ſanctum Paſcha 16. Aprilis, ſi Turonenſes cum*

aut ſorte Paſcha octiduo citius celebratum

C *Rotomagenſibus dicantur celebraſſe octiduo citius, die 9. Aprilis, tunc Acta SS. Eligii & Audoeni cum antiquis Martyrologiorum tabulis manerent inconvulſa, & forent dicti Epiſcopi conſecrati anno tertio regni Chlodovei, die 14. Maii, & Dominica Rogationum. Notandum autem eſt, ab Ægidio Bucherio, ſub finem capitis 10. in ſuis* Commentariis *ad Victorii Canonem Paſchalem, obſervari, quod aliqua Galliæ pars non ante tempora Pippini Regis aut Caroli magni in Alexandrinorum placitum conceſſerit.*

14 *Videant eruditi viri, quorum alteriori diſcuſſioni hæc offerimus, utram rationem probent retinendæ diei 14., qua anno Chlodovei II. tertio, conſecrati ſimul ſint SS. Eligius & Audoenus: utravis recipiatur, ſubſiſtet quod diximus, quodque catenus jam certa chronologia exigit, de morte Dagoberti I., obita die 19. Ianuarii anno 638; & ſucceſſione filii ejus Chlodovei II., cujus regni quoque anno tertio, Chriſti 640. inquit Fredegarius,* Æga Major-Domus in Clippiaco villa vexatus a febre, mortuus eſt.... Poſt cujus diſceſſum Erchinoaldus, qui conſanguineus fuerat de genere Dagoberti, Major-Domus palatii Chlodovei efficitur. *Eodem etiam anno videtur Dux Pippinus Major-Domus S. Sigeberti apud Auſtraſios obiiſſe 21. Februarii, quo die ejus Vitam dedimus, & hinc ibi ſignatum*

Ægæ ſuccedit Archinoaldus Major-Domus,

annum mortis corrigi cupimus. Erat is pater SS. Gertrudis & Begga, quarum illa in ſua virginitate ex correcto jam computu ſancte mortua eſt anno 659. 17. Martii, ad quem diem Acta ejus illuſtravimus. At ſoror ejus S. Begga, nupta Anſigiſo, filio S. Arnulphi, peperit ei Pippinum Herſtallium, & tandem anno 693. die 17. Decembris ad æternam gloriam migravit. Harum frater Grimoaldus Major-Domus Pippino patri ſucceſſit. Anno regni Chlodovei 11., Chriſti 648. cœpit S. Wandregiſilus monaſterium Fontanellenſe, *dicto Erchinoaldo locum donante, conſtruere die Kalendarum Majarum, prout eum Chronologiam latius deduximus 14. Aprilis ad Vitam S. Lamberti ſecundi Abbatis, qui dicto S. Wandregiſilo ſubrogatus fuit. Eodem aut ſequenti anno Rex Chlodoveus in uxorem aſſumpſit S. Bathildem, ex qua genuit Chlotharium, Childericum & Theodericum, poſtmodum ſucceſſive Reges. Erchinoaldo mortuo ſucceſſerunt Majores Domus Rodobertus anno regni 16., Chriſti 653., & dein Ebroinus. At Chlodoveus Rex cum annos octodecim regnaſſet, vita functus eſt anno 656., neſcitur quo menſe aut die; nec etiam an & quot menſes ultra dictos annos fuerit ſuperſtes. Solum ex Vita S. Wandregiſili videmur poſſe colligere quod ante 22. Iulii, quo hic obiit, regnum auſpicatus ſit Chlotharius* III., *tunc circiter annos ſex natus, ſub tutela matris S. Bathildis Reginæ. Nam dictus* S. Wandregiſilus mortuus *traditur* anno regiminis decimo uno, menſe quarto, die primo & viceſimo, & Chlotarii tertii undecimo, E *qui eſt Chriſti annus 666. Anni octodecim, quos numeravi & Chlodovei regno attribui, exprimuntur a Monacho Sandionyſiano in Geſtis Dagoberti cap. 51. & 52., Continuatore Fredegarii cap. 91., Hermanno Contracto aliiſque.* Hos autem annos 18., in regni adminiſtratione completos *fuiſſe, tradunt auctores Chronicorum Divionenſis S. Benigni, Beſuenſis Abbatiæ, & aliorum. Nec dubitamus quin hi anni 18. legendi ſint in Vita S. Bathildis, licet ex incuria ſcriptorum unico numero omiſſo, ut ſæpius advertimus legantur anni 27. Porro* anno regni Chlodovei 18., Leodebodum, Abbatem S. Aniani & fundatorem monaſterii Floriacenſis, laudabilis Vitæ curſum ſancto fine concluſiſſe, *legitur in antiquis monumentis editis a Carolo Sauſſaio libro 4. Annalium Eccleſiæ Aurelianenſis cap. 1. num. 14.*

D AUCT. G. H.

Pippino Grimoaldus,

Erchinoaldo Rodobertus & Ebroinus.

Chlodoveo anno 656. ſuccedit Chlotharius III.

CAPUT III.

Dagoberti II. exilium & reditus. Regnum ejus Adthenanum, dein totius Auſtraſiæ. Cædes ejus & martyrium. Tempus regni Childerici. F

15 P*Arentes Dagoberti II. fuerunt S. Sigebertus Rex Auſtraſiorum, & Immechildis, ab anno circiter 645. conjugati. Ex his prius e vita deceſſit Sigebertus; cujus obitum Sigebertus Gemblacenſis in Chronico retulit ad annum 656., in Vita autem Sancti Sigeberti ad annum 662. Neuter eorum modo placet, ac placet annus 658.; quo Kalendis Februarii obiiſſe eum infra ex ſucceſſorum tempore confirmatur. Filius ejus & heres regni ſupererat Dagobertus* II., *annos circiter duodecim natus. Verum hic ex inſidiis & factione Optimatum regni Auſtraſiorum in Clericum attonſus eſt, & procul in Hiberniam amandatus: inque ejus locum Childebertus, filius Grimoaldi Majoris-Domus intruſus, & Rex Auſtraſiorum proclamatus; duplici per ditiones Auſtra-*

S. Sigeberto an. 658. mortuo,

Dagoberto in exilium miſſo, & Childeberto expulſo

AUCT. G. H.

A *ſiorum ſparſa rumore, ſcilicet Dagobertum mortuum eſſe, & dictum Childebertum a S. Sigeberto ſucceſſorem regni in ſimili caſu adoptatum fuiſſe. Tum Immechildis vidua, orbata marito, & in exilium abducto filio, videtur Pariſios fugiſſe, opem contra regni invaſores imploratura: & plurimi ex Optimatibus regni cum ea conſpirarunt. Hinc an. 659. Grimoaldus captus, Pariſios deductus, carceri incluſus, perque varios cruciatus vitam finivit, & in locum Childeberti, forſan occiſi, ſubſtitutus eſt Rex Auſtraſiorum Childericus, octo circiter annos natus, frater ſecundo genitus Chlotharii III., & quemadmodum hic regnum Neuſtriæ & Burgundiæ ſub tutela matris ſuæ Bathildis adminiſtrabat, ita & Childericus ſub tutela Immechildæ Reginæ & amita regimen Auſtraſiæ ſuſcepit: qui mox anno regni 1., Chriſti 660., ſub die Kalen. Auguſti conceſſerunt S. Amando Bariſiacum in agro Laudunenſi, cujus donationis diploma incipit:* Childericus Rex & Immechildis Regina, *& ſub finem iſta addit Childericus:* Ego, dum propter imbecillam ætatem minime potui ſubſcribere, manu propria ſubterſignavi & Regina ſubterſignavit. Signum Childerici Regis. Immechildis Regina ſubſcripſi.

Childericus fit Rex Auſtraſiæ an. 659.

16 *Et hæc de perturbatione regni Auſtraſiorum dicta ſufficiant: circa quæ tempora in regno Neuſtriæ & Burgundiæ Ebroinus Major-Domus tyrannidem exercebat, quando S. Annemundus, cognomento Dalfinus Archiepiſcopus Lugdunenſis, juſſu dicti Ebroini occiſus eſt: cujus interim cædes S. Bathildi, tunc præ filio regnum gubernanti, fuit perperam tributa. Huic Archiepiſcopo S. Wilfridus Roma redux tribus annis fida ſocietate adhæſerat, atque interemptum debita cum honore ſepelierat. Inde ergo in Angliam rediturus, evitavit quantum licuit regnum Chlotharii & dominatum Ebroini, & per regnum Auſtraſiorum iter confecit, atque cum plurimis Optimatum familiarem amicitiam contraxit. Unde aut tum coram, aut poſtea per litteras vel ſubmiſſos nuntios rogatus, ut* Dagobertum heredem regni *curaret tute ſubmitti, illud diligenter præſtitit: eumque ut Acta ejus 24. Aprilis habent,* ex Hibernia adductum, magna benevolentia ſecum aliquamdiu tenuit, ab omni periculo protexit, atque nativo ſolo incolumem ac tutum reſtitui poſſe donavit. *Factum id arbitramur circa an. 661., quo tempore S. Wilfridus erat carus Regi Oſvvio, ejuſque filio Alfrido ac reliquis regni Proceribus, ut facilius potuerit Dagoberto auxiliari. Reverſus ergo Dagobertus, annorum circiter quindecim adoleſcens, receſſit ex directione matris in Thuringiam. Tunc illa apud Childericum, quinque fere annis Dagoberto juniorem, qui Neuſtriorum gratia ſubnixus cum ea regebat, ita egit, ut Alſatiam & provincias Tranſrhenanas Dagoberto patrueli*

A S. Wilfrido Archiep. Eboracenſi

Dagobertus reſtitutus anno 661.

C *ſuo ac legitimo regni heredi cederet. Quod & factum eſt, & ambo pacifice inter ſeſe regnarunt, & cum Chlothario III., qui in Neuſtria & Burgundia imperabat.*

17 *Dagobertus ergo in regno ſtabilitus circa an. 662. in uxorem duxit Machthildem Saxonum Ducisſam, ex qua genuit S. Irminam & alios liberos, de quibus infra agemus. At mater Dagoberti Immechildis permanſit cum Childerico, & ab hoc etiam conjugem Bilichildem duci vidit aut forte curavit. Illuſtre hujus rei teſtimonium apparet in diplomate, quo donationes monaſteriis Stabulenſi & Malmundarienſi a S. Sigeberto factæ confirmantur. Illud diploma dedimus ad Vitam S. Sigeberti pag. 235. ejuſque pars aliqua extat in Diatriba Dagobertina lib. 2. cap. 3., exordium eſt hujuſmodi.* Childericus Rex Francorum, Emmechildis Regina & Bilihildis Regina, *& ſub finem iſta habentur:* Ut hæc perceptio noſtra in membranis conſcripta, firma & immobilis perſeveret, manu noſtra ſubter eam decrevimus adfirmare. Signum glorioſi Domni Childerici Regis. Signum Emmechildis Reginæ, Signum Bilihildis Reginæ, Signum Gundoini Ducis. Data quando fecit menſis September dies 6., an. 8. regni Domni Childerici Regis. Trajecto feliciter. *Annus*

ducit uxorem anno 662.

Childerici anno 666.

D *dictus 8. convenit in annum Chriſti 666., quo Childericus annos ſedecim circiter ætatis habebat. Hujus donationis meminerunt tum Childerici frater Theodericus Rex, ejuſque filius Chlodoveus* III., *tum Imperatores Ludovicus Pius, Otto* II., *&* Henricus II., *ac Pontifex Romanus S. Leo IX., cujus Acta dedimus die 19. Aprilis.*

18 *Cum deinde,* Chlotharius III., *uti Acta S. Wandregiſili habent,* annis quatuordecim rexiſſet populum Occidentalium Francorum, conſortiis ſubito caruit humanis: *& quidem ex calculo jam ſubducto id factum foret labente an. 670. Huic tunc ſubrogatus eſt junior frater* Theodericus, *permanſitque ejus Major-Domus* Ebroinus, *ſed* Francis odioſus, quia quod per eumdem ſub Rege Chlothario ſuſtinuerant ponderis jugum, *iterum & forſan gravius* metuebant, *uti in Vita S. Leodegarii Urſinus auctor coævus exponit. Tunc teſte Balderico in Chronico Cameracenſi & Atrebatenſi lib. 1. cap. 20.,* B. Vindicianus ejuſdem Eccleſiæ Sedem regendam ſuſcepit temporibus Theoderici Regis, qui poſt Chlotharium fratrem ſummam regni ſuſcepit, renitentibus plurimis ex Francorum Principibus, maxime propter Ebroinum, qui Major-Domus regiæ, illis permoleſtus erat. Unde utrumque monaſterio recludunt, & Childericum fratrem, qui in Auſtraſiis partibus imperabat, ſuper cunctum regnum ſuſcipiunt. *Hæc ibi. Vitam S. Vindiciani dedimus 11. Martii, ſed chronologia ex calculo hic poſito eſt reformanda. Annum Childerici aſſumpti in regnum Neuſtriæ & Burgundiæ ſtatuimus 671., cum an. 12. ageret in regno Auſtraſiæ, quo an. 15.* Kalendas Aprilis *dedit S. Humbertus Mariolenſi cœnobio a ſe fundato varias poſſeſſiones: cujus diploma, cum originali ejuſdem* Humberti *ſigillo munito collatum, edidimus ad Vitam S. Humberti 25. Martii, ubi inter ſtipulationis teſtes idoneos adhibetur memoratus Epiſcopus Vindicianus.* Hunc *autem an. 12. Childerici in regno Auſtraſiæ, eſſe ejuſdem primum in regno Neuſtriæ & Burgundiæ, oſtendimus ad Vitam S. Lamberti, Abbatis tunc Fontanellenſis 14. Aprilis. Rex ergo Childericus triplici regno potitus, poſtmodum* ſuper omnem domum S. Leodegarium Pontificem ſublimavit, & majorem Domus in omnibus fecit. *Ita Urſinus in illius Vita, addens tribus pene* annis Regem *ſub ejus directione imperaſſe, univerſim* non plene quatuor annis *in Neuſtria regnaſſe, uti legitur in Vita S. Waningi tomo 2. Actorum Sanctorum Ordinis Benedictini pag. 974. Erant autem* ſolemnes vigiliæ Paſchæ, *anno Childerici in regno Neuſtriæ quarto, Chriſti 675., quando S. Leodegarius, advertens Regis animum mutatum, receſſit Luxovium. Qua adhuc æſtate* Childericus Rex, cum conjuge ſua Bilihilde filioque nomine Dagoberto, vita & regno privatus *legitur in citata Vita S. Lamberti. Horum corpora a S. Audoeno fuiſſe Rotomagi ſepulta traditur in Vita poſteriore S. Audoeni, ſed loco* Dagoberti filii Childerici, *intruſum eſt nomen* Dagoberti filii Sigeberti: *uti plura alia inſerta ſunt, quæ in antiquiore Vita deſunt. Mabillon e contra ad Vitam S. Lamberti notat,* Childericum in Pariſiaca baſilica S. Germani ſepultum fuiſſe & detectum fuiſſe an. 1656. tumulum ipſius & Bilihildæ uxoris, cum urnula haud dubie filii Dagoberti, *forte corporibus poſtea Pariſios tranſlatis.* Childerico occiſo, *ut in Vita S. Leodegarii legitur,* frater ejus Theodericus ad ſceptra regni pervenit. Tunc Ebroinus Auſtraſios ſibi amicos aſcivit, immaniſſimamque exercens tyrannidem de quodam Chlodoveo, quem, falſo quaſi Chlotharii III. filium, Regem fecerat, ad Theodericum reverſus, in priſtinum ſtatum reſtituitur.

an. 670. regnat Theodericus,

E

& 12 poſt Childericus an. 671.

occiſus cum filio Dagoberto anno 675.

F

19 *His interpoſitis ad Dagobertum II. regredimur:*

cujus

AUCT. G. H.

A *cujus filius, a S. Arbogaſto Epiſcopo Argentoratenſi ad vitam revocatus dicitur, ſive is vere mortuus fuerit, ſive ſaltem lethali morbo laboraverit. Tunc etiam varia a Dagoberto Eccleſiæ Argentoratenſi & monaſteriis Schutterano & Saraburgo fuerunt donata. Præterea etiam filia ejuſdem Dagoberti, ope S. Florentii, viſus ac loquela reddita traditur, ac Kirchemium aliaque loca monaſterio Haſelacenſi attributa. At poſt cædem Childerici, & Chlodoveo fictitio Rege amoto, integrum Auſtraſiorum regnum ad Dagobertum II. fuit delatum. Hinc nata occaſio belli, quod inter ipſum & Theodericum Regem geſtum refertur in Vita S. Salaberga 22. Septembris. Inter loca porro Regibus Auſtraſiorum ſubjecta fuerant Ducatus Campaniæ, & in hoc diœceſes Remenſis & Catalaunenſis: in hac vero diœceſi primus Epiſcopus fuit S. Memmius, cujus Vita MS. dando 5. Augusti inſignem memoriam continet Dagoberti.* Poſtquam, *inquit auctor*, tantis effulſit ſignis & miraculis Deus per ſervos (*Memmium ſcilicet, Donatianum & Domitianum, de quibus actum erat*) claruit quoque noviſſimo tempore, in anno ſecundo ſub Imperio Dagoberti (ipſe eſt, qui poſt longam preſſuram reverſus eſt ad propria regna) in menſe quinto, *ſive Iulio*, in quinta die menſis,

Toll bpe fuit Dagoberto II. Remensis Auſtraſia

B ſecunda vigilia noctis. *Narratis dein miraculis ſcaturientis ex S. Memmii ſepulcro fontis, & aliis ſubſecutis, concludit iſtis verbis:* Verum ea quæ vidimos, hæc ſcripſimus & narramus. *Videtur dictus Imperii annus 2. menſe Iulio, ſpectare ad annum Chriſti 677.*

ejus filia S. Irmina monaſterio Horreenſe obſtruit an. 679.

20 *Annis ſequentibus* S. Irminam filiam Regis Dagoberti in primæ ætatis flore Hermannus Comes ſibi deſponſaverat, ſed ante immatura morte præreptus. Tunc illa Chriſtum in ſponſum elegit.... Unde Treviri, in loco qui dicitur Horreum, ædificato monaſterio aggregavit ſibi cœtum ſanctimonialium, quarum facta eſt Abbatiſſa. *Ita Theofridus Epternacenſis in ejus Vita 24. Decembris. Quæ pleraque arbitramur peracta anno 679. aut ſequente ante obitum Dagoberti; ſub finem anni 680. ut mox dicetur, occiſi; cum S. Irmina annorum circiter ætatis ſeptemdecim eſſet.* Diligebat ea, *teſte eodem Theofride*, præcipue ſanctiſſimum Dei virum Willibrordum, *qui ejus liberalitate provocatus, Epternacenſe monaſterium conſtruxit. Donationum diplomata ſignata fuerunt* Kalendis Novembris & Kalendis Decembris anno 4. Childeberti Regis, *id eſt Chriſti 701. cum S. Irmina eſſet annorum octo & triginta. Soror S. Irminæ fuit Adela, alia Dagoberti II. filia, quæ poſt mariti obitum, Irminæ exemplo Palatiolum monaſterium ad Moſellam conſtruxit, ibique Abbatiſſa Palatiolenſem Eccleſiam heredem inſtituit; idque*

beneficiis S. Willibrordo an. 701.

Adela ſoror Palatiolum dotat anno 731.

C *(ſi credi in hoc poteſt ſuppoſititio illius Teſtamento)* Kalendis Aprilis anno 12. Theoderici Regis, *Chriſti anno 731. a morte Dagoberti 11. patris ſui 51. Et hæc quidem ante tomum 2. Aprilis plenius deducta ſunt; hic vero ſolius chronotaxis cauſa ſufficit ita breviter percurriſſe. At quæ de adventu S. Wilfridi, acceſſu ad hunc Dagobertum, & hujus miſera nece apud Fridegodum, & Eadmerum in Vita S. Wilfridi 24. Aprilis traduntur, explicanda ſunt latius.*

S. Wilfridus Sede Eboracenſi expulſus

21 Beatus igitur Wilfridus (*verba ſunt Eadmeri*) Epiſcopalis Cathedræ Eboracenſis dignitate privatus *anno* 678. Romam iturus, mutato vento pulſus eſt Freſiam, ubi a barbaris ac Rege Aldgiſlo honorifice ſuſceptus, multa millia verbo veritatis inſtituit, ac fonte ſalutari a ſuorum peccatorum ſordibus liberavit, in ipſa provincia totam cum nova Dei plebe hiemem feliciter exigens. Deinde *anno 679.* pergendi Romam iter repetiit, & Galliam perveniens, nota ſibi Regis Dagoberti mœnia ſubit. Quem ipſe Rex mox recognovit, eumque multa cum lætitia hoſpitio ſuſcepit, & vocatis hominibus ſuis, hac voce alloquitur: Virum hunc magnopere commendo ..... Hujus etenim probitate & induſtria vobis redditus, vobiſque regia ſum dignitate prælatus. *Explicata dein ſua expulſione, cujus ſupra meminimus*, Sedes, dignitates & varia dona ei offert .... Sanctus autem ſui propo-

Dagobertus benigne excipit anno 679.

D ſiti memor, ſociato ſibi quodam Præſule, Deodato nomine, a Curia diſceſſit. *Hæc ibi. Curia Dagoberti tunc in urbe vel Metenſi vel Trevirenſi fuit: ſub Trevirenſi autem metropoli degebat Deodatus Epiſcopus Tullenſis, qui Romæ ut mox dicetur, Conciliis hoc & ſequenti anno habitis interfuit.* Inde Wilfridus Campaniæ Ducem, vocabulo Bertherium adiit, & ab eo nobiliter ſuſceptus eſt: ſicque multiplicatis rebus ac ſociis gratioſus diſceſſit. *Hæc ibi Eadmerus.* Campaniæ Remenſis ſæpius meminit *Gregorius Turonenſis, & Drogo ſeu Droctus filius Pippini Herſtallii fuit Dux Campaniæ, ſed poſt tempora dicti Bertherii. Iter autem Romanum Treviris ac Metis, per dictam Campaniam Dagoberto Regi ſubjectam, optime deducitur.*

22 Romam vero perveniens Wilfridus *dicto anno* 679. adductus eſt ad Agathonem Papam, in cujus ac pluximorum Epiſcoporum præſentia cauſa eſt ventilata. *Fuit id Concilium* menſe Octobri, *in quo fuerant* Epiſcopi 16. Presbyteri 35. *Malmesburienſis appellat* Concilium quinquaginta tam Epiſcoporum quam Abbatum. *Huic ab initio interfuit* Deodatus Epiſcopus Tullenſis; *ac deinde admiſſus* S. Wilfridus, univerſorum judicio, Epiſcopatu dignus eſſe comprobatus eſt. *Miſſus tunc in Angliam Ioannes Abbas monaſterii S. Martini, & citatus Theodorus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ut cum ſuis Concilio*

qui electo Romæ [illegible]

E *Romæ celebrando intereſſet: cujus adventum diu expectatum fuiſſe indicatur in epiſtola Agathonis Papæ & 125. Epiſcoporum, inſerta actioni quartæ Concilii Oecumenici Conſtantinopolitani. Fuit autem habitum Romæ Concilium in æſtate anni 680. unde tarditas Miſſorum Conſtantinopolim excuſatur: quo iſti venerant die 10. Novembris; & mox die 18. diſceſſum eſt Blachernas, cœptumque Concilium Oecumenicum. At Romæ in Concilio inter centum* viginti quinque Epiſcopos *ſedit quadrageſimus nonus* Adeodatus Epiſcopus Leucorum, *ſupra* Deodatus Epiſcopus Tullenſis, *& quinquageſimus* Wilfridus inſulæ Britanniæ Legatus. Apoſtolico igitur, *inquit Eadmerus*, & Synodali decreto in Epiſcopatum reſtitutus Wilfridus, iter Angliam veniendi repetiit.

tam ibi an. 680 Concilio 150. Epiſcoporum interfuiſſe

23 Ecce autem, extra quam putabatur, latronum manus ad interficiendum parata, viro Domini haud grata proceſſione occurrit. Erant enim, qui Regi Dagoberto inſidias tetenderant, & gladio in inguine merſo necaverant. Hi ergo viro Dei occurrunt ... quorum unus militi Chriſti convitiabatur. Delator, inquiens, patriæ, petulans & moribunde viator, tu Gallicam libertatem in ſervitutem redegiſti, cum tyrannum, a nobis jam olim exiliatum, tua inſtantia in regnum conſtituiſti. At ipſius quidem crudelitas juſtiſſima morte punita, te

ſuperbe Dagobertum occiſum

F quoque utpote maximum ſuæ mortis auctorem, te inquam, eadem morte puniendum eſſe declamat &c. *Eadmero prævit Fridegodus, dum accedentem Wilfridum ita ſalutatum cecinit.*

Conglomerata ſuis furunt collegia ſignis
Nuaia, Regali (ceu fertur) ſanguine fuſo
Civiles etiam Dagobertus Marchio* dextras
Senſerat, & rigidum capulo tenus inguine ferrum.
Prælia vibratis intentant cominus haſtis,
Arduus excuſſo quorum convitia telo
Unus Pontifici, fœdo, ſic ingerit ore:
Delator patriæ petulans, moribunde viator,
Gallica eo pridem violaſti ſceptra, relato
Qui periit cæſus, quem jure ſequere, tyranno.

** id eſt Rex*

24 *Ex Dagobertum II. ſub finem anni 680. a ſuis, in ſuo regno, ex inſidiis, gladio in inguine merſo, occiſum: & quod olim, ſed multum dubitando non auſi fuimus aſſerere; jam multa ſecuriores & ex certiori multo conjectura audemus pronuntiare, hunc ipſum Dagobertum Regem, videri martyrem coli Satanaci, de quo MS. Martyrologium Adonis, quod auctum extat in monaſterio S. Laurentii juxta Leodium iſta habet* 23. Decembris: Eodem die paſſio S. Dagoberti Regis Francorum, qui quadam die pergens

forte 23. Decembris

venan-

A vatatum in ſaltu Vaurenſi, plenus Spiritu ſancto, in loco qui dicitur Scotiias, tribus millitaribus diſtante a fiſco Satanaco, in quo ipſe morabatur, a filiolo ſuo, nomine Joanne, 10. Kalendas Januarii martyrizatus eſt, & ab Angelis deportatus eſt ad ſocietatem Martyrum. *Hæc ibi. Ac primo locus cædi accommodatus aſſignatur in ejus regno* Scotiias, in Saltu Vaurenſi, *prope* Satanacum *ſive* Sathanacum *aut* Stenæum, *vulgo* Stenay, *urbem etiamnum munitam cum arce, ad Moſam fluvium, in qua, propter bella cum Theoderico Rege, videtur etiam ſubinde moratus; ibique inter venandum ex inſidiis a Joanne filiolo, ad id ab aliis conducto, cum de illo minorem perfidiæ ſuſpicionem haberet, gladio in inguine merſo, interemptus; cumque deinde miraculis clareret, inter Martyres cultum Eccleſiaſticum obtinuiſſe. Dies paſſionis habetur* 23. Decembris. *Imo in vita ejuſdem apud Alexandrum Wiltbemium*, præceperunt Epiſcopi per ſingulos annos celebrari ſolenniter diem martyrii 10. Kalendas Januarii; & celebratur alacriter a circummanentibus fidelibus Chriſtianis. *At dictus Wiltbemius advertit*, jam celebrari 4. Nonas Septembris Sathanaci, Longwici & in tota diœceſi Virodunenſi, & varias illi dicatas eſſe eccleſias. *Fortaſſis ob aliquam corporis reliquiarumve elevatio-*

& eam qui Martyr colitur Sathanaci

4 Septembris.

B *nem, cujus diſtinctior memoria non ſuperſit.*

25 *Hæc ſunt tempora, de quibus in Hiſtoria, juſſu Childebrandi ſcripta & Fredegario annexa, cap. 97. iſta leguntur:* In Auſtria, mortuo Wlfoaldo Duce, Martinus Dux & Pipinus, filius Anſigiſili quondam Franci nobilis, dominabantur. Defunctis Regibus, commiſſis invicem Principibus, Ebroino, Martino atque Pippino, adverſus Theodericum Regem excitantur ad bellum. *Hæc ibi ubi inter defunctos Reges arbitramur cenſeri dictum Dagobertum ejuſque filium Sigebertum. Forſan, cum integra Auſtraſia eſſet patri ſubjecta, in Regem coronatum, uti alibi latius diximus; ſcilicet* Sigebertum Dagoberti Regis ex Machthilda Saxonum Duciſſa filium S. Arbogaſti orationibus a mortuis ſuſcitatum: *eumdemque Sigebertum videri eſſe, qui in Vita S. Aldegundis antiquiore Rex appellatur, ſub quo & S. Adeltrude corpus dictæ Aldegundis Malbodium fuit tranſlatum. Conſule dicta in Exegeſi 2. præliminari ante tomum 3. Martii num. 24. & 25.*

Eodem tempore videntur Sigebertus filius obiiſſe.

C A P U T IV.

C

Tempora Theoderici Regis ejuſque filiorum & nepotis Dagoberti III. Hujus ſucceſſores ex Childerico & Dagoberto II. Regibus.

Sub Theoderico Rege

25 *Hiſce de regno, nece, & veneratione Dagoberti 2. relatis, ad Theodericum ejus patruelem regredimur, poſt cædem Childerici fratris in Regem Neuſtriæ & Burgundiæ, ut diximus, anno 675. aſſumptum. Huic Major-Domus adhæſit Ebroinus, cujus machinatione S. Leodegarius captus eſt, & oculis evulſis apud Waymerum Ducem Campaniæ adſervatus: ſed ab eo ad Ebroinum, in Neuſtriam fugientem, abductus; in quodam monaſterio per annos circiter duos latuit, uſque ad annum 678. quando lingua etiam exſecta traditus eſt S. Waningo: cujus monaſterio Fiſcano per biennium fere in Dei laudibus reſedit, uſque ad annum 680. quo capite plexus eſt die ſecunda Octobris, uti legitur in gemina vita ejus hiſtoria, exacte deſcripta ab auctoribus coævis, quibus hanc temporum correctionem aptare memineris. At Dagoberto 2. ſub finem anni 680. occiſo, non continuo potuit Theodericus Auſtraſiam obtinere, ſed Pippinus Herſtallius &* Dux Martinus ad bellum, *anno 681. quando perfide* Martinus cum ſociis ab Ebroino interfectus eſt: *ſed non diu poſt* Ebroinus pœnas luit, ab Ermenfrido confoſſus, *uti pluribus in hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta habetur cap. 97. & 98.*

& Ebroino Majore Domus,

S. Leodegarius an. 680. occiditur.

Ebroino ſuccedit Waraſo an. 681.

ex quo & ſequenti capite ſequentia conſtant. In locum ergo D
Ebroini ſucceſſit Warado, *ſive* Waratto, *in Neuſtria Major-Domus, inter quem & Pipinum pax aliqua datis obſidibus firmata eſt. Poſtea Warato a Giſlemaro filio ſupplantatur, ſed eo non diu in vita perſiſtente, pater priorem dignitatem recepit. Tunc S. Audoenus, ut ſincera & pacifica concordiæ auctor eſſet Coloniam profectus, ac pace ſtabilita ad Regem Theodericum & Waradonem anno 683. regreſſus, in villa regia Clypiaco prope Pariſios mortuus eſt. Hunc* anno 640. *diximus* 14. Maji Epiſcopum ordinatum, rexiſſe Eccleſiam Rotomagenſem annos tres & triginta, menſes tres, & dies decem, ac nonagenarium migraſſe ad Chriſtum, ſub die nono Kalendarum Septembrium, *ſive* 24. *Auguſti, ergo jam dicto anno* 683.

AUCT. G. H.

S. Audoenus obit an. 683.

26 *Mortuo anno ſequenti Waradone, honorem Majoris Domus ſuſcepit gener ejus Bertharius, homo levis & ſuorum contemptor. Contra quem viciſſim Franci Pippinum concitarunt. Commotis ergo exercitibus, anno 687. commiſſum eſt prælium Textricianum, inter Quintinopolim & Peronam; Bertharius Major-Domus, qui dein ab adulatoribus falſis amicis interfectus eſt: & Pippinus victor Majoratum Domus regiæ exercuit in univerſa Francia, ejuſque tribus regnis, regnis, ſcilicet Auſtraſia, Neuſtria & Burgundia, & ab hoc anno 687. & menſe Junio, initium ſumunt anni viginti ſeptem ejus Principatus, finiendi cum obitu ejus ad annum 714. Pippinus igitur victor in ſuam Auſtraſiam reverſus*, bella multa cum Saxonibus, & maxime cum Ratbodo Friſionum Rege fortiter geſſit; *&, uti habet Paulus Diaconus lib. 6. Hiſtoriæ Longobardorum cap. 37. & teſte Beda lib. 5. cap. 2.* citeriorem Freſiam, expulſo inde Radbodo Rege, cepit. *Hinc* SS. Willibrordus, Suitbertus *& eorum ſocii, in Friſia non admiſſi*, divertentes ad Pippinum Ducem Francorum, gratanter ab illo ſuſcepti ſunt: *quæ latius explicamus ad Kalendas Martii in Vita S. Suiberti, ubi §. 6. pietatem Pippini deducimus, oſtendimuſque ab eo Plectrudem numquam divertiu ſeparatam fuiſſe. Hiſce addi poteſt charta munificentiæ erga tumulum S. Arnulphi avi ſui, ſignatam* 10. Kalendas Martii anno 12. regni Domini Theoderici Regis, *cujus prima verba ſunt*, Ego Pippinus & uxor mea Plectrudis, cogitantes de ſalute noſtra &c. *reliqua poſſunt legi apud Mauriſſium Madaurenſem Epiſcopum in Hiſtoria Epiſcoporum Metenſium lib. 2. cap. 29. Annus iſte erat Chriſti 688. cum jam tum Theodericus Rex trium regnorum monarcha haberetur, ſicut Pippinus in eiſdem Major-Domus erat. Plura his ſimilia dedimus lib. 3. Dagobertino cap. 2.* Hic *autem Rex Theodericus pluribus regnavit annis quam* quatuordecim, *prout ſupra ex Hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta & Fredegario annexa diximus haberi in omnibus codicibus impreſſis, etiam apud Andream du Cheſne, teſtantem ſe uſum antiquiſſimo codice Ms. Alexandri Petavii, poſtea ad Sereniſſimam Chriſtinam Reginam Sueciæ tranſlata, in quo tamen nos poſtmodum reperimus annos Regni ejus tribui* ſeptemdecim; *& hoc poſito calculo ſtatuimus Theodericum obiiſſe ſub finem anni 692. aut initium ſequentis.*

Pippinus an. 687. prælio victor

annos Principatus inchoat,

E

S. Willibrordum excipit,

F

Theodericus regnat non annos 14.

ſed 17. obiit an. 692. aut ſeq.

27 *Quæ ejus uxor fuit diſputant auctores. Anonymus fabulator de geſtis Francorum* Chlothildem *appellat. In epitaphio, quod in monaſterio S. Vedaſti Atrebati ipſi ac marito poſitum legitur, vocatur* Doda. *Utrimque ſane auctoritas exigua. Nam quam falſo iſta ſe Regibus hiſce ſynchronum fingit; tam certo traditum epitaphium temporis eſt multo recentis, & componitur octo verſibus Leoninis, ob inſignes hemiſtichiorum rythmos adeo excellentibus, ut poſt ætatem Leonii, Regularis ante annos quingentos in monaſterio S. Victoris prope Pariſios Canonici, exaratum fuiſſe merito cenſeat le Cointe. Poteſt tamen utrumque nomen duarum ſucceſſive conjugum fuiſſe; nec refert ex utra filios natos dicamus, modo eos qui ſucceſſere fateamur in obitu patris fuiſſe parvulos.*

27 *Nam, ut legitur in dicta Hiſtoria juſſu Childebrandi*

A *diſcripta cap.* 161. Mortuo Theoderico, Chlodoveum ejus filium PARVULUM elegerunt in regnum. Non poſt multos vero annos prædictus Rex Chlodoveus ægrotans mortuus eſt. Regnavit autem annos quatuor. *Obſervet lector, Chlodoveum ab auctore coævo non parvum, ſed parvulum appellari, & non multis annis ante obitum patris natum. Annos etiam regni quatuor paſſim hiſtorici admittunt. Additur in MS. Tiliano apud Cheſnaeum:* Obiit in quinto, *adeoque anno Chriſti* 697. *De eo in Annalibus Metenſibus iſta leguntur:* Theoderico mortuo, filius ejus PARVULUS, nomine Chlodoveus, a Pippino ordinatur in Regem, qui dum quartum in regno compleſſet, innocentem vitam finivit. *Extant effigies Regum Francorum a Iacobo de Bie Chalcographo ex monumentis ſepulcralibus, aliiſque cimeliis regiis collecta & æri inſculpta, in quibus dictus Chlodoveus III. ex gazophylacio Regis exhibetur formoſa facie inſtar adoleſcentuli octo aut ſummum decem annorum, cum corona regia capiti impoſita. Quod argumentum aliis adjunctum aliquod ſaltem ponderis addit.*

AUCT. G. H. Chlodoveus parvulus ſuccedit

obiit an. 697

28 *Sed etſi in morte attigerit annum ætatis duodecimum, tum frater ejus junior & regni hæres Childebertus poteſt cenſeri habuiſſe annos ætatis decem; De cujus regno & obitu in dicta Hiſtoria Childebrandina iſta leguntur:* Grimoaldus filius Pippini cum Childeberto Rege Major-Domus palatii ſuper Francos electus eſt . . . Mortuus eſt Childebertus Rex & ſepultus Cauciaci in baſilica S. Stephani Martyris. Regnavit autem annos tredecim. *In Chronico Medardenſi* mortuus *traditur* 18. Kalendas B Maji feria 3. Paſchæ, *ubi facili librariorum errore feria* 2. *legitur. Eſt is annus* 711. *quo Childebertum e vita deceſſiſſe referunt Annales Metenſes, & varii Annales breviores, tomo* 2. *Hiſtoriæ Francorum ex diverſis MSS. ab eodem Cheſnaeo vulgati. Annos is tum ætatis habuiſſe videtur circiter viginti tres, & ducta uxore reliquit filium regni hæredem* Dagobertum III. *quem a Pippino* ſolita pietate in Regem ordinatum *anno* 711. *referunt Annales Metenſes. Tum Grimoaldo mortuo,* Theudoaldus filius ejus parvulus Major-Domus effectus eſt; *& regnante Dagoberto* Princeps Pippinus, e morbo decumbens, S. Willibrordum Sueſtra prædio donat, atque ut in nepotum, Grimoaldi & Draganis filiorum, ſit tutela cavet. Cum autem propter morbi magnitudinem ſubnotare non potuiſſet ipſe, Plectrudi conjugi dat negotium ut ipſa donationem ſubſcribendo corroboret. *En Plectrudis, mi ſemper, ita ad extremum ſpiritum cohabitans ſuo marito. Nulla etiam Carolo Martello, ſed filiis Grimoaldi & Draganis tutela commiſſa. In pace dein* obiit Pippinus Princeps anno 714. 17. Kalendas Januarii. Rexit autem populum Francorum annis 27. & menſibus ſex. *Ita Annales Metenſes, iiſque conſentiunt Annales Fuldenſes & paſſim alii.* Poſt obitum ejus Plectrudis matrona ſuo conſilio atque regimine omnia faciebat: *ſed* Theudoaldus, *aliis* Theobaldus, adhuc puer, minime tantum regnum digne gubernare prævalebat. *Hinc Franci Neuſtraſii cum Burgundis ejus jugo excuſſo,* Raginfridum Majorem-Domus elegerunt, *&* Carolus *Martellus* a Plectrude ſub cuſtodia detentus, liberatus eſt.

hujus frater Childebertus regnat uſque ad an. 711.

filia relinquens Dagobertū III.

C

ſub hoc Pippinus anno 714. moritur

29 Eodem tempore Dagobertus Rex obiit, regnavitque annos quinque. *Ita citata Hiſtoria Childebrandina & alia Chronica, in quibus dicitur* mortuus anno 715. *atque ita in Chronico breviſſimo ex MS. Tiliano traditur* regnaſſe annos 4. obiiſſe in quinto. *In Chronico Fontanellenſi cap.* 6. *ſummatim indicatur* donatio, *qua* Dagobertus Rex junior Benigno Abbati largitus eſt quartam partem de Arlauno foreſte, anno quinto regni ſui, ſuggerente Theobaldo majori domus regiæ, *cujus donationis diploma, licet minime genuinum, quoad chronologiam tamen rectiſſime procedit, dum editum dicitur* a præfato Rege Dagoberto anno Incarnationis Dominicæ 715. Indictione 13. quinto Iduum Juniarum die Dominica; *& mox additur.* Eodem anno ipſe Dagobertus Rex mortuus eſt: *congruunt enim optime characteres, ſcilicet cycli Solis* 24. *& litera Dominicalis F. Dixi tamen minime genuinum fuiſſe quod chronici auctor præ oculis habuit, quia ex eo fundi donati fines omnes accuratim quam pro Merovingicorum Regum conſuetudine deſignantur; & temporis notas illis nequaquam uſitatas expreſſit. Quod autem in Chronico S. Petri-vivi dicatur* Dagobertus Rex junior qui regnavit in Francia annis quinque, *obiiſſe* 15. Kalend. Februarii, *perperam ad hunc translatum eſt a Dagoberto I. tali die defuncto. Qua ætate obierit ultimus, nemo quidem deſinite expreſſit; in jam dicto tamen Fontanellenſi chronico cap. 7. pro anno regni ſui primo, appellatur* Dagobertus juvenculus Rex: *itemque in Vita Benigni Abbatis tom. 3. Sanctorum Ordinis Benedictini parte 1. pag. 443. Liquet etiam ex ſupra dictis, quod licet pater ejus, ætatis anno 16. duxiſſet uxorem; filius tamen hic in illius obitu non potuerit fuiſſe niſi juvenculus, octo circiter annorum; adeoque anno regni ſui quinto debuerit adhuc cælebs, imo impubes obiiſſe.* D

& Dagobertus III. anno 715.

juvenculus, ultimus in linea Theoderici Regis,

30 *Profecto ſi ei filius obveniſſet quantumcumque parvus, hic fuiſſet a Proceribus regni in Regem ſublimatus, more ſemper apud præcedentes Reges obſervato. Ita Sigeberto I.* Rege Auſtraſiorum mortuo, Childebertum ejus filium, vix luſtro ætatis uno peracto, die Natalis Dominici regnare cœpiſſe, *teſtatur Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 1. quamvis tres Reges ejus patrui potuiſſent ſibi regimen aſſumere. Ita etiam Chilperico mortuo ſubrogatus eſt ejus filius* Chlotharius II. *licet ſolum* quatuor menſibus *natum aſſerat idem Turonenſis lib. 7. cap. 7. & regimen potuiſſent aſſumere* Guntbramnus *patruus & Childebertus patruelis. Præterea Dagobertus I. filio ſuo Sigeberto, ætatis anno ſecundo, tradidit regnum Auſtraſiorum,* E *& Chlodoveo II. alteri filio ſucceſſit* juvenculus Chlotharius III. *in regno Neuſtria & Burgundia, & fratri ejus* Childerico, *etiam* parvulo, *datum eſt regnum Auſtraſiæ. Deinque* Chlodoveus III. parvulus *electus eſt in Regem, uti &* juvenculus Dagobertus III. *de quo jam egimus. Huic ergo ſi filius fuiſſet, eum Regem Proceres creaſſent, etiam* parvulum *&* juvenculum, *imo etſi vix luſtrum ætatis unum peregiſſet, aut quatuor tantum menſes natus fuiſſet: & ipſi interim Proceres tutelam ejus & regimen Neuſtriæ atque Burgundiæ, cum Regina matre & Raganfrido Majore-Domus, ſuſcepiſſent. Cum igitur id factum non ſit, oportet ut fateamur in Dagoberto III. extinctam fuiſſe ſtirpem Theoderici: & quia ex Theoderici fratre majore Childerico, ſupererat Chilpericus, ideo hunc, tamquam ſanguine proximum, e monaſterio eductum ut regnum capeſſeret.*

vel ſi proles fuiſſet, moxque major ſucceſſiſſet,

31 *Huic argumento infirmando mirum eſt objici ab le Cointe Dagobertum II. & jam dictum Chilpericum, nequaquam immediate ſuffectos parentibus: Quid enim in his actum legitime ac more majorum? Dagobertum tutor Grimoaldus amandavit in Hiberniam mox atque obiit S. Sigebertus pater, vel paulo ante; & ſparſa mortis ejus fama filium ſuum Pſeudo-Childebertum ſubſtituit, id ſe facere dictitans ex ſuprema Regis defuncti voluntate. Non tulerunt quidem rei indignitatem Francici proceres: ſed vero hærede amiſſo, quid æquius facere poterant quam proximum agnatum in regnum evehere? nec mirum ſi hoc jam pacifice regnante, minſtantius ſe commoverint ad famam Dagoberti ex Hibernia poſt annos tres regreſſi, atque a matre ſua qua Childericum receperat facile perſuaſi ut tantiſper hæreditatis aliqua parte contentus viveret in provinciis Adrhenanis. Quid autem Chilpericus? Hic Childerico patre, matre, ac fratre Dagoberto occiſis, ne & ipſe pariter occideretur cum illis, ab avia ſua S. Bathilde abditus in cœnobio, ibi inter monaſterii patres tamquam unus eorum delituit & ſervatus fuit. Itaque quamvis illi, mortuis qui ſibi fuerant ſubſtituti, tandem recepti ſunt in debitum ſibi regnum; eorum tamen memoria uſque adeo apud poſteros obſcurata fuit, ut alterum omnino regnaſſe* F

ſed ea deſtituta eſt ſpe tunc a Neuſtriis & Chilperico,

ſcive-

A *ſciverit nemo, donec id primus ego in Diatriba demonſtraſſem: alterum Childerico patre natum fuiſſe ignoraverint diligentiſſimi alias Francicarum rerum ſcriptores Sirmondus, du Cheſne, Petavius aliique, donec id recenter ex diplomatis apparuit. Tale quid Theoderico ultimo accidiſſe, ſi fuit filius Dagoberti III. quo minus patri mortuo ſtatim ſuccederet, oſtendat neceſſe eſt, qui duorum per vim aut metum latentium exemplis contra nos utitur; ut habeatur ſimilitudo. Dum autem nihil ejuſmodi probatur nec probari poteſt, audacter affirmo, quod deficiente cum Dagoberto III. ſtirpe ac linea Theoderici, propinquior aliquis ad jus ſucceſſionis quam eſſet Theodericus IV. quæſitus inventuſque fuerit, ſcilicet præmemoratus Chilpericus hujus nominis 2. Theoderici III. ex fratre Childerico nepos, qui necdum patre, matre ac fratre ante annos quadraginta occideretur, ab avia S. Bathilde in monaſterio Calenſi per eam conſtructa, occultatus, in Clericum attonſus, & mutato nomine Daniel appellatus, inter monachos tamquam monachus vixerat & adoleverat. Hunc ergo Franci Neuſtraſii & Burgundi* in Regem, capitis cæſarie creſcente, elegerunt, atque Chilpericum nuncuparunt. *Hujus* B *plurima extant diplomata, in quibus agnoſcuntur* proavus Dagobertus I. avus Chlodoveus II. genitor Childericus, avunculi, *id eſt patrui*, Chlotharius III. & Theodericus etiam *III.* conſobrini *ſive patrueles* Chlodoveus III. Childebertus III. & deceſſor Dagobertus III.

ex ſtirpe Childerici,

32 *Hic ergo Rex Chilpericus cum Raganfrido Majore Domus continua fere bella contra Auſtraſios & Carolum Martellum geſſit, ab hoc* devictus Vinciaci in pago Cameracenſi, die Dominica in Quadrageſima, 12. Kalendas Aprilis, anno 717. *Contra hunc* Carolus in Auſtraſia anno 718. Chlotharium Regem oppoſuit, potius nomine quam poteſtate. *Quæritur, quo patre natum? Le Cointe, neſcio qua poſteriorum ignota ſcripta ſequens, vult Theoderici filium fuiſſe: ſed contra id redit argumentum, quod ſupra militavit contra filium Dagoberto III. male tributum. Sicut enim eo præterita non fuiſſet Rex conſtitutus Chilpericus, ſolum ex Theoderici fratre natus, ſic nec fuiſſet Rex conſtituendus, moriente quomvis abſque liberis Dagoberto, ſi patruus ei fuiſſet Chlotharius præmemoratus, adeoque regiæ ſucceſſioni propinquior. Quid igitur? Cenſemus potius Dagoberti II. filium fuiſſe; quem eo juſtius potuerit Carolus Regem offerre Auſtraſiis, contra Neuſtrios & Chilpericum, quo æquius videbatur, ut, ſaltem* C *poſt mortem Theoderici, & totam illius ſtirpem extinctam, Auſtraſiæ regnum, Dagoberto II. una cum vita per vim ablatum, alicui filiorum ejus redderetur, potius quam filio Childerici Chilperico; nam Childericus, licet ipſe quoque rex Auſtraſiorum fuerat, id tamen ſolum factum erat propter famam ſparſam de Dagoberti exulantis morte, quem ubi vivere compertum eſt & Childericus occiſus, in poteroi juris ſolidam integramque poſſeſſionem Auſtraſii ſuſceperant: ſic enim honeſtiſſimus Carolo eſſe potuit prætextus repudiandi Chilpericum. Sed brevis Chlothario huic vita in regno fuit, ſiquidem eodem quo evectus eſt anno obiit: nec diu poſt, anno ſcilicet 720. etiam Chilpericus exceſſit, in quo lineam Chlodovæi II. funditus extinctam arbitramur.*

a Carolo Martello devictus,

Oppoſitus ei Chlotharius quartus,

33 *Regem igitur, ex regia ſtirpe, & ſceptro proximum, volentibus Francis, confugiendum neceſſario fuit ad poſteros, ſi qui erant, Sigeberti* Regis, *eodem quo Chlodovæus II. patre ſcilicet Dagoberto I. nati: ex cujus filio Dagoberto II. videtur ſuperfuiſſe filius alius, atque præmemoratus Chlotharius apud Auſtraſios enutritus, quem non Neuſtrii aut Burgundi elegerunt, ſed Carolus Martellus Regem fecit, ſicut ante Chlotharium. De eo ita Annales Fuldenſes*: Anno 720. mortuo Hilprico, Carlus Teutricum in Sedem regni conſtituit. *Hiſtoria Childebrandina cap.* 107. Chilperico mortuo, Theodericum Regem ſtatuerunt, qui nunc locum ſolii regalis obtinet; & annos vi- D cæ ſimul præſtolatur, *prout ea in MS. Reginæ-Sueciæ leguntur: & mox adduntur bella Caroli, non contra Theodericum Regem (quem a ſe conſtitutum defendebat) ſed contra Raganfridum & Neuſtrios, Eudonem & Aquitanos; &, ſi Francicis variis ſcriptoribus fides eſſet habenda, contra evocatos in Gallias Saracenos, quos anno 726. Carolus proſtravit: anno ſequenti Burgundiam petens, Lugdunum & civitates reliquas ſuæ ditioni ſubegit; ac poſtmodum Eudone mortuo, Aquitaniæ provinciam ſuæ ditioni recepit. Quæ aliaque ejus encomia celebrantur in ſæpius citatis Annalibus. Interim Theodericus Rex confirmavit varias monaſteriis & eccleſiis donationes factas, ac tandem anno regni 17. Chriſti 737. vivere deſiit. De ejus genitore quæſitum a variis: & quia* Dagoberti junioris *cenſebatur filius, neque agnoſcerentur niſi duo Reges Dagoberti, continuo abſque ulla ætatis congruentia conſiderata, concluſum eſt eſſe Dagoberti ultimi filium: quem oſtendimus ſupra cœlibem & impuberem mortuum eſſe. Debebant illi animadvertiſſe quod inter Dagobertum III. & hunc Theodericum Chilpericus ſolum quinque annos regnavit; ac proinde, ſi aliquanto ſenior fingeretur Dagobertus, & ab eo progenitus Theodericus, plane puer & juvenculus regnum hic adeptus fuiſſet, quod tamen antiquorum nullus dixit, neque dicere potuit, ſi vera ſunt quæ de grandi filii Childerici ætate, quando anno 754. ipſe filium adultum habens attonſus in monachum eſt, dixerunt auctores infra nominandi. Grandiori quoque ejuſdem Theoderici ætati confirmandæ credidimus aliquando ſuffragari ſigillum, quod ex Sandionyſiano archivio exhibet præcitatus de Bie, fronte adeo rugoſa & ſpecie tam virili, ut ipſius Dagoberti non filius ſed pater aut etiam avus cenſeri debeat qui ibi repræſentatur. Verum cum animadverti quod inter Sandionyſiana diplomata apud Doubletium nullum ultimi Theoderici ſit diploma, ſed ejus duntaxat qui vere Dagoberti pueri avus fuit, pro anno regni ejus 6. id eſt Chriſti 680. vereri cœpi, ne ejuſdem quoque ſit ipſum ſigillum potius quam poſtremi: eumque illud referat melius, quam Vedaſtina monumenta una cum epitaphio circa ſeculum 12. ſculpta. Hoc igitur dimiſſo argumento, chronologicis rationibus ſolis inhærens, auctorumque de Dagoberti pueritia conſenſu, pergo negare filium ex eo illum eſſe natum, aut naſci potuiſſe.* E F

AUCT. G. H.

moritur an. 737.

34 *Objiciuntur verba auctoris, qui Geſta Regum Francorum edidit, & ſub finem ſcribit*, Theodericum, Calæ monaſterio enutritum, & filium Dagoberti junioris: qui uſque nunc in regno ſubſiſtit. *Verum ea, quæ ex ſupra citata Hiſtoria Childebrandina, Theoderico vivente ſcripta, deſumuntur, indubitata ſunt: & hujus imitatione ſe etiam tunc vivere auctor iſte finxit, quem viri eruditi non immerito anonymum* fabulatorem *appellant. Hic omnem luxuriæ & incontinentiæ infamiam* a Dagoberto I. in Chlodoveum filium, *maritum S. Bathildis, transfert. Hic* S. Sigebertum & Chlodoveum *facit fratres germanos & uterinos, ex eadem* Nanthilde *natos. Hic tradit* Dagobertum regnaſſe annos 34. *& quidem* Monarcham in totis tribus regnis. *Hic* Theodericum filium Chlodovei *aſſerit* in Auſtraſia in regnum elevatum, *quod fratri eo ſeniori Childerico contigit. Hic Chlotharium III. ſolum* annos quatuor regnaſſe *ſcripſit, & habuit hactenus aſſeclas plurimos; cum luce clarius conſtet* annos quatuordecim imperaſſe. *Hic denique Francos, repetita inde a Troianis origine gentis, per Tanaim flumen paludeſque Mæotidas ad confinia Pannoniarum deducit, ibique dicit ædificaſſe Sicambriam, indeque a Valentiniano Auguſto pulſos in finibus Rheni fluminis habitaſſe. Quæ omnia, licet a multis deinceps tranſcripta,*

Non obeſt anonymus fabulator de Geſtis Regum.

Filii mortuo Theoderico Rex factus anno 720. filius Dagoberti II.

ta,

Digitized by Google

AUCT. G.H.

A *ta, cum fabuloſa judicet ipſe le Cointe, & quotquot cum eo faciunt; mirum eſt ipſos non obſervaſſe quod ſimili prorſus perſonarum confuſione & fabulandi licentia, ea quæ contigerunt Danieli Clerico, in monaſterio Calenſi apud S. Bathildem aviam enutrito, per ſcriptorem iſtum aſſiſta ſint ejus ſucceſſori.*

Mors Caroli Martelli,

35 *Obiit hic anno 737. & Carolus Martellus per reliquum vitæ tempus abſque ullo Rege imperavit, uſque ad menſem Octobrem anni 741. quo Pariſiis mortuus eſt, & apud S. Dionyſium ſepultus: cui monaſterio,* 17. *Septembris* anno quinto poſt defunctam Theodericum Regem, *privilegium indulſiſſe creditur, quod recitat Doubletius pagina 690. Unde (ſi ipſum genuinum ac ſincerum eſt, de quo merito ambigimus) conſequeretur Theodericum ante medium Septembrem anni 737. e vita deceſſiſſe. Ceterum nomen Caroli Martelli, cui turpiſſimam æternæ damnationis notam affinxerant aliqui, vindicavimus 20. Februarii ad Vitam S. Euberis Epiſcopi Aurelianenſis §. 3. 4. & 5. Poſt ejus autem obitum* filii ejus Carolomannus & Pippinus, ſub obtentu Majordomatus, totius Franciæ
B regnum ſuſcipiunt & inter ſe dividunt. *Ita Annales Fuldenſes. Ab his, dominationem ſuam regii nominis umbra palliandam ratis, ſub initium anni 743. aſſumptus in Regem fuit Childericus, cujus annum ſecundum die 6. Martii conveniſſe in annum 744. traditur in Concilio Sueſſionenſi tunc habito.* Patrem

Rex fit Childericus Theoderici filius anno 743.

Childerici Regis noviſſimi ex genere Merovingorum fuiſſe Theodericum Regem *affirmatur capit. 8. Chronici Fontanellenſis, in Vita S. Hugonis Archiepiſcopi Rotomagenſis, a nobis illuſtrata ad diem 9. Aprilis: & idem confirmatur in Genealogia Francorum, apud Cheſneum pagina 793. ubi dicitur,* Theodericus genuiſſe Hildericum, qui in Sithio monaſterio conſtitutus eſt. *Sequuntur paſſim alii & noviſſime Carolus le Cointe ſub finem tomi quarti Annalium Eccleſiaſticorum Francorum, aſſerens* Childericum a Theoderico

Is ultimus puer,

in obitu relictum in tenerrima ætate. *Verum unde hanc* tenerrimam ætatem *habet? niſi ex ſuppoſito figmento, quod* Theodericus *fuerit* filius Dagoberti ultimi, *quo moriente anno 615. ſcripſerat* eum in cunis relictum, *adeoque mortuum anno ætatis 22. aut 23. neque potuiſſe habere filium, niſi tenerrimæ ætatis cum ipſe moreretur. Ex eodem figmento Hadrianus Valeſius,*
C *libro 25. Rerum Francicarum, ſcribit* Childericum, puerum admodum & vix decennem, nomen Regium eſſe conſecutum. *Verum hiſce oppono Iperium Abbatem Sithienſem, qui ex monumentis ſui monaſterii Chronicon confecit Bertinianum, & Capitulo 6. aſſerit,* Hildericum Regem, Senem in monachum attonſum, in monaſterium iſtud S. Bertini in Sythieu detruſum, & a Nanthario Abbate ſuſceptum in monachum; & ſub eo, tempore ſecundæ coronationis Pippini Regis, Hildericum monachum hujus Eccleſiæ obiiſſe. *Hæc ibi. Magna etiam ejus ætas colligitur ex Chronico Fontanellenſi, ex cujus capit. 13. ſeculo 3. Benedict. par. 2. in Vita Auſtrulfi Abbatis, a Mabillone iſta repetuntur:* Hildericus Rex, Merovingorum ex genere ortus, depoſitus tonſuſque

Ex puero intruſus in monaſterio

ac in monaſterio S. Audomari, quod dicitur Sithiu, truſus eſt. Cujus filius, nomine Theodericus, in hoc monaſterio Clericus effectus, collocatus fuit. *Hæc in dicto Chronico Auctor tempore Ludovici Pii Imperatoris ſcripſit. Iterum Mabillon ad Vitam S. Lamberti Epiſcopi Trajectenſis, aſſerit &* Childericum & Theodericum in monachos attonſos. *Quid ad hæc Cointius tomo 5. quem propter ſuborta bella a nobis emptum necdum potuimus obtinere, libenter videbimus. Forte cum Valeſio hunc filium Theodericum ſilentio involvet, ac dicet etiam cum illo,* Childerico,

filium habuit Theodericum Clericum effectum.

Merovingorum Regum ultimo, cælibi adoleſcentulo, circa anni 751. finem initiumve inſequentis regnum abrogatum, tonſoque eum capite monaſterio incluſum. *Quo egregie figmento conludit ſuum Hilderium Valeſius.* D

36 *Hiſce ſtatui finem huic tractatui imponere, ac proinde moneo lectorem, ſi alia in lucem prodierint monumenta, ex quibus alia judicandi ratio conſtabit, ſemper fore retractandi locum. Nec dubitamus, quin idem libenter præſtabunt Carolus le Cointe, & Hadrianus Valeſius, aliique antiquarum hiſtoriarum ſcrutatores: in quorum gratiam ſynopſim temporum & ætatem filiorum Theoderici anno 692. aut ſequenti mortui repeto. Diximus Chlodoveum III. filium ejus, in morte patris fuiſſe* puerulum; *& adduximus teſtem coævum ſcriptorem Hiſtoriæ Childebrandinæ, eique conſentientem Auctorem Annalium Metenſium. Opponit le Cointe anno 715. num. 32. Theodericum poſt regnum Neuſtriæ & Burgundiæ (quod eum anno 675. adeptum aſſerimus)* potuiſſe, uxore mox ducta, filios ſuſcipere, Chlodoveum anno proximo, Childebertum deinde. *Reſpondeo, omnino potuiſſe fieri ut mox duxerit uxorem; ſed non conſtare quod ita fecerit; aut ſi fecit, quod ex ea continuo ſuſceperit liberos; aut ſi ſuſcepit, quod hi parenti ſuperſtites fuerint, ipſi ejus ſucceſſores Chlodoveus & Childebertus; quorum iſte 18. annorum adoleſcens perveniens ad regnum, nequaquam* puerulus *vocari potuiſſet. Cur autem, etiam poſito tam maturo matrimonio liberiſque ex eo ſuſceptis ſed præmortuis, negabimus poſt genitos puerulos ſucceſſiſſe? Numquid non hac noſtra ætate Leopoldus Imperator & Carolus II.* Hiſpaniarum *Rex, clementiſſimus Dominus noſter, quibus diuturnam ac felicem vitam copioſamque poſteritatem utinam concedat Deus! poſt plures ante ſe natos & mortuos fratres ſucceſſere, ille juvenis, iſte in puerili ætate?* E

Chronotaxis ultimorum Regum.

male confuſa ab aliis, ſine cauſa Chlodovæi pueritia ſuſpectatur.

37 *Neque dicas diverſis uxoribus genitos hos & iſtos: fatetur enim ipſe le Cointe ad annum 692. num. 2. du*plex ab aliquibus Theodorici conjugium ſtatui, unum cum Chlothilde, cujus mentio fit in geſtis Francorum; alterum cum Doda, cum qua in epitaphio apud Atrebatum ſepultus legitur. *Quid igitur ſi prior ſterilis fuerit, ideoque repudiata, vel ſaltem abſque liberis mortua, & poſt hanc ducta Doda parvulos filios ex marito ſervarit? Si parva eſt epitaphii auctoritas, parva eſt etiam auctoris Geſtorum; fieri tamen poteſt ut utrobique verum diverſarum & ſucceſſive ductarum uxorum nomen habeatur. Sed demus ſimſi unicam & hanc Chlothildem appellatam, ut vult le Cointe; nihil tamen ex hoc contra antiquitatis conſenſum ſequi, probabis recens in ipſo Franciæ regno exemplum. Duxit Ludovicus 13. Rex venerandæ memoriæ anno 1615. Annam Mariam Philippi Hiſpaniarum Regis filiam, ex eaque ſuſcepit primogenitum Ludovicum 14. Regem, cui omnia felicia exoptamus: ſicut tamen inde non recte concluderetur hunc anno ſequenti a nuptiis fuiſſe genitum, cum ſolum anno Chriſti 1638. & ſterilis eatenus conjugii anno 25. fuerit prognatus; ita etiam hic credimus immerito negari fidem auctoribus coævis, aſſerentibus a morte Theoderici Chlodoveum fuiſſe* puerulum, *quem etiam Anonymus de geſtis Regum, cui ipſi adhibent fidem,* puerum *nuncupat. Hinc porro deduximus ætatem Childeberti fratris, cui ſucceſſit* Dagobertus juvenculus, *in quo adoleſcente defecit linea Theoderici, & ſucceſſit e linea Childerici illius fratris Chilpericus: quo etiam ſine prole extincto, ſucceſſit Theodericus a Carolo Martello ex Auſtraſiis aſſumptus, habitus Dagoberti filius, ſed ex ſtirpe S. Sigeberti plane dicendus; qui jam tum vir ſenex filium habebat* F

quod ab aliquis aſſertum hactenus confirmatur exemplis.

Chil-

A Childericum, ultimum Regem creatum, cum & hic eſſet maturus ætate; utpote cui etiam filius erat ſatis adultus in Clericam ortonſus, anno 7. regni ejus. De anno Pippini in Regem aſſumpti, accurate egimus in Propylæo ante tomum 2. Aprilis.

In illa quod certo ſignatur circa 38. Gertrudim & Beggam [illegible]

38. Porro innovata in hunc modum trium Dagobertorum ac ſucceſſorum chronotaxi, innovatur conſequenter etiam ea quæ Majores-domus attinet, ex quibus ſecunda ſtirpis Reges ſluxere. Ergo ſicut jam diximus B. Pippinum de Landis obiiſſe circa annum 640. ejuſque filium Grimoaldum anno 659. ita quoque dicendum de ejus filiabus Sanctis Gertrude & Begga; ambas ſcilicet matre ſua Itta, quæ migravit poſt obitum viri annos 12. orbatas fuiſſe patre anno Chriſti 652. & Gertrudem quidem, quæ patre moriente attigerat annos ætatis 14. & obiit ætatis ſuæ anno 33. die Dominica 16. Kalendas Aprilis, eodem quo frater Grimoaldus anno exceſſiſſe, quando Cyclo Lunæ 14. ſolis 24. littera Dominicali F. Paſcha celebratum eſt 14. Aprilis, & Dominica 3. Quadrageſimæ cum 17. Martii concurrit. Corrigi autem debet in Vita num. 8. librarium ſphalma, quo S. Ultanus, de die quo erat Sancta obi-

B tura conſultus, dicitur reſpondiſſe, Hodie decimus ſextus Kalendas Aprilis eſt dies, craſtino autem die . . . eſt migratura: legendum enim eſt decimus ſeptimus Kalendas Aprilis. Ad S. Beggam quod ſpectat, venit ea Nivellam anno 33. poſt obitum B. Gertrudis, adeoque anno 692. anno autem ſecundo poſt reditum ad propria, perfectis omnibus & bene diſpoſitis, circa monaſterii exſtructionem & ordinationem, per Sorores Nivella adductas, puta anno 695. exeunte migravit ad Dominum. Poſt non multos vero dies venit ad idem monaſterium Adula, & interroganti; quali die erat feſtivitas S. Gertrudis, reſpondetur Quinta hebdomada in Quadrageſima feria ſexta, utique anno 696. biſſextili, quando litteris Dominicalibus B. A. cyclo Lunæ 13. Solis 5. Paſcha celebratum eſt 26. Martii & feſtum S. Gertrudis in feriam 6. ante Dominicam Palmarum cadebat, ut nihil corrigendum ſit (quemadmodum nobis antehac viſum, aliter tempora ordinantibus, in Vita S. Gertrudis ad num. 19.) ſed omnia apte cohæreant & ſequantur, in hac innovata chronotaxi. D AUCT. G. H.

39 S. Beggæ filius Pippinus Herſtallius, anno 687. ſucceſſit defuncto Walfoaldo Majori-Domus: ut dictum in Diatriba libro 2. cap. 15. & in Exegeſi Dagoberti ante tomum 3. Martii num. 32. quod hic denuo volui inculcatum, ſi forte in aliquo Schematis genealogici exemplo non ſatis correctus eſſet typographicus error, a nobis juſſus ante editionem mutari, quo legitur notatus annus 676. At quod in eodem Schemate Pippini jam dicti ex Plectrude conjuge filius Drogo, mortuus ante dicatur, non typographo ſed lapſui memoriæ noſtræ imputandum venit; quem errorem corrigendum eſſe, monuit S. Hugonis Primicerii Metenſis poſtea Archiepiſcopi Rotomagenſis teſtamentum, ſignatum anno 5. Dagoberti Regis juvenculi ſeu ultimi, & illuſtratum ad diem 9. Aprilis, ubi is avum Pippinum, patrem Drogonem nominat, Ducem vero Arnulphum ſuum fratrem, nec non Pippinum & Godefridum, quos etiam Hugonis fratres cenſent plerique. Denique circa Pippinum Regem, Herſtalli ex Carolo Martello nepotem, non tantum confirmamus, quod in Exegeſi præcitata evidentibus cœvorum auctorum teſtimoniis probavimus, ejus primum annum numeratum fuiſſe eum qui erat Chriſti 752, ſed alteram epocham, in anno 750, poſitam a vulgatis Chronicarum auctoribus multis, quam putavimus aliquo ſenſu poſſe teneri, inducti quarumdam monaſticarum chartarum teſtimoniis, omnino rejicimus in Propylæo antiquario ad hujus menſis tomum 2. agnita fraude & ſuppoſitione manifeſta earumdem chartarum. Si quid aliud poſt hæc occurrerit emendationis indigum, ſciat lector eadem qua hæc ſcripſimus ingenuitate declaraturos, quippe qui omni alio reſpectu poſthabito uni ſtudemus veritati.

Circa Dagob. filium

& Regem Pippinum.

E

EPHE-

Digitized by Google

EPHEMERIDES
GRÆCORUM ET MOSCORUM.
HORUM FIGURATÆ, ISTORUM METRICÆ.

Latine redditæ & obſervationibus variis illuſtratæ.

PRÆFATIO COLLECTORIS D. P.

Uſus antiquus Faſtorum

Faſtorum libri appellantur, *inquit Feſtus*, in quibus totius anni fit deſcriptio. *Tales ſub eodem nomine verſibus ſuis illuſtravit Ovidius, Feſta & Ludos Romani populi, ortus item atque occaſus ſiderum notantes, nec non illuſtriora quædam geſta, quæ publica auctoritate judicata erant mereri memoriam quotannis populo renovandam. Eorum ſic appellandorum principium fuiſſe a tabulis quibuſdam*, Faſtos dies & nefaſtos *notantibus, nemo tam parum Romanæ antiquitatis peritus eſt ut neſciat; neque velim dubitare, quin ejuſmodi tabulis, idem* Faſtorum *nomen remanſerit, quamdiu ſub Romanis Conſulibus Imperatoribuſq; gentilibus reſpublica ſtetit. Aliud certe nomen nullum, quod iis ſolis proprium fuerit, apud antiquiorum temporum ſcriptores invenio. Nam* Polemei Laterculus, *cujus ſpecimen, id eſt Prolegomena quædam, dedimus in Præfatione Generali ad vitas Sanctorum Cap. 4 §. 3, anno primum 448 conſcriptus fuit: quo tempore* Laterculi *etiam dicebantur Magiſtratuum vel civilium vel militarium catalogi, imo & Nomenclatura ſingularum Legionum ac* Tribuum, *quas poſteriora tempora* Album *aut* Matriculam *nuncupaverunt: ſed &* Laterculum Theophilus Alexandriæ Epiſcopus, *teſte Sigeberto, appellavit Cyclum de obſervatione Paſchæ per centum annos digeſtum. Longe antiquior eſt* Kalendariorum *appellatio, & aureo etiam ſeculo nota: ſed ea, uti nomen habens a* Kalendis, *quibus uſura cedebant & reddebantur; ita ad rem fænebrem ſolummodo pertinuiſſe probari poteſt ex antiquis qui eorum meminerunt auctoribus,*

2 *Ceterum uti* Faſtorum *nomen a reſtrictiori, quam diximus, ſignificatione ad longe ampliorem notionem frequentior uſus tranſtulit,*

Quem penes arbitrium eſt & jus & norma loquendi;

& Kalendariorum

ſic Kalendarii *vocem, a libris expoſitæ creditæque pecuniæ (quantumcumque grandibus & centum etiam, ut Martialis loquitur,* paginis Kalendarum*) idem uſus tranſtulit ad aliam illam multo arctiorem, quæ primitus* Faſtos *dictos putamus; non quidem ut faſtos nefaſtoſque dies juri dicundo notarent (horum enim diſtinctio, Gentilibus obſervata, ſub Chriſtianis Imperatoribus exolevit) ſed ut deſcriptis columnatim Kalendarum, Nonarum, atque Iduum notis cum litteris Dominicalibus, totius anni feſta in iis adnotarentur. His autem & antiquis Faſtis, una in tabula expreſſis, illud commune manſit; quod ſicut in antiquis dies faſti rubro, nefaſti nigro deſcribebantur colore; ſic in Kalendariis majora minoraque feſta, ſimili colorum varietate diſtinguerentur, more hodiedum obſervato: unde etiam ab Ovidio* Picti faſti *dicuntur. Teſtatur id titulus vetuſtiſſimi atque Auguſteo ævo politi marmoris, hodiedum in Capitolio Romano viſendi, cui totus faſtorum nefaſtorumque ordo & ratio inſcripta cernitur: legitur enim in titulo quidam* Libertorum Comes *ipſum* expoliendum & pingendum *caraſſe*.

3 *Sicut autem illud ſculptum fuit in Marmore, palmos Romanos duodecim late, alte decem: ita nequaquam abſurdum fuerit credere, etiam in membranis cubitalibus aut bicubitalibus, ad uſum privatorum, ſimiles faſtos deſcriptos depictoſque: idemque æſtimare etiam de Kalendariis Chriſtianorum licebit, cum idem etiam hodiernus uſus obtineat. Uſum porro eumdem ad Græcos cum ſuo Imperio tranſiviſſe cur dubitem, licet nullodum id teſte vel exemplo habeam comprobatum? Nam quod ad colorum diverſitatem attinet, de ea conſtat ex ipſorum omniumque Orientalium Ritualibus libris, impreſſis ac manuſcriptis, qui paſſim Rubrica reperiuntur diſtincti. Quod vero ſpectat formam unius chartæ membranæve expanſæ, ſufficiens ea eſt illi* Græcorum Kalendario *excipiendo, quod una cum aliis Orientalium Kalendariis exhibuit Pariſiis an. 1592. G. Genebrard, ante Pſalterii Davidici vulgarem editionem.* Kalendarium *autem vocavit ipſe notiori nobis voce, quod Græci* Menæum *aut* Menologium *appellant. Hoc tamen nomine non ſolum intelligunt idem Græci brevem aliquam Sanctorum toto anno quotidie recurrentium nomenclaturam, qualis in noſtris ſpectatur* Kalendariis*: ſed etiam, atque potiſſimum, explicatiorem quamdam unius pluriumve per dies ſingulos recolendorum notitiam, quoad vitæ aut paſſionis modum, tempus & locum, qualem continent, quæ etiam vocantur, & paſſim a nobis laudantur* Synaxaria*; iis ſimilia Martyrologiis, quæ apud Latinos exorſi ſunt ſcribere Beda & Florus, quæque deinde abſolverunt Rabanus, Uſuardus, Ado, Notkerus, ſtrictioris laxiorisve epitomes formam obſervantes.*

translatum ad normam Eccleſiaſticam, — *etiam apud Græcos ſub nomine Menæorum* — *duplici forma:*

4 *Habebamus ergo duplex genus* Menæorum *ſeu* Menologiorum, *a menſibus in quot annus dividitur, dictorum: breviſſimum unum, quod totum poſſit membrana una expanſa objici oculis; plenius alterum, quod debeat integrum volumen implere. Sed præter hæc, aliud tertium deprehendi in ipſo majorum* Menæorum *corpore latitare, prorſus ei Martyrologio ſimile, quod ante octingentos annos Wandelbertus Prumienſis monachus verſibus hexametris deſcripſit; quodque Joannes Molanus ante Uſuardi Martyrologium verſiculatim diſtractum exhibuit, iteramque collectum recudit Acherius tom. 5. Spicilegiorum ſuorum. Reperi enim in prædictis Menæis de ſingulorum dierum Sancto uno præcipuo, ante ejus elogium, hexametrum unum; primumque inventi hujus mei ſpecimen, collectis totius Martii verſiculis, ante Græca Acta ejuſdem menſis exhibui, rurſumque inter Acta menſis Aprilis, ſub appellatione* Ephemeridum Metricarum, *haud omnino (ut mihi videbatur) inepta & needum in Sacris occupata; Latinis vero auribus non diſplicitura, quibus eadem ex aurei ſeculi Poetis Propertio, Ovidio, Martiale innotuiſſet. Facta autem iſtic initio, cum placuiſſet, ſemel ſub unum aſpectum dare totius Græcanici Anni ſacri curſum, hexametris illis comprehenſum, potius quam eum ſic menſtruatim diſtrahere; ſub eadem* Ephemeridum *appellatione id faciendum cenſui: ſub eademque comprehendere etiam volui quartum quoddam* Menæorum *ſeu* Menologiorum *genus, in quo iidem fere totius anni Sancti, per duodecim tabulas diſtributi, exprimuntur effigiati; atque* Ephemeridas Figuratas

hinc ſub nomine Ephemeridũ tertium Metricum — *& quartũ figuratum addimus.*

guratas, *ſumpto ex re nomine, nuncupare; ſicuti iſtas, ex propria ſibi ſtyli ratione, vocavi* Metricas. *Equidem fateor ignorare me utrum hoc tempore talium uſus ſit in Græcia: fuiſſe, certum habeo: accepi enim eas ex Moſcovia; quo a Græcis invectas dubitabit nemo, qui gentem novit, eorum, a quibus fidem Chriſtianam primum accepit, ita uſurpantem ritus, litteras, & imagines, ut nihil in iis novam adjeceris, niſi pauciſſimos aliquot ſuæ nationis Sanctos, & barbariem infirmiam lineamentorum in ſcriptura æque ac pictura. Quomodo autem tabularum iſtarum prototypa ad meas manus pervenerint, accipe.*

Ad hanc factæ tabulæ. 5 *Anni* 1671 *Autumnus Amſtelodamum me abſtulerat, invitatum illuc a* CL. V. *Ioanne Blaeuio, ad Aprilis noſtri impreſſionem offerente celeberrimos ſuos atque elegantiſſimos typos: quibus quo minus etiam prodierit, jam cœptus imprimi, fecit luctuoſiſſimum ac damnoſiſſimum incendium, circa finem Februarii ſequentis abſumens novam illius & undequaque inſtructiſſimam Typographiam. Iſtic egenti longe a domeſtica bibliotheca, ſæpe autem neceſſe habenti ad auctores in Opere noſtro allegatos allegandoſque recurrere, nihil accidit commodius quam familiaritas cum duobus Fratribus Laurentio & Petro vander Hem, utroque Iuriſconſulto utroque Philobiblo, ſi quis uſpiam. Laurentio hoc erat particulare, quod non ſolum optimos cuperet habere libros, ſed etiam in ſpeciem ornatiſſimos, nulli eam in rem ſumptui parcens. Affectum autem eius, & oculos undique ſpectatum advenientium virorum illuſtrium imprimis detinebat Geographicum opus, quod a Ioanne Blaeuio in volumina undecim ſub nomine Atlantis diſtributum, ipſe jam tum deduxerat in volumina triginta, collectis & conquiſitis undique rariſſimis tabulis. Multas (præſertim novum orbem ſpectantes) redemerat ab autoptis ſeu ocularis auctoribus, manu exaratas pictaſque; ceteras omnes, quas æri impreſſas vel Blaeuius dederat, vel ipſe acquiſierat undequaque, curaverat elegantiſſima miniatura auroque exornandas, hominem habens uni iſti operi multis annis vacantem. Propriæ etiam marte manuque addiderat eruditas commentationes iis, quibus deerant impreſſa: in eamque præſtantiam opus adduxerat, ut magni nominis Princeps pro eo, ſi venale fuiſſet, duo ſcutatorum Romanorum millia offerri juſſerit. Sed vir & a fortuna opulentus, & a ceterarum omnium rerum, quibus alii animum relaxare conſueverunt, uſu abſtinens; negavit quantovis oblato pretio inducendum ſe, ut pecuniarum neutiquam egens, unica hac eaque honeſtiſſima recreatione & tot annorum fructu privari ſe ſineret. Quin potius multa parabat nova, in quibus Sicilia erat (quam unica hactenus tabula expreſſam habemus) medium forte volumen impletura: Bavaria item in viginti tabulas elegantiſſime delineatas diſtincta; atque Moſcovia, tum aliis rebus multis ornata, tum duodecim illis quas ſupra indicavimus tabulis.*

Inventa apud Laurentium vander Hem Amſtelod.

6 *Hæ poſtremæ ne ſimul in unum volumen conjungerentur, faciebat defectus explicationis neceſſariæ; ad quam cum me velut divinitus oblatum crederet, orabat obteſtabaturque, hanc ſibi ut conferrem operam, curaturo, ut interpretatio a me danda, regalis forma typis quam magnificentiſſime impreſſa, auro deinde ſuper purpureum fundum inducto ſplendens, tota aurea videretur; ſicuti in dedicatoriis quibuſdam foliis jam factum oſtendebat, ad exemplum aureorum iſtorum codicum, quos Conſtantinopolitanorum quorumdam Imperatorum curioſa circa litteras ſolertia adinvenit. Equidem negare nihil poteram viro, non ſolum ad me, ſed etiam de omnibus per Hollandicam miſſionem Societatis noſtræ Patribus optime merito: ſed nec difficile erat ſcienti Græcas medii quoque ævi litteras, nomina ſupra cujuſque Sancti caput appoſita legere; quippe ſolis terminationibus barbara, & deſcripta litteris, prima quidem fronte ignotis, ſed quod pleraſque origine Græcis, atque a noto paſſim charactere non multo magis diverſis quam Germanica littera differunt a Belgicis. Cœpi ergo ibidem Amſtelodami admovere manum operi, quod noſtra quoque Sanctorum Acta non raro juvare poſſet: ſed ſuperinducta miniatura & inauratio (prout non certa aliqua ratio, ſed ſua lubentia inexperto ad talia pictori ſuggeſſerat) multa alteraverat in veſtium paramentorumque characteriſtica quadam diverſitate, per quam a Clericis & Monachis Laici, iſti ab Epiſcopis, Epiſcopi a Patriarchis ſeu Metropolitis diſtinguendi erant, aliique nonnulli Sanctorum Ordines ſecernendi ab invicem. Ipſis quoque nominibus aliquando irrepſiſſe vitia deprehendi, quæ haud poſſem per meram conjecturam corrigi abſque erroris periculo. Ad hæc ſimplex illa Sanctorum nomenclatura, non ſatis digna futura erat aut tam pretioſa ſpecioſaque expreſſione, qualem ille promittebat, aut nomine meo, quod ipſi præfigere idem volebat. Quid quod in noſtris Ianuario, Februario, Martio atque Aprili, magnum inveniens præſidium ad illuſtrius aliquid utiliuſque commentandum; judicabam ad ceteros menſes non poſſe me pari paſſu progredi, niſi poſitus in Muſæo noſtro, & in conſpectu habens reliquam pro ceteris octo menſibus apparatum.*

ejuſque vulgato explicato,

7. *Inducias itaque poſtulavi & obtinui ab humaniſſimo viro, donec ego quidem rediiſſem Antverpiam, ipſe vero ex Moſcovia impetraſſet puras & nullis coloribus obſcuratas tabulas: quarum alterum citius quam optaveram contigit, ea qua me Amſtelodami tenebat ſpe in cineres una cum prælis Blaeuianis collapſa; alterum longioris moræ fuit, dum ſcilicet iret in Ruſſiam extraordinarius Statuum fœderatorum Legatus indeque rediret. Quod tamen non obſuit, quominus, poſt Aprilem Antverpiæ editum, circa Paſcha anni* 1675. *promiſſo operi manus admoverem, juxta Nomenclaturam quam mihi Amſtelodami deſcripſeram. Succeſſit autem conatus iſte primus tam feliciter, ut allatæ poſt biennium circiter tabulæ, non multum eſſe mutandum probarint in iis quæ jam pridem divinando deſinieram: & totum quem promiſeram Commentariolum, prius abſolvi, quam menſe Iunio anni prædicti inciderem in morbum iſtum graviſſimum, qui bis ad portas mortis adductum me arcuit a ſtudiis per ſemeſtre integrum. His periculis defuncto, & negotiis quæ morbi tempore accumulata fuerant expedito licuit promiſſum amico munus repræſentare: qui eo vehementer delectatus iterum iterumque ſcripſit Moſcuam, nec acquievit prius quam impetravit tabulas, ad extremam operi manum imponendam requiſitas.* *Poſt nova exempla accepta ex Moſcovia.*

8 *Duplicis eæ ſunt generis: alia inter ſe per latera conglutinata, longum conſtituunt volumen; & coloribus quatuor, purpureo, rubro, flavo ac viridi tota, non dico pinguntur illuminanturque, ſed maculantur & obſcurantur; taleſque vulgo venales proſtant, & tales etiam fuerant illa quarum deformem ruſticitatem videram Amſtelodami elegantiori miniatura obtectam: alia, pura ac ſimplicia, vix poſt longam indaginem inventa ac demum in Belgium allata ſunt. Cælatura omnium, in ligno facta, tam eſt inſulſa, ſive lineamentorum ductus ſive figurarum ſingularum poſituram ſpectes, ut quidquid in eo genere inſulſum poteſt toto Belgio inveniri, cum iſtis tabulis collatum, elegans valde videri debeat. Placuit ergo novas tabulas condere, quibus in eas transferendis non prorſus inutiliter pretium aliquod impenderetur; nihil autem deperiret de ſubſtantia argumenti totius; veſtium ſcilicet (quarum differentiam facile erat ſub rudi iſto ductu dignoſcere) formas eaſdem accipiendo, partim ex elegantius expreſſis Diptychis Triptychiſque de quibus infra in Appendice, partim ex ſimilium figurarum Græcanicarum exemplis atque ectypis variis, quarum nonnulla apud nos copia eſt: ſic tamen ut menſura tabularum, originaliter altior quam lata, & quinquefariam diviſa, facta ſit pro majori commodo noſtro, latior quam alta; & quinque in ſingulis Sanctorum series, ad quatuor ordines reformata.* *Repræſentantur aut ſculpta,*

9 *Tum operis initiis ſpecimen, uno alterove menſe ſic ſculptum, per Hiſpaniam, Italiam, Galliam, Germaniamque & Belgium judicio eruditorum ſubjectum fuit; & illis quidem ubique probatum eſt ac dignum viſum quod publice* *Sumptu Celſiſſ. Paderbornæ Monaſterien. Epiſc.*

ſpe-

ſpectandum exhiberetur: Celſiſſimo autem Mæcenati noſtra ſic arriſit, ut quod ex parte noſtra requirebatur pecunia, abunde largitus ſit eadem liberalitate totius novæ delineationis ſculpturæque impenſas præſtiturus, ſi minus generoſum Typographum habuiſſemus, quam eſt Michael Cnobbarus, *cujus unius ut prælis ſic & ſumptibus Opus noſtrum excuditur. Incredibile porro dictu eſt quantopere conſilii hujus noſtri primus auctor* V.C.L. *Laurentius vander Hem, viſis tam lætis principiis exultaverit: ſed haud longe hæc ei lætitia fuit. Cito enim fatalis ille Antverpienſibus Autumnus etiam mihi incubuit, tantumque non e vivis abſtulit, ac totis quatuor menſibus habuit infirmum Lovanii: & ipſe interim, pertinaci quoque correptus febre, Amſtelodami pientiſſime obiit in feſto S. Thomæ Apoſtoli, ad extremum uſque ſpiritũ magis de vita ac valetudine mea quam ſua ſollicitus uti cunctis ſe viſentibus cum multa tenerrimi affectus ſignificatione teſtabatur. Proinde nemini grave videri debet, ſi ejus erga me caritati hæc ſaltem grata commemorationis viciſſitudo nunc referatur. Inter iſtas variorum ſucceſſuum viciſſitudines conceptam natamque lucubrationem in fronte hujus Maji Lectori exhibeo, cujus majori commodo ut ſerviam, a Ianuario, more Romano, exordior annum: quem alias Græci, & horum exemplo Rutheni, a menſe Septembri auſpicantur. Addidi non ſolum obſervatiunculas aliquas nominibus ſingulis; ſed etiam quas & quorum Sanctorum Græcas Vitas ſeu Paſſiones deſideremus, quas habeamus. Hoc quidem, ut φιλιϛόρων hujus noſtræ curioſiſſimæ ætatis, qui utiliſſimam publico operam præſtant protrahendo in lucem quæcumque anecdota veteris ac medii ævi monumenta, laborum ac ſumptuum faciant compendium, relinquendo nobis Sanctorum Acta, digniùs in hoc ſuo proprio Opere proditura: iſtud, ut eorum laudabile ſtudium, qui in talibus conquirendis ſubmittendiſque adjuvare nos cupiunt, ſcopum habeat certiorem, quo diligentiæ ſuæ intendat aciem.*

cum obſervationibus appoſitionis.

10 *Nunc quoniam ſuperius dictum eſt ſignaretam iſtam Moſcorum Ephemeridem Sanctos quidem pleroſque habere a Græcis, a quibus ſatis certo nobis conſtat neminem fere coli, qui eum honorem non acceperit a priſca & adhuc in fide integra apud illos Eccleſia; paucos tamen iiſdem admixtos, nationi iſti patrios propriosque; quid de iis ſentiendum putem breviter aperiendum videtur. R.P. Antonius Poſſevinus, Apoſtolicis ſuis itineribus, laboribus commentationibuſque optime meritus de Eccleſia, idemque Legationibus, anno* 1581 *&* 11, *Gregorii Papæ XIII nomine, ad Joannem Baſilii Magnum Moſcoviæ Ducem obitis, clariſſimus; in primo ſuo de rebus Moſcoviticis ad Religionem ſpectantibus Commentario, ſcribit, quod* Moſci ante quingentos annos, Duce Volodomiro, Chriſtianam fidem a ſchiſmaticis hæreticis acceperunt: eaque imbuti, ac proinde maximo beneficio ſe devinctos putantes, facile crediderunt quidquid de Latinis Græci, Romanæ gloriæ atque pietatis æmoli, obloquebantur: in hac vero opinione alti & a teneris educati, chronicaque corrupta legentes, nec habentes, qui iſtas ex eorum animis calumnias ſcite poſſent abſtergere, a Catholicis valde abhorruerunt. *Deinde, inter difficultates Catholicæ Religionis in Moſcovia promovendæ, hanc penultimo loco ponit idem Poſſevinus:* quod Moſci corpora quorumdam, qui ſchiſmatici fuerunt, integra ſe habere gloriantur; per quos miracula frequenter edi, cæcis viſum reſtitui, ægrotos ſanari, conſtanter affirmant: ut plurimi periculi res eſſe videatur, ſi quis illorum corporum præceptam elevet animis ſanctitatem, aut quaſi dubius quærat, num ii vere Sancti Martyreſve fuerint. Inter alios autem numerantur Cleba & Boris, Petrus Metropolita, & Alexius; quorum corpora extare ajunt Moſcuæ. *Eadem qua Poſſevinus perſuaſione imbuti Rutheni in Lithuania Catholici, eum propriorum typorum defectu iiſdem quibus ſchiſmatici utantur Synaxariis, verentur memoriam eorum facere, quos non inveniunt Græcorum Kalendariis adnotatos; ne forte in aliquos non Sanctos, ſed ſchiſmaticos impingant; uti ad me perſcribendum curavit R. Adm. P. Ondeſwicz, Ordinis S. Baſilii Provincialis, Romanus Theologus; cum eum ego rogandum curaſſem, ut ex Synaxario Rutheno, quo ſuus ibi Ordo utitur, Latine vertenda curaret elogia Sanctorum, in Ruſſia additorum antiquis e Græcia acceptis. Reſponſum autem iſtud mihi miſit per R. P. Albertum Kojalowicz, qui meum ipſi expoſuerat deſiderium, obſtrictum mihi ea opera, quam ſibi contuleram in hic edenda Hiſtoria Lithuaniæ. Utrumq; autem hic debui nominare; quia Alberti hujus Miſcellaneis, ad Statum eccleſiaſticam in eadem Lithuania pertinentibus, nonnihil adjutum me fateor ad ſequentia commentanda; nonnihil etiam prædicti Provincialis Baſiliani reſponſis.*

In his Sancti quidem propriis Ruthenis,

qui fidem Chriſti acceperunt a Græcis,

ut vulgo creditur ſchiſmaticis:

11 *Ceterum cum ipſius & Poſſevini pace dixerim, quod hujus opinio, & illorum metus procedant ex opinione pro majori ſaltem parte erronea, de fide ad Ruſſos a ſchiſmaticis, & quidem hæreticis inducta. Quod hoc aliquando factum in alterius alicius nationis converſione ſit, nunquam credidi: ſoli enim Catholicæ Eccleſiæ convenit, ut ad Gentium converſionem ſit vere efficax Apoſtolica. Proinde nec de Moſcis facile inducar ut credam, converſos a ſchiſmaticis, quantocumque præjudicio talis opinio fulciatur. De Gothis, qui Arianæ perfidiæ imbuti erant, quando Italiam, Hiſpaniam, Africam & partem Galliæ occupaverunt, demonſtravi ad diem 12 Aprilis, ante Acta S. Sabæ Gothi, toto fere quarto ſeculo apud eos inſigniter floruiſſe Chriſtianam Religionem, abſque ulla Arianiſmi contagione, licet ſub Regibus uſque ad annum circiter 370 paganis; donec eorum alter Fritigernes, adverſus rivalem regni Athanaricum Valentis Ariani auxilium demereri ſibi conatus eſt, fidem ejus ſeu verius perfidiam amplectendo. Ad Ruſſos quod attinet (quorum pars una Moſcoviam conſtituit, altera Poloniæ Regi nunc paret una cum Lithuanis) oſtendit Magiſter meus Godefridus Henſchenius, fidem Chriſtianam primum apud ipſos prædicatam aut ſaltem ſtabilitam eſſe circa annum 990, a* Michaele *quodam, qui miſſus illuc a Nicolao Chryſoberga, Patriarcha Conſtantinopolitano, vere orthodoxo, & unionis cum prima Sede retinendæ ſtudioſiſſimo, Wlodomirum baptizavit, eiq; in matrimonium conjunxit Annam, Baſilii & Conſtantini orthodoxorum Imperatorum ſororem; ex qua natus Ieroslaus, imperii ac fidei heres factus eſt, non tamen abſque fratrum & coheredum cæde atque injuria; & genuit Annam, Henrico I Galliæ Regi deſponſam anno* 1051; *quæ deinde eo mortuo vidua, ſecundis nuptiis juncta fuit Rodulpho II Crepiaci atque Valeſii Comiti, teſtibus Sammarthanis in Hiſtoria Genealogica; tandemque hoc etiam mortuo in patriam rediit, ubi que optime Catholica, & fundata apud Silvanectum S. Vincentii eccleſia memorabilis. Quod autem fides Chriſtiana apud Ruſſos tunc revera initium habuerit, confirmatur ex Hiſtoria Saracenica auctore Elmacino, ſub finem ſeculi* 12 *ſic ſcribente, ad annum Arabum 377, qui fuit Chriſti 987.* Cum Orientis Duci Bardæ Phocæ, Imperium ſibi arroganti, feliciter negotia ſuccederent; timere ſibi vehementer ab eo cœpit Imperator Baſilius, quem & pecunia jam deficiebat; unde coactus fuit mittere ad Regem Ruſſorum, qui inimici ejus erant, auxilium ab eo implorans. Is autem id ei promiſit, petita ab eo affinitate. Duxitque Rex Ruſſorum ſororem Baſilii, Imperatoris Romanorum, poſtquam hic ab eo obtinuit, ut religionem Chriſtianam amplecteretur. Miſitq; ad eum Baſilius Epiſcopos, qui religione Chriſtiana imbuerent, tum ipſum tum omnem populum ejus. Atque ante illud tempus nulla eis fuerat religio, nec profeſſi erant quidquam. Sunt autem populus magnus, & ab illo ad hoc uſque omnes ſunt Chriſtiani. *Prædictus autem* Michael *initiis Ruſſiæ Metropolita in Sede Kijovienſi ordinatus, nonum vel decimum in eadem Sede ſucceſſorem*

Sed hi vere Catholici fuerunt,

ceſſorem habuit S. Alexium, *circa annum* 1330: *contra quem miſſus quidem in Ruſſiam eſt a Patriarcha Conſtantinopolitano Schiſmaticus Dionyſius Græcus; ſed intra annos non multos captus conjectuſque in carcerem non potuit plene ſtabilire ſchiſma, quod invexerat. Idem deinde facere conatus Photius, homo ſimiliter Græcus, parem ſucceſſum habuit, a Synodo Novogrodenſi depoſitus anno* 1415, *quando in locum ejus ſuffectus eſt Gregorius Bulgarus, qui Concilio Conſtantienſi interfuit, ſicuti ejus ſucceſſor Iſidorus Florentino. Quamvis autem contra hunc Schiſmatici prævaluerint per novam Synodum, dicit tamen Albertus prælaudatus ſucceſſores ejuſdem fuiſſe Catholicos uſque ad annum* 1520: *quando excisum pene ſchiſma reſuſcitavit Ionas Moſcus, tantumque non ſtabilivit; quemadmodum probari poteſt ex epiſtola cujuſdam Joannis Metropolitæ, ad Romanæ Sedis Epiſcopum, apud Herberſteinium. Rurſum tamen ſub finem ſeculi* 16 *Hypatium & Joſephum bene Catholicos Metropolitas Ruſſia habuit, multum ea cauſa a Schiſmaticis paſſos: ſed forte eodem tempore in Regia urbe Moſcua ſedebant iiſdem oppoſitii alii. Ut ut eſt, ſatis clare conſequi ex dictis videtur, quod extra ſchiſmatis hæreſeoſque ſuſpicionem haberi poſſint, quos gens illa primis quatuor a ſua converſione ſeculis habuit Sanctos, maxime quando eorum ſanctitas divinis miraculis fuiſſe probata, non ſolum creditur, ſed etiam probatur multitudine & antiquitate templorum, ſub alicujus nomine erectorum; uti probatur de iis, quos ſupra allegatus Poſſevinus, ex principio tam evidenter erroneo, a verorum Sanctorum numero credidit removendos.*

Et valde ſero ſuum ſchiſma ſtabilivere in Ruſſia.

12 *Verum, inquies, ut bene Catholici fuerint Græci ſub Imperatoribus Baſilio & Conſtantino; non tamen in unione Romana tenuere conſtantiam, ſed identidem relapſi ſunt in ſuum ſchiſma varioſque errores: Metropolitis autem Moſcorum in uſu perpetuo fuit, uſque ad medietatem ſeculi* 16, *confirmationem ſuam a Patriarcha Conſtantinopolitano expetere. Sit ita ſane: ſed an continuo & toties ſchiſmatici Moſci, quoties Græci a Romana unione reſilierunt? Non exiſtimo. Sequeretur enim toties iterum fuiſſe Catholicos, quoties ad eamdem iſti redierunt; de Græcis autem dixit Poſſevinus, quod omnino* quaterdecies publica confeſſione ſe nobis adjunxerint; *idque fere de ſeptem ultimis ſeculis intelligi debet. Univerſim ergo de Moſcis videtur dici poſſe, & quidem jure multo majori, quod de Caſſinatibus pronuntiavit Baronius ad annum* 1136, *cum narraſſet miraculum apertarum ſponte ad eorum preces januarum eccleſiæ, tum cum ipſi Anacleto II Antipapæ contra Innocentium II adhærebant.* Non ſimul, *inquit*, ac Abbas vel Epiſcopus aliquis ſchiſmaticus eſt, neceſſe eſt omnes ſibi ſubditos pariter eſſe ſchiſmaticos: ſed illos tantum, qui certo ſciunt ſuum errare Præſulem. Ceteros autem dico non peccare, qui perſuaſibilibus rationibus putant ipſum recta incedere via, & ſe verum ſequi Paſtorem; nec tanta ineſt ipſis doctrina, vel adeo explorata rerum geſtarum cognitio: hoſque ſua ipſorum bona conſcientia reddi crimine liberos. Sicut & tunc eveniſſe putamus, nimirum quod, etſi Abbas & ex Præfectis aliquis apud Deum & ejus Eccleſiam rei fuerint; ſimpliciores tamen his ſubditi, bona fide & conſcientia pura cuncta gerentes, divinis tantum rebus vacantes, omnis curioſitatis expertes, nullo modo (ut Canones docent) rei fuerint tanti criminis. *Si enim hoc valet in tam conjunctis quam ſunt cum ſuo Abbate monachi; quanto id magis valere debuit in Moſcis, qui lingua moribuſque diverſiſſimi a Græcis, plerumque nec ſciebant, conjuncti an ſejuncti eſſent Latini & Græci inter ſe; ſolum autem conſiderabant ſuam ab initio ſuſceptæ fidei erga Conſtantinopolitanum Patriarcham ſubjectionem?*

quanto ſibi conſeſſi fidem ſemper cum Græcis junxerit?

13 *Quid quod Ruſſorum Reges, intelligentes ſe ſuoſque, propter illam qualem qualem cum Græcis conjunctionem idoneorum doctorum defectu, exerrare in aliquibus, identidem ad Romanam Sedem ſe converterint pro remedio. Sic anno* 1227, *uti apud Odericum Raynaldum legitur, Gregorius nonus, Univerſis Regibus Ruſſiæ ſcribens*, Gaudemus in Domino, *inquit*, quod nuntii veſtri, ad venerabilem Fratrem noſtrum Mutinenſem Epiſcopum Legatum a Latere noſtro tranſmiſſi, eum humiliter rogaverunt, ut partes veſtras perſonaliter viſitaret: quia cupientes ſana doctrina ſalubriter inſtrui, parati eſtis omnes errores penitus abnegare, quos propter defectum prædicatorum, ſicuti dicitur, incurriſtis. *Sic anno* 1246 *Innocentius IV gratulatur Ruſſis, quod* nuper, gratia faciente divina, illuminata fuerint corda *eorum*, ut recognoſcentes Romanam Eccleſiam, matrem aliarum omnium & magiſtram, ac ſummum Pontificem ſucceſſorem Petri . . . . . ad devotionem & obedientiam Apoſtolicæ Sedis redire affectarent: *quibus propterea Archiepiſcopum Pruſſiæ atque Eſtoniæ deſtinabat, ut* commiſſo ſibi iſtis in partibus plenæ Legationis officio *fungeretur. Jam vero ad Florentinum Concilium, ſub Eugenio Papa IV, venit uti jam diximus*, Iſidorus, Metropolita Kiovienſis totiuſque Ruſſiæ, *nec tantum decretis ejus circa fidem ſubſcripſit anno* 1439, *ſed ut Græci quoque idem facerent inſigniter juvit: quare, ut majori cum dignitate rediret ad ſuos, Legatus ipſius Pontificis a Latere*, Cardinalitia *fuit dignitate ornatus. Licet autem ſui non receperint eum, ſed coacta ſchiſmaticorum Synodo damnarint carcerique incluſerint unione repudiata (fortaſſis quia Conſtantinopolim duntaxat miſſus a ſuo Principe, auctoritate propria ſe contulerat Florentiam*, ut locum tenens Apoſtolicæ Sedis ſanctiſſimi Patriarchæ Antiocheni, Domini Dorothei) *non tamen prorſus in vanum laboravit. Nam præter fructum inter Ruthenos Polonis ſubjectos factum, ea videtur etiam apud Moſcos ſemina reliquiſſe, ex quibus deinde ſecutum eſt, quod anno* 1472 (*ſicut ex MS. Archivi Vaticani accepit prælaudatus Raynaldus*) Joannes Baſilii, decreta ad Sixtum ampliſſima legatione, ſignificavit, ſe Florentini Concilii ſancita admiſiſſe, atque a Conſtantinopolitano petere jura deſiiſſe, ex quo barbarico Turcorum jugo illa preſſus eſſet: Pontificem etiam ut Chriſti Vicarium veneratus, ut mitteretur Legatus, qui in Moſcovia corruptelas, ſi quæ irrepſiſſent, tolleret, flagitavit, &c. *Neſcio autem an ab hac legatione diverſa ea credi debeat, cujus meminit Albertus Kojalowicz ad annum* 1476, *ut communibus Ruſſorum ac Lithuanorum comitiis circa idem tempus decreta, per Miſaelem Kiovienſium Pontificem.*

quo potius unionem cum Romanis ideo ceu ſidem profeſſi juſſi,

per Epiſcopos

14 *Anno quoque* 1519 Baſilius (*non is qui antea cum Sixto egerat, prout hallucinando credidit Raynaldus: hic enim* Ioannes *dicebatur*) Baſilius, *inquam*, Ioannis *prænominati ex Sophia vel Zoe Thoma Palæologi filia genitus*, Gabriel *ante Imperium dictus*, de redintegranda cum Romana Eccleſia Moſcoviticæ conjunctione pia agitavit conſilia; de quibus monitus ſummus Pontifex *Leo X.* Gardienſem Epiſcopum ad eum legavit, *quemadmodum ex libro 3 Breviarii rerum ſub illo Pontificatu geſtarum ſcribit Raynaldus: qui deinde anno* 1525 *inſinuat, quod priori anno idem* Baſilius *a Clemente VII*, de Ruthenica Eccleſia Romanæ conjungenda ac Græcanico ſchiſmate damnando poſtulatus, bene ad id animatum ſe oſtendit; *quare jam dictus Pontifex ipſo anno* 1525 *in Moſcoviam* legavit Franciſcum Epiſcopum Scarenſem Internuntium, ut de modo ac ratione conjungendarum eccleſiarum conveniret. *Non cum* Joanne Baſilio (*ut hic iterum hallucinatur Raynaldus*) *ſed cum* Baſilio Joannis *filio, qui uſque ad annum* 1532 *ſuperſtes, ſucceſſorem habuit* Joannem Baſilidis, *puerum quadrimum. Hujus porro patruus ac tutor Georgius nihil prius videtur habuiſſe, quam ut nepoti ſuo Romanum Pontificem conciliaret: id enim colligitur ex Gabbutio in Vita S. Pii V, ad finem hujus primi tomi impreſſa, num.* 256, *ubi dicitur Pio Papa*

& Deiſs ſuo.

injecta

Google

A *injecta meus Legationem ad Moſcos deſtinandi*, quod olim ad Romanos Pontifices anteceſſores ſuos, Clementem ſeptimum, Paulum, & Iulium, utromque ejus nominis tertium, a Moſcorum Principibus legati miſſi fuiſſent, qui certa munera, Regia videlicet inſignia, ab Apoſtolica Sede poſtularent, & ut Sacerdotes aliique pii viri civilium artium opifices in Moſcoviam mitterentur: *quod aliud profecto non erat quam ſupromatum Eccleſiæ Romanæ agnoſcere, cujus Antiſtes præ ceteris omnibus jus haberet etiam Reges appellandi. Sedit Paulus ab anno* 1534 *uſque ad* 1549, *cui anno proximo ſuffectus Julius annis quatuor Pontificatum tenuit. In confinio autem utriuſque Pontificatus nata eſt concertatio de titulo* Czaris, *inter Moſcos & Polonos, quaſecunda iſti ſub Iulio legationi occaſionem attuliſſe videtur.*

Et etiam Czaris titulum a Papa petierunt,

15 *Concertationem ipſam pluribus deſcribit Albertus Kojalowicz ad annum* 1548 *& ſequentes; ubi ſic loquitur:* Slavonica ea vox non ſignificat Cæſarem aut Imperatorem (quemadmodum exterorum aliqui, ignoratione idiomatis adulationi mixta lapſi, vocitare ſolent Magnum Ducem Moſcoviæ) ſed Regem: Legati B tamen Regii, quod homo arrogans privata auctoritate inſolentem titulum invaſiſſet, Rege ſuo inſcio, recuſabant conſtanter eum fœderis tabulis inſerere. *Prudenter an ſecus diſceptatum eſt anno* 1550 *in Senatu Lithuaniæ, pleriſque affirmantibus* obſecondandum ambitioni *faſtuoſi juvenis, annum tunc 22 agentis, & ſubacto Caſanenſi regno tumidi*, ne materia belli nova præberetur, negando id, quod nullo damno concedi poſſet: ſolus prope Mareſcalcus obſtitit. Si enim qua facilitate nuper Baſilio titulum Magni Domini totius Ruſſiæ permiſerant, eadem nunc Ioanni (*Iuanum vocat ipſe*) conſentirent ut ſe Czarem Moſcoviæ ſcriberet; Moſcum procul dubio ſemper alios ſuper alios titulos ſibi arrogaturum, quibus falſæ invadendarum Lituaniæ provinciarum prætenſiones ad poſterorum memoriam tranſmitterentur . . . . . *Additum poſtea ab aliis eſt*, Cæſaris ac Czaris vocabula, ut litterarum ſimilitudine ſibi eſſe propinqua, ita ſignificationis ſenſu longe diverſa. Cæſaris titulum a Principibus variis honoris cauſa ſoli Romano Imperatori tribui, veluti primo inter Chriſtianos Principi; eum ab Ivano non appeti, ipſos Moſcos fateri: Czaris vero appellationem profiteri ſolos ſectæ Mahometanæ Principes: Lithuanos contra di- C gnitatem Chriſtiani nominis facturos, ſi communes cum barbaris honores ei tribuant. *Econtra Moſci indignari ac fremere, Domino ſuo negari* Czaris *titulum*, quem *ejus* patri Clemens Papa ac Maximilianus in ſuis litteris attribuere non neglexerunt. *Lithuani nihilominus perſtiterunt dicendo*, quod Czaris titulum conferre neque eſſe ipſius Ivani ſibi arrogantis, neque unius alteriuſve Principis aſſeverantis, neque arbitrii Regii: indigere omnino eam rem concordi omnium Principum conſenſu.

ſed opponentibus ſe Polonis

16 *Ita continuatum inter nationes eſt bellum uſque ad annum* 1572 *& Sigiſmundi Auguſti mortem: quando Ioannes, litigioſo forſan abſtinens titulo*, ſe Autocratora ſeu Monarcham univerſæ Ruſſiæ appellare cœpit; Lithuani vero, ne durante interregno novis turbis materiam præberent contradicendo, faſtu ac falſitate tumentem titulum ad tempus diſſimulare maluerunt: *quandonam vero etiam* Czaris *titulum ei ceſſerint, finiente hic ſuam hiſtoriam Alberto, definire nequeo. Certum eſt Romanum Imperatorem etiam nunc eo titulo dignari Magnum Moſcoviæ Ducem, potius quam* Autocratora *appellet (quod ipſiſſima nominis apud Græcos uſitati notione* Imperatorem *ſignificat) ſicuti ante Ioannem ſe appellavit ejus pater Baſilius, cujus ad Clementem Epiſtola apud Iovium ex eoque apud Raynaldum ſic inſcribitur*, Clementi Papæ, Paſtori ac Doctori Romanæ Eccleſiæ, Magnus Dominus Baſilius, Imperator ac Dominator totius D Ruſſiæ, nec non Magnus Dux Volodomeriæ, Moſcoviæ, Novogrodiæ . . . . Dominator & Magnus Princeps Novogrodiæ inferioris . . . . *quos etiam titulos primum ſibi uſurpaſſe Baſilii iſtius patrem Ioannem Baſilidem ſcribit Herberſteinius in Genealogia Ducum Moſcoviæ, anno* 1572 *ex ipſorum Annalibus excerpta, dicens, quod hic Ruthenicis rebus in magnam claritatem elatis*, titulum Magni Ducis Wlodomiriæ, Moſcoviæ & Novogardiæ ſibi uſurpare, ſeque Monarcham (ceu Czarum) totius Ruſſiæ appellare cœpit. *Imo idem auctor ex iiſdem Annalibus aſſerit, quod Imperator Baſilius, Monomachus cognomento, Wlodomiro primi Wlodomiri nepoti miſſis pro pace obtinenda legatis, cum alia munera regia obtulit, tum* Czaris *titulo eum donavit. Atque hinc quidem ſatis refelluntur Lithuani, dum titulos illos primum ſeculo 16 cœptos uſurpari dixerunt: non tamen ſatis docetur, quod eo Clemens Pontifex approbarit: quandoquidem Gregorius XIII, quantumcumque ſtudioſus demerendi Ioannis, eumque ad Romanam unionem adducendi, litteris ſuis apud Poſſevinum anno* 1581 *non aliter inſcribi juſſerit, ex ipſiuſmet Poſſevini inſtructione*, quam Ioanni Baſilii, Domino Ruſſiæ, Magno Duci Moſcoviæ, Novogardiæ, Smolenſciæ, Vlodimiriæ, Domino Caſani & Aſtracani, multarumque provinciarum Princi- E pi magno & deſideratiſſimo. *Cum enim non legamus, eum, qui pro* Czaris *titulo ſic certaverat contra Lithuanos, de ei jure in queſtum cum Poſſevino Legato; probabile ſit deſiiſſe illum pro ipſo obtinendo dimicare. Sed neque ante Paulum aut Iulium, neque Pium V, immediatum deceſſorem Gregorii, quidquam in hac re indulſiſſe, pendente illius ſuper eo titulo controverſia cum Lithuanis atque Polonis, ſatis ex eodem in jam dicta occaſione Ioannis apud Poſſevinum ſilentio videtur apparere.*

17 *Atque hæc tam prolixe deducere placuit: ad leniendam invidiam, quæ ſub nupero Clementis X Pontificatu Romana Curia Palatinos haud modica afflavit, dolentibus optimis quibuſque Cardinalium, quod* Czaris *titulo conſtantius quam par iis videbatur negato, ſucciſa fuerit ſpes ingentis fructus, quem faciebat legatio honeſtiſſima, anno* 1673 *miſſa ab* Alexio Michaelide. *Legationis caput Paulus* Meneſes *nuncupabatur, vir apprime Catholicus, gente Scotus, ſed pridem in Moſcovia habitans,* F *domo autem nobilis, utpote frater Baronis de Piſſodels. Sed cum hic attuliſſet litteras*, Clementi X *non aliter quam* Romanæ Eccleſiæ Directori *inſcriptas, & ea tunc tenuitas merito diſplicuiſſet; non potuerunt ii quos id ſpectabat unquam adduci, ut in reſponſi epigrapho aliam quam* Viri nobilis *appellationem redderent, aut ſaltem* Czaris *titulum adjungerent, ſine quo negabat Orator poſſe ab ſe deferri reſponſum, niſi ſuum caput certo perdere ipſique Catholicæ religioni periculum & damnum grande vellet creare; cui alioqui ſi morte ſua poſſet prodeſſe, non dubitaret vitam impendere. Sed quidquid ille obteſtaretur atque rogaret, docent eam vocem non ſignificare gentibus iſtis aliud quam Regem, idque ex Evangeliorum verſione vulgata, ubi locus iſte*, Non habemus Regem niſi Cæſarem, *per* Czar *&* Keſar *explicatur: Palatini tamen non deſierunt, prætexere injuriam Romano Imperatori faciendam: qui ubi rem intellexit, miratus eſt Romanis potiorem eſſe dignitatis ſuæ curam quam ſibi, qui Moſco titulum eum dare conſueſſet.*

Eorumdem captivo Romam Legato,

18 *Iam quod attinet ad* Moſcorum *erga Romanam unionem animum; fuerant quidem illi ſub Ioanne Baſilide alieniſſimi a Latinis; ſed alienationis tam grandis potiſſimum fundamentum erat, quod non alios fere Latinos noſſent quam Lutheranos hæreticos, ipſorum judicio vix Chriſtianos: nec alia ipſi Ioanni cauſa fuit invadendi occupandique Livoniam, quam quod Rex Poloniæ & Imperator Carolus V impunita dimitteret eorum horrenda ſcelera ac ſacrilegia, qui deſolabant monaſteria, ſpoliabant templa, Ruthenorum eccleſias varie polluebant, blaſphema multa in re-*

non imperaverunt, uſurparunt tamen non ſoli Cæſare,

poſt diſſenſo præjudicia quæ nobis creavit hæreſis Lutherana.

ligionem invehentes; quæ omnia illi vertebant in contemptum Romanæ fidei; in qua ſeptuaginta fides eſſent, interim dum ipſi tenerent unicam, a S. Andrea Apoſtolo, uti jactant, primò ſibi traditam, deinde ſub Vlodomero latius propagatam. In hac ne quid per novitates inductas alteretur, eorum Popi ſeu Parochi omni Catecheſeos publicicique ad populum ſermonis uſu abſtinent, & ſola Evangelia, ſanctorum Patrum homilias, & Divorum vitas Dominicis ac feſtis diebus prælegunt: unde intelligimus, quam nihil vulgus ſciat de ſchiſmate, deque articulis in fide controverſis, per acceptam a majoribus traditionem domi potius privatim, quam publico in eccleſia diſcens ſola illa, atque utinam integra! fidei capita, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, cum crebro Crucis formandæ, & aquæ ac aliarum rerum benedictarum uſu, nec non eximia cultu Sanctorum atque Imaginum ſacrarum, & rigida jejuniorum plurium obſervatione: quæ omnia cum Lutherani in magna haberent contemptu, mirum non eſt quod eos Moſci toto animo averſabantur. At poſtquam Religio in Polonia Lithuaniaque refloruit, & frequentes a Scotia Catholici, fidei cauſa voluntarii a patria ſua exules multitudine maxima in Moſcoviam migrarunt, alios paulatim de Latini ritus profeſſoribus ſenſus induit gens illa. Sane cum Caſimiro Regnum abdicante, de ſucceſſore ei dando diſceptaretur, & primogenitum ſuum deſignatumque heredem ſperaret Magnus Dux Alexius prædictus poſſe ad coronam recipi, propter commoditatem quam utriuſque gentis ſub uno Rege
[illegible] conjunctio polliceri videbatur ad retundendos unanimiter Turcarum conatus (quod ſperari non debebat niſi Latinarum non ſolum unionem profiteretur Princeps, ſed etiam ad eorum ritus tranſiret) coacta ſuper his Epiſcoporum Ruthenorum Synodus unanimi conſenſu declaravit, utrumque citra ſcrupulum fieri a Principe poſſe.

19 Quid autem aliud judicaſſent homines pii magis quam eruditi? cum hinc intelligerent varietatem rituum non ſcindere, ſed ornare Eccleſiam; utpote cum ipſis Apoſtolis cœptam: inde vero, ſublatis, quæ Lutheranorum abominationes nobis crearant, præjudiciis, paterent nullam aut vix ullam eſſe ſibi nobiſque in fidei profeſſione differentiam; eo dumtaxat excepto, quod Nicænæ formulæ addamus verbum Filioque; ipſi vero id non putent faciendum: non tam quia mordicus ſuſtinent a ſolo Patre Spiritum ſanctum procedere (cum eorum Clerus, Regularis æque ac Secularis, omni Theologico ſtudio careat domi, foris autem diſcere non permittatur) ſed quia veteris ſuæ fidei retinentiſſimi, omnem in ea alterationem, etiam explicationis cauſa factam, reformidant; quod genti ſimplici non magno ſane vitio verti debet. Iſtam porro iſtius, quam dixi, Synodi definitionem non eſt quidem ſecuta, quam ſperabant Moſci, Polonorum aſſenſio, ſiquidem ad eamdem coronam prenſantibus etiam Lotharingo & Enguiano Ducibus, quorum hunc Rex Chriſtianiſſimus, iſtum Imperator commendabant; potentes nimium corrivales juſtam formidinem incuſſerunt Polonis, ne pro uno quem eligerent Rege duos æque metuendos inimicos excitarent, mirabilique ſuffragiorum & animorum concordia, præter omnium expectationem Rex proclamatus eſt ex ipſa Polonica Nobilitate, die 19. Junii, anno 1669. Princeps Michael Wiſnowiſky, inuſitato jam pridem exemplo. Propterea tamen non eſt extinctum in Moſcis deſiderium conciliandi Pontificis; ſed anno, ut dixi, 1673. miſſa eſt Romam præmemorata Legatio: quam optato carere ſucceſſu, propter cauſas de quibus meum non eſt judicare, ideo forſan permiſit Deus, ut is honor Innocentio XI. ſervaretur, nunc Romanæ Eccleſiæ Pontifici Maximo. Idem enim ille, qui nuper tam pronus erat ad meliora, nunc paternum adeptus Imperium feliciter regnat, & inſtantiſſime agit pro fœdere adverſus communem hoſtem Chriſtianorum ineundo cum Polonis & Cæſare. Bellum certe futurum vix ambigitur, cujus occaſione certum eſt multum poſſe promoveri cauſam Religionis, modo erudiendæ gentis, ſchiſmatice dixi potius ignorantis quam tenentis, ratio commoda ineatur, qualem in ſuo Tractatu ad Gregorium XIII. Poſſevinus præſcripſit; optime animadvertens, fieri non poſſe, ut ſola Synodorum convocatione, & unius hominis atque epiſtolæ miſſione (quemadmodum hactenus factum fere eſt) obtineatur ſolida Eccleſiarum unio, præſertim lingua ac ritibus diverſarum; ſed opus eſſe variis illis modis, qui Chriſti Legatorum atque Apoſtolorum proprii ſemper fuere, & quos prælaudatus Gregorius XIII. exinde cœpit tam utiliter quam ſucceſſu patuit adhibere; erectis, non Romæ ſolum, ſed etiam alibi per provincias variarum gentium ſeminariis, & prædicatoribus fidei quaquaverſum directis, ex noſtra Societate aliiſque Ordinibus religioſis.

20 Interim ut eo, unde digreſſa eſt, revertatur oratio, & remotum maneat impedimentum, quod alias ferme inſuperabile imaginabatur ſibi Poſſevinus, ex parte eorum quos gentes Ruthenicæ colunt Sanctorum, quoſque veteribus Græcis permixtos habent hæ figuratæ Ephemerides; cujus interim Sancti,
videtur (ſalva ſemper majoris certiorisque auctoritatis reverentia, & poſita ſemel principio noſtra, de fide orthodoxa ab orthodoxis Græcis apud Ruſſos conſtituta) videtur, inquam, dubitari non debere, quin vere Sancti Orthodoxique & extra ſchiſmatis culpam poſiti poſſint haberi ii omnes, quos nunc Moſcovia, quantumvis ſchiſmatica, colit ut Sanctos. Numquam enim hanc de iis opinionem gens tota aſſumptura erat, niſi excellens quædam ac ſingularis virtutum Chriſtianarum claritas, certis indubitatiſque miraculis nixa atque poſt mortem probata eamdem induxiſſet. Si enim credimus (uti credere poſſumus, fortaſſis & debemus, niſi integræ maximæque nationi eam negamus fidem, quam putamus in re ſimili dandam noſtræ) ſi, inquam, credimus frequentiſſima eſſe & vera miracula, quæ ad Deiparæ, Sanctique Nicolai & aliorum quorumdam nobis quoque notorum Patronorum religioſam invocationem patrantur (utpote non aliud quam orthodoxum Cœlitum cultum affirmantia, neque ad ſtabiliendum ſchiſma ullatenus trahenda) cur ea quæ apud Indigetum ſepulcra non videntur debere
fieri dicuntur, habebimus erroris impoſturæve ſuſpecta, coli.
quamdiu nulla affertur in contrarium ratio, quæ ejuſmodi credulitatem evertat, niſi ſola præſumptio ſchiſmatis, ut ita loquar, originalis, erroneo ut videmus principio nixa? Cur in eo, de cujus contrario nobis non conſtat, ponemus ſimplici populo ſcandalum, & aptatæ unioni impedimentum fere inſuperabile, abrogari jubendo partem traditæ a majoribus religionis?

Ignorantia potius quam pertinacia.

JANUA-

JANUARIUS.

GRÆCORUM METRICUS.

A' Kalend. JΑνουαρίῃ πρώτῃ θάνεν ὁ ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ.
Ipſis occumbis Jani, BASILIE, Kalendis.

Magis ſolenniter colitur a Latinis die ſua Ordinationis ad Epiſcopatum Cæſareenſem in Cappadocia 14. Junii. De eo multa habentur Latine & Græce.

B' 4. Non. Θυμὸν ἀπέπτυεν ΣΙΛΒΕΣΤΡΟΣ δευτέρῃ ἠοῖ.
Spiritus efflatue SILVESTRI mane ſecundæ.

Latini feſtum ejus agunt 31. Decembris. Acta non ſolum Latine antiquitus habentur, ſed & Græco-Latina Combefiſius edidit.

Γ' 3. Non. Ἐκ ῥεθέων ΜΑΛΑΧΙΟΥ ἀπέπτατο ἐν τρίτῃ ἠώς.
Tertia lux animam MALACHIÆ ex corpore tollit.

Hunc Prophetam nos recolimus 14.

Τμηθεὶς ἀμφὶ τρίτῃ πίπτε ΓΟΡΔΙΟΣ ἐν κονίῃσι.
GORDIUS in cinerem cadit hac quoque luce necatus.

Centurio hic fuit & Martyr Cæſareæ in prædicta Cappadocia, inſcriptus etiam hodierno Romano Martyrologio. Extat de eo S. Baſilii oratio, præterea nihil.

Pro duobus ſequentibus diebus deſunt in Menæis, utique non raro circa varias partes defectuoſis, hexametra ſingula, quæ nolo per conjecturam ſupplere; felicior forſan aliquis ea ex aliis Mſſ. eruet, ſicuti nos ex Chifletiano Mſ. Synaxario ſupplevimus defectus varios diſtichorum, quæ ſolent elogiis ſingulis præmitti. Interim, ſignatis initio punctis, notabo titulum, quo cujuſque diei, hexametro deſtituti, Officium hic & alibi præſignatur.

Δ' 2. Non. . . . . . Προεόρτια τῶν Φώτων, καὶ ἡ σύναξις τῶν ἁγίων ἑβδομήκοντα Ἀποστόλων, καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΘΕΟΚΤΙΣΤΟΥ.
. . . . . Profeſtum Luminum, & feſtivitas ſanctorum ſeptuaginta Apoſtolorum; nec non S. P. N. THEOCTISTI.

Græci (qui Baptiſmum appellant φωτισμὸν, Illuminationem) die Epiphaniæ ſolennes baptiſmos facturi, quales in Latina Eccleſia ante Paſcha & Pentecoſten ſolebant fieri, tres eis dies profeſtos præmittunt, quorum hic ſecundus eſt. De LXX. Diſcipulis *Chriſti, quomodo vocentur* Apoſtoli, *infra dicetur.* S. Theoctiſtus *nudum hic nomen habet, cum illa honorifica appellatione* Sancti Patris noſtri: *alias in toto Officio verbum de eo nullum. Quis ſit, an* Siculus Hegumenus in Cucumo *monaſterio, an* Magni Euthymii ſocius in Palæſtina, *non divinamus.*

E' Nonis. . . . . . Προεόρτια τῶν Φώτων καὶ τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΘΕΟΠΕΜΠΤΟΥ καὶ ΘΕΩΝΑ καὶ τῆς ὁσίας ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΗΣ.
. . . . . Profeſtum Luminum & Sanctorum Martyrum THEOPEMPTI atq; THEONÆ nec non B. SYNCLETICÆ.

Priores duo die 3. adſcripti ſunt hodierno Romano, ambo ſub Diocletiano paſſi in Cilicia: quorum nuſquam extarent Acta! Tertia ſacrarum Virginum Antiſtita Alexandriæ, dicto Martyrologio adſcripta eſt hoc die. Vitam, ſeu potius ſpiritualium exhortationum ſyllogen, dedimus, jamq; etiam Græcam edidit ex duplici Mſ. Joannes Bapt. Cotelerius, tom. 1. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ, in Annotationibus ad eamdem dubium relinquens, utrum ſit vere S. Athanaſii, cujus nomen aliqui Codices præferunt. Ego in hujus Actis 2. Maji oſtendo auctorem, ſive is Athanaſius ſeu Polycarpus ſeu alio quocumque nomine dictus ſit, multo juniorem eſſe, totoque ſcribendi modo diverſiſſimum ab eo quem tunc colimus. Nota porro quod Ὅσιος *&* Ὁσία *fere dicatur de Monachis & Sanctimonialibus;* Ἱερὸς *de Presbyteris & Epiſcopis,* Ἅγιος *universim de cujuſvis conditionis ac ſexus Sanctis.*

ς' 8. Id. Βάπτισεν ἐν ποταμῷ ΧΡΙΣΤΟΝ Πρόδρομος κατὰ ἕκτην.
Peodromus in ſexta baptizat flumine CHRISTUM.

Theophaniorum feſtum Græci appellant, quod hoc die concurſu magno, peregrinorum præſertim, Græca Liturgia ſolennes ritus ſpectare cupientium, vidimus celebrari Romæ, in noſtro Græcorum Collegio, anno 1661. quando (ut ſub aſpectum unum proponatur totus Sacrorum ordo) ante ſacrificium fit Benedictio aquæ, quæ pridie ſub Veſperis fieri alias debuerat ante cœnulam, & hanc ſolito lautiorem, utpote in qua, non quidem lacticinia aut piſces, ſed buccella panis cum melle ad eſum, & vini aliquid ad potum permittunt jejuniorum monaſticorum Canones. Ritus autem benedicendæ aquæ ſimilis eſt noſtræ fontis Baptiſmalis benedictioni, in eo quod, uti Officians apud nos benedicto fonti immergit Paſchalem cereum in Vigilia Paſchatis; ſic Græcus Sacerdos in hac Vigilia immergat aquæ Crucem ab altari ſumptam, atque ad medium templum ubi proſtat vas aquæ benedicendæ delatam: cujus deinde aquæ aſperſione omnes præſentes ſanctificat, uti Rubrica in Menæis loquuntur.

Latini feſtivitatem hodiernam Græco quoque vocabulo nominant Epiphaniam, *id eſt* Oſtenſionem *ſeu* Manifeſtationem *Domini. Hanc autem ſimul triplicem venerantur, qua ſcilicet ipſius divinitas manifeſtata eſt Magis in Bethlehem, Joanni ad Jordanem, Diſcipulis in Cana Galilææ:* ſed quid potiſſimum hoc die factum ſit, *inquit S. Maximus,* noverit ipſe qui fecit. * *Manet interim quod dies 6. Januarii apud Latinos trium* Magorum *cultui ſit dedicatus, de iiſque agi potuerit ac pæne debuerit initio noſtri Operis. Quin igitur id factum? inquies. Noluit Bollandus noſter, in plurium controverſiarum pelagus præcipitare navim, vixdum e portu ſolutam, earum adhuc inexpertus ipſe; totumque diſquiſitionis prolixioris diſcrimen prudenter rejecit ad 23. Julii quo* Trium *(ut vulgo vocantur)* Regum Tranſlatio, *Mediolano Coloniam facta ſeculo 12. ſolenniſſime recolitur. Decennio poſt editum Januarium amicus ejus Hermannus Crombachius amplum de illis volumen edidit cum titulo Hiſtoriæ; ſed licet diligentiæ nulli pepercerit auctor, in ea tamen hiſtoriæ parte, quæ Evangelicum textum excedit, ad ſuos fontes reducenda, nihil reperit ſolidæ antiquitatis. Nam Dextri Chronicon, noviſſimi ſeculi hujus figmentum eſſe, ſatis ſuperque nunc conſtat: & Bedæ operibus adjuncta Collectanea, Bellarmino judice, nihil fere habent, quod ſit ingenio Bedæ dignum: nec alius ullus ſcriptor vel Græcus vel Latinus profertur per tot ſecula, uſque ad Friderici Barbaroſſæ tempora, qui nomina nunc vulgata uſurparit, nedum ea docuerit, quæ poſtea cœperunt narrari de Magorum poſt Chriſti mortem baptiſmo per Apoſtolum Thomam, ordinationeque Epiſcopali, & prædicato per ipſos populis Evangelio, ac morte denique pro Chriſti nomine illata a barbaris,*

* *Hic expoſita ſunt 14 Itinera, Itaque bente Appendice tom. 7. Maii pag. 319. col. 1.*

ris. Supereſt igitur adhuc integer labor, in ea diſquiſitione ponendus; ſi tamen operæ pretium ſit in tam obſirmato totius antiquitatis ſilentio poſteriorum temporum divinationes hallucinationeſque ſectari atque colligere, & Joannis Hildeſienſis fabuloſam *(ut ipſe agnoſcit Crombachius) de hoc argumento* farraginem *ventilare. Nobis certe, cum ad Julium pervenerimus, ſatis erit prædicto Translationis fidem indubitatam reddere, Colonienſiumque in iſtis corporibus honorandis religionem tueri, tot illuſtribus monumentis miraculiſque divinitus & humanitus confirmatam.*

Ζ'. Μνήμα ἑβδομάτη ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ λάχεν αἰδοίοιο.
7. Id. Septima Baptistæ memores jubet eſſe colendi.

Notandus hic Græcorum ritus, quo poſt ſingula majora Chriſti Domini aut Deiparæ feſta, ſubjungunt memoriam eorum Sanctorum, qui propius ad myſterium concurrerunt. Ita poſt feſtum Hypapantes ſecunda Februarii, ſequitur memoria Juſti ſenis Simeonis, qui ſuis ulnis Chriſtum excepit: & ſic de ceteris. Hic vero 7. dies Januarii eo etiam ſolemnior erat Conſtantinopolitanis, quod pariter recolebatur memoria manus in urbem Regiam translatæ ſub Imperatoribus Conſtantino & Romano Porphyrogenitis, id eſt ſeculo X. Dicitur autem Antiochenus quidam Diaconus, Job nomine, eam attuliſſe ab Antiochia, quo eam olim ex urbe Sebaſte, in qua ſepultus Joannes fuit, Lucas Evangeliſta detulerat. Notabilis quoque eſt ejus imago ad hunc diem, in Menæis excuſis deſignata cum magnis ad humeros alis, propter titulum Angeli *eidem ex Scripturis aptatum.*

Η'. ΔΟΜΝΙΚΑΝ ὀγδοάτῃ πότμο λάβε νὺξ ἐρεβεννή.
8. Id. Domnicam octava mortis nox abſtulit atra.

Abbatiſſa fuit Conſtantinopoli, & habemus jam Vitam, Græce ac Latine dandam in ſupplemento Januarii, ad quod etiam optaremus Acta Græca SS. Juliani & Baſiliſſæ, *pro die ſequenti, qualia vidiſſe ſe Allatius ait; eo quod, cum auctorem præſentem ac videntem præſeferant, conficta tamen ea eſſe nunc arbitremur, ob cauſas facile a poſteris veſtigia noſtra preſſuris agnoſcendas: quamvis ea in principio Operis nos latuerint, minus adhuc expertos ad talia ſecernenda.*

Θ'. Ἀμφ' ἐνάτῃ, ΠΟΛΥΕΥΚΤΕ, τομὴ μέγα δῶκέ σοι εὖχος.
5. Id. Grande tibi, Polyeucte, decus dat ſectio nona.

Martyr Melitinæ in Armenia ſub Decio: apud Latinos memoratur 13. Februarii. Acta Græca triplicia habemus.

Ι'. ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ δεκάτῃ θανάτου νέφος ἀμφεκάλυψεν:
4. Id. Gregorium decima mortis ſors ultima obumbrat.

Nyſſenus hic eſt, qui a Latinis 9. Martii colitur, ubi de libris ejus contra Eunomium, aliter quam hactenus editi ſunt ordinandis, demonſtrative diſſerui.

ΙΑ'. Ἐν δεκάτῃ ἑνὸς βίου λῖπε ΚΟΙΝΟΒΙΑΡΧΗΣ.
3. Id. Undecima vitam dimiſit Cœnobiarcha.

Videlicet Theodosius *in Palæſtina: cujus Vitam ab auctore coævo, non tamen a Cyrillo diſcipulo eſſe ſcriptam, certo jam nobis conſtat, ex chronologica Synopſi ipſiuſmet Cyrilli de vita ſui Magiſtri ejuſque ſcriptoribus: quam Synopſim nunc habemus, æque ac alteram ab eodem Cyrillo laudatam S. Theodoſii Vitam, auctore Theodoro Epiſcopo Petrarum, utramque dandam ad ſupplementum Januarii. Ipſe autem Sanctus adſcriptus eſt hodierno Romano.*

ΙΒ'. Τῇ δυωδεκάτῃ ΤΑΤΙΑΝΗΣ αὐχένα κέρσαν.
2. Id. Luce duodena Tatianæ colla reſciſſa.

Quæ hujus Acta habentur apud Græcos, eadem a Latinis leguntur ſub nomine S. Martinæ, *& ſic ea dedimus 1. Januarii, quo die hæc antiquitus colebatur, nunc translata ad diem 30. pro commoditate majoris ac liberioris cultus. Acta iſta, per licentiam plus quam poeticam adornata, ſi nunc a nobis examinari & edi deberent, ſeveriori nota caſtigarentur.*

ΕΡΜΥΛΟΝ ἠδ' ΕΤΑΡΟΝ δεκάτῃ τρίξε τρίτῃ Ἴστρος. ΙΓ.
Hermylus & Socius poſt hanc merguntur in Iſtro. Idibus

Socius Stratonicus *eſt, Martyrii locus Myſia: ambo Romano hodierno ſunt inſcripti ex Actis a Lipomano primum editis, quæ habemus etiam Græce danda in ſupplemento.*

ΑΒΒΑΔΑΣ ἀμφὶ τετάρτῃ & δεκάτῃ κτάνε χαλκός: ΙΔ'.
Abbates quarta & decima dant colla ſecuri. 19. K. Feb.

In Sinai *ſcilicet, primum* Sabbas, Eſaias, *& ſocii 36. ſub Diocletiano a Saracenis occiſi; deinde ab iiſdem aliiſve barbaris alii ibidem & in* Raithu. *Primorum meminit, & ſecundorum Acta, quæ Græce habemus, pathetice deſcripſit Nilus Monachus, cujus filius Theodulus Martyrum unus fuit. Eorumdem quoque hiſtoriam Ammonium ſimiliter & monachum & oculatum teſtem contexuiſſe, aſſerit Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis, ſæpius hic allegando: hanc autem hiſtoriam vehementer optamus habere, aut ſcire unde ſit petenda. Simul omnes, non ſine confuſione aliqua, inſcripti ſunt hodierno Romano.*

Βλάστε Θηβαῖδος πέμπτῃ καὶ ΠΑΥΛΟΣ ἀμύμων. ΙΕ'.
Thebæus Paulus decimaquintaque coruſcat. 18. Kal.

Latini hunc colunt die X. *& ſuas de eo Lectiones Romana Eccleſia ſic orditur:* Paulus Eremitarum Auctor & Magiſter; *& tamen nunquam ille ſe obſtrinxit votis quæ Religioſum (ut nunc loquimur) facerent, nullos diſcipulos conſtituta a ſe regula informatos dimiſit: ſed (ut ſcitur ex Actis) ſororis injuria & perſecutionis metu, nullo hominum conſcio, extra eorum conſpectum ſeceſſit, atque ad interiorem eremum paulatim progreſſus uſque ad mortem delituit, uni S. Antonio ſemel conſpectus dum viveret. Quid ergo moleſti nobis ſunt aliqui, objiciendo Patres aliosve ſcriptores, qui* Eliam Prophetam *&* Joannem Baptiſtam, *ut monaſticæ Profeſſionis* Duces, Principes, Auctores, Magiſtros *laudant? quaſi hæc eis competere non poſſint abſque religioſorum nuncupatione votorum, neque ſolum vita ſolitaria qualiſcumque ab iis ſumptum exemplum ſufficiat ad ejuſmodi encomia.*

Πέμπτῃ & δεκάτῃ καλύβῃ μύσεν ἑὴν ΙΩΑΝΝΗΝ.
Tugurio ſeſe Joannes clauſit eadem.

Hujus pervetuſta memoria extat Romæ in inſula Tiberina, quin & corpus ibidem haberi creditur. Hinc vulgari errori (cumque etiam Baronius hodierno Romano ipſum inſcripſit) data occaſio, ejus hiſtoriam, primo Græce deſcriptam, quam ſuo etiam tempore daturi Græcam ſumus, veteri Romæ adſcribendi; cum ex ipſamet evidentiſſime liqueat, eam novæ Romæ, id eſt Conſtantinopoli totam deberi, ubi natus fuit, & aliquamdiu Monachum inter Acœmetas profeſſus; denique a longinqua peregrinatione redux, paternæ domus angulum ignotus incoluit. Unde fit ut nec minimum quidem veſtigium Joannis *iſtius in ullis antiquis Latinæ eccleſiæ* Martyrologiis *inveniatur: & veroſimile ſit eodem tempore, quo Veſontionem in Burgundiam Caput, Romam quoque allatum fuiſſe corpus, id eſt poſt captam anno 1204. a Latinis Conſtantinopolim. Idem qui* Kalybita, *ab eo quod habitavit in tuguriolo, etiam* ὁ διὰ Χριστὸν Πτωχὸς, Propter Chriſtum pauper *cognominatur.*

ΣΕΙ-

Iϛ'. ΣΕΙΡΗΝ φροσκυνέω ΠΕΤΡΟΥ δεκάτῃ ἐπ' ἕκτῃ.
17. Kal. Ad decimam ſextam venerabor VINCULA PETRI.

Eudocia, Theodoſii Junioris uxor, ſeculo Chriſtianæ æræ quinto, ex accepta Hieroſolymis Catena *partem Conſtantinopolim detulit, partem Romam ad filiam Eudoxiam miſit: quarum hæc ſimili quoque feſto Kalendis Auguſti celebrando occaſionem dedit, cum applicata alteri catenæ, quo idem Apoſtolus Romæ fuerat in carcere Mamertino conſtrictus, ipſi mirabiliter inhæſiſſet: iſta vero hodie ſolenniter monſtrabatur Conſtantinopoli.*

IZ'. Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΑΝΤΩΝΙΟΝ εἶδεν ἄνω.
16. Kal. Septena decimaque ANTONIUS aſtra petivit.

Hujus ubique notiſſimi Vitam, a S. Athanaſio ſcriptam ſic illuſtravit Henſchenius, adeoque ſolide auctori ſuo vindicavit adverſus cavillos heterodoxorum; ut vir eruditiſſimus inter eos Gerardus Voſſius, convictum ſe ingenue faſſus, numquam amplius hæſitaverit in ea ſub nomine S. Athanaſii allegandâ.

IH'. Τέρχυσαν ὀγδοάτῃ δεκάτῃ νέκυν ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.
15. Kal. Mortuo ATHANASIO decima atq; octava parentat.

Vitam ejus ex propriis fere ſcriptis collectam daturi, præmittimus ordinem ſcriptorum ejus apologeticorum, ſatis diverſum a vulgato: & in fine quærimus diem verum mortis: neque enim quia in hiſce verſibus plerumque mors indicatur, ea ſemper in talem diem revera incidiſſe credi debet, quod ſemel proderit hic notaſſe. Celebratur ergo hodie translatio quædam ei & S. Cyrillo, *atque Patriarchæ Alexandrino, communis, communi etiam apud Græcos feſto: Latini ſeorſim ſingulos,* Athanaſium 2. *Maii,* Cyrillum 28. *Januarii venerantur.*

IΘ'. Τῇ μακάρων λάχεν αὐλὴν ἐννεακαιδεκάτῃ ΜΑΚΑΡΙΟΥ.
14. Kal. MACARIUS nona decima capit aula beata.

Ex duobus hujus nominis inter Ægypti monachos celeberrimis, alter Ægyptius cognominatur, Alexandrinus *alter ſive* Romanus, *& utriuſque commemoratio ita hodie jungitur a Græcis, ut (niſi quod diſtincta ſint utriuſque elogia) totius Officii curſus procedat in ſingulari, tamquam de unico. Latini* Romanum *11. hujus,* Ægyptium *15. colunt.*

K'. Λῆξε βίου ΕΥΘΥΜΙΟΣ ἐν εἰκάδι ὑγεάτης.
13. Kal. Vigeſima EUTHYMIUS vitam terraſque reliquit.

Abbas hic prope Jeruſalem vixit: ejuſque meliora, quam quæ hactenus extant, Acta Græca, ut vere a Cyrillo deſcripta ſunt, ſervamus pro Supplemento. Inſertus eſt autem hodierno Romano.

Præter hunc recolitur a Græcis memoria S. P. N. Euthymii Junioris 4. *Januarii; & 2. ac 18. Aprilis* memoria S. P. N. Euthymii Thaumaturgi: *accedit ex Allatio (qui Encomium ab Petré Gregorio Cyprio Patriarcha Conſtantinopolitano vidit)* S. Euthymius Epiſcopus Madytarum: *quæ unumne an tres diverſos ſpectent, non definimus, ſed expectamus ut aliunde accipiamus ipſum iſtud encomium, lucem haud dubie aliquam allaturum, ſimul cum diei notitia, qua poſtremo nominatus obiit coliturque.*

KA'. Εἰκάδι ἐ πρώτῃ πότμος ΜΑΞΙΜΟΥ ὄσσ' ἐκάλυψεν.
21. Kal. Vigeſima & prima oculos tibi, MAXIMA, clauſit.

Nihil nos in Januario noſtro de hoc inſigni ſub Heraclio contra Monothelitas Confeſſore, utpote nulla adhuc ejus Acta nacti, ideoque expectantes 13. Auguſti, quando colitur a Græcis Translatio ejus. Nunc illa habemus ex Mſ. Ducis Sabaudiæ, nec illa tantum; ſed etiam omnia ejus opera in lucem duobus tomis edidit amicus noſter Franciſcus Combefiſius, 2. Kal. Aprilis anno 79. Pariſiis pientiſſime defunctus. Addi iſtis poterit, ſi aliquando integra inveniatur, Vita alia brevior, cujus contextum variis corroſorum foliorum hiatibus interruptum, qualem habere potuimus, tranſcripſimus Mediolani ex quodam Ruſcienſis in Calabria monaſterii Codice, ante annos quadringentos exarato: ſic autem ea incipit. Καὶ πῶς ἂν τὸ πνεῦμα τὸ φιλοκάλον μέμψιν ἐγκλίνοιμεν, μὴ τὸν Ὁμολογητὴν τὸν πολλοῖς ἐν λόγῳ Μάξιμον τὸν κλεινὸν προτιθεῖσιν εἰς μέσον, ἐν τῷ μεγάλῳ τούτῳ ἐν ὑπερφυεῖ κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἀνδραγαθήματι;

Εἰκάδι δευτερίῃ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΣ βρόχον ἔτλη. KB'.
Paſſus ANASTASIUS laqueum eſt deni loce ſeconda. 11. Kal.

Natione Perſa, *martyrium fecit in Paleſtina ſub Choſroe anno 628. Acta ejus in Concilio II. Nicæno recitata & laudata dedimus ex originali Latina, Græca pro Supplemento ſervamus; atque utinam interim accipiamus integra ejus miracula, ab auctore, anonymo quidem; ſed oculato conſcripta, quæ nobis finiuntur cum principio miraculi* 17 De muliere, *ſeu potius puella energumena, cujus liberationem Aſcalone impetravit mater, ad collum ejus alligens particulam ex nervo ſacra manus, & corpus ungens oleo per ejuſdem tactum ſacrato.*

Εἰκάδι δὴ τριτάτῃ πέσον, ΑΓΑΘΑΝΓΕΛΕ, ΚΛΗΜΗ. KΓ'.
Vicena caditis ternaque, AGATHANGELE, CLEMENS. 10. Kal.

Epiſcopus Ancyræ in Galatia Clemens, *cum tribus Diaconis* Agathangelo, Chriſtophoro ac Charitone & pluribus pueris, *Sub Diocletiano & Maximiano Martyrium ſubiit, cujus duplicia Acta Latina dedimus, Græca reſervamus.* Clementem & Agathangelum *Romano hodierno Baronius quoque adſcripſit.*

Οὐρανὸν εἰς ξενίῳ ΞΕΝΗ εἰκάδι ἦλθε τετάρτῃ. KΔ'.
Vicena quarta cœli XENA celſa petivit. 9. Kal.

In Urbe Roma, non illa veteri, ſed (ut ego quidem exiſtimo) nova nobiliter nata, & in ſeculo dicta Euſebia, primo navi Alexandriam, ibique agnoſci metuens Mylaſſam in Caria petiit, mutatoque nomine ignota obiit, ſeculo Chriſti v. Vitam auctore æquali Anonymo dedimus, textum Græcum daturi in Supplemento.

Εἰκάδι ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ θεορρήμων ἔκτανε πέμπτῃ. KE.
GREGORIUS, divina loquens, eſt deinde ſecutus. 8. Kal.

Cognomento Theologus, *& a patria* Nazianzenus, *colitur a Latinis 9. Maji, quando Vitam ex ejus operibus atque aliunde collectam a Card. Baronio ex ejus Mſ. damus, oſtendimus autem eumdem æquo ac ſocium* Baſilium, *multo quam paſſim credatur citius natum, adeoque & ſeniorem obiiſſe. Conſtantinopoli celebratur tamquam illius urbis Archiepiſcopus, ſicuti revera fuit: ſed ipſe pacis communis cauſa cedere maluit, & Nazianzum reverſus ad ſuum ſuburbanum, carmen de vita ſua compoſuit, quod Latina proſa redditum exhibemus.*

Παισὶν ἅμ' ἠδ' ἀλόχῳ ΞΕΝΟΦΩΝ θάνεν εἰκάδι ἕκτῃ. Kϛ'.
Cum Pueris XENOPHON poſt illum Uxorq; obierunt. 7. Kal.

Uxor, Maria, *filii,* Arcadius & Joannes *nuncupabantur; Conſtantinopolitani omnes, & monaſticam vitam Hieroſolymis amplexi, tandemque in mutuam agnitionem adducti. Acta Latine dedimus Othone Zylio noſtro interprete: Græca eadem in Supplemento dabuntur.*

Ἄγεν ἐν ἑβδομάτῃ χόματος δέμας εἰκάδι ΧΡΥΣΟΥΝ. KZ'.
AUREILOQUI corpus vigeſima ſeptima reddit. 6. Kal.

Eſt hic dies delati Conſtantinopolim corporis (nam in exilio Sanctus obierat) non ſolum Græcis venerabilior, ſed ſolus a Latinis celebrari ſolitus: adeoque nunc erant nobis danda

illius

illius Acta. Sed cum ea valde prolixa eſſent, & longe ſupra opinionem excreviſſet ſub ipſis manibus Januarii moles, coacti ſumus in diem mortis, qui 14. eſt Septembris, differre omnia. Neque conſilii pœnitet, quia interim prodierunt ſtudio Emerici Bigotii V. C L. qualia ab eruditis univerſis jam pridem expectabantur: & Godefridus Hermant totam vita temporiſque iſtius hiſtoriam eodem ſucceſſu, quo SS. Athanaſii, Gregorii, Baſilii atque Ambroſii res geſtas illuſtravit, lingua quidem Gallica, ſed annotatis accurate ad marginem locis unde deprompta ſingula, & obſervationibus opportuniſſimis ad calcem librorum adjectis: quibus utriſque libenter me adjutum fateor in Actis SS. Athanaſii atque Gregorii Nazianzeni.

ΚΗ' 5. kalend. Εἰκάδι ὀγδοάτῃ νέος ΕΦΡΑΙΜ ἄμβροτ' ἀνέπτη.
Spiritus hinc EPHREM octava eſt ſublatus ad aſtra.

Colitur a Latinis 1. Februarii: neutro tamen die mortuus, ſed æſtate vel Autumno. De eo poſt Gerardum Voſſium, per quam accuratum operum ejus interpretem & ſcholiaſten, prolixe in noſtro Februario agitur: ubi hoc ſolum addi deberet, Vitam SS. Abrahami & Mariæ neptis ejus alterius eſſe Ephrami, non Edeſſeni, ſed Græci in minori Aſia, forſan Cariæ Epiſcopi, ſeculis aliquot junioris.

ΚΘ' 4. Kal. Ἐννάτῃ ΙΓΝΑΤΙΟΙΟ ἱεροῖο εἰκάδι τύχθη.
IGNATII exuvias vigeſima nona revexit.

Romæ ſcilicet, ubi ſub Trajano fuerat a leonibus laceratus, Antiochiam, ubi Epiſcopus fuerat: a Latinis poſt reliquias Romam relatas colitur 1. Februarii, ubi de eo agimus, Græca in Supplementum operis aſſervantes; & epiſtolas, ſub ejus nomine editas, in tres claſſes diſtinximus, ita ut alias certo ipſius eſſe, de aliis minus certo oſtendamus conſtare, quaſdam veroſimilius fuiſſe ſuppoſitas.

Λ' 3 kal. Λάμψεν ἐνὶ τριακοστῇ χρυσοτριαδικὸς αἴγλη.
Sole nitet triplici menſis trigeſima Jani.

Feſtivitate ſcilicet tribus præcipuis Eccleſiæ Græcæ Doctoribus communi, Baſilio *Magno,* Gregorio *Theologo ſeu Nazianzeno, &* Joanni *Chryſoſtomo: in quod feſtum varia variorum illuſtria encomia Græca reperiuntur, quæ in unum corpus ſi quis omnes colligaret Græco-Latinas, juſtum & elegans Opus foret: multo autem grandius evaderet illud, quo quis omnium Sanctorum encomia ab Actis eorum diverſa & ab oratoribus illuſtribus Græcis ſcripta per ordinem anni digeſta evulgaret: quod tamen aliis cogimur faciendum relinquere, iis quæ immediate ad hiſtoriam ſpectant ægre ſufficientes.*

ΙΠΠΟΛΥΤΟΝ τὸν τῇ τριακοστῇ ἱεραῖς ῥίψαν.
HIPPOLYTUMQUE eadem ſub ponti gurgite merſit.

In operibus ipſi attributis & in elogiis Menæorum paſſim appellatur Papa Romanus, *& ſub* Claudio Imperatore *paſſus dicitur. Fuit is, ut ſummum,* Epiſcopus Portus Romani. *Sub Claudio perſecutio Chriſtianorum nulla fuit, cum prima omnium ſit Neronis; Baronius ergo ſubſtituit* Alexandrum, *ad cujus tempora ipſe perduxit ſcriptum aliquod de Canone Paſchali, qui Canon etiam cum ejus ſculpta effigie repertus in marmore eſt. Deinde non in mari, ſed in fovea, quæ adhuc monſtratur, paſſum eſſe habet traditio Portuenſium. Hæc ergo omnia examinanda & illuſtranda erunt 22. Auguſti, quo colitur* Hippolytus *hic a Latinis: nam* Hippolytus *quem iidem Latinorum faſti hoc die ponunt, Antiochena Eccleſiæ Presbyter ſolum fuit, idemque Novatiano ſchiſmati aliquando implicitus. Habemus ſinceriora* S. Aureæ, *pariter paſſa, Acta, in quibus res tota adſcribitur tempori* Alexandri Imperatoris, *ipſo anno 222. die 2. Martii regnare exorſi, quo prædictus* Hippolyti Canon *terminatur; &* Portuenſis *pro eodem tempore* Epiſcopus, *iſtic appellatur* Cyriacus; Hippolytus *vero appellatur* Arabum Metropolitanus. *Idem ſecutus eſt Gelaſius, Papa, multo majoris, ut vetuſtatis, ſic auctoritatis, quam Nicephorus & Calliſtus & Joannes Zonaras, qui* Hippolytum Epiſcopum Portuenſem *credidiſſe inveniuntur. An autem inter Romanorum Pontificum Vicarios, de quibus ſæpius ad tria prima ſecula in noſtro Conatu Chronico hiſtorico, locus eſſe poſſit alicui* Hippolyto, *qui Martyrium fecerit ſub Claudio II. Imperatore & Dionyſio Papa, unde Græcis occaſio ſit data ipſum quoque nominandi* Papam Romanum, *& Hippolyti ſcriptoris Chronologiam turbandi, haud facile definiverim.*

. . . Τῶν ἁγίων καὶ ἀναργύρων θαυματουργῶν ΚΥΡΟΥ καὶ ΙΩΑΝΝΟΥ. ΛΑ'
. . . Sanctorum & ſine mercede miracula curationis patrantium CYRI & JOANNIS. 2. kal.

Hic miles, iſte medicus & monachus, ambo Martyres in Ægypto ſub Diocletiano, etiam Latinis ob Reliquias olim Romam translatas notiſſimi. Encomium utriuſque ſcripſit S. Sophronius; neque id tantum, ſed impetrata per eoſdem ſanitate etiam miracula, tam prolixe, ut quæ de iis nos dedimus, epitome ſolum ſint: integrum ergo Opus Græco-Latine dandum ſervamus pro Supplemento.

AD FIGURATAS EPHEMERIDAS

PRÆFATIO.

QUia multi ex his figuratis in Ephemeride metrica nomen habent, de quibus jam ſupra dicta ſufficiunt: ut hinc eo recurrat lector, addito ad nomina ✠ ſignificabo; aliis qui nihilominus coluntur a Græcis, addetur † cum congrua aliqua declaratione. His vero quædam mihi præmonendus eſt lector.

1 Tam ſcrupuloſe obſervant Moſci nomina addenda Sanctorum imaginibus, ubicumque & qualitercumque expreſſis, ut contrarium nunc plerorumque Latinorum uſum neceſſe habuerit Poſſevinus excuſare, ſic ſcribens illorum Magno Duci. Quod autem Rutheni tui mirantur, nos piis imaginibus nomina eorum Sanctorum, quos repræſentant, non ſemper, ut ipſi faciunt, adſcribere; ſcito, ſi nominum illorum adſcriptio ideo eſt neceſſaria, ut ex ea ſancti illi viri agnoſcantur; jam eam haud neceſſariam eſſe iis qui ipſos noſcunt. Catholicis autem primo aſpectu innoteſcere Chriſtum crucifixum, beatiſſimam Virginem, & pleraſque alias Sanctorum imagines quis dubitet? Præterea ſi nominis adſcriptio neceſſaria ſit, quid illa faciet idiotis, legere neſcientibus, quales plerique omnes ſunt Rutheni, cum potius ipſemet imagines, loco literarum & ſcripti, idiotis adhibeantur? Quod ſi dixeris (ut mihi tui dixere) in ipſa nominis adſcriptione virtutem aliquam conſiſtere; tu ſapiens es, qui intelligas, in notis ejuſmodi nullam, ſed in ſenſu ac fide, ſitam eſſe vim atque virtutem. Attamen non improbamus eorum conſuetudinem, qui pietate, non ſuperſtitione adducti nomen imaginibus adſcribunt; ut alii (cum quod ignorant intelligant) ea etiam ratione pias a profanis imaginibus dignoſcant: quod ſane crebro Latini quoq; Catholici faciunt. *Hactenus Poſſevinus, cum pro Moſcis reſponderi nihilominus potuiſſet, pietatem eorum in hac parte, & ſcandalum quod ex nominum omiſſione accipiunt, procedere ex conſtantiſſima*

eorum

eorum quos in principio ſemel acceperant rituum obſervantia, quæ eis addi vel detrahi nihil patiuntur: fuiſſe autem antiquiſſimum iſtum non ſolum Orientalium ſed etiam Occidentalium Eccleſiarum conſuetudinem, probare poterunt quotquot ſunt Romæ operis antiquioris muſiva ac tabulæ. Reſponſum dari poſſet quærenti cauſam, ob quam iidem Rutheni improbent ſculptas, quamvis Sanctorum, imagines, nec eas in eccleſiis ſuis tolerent: quia ſcilicet eas in eccleſiis ponere non acceperint a Græcis, alioqui ſtatuas nequaquam averſatis, uti apparet ex illa celeberrima ſancti Salvatoris imagine, Conſtantinopoli erecta ſupra portam ut vocabatur auream, de qua nobis agendum erit in Actis S. Theodoſiæ dandis 29. Maji.

II *Laudat Moſcos Poſſevinus quia* pias imagines decentiſſime pingunt, nudas in iis corporis partes omnino exhorrentes (*niſi quatenus eas præciſa neceſſitas myſterii vel hiſtoriæ repræſentandæ exigit*) *uti in his tabulis videre eſt. Quare cum adducebantur a Poſſevino ex Moſcovia ad Pontificem Legati*, eos maxime offendebat, cum vel in hoſpitiis ſigna turpitudinum cernerent, vel imagines, etiam pias, ad laſciviam depictas; nudas vero ſtatuas & cetera diabolica figmenta in aliquorum domibus & hortis. *Quæ pictorum ſculptorumque noſtratium licentia, majora quotidie incrementa capiens, ſeveriorem profecto ſacri ac civilis Magiſtratus cenſuram meretur, quantocumque cum artis procacis damno id fieret: nec enim minus ejuſmodi picturæ ac ſtatuæ nocent quam libri parum caſti, & utriſque æqualiter flammæ debentur, ſi non illis magis, quæ etiam idiotis offendiculum objiciunt. Proinde optabile omnino videtur, ut* Innocentii XI. *caſtiſſimus zelus, quo Romæ invigilat ad verecundiæ & honeſtatis muliebris cuſtodiam, ſeveriſſime prohibens omne veſtium genus, colli & collo ſubjectarum partium ac brachiorum nuditates non obtegentium, ad publica iſtæc ſtatuarum ac picturarum ſcandala amolienda, aliquando etiam ſe convertat.*

III *Quæ hic in principio cujuſque tabulæ ad nomen ſingulorum menſium apponuntur verba, non explicabuntur hac vice, idonei interpretis defectu: quem ne valde anxie requirendum putarem fecit anno 1679. oblata commoditas, per ſplendidam illam, quæ Viennæ comparuit, Legationem Moſcorum; quorum interpres unus, cum quatuor poſtremorum menſium ſculptas hic tabulas explicandas ſuſcepiſſet, in duabus earum, Septembris ſcilicet atque Octobris, primam lineam ſic legit, ut Septembre quidem diceret*, Septies ſi cadat juſtus, ſurgit: Prov. 24. Octobre vero, Fame mentis marceſcentes pane verborum ſuorum, unum credere Dominum panem vitæ noſtræ indixit. *Frigida profecto ſententia: quibus ceteras ſimiles eſſe cum poſſemus præſumere, non erat cur explicationis cauſa e longinquo petenda (rediérunt enim in Moſcoviam Legati) properantia prela ſiſteremus. Oro tamen mixtos Lithuanis Ruthenos, eos maxime, qui Vilnæ vivunt S. Baſilii inſtitutum profeſſi, ut illum qualemcumque defectum ſupplere velint: ſed multo inſtantius eos rogo, ut quæcumq; alia vel ſcripturæ vel explicationis noſtræ errata, benigne correcta ad me remittant, ſaltem ad inſtructionem poſterorum. Addant etiam Signorum Zodiaci hic deficientia nomina, quia in ectypis noſtris omnino nequeunt diſcerni characteres, quibus ea ſcribere debuiſſem, præterquam in paucis: quod ſi eadem ſigna non ſunt ad normam Moſcoviticorum exemplarium repræſentata, excuſare quæſo placeat pictorem, cui in hac parte (uti & in loculis pleriſque hiſtorialibus) indulgeri debuit, ne ſeſe omnino adſtringeret inſulſiſſimæ quam præ oculis habuit coordinationi figurarum atque invenuſtis omnino lineamentis. Hac præfatione aggredior ſingulas tabulas, & ſingulorum in unaquaque loculorum epigraphas, quatenus poſſum explicaturus; conferendo eas nonnumquam cum* Kalendario Ruthenorum, *quod Poſſevinus in ſuo Apparatu ad verbum* RUTHENI *legendum proponit, non ſatis peritum ubique interpretem vel lectorem nactus: nonnumquam tamen aliquid ſuggerens, quo mendoſa tabularum ſcriptura corrigatur.*

JANUARIUS.

MOSCORUM FIGURATUS.

I *CIRCUMCISIO D. N. JESU CHRISTI* † *BASILIUS CAPPADOCIÆ* ✠ Epiſcopus.

Quoniam omnes non ſolum Patriarchæ, Metropolitæ & Archiepiſcopi, ſed etiam Epiſcopi in hiſce tabulis exprimuntur palliati, abuſus hujus initium meretur hic ex Luitprando notari. Is in legatione ad Nicephorum Phocam ſic loquitur: Videmus Conſtantinopolitanum Epiſcopum Pallio non uti, niſi ſancti Patris noſtri, *id eſt Papæ Romani*, permiſſo. Verum cum impiiſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens impleverat, Romanam civitatem ſibi uſurparet; Dominumque Apoſtolicum *Joannem XI.* quaſi ſervum proprium in conclavi teneret, *anno 934.* Romanus Imperator filium Theophylactum Eunuchum, Patriarcham conſtituit. Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, miſſis eo muneribus ſatis magnis effecit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, quarum auctoritate tum ipſe tum ſucceſſores, abſq; Paparum permiſſu, Palliis uterentur. Ea quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non ſolum Patriarchæ, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ Palliis utantur.

II *SILVERTER* ✠ Romanus Papa.

Scribitur hic Selibeſtros, *ſed hæc aliaque ſimilia depravatæ ſcriptionis menda, genti Græcam linguam multoq; magis Latinam ignoranti ignoſcenda, non eſt animus deinceps annotare in hac explicatione: ſi cui curioſius talia ſcrutari placet, tabulas ipſas inſpiciat, conferatque cum genuina ipſorum nominum ſcriptione hic exprimenda. Notanda hic potius eſt Patriarchalis & Epiſcopalis habitus differentia, & conferenda eſſet cum accuratiſſimis earumdem veſtium delineationibus apud Goarem in Euchologio poſt pag. 133. niſi etiam in Appendice his Ephemeridibus addenda ejuſmodi tabella inveniretur, inter Epiſcopos 2. Ss. Nicolaum & Baſilium, medium exhibens Patriarcham S. Jo. Chryſoſtomum.*

MALACHIAS ✠ *GORDIUS* ✠. III

SYNAXIS SS. APOSTOLORUM LXX † IV

Latini Diſcipulos *vocant, eoſque communiter colunt 15. Julii. Catalogi apud nos & apud Græcos varii extant, addito cujuſq; Epiſcopatu: ſed omnes pſeudepigraphi cenſentur ab eruditis. Certe nomina eorum multa conſtat fuiſſe aſſumpta ex Paulinis epiſtolis, ad numerum veterum quæ ignorantur nominum implendum. Poſſevinus* Concilium Theonciſtæ *ponit, quod alteri explicandum relinquo.*

THEOPEMPTUS ✠ THEONAS ✠ SINCLETICA ✠ V

BAPTISMUS D. N. JESU CHRISTI ✠ VI

Hujus & primæ diei epigraphas & ſimiles alias accipere me oportet ex Poſſevino, donec eas aliquis verbatim explicet,

ret, nam nomen Jeſu Chriſti *in tabula reperitur quidem, ſed intra picturam; non vero in titulo. Hoc autem die, ſicut ſcribit Poſſevinus,* benedicit Metropolita flumini Moſcuæ, alii vero Sacerdotes aliis fluminibus. Tum in eo multi mares feminæque trina merſione toti immerguntur: equi item & imagines quaſi baptizantur, ac propterea id Chreſczenie eorum lingua, id eſt Baptizatio, dicitur. Qui mos ſive ritus, licet non præceptus ſit omnibus, plures tamen eum ex religione ſic ſervant, ut ægroti quoque, qui ſibi ea ratione putant ad valetudinem conſulere, ſummo in gelu effoſſa glacie, per foramen in aquam demiſſi, eximantur.

xii *SYNAXIS ...... JOANNIS PRODROMI.* ✠

xiii *DOMNICA* ✠ *Poſſevino* Domna.
GEORGIUS † *cognomento* Chozebites.

Cum titulo S. P. noſtri officium habet in Menæis, epitomen vitæ nullam, præter morem. Vitam ipſam ab Antonio diſcipulo ſcriptam tandem nacti ſumus, dandam in hujus Operis Supplemento. Interim ex hac docemus natum in Cypro, monaſterio Choziba prope Hieruſalem eſſe traditum a fratre monacho in laura Calamonis, ac floruiſſe eo tempore, quo Saraceni Duce Humar ſanctam civitatem occuparunt, id eſt anno 636. Ea vita docebit multa circa ſtatum monaſteriorum Terræ Sanctæ & quorumdam etiam monachorum Martyria; ſed de Carmelo omnino nihil; nedum de ſeptem millibus cœnobiorum, quæ uſque ad ann. 740. & ultra adhuc ſteterint, quando ea dicitur vaſtaviſſe alius Humar. Quod hic obſervaſſe ſuo tempore proderit, & confirmat dicta a nobis in parte 2. Propylæi Antiquarii ante tomum 2. Aprilis, ubi examinatur prætenſa antiquitas fundationis Florentinæ.

ix *POLYEUCTUS* ✠ Martyr.

x *GREGORIUS* ✠ Epiſcopus Nyſſenus:
DOMITIANUS † Epiſcopus

Melitinæ in Armenia: cujus Vitam ex Theophylacto Simocatta dedimus, an alia ſeorſim ſcripta ſit ignoramus.

xi *THEODOSIUS* ✠ Cœnobiarcha.
MARCIANUS ſimiliter monachus.

Licet nullum talis nominis hac die in faſtis Græcis inveniamus, æſtimo tamen Palæſtinum quoque ipſum eſſe, in magiſtri ſui Theodoſii Vita laudatiſſimum, cujus diem proprium non invenientes Græci aliqui, & nihilominus dignum memoria cenſentes, huc retulerint. Si tamen indigenam Sanctum hujus nominis in Moſcovia oſtenderit quiſpiam, libenter ei hunc locum cedam. Interim notanda hic occurrit ratio quadam Moſcis propria in ſupputandis numeris a 10. *ad* 20. *Neque enim more Græco ſcribunt ια, ιβ &c. ſed αι βι ut videantur in hoc preſſius ſequi modum loquendi, quo eoſdem numeros Latini & Teutones efferunt, præponendo decadi minorem numerum* undecim, duodecim *&c. elf, twalf, dertien &c. uſque ad twintig* viginti: *exinde enim minor numerus poſtponitur, uti & ſcribitur.*

xii *TATIANA* ✠ Virgo Martyr.
PETRUS † Abeſclamites.

Martyr Eleutheropoli in Palæſtina, colitur a Latinis cum cognomento Balſami ſeu Abalſami 3. Januarii. Acta ejus aliqua Latine reddidit Anaſtaſius Bibliothecarius: optaremus Græca inveniri, quia videntur omnino ex Proconſularibus Actis ſumpta atque adeo fideliſſima eſſe.

xiii *HERMYLUS* ✠ Martyr.

Neſcio unde Hermogenes *Poſſevino poſitus ſit.*

COMMEMORATIO MULTORUM SANCTORUM PATRUM IN SINAI ET RAITHU. †

In iis quæ Nilus ſcripſit Actis nominantur Theodulus, Paulus, Joannes, Proclus, Hypatius, Iſaac, Macarius, Marcus, Benjamin, Elias. *Sed non videmus quomodo ad hos pertineat hæc imago, quatuor monachos una in tumba collocatos repræſentans; maxime cum litteras ad latus ac ſubtus ductas conſidero, in quibus hæc mihi videor legere,* Pambon, Hipabe, Berbinda, Hieroſchemon, μόναχοι πρῶτοι.... ἱερῖλιμεως, *quod interpretor* Monachi primi.... Hieroſolymitani: *forte ſub Choſroe occiſi; de quibus tamen alibi nihil legi.*

SABAS † .... *RAITHU* † xiv

Conſtat temporibus Diocletiani Sabam & Eliam *atque alios ſimul* 38. *Monachos occiſos eſſe a Saracenis, ut alibi jam dictum: ſed horum numerus non poteſt exprimi per* Ο' *quod eſſet* 70. *Interpres autem Belga, qui has tabulas ut melius potuit explicavit, poſt* Raithu *poſuit* cum centum Marcyribus, *quod debuit ex litteris pro quibus .... ſignamus eruiſſe: videtur hic autem eſſe confuſio aliqua.*

M. AGNE,

Sitne hæc Romana Martyr Agnes, *quam Latini* 21. *Januarii, Græci autem* 5. *Junii colunt, an indigena aliqua* Matre Agne, *nequeo definire. Crux, quam manu tenet imago, etſi plerumque Martyribus addatur, additur tamen etiam multis aliis, ut inde certi nihil haberi poſſit.*

PAULUS ✠ primus Eremita. xv
JOANNES ✠ Calybita.

...... *APOSTOLI PETRI.* ✠ xvi

Imago ipſa loquitur quid ſibi velint Moſcovitica verba deſuper notata: interpres Belga ea ſic expreſſit, Liberatio ex carcere per Angelum: *ſed vereor ne per conjecturam, ideoque malui ſignare.... Duo armati milites ante carcerem jacebant extenſi ut mortui, ſignificabantque duos* quaterniones militum *quibus cuſtodiendum Petrum Herodes commiſerat: ſitum eorum mutavit pictor noſter, uti & circa S. Petrum nonnihil, qui videbatur non ex porta, vel oſtio, ſed ex ore furni educi.*

ANTONIUS ✠ Pater monachorum. xvii

Nota Crucem caputio impreſſam, & recordare S. Pachomii, de quo Palladius: Fecit autem eis, *monachis ſcilicet Tabenneſiotis a ſe inſtitutis,* cucullas.... quibus juſſit imponi ſigneam Crucis purpuream: *quod hodieque a Moſcis religioſe ſervari, probant eorum Hagioptycha, coloribus expreſſa, ſic ut caputia nigra, Cruces nunc in medio, nunc utroque in latere rubræ ſint. Non ita ſculptor barbarus, ſed monachis quandoque alba caputia reliquit (fortaſſis non ſine cauſa nobis ignota) ſæpius etiam Cruces neglexit: noſter exemplum ſequi juſſus eſt, neque cauſa uniformitatis, incertum an neceſſaria, quidquam mutare.*

ATHANASIUS ✠ *CYRILLUS* † Epiſcopi. xviii

MACARIUS ROMANUS. ✠ xix
MACARIUS ÆGYPTIUS †

Non Epiſcopus, *ſicut mendoſa inſcriptio habet, ipſa veſte errorem arguente. Cur autem* Romanus *totus hic nudus & villoſus inſtar canis? Diverſum ab utroque illo ſigna hæc indicant, eum ſcilicet cujus Vita (ſi tamen vere fuit aliquis) extat apud Roſweidum cum epitheto* Servi Dei, qui inventus eſt juxta Paradiſum, auctoribus Theophylo, Sergio & Hygino, *ubi cap.* 15. *dicitur quod* capilli capitis inſtar lactis candidiſſimi totum viri corpus operiebant; *Colunt eum Græci* 23. *Octobris, quando poterit*

Vita

Vita iſtac, etiam Roſvveido ſuſpecta, ſeverius (ut meretur) examinari, tota veroſimiliter inter fabulas referenda; quo & D. Hieronymus, acturus de Vita Pauli, retulit hominem in ſubterraneo ſpecu, crinitum calcaneo tenus, *quem jactabant nonnulli primum monachum fuiſſe,* multa, quæ perſequi otioſum eſt, incredibilia fingentes: *nec alia forſan aut de alio, quam quæ in iſta Vita leguntur: nam S. Onuphrii, ejus qui 12. Junii colitur, ſimilis undi- tas, plus auctoritatis & veriſimilitudinis habet.*

xx EUTHYMIUS ✠ Abbas.

xxi MAXIMUS ✠ Monachus.

xxii TIMOTHEUS † Apoſtolus.

Pauli Diſcipulus, binis illius ad ſe epiſtolis notiſſimus, Epheſi Epiſcopus, colitur a Latinis 24. hujus.

xxiii CLEMENS ✠ Epiſcopus Ancyranus.

xxiv Pr. M. PABELUS † XENIA. ✠

De hac, quæ Poſſevino corrupte Euxemia, *jam ſupra actum: prior eſt* Presbyter Martyr Babylas, *cujus longum in Menæis extat encomium, ut Antiocheni monachi & Presbyteri, qui in Siciliam cum duobus diſcipulis perſecutionem fugiendo profectus, ibi martyrium cum iiſdem complevit. Confuſum hunc aut fictum ex famoſiſſimo Epiſcopo Antiocheno Babyla, qui hoc die colitur a Latinis, cenſet Baronius; Bollandus putavit poſſe diſtingui.*

xxv GREGORIUS ✠ Nazianzenus.

PROFETA ISAJAS. †

Adduntur Menæa, hujus ſancti Prophetæ Synaxim agi juxta eccleſiam S. Laurentii, *ſcilicet Conſtantinopoli.*

MARIA, ARCADIUS, JOANNES, XENOPHON. ✠ xxvi

Poſſevino perperam Sozon *dictus & ſcriptus.*

RELATIO CORPORIS S. JOANNIS CHRYS. ✠ xxvii

Imperator qui hic exprimitur, in porta civitatis ſacrum corpus excipiens, eſt Junior Theodoſius, *cujus anno 31. res acta, an. Chriſti 438. Conſtantinopolitanum Epiſcopatum tenente* S. Proclo, *qui hic etiam exprimitur.*

EPHREMUS. ✠ xxviii

Poſſevinus Euchremium *corrupte appellat, & diei præcedenti adſcribit, in eo qui ſubſequitur Sancte ſimiliter anticipando, die uno aberrans.*

IGNATIUS ✠ Antiochenus Epiſcopus. xxix

HIPPOLYTUS. ✠ xxx

Hic vides Hippolytum *in habitu Patriarchali exprimi, ex eo ſcilicet vulgi Græci errore, quo* Romanus Epiſcopus *appellatur.*

BASILIUS, GREGORIUS, JOANNES CHRIS. ✠

CYRUS, EUDOXIA, ATHANASIA, THEODOSIA, THEOCTISTE, JOANNES. ✠ xxxi

Inter Sanctos Cyrum & Joannem *media* Athanaſia *cum tribus filiabus, cum iiſdem ab illis ad mortem pro Chriſto ferendam ſuis animata.*

FEBRUARIUS.

GRÆCORUM METRICUS.

Α', Kalend. Ἐν Φεβρουαρίοιο ΤΡΥΦΩΝ πρώτῃ θάνε πρώτῃ.
Prima Februarii caput abſtulit enſe TRYPHONI.

Hic ſub Decio Martyr Lampſaci colitur a Latinis 10. Novembris. Multa habemus de eo Græce ac Latine: necdum tamen videmus encomium a Theodoro Laſcari Duca compoſitum, cujus meminit Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis.

iv Non. Β'. Δέξατο δ' ἐν νηῷ ΧΡΙΣΤΟΝ Συμεὼν παρὰ τοῦ.
In templo Symeon CHRISTUM accipit ecce ſecunda.

Antiquiſſimam feſti hujus in Eccleſia tam Orientali quam Occidentali venerationem inſigni commentario vindicavit Henſchenius noſter, addita S. Sophronii in eam oratione, quæ lucem eatenus non viderat: Græcam eam facile dabit aliquis, prius quam ad hujus menſis Supplementum edendum deveniatur.

iii. Non. Γ'. Τῇ τριτάτῃ δεσμοῖο βίοιο λύθη ΣΥΜΕΩΝΗΣ.
Tertia corporeis vinclis SYMEONA reſolvit.

Juſtum hunc Senem colunt Latini 8. Octobris.

ii. Non. Δ'. Ἐν δ' ΙΣΙΔΩΡΟΝ ἴδενε τετάρτῃ σῶμα ἐν λυγρῷ.
In tumulo quarta componeris, o ISIDORE.

Presbyter monachus & ſcriptor inſignis, Peluſiota *cognominatus, etiam hodierno Romano inſcriptus eſt: cujus utinam Vita aliqua extaret.*

Πέμπτῃ ἐν φυλακῇ ΑΓΑΘΗ θάνε εἶδος ἀρίστη.
Aſt AGATHE moritur formoſa in carcere quinta. Ε'. Nonis.

Hujus celeberrima per omnes Eccleſias Martyris ſub Decio utinam tam antiqua & ſincera extarent Acta, quam apta forent ad ſedandas contentiones, quæ inter Catanenſes atque Panormitanos tanto animorum utrimq; incenſiſſimorum æſtu fervent, circa communis Patronæ patriam, ut difficile ſit, non dico definire quidpiam (quod alias forſitan haud difficile foret) ſed vel mediam tenere viam, quin vel uni querantur non plenam ſibi adjudicari victoriam, vel alii doleant adverſæ parti conceſſum quidpiam. Perſtrepunt etiam nunc in auribus meis Siculorum, etiam Religioſorum, cum eſſem in Italia importunæ vociferationes, quorum uniis nihil ſatis, aliis nimis erat ſcriptum a Bollando, licet in nulla fere Operis ſui parte majori circumſpectione (quam ſemper maximam adferebat ad ſcribendum) atque in iſta controverſia uſo. Interrogatus aliquando a me Ferdinandus Ughellus, Italiæ ſacræ auctor, an de Epiſcopatibus Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ non eſſet eadem ratione editurus unum aut plures tomos; reſpondit, paratam quidem eſſe ſibi materiam, ſed Inſulanos de Primatu aliiſque rebus, tam immoderatis diſſentire affectibus, ut decreverit ſenectutem ſuam in tantas tempeſtates non immittere, quantas ſuo eo labore concitandas prævidebat.

... Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΒΟΥΚΟΛΟΥ Ἐπισκόπου σμύρνης. ς',
... S. P. N. BUCOLI Epiſcopi Smyrnæ. viii Id.

Vita (quod dolendum) nulla habetur, ſed Canon duntaxat de eo acroſtichus, opus S. Joſephi Hymnographi.

Z' ΠΑΡΘΕΝΙΟΣ κατέδαρθε μακρὸν μακρὸν ἑβδόμῃ ὕπνον.
7. Id. Septima Parthenio longum dat morte ſoporem.

Epiſcopus hic fuit Cyzicenus, cujus Vitam ſcripſit Criſpinus diſcipulus, quam Latinam dedimus, Græcam quoque ſuo tempore daturi.

H' Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ ΘΕΟΔΩΡΩ αὐχένα κόψαν.
6. Id. Sciuditur octava Theodoro nobile collum.

Per Ducis *titulum diſtinguitur hic ab infra nominando* Tirone. *Illum Heraclea ſub Licinio paſſum, & corpore Venetias tranſlato notum Occidenti noſtro, antiquiores Græci, & Latini etiam nunc, colunt die præcedenti. Acta dedimus famulo ejus Augaro adſcripta; ſed ut talia non magis nunc credimus recipienda, quam quæ S. Georgio ſimiliter ſub nomine Paſicratis famuli ſunt affićta. Quin & certamen utriuſque cum dracone, utrobique æqualiter fabuloſum credimus, & ſeculo 11 primo cœptum credi, occaſione imaginum, generoſos iſtos milites Chriſti repræſentantium cum dracone ſub pedibus (ſicuti ſeipſum quoque in ſuo Palatio pingi permiſit Conſtantinus magnus) ad exprimendum quomodo dæmonem ſive idololatriam expugnarint. Videndus de his dies 23 Aprilis noſtri. Quæ in ipſius Theodori qualibuſcumque Actis laudatur* Euſebia, *ipſa forſitan eſt, cujus cum agnomine* τῆς Εὐχαΐτης *& titulo* Ὁσιομάρτυρος, *ſcripſiſſe encomium Joannem Euchaïtarum Metropolitam teſtatur Allatius. Hæc vero idcirco hic notamus, ut iſtud encomium, ubicumque eſt, communicetur nobiſcum, plus lucis de ea deque cultus die allaturum. Fortaſſis etiam lucem meretur encomium quod ipſi* Theodoro *Joannem eumdem ſcripſiſſe, dicit etiam Allatius. Videre certe ut ipſum capiam facit, quia in titulo eſt* εἰς τὸν μνήμην τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐπὶ τοῦ Πέζου, *id eſt* Peditis, *cujus epitheti ratio hactenus me latet.*

Θ'. Φασγάνῳ ἀμφ' ἐνάτῃ, ΝΙΚΗΦΟΡΕ, δειροτομῆθης.
5. Id. Finditur enſe tibi cervix, Nicephore, nona.

Paſſus eſt Antiochiæ in Syria ſub Valeriano, & hodierno Romano etiam inſcribitur. Acta, præter ante vulgata, dedimus auctore Joanne Sardium Epiſcopo; Græcum etiam textum parati dare.

I' Τῇ δεκάτῃ ΧΑΡΑΛΑΜΠΟΝ ἐὸν τμητῆρ ἀπόλλυμι.
4. Id. Lictori jugulum præbet decima Charalampus.

Hic vero Antiochiæ in Piſidia martyrium Sacerdos tulit ſub Severo. Ejus & ſociorum Acta primi in lucem extulimus e Mſ. Græco, aliquando cum aliis vulgando.

IA' Ἑνδεκάτῃ ΒΛΑΣΙΟΥ τάμεν αὐχένα χαλκὸς ἀορτήρ.
3. Id. Undecima Blasius ſubmiſit colla ſecuri.

Epiſcopus hic & Martyr Sebaſte in Armenia, miraculis in Occidente non minus quam in Oriente clariſſimus, a Latinis colitur 3. hujus. Extat Romæ in Bibliotheca Vallicellana Mſs. Græcis aliquod ejus encomium per Theodorum Epiſcopum Cyzici, necdum nobis deſcriptum.

IB' Δωδεκάτῃ ΜΕΛΕΤΙΟΣ ἔδυ χθόνα πολυβοτείραν.
2. Id. Meletius ſubiit duodena luce ſepulcrum.

Inſcribitur etiam hodierno Romano. Antiochiæ in Syria Epiſcopus fuit, & Conſtantinopoli obiit tempore Concilii iſtic celebrati ſub Theodoſio. Encomium ſcripſit S. Joannes Chryſoſtomus. Vita Acta non damus: ſed ex variis collecta.

Ἐν τρισκαιδεκάτῃ δέμας ἐξέδυ ΜΑΡΤΙΝΙΑΝΟΣ. IΓ'
Tertia poſt decimam diſſolvit Martinianum. Idib.

Eremita Palæſtinus, cujus nobiles de carnis tentationibus victorias auctor coævus deſcripſit, aliquando a nobis etiam Græce dandas.

Λεῖψε βίον δεκάτῃ ΑΥΞΕΝΤΙΟΣ ἠδὲ τετάρτῃ. IΔ'
Et Vitam, Auxenti, decima quartaque relinquis. 16 kal.

Hodierno quoque Martyrologio acceſſit hic Archimandrita in Bithynia, & Vitam dedimus (quam Græcam habemus) ſcriptam a Synchrono. Præterea legimus apud Allatium quod S. P. N. Auxentii *vitam quoque ſcripſit Pſellus: hujus an alterius neſcimus divinare, & ideo ipſam valde cupimus videre.*

Πέμπτῃ ὈΝΗΣΙΜΟΥ κῶλα θραύουσι δεκάτῃ τε. IE'
Ad decimam quintam frangunt tibi, Onesime, crura. 15. kal.

Fuit hic S. Pauli diſcipulus, ex epiſtola ad Philemonem notiſſimus, & die ſequenti colitur a Latinis, tamquam Romæ lapidatus: quæ ejus habeantur Acta apud Lipomanum & Surium, excepto initio, haud dubie ad aliam pertinent Puteolis crurifragio mactatum: & ſic, duobus in unum conflatis, compoſita Acta Græci hic & alibi ſunt ſecuti. Eadem videatur innotuiſſe Siculo illi, qui prolixas de St. Alphio, Cyrino ac Philadelpho fabulas conſarcinavit, attractis undequaque in ſuum argumentum Sanctis aliis, inter quos etiam Oneſimus Puteolanus *eſt, cui ad 31. memoranda tutius applicabuntur (principio ſolo dempto) Acta iſta relata a Lipomano & Surio, modo eorum Græcum contextum nobis aliquis ſubminiſtret, necdum ubi exiſtat ſcientibus.*

Ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ ξίφος ἔτμαγε ΠΑΜΦΙΛΟΝ ἀκμῇ. Iϛ'
Pamphilus ad decimam ſextam conſcinditur enſe. 14. Kal.

Presbyter Cæſareæ in Palæſtina, Martyr ſub Maximino: apud Latinos 1. Junii. Quod ejus Vitam tribus elegantiſſimis libris ſcripſerit Euſebius contubernalis auctor eſt Hieronymus, in Apologia adverſus Ruffinum, ad Pammachium & Marcellinum directa. Hi libri utinam extarent alicubi. Nunc ſatis nobis eſſe debebit ex ejuſdem Euſebii Hiſtoria Eccleſiaſtica epitomen aliquam Paſſionis deſumptam dare.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ πυρὶ ΤΗΡΩΝΑ φλέγουσιν. IZ'
Septima poſt decimam Tironem tradidit igni. 13. Kal.

Amaſeæ in Ponto paſſus ſub Galerio, colitur a Latinis 9. Novembris. Corpus Brunduſii eſſe creditur, caput Cajetæ. Acta Latine extant; habemus & Græce: nec non quædam ejus miracula, tum ſeorſim ſtrictius deſcripta, tum fuſius deducta in oratione Chryſippi Presbyteri. Extat de eodem Sermo S. Gregorii Nyſſeni: vidimus etiam laudationem ejuſdem ſcriptam a Niceta Paphlagone in Vallicellana Romæ, non tamen curavimus deſcribendam, uti nec alteram Nectarii Archidiaconi Conſtantinopolitani, jam Latine editam a Lipomano & Surio, Græce autem inventam Taurini in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ, quæ aliaque Mſt. Græca utinam evaſerint flammas, quibus Galleria, ut vocant, pars deflagravit poſt noſtram inde reditum.

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ τε ΛΕΩΝ ἀπέλειπε θυμόν. IH'
Octava decimaque Leonis ſpiritus exiit. 12. kal.

Eſt hic Romanus Pontifex, hujus nominis 1, quem Latini 11. Aprilis colunt. Vitam dedimus, qualem Petrus Caniſius com-

compoſuit & una cum operibus juvenis edidit. Amplius aliquid egregia viri Sanctitas & inſignia de univerſa Eccleſia merita poſtulabant. Defectum hunc noſtrum ſupplebit inſignis Diſſertatio de Vita & rebus geſtis ejus, ſervato annorum ordine, tum hac, tum ſcripta ejuſdem ſingula recenſeas, ipſe quo noſter Aprilis prodiit anno 1675. primam data in lucem Pariſiis ab eruditiſſimo viro Paſchale Queſnel, una cum ipſius Sancti Pontificis operibus in tomo Appendicum ad ipſum ſane utiliſſimarum. Certe ſi eam citius habuiſſemus, non dubitaviſſemus totam illam, quantumvis prolixam, prædicto Aprili noſtro inſerere, potius quam actam agere, novum commentarium noſtro marte texendo, qualem de S. Gregorio Magno Paulus Diaconus conſcripſit, Baronius de S. Gregorio Nazianzeno, nec poſt Hermantium de S. Athanaſio. Quod autem ne hoc quidem factum a nobis ſit, alia quædam impedimenta fecerunt, quorum nunc eo minus pœnitet, quo perfectius modo confectum eſſe hoc ipſum videmus, quod nec tentare impares longe ad rem tantam facultate voluiſſemus. Viderint poſteri, Aprilem iterato recogniturì, quid e ſuo publicoque commodo, pro majori S. Leonis gloria, præſtare tunc poſſint, illo Queſnellii labore utentes, & de ſuo ſi quid poſthac valeant adhuc reperire in Annotatis addentes, uti feci ad prædictam Nazianzeni Vitam.

ΙΘ' xi Kal. ... Τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου ΑΡΧΙΠΠΟΥ.
... S. Archippi Apoſtoli....

Colitur a Latinis 20. Martii, a S. Paulo in Epiſt. ad Philemonem Commilitonis *appellatione dignatus, cui Canonem S. Joſeph Hymnographus pan*x*it, ſuo more acroſtichum.*

Κ' x Kal. ... Τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΛΕΟΝΤΟΣ Ἐπισκόπου Κατάνης.
... S. P. N. Leonis Epiſcopi Catanenſis.

Cum titulo Thaumaturgi *etiam Romano hodierno adſcriptus: cujus Vitam a coævo ſcriptam dedimus ex Græco, & hoc ſervamus ad Supplementum.*

ΚΑ' ix Kal. Εἰκάδι ΤΙΜΟΘΕΟΝ πρώτῃ χθὼν σῶμα κάλυψεν.
Timotheum condit vigeſima prima ſepulcro.

Cultus hujus ſancti Anachoretæ, a ſuo exercitationis loco cognominati τοῦ ἐν συμβόλοις, *perquam celebris Conſtantinopoli, facile agnoſcitur ex Officio diei, ipſius ſolius nomen præferentis: eoque dolentius ferimus deſiderari Vitam. Interim ex Ode iv. ſtrophen ii. conſiderare placeat, quæ dicitur,* Imaginem ſuſceptæ pro nobis a Chriſto carnis affectuoſe adorans, o divina Sapiens, ſuſtinuiſti verbera eorum qui ipſam execrabantur, o Timothee: *hinc enim intelligitur, ſub Iconomachis floruiſſe.*

ΚΒ' viii Kal. ... Ἡ εὕρεσις τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων Μαρτύρων ἐν τοῖς Εὐγενίου.
... Inventio Reliquiarum Sanctorum Martyrum in Eugenianis.

Sanctorum ſcilicet cognatorum S. Pauli Andronici & Juniæ, *qui coluntur a Græcis 17. Maji: ad quem diem agemus de jam dicta eorum inventione, ſeculo 7. ſub Thoma Patriarcha.*

ΚΓ' vii Kal. Εἰκάδι ἐν τριτάτῃ φλὸξ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ ἰκάνεν.
Et Polycarpum dat vigeſima tertia flammis.

Epiſcopus & Martyr Smyrnenſis colitur apud Latinos 25. Januarii, ubi Acta ex Græco dedimus, ipſum contextum Græcum dandum in Supplemento.

ΚΔ' vi Kal. Εἰκάδι ΠΡΟΔΡΟΜΟΙΟ φαίνε κάρα ἀμφὶ τετάρτῃ.
Baptiſtæ caput hic vigeſima quarta revelat.

Caput hoc a duobus monachis in domo Herodis jam olim inventum Hieroſolymis, allatumque Edeſſam, denique in vaſe quodam figlino defoſſum, repertum dicebatur ſub Epiſcopo Uranio & Valentiniano Juniore: atque de hac inventione aperte agunt Menæa. *Latini poſt Uſuardum longe poſteriorem aliquam inventionem hic notant, quæ facta ſit* tempore Marciani Principis, quando idem Præcurſor duobus monachis primum, ubi illud celatum jaceret, revelavit: *in quibus verbis perperam indicatum tempus* Marciani *obſervans Baronius, hodierno Romano Martyrologio inſcripſit* primam Inventionem Hieroſolymis *factam. Erunt hæc nobis operoſius tractanda in Auguſto ad diem Decollationis. Nunc ſolum adde, diſputari inter Francos utrum Angeliaci an Ambianis verum Præcurſoris caput ſervetur. Rem totam erudito Commentario, Gallice quidem ſcripto, ſed Græcis Latiniſque monumentis locupletato, tractavit in favorem Ambianenſium Carolus du Freſne, Dominus du Cange, amantiſſimus noſtri, cujus aliorumque eruditorum apud Gallos virorum ſuaſionibus inducti Majum hunc bifariam diviſimus, atque hos tres tomos præmittimus aliis, poſt annos paucos (ſi Deus dederit) ſecuturis.*

Εἰκάδι ἐκ πέμπτοιο ΤΑΡΑΣΙΟΣ ἵπτατο πίμπτῃ. ΚΕ' v Kal.
Quinta viceſimaque Taraſius occupat aſtra.

Patriarcha hic Conſtantinopolitanus etiam hodierno Romano inſcribitur. Vitam auctore Ignatio Epiſcopo Nicæno dedimus; ſed originalem Græcum contextum non potuimus hactenus invenire. Latet ea fortaſſis adhuc cum aliis nonnullis inter Mſs. bibliothecæ Vaticanæ. Quamvis enim omnem illinc ſcrutanda facultatem dediſſet Alexander VII. quædam tamen, quod dolemus, fuere prætermittenda, tum quod oculis noſtris ſubtracti fuerint codices aliquot ab eo, a quo id minime decuiſſet fieri: tum quod pecunia in ſumptus non plane neceſſarios deficerent. Quæ hic notata volui, ne arguamur negligentia, ſi quando fortaſſis continget aliqua ibi inveniri, necdum nobis viſa aut deſcripta.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΙΟ νέκυν χθὼν ἔκρυψε εἰκάδι ἕκτῃ. ΚϚ' iv Kal.
Porphyrii condit vigeſima ſexta cadaver.

Gazæ in Palæſtina Epiſcopus, etiam hodierno Romano acceſſit. Scripſit Vitam Marcus Diaconus & diſcipulus ejus, quam ſimiliter optamus Græcam nanciſci.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ΠΡΟΚΟΠΙΩι θέρμα φανῖδε. ΚΖ' iii Kal.
Procopio requiem vigeſima ſeptima donat.

Etiam hic Romano hodierno per Baronium adjunctus eſt, cognomento Decapolita, *Confeſſor Conſtantinopoli; cujus aliquam Vitam, quæ exciderit & merito deſideretur, alicunde extitiſſe mihi perſuadeo.*

Βαπτίσθη ΓΕΛΑΣΙΕ, ἐν ὀγδόῃ εἰκάδι τμηθείς. ΚΗ' pridie Kal.
Gelaſiumque eadem baptiſmo & ſanguine tinxit.

Res hæc clarius ponitur ad nomen ipſum in titulo, ubi additur, qui baptiſmum juſſus irridere a Præſide, eo ipſo baptizatus eſt & capite plexus. *Elogium (quod mireris) nullum additur, ſolum brevis notitia loci ac temporis eruitur ex Chronico, quod perperam aliis Siculum, aliis Alexandrinum dicitur, cum vere ſit Conſtantinopolitanum, ſicut docui in tractatu Præliminari ad 3. Tom. Martii. Interim non poſſumus dubitare, quia is qui ita præter ordinem nomen habet in hiſce Ephemeridibus, valde ſolemnem cultum habuerit Conſtantinopoli vel in ejus vicinia: unde ſuſpicio naſcitur corpus ex Helìopoli Phœniciæ illuc allatum, cum aliqua notitia Paſſionis, circa idem fere tempus quo ſcriptum eſt Chronicon; quandonam vero hoc? Sciemus ſi quando prodeat integrum, quod nunc habetur ſine ſuo mutilum, nec ultra Imperium Heraclii ejuſque annum 19. Chriſti 629. Quid ni tamen ex antiquiorum omnium de Gelaſio iſto ſilentio conjectura ſiat, & translationem cor-*

poris ſatis recentem fuiſſe, & Chronicon compilatum etiam recentius, puta ſeculo IX. aut X?

KH' Εἰκάδι ὀγδοάτῃ φράξαν καλάμοις ΠΡΟΤΕΡΙΟΝ.

II Kal. PROTERIUM calamis vicena octava necavit.

Alexandrini hujus Epiſcopi Acta, eo quod Vita nulla ſuppeteret, copioſo Commentario collecta damus, meritoque miramur prateritum hunc fuiſſe Baronio, Romanum hodiernum Martyrologium concinnanti, cum adeo illuſtre ejus martyrium ſit, invadente Eccleſiam Timotheo Æluro patratum anno 457.

F E B R U A R I U S

MOSCORUM FIGURATUS.

I TRYPHON ✠ Martyr.

II DELATIO JESU CHRISTI IN TEMPLUM ✠

III SYMEON ✠ Juſtus.

IV ISIDORUS ✠ Peluſiota. NICOLAUS † Monachus.

Archimandrita Studitarum hic fuit Conſtantinopoli, ubi ſcripſit Vitam ſocii ſui S. Theodori Studitæ; ipſius vere vitam, ab alio Studita ſcriptam, dedimus ex Græco, quod in Supplementum ſervemus.

V AGATHA ✠ Virgo Martyr.

Pro hac Poſſevino ab inepto interprete obtruſum eſt nomen S. Mart. Agapii.

BUCOLUS † Epiſcopus Smyrnenſis.

VI *Minus recte hic* Becylus, *& Poſſevino nihilo melius* Ucolius, *atque inverſo dierum ordine ſequenti* Parthenio *poſtpoſitus.*

VII PARTHENIUS ✠ Epiſcopus Lampſaci.

VIII ZACHARIAS † Propheta. *Colitur a Latinis* VI *Septembris.*

THEODORUS STRATILATES ✠ *ſive* Dux.

IX NICEPHORUS ✠ Martyr.
MARCIANUS † Epiſcopus Syracuſanus.

Colitur a Latinis 14. Junii, a Græcis multis 31. Octobris; paſſim tamen etiam hoc die, verum a multis ſub nomine Marcelli Epiſcopi Siciliæ: *Acta Græca prolixiſſima reperimus in Vaticano, eademque ex Sicilia accepimus Latine reddita; ſed ejuſdem prorſus farinæ, cujus & alia quædam iſtic licentius fabricata: quare æque digna judicavimus, quibus Græce tranſcribendis ſumptus fieret.*

CHARALAMPIUS ✠ Presb. Martyr.
X PROCHORUS Monachus.

In Pieczarenſi ad Kioviam monaſterio, teſte R. P. Ohilewicz. Vitam & ſanctitatis inſignia optamus ut aliquis ſubminiſtret.

XI BLASIUS ✠ Epiſcopus Martyr.
DEMETRIUS Monachus.

Hegumenum in Pryluka *fuiſſe idem Ohilewicz nos docuit, & quod paſſim appelletur* Volohodenſis Thaumaturgus, *quo minus de ejus ſanctitate dubitamus, & optamus certius informari de miraculis ejus ac vita aliis.*

XII MELETIUS ✠ Epiſcopus Antiochenus. *Poſſevino non bene* Mart. Melentius.
THEODORA ...... †

Licet deſit quæ pia beata adjuncta nobis interpretetur, vix tamen dubitamus quin ipſa ſit Imperatrix, Theophili Iconomachi uxor, Orthodoxiæ reſtauratrix, de qua egimus præcedenti die, quando paſſim in Menæis commemoratur.

OBITUS ALEXII METROPOLITÆ MOSCOVITARUM SANCTI.

Ita ad verbum interpres Belga: cultum ejus & ſanctitatem probavimus: pleniora autem vitæ Acta, ſicubi extant, optamus: libenter etiam intelligemus, quis hic ad pedes feretri aſſiſtens Sanctus, quis ad caput Princeps admirabundus, exprimatur.

ANTONIUS † Patriarcha Conſtantinopolit.

Cognomento Cauleas, *tempore Leonis Philoſophi ſeculo IX. Vitam ejus (præter encomium, auctore Nicephoro Philoſopho jam editam) habemus etiam per alium Nicephorum, cognomento Gregoram deſcriptam, quam Græco-Latinam dabimus, una cum priori Vita contextu Græco, in Supplemento.*

MARTINIANUS ✠ Eremita. XIII
SYMEON Monachus Serbus.

Ita R. P. Ohilewicz: plura ſcire cuperemus. Eſt autem Servia *regio trans Danubium Bulgariæ propinqua, forſitan & eadem Slavenica lingua cum Moſcis, alioqui ſatis remotis, utens.*

AUXENTIUS ✠ Archimandrita. *Poſſevino non bene* Evagentius. XIV
CYRILLUS Epiſcopus.

Moravorum ac Bulgarorum Apoſtolus, antea Conſtantinus *dictus, cognomento* Philoſophus, *de quo atque de fratre ejus S. Methodio egimus die 9.* Martii, *quando uterque communi feſto a Moravis colitur.* Cyrillum *autem hoc die obiiſſe credimus, vel tali die corpus ejus Romæ mortui revectum eſſe in Moraviam, & fraterno corpori conjunctum fuiſſe: ſed miramur quomodo Rutheni* Cyrilli *cultum exceperint, ſine ulla memoria* Methodii, *ſaltem in hiſce tabulis. Utriuſque inſigne opus eſt novi ac veteris Teſtamenti aliorumque librorum plurium in Slavonicam linguam (quæ eadem Ruthenorum eſt) facta converſio. Ea hodieque in uſu eſt, qualem anno 1582. impreſſam Oſtrovia, quæ Volhiniæ caput eſt, poſſidet Plantinianæ Typographiæ digniſſimus heres Balthaſar Moretus Balthaſaris filius, inter varia domeſtica ſuæ Bibliothecæ cimelia, ubi invenitur addita Græco-Slavonice præfatiuncula & epilogus quibus & Auctor impreſſionis & Typographus ſuas ad Deum ſupplicationes concludunt: Auctor quidem in principio libri his verbis,* Et ego Conſtantinus nomine, in ſacro autem baptiſmate Baſilius nuncupatus, gratia Salvatoris noſtri Dux Oſtroviæ, Vaivoda Kioviæ, Præſes Volindiæ, in Chriſto electis & dilectis Fratribus meis, non ſolum ſecundum carnem, ſed & in Spiritu ſancto, omnibus quotquot inveniuntur Slavonica utentes lingua, orthodoxe nobiſcum communicantibus ſecundum Apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ normam, peramanter ſignifico, quod per Dei benedictionem, miſericordiam ac pietatem dignus ſim habitus initium facere ac finem videre præſentis operis, & vobis omnibus ſpectandum exhibere novum ac vetus Teſtamentum, impreſſum in hac noſtra

divi-

diviniꝫ cuſtodita & Principali Volindiæ civitate anno creationis mundi VII. ∞ LXXXIX. Nativitatis vero Chriſti 1581. menſe Auguſti 12. *Typographus autem ad calcem libri.* Hæc Biblia divinitus accepta & animas dirigentia, novi & veteris Teſtamenti, impreſſa ſunt per me peccatorem maximum Joannem filium Theodori ex magna Ruſſia, in divinitus cuſtodita civitate Oſtrobia anno &c. *Quæ Biblia diligenter inſpiciens, & litteras cum forma capitalium ſeu quadratarum apud Græcos litterarum conferens, omnino credes, quod initio dixi, litteras Slavonicas, quando eas S. Cyrillus adinvenit, uſu potius quam forma novas fuiſſe, ſi paucas excipias, quas ad Græcarum ſimilitudinem difficulter retraxeris, quaſque in Græcis Ephemeridum harum nominibus non reperio, ideoque puto excogitatas, quod Slavonica lingua ſonos nonnullos habeat peregrinos a Græca, quibus exprimendis condenda nova littera fuerint.*

XV EULOGIUS Monachus.

Indigenarum aliquis mihi eſſe videtur, & dignus de quo plura ſcire velimus; nam Patriarcha Alexandrinus hujus nominis, quem Menæa ad diem præcedentem commemorant, ægre huc trahi poteſt, veſtium forma repugnante, niſi aliud argumentum accedat.

XVI ONESIMUS ✠ S. Pauli diſcipulus.

Melius hic mihi videtur pingi abſque habitu Epiſcopali: Epiſcopum enim fuiſſe haud ſatis nobis probant quæ de eo habemus.

PAMPHILUS ✠ Presbyter.

Notabis hic Θ ſcriptum pro Φ, quia Moſcis utraque littera idem ſonat, noſtroque F reſpondet, uti iterum monebimus in Appendice de Triptychis, in quorum etiam una Θλώρος ſcribitur loco Φλώρος.

FLAVIANUS † Anachoreta.

Tempus ac locum ubi vixerit non indicant Menæa, quæ eum inſigni elogio laudant, adeo ut vitam ſcriptam fuiſſe facilius optari poſſit quam credi. Corpus forte Conſtantinopolim advectum celebritatem cultus attulit, ob quam ita ſpecialiter hic poni ſit meritus.

XVII THEODORUS TYRO ✠ Martyr.

LEONTIUS, *eſt* Leo I. Papa. ✠ XVIII
MAXIMUS † Martyr

cum ſociis Theodoto, Heſychio & Aſclepiodata *iterum a Græcis memorantur in Septembri, & ad diem 15. ejuſdem menſis in hodierno Romano, quando eorum Acta Græco Latina dabimus.*

ARCHIPPUS ✠ Apoſtolus. XIX

LEO ✠ Epiſcopus. XX

TIMOTHEUS ✠ Anachoreta. XXI

INVENTIO RELIQUIARUM IN ÆDIBUS EUGENII ✠ XXII

Sanctorum ſcilicet Andronici & Juniæ. *Poſſevini interpres neſcio unde formarit nomen* S. Ugniſantii, *& Belga noſter* S. Euphemiæ.

POLYCARPUS ✠ Epiſc. Martyr. XXIII

MEMORIA CAPITIS S. JOANNIS PRODROMI. ✠ XXIV
Ita noſter Belga.

TARASIUS ✠ Patriarcha Conſtantinopol. XXV

PORPHYRIUS ✠ Epiſcopus Gazæ. XXVI

PROCOPIUS ✠ Decapolita. XXVII

BASILIUS † Diſcipulus Procopii. XXVIII
NESTOR † Epiſcopus Martyr

Pergæ in Pamphilia, colitur a Latinis 26. quando Acta ejus ex antiqui Latinis Mss. dedimus. Græca & fideliora haberi dicit Baronius: ſed ea nobis hactenus invenire non contigit.

CASSIANUS † Auctor Collationum. XXIX

Solum colitur a Græcis quarto quoque anno, quem Biſſextilem vocamus. Maſſiliæ in Galliis, ubi obiit, quotannis celebratur ejus feſtum 23. Julii. Vitam nemo antiquorum ſcripſiſſe videtur: an recentior aliquis quidpiam tentarit hoc ſeculo, neſcio. Gueſnayus noſter in ſuis Provinciæ Maſſilienſis Annalibus obiter dumtaxat de eo agit, ut ab eo notam Semipelagianiſmi removeat.

MARTIUS

GRÆCORUM METRICUS

A' Kalend. Μαρτίου μηνὶ πρώτῃ ΕΥΔΟΚΙΑ ξίφει τέλεσε.
Eudociæ prima Martis caput abſtulit enſis.

Inſcripta eſt etiam Romano Martyrologio: nos Acta Latino-Græca ex vetuſtiſſimo Ms. dedimus; nec tamen multum iis nunc fidimus, planeque putamus multis eventibus ad miraculum exaggeratis aliiſque circumſtantiis, Trajani Imperatoris, ſub quo paſſa eſſet, ætati nequaquam convenientibus aucta; imo veremur, donec certior aliunde confirmatio accedat, ne tota hiſtoria ſit conficta.

B' VI Non. Δευτέρῃ ἔβη οὐρανὸν ΘΕΟΔΟΤΟΣ εἰς ἦμαρ.
Theodotus cælos adſcendit luce ſecunda.

Epiſcopus in Cypro fuit, & Martyr ſub Licinio, cujus Acta utinam extent & inveniantur! Quædam Menæa habent ipſum 6. Maji, & ſic inſcribitur hodierno Romano, atque Operis hujus Tomo 2. Colitur etiam 17. & 19. Januarii.

Ἐν ξύλῳ ΕΥΤΡΟΠΙΟΣ σταυρῷ τρίτῃ προσεπήχθη. Γ' V Non.
In ligno Eutropium confixum tertia vidit.

Cum ſociis Cleonico & Baſiliſco *in Ponto ſub* Maximiano *paſſus hic eſt, ſimulque omnes referuntur in hodierno Romano: nos ſolius* Baſiliſci *Acta auctore Euſignio Latine dedimus, quæ mallemus Græce ſcripta inveniſſe.*

Τῇ δὲ τετάρτῃ ΓΕΡΑΣΙΜΟΣ βιότοιο ἀνέστη. Δ' IV Non.
Geraſimus quarta, vita migravit ab iſta.

Huic Anachoretæ ad Jordanem miniſtravit leo, qui errore vicini nominis ad S. Hieronymum (*Itali* S. Girolamum) *tranſiit: Baronius ad diem ſequentem retulit, eoque obiiſſe oſtendit in notis ad Romanum Martyrologium.*

ΠΑΥΛΟΝ ΙΟΥΛΙΑΝΗΝ τε τετάρτῃ ἔκτανεν ἄορ.

Quartâ nêcat gladio PAULUM ſociamque SORORem.

Sunt Martyres Ptolemaide in Phœnicia paſſi, extantque eorum Acta ex Græco Latine reddita pro 17. Auguſti, quando iterum recoluntur in Menæis & inſcribuntur Romano hodierno; quod ſequimur circa hujuſmodi dierum delectum.

E' Ὀξομένοις ΚΩΝΩΝ ἥλοισι πάρος πεῖδε πέμπτῃ.
iii Non. CONONEM clavus quinta confixit acutus.

Hujus Bidanæ in Iſauria paſſi Acta, neſcio quomodo prætermiſſa, danda erunt in Supplemento Latino-Græco.

ς' Τεσσαράκοντα κάρηνα δυοῖν ἅμα ἕκτῃ ἐτμήθη.
ii Non. QUADRAGINTA DUUM cervices ſexta reſcidit.

Fuerunt hi copiarum Duces ſub Imperatore Theophilo, capti a Saracenis in excidio Amorii. Acta Græco-Latine dedimus. Inſcribuntur etiam hodierno Romano.

Z' ΕΦΡΑΙΜ ἑβδομάτῃ ξίφος ἔκταμεν Ἀρχιερῆα.
Non. Enſem poſt ſextam ſuſcepit Epiſcopus EPHREM.

Hic, cum ſociis Epiſcopis pariter & Martyribus, inſcriptus eſt hodierno Romano, abſque ſufficienti notitia loci. Hinc nonnullis idonei viſi ſunt quos Hiſpaniæ & Ordini Carmelitico adſcriberent. Oſtendimus nos ex originariis Græcorum fontibus, prædicaviſſe eos & paſſos in Cherſoneſo Taurica, non Hiſpanica, quæ gratis fingitur.

H' Ἤλυθεν ὀγδοάτῃ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΣ Θεὸν ἄχρι.
viii Id. Octava ad Dominum pervenit THEOPHYLACTUS.

Fuit Metropolita Nicomedienſis gloria Confeſſionis clarus: cujus Vitam aliquam extitiſſe vix dubito, & opto nanciſci.

Θ' Ἀμφ' ἐνάτῃ ἰάγη σπίλος ΑΝΔΡΟΝ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ.
vii Id. Cura QUATER DENUM contrivit nona VIRORUM.

Sunt hi 40. Martyres Sebaſteni in Armenia, primum nocte tota in gelido lacu cruciati, deficiente uno; in cujus locum cuſtos ſuccedit, quadrageſimam coronam occupaturus. Coluntur etiam apud Latinos; ſed ad diem ſequentem ex Mandato Innocentii X. tranſlati, propter S. Franciſcam Romanam.

I' Ἀμφὶ τῇ δεκάτῃ ΚΟΔΡΑΤΟΝ ξίφος ἐγκατέπεφνε.
vi Id. QUADRATUM gladius decima ſub luce peremit.

Corinthi ſcilicet, ubi paſſus: Acta ex Græco & cum Græco dedimus. Invenitur etiam hodierno Romano adſcriptus.

IA' Ἐν δεκάτῃ σώφρων ἔδυ ΣΩΦΡΟΝΙΟΣ παρὰ τύμβον.
v Id. SOPHRONIUM tumulo dedit undecimus ſapientem.

Hic Hieroſolymitanus Patriarcha inſcriptus eſt etiam jam dicto Romano. Acta ejus collegimus tomo 2. Martii: optaremus nihilominus habere ejus encomium, quod a Joanne Zonara compoſitum vidit & laudat Allatius. Illi Joannes Moſchus dedicavit Pratum ſpirituale, unde factum ut errore lapſi quidam, ipſum ejus auctorem putarint. Scripſit autem ex voto miracula SS. Cyri & Joannis, ut ſupra dictum.

IB' Δωδεκάτῃ φθινύθοντος ἀπῆρε βίου ΘΕΟΦΑΝΗΣ.
iv Id. THEOPHANEM exemit miſeræ duodecima vitæ.

Presbyter Hegumenus hodierno Romano additus, ſcripſit Chronographiam, continuando opus Georgii Syncelli, ab Diocletiano ad Michaelem & Theophylactum ejus filium Imperatores, ſive ad annum vulgaris Æra 813. Ad cujus operis illuſtrationem ordinata a nobis eſt una Exegeſium Præliminarium ante Tom. 3. Martii, multa nihilominus notans & errata corrigens. Acta ejus gemina ex Græcis dedimus.

Χῶ τρισκαιδεκάτῃ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ἄστυ ἰαύχθη. IΓ'
Tertius a decimo NICEPHORON intulit Urbi. iii Id.

Scilicet Conſtantinopolitanæ, cujus fuerat Patriarcha, fidei cauſa in exilio mortuus, atque hodierno etiam Romano inſcriptus. Vitam ab Ignatio Diacono & diſcipulo ejus ſcriptam primi edidimus ex Græco.

Hac occaſione miſerat nobis R. P. Franciſcus Combefis Vitam cujuſdam S. Nicephori, Mileti Epiſcopi, *in hebdomada ſancta mortui ignoto anno & die, ut Synonymi Sancti a nobis in Martio jungerentur. Sed quoniam nihil aliud de cultu addebatur: & is aliquando vixerat in* Latro monte, *cum nonnulla notitia* Pauli, *ibidem Eremitæ, cujus Vita danda erit 15. Decembris, ad hunc diem maluimus ipſum differre pro poſteris, interim fortaſſe plus lucis accepturis.*

Κόψαν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΙΟ κάραν δεκάτῃ γε τετάρτῃ. IΔ'
Quartus ALEXANDRO & decimus caput abſtulit enſe. ii Id.

Ne libera detur exerrandi facultas inter multos hujus nominis Martyres, additur in Typico ἐν Πύδνῃ (perperam in Menæis Πύδυ) quæ eſt urbs Macedoniæ. *Tam celebres autem cultus Martyrem neſcio quomodo prætermiſerimus in* Martio *noſtro, ubi tamen ex Latinis* Martyrologiis *hac & præcedenti die, ſed cum ſociis utrobique diverſis, habemus aliquem* Theſſalonicæ *(quæ etiam Macedoniæ urbs eſt) & quidem ſemel cum titulo* Palatini. *Defectum hunc ſuppleant poſteri noſtri, conſulantque Galeſinium & notas* MSS. *Raderi: gratulentur autem ſibi, ſi interim ejus aliqua Acta inveniant, nobis necdum reperta.*

Πέμπτῃ δεκάτῃ τμῆθο ΑΓΑΠΙΟΣ, ἑτᾶροι. IE'
Eſt decima quinta AGAPIUS diſſectus, amici. Idibus

Cæſareæ in Palæſtina cum Publio *& aliis ſociis paſſus, colitur a Latinis 24. hujus, notitia ex Euſebio ſumpta; nec enim propria Acta videntur extitiſſe.*

Δένδρῳ ἐπικλινθεῖσι δέθη δεκάτῃ ΠΑΠΑ ἕκτῃ. Iς'
Sexta ſequens decimam te vinxit in arbore, PAPPA. xvii Kal.

Larandæ in Lycaonia paſſus etiam Romano hodierno inſcribitur: non inventis autem, quæ forte nec extiterunt unquam, propriis Actis, diei hujus Officium ſeu hymnos exhibui Latine legendos.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ, ΑΛΕΞΙΕ, τύμβον ἀνέτλης. IZ'
Septimus a decimo tumulum tibi pandis, ALEXI. xvi Kal.

Cognominatur a Græcis Vir Dei *Ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, & ſic etiam notatur in Diptycho Conſtantinopolitano, de quo infra. Fuit Euphemiani Senatoris filius, ſub ſcalis paternæ domus ignotus hoſpes, verum cælesti voce & proprio chirographo agnitus poſt mortem coram Patriarcha & Imperatore, in templo S. Petri fuit honorificentiſſime conditus: quæ omnia Romæ acta paſſim creduntur. Sed multis de cauſis cogor opinari, idem huic quod S. Joanni Calybitæ accidiſſe, & pro nova veterem Romam accipi. Hoc autem eo proniùs fuit, quod corpus aut ejus pars notabilis ibi nunc habeatur, una cum parte ſcalarum ſub quibus vixit, in eccleſia SS. Alexii & Bonifacii; in qua eccleſia Latini ſimul & Græci monachi viventes, ſuo quique ritu faciebant ſacra, quando illuc advenit S. Adalbertus Epiſcopus & Martyr Pragenſis, a quo utriuſque Sancti communia miracula habemus deſcripta. Suſpicor ergo, eccleſiam, quæ primum ſolius S. Bonifacii fuerat, ſub utriuſque nomine dici cœpiſſe, poſt quam Græci monachi advecti Con-*
ſtan-

ſtantinopoli cum prædictis S. Alexii Reliquiis illic recepti ſunt. Hæc eruditis viris volui conſideranda proponere, prius quam aliquid de iis ſtatuam, quod erit faciendum ad 17. Julii, quando Romæ S. Alexius *colitur. Non alia tamen habentur Acta quam a Græcis accepta: quibus etiam & peregrinationis Alexianæ ratio, & plurima circumſtantia alia favere videntur.*

IH'. 15. kal. Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ θάνατος μέλας εἷλε ΚΥΡΙΛΛΟΝ.
Octava decima mors abſtulit atra Cyrillum.

Epiſcopus hic Hieroſolymitanus etiam hodierno Romano inſcribitur; ejus ſemper recta fides ac libri defendantur a nobis Tomo 2. Martii. Acta nulla habentur.

IΘ'. 14. Kal. Χαῖρον ΣΥΖΥΓΙΗΝ δεκάτῃ ἐνάτῃ ΟΜΟΛΕΚΤΡΟΝ.
Conjugium concors decima nona ſubhumatur.

Conjuges hi Chryſanthus & Daria *ſunt, qui coluntur a Latinis 25. Octobris: Acta eorum Græce ac Latine habemus.*

K'. 13 Kal. Εἰκάδι πυρκαϊῆς ἐντὸς βάλεν ΕΠΤΑ ΓΥΝΑΙΚΑΣ.
Matronas septem injecit vigeſima flammis.

Amiſi ad Pontum Euxinum hæ paſſæ, Alexandra, Claudia, Euphraſia, Matrona, Juliana, Euphemia, Theodoſia, *quibus nominibus etiam inſcribuntur hodierno Romano. Credibile eſt aliquando exstitiſſe earum Acta.*

* KA'. 12. Kal. Εἰκάδι πρώτῃ δρόμος ΚΥΡΙΛΛΟΣ χεῖρας Θεοῖο.
Ad Dominum transfert vigeſima prima Cyrillum.

Epiſcopus Catanenſis hic fuit, ut putatur primus, Beryllus *veriori nomine dictus, & ſic hodierno Romano inſcriptus.*

KB'. 11 Kal. Εἰκάδι δευτέρῃ ὀβελοῖς ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ἐτρώθη.
Bis undena acubus Basilium pungit acutis.

Sub Juliano Presbyter & Martyr Ancyræ in Galatia hic fuit, cujus Acta ex Græco & Græce dedimus.

KΓ'. 10. Kal. Εἰκάδι τῇ τρίτῃ ΝΙΚΩΝ ξίφει κρᾶτα δάμνει.
Niconem gladio vigeſima tertia plectit.

Hujus & ſociorum monachorum 199. prope Tauromenitanam urbem martyrium utinam nobis certius conſtaret, quam ex Actis, quæ dedimus ſub nomine Charomeni eorum famuli atque diſcipuli. Severiori enim cenſura eguiſſe ea judicamus; & ipſis, quoad omnes circumſtantias tam fabuloſis, nolumus credere monachatus initia Diocletiani ætate vetuſtiora. Inſcribuntur etiam iidem hodierno Romano.

KΔ', 9. Kal. Κρύψεν ὑπὸ χθόνα εἰκάδι ΙΑΚΩΒΟΝ γε τετάρτῃ.
Jacobum tumulo vigeſima quarta recondit.

Epiſcopus ſub Iconomachis hic fuit, incertum cujus Eccleſiæ. Acta non extant, ſed laus in epiſtolis S. Theodori Studitæ, ex quo aliiſque de eodem egimus 21. hujus, quando & Typico & Menæis juſto cum elogio adſcribitur.

KE', 8. Kal. Γῆθε τῇ ΜΑΡΙΗ φωτ᾽ Ἄγγελος εἰκάδι πέμπτῃ.
Nuntia verba tulit vigeſima quinta Mariæ.

D. N. Jeſum Chriſtum *eodem ipſo die quo* homo factus eſt, *etiam eſſe paſſum, ex totius antiquitatis conſenſu probavimus Tomo 3. Martii. Incarnationem autem factam eſſe anno ſexto ante æram vulgarem, ſic ut vere mortuus ſit Chriſtus* Coſſ. duobus Geminis *anno vulgaris æræ 29. ætatis ſuæ 33. expleto, ex ſimili quatuor priorum ſeculorum conſenſu demonſtratur in Diatriba præliminari ad Tomum 1. Aprilis.*

Εἰκάδι ἀμφ᾽ ὕμνους ΓΑΒΡΙΗΛ κλέος ἐκτῃ ἐγείρει. Kϛ'. 7. Kal
Vicena ſexta Gabrielis perſonat hymnus.

Eo more ſcilicet jam ſupra indicato, ut qui myſterium præcedentis diei proxime attigerit. De vario ejus hoc ipſo menſe apud Latinos cultu, multa collegimus.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ἴδευσ ΜΑΤΡΩΝΑ ἐν εἱρκτῇ: KZ'. 6. Kal.
Matronam in vinclis vigeſima ſeptima mactat.

Theſſalonicenſis hæc Martyr *a Latinis colitur 25. hujus. Acta olim extitiſſe credimus, & ut adhuc ſuperſint optamus.*

Ὀγδοάτῃ ΙΛΑΡΙΩΝΑ κιχήσατο εἰκάδι πότμος. KH' 5. kalend.
Bis decima quarta mors Hilariona prehendit.

Fuit hic Hegumenus monaſterii Pelicetes, Confeſſor ſub Iconomachis: credibile eſt Vitam prolixe ſcriptam extitiſſe.

Ἐννεακαιεικάδι ΒΑΡΑΧΗΣΙΟΝ εἰκάδι πίσσης. KΘ' 4. Kal.
Barchesum pice ſua vigeſima nona perurit.

Una cum Jona *fratre martyrium in Perſide tulit hic Sanctus, quod Eſaias Regius æquus deſcripſit, & Latine ex Græco vertendum curavit Lipomanus, Veneta Bibliotheca codicibus* Mſſ. *uſus. Utinam nobis quoque in ea civitate obtingeret, qui pretio rationabili tranſcriberet pauca quædam Sanctorum* Acta*, needum alibi Græce reperta: nam qui an. 1660 nobis operam ſuam prolixe obtulit, ſed deinde turpiter decepit, Bibliothecæ cuſtos, homo Græcus, aliquamdiu fecit nequid inde poſſemus obtinere, quantacumque interceſſione adhibita: deinde cum prona jam ſperabamus omnia, eorum ad quos id attinet conſenſu impetrato, nihil fieri potuit, per Græculorum, qui manus mercenarias commodare rogabantur, ſordidam avaritiam. Nunc bibliothecæ cuſtodiam intelligo commiſſam eſſe erudito cuidam nobili Veneto ſimulque humaniſſimo D.* Gradonico*, de quo ſperamus quod, quem rogamus, modum inveniet nos juvandi iis quæ nobis hactenus defuiſſe intelliget.*

Χαίρει ΙΩΑΝΝΗΣ τριακοστῇ ἐξαναδῦναι. Λ' 3. kal.
Gaudet Joannes decima ter luce reſolvi.

Eſt hic Monachus *Sinaita,* Climacus *vulgo dictus* ἀπὸ τῆς κλίμακος, *id eſt* Scala, *per ipſum ad* Monachorum *inſtitutionem deſcripta. Vitam dedimus a Daniele Monacho Raithuno exaratam.*

Πρώτῃ ΑΚΑΚΙΟΥ βίοτα νέρθε τριακοστῇ. ΛA' 2. kal.
Morte ſed Acacius trigeſima prima ſacratur.

Fuit Epiſcopus Confeſſor Melitinæ *in Armenia, etiam Latinis antiquitus notus, apud quos aliqua ejus* Acta *extabant: ſed putamus magis integra & pleniora apud Græcos extitiſſe, quæ utinam etiam nunc ſuperſint.*

MARTIUS.

MOSCORUM FIGURATUS.

I EUDOCIA ✠ Martyr.

II THEODOTUS ✠ Epiſcopus Martyr.

III EUTROPIUS ✠ CLEONICUS ✠ BASILISCUS ✠ Martyres.

IV GERASIMUS ✠ Monachus.

V CONON ✠ Martyr.

VI SYNAXIS MM. IN AMORIO XLII. ✠

VII BASILIUS ✠ EPRHEM ✠ CAPITON ✠ Epiſcopi Martyres.

VIII THEOPHYLACTUS ✠ Epiſcopus. *Poſſevino non bene* Theophanes.

IX SYNAXIS MARTYRUM XL. SEBASTENORUM. ✠

Sculptor Moſcus eo modo hic expreſſerat aquas gelidi lacus, ut æſtuantium undiq; flammarum globos videretur repræſentare voluiſſe; quatuor autem coronas omiſerat ſua loco notare: quid porro ſignificet vox ΚΑΙΝΑΝΟΣ, *ſupra balneum in ripa poſitum ſcripta, explicet aliquis linguæ peritus.*

X CONDRATUS ✠ Martyr.

Scribendum erat Codratos, *& Latine* Quadratus; *Poſſevino ineptiſſime* Conradus.

XI SOPHRONIUS ✠ Epiſcopus Hieroſolym.

XII THEOPHANES ✠ Presbyter Hegumenus.

GREGORIUS † Magnus, Papa Romanus.

Vitam quatuor libris ſcripſit Joannes Diaconus: aliam breviorem & antiquiorem dedimus ex Mſ. æſtimatur maximus a Græcis propter libros Dialogorum, *unde &* Διάλογος *apud eos cognominatur (quos ipſis ex Latino vertit Zacharias Papa) & propter librum* Curæ Paſtoralis, *ab Anaſtaſio Epiſcopo Antiocheno Græce redditum.*

XIII RELATIO RELIQUIARUM S. P. N. NICEPHORI ✠

Facta poſt mortem impii Theophili, ſub ejus filio Michaele Balbo, *& Conſtantinopolitano Patriarcha* S. Methodio, *qui ambo in hac tabula exprimuntur, una cum Diacono thurificante. Notatum id velim ab hujus ſeculi novatoribus, neſcio qua animi præſumptione perſuaſit, ſeſe divinitus illuminatos, ad correctionem plurimorum, quos ſibi in Eccleſiam obrepſiſſe imaginantur abuſuum, tum circa Sacramentorum adminiſtrationem & alia multa, tum circa religioſum Sanctorum cultum. Nam cum ſuperiori æſtate in nobili quodam Brabantiæ oppido antiquas altarium tabulas contemplarer, viderem que in ea quæ S. Catharinæ ſacrum erat ſic repræſentatum Divæ martyrium, ut ſumma in aere anima ad cœlum a duobus Angelis ſuper expanſum linteum efferri videretur; adſtanti mihi Parocho dixi, in noſtra ad ſecundum tomum Aprilis Propylæo pag. 37. repræſentari tumulum Venerabilis Yolandæ, ante annos ferme quadringentos ſic ſculptum, ut ejus anima ſimiliter ab Angelis ſubvecta notetur; cum hoc ſolum diſcrimine, quod mei Angeli thuribulo ſinguli eſſent inſtructi, ad expreſſius denotandam iſtius animæ ſanctitatem. Tum Parochus, homo alias minime malus aut indoctus, neque earum quas Romani Pontifices damnavere ſententiarum defenſor pervicax, ſed qui non potuerat in ea unde prodierat ſchola non hauſiſſe aliquid Janſenianæ fuliginis & præpoſteri ad reformandam Eccleſiam zeli; Parochus, inquam,* Non probo, *ait:* Notum eſt enim quod nato inter homines Chriſto Magi thus obtulerunt, ad ejus divinitatem demonſtrandum; & ejus incenſum ſoli Deo competere, ac propterea cum primum hanc Curam adiens, ſuper illo altari juxta Sanctæ ſtatuam in vertice locatam, inveniſſem Angelos duos parvulos, ſic, ut dicis, thurificantes, eoſdem removeri juſſi; clam tamen & noctu. *Non erat otium inſtruendi tunc hominis, cum ipſe veniſſem ab eo inſtruendus circa quaſdam eo in templo antiquitates. Alia itaque flexi ſermonem, ceteroquin amice eum interrogaturus ſimulque dedocturus errorem ſuum (quod per interpoſitam poſtea perſonam feci) an eadem ex cauſa mutaverit in Rituali ſuo ſeu Paſtorali præſcriptos Miſſarum ſolennium ac funerum ritus, quibus jubetur &* feretrum incenſare accepto de manibus miniſtri thuribulo, *&* Evangeliorum librum, *atque ad omnem fere cujuſcumque rei* benedictionem *ſolennam, puta* Cinerum, Palmarum *&c. adhibere* incenſum: *idque non alia ex cauſa & prima aſpectu etiam rudibus obvia, quam ut intelligatur corpus defuncti Chriſtiani, Evangeliorum liber, aliaque ſimilia (quanto autem magis ipſi Sancti?) particulari quadam ad Deum relatione, aut eſſe aut reddi venerabilia, & ad cultum religionis (qui tota denique ad Deum terminatur) accommoda. Si ille aut ſimilis alius adhuc dubitat, legat in Rubricis Generalibus ad Miſſale Romanum, quintam de Introitu, ubi dicitur.* Si in altari fuerint ſive imagines Sanctorum, incenſata Cruce & facta ei reverentia, Sacerdos, antequam diſcedat a medio altaris, primum incenſat eas quæ a dextris ſunt, bis ducens thuribulum; & iterum, facta ſimiliter Cruci reverentia, incenſat bis alias quæ ſunt a ſiniſtris.

BENEDICTUS † Pater Monachorum XIV

Occidentalium videlicet, propter Regulam ab eo ſcriptam, quam denique omnia fere antiqua apud nos monaſteria ſuſceperunt cum habitu nigro; ſicuti S. Baſilii Regulam omnes Orientales atque etiam Moſci nunc profitentur, ſub habitu etiam nigro: unde fit ut Benedictinos a Baſilianis multi non diſtinguant, ac nominatim ii qui de Moſcovia ſcripſerunt: in Italia vero eadem nunc omnino eſt utriſq; habitus forma. Latini Sanctum ipſum colimus 21. hujus, ubi verum annum mortis conati ſumus definire, non item terminare controverſiam de poſſeſſione ſacri corporis, agitatam inter Italos & Francos.

AGAPIUS ✠ Martyr. BECYLUS XV

Eodem nobili ac militari habitu indutus, an præfatio Agapii Publio, *nomine perperam ſcripto, hic ponitur? Ita videtur.*

SABINUS † Martyr XVI

Nequaquam, ut putamus, diſtinguendus ab eo, quem etiam 13. hujus colunt Græci, atque poſt eos ex hodierno Romano Latini. Abibum *vocant alii. Acta an ſeorſim ſcripta ſint, & ubi requirenda, hactenus ignoramus.*

ALE-

XVII ALEXIUS ✠ Vir Dei.

XVIII CYRILLUS ✠ Epiſcopus Hieroſolym.

CHRYSANTHUS ; DARIA ✠ Conjuges MM.

XIX

XX PATRES ...... SABÆ † Martyres.

In Menais hoc titulo indicatur feſtum Sanctorum Abbatum ab Abaris (*Imo Arabibus*) interfectorum in monaſterio S. Sabæ Sanctificati : *ubi Poſſevinus interpres ipſius* S. Sabæ *feſtum perperam notavit, qui etiam hic videtur primus pingi, Regulam ſuam manu tenens. Acta ex Græce eruimus, ab eo qui interfuit ſcripta.*

PHOTINA, IOSES † Martyres.

Hanc eſſe Samaritanam Evangelicam, cum filio Joſe *ſeu* Joſepho, *fabulantur Græci, multa de utroque narrantes vix digna relatu. Hodierno Romano inſcribuntur ambo: confuſio forſitan ex eo nata ſit, quod genere vel ſecta* Samaritani *ambo fuerint.*

CYRILLUS Martyr.

Quomodo huc ſpectet, aut quis ſit, non poſſumus divinare. Habitus *nihil barbarum indicat. Quid ſi corpus alicujus, nunc ignoti, ex Græcia in Moſcoviam translatum, occaſionem dederit hac die indicandi feſti ?*

XXI IACOBUS ✠ Epiſcopus.

Idem, ut credo, quem alias Græci colunt 24, *niſi inter indigenas Moſcoviæ Epiſcopos Sanctos inveniatur alius, ad quem hic dies & honor magis proprie ſpectet.*

XXII BASILIUS ✠ Presbyter Martyr.

In tabulis male exprimitur inſtar Epiſcopi Palliatus, forſitan ex errore nominis ei cum Baſilio Epiſcopo Cæſareenſi *communis.*

XXIII NICON ✠ *cum* DUCENTIS DISCIPULIS.

Ita Belga noſter hæc verba legit : cujus explicationem probat littera Σ, *ducenarium numerum ſignificans : quod vero Niconi a tergo eſt ædificium magnum, non Tauromenium urbem, in cujus vicinia vixiſſe creditur, ſed veteris balnei ruinas, quas putatur incoluiſſe, adducere in memoriam debet.*

XXIV ARTEMIUS † Epiſcopus

Seleuciæ in Piſidia, *Græcis ferme* Artemon *ſcribitur : cujus utinam haberentur Acta. Colitur etiam ab iiſdem* Artemon *alius* Presbyter Laodicenus *ſub Diocletiano, de quo quia iterum reſtitur* 8 Octobris *&* tunc *Romano hodierno inſcribitur agere diſtulimus quamvis ibi breve, hic longiſſimum ejus elogium habeant Menæa, præter quod alia pleniora Acta nunquam forte extiterunt.*

ZACHARIAS † Recluſus.

Talem certe invenimus in Mss. Menais Taurini expreſſum quamvis ei hic videatur habitus Epiſcopalis appingi verosimiliter; cum qui hic tam ſolenniter pingitur, ex Vita quæ aliquando extiterit notum Græcis fuiſſe.

ISACIUS Diaconus.

Talem quippe exprimit habitus : quis aut cujas ignotum nobis atque ac R. P. Obilewicz : qui tamen ſuſpicatur hunc & alios nonnullos Sanctos, quos in Ruthenico ſuo Kalendario non reperit ad notatos hic dies, ad alios fortaſſis dies poſſe reperiri in Moſcovitico, *quod vix opinamur. cum id quod præ manibus habemus certe Moſcoviticum ſit.*

ANNUNTIATIO MARIÆ. ✠ XXV

Ita interpres Belga, rem (ut mihi videtur) non verba exprimens.

SYNAXIS ARCHISTRATEGI GABRIELIS. ✠ XXVI

Hoc Archiſtrategi *cognomentum* Gabrieli *æque ac Michaeli tribuitur a Græcis, a quibus vix unquam unus ſine altero pingitur, quod hic etiam obſervatur, Crux tamen datur Gabrieli, ut præcipue Verbi incarnati & crucifigendi miniſtro, inter utrumque vero repræſentatur imago pueri Ieſu ſupra Cherubim, ſicut etiam infra 8 Novembris, quo crediderim ſignificari id, quod Theologi noſtri paſſim docent, Angelos in principio ſuæ creationis juſſos ſubjicere ſeſe Verbo incarnando, quod Lucifer cum ſuis facere detrectans cælo exciderit. Fit iterum de* Gabriele 13 *Iulii.*

MATRONA ✠ Martyr Theſſalonicæ. XXVII

Latinis 15 *Martii. Acta olim extitiſſe eſt veroſimile, & optandum ut nunc invenirentur.*

PHILETUS † Senator, Martyr.

In Illyrico ſub Hadriano, cujus Acta non habentur. etiam hodierno Romano acceſſit.

STEPHANUS † Monachus Thaumaturgus. XXVIII

Variant in die Menæa: nos de ipſo egimus 26, *ſed Vitam requirimus.*

HILARION ✠ Hegumenus monaſterii Pelicetes.

Menæa Juniorem *appellant, ſcilicet reſpectu ejus qui vixit in Cypro ſeculo 4: hic autem ſub Iconomachis fidem confeſſus, totum hujus diei Officium implet: quæ celebritas tanta perſuadet, Vitam ſatis prolixe ſcriptam fuiſſe.*

MARCUS † Arethuſiorum Epiſcopus. XXIX

Cujus veram ſanctitatem, quam Baronius in dubium vocabat, vindicavimus.

CYRILLUS † Marci Diaconus. *Simul paſſus & Romano hodierno inſcriptus.*

IOANNES .... IN SINAI .... ✠ XXX

Synaum monaſterium a tergo habens, monachis prædicat ex eo quem Κλίμακα *inſcripſit libro, Totam epigraphen verbotenus explicet peritior alius: tacet enim hic Belga noſter. Exiſtimo verba reliqua ſpectare ad* Crucifixum, *qui exprimitur in extremo loculi hujus ampliorit angulo; ſed cur id fiat neſcio, an forte ex ſententia alicujus, qui tali die paſſum Chriſtum crediderit?*

HIPATIUS Epiſcopus. † XXX

Ita interpres Belga expreſſe ultimum verbum reddit. Sed cujus Sedis Epiſcopus? Imago Deiparæ, quam manu tenet, expreſſe videtur ſignificare, eum pro defenſione imaginum inſigniter decertaſſe ſub Iconomachis. Atqui hoc non convenit S. Hypatio Gangraeum *Epiſcopo & Martyri, qui hodie prolixiſſimum elogium cum toto diei Officio in Menais habet, iterumque elogium* 14 *aut* 15 *Novembris, quando inſertus eſt hodierno Romano, & Acta ejus ex Græco dabimus : hic enim* Hypatios *Concilio I Niceno interfuit. Dubitationem auget, quod* Typicon, *in quo totius Officii divini ordo per anni decurſum notatur* (Cartabellam *hodie appellamus, quam &* Diptycham *medio ævo dictam invenio) notet feſtum* τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ Θαυματουργοῦ Ὑπατίου Ἐπισκόπου Ἀγκύρας S. P. N. & Thaumaturgi Hypatii Epiſcopi Ancyræ : *cum* Gangrenſis *ſemper nominetur cum titulo* τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος. Hinc *datur occaſio conjectandi fuiſſe alium* Hypatium, *ſeculo* 8

vel

Digitized by Google

*vel 9, cujus quia non extabant Acta, facta ſit iſta in Menæis confuſio, ut Officium, quod pro Novembri ſeniori*que Hypatio *compoſitum fuerat, ad hunc diem transferretur. Invenitur autem in Menæis ad* 20 *Septembris* Hypatius *Confeſſor pro Imaginibus, idemque Epiſcopus ſub Metropolita Epheſino; & ad hunc forte imago hæc ſpectat.*

A P R I L I S

G R Æ C O R U M   M E T R I C U S.

A'. Πρώτῃ Ἀπριλίου ΜΑΡΙΗ, θάνεν ἄγχος ἐρήμου.
Kalen. Prima Aprilis obit Maria, gloria eremi.

Colitur a Latinis die ſequenti: ubi oſtendi ejus obitum pertinere ad tempus Theodoſii Iunioris *ſeculo* 5, *non vero ſpectare ad ſeculum* 7 *& ætatem Iuſtini ſenioris: hiſtoriæ vero ſcriptorem Sophronium, male confundi cum eo qui fuit Patriarcha Hieroſolymitanus, & Canonem de Sancta illa canendum compoſuit.*

B'. Δευτέρῃ ΤΙΤΟΙΟ ψυχὴν ἄνω νόες ἦραν.
4 Non. Tits animam ſurſum Superi vexere ſecunda.

Hegumenus in Græcia, & Thaumaturgi *cognomen meritus, cujus hodie cum extet ſuum ſolenne Officium, etiam Vitam olim extitiſſe crediderim.*

Γ'. ΝΙΚΗΤΑΝ καλέουσι τρίτῃ ἐνὶ δῶμα Θεοῖο.
3 Non. Tertia Nicetam jubet aulam intrare Tonantis.

Medicienſis in Bithynia Hegumenus, *etiam hodierno Romano eſt inſcriptus. Vitam, auctore Theoſterictο diſcipulo, ex Græco dedimus.*

Δ'. ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ΘΕΟΔΟΥΛΩι σὺν δύθη γε τετάρτῃ.
2 Non. Mergitur Agathopus quarta ſimul & Theodulus.

Hic Lector, *iſte* Diaconus *Theſſalonicæ, Martyres ſub Diocletiano: quorum Acta Græce Latina dedimus.*

E'. Πέμπτῃ ΚΛΑΥΔΙΟΥ κεφαλὴν τάμε χεὶρ φονόεσσα.
Nonis. Cruda manus quinta Claudi caput enſe reſcidit.

Idem cum iiſdem ſex ſociis Diodoro, Victore, Victorino, Papia, Nicephoro, & Serapione *memoratur etiam* 31 *Ianuarii Martyr ſub Decio, ſed abſque ſolenni, ut hodie, Officio: Latini vero ipſum & ſocios colunt* 25 *Februarii, ſed* Claudianum *appellant. Ibi de iis agimus.*

ς'. Ψυχὴν ΕΥΤΥΧΙΟΙΟ πύλη γε πόλου ἄγεν ἕκτῃ.
8 Id. Fert animam Eutychii cælorum janua ſexta.

Patriarcha Conſtantinopolitanus hic fuit; cujus Vitam Græco-Latinam dedimus, ſcriptam ab Euſtatio Presbytero ejus domeſtico.

Z'. Ζωὴν δ' ἐκ θανάτοιο ΓΕΩΡΓΙΟΣ ἑβδόμῃ εὗρεν.
7 Id. Septena vitam invenies pro morte, Georgi.

Solitarius hic vixit in monte Malæa in Laconia: cujus nullam Vitam inveniri miramur.

H'. Ἤξεν ἐν ὀγδοάτῃ γῆς ΗΡΩΔΙΩΝ οἰκετῆρα.
6 Id. Octava Herodion carum cor intulit aſtris.

Nominatur inter 70 *diſcipulos ut Patrarum Epiſcopus, atque etiam hodierno Romano inſcribitur.*

Θ'. Φάσγανον ἀμφ' ἐνάτῃ ΕΥΨΥΧΙΟΥ ἔκταμε λαιμόν.
5 Id. Eupsychii nona ſecuit pia guttura ferrum.

Martyr Cæſareæ in Cappadocia ſub Iuliano, etiam hodierno Romano additur. Latent Acta, quæ videntur ſat fuſe deſcripta fuiſſe.

Φασγάνῳ δεκάτῃ ὁ ΤΕΡΕΝΤΙΟΣ εὗρετο τέρμα. Ι'.
Per gladium decima finem ſortire, Taranti. 4 Id.

Paſſus hic eſt in Africa ſub Decio cum pluribus ſociis. Acta dedimus ex Lipomano: contextum Græcum, unde Latina reddita ſunt, Venetiis invenimus, ſed fruſtra petiimus eum nobis deſcribi: quod adhuc ibi aut alibi fieri opto.

Χάλκεον εἰς ταῦρον ἑνδεκάτῃ βληθεὶς φλέγη ΑΝΤΙΠΑ εἰς βοῦν. ΙΑ'.
Undecima injectus tauro ardes, Antipa, aheno. 3 Id.

Pergami in Aſia Martyr, ſicut ex Apocalypſi conſtat, non item quod fuerit iſtius urbis Epiſcopus, ut paſſim dicitur.

Δωδεκάτῃ, ΒΑΣΙΛΕΙΕ, σορῷ ἐνὶ δύσαο νεκρός. ΙΒ'.
Mortuus in tumulum Basilius abit duodena. 2 Id.

Parii in Myſia Epiſcopus, Confeſſor ſub Iconomachis: cujus utinam Vita extaret!

Ἀμφὶ τρίτῃ δεκάτῃ θάνε ΜΑΡΤΙΝΟΣ πέρα πόντου. ΙΓ'.
Martinus terna decima trans æquor obivit. Idib.

Papa Romanus & Martyr in Cherſoneſi exilio mortuus, colitur a Latinis 12 *Novembris. In cujus aliorumque plurimorum Pontificum chronologia ordinanda aliter quam factum a Cardinali Baronio, non tam certa quam nos documenta ſecuto, haud inutilem operam poſuiſſe me reor: quam licet ad menſem Iunium differendam aliquoties dixerim in hiſce primis Tomis Maii, nunc decrevimus ante poſtremos hujus ipſius Maii tomos ponendam, quo citius eā fruatur lector ſtudioſus eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cujus baſis eſt chronotaxis Pontificia.*

... Τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐκ τῶν ό ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ, ΠΟΥΔΗ & ΤΡΟΦΙΜΟΥ. ΙΔ'.
... Sanctorum Apoſtolorum ex 70 Aristarchi, Pudæ, & Trophimi. 17 Kal.

Coluntur a Latinis ſeorſim ſinguli Ariſtarchus 4 *Auguſti*, Pudes 19 Maii, Trophimus 29 *Decembris.*

Κἀτ θάνε ἐ ΚΡΗΣΚΗΣ πέμπτῃ δεκάτῃ πυρὶ λαύρῳ. ΙΕ'.
Et quinta decima, Crescens, extingueris igne. 17 Kal.

Martyr Myræ in Lycia: cujus Acta deſiderantur.

ΧΙΟΝΙΑΝ ΑΓΑΠΗΝ ἕκτῃ δεκάτῃ κατέκαυσεν. Ις'.
Exurunt Agapen ſexta decima atque Chioniam. 16 Kal.

Coluntur, cum ſua ſorore Irene, 3 *hujus apud Latinos, apud quos ſolos oſtendimus genuina Acta Martyrii inveniri, comprehenſa in Actis S. Anaſtaſiæ; Græca vero, contra quam exiſtimavit Baronius, prorſus depravata eſſe. Paſſæ ſunt autem Theſſalonicæ ſub Diocletiano.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΣΥΜΕΩΝ κὰπ αὐχένα τμήθη. ΙΖ'.
Septena decima Symeon dat colla ſecuri. 15 Kal.

Epiſto-

Epiſcopus Seleuciæ & Cteſiphontis in Perſide, ac Martyr inſignis cum variis ſociis, colitur a Latinis 21. hujus. Acta hactenus ex ſolo Sozomeno habentur.

IH'. 14 Kal. Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ ποταμοῦ ΣΑΒΒΑΝ ἀμῖνε ῥέεθρον.
Octava decima Sabbam hauſit fluminis unda.

Gothus Martyr, obiit 12. hujus, quando Acta damus, ſecuti Romanum hodiernum. In Menæis perperam hic additur τοῦ Στρατηλάτου, *Ducis, quod vel ex ſubjuncto elogio patet.*

ΙΘ'. 13 Kal. Ἀμφ' ἐνάτῃ δεκάτῃ ΘΕΟΔΩΡῼ σταυρὸς ἄεθλος.
Crux decima nona certamen fit Theodoro.

Ejus aliorumque ſimul paſſorum Martyrium dilatum a nobis eſt ad 20. Septembris, quia ex Menologio in hodiernum Romanum iſthuc eos tranſtulit Baronius: Utinam eorum interim Acta reperiantur! ſin minus, ſufficiet amplum ex Menæis compendium, unde intelligitur Pergæ in Pamphylia res acta eſſe ſub Imperatore Antonino.

K'. 12. Kal. Εἰκάδι σοί, ΘΕΟΔΩΡΕ, λίπ' ὀστέα θυμὸς ἀγήνωρ.
Mens tua vicena, Theodore, eſt carne ſoluta.

Cognomento Trichinas, *a cilicii aſperitate: floruit in eremo Thraciæ prope Conſtantinopolim. Dolemus nulla ejus Acta inveniri: nam & hodierno Romano adſcriptus eſt.*

KA'. 11 Kal. Τῷ ΙΑΝΝΟΥΑΡΙΟΙΟ κάρην τάμεν εἰκάδι πρώτῃ.
Vicena prima caput amittis, Januari.

Epiſcopus Martyr ſub Diocletiano, Neopolitanorum nunc Patronus præcipuus, ubi feſtum (uti & in reliqua Eccleſia Latina) agitur 19. Septembris: quando in conſpectum ſacri Capitis expoſitus in phiala ſanguis, liqueſcere ſolet, ſicut & aliis occaſionibus, qualis ea fuit, qua anno 1661. ſimilis gratia nobis quoque facta eſt, ut plenius narravi in Vita P. Joannis Bollandi ante Tomum 1. Martii n. 92.

KB'. 10. Kal. Εἰκάδι δευτερίῃ ΣΥΚΕΩΤΗΝ δύμβος ἔκρυψε.
Sycbotem abdit vicena ſecunda ſepulcro.

Theodorus *hic eſt, ex Epiſcopo Anaſtaſiopolitano plurium cœnobiorum Archimandrita, nuper Romano Martyrologio inſertus: cujus extat Vita prolixa & pulcherrima, ab Eleuſio Sancti diſcipulo, alias Georgio, accurate conſcripta: quam ſi potuiſſemus Græcam Venetiis adipiſci, nova verſione dignam judicabamus. Nunc ea cura poſteris noſtris relinquitur: juvabit interim ipſum Græcum contextum accipere.*

KΓ'. 9. Kal. Ἦρα ΓΕΩΡΓΙῼ δεκάτῃ τρίτῃ αὐχένα χαλκός.
Vicena terna ſcinduntur colla Georgi.

Paſſim Megalomartyr *dictus, primus (quantum exiſtimo) excepit impetum perſecutionis decimæ, ejuſdemq; omnium crudeliſſimæ ſub Diocletiano & Maximiano, laceratis eorum circa Paſcha edictis primis. Coli cœpit ſtatim a Conſtantini Magni victoria de Licinio, erectis eccleſiis ſub ejus nomine, tranſlatiſq; reliquiis; habitus ſemper Orientalis Imperii defenſor, & Chriſtianorum contra Saracenos exercituum ductor. Explicui hæc omnia prolixe in Aprili, ubi etiam cauſam reddidi draconis paſſim ad pedes ejus pingi ſoliti, quam lubet hic confirmare exemplo Majoriani Imperatoris, ab anno 457. uſque ad 61. cum Leone regnantis, qui ſumpto ſibi a Conſtantino Magno ſtatuæ exemplo, imaginem ſuam ita in nummis ſculpi permiſit, ut averſa facies repræſentaret Imperatorem, cruce quam dextero tenet potentem, victoria quam ſuſtinet ſiniſtra glorioſam, pede autem dextero caput nefandi proculcaret Draconis: ipſum nummum hic dorem effigiatum, ſi non ſufficeret eum paſſim extare apud nummariæ antiquitatis tractatores, & omnibus obviam eſſe apud Baronium ad annum 325. num. 206.*

Εἰκάδι πνῖξε ΣΑΒΑΝ ποταμοῦ ῥόος ἀμφὶ τετάρτῃ. KΔ'. 8. Kal.
Suffocatque Sabam vigeſima quarta fluento.

Hic quoque Martyr Gothus fuit, ſed militum Ductor, Romæ (ut creditur) paſſus quidem, non tamen Romanis Eccleſiæ faſtis ante Baronium notus: idque haud ſine confuſione aliqua, quoad mortis genus, cum alio Sabba *ſuperius ad 18. relato.*

Εἰκάδι πέμπτῃ ΜΑΡΚΟΝ ἐπὶ χθονὶ ἄφρονες εἷλκον. KE'. 7. Kal.
Per terram Marcum quinta & vigeſima raptat.

Evangeliſtam hunc credimus veroſimilius Latine ſcripſiſſe, & corporis Venetias allati hiſtoriam explicamus.

Εἰκάδι ἀμφ' ἕκτῃ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ξίφει αὐχένα τμῆθη. Kϛ'. 6. Kal.
Vicena ſexta feriunt Baſilea ſecuri.

Amaſeæ in Ponto Epiſcopus, Martyr ſub Licinio, ob S. Glaphyram libidini ejus ſubtractam. Acta Græco-Latina dedimus.

Ξύλῳ ἑβδομάτῃ ΣΥΜΕΩΝ πάγη εἰκάδι μάκρῳ. KZ'. 5 kalend.
Bis decima in ligneo Symeonem & ſeptima figit.

Epiſcopus Hieroſolymitanus hic fuit, Chriſti conſanguineus, ſub Trajano crucifixus: cujus memoriam Latini recolunt 18. Februarii.

Εἰκάδι ὀγδοάτῃ σε λάβεν ΜΕΜΝΟΝΑ γε πότμος. KH'. 4. Kal.
Vicena octava mors aufert Memnona nobis.

Hegumenus hic & a miraculorum gratia Thaumaturgus *cognominatus, ubi, vel quando vixerit ignoramus: eoque magis dolemus excidiſſe Acta, quæ celebriorem fuiſſe vel hinc patet, quod ſolus fuerit huic Ephemeridi inſcriptus.*

Εἰκάδι ἐν' ἐνάτῃ ΙΑΣΟΝ ἀπεβήσατο γαίης. KΘ' 3. kal.
Vicena nona terras dimiſit Jaſon.

Diſcipulus S. Pauli colitur a Latinis 12. Julii.

Κτεῖνε μάχαιρα φόνου ΙΑΚΩΒΟΝ ἐν τριακοστῇ. Λ' 2. kal.
Jacobum gladio trigeſima mactat iniquo.

Ipſum mortis genus ſatis indicat hic intelligi filium Zebedæi, Fratrem Joannis, *qui etiam in pleriſque Menæis notatur, licet quædam exempla nunc repetant* Fratrem Domini: *colitur autem a Latinis 25. Julii.*

APRILIS.

MOSCORUM FIGURATUS.

I PRESB. ZOSIMAS † MERETRIX MARIA ✚....

Quadripartita totius hiſtoria explicatio ſatis indicat, quam feſtiva apud Græcos fuerit, & ſit apud Moſcos etiam hodie, commemoratio utriuſque: ubi primo quidem loculo exprimitur Zoſimas Mariam *inveniens & cum ea loquens, cujus nomini præfixum* ΠΡ *poni videtur pro Græco* Πόρνη Meretria, *& ſic notas illas explico: quid autem ſibi velint ultima verba, poſita ſupra ſecundum loculum (ubi exhibetur* Maria, *admirante* Zoſima, *inter preces ſurſum rapta) non divino: verba inſcripta tertio & quarto loculo interpres Belga ſic reddidit,* Zoſimas Mariæ ſacram Cœnam miniſtrat, & Miniſterio leonis ſepelitur Maria.

II TITUS ✚ Abbas Thaumatorgus.

Non debuit in habitu Epiſcopali palliatus exprimi: ſed forte per imperitiam acceptus hic eſt pro S. Pauli diſcipulo, quem 25. Auguſti habeat hæc ipſa tabula.

III NICETAS ✚ Abbas Medicienſis.

IV JOSEPH † Hymnographus monachos.

Vitam, quam necdum reperimus, ſcripſit breviter diſcipulus ejus Theophanes: pro qua dedimus eamdem die præcedenti, quo Paſſim a Græcis refertur, fuſius deductam a Joanne Diacono eccleſiæ S. Sophiæ. Poſſevinus hic habet. Ven. Iſidorum: *ſed quis hic? Colitur quidem etiam hoc die* S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, *ſed quem Græcis atque per hos Ruthenis innotuiſſe, haud facile crediderim.*

GREGORIUS, *imo* GEORGIUS. ✚

Nam Gregorius *hac die nuſquam alius comparet,* Georgius *vero in* monte Malæo *celeberrimum cultum habet in Typico & Menæis, in Ephemeride autem metrica die 7. Sane nihil facilius quam* Georgii & Gregorii *nomina inter ſe commutantur. Vitam nullam invenimus, ſed elogium ex Canone ipſo conferimus, in cujus titulo etiam appellatur* ſanctus Pater noſter; *nec tamen hic ut monachus exprimitur, ſed ſimpliciter in habitu talari.*

V THEODULUS ET AGATHOPUS ✚ Martyres.

Primus Poſſevino non recte S. Mart. Theodotus.

VI EUTYCHIUS ✚ Patriarcha Conſtantinop. *Eidem Poſſevino perperam* Euchemius.

VII GEORGIUS ✚ Epiſc. Mitilenæ.

Ita recte nomen expreſſit Poſſevinus, quod hic perperam ſcribitur Sergios. *Vitam nullam invenimus, ſed mentionem perquam honorificam in Vita ſucceſſoris* Georgii Junioris, *Græco-Latine danda in Supplemento.*

VIII HERODION ✚ novarum Patrarum Epiſc.

Hodierno Romano inſcriptus, creditur unus ex 72. Diſcipulis. Poſſevino Radion *non bene dictus. Cum hoc pariter, ut* Apoſtoli, *coluntur a Græcis.*

AGABUS † RUFUS † Apoſtoli.

Uterque exprimitur ut Epiſcopus, ſicuti paſſim ceteri Apoſtolorum diſcipuli, in ſacris libris nominati. Hoc certum eſt, Agabum *ut Prophetam laudari & a Latinis coli 13. Februarii:* Ruſum vero, Thebarum in Græcia Epiſcopum *creditum, nominari in epiſtola ad Romanos, & a Latinis iiſdem commemorari 23. Novembris.*

EUPSYCHIUS ✚ Mart. *Poſſevino non bene* Sutiphius. IX

TERENTIUS ✚ Martyr. X

ANTIPAS ✚ Martyr. XI

BASILIUS ✚ Epiſcopus. XII
ANTHUSA † Sanctimonialis.

Filia Conſtantini Copronymi, a pluribus & antiquioribus differtur uſque ad 27. hujus, quando de ea egimus: quidam etiam ipſum referunt ad 27 Julii, quando & Romano hodierno inſcribitur.

ARTEMON † Epiſcopus Martyr. XIII

Hodie in Typico cum titulo Hieromartyris *ſolus notatur. eſt ergo Epiſcopus Seleuciæ, diſcipulus Pauli; de quo ex Menæis egimus ad 24. Martii.*

MARTINUS ✚ Papa Romanus. *Non* Marcianus, *ut perperam dictatum eſt Poſſevino.* XIV

ANTONIUS, JOANNES, EUSTACHIUS.

Ducis Lithuaniæ cubicularii, martyrio affecti Vilnæ poſt annum 1328. de quibus plura vide in Kojalowicz. & in Actis noſtris.

ARISTARCHUS, ✚ PUDENS, ✚ TROPHIMUS. ✚ XV

AGAPIA, ✚ IRENE, ✚ CHIONIA. ✚ *Sorores Martyres Theſſalonicæ.* XVI

SYMEON ✚ Epiſcopus Martyr. *Male hic pingitur ut Abbas vel monachus.* XVII

JOANNES † Diſcipulus S. Gregorii Decapolitæ, *non debuerat ut Epiſcopus exprimi.* XVIII

SABAS ✚ Gottus Martyr.

ATHANASIA † Vidua Sanctimonialis

In Ægina inſula. Hæc quia in Actis apud Lipomanum mortua dicitur 14. Auguſti, ibi quoque repoſita eſt in hodierno Romano: idem dies confirmatur ex Græco quod habemus. Scripturam, quam manu præfert, legat qui poteſt.

JOANNES † Palæolaurita monachus. XIX

Cur ei Poſſevinus hic addat nomen Eutychii *non divinamus, nec Vitam ſeorſim ſcriptam invenimus.*

THEODORUS, *Poſſevino* THEODOSIUS. XX

Neutrius nominis Epiſcopus invenitur hoc die: quare non invenio quid de illo ſtatuam. Eſt alias in Menæis S. Theodorus Martyr Pergæ in Pamphilia *cum longo elogio, in quo dicitur ſub Antonino Imperatore & Præſide Theodoto paſſus.*

J A-

XXI JANUARIUS ✠ Epiſcopus Martyr.
THEODORUS † Trichinas.

In tabula tranſpoſitus ordo figurarum, juxta ordinem nominum eſſet corrigendus.

ANASTASIUS † Sinaita monachus

Ab alio ejuſdem nominis ac temporis Antiocheno Patriarcha, cum quo in hodierno Romano confunditur, bene diſtinguendus, uti & diverſiſſima utriuſque ſcripta; quibus optandum eſſet utriuſque Vitam diverſam addi poſſe. Hic certe vel ſolus habitus diverſum arguit.

XXII THEODORUS ✠ Syceota.

XXIII Georgius ✠ Megalomartyr.

XXIV SABAS ✠ Dux Martyr.

XXV MARCUS ✠ Evangeliſta.

XXVI BASILIUS ✠ Epiſcopus Martyr.
STEPHANUS Epiſcopus Permienſis.

Ita R. P. Obilewicz, de quo Herberſtenius in Itinerario a Moſcua uſque ad Obim fluvium, poſt deſcriptionem Permienſis Provinciæ, dicit, quod genti proprium idioma habenti, etiam characteres proprios invenit Stephanus Epiſcopus, qui eos in fide Chriſti vacillantes confirmavit: nam antea in fide adhuc infantes, Epiſcopum quemdam idem attentantem excoriaverant, *dignum profecto, cujus etiam nomen inter Sanctos relatum eſſe credatur, & hic alicubi locum habere inter eos, quorum nobis adhuc notitia deeſt, licet inveniatur locus. De ipſo certe Stephano idem Herberſtenius aſſerit, quod* Demetrio Joannis filio imperante apud Ruthenos, *circa ann.* 1450. in numerum Divorum relatus eſt.

SYMEON ✠ Epiſcopus Hieroſolymitanus. XXVII

JASON ✠ SOSIPATER. † XXVIII

SYNAXIS MARTYRUM IX. CYSICI. † XXIX

Horum nomina in Menæis ſunt Theognides, Rufus, Antipater, Theoſtychus *ſive* Eutyches, Artemas, Magnus, Theodotus, Thaumaſius, Philemon. *Cur eorum medius hic ut Epiſcopus repræſentetur non ſapimus, eoque magis vellemus Acta inveniri.*

JACOBUS ✠ Apoſtolus, frater Joſuæ. XXX

MAJUS.

GRÆCORUM METRICUS.

Πρώτῃ τῇ Μαΐου λίθοισι κτεῖνον ΙΕΡΕΜΙΑΝ.
Prima dies Maii ſaxis necat HIEREMIAM.

Α′ Kalend. C*Olitur etiam antiquitus apud Latinos hac die: dicitur autem quod ejus in Taphnes apud Ægyptios ſepulti oſſa Alexandriam transferri fecerit ejus conditor Magnus Alexander. Hoc autem prudentius credi poterit, quam crederentur cetera, quæ circa Chriſtum ex virgine naſciturum, Lignumque a cunctis gentibus adorandum, dicitur idem Propheta Ægyptiis Gentilibus prænuntiaſſe multo clarius, quam unquam Judæis prophetata fuerunt. Tolerabiliora tamen ea omnia ſunt, quæ ad hunc diem ex Menæis recitantur, a nobis autem, prætermiſſa fuerunt ut apocrypha; quam ſit fabula illa quæ in iiſdem Menæis per integras undecim columnas extenditur, dum capta per Nabuchodonoſorem Hieroſolyma Babylonem migraſſe Jeremias dicitur, ibique vixiſſe, quoad expletis annis Babylonicæ captivitatis ſeptuaginta, accepit ex Judæa epiſtolam ab Abimelech Æthiope, per totum iſtud tempus divinitus conſopito ſub ficu, & Baruch a mortuis reſuſcitato, ex Angelica juſſione ſcriptam & collo aquilæ eam delaturæ alligatam: ea autem accepta noctu eduxiſſe populum ex Aſſyria, reduxiſſeque in Judæam; ubi oblato ſacrificio coram altari expiraverit, ac tertio poſt die reſuſcitatus, quia de Meſſia naſcituro ex Virgine manifeſtius vaticinabatur, lapidare eum volentis populi furorem eluſerit, tantiſper ſubſtituta pro ſe lapidea ſtatua, donec prophetiam ſuam complerет; deinde mortem libens exceperit, ab iiſdem Baruch & Abimelech prope Jeruſalem tumulatus, una cum lapide illo qui converſus in ſtatuam humana voce locutus fuerat. Hæc tamen in epitomen contracta placuit hic proponere, ut ipſa abſurditate ſua omnem quantumvis præoccupatum intellectum avertant a Thalmudicis circa vitas obituſque Prophetarum figmentis, etſi non ſemper æque abſurdis, ad Hiſtoriam ſacram locupletandam recipiendis; atque ita minus laborandum nobis ſit, circa* Eliam prophetam, *cujus honori nihil detractum volumus; nolumus tamen ex iis quæ ſimili fide narrantur de ipſo vel naſcente, vel inter mortales agente, aut in paradiſum tranſlato, & denique ſub finem mundi compariturо, ad aliquid credendum affirmandumque compelli, quod in Scripturis ſacris non invenimus expreſſum. Eodem fine etiam ad 17. Decembris notamus inſulſiſſimam fabellam, de S. Daniele & ſociis ex ſimili fonte ſumptam.*

Δευτέρῃ νέκυς ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ἀνεκομίσθη.
Corpus ATHANASII eſt illatum luce ſecunda. 6. Non.

Alexandriæ ſcilicet Conſtantinopolim: quomodo autem hinc Venetias ſit tranſlatum, exceptum, & miraculis glorificatum, declarant Acta ex monaſterio S. Crucis in Judaica, tranſcripta poſt Vitam, copioſe ex operibus ipſiuſmet collectam. In Appendice etiam ad tomum 1. habetur Diſſertatiuncula Paſchaſii Queſnel de ætate atque auctore Symboli Athanaſiani, Quicumque vult.

σταυρῷ ΤΙΜΟΘΕΟΣ τριτάτῃ πάγη ἅμα ΜΑΥΡΑ.
TIMOTHEUM MAURAMQUE cruci lux tertia fixit. Γ′ 5. Non.

Conjuges Martyres in Thebaide ſub Diocletiano. Acta Græco-Latina damus.

Ἀμφὶ τετάρτῃ ΠΕΛΑΓΙΗ καίετο βοῒ χαλκῷ.
Sub quartam in tauro PELAGIA flagrat aheno. Δ′ 4. Non.

Virgo Martyr Tarſi in Cilicia ſub Diocletiano: etiam hodierno Romano inſcribitur. Acta Græco-Latine exhibemus.

ΕΙΡΗΝΗ τμηθεῖσα αὐχένα ἢ θάνε πέμπτῃ.
Secta caput quinta IRENE patitur moriturque. Ε′ 3. Non.

Celeberrima Conſtantinopoli, quo corpus advectum Epheſo, ubi ſub Numeriano paſſa dicitur. Acta, in quibus Licinii Imperatoris filia fuiſſe dicitur, etſi Græca habuerimus, non tamen judicavimus inſerenda huic Operi, adeo

 fabu-

fabuloſa videntur eſſe: quod neſcio quomodo aliis etiam quibuſdam inſignibus & in Occidente non minus quam Oriente cultiſſimis Virginibus ac Martyribus contigit: puta Barbara, Margarita ſeu Marina, & Catharina.

Ϛ'. Ἕκτῃ ΙΩΒ πολύτλαν θάνατος ἀμφεκάλυψεν.
II. Non. Job finem ſexta vitæ invenit ærumnoſæ.

Colitur a Latinis x hujus. Corpus, una cum lipſanis utriuſque Tobia & Sara, Roma Ticinum creditur fuiſſe allatum; ante hos autem ſexaginta annos furto ſublatum. Optamus intelligere ubi nunc ſit, atque utinam iterum Ticini!

Z' . . . Μνήμη . . . ΣΤΑΥΡΟΥ, καὶ τῶν ἁγ. ΜΜ. ΑΚΑΚΙΟΥ καὶ ΚΟΔΡΑΤΟΥ.
Nonis. . . . Memoria . . . . Crucis & SS. MM. Acacii & Codrati.

Prolixior titulus in Menais ſic habet: Memoria in cælo apparentis ſigni venerandæ Crucis, hora tertia diei, ſub Conſtantio Imperatore, filio Magni Conſtantini, & Cyrillo Archiepiſcopo Hieroſolymorum. *Ad hujus autem Vitam 18. Martii, ex propria ipſius epiſtola, apparitio tota proponitur.*

S. Acacii Martyris Byzantini, *ſub Maximiano, Acta damus Græco-Latina: ſed die ſequenti, quando colitur a Latinis ſub nomine* Agathii.

S. Codrati Martyris Nicomedienſis, *ſub Decio & Valeriano paſſi, nomen hodierno Romano inſcribitur, ſed more Latino* Quadratus *ponitur: nobis potius viſum eſt, cum Synaxariis duobus Mſs. antiquioribus, ipſum referre ad diem 9. Acta nulla haberi dolemus.*

H' Ὀγδοάτῃ πλύνοι ῥόθι σμῶν ΒΡΟΝΤΟΓΟΝΟΙΟ.
VIII Id. Rore Tonitrugeni feſta eſt octava ſalubri.

Scilicet S. Joannis Evangeliſtæ, *quem* Boanarges, *id eſt* Filium Tonitrui *Chriſtus appellavit, ex cujus ſepulcro Epheſi manna ſcaturit. Colitur ipſe a Latinis die 27 Decembris.*

Θ'. ΗΣΑΙΑΣ δ᾽ ὁμόων μέλλοντ᾽ ἐνάτῃ χαλεπρίσθη.
7. Id. Esaias nona ceditur, cui nota futura.

Colitur apud Latinos 6 Julii.

ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΝ δ᾽ ἐνάτῃ σύγχυτ᾽ ἔκτανε χαλκός.
Christophorum nona mactavit ahenea veſtis.

Celeberrimus hic Martyr colitur a Latinis 25. Julii: cujus quam facile eſt probare cultum & gigantea imaginis myſteria explicare; tam difficile erit ex fabuloſa ejus Legenda aliquid certa veritatis elicere.

I' Τῇ δεκάτῃ ΣΙΜΟΝΑ σταύρωσαν Ἀπόστολοι ἐχθροί.
6. Id. Simonam decima Chriſti crucifigitis hoſtes.

Cognomento Zelotes, *colitur apud Latinos 28. Octobris.*

IA' ΜΩΚΙΟΣ ἑνδεκάτῃ κεφαλὴν τμῆθη ἀγαθόφρων.
5. Id. Mocius undecima ſapiens dat colla ſecuri.

Presbyter Martyr Byzantii ſub Diocletiano, Latinis eum 13. hujus referentibus Mocius. *Nos de eo agimus hodie, & Acta quodam ex Latinis Mſſ. damus, Græca nulla inveniri dolemus.*

IB' Τῇ δυὶ καὶ δεκάτῃ ΕΠΙΦΑΝΙΟΝ ὁ μόρος ἦλε.
4. Id. Statæ lex mortis duodena Epiphanion auſert.

Epiſcopus hic Conſtantia in Cypro ſcriptis claruit, ex quibus aliiſque certiorem Vitæ hiſtoriam texui, quam quæ ante Opera paſſim extat fabuloſiſſime conſarcinata, ſub nomine ſimulatorum teſtium Joannis & Polybii.

Τῇ δεκάτῃ τρίτῃ τίς δάμασε ΓΛΥΚΑΙΡΙΗΝ; IΓ'
Quis decima terna, Glycheria, te ſuperavit? 3. Id.

Heraclea in Thracia celeberrima Virgo & Martyr, inſcripta etiam Romano hodierno. Acta Græco-Latina damus.

Τῇ δὲ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ ΙΣΙΔΩΡΟΣ ἱκάνει. IΔ'
Venit Isidorus decima quartaque colendus. 2. Id.

Dux militum & Martyr ſub Decio, Acta Græco-Latina damus die ſequenti, licet hodierno Romano inſcriptus ſit 5. Februarii.

Πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ΠΑΧΩΜΙΟΝ εὗδεν ἄπνουν. IE'
Ad quintam decimam Pachomius hinc revocatur. Idib.

Primus auctor vitæ cænobiticæ, accepta ad id ab Angelo Regula, colitur a Latinis die præcedenti. Ejus & diſcipuli Theodori prolixiſſima Acta, a ſupparis ævi monacho ſcripta, damus Græco-Latina, nec non epiſtolam Ammonis Epiſcopi ad Theophilum Alexandrinum de iiſdem. Corpus ad Portum-Veneris in Liguriam tranſlatum dicitur, ſed tranſlationis iſtiuſmodi documenta necdum potuimus impetrare.

Τῇ δ᾽ ἑξκαιδεκάτῃ ΘΕΟΔΩΡΟΣ ἀφῆκε γαῖαν. IϚ'
Tellurem decima ſexta, Theodora, relinquis. 17 Kal.

Hunc S. Pachomii diſcipulum colunt Latini 28. Decembris: nobis conſultius viſum de ipſo ac magiſtro ſimul agere.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ δ᾽ ἐν ΙΟΥΝΙΗ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ τε. IZ'
Junia poſt illam conjungitur Andronico. 16 Kal.

S. Paulus Cognatos & Concaptivos *ſuos appellat.*

. . . Τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΠΕΤΡΟΥ, ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, ΑΝΔΡΕΟΥ, ΠΑΥΛΟΥ, ΧΡΙΣΤΙΝΗΣ, ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ, ΠΑΥΛΙΝΟΥ καὶ ΒΕΝΕΔΙΜΟΥ. IH'
. . . Sanctorum Martyrum, Petri, Dionysii, Andreæ, Pauli, Christinæ, Heraclii, Paulini & Benedimi. 14. Kal.

Agimus nos de his 15. Maji, oſtendimuſque tres poſteriores quidem Athenis eſſe paſſos, priores Lampſaci in Helleſponto.

Ἐννεακαιδεκάτῃ τμῆσε ΠΑΤΡΙΚΙΟΝ ξίφος ὀξύ: IΘ'.
Patricium gladius decima nonaque peremit. 13. Kal.

Epiſcopus Pruſa in Bithynia fuit. Acta Græco-Latina hic damus, licet alias etiam nominetur 28. hujus, & ſic in hodiernum Romanum tranſierit.

Εἰκοστῇ ΘΑΛΙΑΛΑΙΟΣ ἑὴν κεφαλὴν ἀπεδμήθη. K'.
Vicena, Thalilæe, tuum caput abſtulit enſis. 12. Kal.

Martyr Edeſſa in Syria, etiam hodierno Romano inſcriptus. Acta Græco-Latina dabimus.

νῶϊ τεὰν εἰκάδι πρώτῃ ΜΗΤΕΡΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ. KA'.
Mors Constantinum poſt hanc rapit atque Parentem. 11 Kal.

Nos

Digitized by Google

Nos hac die de filia Imperatore agimus: mater Helena *ſuum ſeorſim cultum apud Latinos habet 18 Auguſti, & corpus ejus adhuc Romæ haberi creditur in tumba porphyretica ad Aram cœli: contra Gallia ipſum habere prætendit in monaſterio Altovillarienſi.*

KB' Εἰκάδι δευτέρῃ ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΝ φάσγανον ἀνεῖλε.
ɪɪ Kal. Poſtera lua jugulum Sancti ſecuit Basilisci.

Fuit hic Comanæ in Ponto celeberrimus Martyr ſub Maximiano: cujus Acta Euſignium auctorem, teſtem oculatum præferentia dedimus 3. Martii, quando cum ſociis Eutropio & Cleonico *ſolennius colitur, & optamus Græca eadem habuiſſe.*

KΓ' Εἰκάδι τῇ τρίτῃ ΜΙΧΑΗΛ νίκε ὤδεν ἄνακτα.
ɪo Kal. Vicena terna rapiunt Superi Michaelem.

Epiſcopus fuit Synadarum in Phrygia, Confeſſor ſub Iconomachis, etiam hodierno Romano inſcriptus: Acta non extant, fortaſſe nec extiterunt unquam.

KΔ' Εἰκάδι τῇ δὲ τετάρτῃ ὄρει ΣΥΜΕΩΝ ἔμυσε.
ɪɪ Kal. Vicena quarta Symeon de monte migravit.

Stylites *etiam hic fuit, vulgo* Junior *&* de monte mirabili *cognominatus: cujus Vitam ex Græco dabimus, prolixe deſcriptam a Nicephoro Magiſtro Antiochiæ. Habemus etiam æque prolixam Vitam matris ejus* Marthæ: *ſed quia hæc ſolennius colitur 5 Iulii, ipſam in illum diem differimus.*

KE' Εἰκάδι τῇ ΠΡΟΔΡΟΜΟΙΟ ΚΑΡΗΝ ἄρα πέμπτῃ τιμητέα.
8 Kal. Baptistæ vultum vigeſima quinta revelat.

Tertia hæc eſt inventio, facta Comanæ in Cappadocia, unde ipſum dicitur allatum Conſtantinopolim, ſub Theodora Auguſta & Michaele ejus filio. Non eſt autem modica difficultas circa duplicis inventionis hiſtorias tales, ut vix poſſibile ſit utrumque conciliare; quemadmodum apparet ex Commentario Domini du Cange, utraque Acta referentis & examinantis, de quo mentionem ſupra feci 24 Februarii.

Εἰκάδι ἕκτῃ ΚΑΡΠΟΣ αἰθέρα ἔκβιώνει. Kϛ'
Vicena ſexta volat hinc ad ſidera Carpus. 7 Kal.

Creditur fuiſſe unus ex 72; judicavimus autem diſtinguendum ab eo, qui 13 Aprilis in hodiernum Romanum tranſiit, ex Menæis aſſumptus.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ΕΛΛΑΔΙΟΝ ἔκτανε πυγμή. KZ'
Helladium pugnis vigeſima ſeptima mactat. 6 Kal.

Epiſcopus Martyr, hodierno Romano ad diem ſequentem inſertus eſt. Acta non videntur extitiſſe: quandoquidem ipſum Eccleſiæ, cui præfuit, nomen ignoratur. Unde ergo celebritas ei hæc? Suſpicor a corpore Conſtantinopolim ante tempus immemorabile tranſlato, cum iſta de mortis genere traditione.

. . . Τοῦ ἁγίου Μάρτυρος ΕΥΤΥΧΟΥΣ, ἐν τῇ Μελιτηνῇ. KH'
. . . Sancti Martyris Eutychetis in Melitina. 5 Kal.

De hoc minime plura exturent monumenta, quam Canon in quo dici videtur Apoſtolorum fuiſſe diſcipulus: alibi additur titulus Epiſcopi Melitines.

Εἰκάδι τῇ δ' ἐνάτῃ ΘΕΟΔΟΣΙΗΝ πόντος ἔμαρψε. KΘ'
Vicena nona merſa eſt Theodosia ponto. 4 Kal.

Eſt Cæſareæ paſſa, de qua egimus 2 Aprilis, ubi ejuſdem miracula, Venetiis ad ipſius invocationem patrata, dedimus ex Mss.

Θεῖον ΙΣΑΑΚΙΟΝ μόρος εἷλε τῇ τριακοστῇ. Λ'
Ultima divino Isaacio trigeſima lua eſt. 3 Kal.

Sanctus hic monachus, Valentii Ariano in faciem reſiſtens, exitum ei ſuum prædixit. Acta Græco-Latina dabimus ex Ms. Vaticano: alia item ex Lipomano, ſed quorum contextum Græcum ex Ms. Veneto adhuc deſideramus.

ΕΡΜΕΙΑΝ τριακοστῇ ἄορ κτάνε τῇ πρώτῃ. ΛA'
Suſtulit Hermiam gladio trigeſima prima. 2 Kal.

Miles hic & Martyr Romano etiam Martyrologio inſcribitur: ejus Acta ſuo loco damus.

MAJUS

MOSCORUM FIGURATUS.

I HIEREMIAS ✠ Propheta.

II ATHANASIUS ✠ Patriarcha Alexandrinus.

III TIMOTHEUS, MAURA ✠ Conjuges Martyres.
OBITUS S.P. THEODOSII IN PETSERRA.

Ita ad verbum noſter Belga. R. P. Obilewitz interrogatus, reſpondit eſſe Theodoſium Kievienſem, cujus virulentas contra Latinam fidem blaſphemias coram Izaslao Ruſſiæ Principe penes ſe habeat in MS. Codice, quo uſus olim Dux Oſtrogius ſchiſmaticus. *Difficile mihi eſt divinare, quem ille* Izaslaum *intelligat: nam in Epitome Genealogica Ducum Moſcoviæ tres omnino* Iſoslavos *invenio, quorum primus fuerit filius Wlodomiri, ſub quo fides Chriſtiana recepta apud Moſcos; ſecundus ejuſdem Wlodemiri ex primogenito Iaroslavo nepos item ſecundo genitus, ac denique prædicti Iaroslavi ex primogenito ſuo Wlodemiro nepos rurſus ſecundo genitus, omnes Principes Ruſſiæ, Dux nemo, quorum ultimus vixerit circa annum* 1150. *Interim difficulter inducor ut credam ejuſmodi hominem, qualem indicat Obilewitz, tam ſolennem cultum potuiſſe apud Moſcos obtinere; & donec melius res examinata fuerit, opinabor potius diverſum eſſe ſcriptorem iſtius libri, a Sanctitate tam magnifice hic expreſſa. Qui feretro adſtat in habitu Metropolitico, veluti prætendens vaſculum Olei ſacri, unde accipit Chriſma adſiſtens Hegumenus, ſumi poteſt pro totius Ruſſiæ Metropolita Kievienſi Epiſcopo; qui autem monaſterium præterlabitur fluvius, ſiquidem id ipſum circa Kieviam eſt, erit Boryſthenes. Plura a Ruthenis ipſis doceri petimus.*

PELAGIA ✠ Virgo Martyr. IV

IRENE ✠ Virgo Martyr.

JOB ✠ Patiens. VI
ANDRONICUS, ATHANASIA † Conjuges.

Coluntur ſolennius a Græcis 9 Octobris, quando etiam Romano hodierno inſcribuntur & a nobis dabuntur Acta

Græca, ſub nomine Abbatis Danielis reperta, quæ ſine auctoris nomine extant apud Lipomanum & Surium: nec non prolixius eorumdem encomium Græco-Latinum.

VII MEMORIA CRUCIS APPARENTIS TEMPORE CONSTANTII IMP. †

Tabella noſtra nil tale repræſentat, quale tunc in Golgotha accidit: ſed aliam prorſus apparitionem factam Magno Conſtantino, tum addito ἐν τούτῳ νίκα. In hoc vince: *ubi in receſſu notatur Chriſtus Imperatori dormienti apparens: qui idem Imperator exhibetur ſuper oblata ſibi viſo conſultans, ac denique hoſtem in fluminis tranſitu fundens, quo victoria de* Maxentio *ad Tiberim & Pontem Milvium, in conſpectu urbis Romanæ, repræſentatur. Quin etiam prototypon Moſcoviticum, eumdem Imperatorem (neſcio quo conſilio) hic cum pari paucorum equitum comitatu pingit, licet citra fluvium non niſi unica hoſtilis turba ſpectetur, effuſo curſu fugam præcipitans. Poſſevinus hic ponit nomen* S. Mart. Acacii, *qui hodie etiam in Menæis notatur.*

VIII JOANNES ✠ Evangeliſta.
ARSENIUS † Magnus

Honorii & Arcadii præceptor atque inde monachus, in Vitis Patrum notiſſimus, cujus tamen propria quædam Acta Græce antiquitus collecta habemus. Colitur a Latin. 19 Iulii.

IX ISAIAS ✠ Prophete.
CHRISTOPHORUS ✠ Martyr.
NICOLAUS Epiſcopus

An Conſtantinopolitanus relatus a multis 15 aut 16 Iunii? an potius indigenarum quiſpiam? Examinent Rutheni, meque doceant, ſi poſſunt.

X SIMON ZELOTES ✠ Apoſtolus.

XI MOCIUS ✠ Presbyter Conſtantinopolit.

Poſſevino notatur pro hoc die Converſio Conſtantinopolis. *Neſcio quid interpres ejus legerit vel legere ſe putarit in Kalendario Ruthenico, quod Latine reddidit: Græcos ſcio ſolenniſſimo hodie feſto celebrare* Natalem *ſuæ* a Deo cuſtoditæ atque urbium Reginæ civitatis, peculiariter commendatæ Dominæ noſtræ ſanctiſſimæ Deiparæ, atque ab eadem perpetuo conſervatæ. *Canon autem* S. Mocii *ſic ordinatur, ut, quemadmodum unus ſimilares de illo Verſiculos tres, unus præmittitur de* Urbis *dedicatione, ſic & initio cujuſque odes quatuor ſtrophas continente, prima ſit de* Urbe: *ultima de Deipara: quibus hoc diſticho interluditur.*

Γενέθλιον σὸν δεῖ με τιμᾶν ἐμφρόνως,
Ἐν σοὶ, Πόλις, τυχόντα τῆς γενέθλιον.
Tuum decet me colere natalem, Urbs ſacra,
Nativitatis in te ſortitum diem.

EPIPHANIUS ✠ Epiſc. in Cypro.
XII GERMANUS † Patriarcha Conſtantinopol.

Inſeritur hodiernæ Romano. Vita aliquando ſcripta nec mentionem quidem invenimus uſpiam; reperimus autem Vitam alterius S. Germani Hegumeni monaſterii Coſinitzes, *ſed ſine mutilam; unde nec divinare quidem valentes ad quem diem eſſet is referendus, iſtius primi ac potioris Germani Actis a nobis collectis, ſubjunximus etiam iſtam Vitam, ulterioris inſtructionis petendæ cauſa.*

XIII GLYCERIA ✠ Virgo Martyr.

XIV ISIDORUS ✠ Dux & Martyr.
ISIDORUS propter Chriſtum ſtultus.

Ita hunc Sanctum a gentilibus ſuis Moſcovitis ſolitum appellari, indicat ObileWicz: de Vita & cultu plura ſcire cuperem.

PACHOMIUS ✠ Auctor Cœnobitarum. XV
ISAIAS Epiſc. Roſtovienſis.

Teſte ObileWicz, de quo plura doceri peto, æque ac de S. Joanne Roſtovienſi, *quem poſt famoſos Sanctos antiquos Martyres, in Nobilis Rutheni habitu expreſſum, habet Triptychon iſtius generis, de quo infra.*

THEODORUS ✠ S. Pachomii diſcipulus. XVI

ANDRONICUS ✠ Cognatus S. Pauli Apoſt. XVII

THEODOTUS ✠ Epiſcopus Martyr. XVIII

Hunc, non ut Epiſcopum, ſed ut militum Ducem hic expreſſerat ſculptor Moſcus, quod curavimus corrigendum in tabula noſtra. Acta damus auctore Nilo, teſte oculato.

PATRICIUS ✠ Epiſcopus Martyr. XIX

THALILÆUS ✠ Martyr. XX
INVENTIO RELIQUIARUM ALEXII METROPOLITÆ KIOVIENSIS.

Natalis ejuſdem eſt 12 Februarii, ubi pluribus de eo: hic noto ſolenne Moſcis hoc feſtum videri, quod tam ampla ornatur tabella: proinde operæ pretium foret plura de iſta Inventione diſcere, nec non quis ille Sanctus Epiſcopus ad loculi caput, quis item Dux circa pedes admirabundus.

CONSTANTINUS, HELENA ✠ Imperatores. XXI

BASILISCUS ✠ Martyr. *Poſſevino minus recte* Baſilides. XXII

MICHAEL ✠ Epiſcopus. XXIII
INVENTIO RELIQUIARUM LEONTII EPISCOPI ROSTOVIENSIS.

Invenimus hunc Sanctum primo fere loco unius ex Triptychis Ruthenicis; unde, & ex præſentis imaginis amplitudine, accendimur majori deſiderio plura ſciendi, tam de vita quam de ipſa corporis elevatione, ac præſenti uſque hodie cultu, nec non aſſiſtentium hinc Ducis inde ſancti Epiſcopi nomina.

SIMEON, ✠ NICETAS, Stylitæ. XXIV

De priori jam egimus: an alter ſit hujus ſocius aut diſcipulus fuerit fortaſſis ex Vita apparebit, cum ea reddita Latine fuerit: nec enim modo vacat prolixiſſimam hiſtoriam hac de cauſa pervolvere. Si uſpiam ejus nomen ibi apparent, dabitur locus ſuſpicandi eſſe aliquem Indigenarum. Nam & ad Ruthenos tranſiiſſe Stylitarum inſtitutum atque etiamnum apud eos vigere, conſtat ex Rerum Moſcoviticarum Commentario Sigiſmundi liberi Baronis in Herberſtein &c. de mandato Ferdinandi Principis & Infantis Hiſpaniarum, Auguſtæ degentis, ſub annum 1526 conſcripto: ubi ſub titulo Religio, *dicitur quod* ſunt plures qui ex monaſteriis in eremum ſe conferunt, ibique tuguriola faciunt, quæ aut ſoli aut cum ſociis incolunt: victum ex terra & arboribus quærunt, nimirum radices & fructus. Hi autem Stolpnici appellantur: Stolp etenim Columna dicitur: domunculas autem anguſtas & in altum erectas columnis ſuſtinent. *Vide quæ multa de hujuſmodi columnis dicuntur a nobis 5 Ianuarii ad Vitam S. Simeonis, primi Stylitarum apud Antiochiam. Hic vero ex eodem Herberſteinio diſce,* monachos Ruthenos, *nedum eremitas ex eis profectos,* habere ſeveriſſimas leges ac regulas, nec audere uti ullo genere ſolatii: adeo ut ſeveriſſime puniatur,

apud

Digitized by Google

apud quem cithara inventa fuerit aut aliud muſices inſtrumentum. *Quid quod inter illos vigeat Apoſtolicus ad gentilium converſionem zelus, quo carent Schiſmatici Græci? ſic enim de iis idem Herberſteinius:* Monachi Eremitæ bonam jam olim idololatrarum partem, diu multumque apud illos verbum Dei ſeminantes, ad fidem Chriſti pertraxerunt. Proficiſcuntur etiamnum ad varias regiones, ſeptentrionem verſus & Orientem ſitas, quo non niſi maximis laboribus, fame, ac vitæ periculo perveniunt, neque inde aliquid commodi ſperant aut petunt, quin hoc unicum ſpectant, ut rem gratam Deo facere & animas multorum devio errore abductas (morte aliquando doctrinam Chriſti confirmantes) in viam rectam revocare ac eos Chriſto lucrifacere queant. *Similia de eorumdem ſevera diſciplina ſolidaque virtute, lege ſis in relatione* Joannis *Fabri ſcripta anno 1525. Neque hæc crede ſuſpecta habuiſſet Poſſevinus, niſi occupatus fuiſſet præjudicio, quo exiſtimabat a ſchiſmaticis converſos fuiſſe Moſcos, & hactenus numquam ſincere Catholicos. Secluſa ergo ab ejus gentis monachis & eremitis ſchiſmatis, ſaltem ad peccatum imputabilis, labe, quid prohibet quo minus inter eos credatur, & jam olim fuiſſe multa, & hodiedum ſupereſſe aliqua vera ſanctitas, aris & templis ac publico populorum cultu digna, divinisq; etiam miraculis teſtata?*

xxv MEMORIA TERTIÆ INVENTIONIS CAPITIS JOANNIS PRODROMI. ✠

Tabella hæc, uti fere eſt eadem cum illa quæ ponitur 25. Febr. ita potius eamdem inventionem juxta Edeſſam, quam ultimam videtur repræſentare, una cum Marcello monaſterii Præpoſito & Monacho ejus Iſacio, per quos ea facta eſt.

CARPUS ✠ Epiſcopus. xxvi

THERAPON † Epiſcopus & Martyr. xxvii

Videntur aliqua ejus Acta extitiſſe Sardibus, ubi Eccleſiam rexit: nulla tamen adhuc invenimus: reperimus autem miracula cujuſdam Therapontis Martyris in Cypro, *qui 14. Maji colitur; ſed quæ de eo plura optari poſſent adhuc deſideramus.*

NICETAS † Epiſcopus Chalcedonis. xxviii.

Deeſt in Menæis, ſed in Typico adſcribitur ei hujus diei Officium, unde intelligitur non admodum eſſe antiquum, eoque magis deſideratur Vita, ſi qua unquam eſt ſcripta.

IGNATIUS Epiſcopur.

Nullus nobis hoc die notus apud Græcos, qui id nominis ferat, neque inter Indigenas reperit quemquam R. P. Oiilewicz quem ſuggereret. Diſcrimen nationis indicares nudum vel tectum caput, ſi in tanta prototypi ruditate diſcerni quidquam ejuſmodi poſſet, quemadmodum diſcernitur in accuratius pictis Triptychis, ubi videbis velato capite expreſſos Antiſtites Ruthenos.

THEODOSIA ✠ Virgo Martyr. xxix

ISACIUS ✠ Monachur. xxx

HERMIAS ✠ Martyr. xxxi

Poſſevino hic notatur nomen S. Apoſtoli Hieremiæ, *& vero* Jeremiæ *nomen potius quam* Hermiæ *prototypon noſtrum exprimit.*

JUNIUS.

GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Kalend. Πρώτῃ Ἰουλίῳ ἐλλεβορίζω ΙΟΥΣΤΙΝΟΝ.
JUSTINUM helleboro Juni occidere Kalendæ.

Colitur Juſtinus Philoſophus *in Latinis Martyrologiis 13. Aprilis, etſi quo die obierit ignoretur: unde data occaſio ipſum ejuſque acta confundendi cum alio* Juſtino, *cujus cum ſociis Romæ paſſi memoria hoc die a Græcis inſtauratur, Officio & Canone proprio.*

Β'. vi.Non. Δεύτερῃ ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ εἰς Ἐδὲμ ἄρατο μοῖραν,
Sortem dein reperit NICEPHORUS in Paradiſo.

Patriarcha Conſtantinopolitanus hic fuit, & potiſſimum colitur 13. Martii, quo die corpus in exilio mortui relatum in urbem eſt.

Γ'. iii.Non. Τῇ δὲ τρίτῃ ΛΟΥΚΙΛΛΙΑΝΟΣ σταυρῷ ἐτάνυστο.
In cruce ſuſpendit lux tertia LUCILIANUM.

Relatus eſt in hodiernum Romanum cum quatuor pueris, ſimul paſſis Byzantii, ipſe Presbyter. Encomium ejus aliquod ſcripſit Photius Sceuophylax SS. Apoſtolorum & Logotheta, quod vidit Allatius, & nobis adhuc deeſſe querimur.

Δ'. ii.Non. ΜΗΤΡΟΦΑΝΗΣ δὲ τετάρτῃ ἔδυ χθόνα βωτιανείραν.
METROPHANES quarta ſub terram conditur almam.

Etiam hic Romano hodierno inſcribitur, Conſtantinopolitanus Epiſcopus; cujus & ſucceſſoris S. Alexandri Acta habentur permixta Actis Conſtantini Magni, dandis 21. Maii, niſi jam pridem apud Lipomanum & apud Surium 10. Julii extaret eorumdem compendium, ſub hoc titulo, Oratio hiſtorica de iis quæ Nicææ geſta ſunt a Synodo propter Arii depoſitionem. *Hujus autem Orationis exigua fides vel inde apparet, quod cum conſtet ante Synodum obiiſſe Metrophanem, ad hunc tamen viſendum adducat Conſtantinopolim Epiſcopos a Synodo illa revertentes. Sane perquam imperite tota videtur conſuta ex Socrate aliiſque, & interpolata fabulis quibuſdam vulgari traditione adjectis.*

Πέμπτῃ ΔΩΡΟΘΕΟΙΟ δέμας πληγαῖσι δαμάσθη. Ε'
DOROTHEI quinta ſubiguntur membra flagellis. Nanis.

Docebimus ſuo tempore hunc Epiſcopum Tyri ab Antiocheno Presbytero diſtinguendum eſſe, nec non ab auctore puerilis rhapſodiæ de Vitis Prophetarum & Diſcipulorum Domini. Fuit & alius Dorotheus Junior in Chiliocomo, *cujus Vitam, Allatio teſte, ſcripſit* Joannes *Metropolita Euchaitarum. Nos nec diem quidem ſcimus, eoque magis ipſam cupimus nanciſci. Nec vero mirum ſi nullis Græcorum Faſtis hunc adſcriptum adhuc invenimus: quando nec celebris quidem* Abbatis Dorothei, *cujus præclaras Inſtitutiones Corderius noſter reddidit Latine; nec ſanctiſſimi diſcipuli ejus* Doſithei *nomina in iiſdem faſtis inventa ſunt hactenus.*

Βῆ δ' ἐς Ὀλύμπου ΙΛΑΡΙΩΝΟΣ κέαρ ἕκτῃ ἐς ἠῶ. ς'.
Cor mundum ſexta petit HILARIONIS Olympum. viii.Id.

In monaſterio Dalmatarum Confeſſor ſub Iconomachis, Junior *dictus cum reſpectu ad* Magnum *Hilarionem. Vita hactenus nulla nobis reperta eſt.*

Z' Ἑβδομάτῃ ΘΕΟΔΟΤΟΣ ἑὸν τμῆθε ἀπολαιμόν.
7. Id. Theodoto jugulum ſecuit lux ſeptima Sancto.

De hoc agimus 18. Maji, quando Acta damus.

H' Ὄλβιον ὀγδοάτῃ ΘΕΟΔΩΡΟΥ σῶμα κομίσθω.
6. Id. Lux octava ſacrum ferat huc corpus Thadori.

Hic eſt Megalomartyr *: cujus deinde corpus Conſtantinopoli Venetias translatum eſt. Colitur primario 8. Februarii.*

Θ' . . . Τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΚΥΡΙΛΛΟΥ Πάπα Ἀλεξανδρείας.
5. Id. . . . S. P. N. Cyrilli Papæ Alexandrini.

Habentur ejus Opera ſeptem tomis diſtincta: Vitam, quod mireris, ſcribere nemo curavit. Dicitur autem Papa, *titulo Alexandrinis Patriarchis ſaltem poſteriorum ſeculorum cum Romanis Pontificibus communi, cujus uſus initium Eutychius, & ipſe Alexandrinus Patriarcha ſeculo x. refert ad tempora Heracla, poſt S. Marcum duodecimi, ſeptimi vero ante S. Athanaſium. De quo quidquid ſit, conſtat paſſim Epiſcopos alios in Occidente æque ac Oriente Papas eſſe appellatos per ſecula aliquot, donec ad Romanum & Alexandrinum Patriarchas vox ea fuit paulatim reſtricta.*

I' . . . . Τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ καὶ ΑΝΤΩΝΙΝΑΣ.
4. Id. . . . . SS. Martyrum Alexandri & Antoninæ.

Celebrem hoc die cultum Conſtantinopoli habent, propter translatas illuc eorum Reliquias: in Actis vero, quæ damus etiam Græce, dicuntur paſſi v. Nonas Maji, *& ideo ad diem talis menſis tertium inſcripti ſunt hodierno Romano, quod ſequimur.*

IA' Ἑνδεκάτῃ σταύρωσαν ἔμφρονα ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΝ.
3. Id. Undecima ſapiens crucifigere Bartholomæa.

Colitur Apoſtolus Romæ, *quo corpus allatum ad inſulam Tiberinam 25. Auguſti, alibi per Occidentales Latinorum Eccleſias 24. ejuſdem. Ad quam diem agemus de prima corporis ex Oriente translatione in urbem Beneventanam, & tractabimus etiam quæſtionem diſputantium an ipſe ſit* Nathanael *in Evangelio nominatus, a patre vero cognominatus* Bar, *id eſt,* Filius Ptolomæi. *Videri interim poteſt Gavantus in Appendice ad Ritus Miſſalis Romani.*

IB' Δωδεκάτῃ ἀχίτωνα ΟΝΟΥΦΡΙΟΝ ἐκ βίου ἆραν.
2. Id. Bis ſexta inveſtem dat Onuphrion hinc eemigrare.

Hujus in Ægypto Anachoretæ Acta jam olim Latine reddita habentur: nomen autem in hodierno Romano. Acta illa ſcripſit Paphnutius, a quo in eremo interiori inventus hic Sanctus fuit: quæ & Græce proferemus.

IΓ' Τῇ δὲ τρίτῃ δεκάτῃ λαιμὸν τμῆθεν ΑΚΥΛΙΝΑ.
Idib. Tertia poſt decimam jugulum ſcindit Aquilinæ.

Martyr hæc ſub Diocletiano Bibli in Palæſtina eſt paſſa. Acta habes apud Lipomanum & Surium. Nos etiam Græca dabimus.

IΔ' Πότμῳ ΕΛΙΣΣΑΙΟΣ δεκάτῃ λάχεν ἠδὲ τετάρτῃ.
18. Kal. Condit Eliseum decima atq; quaterna ſepulcro.

Propheta hic magnus, Eliæ diſcipulus etiam antiquitus a Latinis colebatur hoc die. De corpore Alexandriam translato agit Theophanes ad annum Leonis Imp. vii.

Πέμπτῃ ἐκ βιότοιο ΑΜΩΣ δεκάτῃ τ' ἀπονίσσω. IE'
Ex vita migravit Amos quinta decimaque. 17. Kal.

Colunt eum Latini 31. Martii.

Ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ κατερύκακε γαῖα ΤΥΧΩΝΑ. Iς'
Sub decimam ſextam ſuſcepit terra Tychonem. 16. kal.

Amathuntis in Cypro Epiſcopus, etiam Romano hodierno inſcriptus, ſed cujus nulladum extat Vita.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ἴδε τρεῖς αὐτίκ' ἀέθλους. IZ'
Poſt decimam ternas conſpexit ſeptima luctas. 15. kal.

Manuel, Sabel, Ismael *Perſæ, ſub Juliano Apoſtata, paſſi Chalcedone, inſcribuntur etiam Romano hodierno. Acta Latine extant, Græca dabimus.*

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ πληγαῖσι ΛΕΟΝΤΙΟΣ ἐκτάθη. IH'
Succumbit plagis decima octavaque, Leonti. 14. Kal.

Martyr Tripoli in Phœnicia, cujus Acta Græce habentur deſcripta per Cyrum Commentarienſem, id eſt, Carceris cuſtodem; & nomen in hodierno Romano.

Ἐννεακαιδεκάτῃ θνήσκει βελέεσσιν ΙΟΥΔΑΣ. IΘ'.
Mors decima nona jaculis inſectus Judæ. 13. Kal.

Colitur a Latinis cum ſuo Coapoſtolo Simone *28. Octobris.*

Εἰκάδι Ἀρχιθύτου ΜΕΘΟΔΙΟΣ αὐχένα τμήθη. K'.
Methodio collum decima bis luce ſecatur. 12. kal.

Epiſcopus Petrarum hic fuit, ſcriptis clarus. Vita ejus deſideratur.

σάκκῳ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ βύθον εἴσοδυ εἰκάδι πρώτῃ: KA'.
Vicena ac prima, mare, ſuſcipe Julianum. 11. Kal.

Cilix Martyr, idem qui a Græcis etiam colitur 16. Martii, & ſic invenitur in hodierno Romano: ſed Acta Paſſionis requiruntur.

Εἰκάδι δ' ἀμφοτέρῃ κεφαλὴν θλάσαν ΕΥΣΕΒΙΟΙΟ. KB'.
Et caput Euſebii fregit vicena ſecunda. 10. Kal.

Epiſcopus Samoſatenus, etiam in hodierno Romano notus, de cujus Actis deficientibus eadem nobis, quæ de aliis pluribus, querela.

Εἰκάδι δ' ἠνορέην τριτάτῃ λεῖψε ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ. KΓ'.
Vicena & terna percuſſa obit Agrippina. 9. Kal.

Martyr Romana, etiam in hodierno Romano. Aſt in Sicilia, quo translatum corpus, colitur 24. Maji.

ΠΡΟΔΡΟΜΟΝ ἀμφὶ τετάρτῃ εἰκάδι γείνατο μήτηρ.
Natalis Prodromo vigeſima quartaque lux eſt.

Huic feſto miramur a Græcis ſequenti die non ſubjungi, pro more feſtivitatum aliarum, memoriam Ss. Zachariæ & Eliſabeth, *parentum Baptiſtæ. Utramque Latini colunt 5. Novembris: Græci ſolum patrem, idque 5. Septembris.* KΔ'. 8. Kal.

Δῶκε ΦΕΒΡΩΝΙΑ αὐχένα εἰκάδι πέμπτῃ. KE'.
Vicena quinta tendit Febronia collum. 7. Kal.

Martyr in Syria, Romano hodierno etiam inſcripta, cujus Acta antiquitus habentur Latine, qualia deſcripſit ſocia Thomais, & nos Græce habemus, nec non alia quæ ſub nomine Metaphraſtis Latine edidit Lipomanus. Sunt & alia Latina apud Mombritium, quæ Græca ſe vidiſſe ſcribit Allatius pag. 120. nobis nondum ea ſic videre contigit.

Εἰκά-

ΚϚʹ. 6. Kal. Εἰκάδι ἑξαπέμπτῳ τύλας ΔΑΒΙΔ βίου ἐκτὸς,
Vicena ſexta DAVID vitæ oſtia tranſit.

Fuit hic Theſſalonicenſis Anachoreta, tugurium habens in plantario amygdalino. Optandum eſt ut Vita extet.

ΚΖʹ. 5. kalend. Ξενοδόχος δ' ἐνὶ εἰκάδι ἑβδομάτῃ ἔλαθε ΣΑΜΨΩΝ.
Xenodochum SAMPSON vigeſima ſeptima tollit.

Floruit Conſtantinopoli, tempore S. Menæ Patriarchæ & Juſtiniani Imperatoris: & Acta Latine extant, Græca habemus.

ΚΗʹ 4. Kal. Εἰκάδι ὀγδοάτῃ ΚΥΡΟΣ φάνη σὺν ὉΜΟΛΑΘΛΟΣ.
Vicena octava CYRUS Sociusque coruſcant.

Scilicet Joannes: *utriuſque autem corpora, ſub Arcadio Imperatore & Theophilo Patriarcha Alexandrino reperta, huic ſecundo feſto dederunt occaſionem: nam primum ut diximus, celebratur 31. Januarii.*

ΚΘʹ 3. kal. Τῇ ἐνάτῃ σταυρῷ ΠΕΤΡΟΣ εἰκάδι, ἄορ ὁ ΠΑΥΛΟΣ,
Vicena nona PETRUS in cruce, PAULUS ab anſe.

Paſſos eſſe Sanctos Apoſtolos Romæ Coſſ. Nerva & Veſtino, *Neronis anno 11. vulgaris æra 65. poſt verum Chriſti Natalem 70. demonſtravit Henſchenius noſter in Exercitatione 4. ad Veteres Catalogos antiquiorum Pontificum: plenam totius vitæ eorum chronotaxin daturus ad hunc diem.*

Λʹ 2. kal. ΔΩΔΕΚΑ ἐν κλίναις ΜΥΣΤΑΣ τριακάδι ἀγείρει,
BISSENOS feſte celebrat trigeſima MYSTAS,

Videlicet, Apoſtolos; *idque ex pravitate Græcorum ritu, majores quaſque ſolennitates veluti geminare conſuetorum, cultu perſonarum propius ad ipſas ſpectantium, ſicuti ad* Ss. Petrum & Paulum, *veluti ad ſuos Principes, pertinere videntur* Apoſtoli *ceteri. Eſt autem dignum obſervatu, quod Græci in ſua Paracletica habeant octo Canones de* Apoſtolis, *ſecundum ſuos octo Eccleſiaſticos tonos, qui Canones in orbem recurrunt cantandi ſingulis Feriis quintis poſt Pſalmos Matutinos, una cum Canonibus* de S. Nicolao; *ſicuti Dominica alii* de Trinitate & Deipara, *Feria 2.* Compunctorius *unus, alter* de Incorporeis, *id eſt Angelis; Feria 3.* Compunctorius *unus, alter* de Prodromo Joanne, *Feria 4.* de Cruce & Deipara; *Feria 6. iterum* de Cruce & Deipara; *Sabbato denique* de Sanctis *&* pro Defunctis *cantantur. Eſt autem* Paracletica *(ut hoc quoque obiter dicam) liber integer inter Græcorum Rituales, continens quotidiani Officii partem eam, quæ brevibus noſtris ad Veſperas ac Laudes Commemorationibus reſpondet, per ſeptem dies hebdomadis diviſam, idque octies ſecundum octo tonos modulationis Eccleſiaſticæ, ut tonorum & Canonum ſingulis tonis aptatorum diverſitas avertat faſtidium, quod ejuſdem toni hymnique repetitio ſingulis Feriis facienda conſeret. Quo in genere copioſiſſimi Græci ſunt & in partibus aliis quoque divini Officii, quod inſuper prolixiſſimum habent: unde fit ut multis & magnis opus habeant voluminibus ad complendum totum illius curſum, numeris omnibus abſolutum; qualia Venetiis impreſſa habentur ſub finem ſeculi præcedentis, ſanè omnia, ſi* Triodium *excipias (Latini* proprium de tempore *dicerent) cui multum ſchiſmatici fermenti admixtum eſſe a Nicephoro Calliſto Xantopulo, qui ipſum ordinavit, merito queritur Allatius, doletque ipſum ſic inquinatum permitti Græcis paſſim legendum, non ſine frequenti eorumdem ſcandalo.*

JUNIUS

MOSCORUM FIGURATUS.

I JUSTINUS ✠ Martyr.
DIONYSIUS Monachus.

Quis aut cujas incompertum mihi eſt: propendeo igitur ut aliquem Indigenarum eſſe credam, & certius aliquid a Ruthenis ipſis doceri cupio.

II NICEPHORUS ✠ Patriarcha Conſtantinopol.
JOANNES Martyr, *ut videtur*,

Æque ac prior Dionyſius ignotus mihi: & tamen veſtitus forma non præfert Indigenam, ſed ex veteribus & apud Græcos cultis aliquem.

III LUCILLIANUS ✠ Presbyter.
PAULA ✠ Virgo.

His junguntur quatuor pueri, in martyrio ſocii, Claudius, Hypatius, Paulus, Dionyſius, *pariter in tabella expreſſi.*

IV METROPHANES ✠ Epiſcopus Conſtantinop.

V DOROTHEUS ✠ Epiſcopus Martyr.

VI MARTIANUS † Martyr in Ægypto,

Refertur in Menæis præcedenti die, nos ejus brevia Acta Græca habemus.

HILARION ✠ Junior Confeſſor.

BESARION † Thaumaturgus.

Et hoc die appellat eum Typicon Græcorum, interim de eo nihil hodie in Menæis; ſed 20. Febr. & 17. Junii nec non 29. Novem. quæ omnia loca an de uno eodemque ſint, poterimus menſe Junio quærere, & ſupplere defectum, qui Febr. obrepſit, ubi de Ægyptio hujus nominis Anachoreta, prolixe in Menæis laudato, nec inter prætermiſſos quidem facta eſt mentio. Poſſevino Vicarius *male hic obtruſus eſt.*

THEODOTUS ✠ Martyr. VII

THEODORUS ✠ Megalomartyr. VIII

CYRILLUS ALEX. ✠ Patriarcha, IX
CYRILLUS Monachus.

Quis vel cujus ignoro; indigenam ſuſpicor & opto doceri,

ANTONINA, ALEXANDER ✠ Martyres

Ad ſequentem diem relati in Metrico; hic errore ſculptoris, credo, ponuntur, non recte tabellas partiti.

TIMOTHEUS † Epiſcopus Martyr. X

Paſſa in Bithynia ſub Juliano, cujus utinam Acta extarent.

BARTHOLOMÆUS, ✠ BARNABAS † Apoſtoli, XI

Quorum poſterior etiam hodie a Latinis colitur: cur autem, præter morem aliorum Apoſtolorum cum Pallio Epiſcopali pingantur, non divino. Quod hic Poſſevinus habet S. Marc. Volphronii *nomen, neſcio unde vel quo errore obrepſerit.*

ONU-

Quartā nĕcat gladio PAULUM ſociamquè SORORĂM.

Sunt Martyres Ptolemaide in Phœnicia paſſi, extantque eorum Acta ex Græco Latine reddita pro 17. Auguſti, quando iterum recoluntur in Menæis & inſcribuntur Romano hodierno; quod ſequimur circa hujuſmodi dierum delectum.

Ε' Ὀξυτάτῳ ΚΩΝΩΝ ἥλῳ πέμπτῃ τόδε τέμνει.
III Non. CONONEM clavus quinta conficit acutus.

Hujus Bidanæ in Iſauria paſſi Acta, neſcio quomodo prætermiſſa, danda erunt in Supplemento Latino-Græco.

ς' Τεσσαράκοντα κάρηνα δυοῖν ἅμα ἕκτῃ ἐτμήθη.
II Non. QUADRAGINTA DUUM cervices ſexta reſcidit.

Fuerunt hi copiarum Duces ſub Imperatore Theophilo, capti a Saracenis in excidio Amorii. Acta Græco-Latine dedimus. Inſcribuntur etiam hodierno Romano.

Ζ' ΕΦΡΑΙΜ ἑβδομάτῃ ξίφος ἔκταθεν Ἀρχιερῆα.
Nonis. Enſem poſt ſextam ſuſcepit Epiſcopus EPHREM.

Hic, cum ſociis Epiſcopis pariter & Martyribus, inſcriptus eſt hodierno Romano, abſque ſufficienti notitia loci. Hinc nonnullis idonei viſi ſunt quos Hiſpaniæ & Ordini Carmelitico adſcriberent. Oſtendimus nos ex originariis Græcorum fontibus, prædicaviſſe eos & paſſos in Cherſoneſo Taurica, non Hiſpanica, quæ gratis fingitur.

Η' Ἤλυθεν ὀγδοάτῃ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΣ Θεῷ ἄγχι.
VIII Id. Octava ad Dominum pervenit THEOPHYLACTUS.

Fuit Metropolita Nicomedienſis gloria Confeſſionis clarus: cujus Vitam aliquam extitiſſe vix dubito, & opto nanciſci.

Θ' Ἀμφ' ὠδὰν ἔάγη φθίνων ΑΝΔΡΩΝ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ.
VII Id. Cura QUATER DENUM contrivit nona VIRORUM.

Sunt hi 40. Martyres Sebaſteni in Armenia, primum nocte tota in gelido lacu cruciati, deficiente uno; in cujus locum cuſtos ſuccedit, quadrageſimam coronam occupaturus. Coluntur etiam apud Latinos; ſed ad diem ſequentem ex Mandato Innocentii X. tranſlati, propter S. Franciſcam Romanam.

Ι' Ἀμφὶ τῇ δεκάτῃ ΚΟΔΡΑΤΟΝ ξίφος ἔγκατέπεφνε.
VI Id. QUADRATUM gladius decima ſub luce peremit.

Corinthi ſcilicet, ubi paſſus: Acta ex Græco & cum Græco dedimus. Invenitur etiam hodierno Romano adſcriptus.

ΙΑ' Ἐνδεκάτῃ σόφρονι ἔδυ ΣΩΦΡΟΝΙΟΣ παρὰ τύμβον.
V Id. SOPHRONIUM tumulo dedit undecimus ſapientem.

Hic Hieroſolymitanus Patriarcha inſcriptus eſt etiam jam dicto Romano. Acta ejus collegimus tomo 2. Martii: optaremus nihilominus habere ejus encomium, quod a Joanne Zonara compoſitum vidit & laudat Allatius. Illi Joannes Moſchus dedicavit Pratum ſpirituale, unde factum ut errore lapſi quidam, ipſum ejus auctorem putarint. Scripſit autem ex voto miracula SS. Cyri & Joannis, ut ſupra dictum.

ΙΒ' Δωδεκάτῃ φθινύθοντα ἀπῆρε βίου ΘΕΟΦΑΝΗΣ.
IV Id. THEOPHANEM exemit miſeræ duodecima vitæ.

Presbyter Hegumenus hodierno Romano additus, ſcripſit Chronographiam, continuando opus Georgii Syncelli, ab Diocletiano ad Michaelem & Theophylactum ejus filium Imperatores, ſive ad annum vulgaris Æræ 813. Ad cujus operis illuſtrationem ordinata a nobis eſt una Exegeſis aut Præliminarium ante Tom. 3. Martii, multa utilia notans & errata corrigens. Acta ejus gemina ex Græcis dedimus.

Χῶ τρισκαιδεκάτῃ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ἄστυ ἐδέχθη. ΙΓ'
Tertius a decimo NICEPHORON intulit Urbi. III Id.

Scilicet Conſtantinopolitanæ, cujus fuerat Patriarcha, fidei cauſa in exilio mortuus, atque hodierno etiam Romano inſcriptus. Vitam ab Ignatio Diacono & diſcipulo ejus ſcriptam primi edidimus ex Græco.

Hac occaſione miſerat nobis R. P. Franciſcus Combefis Vitam cujuſdam S. Nicephori, Mileti Epiſcopi, in hebdomada ſancta mortui ignoto anno & die, ut Synonymi Sancti a nobis in Martio jungerentur. Sed quoniam nihil aliud de cultu addebatur: & is aliquando vixerat in Latro monte, cum nonnulla notitia Pauli, ibidem Eremitæ, cujus Vita danda erit 15. Decembris, ad hunc diem malumus ipſum differre pro poſteris, interim fortaſſe plus lucis accepturis.

Κτεῖνεν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΙΟ κάρην δεκάτῃ γε τετάρτῃ. ΙΔ'
Quartus ALEXANDRO & decimus caput abſtulit enſe. II Id.

Ne libera detur exerrandi facultas inter multos hujus nominis Martyres, additur in Typico τῷ ἐν Πύδνῃ (perperam in Menæis Πίδνῃ) quæ eſt urbs Macedoniæ. Tam celebris autem cultus Martyrem neſcio quomodo prætermiſerimus in Martio noſtro, ubi tamen ex Latinis Martyrologiis hac & præcedenti die, ſed cum ſociis utrobique diverſis, habemus aliquem Theſſalonicæ (quæ etiam Macedoniæ urbs eſt) & quidem ſemel cum titulo Palatini. Defectum hunc ſuppleant poſteri noſtri, conſulantque Galeſinium & notas Mss. Raderi: gratulentur autem ſibi, ſi interim ejus aliqua Acta inveniant, nobis necdum reperta.

Πέμπτῃ ἐν δεκάτῃ τμήθη ΑΓΑΠΙΟΣ, ὦ φίλοι. ΙΕ'
Eſt decima quinta AGAPIUS diſſectus, amici. Idibus

Cæſareæ in Palæſtina cum Publio & aliis ſociis paſſus, colitur a Latinis 24. hujus, notitia ex Euſebio ſumpta; nec enim propria Acta videntur extitiſſe.

Δενδρῳ ἐπικλονέοιτι ἕθης δεκάτῃ ΠΑΠΑ ἕκτῃ. Ις'
Sexta ſequens decimam te vinxit in arbore, PAPPA. XVII Kal.

Larada in Lycaonia paſſus etiam Romano hodierno inſcribitur: non inventis autem, quæ forte nec extiterunt unquam, propriis Actis, dici hujus Officium ſeu hymnos exhibui Latine legendos.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ, ΑΛΕΞΙΕ, τύμβον ἀνέτλης. ΙΖ'
Septimus a decimo tumulum tibi pandit, ALEXI. XVI Kal.

Cognominatur a Græcis Vir Dei Ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, & ſic etiam notatur in Diptycho Conſtantinopolitano, de quo infra. Fuit Euphemiani Senatoris filius, ſub ſcalis paternæ domus ignotus hoſpes, verum cœleſti voce & proprio chirographo agnitus poſt mortem coram Patriarcha & Imperatore, in templo S. Petri fuit honorificentiſſime conditus: quæ omnia Romæ acta paſſim creduntur. Sed multis de cauſis cogor opinari, idem huic quod S. Joanni Calybitæ accidiſſe, & pro nova veterem Romam accipi. Hoc autem eo proniùs fuit, quod corpus aut ejus pars notabilis ibi nunc habeatur, una cum parte ſcalarum ſub quibus vixit, in eccleſia SS. Alexii & Bonifacii; in qua eccleſia Latini ſimul & Græci monachi viventes, ſuo quique ritu faciebant ſacra, quando illuc advenit S. Adalbertus Epiſcopus & Martyr Pragenſis, a quo utriuſque Sancti communia miracula habemus deſcripta. Suſpicor ergo, eccleſiam, quæ primam ſolius S. Bonifacii fuerat, ſub utriuſque nomine dici cœpiſſe, poſt quam Græci monachi advecti Con-

ſtan-

ſtantinopoli cum prædictis S. Alexii Reliquiis illic recepti ſunt. Hæc eruditis viris volui conſiderandu proponere, prius quam aliquid de iis ſtatuam, quod erit faciendum ad 17. Julii, quando Romæ S. Alexius *colitur. Non alia tamen habentur Acta quam a Græcis accepta: quibus etiam & peregrinationis Alexianæ ratio, & plurimæ circumſtantiæ aliæ favere videntur.*

IH'. Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ θάνατος μέλας ἆλε ΚΥΡΙΛΛΟΝ.
15. Kal. Octava decima mors abſtulit atra Cyrillum.

Epiſcopus hic Hieroſolymitanus etiam hodierno Romano inſcribitur; ejus ſemper recta fides ac libri defenduntur a nobis Tomo 2. Martii. Acta nulla habentur.

IΘ'. Χῶσαν ΣΥΖΥΓΙΗΝ δεκάτῃ ἐνάτῃ ΟΜΟΛΕΚΤΡΟΝ.
14. Kal. Conjugium concors decima nona ſubhumatur.

Conjuges hi Chryſanthus & Daria *ſunt, qui coluntur a Latinis 25. Octobris: Acta eorum Græce ac Latine habemus.*

K'. Ἔνδοθι πυρκαϊῆς εἰκοστῇ βάλεν ΕΠΤΑ ΓΥΝΑΙΚΑΣ.
13. Kal. Matronas septem injecit vigeſima flammis.

Amiſi ad Pontum Euxinum hæ paſſa, Alexandra, Claudia, Euphraſia, Matrona, Juliana, Euphemia, Theodoſia, *quibus nominibus etiam inſcribuntur hodierno Romano. Credibile eſt aliquando extitiſſe earum Acta.*

* KA'. Εἰκάδι πρώτῃ δρόμον ΚΥΡΙΛΛΟΣ χερσὶ Θεοῖο.
12. Kal. Ad Dominum transfert vigeſima prima Cyrillum,

Epiſcopus Catanenſis hic fuit, ut putatur primus, Beryllus *veriori nomine dictus, & ſic hodierno Romano inſcriptus.*

KB'. Εἰκάδι δευτερίῃ ουβελοῖς ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ἐτρώθη.
11. Kal. Bis undena acubus Basilium pungit acutis.

Sub Juliano Presbyter & Martyr Ancyra in Galatia hic fuit, cujus Acta *ex Græco & Græce dedimus.*

KΓ'. Εἰκάδι Ἓ τρίτῃ ΝΙΚΩΝ ξίφει κρᾶτα δάμη.
10. Kal. Niconem gladio vigeſima tertia plectit.

Hujus & ſociorum monachorum 199. prope Tauromenitanam urbem martyrium utinam nobis certius conſtaret, quam ex Actis*, quæ dedimus ſub nomine Charomeni eorum famuli atque diſcipuli. Severiori enim cenſura eguiſſe ea judicamus; & ipſis, quoad omnes circumſtantias tam fabuloſis, nolumus credere monachatus initia Diocletiani ætate vetuſtiora. Inſcribuntur etiam iidem hodierno Romano.*

KΔ', Κρύψαν ὑπὸ χθόνα εἰκάδ' ΙΑΚΩΒΟΝ γε τετάρτῃ.
9. Kal. Jacobum tumulo vigeſima quarta recondit.

Epiſcopus ſub Iconomachis hic fuit, incertum cujus Eccleſiæ. Acta *non extant, ſed laus in epiſtolis S. Theodori Studitæ, ex quo aliiſque de eodem egimus 11. hujus, quando & Typico & Menæis juſta cum elogio adſcribitur.*

KE'. Γῆθεν τῇ ΜΑΡΙΗ ἔφατ' Ἄγγελος εἰκάδι πέμπτῃ.
8. Kal. Nuntia verba tulit vigeſima quinta Mariæ.

D. N. Jeſum Chriſtum *eodem ipſe die quo* homo factus eſt, *etiam eſſe paſſum, ex totius antiquitatis conſenſu probavimus Tomo 3. Martii. Incarnationem autem factam eſſe anno ſexto ante æram vulgarem, ſic ut vere mortuus ſit Chriſtus* Coſſ. duobus Geminis *anno vulgaris æræ 29. ætatis ſuæ 33. expleto, ex ſimili quatuor priorum ſeculorum conſenſu demonſtratur in Diatriba præliminari ad Tomum 1. Aprilis.*

Εἰκάδι ἀμφ' ὕμνους ΓΑΒΡΙΗΛ κλέος ἕκτῃ ἐγείρει. Kς'.
Vicena ſexta Gabrielis perſonat hymnus. 7. Kal

Ex more ſcilicet jam ſupra indicato, ut qui myſterium præcedentis diei proxime attigerit. De vario ejus hoc ipſo menſe apud Latinos cultu, multa collegimus.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ἔδαμε ΜΑΤΡΩΝΑ ἐν εἱρκτῇ: KZ'.
Matronam in vinclis vigeſima ſeptima mactat. 6. Kal.

Theſſalonicenſis hæc Martyr a Latinis colitur 15. hujus. Acta *olim extitiſſe credimus, & ut adhuc ſuperſint optamus.*

Ὀγδοάτῃ ΙΛΑΡΙΩΝΑ κιχήσατο εἰκάδι πότμος. KH'
Bis decima quarta mors Hilariona prehendit. 5. kalend.

Fuit hic Hegumenus monaſterii Pelicetes, Confeſſor ſub Iconomachis: credibile eſt Vitam prolixe ſcriptam extitiſſe.

Ἐνάτῃ καὶ εἰκάδι ΒΑΡΑΧΗΣΙΟΝ εἰκάδι πίσσῃ. KΘ'
Barchesium pice ſua vigeſima nona peremit. 4. Kal.

Una cum Jona fratre martyrium in Perſide tulit hic Sanctus, quod Eſaias Regius eques deſcripſit, & Latine ex Græco vertendum curavit Lipomanus, Venetæ Bibliothecæ codicibus Mſſ. uſus. Utinam nobis quoque in ea civitate obtingeret, qui pretio rationabili tranſcriberet pauca quædam Sanctorum Acta, *needum alibi Græce reperta: nam qui an. 1660 nobis operam ſuam prolixe obtulit, ſed deinde turpiter decepit, Bibliothecæ cuſtos, homo Græcus, aliquamdiu fecit nequid inde poſſemus obtinere, quantacumque interceſſione adhibita: deinde cum prona jam ſperabamus omnia, eorum ad quos id attinet conſenſu impetrato, nihil fieri potuit, per Græculorum, qui manus mercenarias commodare rogabantur, ſordidum avaritiam. Nunc bibliothecæ cuſtodiam intellige commiſſam eſſe erudito cuidam nobili Veneto ſimulque humaniſſimo* D. Gradonico, *de quo ſperamus quod, quem rogamus, modum invenies nos juvandi iis quæ nobis hactenus defuiſſe intelliges.*

Χαίρει ΙΩΑΝΝΗΣ τριακοστῇ ἐξαναλύων. Λ'
Gaudet Joannes decima ter luce reſolvi, 3. kal.

Eſt hic Monachus *Sinaita,* Climacus *vulgo dictus* ἀπὸ τῆς κλίμακος, *id eſt* Scala, *per ipſum ad* Monachorum *inſtitutionem deſcripta. Vitam dedimus a Daniele Monacho Raithunæ exaratam.*

Πρώτῃ ΑΚΑΚΙΟΥ βίοτον πέρας ἐν τριακοστῇ. ΛΑ'
Morte ſed Acacii trigeſima prima ſacratur, 2. kal.

Fuit Epiſcopus Confeſſor Melitinæ in Armenia, etiam Latinis antiquitus notus, apud quos aliqua ejus Acta extabant: ſed putamus magis integra & pleniora apud Græcos extitiſſe, quæ utinam etiam nunc ſuperſint.

MAR-

MARTIUS.

MOSCORUM FIGURATUS.

I EUDOCIA ✠ Martyr,

II THEODOTUS ✠ Epiſcopus Martyr,

III EUTROPIUS ✠ CLEONICUS ✠ BASILISCUS ✠ Martyres,

IV GERASIMUS ✠ Monachus,

V CONON ✠ Martyr,

VI SYNAXIS MM. IN AMORIO XLII. ✠

VII BASILIUS ✠ EPRHEM ✠ CAPITON ✠ Epiſcopi Martyres.

VIII THEOPHYLACTUS ✠ Epiſcopus. *Poſſevino non bene* Theophanes.

IX SYNAXIS MARTYRUM XL. SEBASTENORUM. ✠

Sculptor Moſcus eo modo hic expreſſerat aquas gelidi lacus, ut affluentium undiq; flammarum globos videretur ecpræſentare voluiſſe; quatuor autem coronas emiſerat ſus laco notatos: quid porro ſignificet vox ΚΑΙΝΑΝΟΣ, *ſupra bal-neum in ripa poſitum ſcripta, explicet aliquis linguæ peritus.*

X CONDRATUS ✠ Martyr.

Scribendum erat Codratus, *& Latine* Quadratus; *Poſſevino ineptiſſime* Conradus,

XI SOPHRONIUS ✠ Epiſcopus Hieroſolym.

XII THEOPHANES ✠ Presbyter Hegumenus.

GREGORIUS † Magnus, Papa Romanus.

Vitam quatuor libris ſcripſit Joannes Diaconus: aliam breviorem & antiquiorem dedimus ex Mſſ. æſtimatur maximus a Græcis propter libros Dialogorum, *unde &* Διάλογος *apud eos cognominatur (quos ipſis ex Latino vertit Zacharias Papa) & propter librum* Curæ Paſtoralis, *ab Anaſtaſio Epiſcopo Antiocheno Græce redditum.*

XIII RELATIO RELIQUIARUM S. P. N. NICEPHORI ✠

Facta poſt mortem impii Theophili, ſub ejus filio Michaele Balbo, *& Conſtantinopolitano Patriarcha* S. Methodio, *qui ambo in hac tabula exprimuntur, una cum Diacono thurificante. Notatum id velim ab hujus ſeculi novatoribus, neſcio qua animi præſumptione perſuaſis, ſeſe divinitus illuminatos, ad correctionem plurimorum, quos ſibi in Eccleſiam obrepſiſſe imaginantur abuſuum, tum circa Sacramentorum adminiſtrationem & alia multa, tum circa religioſum Sanctorum cultum. Nam cum ſuperiori æſtate in nobili quodam Brabantiæ oppido antiquas altarium tabulas contemplarer, viderem que in eo quod S. Catharinæ ſacrum erat ſic repræſentatum Divæ martyrium, ut ſummo in aere anima ad cœlum a duobus Angelis ſuper expanſum linteum efferri videretur; adſtanti mihi Parocho dixi, in noſtro ad ſecundum tomum Aprilis Propylæo pag. 37. repræſentari tumulum Venerabilis Yolandæ, ante annos ferme quadringentos ſic ſculptum, ut ejus anima ſimiliter ab Angelis ſub-vecta nateat; cum hoc ſolum diſcrimine, quod mei Angeli thuribulo ſinguli eſſent inſtructi, ad expreſſius denotandam iſtius animæ ſanctitatem. Tum Parochus, homo alias minime malus aut indoctus, neque earum quas Romani Pontifices damnavere ſententiarum defenſor pervicax, ſed qui non potuerat in eo unde prodierat ſcholæ non hauſiſſe aliquid Janſenianæ fuliginis & præpoſteri ad reformandam Eccleſiam zeli; Parochus, inquam,* Non probo, *ait:* Notum eſt enim quod nato inter homines Chriſto Magi thus obtulerunt, ad ejus divinitatem demonſtrandum; & ejus incenſum ſoli Deo competere, ac propterea cum primum hanc Curam adiens, ſuper illo altari juxta Sanctæ ſtatuam in vertice locatam, invenissem Angelos duos parvulos, ſic, ut dicis, thurificantes, eoſdem removeri juſſi; clam tamen & noctu. *Non erat etiam inſtruendi tunc hominis, cum ipſe veniſſem ab eo inſtruendus circa quaſdam eo in templo antiquitates. Alio itaque flexi ſermonem, ceteroquin amice eum interrogaturus ſimulque dedocturus errorem ſuum (quod per interpoſitam poſtea perſonam feci) an eodem ex cauſa mutaverit in Rituali ſuo ſeu Paſtorali præſcriptos Miſſarum ſolennium ac funerum ritus, quibus jubetur &* feretrum incenſare accepto de manibus miniſtri thuribulo, *&* Evangeliorum librum, *atque ad omnem fere cujuſcumque rei* benedictionem *ſolennem, puta* Cinerum, Palmarum *&c. adhibere* incenſum: *idque non alia ex cauſa & primo aſpectu etiam rudibus obvia, quam ut intelligatur corpus defuncti Chriſtiani, Evangeliorum liber, aliaque ſimilia (quanto autem magis ipſi Sancti?) particulari quadam ad Deum relatione, aut eſſe aut reddi venerabilia, & ad cultum religionis (qui tota denique ad Deum terminatur) accommoda. Si ille aut ſimilis alius adhuc dubitet, legat in Rubricis Generalibus ad Miſſale Romanum, quintam de Introitu, ubi dicitur.* Si in altari fuerint ſive imagines Sanctorum, incenſata Cruce & facta ei reverentia, Sacerdos, antequam diſcedat a medio altaris, primum incenſat eas quæ a dextris ſunt, his ducens thuribulum; & iterum, facta ſimiliter Cruci reverentia, incenſat bis alias quæ ſunt a ſiniſtris.

BENEDICTUS † Pater Monachorum XIV

Occidentalium videlicet, propter Regulam ab eo ſcriptam, quam denique omnia fere antiqua apud nos monaſteria ſuſceperunt cum habitu nigro; ſicuti S. Baſilii Regulam omnes Orientales atque etiam Moſci nunc profitentur, ſub habitu etiam nigro: unde fit ut Benedictinos a Baſilianis multi non diſtinguant, ac nominatim ii qui de Moſcovia ſcripſerunt: in Italia vero eadem nunc omnino eſt utriſq; habitus forma. Latini Sanctum ipſum colimus 21. hujus, ubi verum annum mortis conati ſumus definire, non item terminare controverſiam de poſſeſſione ſacri corporis, agitatam inter Italos & Francos.

AGAPIUS ✠ Martyr. BECYLUS XV

Eodem nobili ac militari habitu indutus, an præſocio Agapii Publio, *nomine perperam ſcripto, hic ponitur? Ita videtur.*

SABINUS † Martyr XVI

Nequaquam, ut putamus, diſtinguendus ab eo, quem etiam 13. hujus colunt Græci, atque poſt eos ex hodierno Romano Latini. Abibum *vocant alii. Acta an ſeorſim ſcripta ſint, & ubi requirenda, hactenus ignoramus.*

ALE-

XVII ALEXIUS ✠ Vir Dei.

XVIII CYRILLUS ✠ Epiſcopus Hieroſolym.

XIX CHRYSANTHUS; DARIA ✠ Conjuges MM.

XX PATRES ...... SABÆ † Martyres.

In Menais *hoc titulo indicatur feſtum* Sanctorum Abbatum ab Abatis *(Imo Arabibus)* interfectorum in monaſterio S. Sabæ Sanctificati: *ubi Poſſevini interpres ipſius* S. Sabæ *feſtum perperam notavit, qui etiam hic videtur primus pingi, Regulam ſuam manu tenens. Acta ex Græco ermimus, ab eo qui interfuit ſcripta.*

PHOTINA, IOSES † Martyres.

Hanc eſſe Samaritanam Evangelicam, cum filio Joſe *ſeu* Joſepho, *fabulantur Græci, multa de utroque narrantes vix digna relatu. Hodierno Romano inſcribuntur ambo: confuſio forſitan ex eo nata ſit, quod genere vel ſecta* Samaritani *ambo fuerint.*

CYRILLUS Martyr.

Quomodo huc ſpectet, aut quis ſit, non poſſumus divinare. Habitus nihil barbarum indicat. Quid ſi corpus alicujus, nunc ignoti, ex Græcia in Moſcoviam translatum, occaſionem dederit hac die indicandi feſti?

XXI IACOBUS ✠ Epiſcopus.

Idem, ut credo, quem alias Græci colunt 24, niſi inter indigenas Moſcoviæ Epiſcopos Sanctos inveniatur alius, ad quem hic dies & honor magis proprie ſpectet.

XXII BASILIUS ✠ Presbyter Martyr.

In tabulis male exprimitur inſtar Epiſcopi Palliatus, forſitan ex errore nominis ei cum Baſilio Epiſcopo *Cæſareenſi communis.*

XXIII NICON ✠ *cum* DUCENTIS DISCIPULIS.

Ita Belga noſter hæc verba legit: cujus explicationem præbent litteræ Σ, ducenarium numerum ſignificans: quod vero Niconi a tergo eſt ædificium magnum, non Tauromenium urbem, in cujus vicinia vixiſſe creditur, ſed veteris balnei ruinas, quas putatur incoluiſſe, adducere in memoriam debet.

XXIV ARTEMIUS † Epiſcopus

Seleuciæ in Piſidia, *Græcis ferme* Artemon *ſcribitur: cujus utinam haberentur Acta. Colitur etiam ab iiſdem* Artemon *alius* Presbyter Laodicenus *ſub Diocletiano, de quo quia iterum refertur 8 Octobris & tunc Romano hodierno inſcribitur agere diſtulimus quamvis ibi breve, hic longiſſimum ejus elogium habeant Menæa, præter quod alia pleniora Acta numquam forte extiterunt.*

ZACHARIAS † Recluſus.

Talem certe invenimus in Mss. Menais Taurini expreſſum quamvis ei hic videantur habitus Epiſcopalis appingi verosimile eſt, eum qui hic tam ſolenniter pingitur, ex Vita quæ aliquando extiterit notum Græcis fuiſſe.

ISACIUS Diaconus.

Talem quippe exprimit habitus: quis aut cujas ignotum nobis atque ac R. P. Obilewicz: qui tamen ſuſpicatur hunc & alios nonnullos Sanctos, quos in Ruthenico ſuo Kalendario non reperit ad notatos hic dies, ad alios fortaſſe dies poſſe reperiri in Moſcovitico, quod vix opinamur. cum id quod præ manibus habemus certo Moſcoviticum ſit.

ANNUNTIATIO MARIÆ. ✠ XXV

Ita interpres Belga, rem (ut mihi videtur) non verba exprimens.

SYNAXIS ARCHISTRATEGI GABRIELIS. ✠ XXVI

Hoc Archiſtrategi *cognomentum* Gabrieli *æque ac* Michaeli *tribuitur a Græcis, a quibus vix umquam unus ſine altero pingitur, quod hic etiam obſervatur, Crux tamen datur Gabrieli, ut præcipuo Verbi incarnati & crucifigendi miniſtro, inter utrumque vero repræſentatur imago pueri Jeſu ſupra Cherubim, ſicut etiam infra 8 Novembris, quo crediderim ſignificari id, quod Theologi noſtri paſſim docent, Angelos in principio ſuæ creationis juſſos ſubjicere ſeſe Verbo incarnando, quod Lucifer cum ſuis facere detrectans cælo exciderit. Fit iterum de* Gabriele *13 Iulii.*

MATRONA ✠ Martyr Theſſalonicæ. XXVII

Latinis 15 Martii. Acta olim extitiſſe eſt veroſimile, & optandum ut nunc invenirentur.

PHILETUS † Senator, Martyr.

In Illyrico ſub Hadriano, cujus Acta non habentur. etiam hodierno Romano acceſſit.

STEPHANUS † Monachus Thaumaturgus. XXVIII

Variant in die Menæa: nos de ipſo egimus 26, ſed Vitam requirimus.

HILARION ✠ Hegumenus monaſterii Pelicetes.

Menæa Juniorem *appellant, ſcilicet reſpectu ejus qui vixit in Cypro ſeculo 4: hic autem ſub Iconomachis fidem confeſſus, totum hujus diei Officium implet: quæ celebritas tanta perſuadet, Vitam ſatis prolixe ſcriptum fuiſſe.*

MARCUS † Arethuſiorum Epiſcopus. XXIX

Cujus veram ſanctitatem, quam Baronius in dubium vocabat, vindicavimus.

CYRILLUS † Marci Diaconus. *Simul paſſus & Romano hodierno inſcriptus.*

IOANNES .... IN SINAI .... ✠ XXX

Synaum monaſterium a tergo habens, monachis prædicat ex eo quem Κλίμακα *inſcripſit libro, Totum epigraphen verbotenus explicet peritior alius: tacet enim hic Belga noſter. Exiſtimo verba reliqua ſpectare ad* Crucifixum, *qui exprimitur in extremo loculi hujus amplioris angulo; ſed cur id fiat neſcio, an forte ex ſententia alicujus, qui tali die paſſum Chriſtum crediderit?*

HIPATIUS Epiſcopus. † XXX

Ita interpres Belga expreſſe ultimum verbum reddit. Sed cujus Sedis Epiſcopus? Imago Deiparæ, quam manu tenet, expreſſe videtur ſignificare, eum pro defenſione imaginum inſigniter decertaſſe ſub Iconomachis. Atqui hoc non convenit S. Hypatio Gangrarum *Epiſcopo & Martyri, qui hodie prolixiſſimum elogium cum totius diei Officio in Menais habet, iterumque elogium 14 aut 15* Novembris, *quando inſertus eſt hodierno Romano, & Acta ejus ex Græco dabimus: hic enim* Hypatius *Concilio I Niceno interfuit. Dubitationem auget, quod* Typicon, *in quo totius Officii divini ordo per anni decurſum notatur* (Cartabellam *hodie appellamus, quam &* Diptycham *medio ævo dictam invenio) notet feſtum* τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ϗ θαυματουργοῦ Ὑπατίου Ἐπισκόπου Ἀγκύρας S. P. N. & Thaumaturgi Hypatii Epiſcopi Ancyræ: *cum* Gangrenſis *ſemper nominetur cum titulo* τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος. *Hinc datur occaſio conjectandi fuiſſe alium* Hypatium, *ſeculo 8*

vel

vel 9, cujus quia non extabant Acta, facta ſit iſta in Menæis confuſio, ut Officium, quod pro Novembri ſeniori-que Hypatio *compoſitum fuerat, ad hunc diem transferre-tur. Invenitur autem in Menæis ad 20 Septembris* Hypatius *Confeſſor pro Imaginibus, idemque Epiſcopus ſub Metropolita Epheſino; & ad hunc forte imago hæc ſpectat.*

A P R I L I S

G R Æ C O R U M M E T R I C U S.

A'. Πρώτῃ Ἀπριλίου ΜΑΡΙΗ, θάνεν ἄχθος ἐρήμου.
Kalen. Prima Aprilis obit MARIA, gloria eremi.

Colitur a Latinis die ſequenti: ubi oſtendi ejus obitum pertinere ad tempus Theodoſii Iunioris ſeculo 5, non vere ſpectare ad ſeculum 7 & ætatem Iuſtini ſenioris: hiſtoria veraſcriptorem Sophronium, male confundi cum eo qui fuit Patriarcha Hieroſolymitanus, & Canonem de Sancta illa canendum compoſuit.

B'. Δευτερίῃ ΤΙΤΟΙΟ ψυχὴν σὺν νόες ἦραν.
4 Non. TITI animam ſurſum Superi vexere ſecunda.

Hegumenus in Græcia, & Thaumaturgi *cognomen meritus, cujus hodie cum extet tam ſolemne Officium, etiam Vitam olim extitiſſe crediderim.*

Γ'. ΝΙΚΗΤΑΝ καλέει τριτάτῃ δῶμα Θεοῖο.
3 Non. Tertia NICETAM jubet aulam intrare Tonantis.

Medicienſis in Bithynia Hegumenus, *etiam hodierno Romano eſt inſcriptus. Vitam, auctore Theoſterict a diſcipulo, ex Græco dedimus.*

Δ'. ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ΘΕΟΔΟΥΛΩι σὺν ἔδυ γε τετάρτῃ.
2 Non. Mergitur AGATHOPUS quarta ſimul & THEODULUS.

Hic Lector, *iſte* Diaconus *Theſſalonicæ, Martyres ſub Diocletiano: quorum Acta Græce Latine dedimus.*

E'. Πέμπτῃ ΚΛΑΥΔΙΟΥ κεφαλὴν τάμε χεὶρ φονόεσσα.
Nonis. Cruda manus quinta CLAUDI caput enſe reſcidit.

Idem cum iiſdem ſex ſociis Diodoro, Victore, Victorino, Papia, Nicephoro, & Serapione *memoratur etiam 31 Ianuarii Martyr ſub Decio, ſed abſque ſolemni, ut hodie, Officio: Latini vero ipſum & ſocios colunt 25 Februarii, ſed* Claudianum *appellant. Ibi de iis agimus.*

ϛ'. Ψυχὴν ΕΥΤΥΧΙΟΙΟ πύλη γε πόλου ἄγεν ἕκτῃ.
8 Id. Fert animam EUTYCHII cælorum janua ſexta.

Patriarcha Conſtantinopolitanus hic fuit; cujus Vitam Græco-Latinam dedimus, ſcriptam ab Euſtatio Presbytero ejus domeſtico.

Z'. Ζωὴ δ' ἐκ θανάτοιο ΓΕΩΡΓΙΟΣ ἑβδόμῃ εὗρεν.
7 Id. Septena vitam invenies pro morte, GEORGI.

Solitarius hic vixit in monte Malæa in Laconia: cujus nullam Vitam inveniri miramur.

H'. Ἤξηλεν ὀγδοάτῃ γῆς ΗΡΩΔΙΩΝ οὐρανόθεν.
6 Id. Octava HERODION cœlum coe intulit aſtris.

Nominatur inter 70 diſcipulos ut Patrarum Epiſcopus, atque etiam hodierno Romano inſcribitur.

Θ'. Φάσγανον ἀμφ' ἐνάτῃ ΕΥΨΥΧΙΟΥ ἔκοπτε λαιμόν.
5 Id. EUPSYCHII nona ſecuit pia guttura ferrum.

Martyr Cæſareæ in Cappadocia ſub Iuliano, etiam hodierno Romano additur. Latent Acta, quæ videntur ſat fuſe deſcripta fuiſſe.

Φασγάνῳ δεκάτῃ ὁ ΤΕΡΕΝΤΙΟΣ ἄρμενα τέρμα. I'.
Per gladium decima finem ſortire, TERENTI. 4 Id.

Paſſus hic eſt in Africa ſub Decio cum pluribus ſociis. Acta dedimus ex Lipomano: contextum Græcum, unde Latina reddita ſunt, Venetiis invenimus, ſed fruſtra petiimus eum nobis deſcribi: quod adhuc ibi aut alibi fieri opto.

Χάλκεον ἑνδεκάτῃ βληθεὶς φλέγῃ ΑΝΤΙΠΑ εἰς βοῦν. IA'.
Undecima injectus tauro ardes, ANTIPA, aheno. 3 Id.

Pergami in Aſia Martyr, ſicut ex Apocalypſi conſtat, non item quod fuerit iſtius urbis Epiſcopus, uti paſſim dicitur.

Δωδεκάτῃ, ΒΑΣΙΛΕΙΕ, σορῷ δύεαι νεκρός. IB'.
Mortuus in tumulum BASILIUS abit duodena. 2 Id.

Parii in Myſia Epiſcopus, Confeſſor ſub Iconomachis: cujus utinam Vita extaret!

Ἀμφὶ τρίτῃ δεκάτῃ θάνε ΜΑΡΤΙΝΟΣ πέρα πόντου. IΓ'.
MARTINUS terna decima trans æquor obivit. Idib.

Papa Romanus & Martyr in Cherſoneſo exilio mortuus, colitur a Latinis 12 Novembris. In cujus aliorumque plurimorum Pontificum chronologia ordinanda aliter quam factum a Cardinali Baronio, non tam certa quam uti documenta nacta aut ſecuta, haud inutilem operam poſuiſſe me reor: quam licet ad menſem Iunium differendam aliquoties dixerim in hiſce primis Tomis Maii, nunc decrevimus ante poſtremos hujus ipſius Maii tomos ponendam, quo citius ea fruatur lector ſtudioſus eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cujus baſis eſt chronotaxis Pontificia.

... Τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐκ τῶν ό ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ, ΠΟΥΔΗ καὶ ΤΡΟΦΙΜΟΥ. IΔ'.
... Sanctorum Apoſtolorum ex 70 ARISTARCHI, PUDÆ, & TROPHIMI. 18 Kal.

Coluntur a Latinis ſeorſim ſinguli Ariſtarchus *4 Auguſti,* Pudes 19 Maii, Trophimus 29 *Decembris.*

Κάτθανε καὶ ΚΡΗΣΚΗΣ πέμπτῃ δεκάτῃ πυρὶ καίων. IE'.
Et quinta decima, CRESCENS, extingueris igne. 17 Kal.

Martyr Myris in Lycia: cujus Acta deſiderantur.

ΧΙΟΝΙΑΝ ΑΓΑΠΗΝ ἕκτῃ δεκάτῃ κατέκαυσεν. Iϛ'.
Exurunt AGAPEN ſexta decima atque CHIONIAM. 16 Kal.

Coluntur, cum ſua ſorore Irene, *3 hujus apud Latinos, apud quos ſoles oſtendimus genuina Acta Martyrii inveniri, comprehenſa in Actis S. Anaſtaſiæ; Græca vero, contra quam exiſtimavit Baronius, prorſus depravata eſſe. Paſſa ſunt autem Theſſalonicæ ſub Diocletiano.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΣΥΜΕΩΝ κατ' αὐχένα τμήθη. IZ'.
Septena decima SYMEON dat colla ſecuri. 15 Kal.

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopus Seleuciæ & Cteſiphontis in Perſide, ac Martyr inſignis cum variis ſociis, colitur a Latinis 21. hujus. Acta hactenus ex ſolo Sozomeno habemus.

IH'. 'Ογδοάτῃ δεκάτῃ ποταμοῦ ΣΑΒΒΑΝ κοῖλε ῥέεθρον.
14 Kal. Octava decima SABBAM hauſit fluminis unda.

Gothus Martyr, obiit 12. hujus, quando Acta damus, ſecuti Romanum hodiernum. In Menæis perperam hic additur τοῦ Στρατηλάτου, Ducis, quod vel ex ſubjuncto elogio patet.

IΘ'. 'Αμφ' ἐνάτῃ δεκάτῃ ΘΕΟΔΩΡΩι σταυρὸς ἄεθλον.
13 Kal. Crux decima nona certamen fit THEODORI.

Ejus aliorumque ſimul paſſorum Martyrium dilatum a nobis eſt ad 20. Septembris, quia ex Menologio in hodiernum Romanum iſtuc eos tranſtulit Baronius: Utinam eorum interim Acta reperiantur! ſin minus, ſufficiet amplum ex Menæis compendium, unde intelligitur Pergæ in Pamphylia res acta eſſe ſub Imperatore Antonino.

K'. Εἰκάδι σῆς, ΘΕΟΔΩΡΕ, λίπ' ὀστέα θυμὸς ἀγήνωρ.
12. Kal. Mens tua vicena, THEODORE, eſt carne ſoluta.

Cognomento Trichinas, *a cilicii aſperitate: floruit in eremo Thraciæ prope Conſtantinopolim. Dolemus nulla ejus Acta inveniri: nam & hodierno Romano adſcriptus eſt.*

KA'. Τῷ ΙΑΝΝΟΥΑΡΙΟΙΟ κάρην τάμεν εἰκάδι πρώτῃ.
11 Kal. Vicena prima caput amittis, JANUARI.

Epiſcopus Martyr ſub Diocletiano, Neopolitanorum nunc Patronus præcipuus, ubi feſtum (uti & in reliqua Eccleſia Latina) agitur 19. Septembris: quando in conſpectum ſacri Capitis expoſitus in phiala ſanguis, liqueſcere ſolet, ſicut & aliis occaſionibus, qualis ea fuit, qua anno 1661. ſimilis gratia nobis quoque facta eſt, ut plenius narravi in Vita P. Joannis Bollandi ante Tomum 1. Martii n. 92.

KB'. Εἰκάδι δ' ἀμφοτέρῃ ΣΥΚΕΩΤΗΝ τύμβος ἔκρυψε.
10. Kal. SYCEOTEN abdit vicena ſecunda ſepulcro.

Theodorus *hic eſt, ex Epiſcopo Anaſtaſiopolitano plurium cœnobiorum Archimandrita, nuper Romano Martyrologio inſertus: cujus extat Vita prolixa & pulcherrima, ab Eleuſio Sancti diſcipulo, alias Georgio, accurate conſcripta: quam ſi potuiſſemus Græcam Venetiis adipiſci, nova verſione dignam judicabimus. Nunc ea cura poſteris noſtris relinquitur: juvabit interim ipſum Græcum contextum accipere.*

KΓ'. Ἦρε ΓΕΩΡΓΙΩι δεκάτῃ τρίτῃ αὐχένα χαλκός.
9. Kal. Vicena terna ſcinduntur colla GEORGI.

Paſſim Megalomartyr *dictus, primus (quantum exiſtimo) excepit impetum perſecutionis decimæ, ejuſdemq; omnium crudeliſſimæ ſub Diocletiano & Maximiano, laceratis eorum circa Paſcha edictis primis. Coli cœpit ſtatim a Conſtantini Magni victoria de Licinio, erectis eccleſiis ſub ejus nomine, translatiſq; reliquiis; habitus ſemper Orientalis Imperii defenſor, & Chriſtianorum contra Saracenos exercituum ductor. Explicui hæc omnia prolixe in Aprili, ubi etiam cauſam reddidi draconis paſſim ad pedes ejus pingi ſoliti, quam lubet hic confirmare exemplo Majoriani Imperatoris, ab anno 457. uſque ad 461. cum Leone regnantis, qui ſumpto ſibi a Conſtantino Magni ſtatuis exemplo, imaginem ſuam ita in nummis ſculpi permiſit, ut averſa facies repræſentaret Imperatorem, cruce quam dextera tenet potentem, victoria quam ſuſtinet ſiniſtra glorioſum, pede autem dextero caput nefandi proculcaret Draconis: ipſum nummum hic dedero effigiatum, ſi non ſufficeret eum paſſim extare apud nummariæ antiquitatis tractatores, & omnibus obvium eſſe apud Baronium ad annum 325. num. 206.*

Εἰκάδι πνῖξε ΣΑΒΑΝ ποταμοῦ ῥόος ἀμφὶ τετάρτῃ. KΔ'.
Suffocatque SABAM vigeſima quarta fluento. 8. Kal.

Hic quoque Martyr Gothus fuit, ſed militum Ductor, Romæ (ut creditur) paſſus quidem, non tamen Romanæ Eccleſiæ faſtis ante Baronium notus: idque haud ſine confuſione aliqua, quoad mortis genus, cum alio Sabba *ſuperius ad 18. relato.*

Εἰκάδι πέμπτῃ ΜΑΡΚΟΝ ἐπὶ χθονὶ ἄφρονες εἷλκον. KE'.
Per terram MARCUM quinta & vigeſima raptat. 7. Kal

Evangeliſtam hunc credimus veroſimilius Latine ſcripſiſſe, & corporis Venetias allati hiſtoriam explicamus.

Εἰκάδι ἀμφ' ἕκτῃ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ξίφει αὐχένα τμῆθε. Kς'.
Vicena ſexta feriunt BASILEA ſecuri. 6. Kal.

Amaſeæ in Ponto Epiſcopus, Martyr ſub Licinio, ob S. Glaphyram libidini ejus ſubtractam. Acta Græco-Latina dedimus.

Ξύλῳ ἑβδομάτῃ ΣΥΜΕΩΝ πάγη εἰκάδι μάκρῳ. KZ'.
Bis decima in ligneo SYMEONEM & ſeptima fixit. 5 kalend.

Epiſcopus Hieroſolymitanus hic fuit, Chriſti conſanguineus, ſub Trajano crucifixus: cujus memoriam Latini recolunt 18. Februarii.

Εἰκάδι ὀγδοάτῃ σε λάβεν ΜΕΜΝΟΝΑ γε πότμος. KH'
Vicena octava mors aufert MEMNONA nobis. 4. Kal.

Hegumenus hic & a miraculorum gratia Thaumaturgus *cognominatus, ubi, vel quando vixerit ignoramus: eoque magis dolemus excidiſſe Acta, quo celebriorem fuiſſe vel hinc patet, quod ſolus fuerit huic Ephemeridi inſcriptus.*

Εἰκάδι δ' ἐνάτῃ ΙΑΣΩΝ ἀπεβήσατο γαίης. KΘ'
Vicena nona terras dimiſit JASON. 3. kal.

Diſcipulus S. Pauli colitur a Latinis 12. Julii.

Κτεῖνε μάχαιρα φέρε ΙΑΚΩΒΟΝ ἐν τριακάδι. Λ'
JACOBUM gladio trigeſima mactat iniquo. 2. kal.

Ipſum mortis genus ſatis indicat hic intelligi filium Zebedæi, Fratrem Joannis, *qui etiam in pleriſque* Menæis *notatur, licet quædam exempla nunc repetant* Fratrem Domini: *colitur autem a Latinis 25. Julii.*

APRI-

APRILIS.
MOSCORUM FIGURATUS.

I PRESB. ZOSIMAS † MERETRIX MARIA +....

Quadripartita totius hiſtoria explicatio ſatis indicat, quam feſtiva apud Græcos fuerit, & ſit apud Moſcos etiam hodie, commemoratio utriuſque: ubi primo quidem loculo exprimitur Zoſimas Mariam *inveniens & cum ea loquens, cujus nomini præfixum* ΠΡ *poni videtur pro Græco* Πόρνη Meretrix, *& ſic notas illas explico: quid autem ſibi velint ultima verba, poſita ſupra ſecundum loculum (ubi exhibetur* Maria, *admirante* Zoſima, *inter preces ſurſum rapta) non divino: verba inſcripta tertio & quarto loculo interpres Belga ſic reddidit,* Zoſimas Mariæ ſacram Cœnam miniſtrat, *&* Miniſterio leonis ſepelitur Maria.

II TITUS + Abbas Thaumaturgus.

Non debuit in habitu Epiſcopali palliatus exprimi: ſed forte per imperitiam acceptus hic eſt pro S. Pauli diſcipulo, quem 25. Auguſti habent hæ ipſæ tabulæ.

III NICETAS + Abbas Medicienſis.

IV JOSEPH † Hymnographus monachus.

Vitam, quam necdum reperimus, ſcripſit breviter diſcipulus ejus Theophanes: pro qua dedimus eamdem die præcedenti, quo Paſſim a Græcis refertur, fuſius deductam a Joanne Diacono eccleſiæ S. Sophiæ. Poſſevinus hic habet. Ven. Iſidorum: *ſed quis hic? Colitur quidem etiam hoc die S.* Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, *ſed quem Græcis atque per hos Ruthenis innotuiſſe, haud facile crediderо.*

GREGORIUS, *imo* GEORGIUS. +

Nam Gregorius *hac die nuſquam ullus comparet,* Georgius *vero* in monte Malæo *celeberrimum cultum habet in Typico & Menæis, in Ephemeride autem metrica die 7. Sane nihil facilius quam* Georgii *&* Gregorii *nomina inter ſe commutantur. Vitam nullam invenimus, ſed elogium ex Canone ipſo conferimus, in cujus titulo etiam appellatur* ſanctus Pater noſter; *nec tamen hic ut monachus exprimitur, ſed ſimpliciter in habitu talari.*

V THEODULUS ET AGATHOPUS + Martyres.

Primus Poſſevino non recte S. Mart. Theodotus.

VI EUTYCHIUS + Patriarcha Conſtantinop. *Eidem Poſſevino perperam* Euchemius.

VII GEORGIUS + Epiſc. Mitilenæ.

Ita recte nomen expreſſit Poſſevinus, quod hic perperam ſcribitur Sergius. *Vitam nullam invenimus, ſed mentionem perquam honorificam in Vita ſucceſſoris* Georgii Junioris, *Græco-Latine danda in Supplemento.*

VIII HERODION + novarum Patrarum Epiſc.

Hodierno Romano inſcriptus, creditus unus ex 72. Diſcipulis. Poſſevino Radion *non bene dictus. Cum hoc pariter, ut* Apoſtoli, *coluntur a Græcis.*

AGABUS † RUFUS † Apoſtoli.

Uterque exprimitur ut Epiſcopus, ſicuti paſſim ceteri Apoſtolorum diſcipuli, in ſacris libris nominati. Hoc certum eſt, Agabum *ut Prophetam laudari & a Latinis coli 13. Februarii:* Rufum *vero,* Thebarum in Græcia Epiſcopum *creditum, nominari in epiſtola ad Romanos, & a Latinis iiſdem commemorari 21. Novembris.*

EUPSYCHIUS + Mart. *Poſſevino non bene* Sutiphius. IX

TERENTIUS + Martyr. X

ANTIPAS + Martyr. XI

BASILIUS + Epiſcopus. XII
ANTHUSA † Sanctimonialis.

Filia Conſtantini Copronymi, a pluribus & antiquioribus differtur uſque ad 27. hujus, quando de ea egimus: quidam etiam ipſam referunt ad 27 Julii, quando & Romano hodierno inſcribitur.

ARTEMON † Epiſcopus Martye. XIII

Hodie in Typico cum titulo Hieromartyris *ſolus notatur, eſt ergo Epiſcopus Seleuciæ, diſcipulus Pauli: de quo ex Menæis egimus ad 24. Martii.*

MARTINUS + Papa Romanus. *Non* Marcianus, *ut perperam dictum eſt Poſſevino.* XIV

ANTONIUS, JOANNES, EUSTACHIUS.

Ducis Lithuaniæ cubicularii, martyrio affecti Vilnæ poſt annum 1328. de quibus plura vide in Kojalowicz & in Actis noſtris.

ARISTARCHUS, + PUDENS, + TROPHIMUS. + XV

AGAPIA, + IRENE, + CHIONIA. + *Sorores Martyres Theſſalonicæ.* XVI

SYMEON + Epiſcopus Martyr. *Male hic pingitur ut Abbas vel monachus.* XVII

JOANNES † Diſcipulus S. Gregorii Decapolitæ, *non debuerat ut Epiſcopus exprimi.* XVIII

SABAS + Gottus Martyr.

ATHANASIA † Vidua Sanctimonialis

In Ægina inſula. Hæc quia in Actis apud Lipomanum mortua dicitur 14. Auguſti, ibi quoque repoſita eſt in hodierno Romano: idem dies confirmatur ex Græco quod habemus. Scripturam, quam manu præfert, legat qui poteſt.

JOANNES † Palæolaurita monachus. XIX

Cur ei Poſſevinus hic addat nomen Eutychii *non divinamus, nec Vitam ſeorſim ſcriptam invenimus.*

THEODORUS, *Poſſevino* THEODOSIUS. XX

Neutrius nominis Epiſcopus invenitur hoc die: quare non invenio quid de illo ſtatuam. Eſt alias in Menæis S. Theodorus Martyr Pergæ in Pamphilia *cum longo elogio, in quo dicitur ſub Antonino Imperatore & Præſide Theodoto paſſus.*

J A-

Digitized by Google

XXI JANUARIUS ✠ Epiſcopus Martyr.
THEODORUS † Trichinas.

In tabula tranſpoſitus ordo figurarum, juxta ordinem nominum eſſet corrigendus.

ANASTASIUS † Sinaita monachus

Ab alio ejuſdem nominis ac temporis Antiocheno Patriarcha, cum quo in hodierno Romano confunditur, bene diſtinguendus, uti & diverſiſſima utriuſque ſcripta; quibus optandum eſſet utriuſque Vitam diverſam addi poſſe. Hic certe vel ſolus habitus diverſum arguit.

XXII THEODORUS ✠ Syceota.

XXIII Georgius ✠ Megalomartyr.

XXIV SABAS ✠ Dux Martyr.

XXV MARCUS ✠ Evangeliſta.

XXVI BASILIUS ✠ Epiſcopus Martyr.
STEPHANUS Epiſcopus Permienſis.

Ita R. P. Obilewicz, de quo Herberſteinius in Itinerario a Moſcua uſque ad Obim fluvium, poſt deſcriptionem Permienſis Provinciæ, dicit, quod genti proprium idioma habenti, etiam characteres proprios invenit Stephanus Epiſcopus, qui eos in fide Chriſti vacillantes confirmarat: nam antea in fide adhuc infantes, Epiſcopum quemdam idem attentantem excoriaverant, *dignum profecto, cujus etiam nomen inter Sanctos relatum eſſe credatur, & hic alicubi locum habere inter eos, quorum nobis adhuc notitia deeſt, licet inveniatur locus. De ipſo certe Stephano idem Herberſteinius aſſerit,* quod Demetrio Joannis filio imperante apud Ruthenos, *circa ann.* 1450. in numerum Divorum relatus eſt.

SYMEON ✠ Epiſcopus Hieroſolymitanus. XXVII

JASON ✠ SOSIPATER. † XXVIII

SYNAXIS MARTYRUM IX. CYSICI. † XXIX

Horum nomina in Menæis ſunt Theognides, Rufus, Antipater, Theoſtychus *ſive* Eutyches, Artemas, Magnus, Theodotus, Thaumaſius, Philemon. *Cur eorum medius hic ut Epiſcopus repræſentetur non capimus, eoque magis vellemus Acta inveniri.*

JACOBUS ✠ Apoſtolus, frater Joannis. XXX

MAJUS.

GRÆCORUM METRICUS.

Πρώτῃ τοῦ Μαΐου λίθοις κτεῖνον ΙΕΡΕΜΙΑΝ.
Prima dies Maii ſaxis necat HIEREMIAM.

A'
Kalend. COlitur etiam antiquitus apud Latinos hac die: dicitur autem quod ejus in Taphnes apud Ægyptios ſepulti oſſa Alexandriam transferri fecerit ejus conditor Magnus Alexander. Hoc autem prudentius credi poterit, quam crederentur cetera, quæ circa Chriſtum ex virgine naſciturum, Lignumque a cunctis gentibus adorandum, dicitur idem Propheta Ægyptiis Gentilibus prænuntiaſſe multo clarius, quam unquam Judæis prophetata fuerunt. Tolerabiliora tamen ea omnia ſunt, quæ ad hunc diem ex Menæis recitantur, a nobis autem, prætermiſſa fuerunt ut apocrypha; quam ſit fabula illa quæ in iiſdem Menæis per integras undecim columnas extenditur, dum capta per Nabuchodonoſorem Hieroſolyma Babylonem migraſſe Jeremias dicitur, ibique vixiſſe, quoad expletis annis Babylonicæ captivitatis ſeptuaginta, accepit ex Judæa epiſtolam ab Abimelech Æthiope, per totum iſtud tempus divinitus conſopito ſub ficu, & Baruch a mortuis reſuſcitato, ex Angelica juſſione ſcriptam & collo aquilæ eum deletura alligatam: ea autem accepta noſtra eduxiſſe populum ex Aſſyria, reduxiſſeque in Judæam; ubi oblato ſacrificio coram altari expirarit, ac tertio poſt die reſuſcitatus, quia de Meſſia naſcituro ex Virgine manifeſtius vaticinabatur, lapidare eum volentis populi furorem eluſerit, tantiſper ſubſtituta pro ſe lapidea ſtatua, donec prophetiam ſuam compleſſet; deinde mortem libens exceperit, ab iiſdem Baruch & Abimelech prope Jeruſalem tumulatus, una cum lapide illo qui converſus in ſtatuam humana voce locutus fuerat. Hæc tamen in epitomen contracta placuit hic proponere, ut ipſa abſurditate ſua omnem quantumvis præoccupatum intellectum avertant a Thalmudicis circa vitas obituſque Prophetarum figmentis, etſi non ſemper æque abſurdis, ad Hiſtoriam ſacram locupletandam recipiendis; atque ita minus laborandum nobis ſit, circa Eliam prophetam, cujus honori nihil detractum volumus; nolumus tamen ex iis quæ ſimili fide narrantur de ipſo vel naſcente, vel inter mortales agente, aut in paradiſum tranſlato, & denique ſub finem mundi comparituro, ad aliquid credendum affirmandumque compelli, quod in Scripturis ſacris non invenimus expreſſum. Eodem fine etiam ad 17. Decembris notamus inſulſiſſimam fabellam, de S. Daniele & ſociis ex ſimili fonte ſumptam.

Δευτέρῃ νέκυς ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ εἰσεκομίσθη.
Corpus ATHANASII eſt illatum luce ſecunda. 6. Non.

Alexandria ſcilicet Conſtantinopolim: quomodo autem hinc Venetias ſit translatum, exceptum, & miraculis glorificatum, declarant Acta ex monaſterio S. Crucis in Judaica, tranſcripta poſt Vitam, copioſe ex operibus ipſiuſmet collectam. In Appendice etiam ad tomum 1. habetur Diſſertatiuncula Paſchaſii Queſnel de ætate atque auctore Symboli Athanaſiani, Quicumque vult.

σταυρῷ ΤΙΜΟΘΕΟΣ τριτάτῃ πάγη ἅμα ΜΑΥΡΑ.
TIMOTHEUM MAURAMQUE cruci lux tertia fixit. Γ' 5. Non.

Conjuges Martyres in Thebaide ſub Diocletiano. Acta Græco-Latina damus.

Ἀμφὶ τετάρτῃ ΠΕΛΑΓΙΗ καίετο βοῒ χαλκῷ.
Sub quartam in tauro PELAGIA flagrat aheno. Δ' 4. Non.

Virgo Martyr Tarſi in Cilicia ſub Diocletiano: etiam hodierno Romano inſcribitur. Acta Græco-Latine exhibemus.

ΕΙΡΗΝΗ τμηθεῖσα αὐχένα πέμπτῃ ἔθανε.
Secta caput quinta IRENE patitur moriturque. Ε' 3. Non.

Celeberrima Conſtantinopoli, quo corpus advectum Epheſo, ubi ſub Numeriano paſſa dicitur. Acta, in quibus Licinii Imperatoris filia fuiſſe dicitur, etſi Græca habuerimus, non tamen judicavimus inſerenda huic Operi, adeo

Cc fabu-

Digitized by Google

fabuloſa videntur eſſe: quod neſcio quomodo aliis etiam quibuſdam inſignibus & in Occidente non minus quam Oriente cultiſſimis Virginibus ac Martyribus contigit: puta Barbara, Margarita ſeu Marina, & Catharina.

Ϛ'. Ἕκτῃ ΙΩΒ πολύτλας θανὼν εὗρε ἀμφεκάλυψεν.
II. Non. Job finem ſexta vitæ invenit ærumnoſæ.

Colitur a Latinis x hujus. Corpus, una cum lipſanis utriuſque Tobiæ & Saræ, Romæ Ticinum creditur fuiſſe allatum; ante hos autem ſexaginta annos furto ſublatum. Optamus intelligere ubi nunc ſit, atque utinam iterum Ticini!

Z' . . . Μνήμη . . . ΣΤΑΥΡΟΥ, καὶ τῶν ἁγ. ΜΜ. ΑΚΑΚΙΟΥ καὶ ΚΟΔΡΑΤΟΥ.
Nonis. . . . Memoria . . . . CRUCIS & SS. MM. ACACII & CODRATI.

Prolixior titulus in Menæis ſic habet: Memoria in cælo apparentis ſigni venerandæ Crucis, hora tertia diei, ſub Conſtantio Imperatore, filio Magni Conſtantini, & Cyrillo Archiepiſcopo Hieroſolymorum. *Ad hujus autem Vitam 18. Martii, ex propria ipſius epiſtola, apparitio tota proponitur.*

S. Acacii Martyris Byzantini, *ſub Maximiano, Acta damus Græco-Latina: ſed die ſequenti, quando colitur a Latinis ſub nomine* Agathii.

S. Codrati Martyris Nicomedienſis, *ſub Decio & Valeriano paſſi, nomen hodierno Romano inſcribitur, ſed more Latino* Quadratus *ponitur: nobis potius viſum eſt, cum Synaxariis duobus Mss. antiquioribus, ipſum referre ad diem 9. Acta nulla haberi dolemus.*

H' Ὀγδοάτῃ πελάνοις ῥοδισμὸν ΒΡΟΝΤΟΓΟΝΟΙΟ.
VIII Id. Rore TONITRUGENI feſta eſt octava ſalubri.

Scilicet S. Joannis Evangeliſtæ, *quem Boanarges, id eſt* Filium Tonitrui *Chriſtus appellavit, ex cujus ſepulcro Epheſi manna ſcaturit. Colitur ipſe a Latinis die 27 Decembris.*

Θ'. ΗΣΑΙΑΣ δ' ἐνάτῃ μέλλοντ' εἶδε χειροτομεῖσθαι.
7. Id. ESAIAS nona capitur, cui nota futura.

Colitur apud Latinos 6 Julii.

ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΝ δ' ἐνάτῃ ὁ σύγχυτος ἔκτανε χαλκός.
CHRISTOPHORUM nona mactavit ahenea veſtis.

Celeberrimus hic Martyr colitur a Latinis 25. Julii: cujus quam facile eſt probare cultum & giganteæ imaginis myſteria explicare; tam difficile erit ex fabuloſa ejus Legenda aliquid certæ veritatis elicere.

I' Τῇ δεκάτῃ ΣΙΜΩΝΑ σταύρωσαν Ἀποστόλου ἐχθροί.
6. Id. SIMONEM decima Chriſti crucifigunt hoſtes.

Cognomento Zelotes, *colitur apud Latinos 28. Octobris.*

IA' ΜΩΚΙΟΣ ἑνδεκάτῃ κεφαλὴν τμηθεὶς ἀγαθόφρων.
5. Id. Mocius undecima ſapiens dat colla ſecuri.

Presbyter Martyr Byzantii ſub Diocletiano, Latinis eum 13. hujus referentibus Mucius. *Nos de eo agimus hodie, & Acta quædam ex Latinis Mſſ. damus, Græca nulla inveniri dolemus.*

IB' Τῇ δυοκαιδεκάτῃ ΕΠΙΦΑΝΙΟΝ ὁ μόρος εἷλε.
4. Id. Statæ lex mortis duodena EPIPHANIUM aufert.

Epiſcopus hic Conſtantiæ in Cypro ſcriptis claruit, ex quibus aliiſque certiorem Vitæ hiſtoriam texui, quam quæ ante Opera paſſim extat fabuloſiſſime conſarcinata, ſub nomine oculatorum teſtium Joannis & Polybii.

Τῇ δεκάτῃ τρίτῃ τίς δάμασε ΓΛΥΚΕΡΙΗΝ; IΓ'
Quis decima tertia, GLYCERIA, te ſuperavit? 3. Id.

Heraclea in Thracia celeberrima Virgo & Martyr, inſcripta etiam Romano hodierno. Acta Græco-Latina damus.

Τῇ δὲ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ ΙΣΙΔΩΡΟΣ ἐλήλυθεν. IΔ'
Venit ISIDORUS decima quartaque colendus. 2. Id.

Dux militum & Martyr ſub Decio, Acta Græco-Latina damus die ſequenti, licet hodierno Romano inſcriptus ſit 5. Februarii.

Πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ΠΑΧΩΜΙΟΝ εὗδεν ἄειρεν. IE'
Ad quintam decimam PACOMIUS hinc revocatur. Idib.

Primus auctor vitæ cœnobiticæ, accepta ad id ab Angelo Regula, colitur a Latinis die præcedenti. Ejus & diſcipuli Theodori prolixiſſima Acta, a ſuppari ævi monacho ſcripta, damus Græco-Latina, nec non epiſtolam Ammonis Epiſcopi ad Theophilum Alexandrinum de iiſdem. Corpus ad Portum-Veneris in Liguriam tranſlatum dicitur, ſed tranſlationis iſtiuſmodi documenta necdum potuimus impetrare.

Τῇ δ' ἑξ δεκάτῃ ΘΕΟΔΩΡΟΣ ἀφεῖλετο γαίης. IϚ'
Tellurem decima ſexta, THEODORE, relinquis. 17 Kal.

Hunc S. Pachomii diſcipulum colunt Latini 28. Decembris: nobis conſultius viſum de ipſo ac magiſtro ſimul agere.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ θὲν ΙΟΥΝΙΗ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ τε. IZ'
JUNIA poſt illam conjungitur ANDRONICO. 16 Kal.

S. Paulus Cognatos & Concaptivos *ſuos appellat.*

. . . Τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΠΕΤΡΟΥ, ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, ΑΝΔΡΕΟΥ, ΠΑΥΛΟΥ, ΧΡΙΣΤΙΝΗΣ, ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ, ΠΑΥΛΙΝΟΥ καὶ ΒΕΝΕΔΙΜΟΥ. IH'
. . . Sanctorum Martyrum, PETRI, DIONYSII, ANDREÆ, PAULI, CHRISTINÆ, HERACLII, PAULINI & BENEDIMI. 15. Kal.

Agimus nos de his 15. Maji, oſtendimuſque tres poſteriores quidem Athenis eſſe paſſos, priores Lampſaci in Helleſponto.

Ἐννεα καὶ δεκάτῃ τάμε ΠΑΤΡΙΚΙΟΝ ξίφος ὀξύ: IΘ'.
PATRICIUM gladius decima nonaque peremit. 14. Kal.

Epiſcopus Pruſæ in Bithynia fuit. Acta Græco-Latina hic damus, licet alias etiam nominetur 28. hujus, & ſic in hodiernum Romanum tranſierit.

Εἰκοστῇ ΘΑΛΙΛΑΙΟΣ ἑὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. K'.
Vicena, THALILÆE, tuum caput abſtulit enſis. 13. Kal.

Martyr Edeſſa in Syria, etiam hodierno Romano inſcriptus. Acta Græco-Latina dabimus.

συνάπτεν εἰκάδι πρώτῃ ΜΗΤΕΡΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ. KA'.
Mors CONSTANTINUM poſt hanc rapit atque PARENTEM. 12 Kal.

Nos

Nos hac die de filia Imperatore agimus: mater Helena ſuum ſeorſim cultum apud Latinos habet 18 Auguſti, & corpus ejus adhuc Romæ haberi creditur in tumba porphyretica ad Aram cæli: contra Galli ipſum habere prætendis in monaſterio Altovillarienſi.

KB 11 Kal. Εἰκάδι δ' ἀντιῇ ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΝ φάσγανον εἷλε.
Poſtera lux jugulum Sancti ſecuit Basilisci.

Fuit hic Comanæ in Ponto celeberrimus Martyr ſub Maximiano: cujus Acta Euſignium auctorem, teſtem oculatum præferentia dedimus 3. Martii, quando cum ſociis Eutropio & Cleonico *ſolennius colitur, & optamus Græca eadem habuiſſe.*

KΓ' 10 Kal. Εἰκάδι ἐνὶ τρίτῃ ΜΙΧΑΗΛ νόες οὐδεν ἄειραν.
Vicena terna rapiunt Superi Michaelem.

Epiſcopus fuit Synadarum in Phrygia, Confeſſor ſub Iconomachis, etiam hodierno Romano inſcriptus: Acta non extant, fortaſſe nec extiterunt unquam.

KΔ' 9 Kal. Εἰκάδι οὖδὶ τετάρτῃ ὄρευς ΣΥΜΕΩΝ ἤμυσε.
Vicena quarta Symeon de monte migravit.

Stylites *etiam hic fuit, vulgo* Junior & de monte mirabili *cognominatus: cujus Vitam ex Græco dabimus, prolixe deſcriptam a Nicephoro* Magiſtro *Antiochiæ. Habemus etiam æque prolixam Vitam matris ejus* Marthæ: *ſed quia hæc ſolennius colitur 5 Iulii, ipſam in illum diem differimus.*

KE' 8 Kal. Εἰκάδι τῇ ΠΡΟΔΡΟΜΟΙΟ ΚΑΡΗΝ ἔρεν κε πέμπτη.
Baptistæ vultum vigeſima quinta revelat.

Tertia hæc eſt inventio, facta Comanæ in Cappadocia, unde ipſum dicitur allatum Conſtantinopolim, ſub Theodora Auguſta & Michaele ejus filio. Non eſt autem modica difficultas circa duplicis inventionis hiſtorias tales, ut vix poſſibile ſit utramque conciliare; quemadmodum apparet ex Commentario Domini du Cange, utraque Acta referentis & examinantis, de quo mentionem ſupra feci 24 Februarii.

Εἰκάδι ἕκτῃ ΚΑΡΠΟΣ ἀνέπτατο ἐκ βιότοιο. Ks' 7 Kal.
Vicena ſexta volat hinc ad ſidera Carpus.

Creditur fuiſſe unus ex 72; judicavimus autem diſtinguendum ab eo, qui 13 Aprilis in hodiernum Romanum tranſiit, ex Menæis aſſumptus.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ΕΛΛΑΔΙΟΝ ἔκτανε πυγμή. KZ' 6 Kal.
Helladium pugnis vigeſima ſeptima mactat.

Epiſcopus Martyr, hodierno Romano ad diem ſequentem inſertus eſt. Acta non videntur extitiſſe: quandoquidem ipſum Eccleſia, cui præfuit, nomen ignoretur. Unde ergo celebritas ei hæc? Suſpicor a corpore Conſtantinopolim ante tempus immemorabile tranſlato, cum iſta de mortis genere traditione.

. . . Τῷ ἁγίῳ Μάρτυρος ΕΥΤΥΧΟΥΣ, τῷ ἐν Μελιτινῇ. KH' 5 Kal.
. . . Sancti Martyris Eutychetis in Melitina.

De hoc *utinam plura extarent monumenta, quam Canon in quo dici videtur Apoſtolorum fuiſſe diſcipulus: alibi additur titulus* Epiſcopi Melitines.

Εἰκάδι τῇ δ' ἐνάτῃ ΘΕΟΔΟΣΙΗΝ πόντος ἔμαρψε. KΘ' 4 Kal.
Vicena nona merſa eſt Theodosia ponto.

Eſt Cæſareæ paſſa, de qua egimus 2 Aprilis, ubi ejuſdem miracula, Venetiis ad ipſius invocationem patrata, dedimus ex Mſſ.

Θεῖον ΙΣΑΑΚΙΟΝ μόρος εἷλε τῇ τριακοστῇ. Λ' 3 Kal.
Ultima divino Isacio trigeſima lux eſt.

Sanctus hic monachus, Valentii Ariano in faciem reſiſtens, exitium ei ſuum prædixit. Acta Græco-Latina dabimus ex Ms. Vaticano: alia item ex Lipomano, ſed quorum contextum Græcum ex Ms. Veneto adhuc deſideramus.

ΕΡΜΕΙΑΝ τριακοστῇ ἄορ κτάνε τῇ πρώτῃ. ΛA' 2 Kal.
Suſtulit Hermiam gladio trigeſima prima.

Miles hic & Martyr Romano etiam Martyrologio inſcribitur: ejus Acta ſuo loco damus.

MAJUS

MOSCORUM FIGURATUS.

I HIEREMIAS ✠ Propheta.

II ATHANASIUS ✠ Patriarcha Alexandrinus.

III TIMOTHEUS, MAURA ✠ Conjuges Martyres.
OBITUS S.P. THEODOSII IN PETSERRA.

Ita ad verbum noſter Belga. R. P. ObileWicz interrogatus, reſpondit eſſe Theodoſium Kiovienſem, cujus virulentas contra Latinam fidem blaſphemias coram Izaslao Ruſſiæ Principe penes ſe habeat in MS. Codice, quo uſus olim Dux Oſtrogius ſchiſmaticus. *Difficile mihi eſt divinare, quem ille* Izaslaum *intelligat: nam in Epitome Genealogica Ducum Moſcoviæ tres omnino* Iſoslavos *invenio, quorum primus fuerit filius Wlodomiri, ſub quo fides Chriſtiana recepta apud Moſcos; ſecundus ejuſdem Wlodomiri ex primogenito Iaroslavo nepos item ſecundo genitus, ac denique prædicti Iaroslavi ex primogenito ſuo Wlodemiro nepos rurſus ſecundo genitus, omnes Principes Ruſſiæ, Dux nemo, quorum ultimus vixerit circa annum* 1150. *Interim difficulter inducor ut credam ejuſmodi hominem, qualem indicat ObileWicz, tam ſolennem cultum potuiſſe apud Moſcos obtinere; & donec melius res examinata fuerit, opinabor potius diverſum eſſe ſcriptorem iſtius libri, a Sancto tam magnifice hic expreſſo. Qui feretro adſtat in habitu Metropolitico, veluti prætendens vaſculum Olei ſacri, unde accipit Chriſma adſiſtens Hegumenus, ſumi poteſt pro totius Ruſſiæ Metropolita Kiovienſi Epiſcopo; qui autem monaſterium præterlabitur fluvius, ſiquidem id ipſum circa Kioviam eſt, erit Boryſthenes. Plura a Ruthenis ipſis doceri petimus.*

PELAGIA ✠ Virgo Martyr. IV

IRENE ✠ Virgo Martyr.

JOB ✠ Patiens.
ANDRONICUS, ATHANASIA † Conjuges. VI

Coluntur ſolennius a Græcis 9 Octobris, quando etiam Romano hodierno inſcribuntur & a nobis dabuntur Acta

Græca, ſub nomine Abbatis Danielis reperta, quæ ſine auctoris nomine extant apud Lipomanum & Surium: nec non prolixius eorumdem encomium Græco-Latinum.

VII MEMORIA CRUCIS APPARENTIS TEMPORE CONSTANTII IMP. †

Tabella noſtra nil tale repræſentat, quale tunc in Golgotha accidit: ſed aliam prorſus apparitionem factam Magno Conſtantino, cum addito ἐν τούτῳ νίκα. In hoc vince: *ubi in receſſu notatur Chriſtus Imperatori dormienti apparens: qui idem Imperator exhibetur ſuper oblato ſibi viſo conſultans, ac denique hoſtem in fluminis tranſitu fundens, quo victoria de Maxentio ad Tiberim & Pontem Milvium, in conſpectu urbis Romanæ, repræſentatur. Quin etiam prototypon Moſcoviticum, eumdem Imperatorem (neſcio quo conſilio) bis cum pari paucorum equitum comitatu pingit, licet cis flumium non niſi unica hoſtilis turba ſpectetur, effuſo curſu fugam præcipitans. Poſſevinus hic ponit nomen* S. Mart. Acacii, *qui hodie etiam in Menæis notatur.*

VIII IOANNES + Evangeliſta,
ARSENIUS † Magnus

Honorii & Arcadii præceptor atque inde monachus, in Vitis Patrum notiſſimus, cujus tamen proprio quodam Acta Græce antiquitus collecta habemus. Colitur a Latin. 19 Iulii.

IX ISAIAS + Propheta.
CHRISTOPHORUS + Martyr,
NICOLAUS Epiſcopus

An Conſtantinopolitanus relatus a multis 15 aut 16 hujus? an potius indigenarum quiſpiam? Examinent Rutheni, meque doceant, ſi poſſunt.

X SIMON ZELOTES + Apoſtolus.

XI MOCIUS + Presbyter Conſtantinopolit.

Poſſevino notatur præ hoc die Converſio Conſtantinopolis. *Neſcio quid interpres ejus legerit vel legere ſe putarit in Kalendario Ruthenico, quod Latine reddidit: Græcos ſcio ſolenniſſimo hodie feſto celebrare* Natalem ſuæ a Deo cuſtoditæ atque urbium Reginæ civitatis, peculiariter commendatæ Dominæ noſtræ ſanctiſſimæ Deiparæ, atque ab eadem perpetuo conſervatæ. *Canon autem S. Mocii ſic ordinatur, ut, quemadmodum ante ſimilares de illo Verſiculos tres, unus præmittitur de Urbis dedicatione, ſic & initio cujuſque odes quatuor ſtrophas continente, prima ſit de* Urbe: *ultima de Deipara: quibus hoc diſticho interluditur.*

Γενέθλιον οὖν δεῖ με τιμᾶν ἡμέραν,
Ἐν σοὶ, Πόλις, τυχόντα τῶ γενεθλίων.
Tuum decet me colere natalem, Urbs ſacra,
Nativitatis in te ſortitum diem.

EPIPHANIUS + Epiſc. in Cypro.
XII GERMANUS † Patriarcha Conſtantinopol.

Inſeritur hodierno Romano. Vita aliquando ſcripta nec mentionem quidem invenimus uſpiam; reperimus autem Vitam alterius S. Germani Hegumeni monaſterii Coſinitres, *ſed fine mutilam; unde nec divinare quidem valentes ad quem diem eſſet is referendus, iſtius primi ac potioris Germani Actis a nobis collectis, ſubjunximus etiam iſtam Vitam, ulterioris inſtructionis petenda cauſa.*

XIII GLYCERIA + Virgo Martyr.

XIV ISIDORUS + Dux & Martyr,
ISIDORUS propter Chriſtum ſtultus.

Ita hunc Sanctum a gentilibus ſuis Moſcovitis ſolitum appellari, indicat Obilewicz: de Vita & cultu plura ſcire cuperem.

PACHOMIUS + Auctor Cœnobitarum. XV
ISAIAS Epiſc. Roſtovienſis.

Teſte Obilewicz, de quo plura doceri pete, æque ac de S. Ioanne Roſtovienſi, *quem poſt famoſos Sanctos antiquos Martyres, in Nobilis Rutheni habitu expreſſum, habet Triptychon iſtius gentis, de quo infra.*

THEODORUS + S. Pachomii diſcipulus. XVI

ANDRONICUS + Cognatus S. Pauli Apoſt. XVII

THEODOTUS + Epiſcopus Martyr. XVIII

Hunc, *non ut Epiſcopum, ſed ut militum Ducem hic expreſſerat ſculptor Moſcus, quod curavimus corrigendum in tabula noſtra. Acta damus auctore Nilo, teſte oculato.*

PATRICIUS + Epiſcopus Martyr. XIX

THALILÆUS + Martyr. XX
INVENTIO RELIQUIARUM ALEXII METROPOLITÆ KIOVIENSIS.

Natalis ejuſdem eſt 12 Februarii, ubi pluribus de eo: hic noto ſolenne Moſcis hoc feſtum videri, quod tam ampla eruatur tabella: proinde operæ pretium foret plura de iſta Inventione diſcere, nec non quis ille Sanctus Epiſcopus ad loculi caput, quis item Dux circa pedes admirabundus.

CONSTANTINUS, HELENA + Imperatores. XXI

BASILISCUS + Martyr. *Poſſevino minus recte* Baſilides. XXII

MICHAEL + Epiſcopus. XXIII
INVENTIO RELIQUIARUM LEONTII EPISCOPI ROSTOVIENSIS.

Invenimus hunc Sanctum primo fere loco unius ex Triptychis Ruthenicis; unde, & ex præſentis imaginis amplitudine, accendimur majori deſiderio plura ſciendi, tam de vita quam de ipſa corporis elevatione, ac præſenti uſque hodie cultu, nec non aſſiſtentium hinc Ducis inde ſancti Epiſcopi nomine.

SIMEON, + NICETAS, Stylitæ. XXIV

De priori jam egimus: an alter ſit hujus ſocius aut diſcipulus fuerit fortaſſis ex Vita apparebit, cum ea reddita Latine fuerit: nec enim modo vacat prolixiſſimam hiſtoriam hac de cauſa pervolvere. Si uſpiam ejus nomen ibi appareat, dabitur locus ſuſpicandi eſſe aliquem Indigenarum. Nam & ad Ruthenos tranſiiſſe Stylitarum inſtitutum atque etiamnum apud eos vigere, conſtat ex Rerum Moſcoviticarum Commentario Sigiſmundi liberi Baronis in Herberſtein &c. de mandato Ferdinandi Principis & Infantis Hiſpaniarum, Auguſtæ degentis, ſub annum 1526 conſcripto: ubi ſub titulo Religio, *dicitur quod* ſunt plures qui ex monaſteriis in eremum ſe conferunt, ibique tuguriola faciunt, quæ aut ſoli aut cum ſociis incolunt: victum ex terra & arboribus quærunt, nimirum radices & fructus. Hi autem Stolpnici appellantur: Stolp etenim Columna dicitur: domunculas autem anguſtas & in altum erectas columnis ſuſtinent. *Vide quæ multa de hujuſmodi columnis dicuntur a nobis 5 Ianuarii ad Vitam S. Simeonis, primi Stylitarum apud Antiochiam. Hic vero ex eodem Herberſteinio diſce,* monachos Ruthenos, nedum eremitas ex eis profectos, habere ſeveriſſimas leges ac regulas, nec audere uti ullo genere ſolatii: adeo ut ſeveriſſime puniatur, apud

Digitized by Google

apud quem cithara inventa fuerit aut aliud muſices inſtrumentum. *Quid quod inter illos vigeat Apoſtolicus ad gentilium converſionem zelus, quo carent Schiſmatici Græci? ſic enim de iis idem Herberſtenius:* Monachi Eremitæ bonam jam olim idololatrarum partem, diu multumque apud illos verbum Dei ſeminantes, ad fidem Chriſti pertraxerunt. Proficiſcuntur etiamnum ad varias regiones, Septentrionem verſus & Orientem ſitas, quo non niſi maximis laboribus, fame, ac vitæ periculo perveniunt, neque inde aliquid commodi ſperant aut petunt, quum hoc unicum ſpectant, ut rem gratam Deo facere & animas multorum devio errore abductas (morte aliquando doctrinam Chriſti confirmantes) in viam rectam revocare ac eos Chriſto lucrifacere queant. *Similia de eorumdem ſevera diſciplina ſolidaque virtute, lege ſis in relatione* Joannis *Fabri ſcripta anno* 1525. *Neque hæc credo ſuſpecta habuiſſet Poſſevinus, niſi occupatus fuiſſet præjudicio, quo exiſtimabat a ſchiſmaticis converſos fuiſſe Moſcos, & hactenus nunquam ſincere Catholicos. Secluſa ergo ab ejus gentis monachis & eremitis ſchiſmatis, ſaltem ad peccatum imputabilis, labe, quid prohibet quo minus inter eos credatur, & jam olim fuiſſe multa, & hodiedum ſupereſſe aliqua vera ſanctitas, aris & templis ac publico populorum cultu digna, divinisq; etiam miraculis teſtata?*

XXV MEMORIA TERTIÆ INVENTIONIS CAPITIS JOANNIS PRODROMI. ✠

Tabella hæc, uti fere eſt eadem cum illa quæ ponitur 25. Febr. ita potius eamdem inventionem juxta Edeſſam, quam ultimam videtur repræſentare, una cum Marcello monaſterii Præpoſito & Monacho ejus Iſacio, per quos ea facta eſt.

CARPUS ✠ Epiſcopus. XXVI

THERAPON † Epiſcopus & Martyr. XXVII

Videntur aliqua ejus Acta extitiſſe Sardibus, ubi Eccleſiam rexit: nulla tamen adhuc invenimus: reperimus autem miracula cujuſdam Therapontis Martyris in Cypro, *qui 14. Maji colitur; ſed quæ de ea plura aptari poſſent adhuc deſideramus.*

NICETAS † Epiſcopus Chalcedonis. XXVIII.

Deeſt in Menæis, ſed in Typico adſcribitur ei hujus diei Officium, unde intelligitur non admodum eſſe antiquum, eoque magis deſideratur Vita, ſi qua unquam eſt ſcripta.

IGNATIUS Epiſcopus.

Nullus nobis hoc die notus apud Græcos, qui id nominis ferat, neque inter Indigenas reperit quemquam R. P. Obilewicz, quem ſuggereret. Diſcrimen nationis indicaret nudum vel tectum caput, ſi in tanta prototypi ruditate diſcernere quicquam ejuſmodi poſſet, quemadmodum diſcernitur in accuratius pictis Triptychis, ubi videbis velato capite expreſſos Antiſtites Ruthenos.

THEODOSIA ✠ Virgo Martyr. XXIX

ISACIUS ✠ Monachus. XXX

HERMIAS ✠ Martyr. XXXI

Poſſevino hic notatur nomen S. Apoſtoli Hieremiæ, *& vero* Jeremiæ *nomen potius quam* Hermiæ *prototypon noſtrum exprimit.*

JUNIUS.

GRÆCORUM METRICUS.

A' Kalend. ΠΡώτῃ Ἰουνίου ἐλλεβορίζει ΙΟΥΣΤΙΝΟΝ.
JUSTINUM helleboro Juni occidere Kalendæ.

Colitur Juſtinus Philoſophus *in Latinis Martyrologiis* 13. *Aprilis, etſi quo die obierit ignoretur: unde data occaſio ipſum ejuſque acta confundendi cum alio* Juſtino, *cujus cum ſociis Romæ paſſi memoria hoc die a Græcis inſtauratur, Officio & Canone proprio.*

B'. VI. Non. Δευτέρῃ ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ εἰς Ἐδὲμ εὗρε μοῖραν,
Sortem dein reperit NICEPHORUS in Paradiſo.

Patriarcha Conſtantinopolitanus hic fuit, & potiſſimum colitur 13. Martii, quo die corpus in exilio mortui relatum in urbem eſt.

Γ'. III. Non. Τῇ δὲ τρίτῃ ΛΟΥΚΙΛΛΙΑΝΟΣ σταυρῷ ἐπάγετο.
In cruce ſuſpendit lux tertia LUCILIANUM.

Relatus eſt in hodiernum Romanum cum quatuor pueris, ſimul paſſis Byzantii, ipſe Presbyter. Encomium ejus aliquod ſcripſit Photius Sceuophylax SS. Apoſtolorum & Logotheta, quod vidit Allatius, & nobis adhuc deeſſe querimur.

Δ'. II. Non. ΜΗΤΡΟΦΑΝΗΣ δὲ τετάρτῃ ὑπὸ χθόνα βωτιανείρην.
METROPHANES quarta ſub terram conditur almam.

Etiam hic Romano hodierno inſcribitur, Conſtantinopolitanus Epiſcopus; cujus & ſucceſſoris S. Alexandri Acta habentur permixta Actis Conſtantini Magni, dandis 21. Maii, niſi jam pridem apud Lipomanum & apud Surium 10. Julii exſtaret eorumdem compendium, ſub hoc titulo, Oratio hiſtorica de iis quæ Nicææ geſta ſunt a Synodo propter Arii depoſitionem. *Hujus autem Orationis exigua fides vel inde apparet, quod cum conſtet ante Synodum obiiſſe Metrophanem, ad hunc tamen viſendum adducat Conſtantinopolim Epiſcopos a Synodo illa revertentes. Sane perquam imperite tota videtur conſuta ex Socrate aliiſque, & interpolata fabulis quibuſdam vulgari traditione adjectis.*

Πέμπτῃ ΔΩΡΟΘΕΟΙΟ δέμας πληγαῖσι δαμάσθη. E'
DOROTHEI quinta ſubiguntur membra flagellis. Nonis.

Docebimus ſuo tempore hunc Epiſcopum Tyri ab Antiocheno Presbytero diſtinguendum eſſe, nec non ab auctore puerilis rhapſodiæ de Vitis Prophetarum & Diſcipulorum Domini. Fuit & alius Dorotheus Junior in Chiliocomo, *cujus Vitam, Allatio teſte, ſcripſit* Joannes *Metropolita Euchaitarum. Nos nec diem quidem ſcimus, eoque magis ipſam cupimus nanciſci. Nec vero mirum ſi nullis Græcorum Faſtis hunc adſcriptum adhuc invenimus: quando nec celebris quidem* Abbatis Dorothei, *cujus præclaras Inſtitutiones Corderius noſter reddidit Latine; nec ſanctiſſimi diſcipuli ejus* Doſithei *nomina in iiſdem faſtis inventa ſunt hactenus.*

Βῆ δ' ἐς Ὄλυμπον ΙΛΑΡΙΩΝΟΣ κέαρ ἁγνὸν ἐν ἕκτῃ. ς'.
Cor mundum ſexta petit HILARIONIS Olympum. VIII. Id.

In monaſterio Dalmatarum Confeſſor ſub Iconomachis, Junior dictus cum reſpectu ad Magnum Hilarionem. Vita hactenus nulla nobis reperta eſt.

Ζ' 7. Id. Ἑβδομάτῃ ΘΕΟΔΟΤΟΣ ἑὸν τμῆθε λαιμόν.
THEODOTO jugulum ſecuit lux ſeptima Sancto.

De hoc agimus 18. Maji, quando Acta damus.

Η' 6. Id. Ὄλβιον ὀγδοάτῃ ΘΕΟΔΩΡΟΥ σῶμα κομίσθη.
Lux octava ſacrum ferat huc corpus THEODORI.

Hic eſt Megalomartyr: *cujus deinde corpus Conſtantinopoli Venetias translatum eſt. Colitur primario 8. Februarii.*

Θ'. . . . Τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΚΥΡΙΛΛΟΥ Πάπα Ἀλεξανδρείας.
5. Id. . . . S. P. N. CYRILLI Papæ Alexandrini.

Habentur ejus Opera ſeptem tomis diſtincta: Vitam, quod mireris, ſcribere nemo curavit. Dicitur autem Papa, titulo Alexandrinis Patriarchis ſaltem poſteriorum ſeculorum cum Romanis Pontificibus communi, cujus uſus initium Eutychius, & ipſe Alexandrinus Patriarcha ſeculo x. refert ad tempora Heraclæ, poſt S. Marcum duodecimi, ſeptimi vero ante S. Athanaſium. De quo quidquid ſit, conſtat paſſim Epiſcopos alios in Occidente æque ac Oriente Papas eſſe appellatos per ſecula aliquot, donec ad Romanum & Alexandrinum Patriarchas vox ea fuit paulatim reſtricta.

Ι' . . . . Τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ καὶ ΑΝΤΩΝΙΝΑΣ.
4. Id. . . . . SS. Martyrum ALEXANDRI & ANTONINÆ.

Celebrem hoc die cultum Conſtantinopoli habent, propter translatas illuc eorum Reliquias: in Actis vero, quæ damus etiam Græce, dicuntur paſſi v. Nonas Maji, *& ideo ad diem talis menſis tertium inſcripti ſunt hodierno Romano, quod ſequimur.*

ΙΑ' 3. Id. Ἑνδεκάτῃ σταύρωσαν ἔμφρονα ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΝ.
Undecima ſapiens crucifigere BARTHOLOMÆE.

Colitur Apoſtolus Romæ, quo corpus allatum ad inſulam Tiberinam 25. Auguſti, alibi per Occidentales Latinorum Eccleſias 24. ejuſdem. Ad quam diem agemus de primo corporis ex Oriente translatione in urbem Beneventanam, & tractabimus etiam quæſtionem diſputantium an ipſe ſit Nathanael *in Evangelio nominatus, a patre vero cognominatus* Bar, *id eſt,* Filius Ptolomæi. *Videri interim poteſt Gavantus in Appendice ad Ritus Miſſalis Romani.*

ΙΒ' 2. Id. Δωδεκάτῃ ἀχίτωνα ΟΝΟΥΦΡΙΟΝ ἐκ βίου ἦραν.
Bis ſexta inveſtem dat ONUPHRION hinc remigrare.

Hujus in Ægypto Anachoretæ Acta jam olim Latine reddita habentur: nomen autem in hodierno Romano. Acta illa ſcripſit Paphnutius, a quo in eremo interiori inventus hic Sanctus fuit: quæ & Græce proferemus.

ΙΓ' Idib. Τῇ δὲ τρίτῃ δεκάτῃ λαιμὸν τμῆθεν ΑΚΥΛΙΝΑ.
Tertia poſt decimam jugulum ſcindit AQUILINÆ.

Martyr hæc ſub Diocletiano Bibli in Palæſtina eſt paſſa. Acta habes apud Lipomanum & Surium. Nos etiam Græca dabimus.

ΙΔ' 18. Kal. Πέτρος ΕΛΙΣΣΑΙΟΣ δεκάτῃ λάχεν ἠδὲ τετάρτῃ.
Condit ELISEUM decima atq; quaterna ſepulcro.

Propheta hic magnus, Eliæ diſcipulus etiam antiquitus a Latinis colebatur hoc die. De corpore Alexandriam translato agit Theophanes ad annum Leonis Imp. VII.

Πέμπτῃ ἐκ βιότοιο ΑΜΩΣ δεκάτῃ τ' ἀνεῖτο. ΙΕ'
Ex vita migravit AMOS quinta decimaque. 17. Kal.

Colunt eum Latini 31. Martii.

Ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ κατέκρυψε γαῖα ΤΥΧΩΝΑ. Ις'
Sub decimam ſextam ſuſcepit terra TYCHONEM. 16. Kal.

Amathuntis in Cypro Epiſcopus, etiam Romano hodierno inſcriptus, ſed cujus nulladum extat Vita.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ἴδε τρεῖς ἀθλοῦντας ἀέθλους. ΙΖ'
Poſt decimam ternas conſpexit ſeptima luctas. 15. Kal.

MANUEL, SABEL, ISMAEL *Perſæ, ſub Juliano Apoſtata, paſſi Chalcedone, inſcribuntur etiam Romano hodierno. Acta Latina extant, Græca dabimus.*

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ πλήγαισι ΛΕΟΝΤΙΟΣ ἐκπνεῖ. ΙΗ'
Succumbit plagis decima octavaque, LEONTI. 14. Kal.

Martyr Tripoli in Phœnicia, cujus Acta Græce habentur deſcripta per Cyrum Commentarienſem, id eſt, Carceris cuſtodem; & nomen in hodierno Romano.

Ἐννεακαιδεκάτῃ θνήσκει βελέεσσιν ΙΟΥΔΑΣ. ΙΘ'.
Mors decima nona jaculis infertur JUDÆ. 13. Kal.

Colitur a Latinis cum ſuo Coapoſtolo Simone 28. *Octobris.*

Εἰκάδι Ἀρχιθύτης ΜΕΘΟΔΙΟΣ αὐχένα τμῆθη. Κ'.
METHODIO collum decima bis luce ſecatur. 12. Kal.

Epiſcopus Patarum hic fuit, ſcriptis clarus. Vita ejus deſideratur.

Πόντῳ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ βύθον εἴσεδυ εἰκάδι πρώτῃ: ΚΑ'.
Vicena ac prima, mare, ſuſcipe JULIANUM. 11. Kal.

Cilix Martyr, idem qui a Græcis etiam colitur 16. Martii, & ſic invenitur in hodierno Romano: ſed Acta Paſſionis requiruntur.

Εἰκάδι δευτερίῃ κεφαλὴν θλάσαν ΕΥΣΕΒΙΟΙΟ. ΚΒ'.
Et caput EUSEBII fregit vicena ſecunda. 10. Kal.

Epiſcopus Samoſatenus, etiam in hodierno Romano notus, de cujus Actis deficientibus eadem nobis, quæ de aliis pluribus, querela.

Εἰκάδι θνῆσκε τριτάτῃ βαλοῦσ' ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ. ΚΓ'.
Vicena & terna percuſſa obit AGRIPPINA. 9. Kal.

Martyr *Romana, etiam in hodierno Romano. Aſt in Sicilia, quo translatum corpus, colitur 24. Maji.*

ΠΡΟΔΡΟΜΟΝ ἀμφὶ τετάρτῃ εἰκάδι γείνατο μήτηρ.
Natalis PRODROMO vigeſima quartaque lux eſt.

Huic feſto miramur a Græcis ſequenti die non ſubjungi, pro more feſtivitatum aliarum, memoriam Ss. Zachariæ & Eliſabeth, *parentum Baptiſtæ. Utrumque Latini colunt 5. Novembris: Græci ſolum patrem, idque 5. Septembris.* ΚΔ'. 8. Kal.

Δῆκε ΦΕΒΡΩΝΙΑ αὐχένα εἰκάδι πέμπτῃ. ΚΕ'.
Vicena quinta tendit FEBRONIA collum. 7. Kal.

Martyr in Syria, Romano hodierno etiam inſcripta, cujus Acta antiquitus habentur Latine, qualia deſcripſit ſocia Thomaïs, & nos Græce habemus, nec non alia quæ ſub nomine Metaphraſtis Latine edidit Lipomanus. Sunt & alia Latina apud Mombritium, quæ Græce ſe vidiſſe ſcribit Allatius pag. 120. nobis nondum eo ſic videre contigit.

Εἰκά-

ΚΣΤ'. 6. Kal. Εἰκάδι ἐξεπόρευσε πύλας ΔΑΒΙΔ βίο ἕκτῃ,
Vicena ſexta DAVID vitæ oſtia tranſit.

Fuit hic Theſſalonicenſis Anachoreta, tugurium habens in plantario amygdalino. Optandum eſt ut Vita extet.

ΚΖ'. 5. kalend. Ξενοδόχον δ' ἐνὶ εἰκάδι ἑβδομάτῃ δᾶτο ΣΑΜΨΩΝ.
Xenodochum SAMPSON vigeſima ſeptima tollit.

Floruit Conſtantinopoli, tempore S. Menæ Patriarchæ & Juſtiniani Imperatoris: & Acta Latine extant, Græca habemus.

ΚΗ' 4. Kal. Εἰκάδι ὀγδοάτῃ ΚΥΡΟΣ φαίνεθ' ΟΜΟΑΘΛΟΣ.
Vicena octava CYRUS Sociusque coruſcant.

Scilicet Joannes: *utriuſque autem corpora, ſub Arcadio Imperatore & Theophilo Patriarcha Alexandrino reperta, huic ſecundo feſto dederunt occaſionem: nam primum ut diximus, celebratur 31. Januarii.*

ΚΘ' 3. kal. Τῇ ἐνάτῃ σταυρὸν ΠΕΤΡΟΣ εἰκάδι, ἄορ ὁ ΠΑΥΛΟΣ,
Vicena nona PETRUS in cruce, PAULUS ab enſe.

Paſſos eſſe Sanctos Apoſtolos Romæ Coſſ. Nerva & Veſtino, *Neronis anno 11. vulgaris æræ 65. poſt verum Chriſti Natalem 70. demonſtravit Henſchenius ſtrictim in Exercitatione 4. ad Veteres Catalogos antiquiorum Pontificum: plenam totius vitæ eorum chronotaxin daturus ad hunc diem.*

Λ' 2. kal. ΔΩΔΕΚΑ ἐυκλέας ΜΥΣΤΑΣ τριακόστη ἀγείρει.
BISSENOS feſte celebrat trigeſima MYSTAS,

Videlicet, Apoſtolos; *idque ex præmutato Græcorum ritu, majores quaſque ſolennitates veluti geminare conſuetorum, cultu perſonarum propius ad ipſas ſpectantium, ſicuti ad* Ss. Petrum & Paulum, *veluti ad ſuos Principes, pertinere videntur* Apoſtoli *ceteri. Eſt autem dignum obſervatu, quod Græci in ſua Paracletica habeant octo Canones* de Apoſtolis, *ſecundum ſuos octo Eccleſiaſticos tonos, qui Canones in orbem recurrunt cantandi ſingulis Feriis quintis poſt Pſalmos Matutinos, una cum Canonibus* de S. Nicolao; *ſicuti Dominica alii* de Trinitate & Deipara, *Feria 2.* Compunctorius *unus, alter* de Incorporeis, *id eſt Angelis; Feria 3.* Compunctorius *unus, alter* de Prodromo Joanne; *Feria 4.* de Cruce & Deipara; *Feria 6. iterum* de Cruce & Deipara; *Sabbato denique* de Sanctis & pro Defunctis *cantantur. Eſt autem* Paracletica *(ut hoc quoque obiter dicam) liber integer inter Græcorum Rituales, continens quotidiani Officii partem eam, quæ brevibus noſtris ad Veſperas ac Laudes Commemorationibus reſpondet, per ſeptem dies hebdomadis diviſam, idque octies ſecundum octo tonos modulationis Eccleſiaſticæ, ut tonorum & Canonum ſingulis tonis aptatorum diverſitas avertat faſtidium, quod ejuſdem toni hymnique repetitio ſingulis Feriis facienda cauſaret. Quo in genere copioſiſſimi Græci ſunt & in partibus aliis quoque divini Officii, quod inſuper prolixiſſimum habent: unde fit ut multis & magnis opus habeant voluminibus ad complendum totum illius curſum, numeris omnibus abſolutum; qualia Venetiis impreſſa habentur ſub finem ſeculi præcedentis, ſana omnia, ſi Triodium excipias (* Latini proprium de tempore *dicerent) cui multum ſchiſmatici fermenti admixtum eſſe a Nicephoro Calliſto Xantopulo, qui ipſum ordinavit, merito queritur Allatius, doletque ipſum ſic inquinatum permitti Græcis puritis legendum, non ſine frequenti eorumdem ſcandalo.*

JUNIUS

MOSCORUM FIGURATUS.

I JUSTINUS ✠ Martyr.
DIONYSIUS Monachus.

Quis aut cujas incompertum mihi eſt: propendeo igitur ut aliquem Indigenarum eſſe credam, & certius aliquid a Ruthenis ipſis doceri cupio.

II NICEPHORUS ✠ Patriarcha Conſtantinopol.
JOANNES Martyr, *ut videtur*.

Æque ac prior Dionyſius ignotus mihi: & tamen veſtitus forma non præfert Indigenam, ſed ex veteribus & apud Græcos cultis aliquem.

III LUCILLIANUS ✠ Presbyter.
PAULA ✠ Virgo.

His junguntur quatuor pueri, in martyrio ſocii, Claudius, Hypatius, Paulus, Dionyſius, *pariter in tabella expreſſi.*

IV METROPHANES ✠ Epiſcopus Conſtantinop.

V DOROTHEUS ✠ Epiſcopus Martyr.

VI MARTIANUS † Martyr in Ægypto,

Refertur in Menæis præcedenti die, nos ejus brevia Acta Græca habemus.

HILARION ✠ Junior Confeſſor.

BESARION † Thaumaturgus.

Sic hoc die appellat eum Typicon Græcorum, interim de eo nihil hodie in Menæis; ſed 20. Febr. & 17. Junii nec non 29. Novem. quæ omnia loca an de uno eodemque ſint, poterimus menſe Junio quærere, & ſupplere defectum, qui Febr. obrepſit, ubi de Ægyptio hujus nominis Anachoreta, prolixe in Menæis laudato, nec inter prætermiſſos quidem facta eſt mentio. Poſſevino Vicarius *male hic obtruſus eſt.*

THEODOTUS ✠ Martyr. VII

THEODORUS ✠ Megalomartyr. VIII

CYRILLUS ALEX. ✠ Patriarcha. IX
CYRILLUS Monachus.

Quis vel cujas ignoro; indigenam ſuſpicor & opto doceri,

ANTONINA, ALEXANDER ✠ Martyres

Ad ſequentem diem relati in Metrico; hic errore ſculptoris, credo, ponuntur, non recte tabellas partiti.

TIMOTHEUS † Epiſcopus Martyr. X

Pruſæ in Bithynia ſub Juliano, cujus utinam Acta extarent.

BARTHOLOMÆUS, ✠ BARNABAS † Apoſtoli. XI

Quorum poſterior etiam hodie a Latinis colitur; cur autem, præter morem aliorum Apoſtolorum cum Pallio Epiſcopali pingantur, non divino. Quod hic Poſſevinus habet S. Marc. Volphronii *nomen, neſcio unde vel quo errore obrepſerit.*

ONU-

XII ONUPHRIUS ✠ Anachoreta.

Non valde abludit hic expreſſa imago ab ejus Vita inter Vitas Patrum, ubi dicitur Tanta *ejus fuiſſe* capillorum prolixitas, ut corpus illius ipſorum diffuſione tegeretur; quodque pro veſtimento foliis herbiſque utebatur, quibus ſubteriora renum tantummodo tingebat.

PETRUS † Athonites Anachoreta.

Talis in Typico Græcorum indicatur hodie ſimul cum Onuphrio, & ſimiliter nudum oſtendit Encomium, quod nobis ex Græco-Latinum fecit Franciſcus Combefiſius; cujus utinam ſanctior auctor eſſet quam fuit Gregorius Palamas Archiepiſcopus Theſſalonicenſis! Utinam ſupereſſet etiam Vita illa antiqua & ſuccincta, quam ex majorum traditione ſcriptam exornavit ſtylo diffuſiore Gregorius! Ceterum nihil habet hæc laudatio quod carpas, proinde opto ut etiam Græcus contextus mihi mittatur, vel ut Combefiſii ſocius & ſucceſſor digniſſimus R. P. Jacobus Quetif, hanc gratiam præoccupet prius ipſam vulgando. Dolendum interim quod quo tempore vixerit nullo deprehendi indicio poſſit, nec exprimatur Romani Pontificis nomen a quo monaſticum ſuſcepiſſe habitum Petrus *dicitur, & Roma in Aſiam navigans tranſita Creta coactus ſubſiſtere ad montem Atho, ſanctum vulgo cognominatum. Sunt ibi adhuc plurima monaſteria, & in eorum aliquo forſitan adhuc corpus religioſe habetur, electo ad cultum propter vitæ ſimilitudinem die S. Onu*phrii. *Quoniam autem ex monachis, ad ſex fere millia in monte degentibus, accipiuntur fere omnes pro toto Patriarchatu Conſtantinopolitano Epiſcopi, conſequens videtur quod ibidem adhuc ſuperſit aliquis litterarum cultus: & fortaſſis etiam reperiri poſſent plurium Sanctorum prolixiora Acta, quæ ſolum epitomata, aut etiam nominum tenus dumtaxat indicata, habentur in Menæis ac Synaxariis, quorum vellem aliquis nobis copiam faceret, aditum illuc & deſcribendi facultatem nactus.*

XIII AQUILINA ✠ Virgo Martyr.
TRIPHYLLIUS † Epiſcopus.

Leucoſiæ in Cypro, etiam hodierno Romano additur: Vita deſideratur, ſi fuit ſcripta.

XIV ELISÆUS ✠ Propheta.
METHODIUS PATRIARCHA † Conſtantinopol.

Meritiſſime inſeritur hodierno Romano, ut qui cum S. Theodora Imperatrice, mortuo Theophilo Iconomacho ejus viro, orthodoxiam inſtauravit. Vitam ejus aliquam Græcam habemus.

XV AMOS ✠ Propheta.

XVI TYCHON. ✠ Epiſcopus in Cypro.

XVII MANUEL, SABEL, ISMAEL ✠ Martyres.

LEONTIUS ✠ Martyr. XVIII

JUDAS ✠ Apoſtolus, XIX

Cui cur hic Epiſcopale Pallium addatur, & quid ſibi velit additum cognomentum Gambratii, *conjectura nulla aſſequor.*

METHODIUS ✠ Epiſcopus Martyr. XX

Pro hoc Poſſevinus, haud dubium quin vitioſe, nomen habet S. Mart. Maphædii: *quia ſcilicet φ pro θ, ut pronuntiant ita etiam ſæpe ſcribunt Moſci.*

JULIANUS ✠ Martyr. XXI

EUSEBIUS ✠ Epiſcopus Martyr. XXII

AGRIPPINA ✠ Martyr. XXIII
ARISTICLIANUS † Presbyter.

In Menæis Ariſtocles. *cum* Demetrio Diacono & Athanaſio Lectore, *ſolo nomine tenus nobis notus, plus aliquid optantibus.*

NATIVITAS....JOANNIS....✠ XXIV

ELISABETH, ZACHARIAS parentes.

Spectabilis in hac tabula eſt modus collocandi puerperam, velut totam faſciis involutam: ad cujus illuſtrationem aliquid fortaſſe conferet amicus noſter Caſparus Bartholinus, Thomæ filius, qui Romæ anno 1677. typis Maſcardi, vulgavit expoſitionem veteris in puerperio ritus, ex arca ſepulchrali antiqua deſumpti; quando in lucem dabit de eodem argumento quod promittit integrum opus, ex omni antiquitate concinnatum, figuris ornatum, nummis, ſtatuis, inſcriptionibus illuſtre, *ad compenſandam jacturam ſimilis operis, quod multorum annorum labore pater ſuus compoſuerat, & pæne ad complementum adduxerat, cum illud totuſque ad ipſum apparatus ac reliqua bibliotheca infelici, quod luget, incendio deflagravit.*

FEBRONIA ✠ Virgo Martyr. XXV

DAVID Anachoreta. XXVI

SAMPSON ✠ Presbyter. XXVII

CYRUS, JOANNES ✠ Martyres. XXVIII

..... PETRI, PAULI. ✠ XXIX

..... XII. APOSTOLORUM. ✠ XXX

Nota autem adeo familiare Græcis eſſe Chriſtum medium collocare inter Deiparam & Joannem, ſcilicet Præcurſorem, ut ne hic quidem id prætermitti voluerint harum tabularum auctores. Exempla dabunt inferius ponenda Triptycha.

JULIUS

GRÆCORUM METRICUS.

A', Kalend. ... Τῶν ἁγίων ἐ θαυματούργων ἀναργύρων ΚΩΣΜΑ ἐ ΔΑΜΙΑΝΟΥ τῶν ἐν Ῥώμῃ μαρτυρησάντων.

... Sanctorum & prodigioſorum ac gratuitorum medicorum Cosmæ & Damiani, Romæ martyrium paſſorum.

Romano Martyrologio & antiquis Latinorum faſtis ignotum hoc Sanctorum par eſſe, mirum profecto videri poſſit, cum & Muſiva Romæ de iis ſuperſint in templis, & diſtinctiſſima horum ſub Carino atque aliorum alibi ſub Diocletiano paſſorum Acta. Quin & tertium par Anargyrorum ſic appellatorum, qui Martyres non fuerint, invenitur: de quibus omnibus inſignem librum ſcripſit Simon Wagenereckius noſter; eumque auctore mortuo abſolvit & vulgavit Viennæ anno 1660. Reinoldus Dehnius, etiam noſter.

'H an-

Digitized by Google

B' .... Ἡ κατάθεσις τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν Βλαχέρναις.
vi Non. .... Depoſitio venerandæ veſtis ſanctiſſimæ Deiparæ in Blachernis.

Præter ea, quæ hac de re Latine extant apud Lipomanum, quæ nos quoque Græce habemus, invenimus etiam Florentiæ in Bibliotheca Laurentiana orationem Theodori Magnæ *eccleſiæ Presbyteri, quæ incipit,* Θεῖα τινα ἢ μεγάλα μυστήρια: *quam tamen deſcribendam necdum curavimus, quia necdum conſtitutum habemus de particularibus illiuſmodi Deiparæ feſtis ex profeſſo agere, eo quod alterius Operis potius id eſſe videatur.*

Γ' Ἐν τριτάτῃ ΥΑΚΙΝΘΟΝ κτεῖνε λιμὸς τυφλώττων.
v Non. Poſt plagas, Hyacinthe, famem tibi tertia mittit.

Cæſareæ in Cappadocia Martyr ſub Trajano, cujus Cubicularius erat. Acta utinam haberentur, ſicuti pro 17. hujus habentur Acta alterius Hyacinthi, Martyris Amaſtreni, *auctore Niceta Paphlagone, edita & illuſtrata a Combefiſio.*

Δ' ... Τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΑΝΔΡΕΟΥ τοῦ Ἱεροσολυμίτου, Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης.
iv Non. .... S. P. N. Andreæ Hieroſolymitani Archiepiſcopi Cretes,

Ejus Opera collegit & edidit prælaudatus Combefiſius: Vita, ſi qua fuit ſcripta, latet adhuc.

E' Πέμπτῃ δ' ΑΘΑΝΑΣΙΟΝ ἄγον νόες ἄστυ Θεοῖο.
iii Non. Angeli Athanasium ducunt ad ſidera quinta.

In Menæis *præter Canones, quibus* Magno *Antonio comparatur, ut Sanctorum monachorum Duci, ipſi eorumdem agmen claudenti additur honorificum cognomentum* Deiferi Patris, *& a loco dicitur* ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ, *& in prolixo ejuſdem elogio indicatur* ὁ εὐδιάσκαλος βίβλος *locu*ples liber *de eodem conſcriptus, qui utinam aliquando emergat in lucem! Sed nec tam multum quidem ſcimus de altero* S. Athanaſio, ἐν τῷ δένδρῳ, *id eſt* in arbore, *cognominato, quem tamen poſt alios illuſtres Sanctos invenimus in Diptycho Conſtantinopolitano, nomen vero nullis uſpiam faſtis adſcriptum.*

ϛ' Βῆ γαίηθεν ΣΙΣΩΗΣ ἔμφρων εἰς οὐρανὸν ἦμαρ.
ii Non. In cælum Sisoes ſexta ex tellure migravit.

Addunt Menæa *cognomentum* Magni, *fuit certe* Magno *Antonio Synchronus, & in eodem cum ipſo monte habitavit; cujus plurima dicta & facta ex Vitis Patrum potarunt colligi, niſi hic ab illo diverſus eſſe deprehendatur: quod accuratiori diſcuſſioni reſervo.*

Z' Ἑβδομάτῃ ΘΩΜΑΝ θάνατος μέλας ἔμφρονα εἷλε.
Nonis. Morte nigra Thomam prudentem ſeptima tollit.

Ὁ ἐν τῷ Μαλεῷ *Laconiæ monte cognominatur; de cujus tamen Vita vix aliquid videtur ſcriptum fuiſſe, adeo jejunum eſt ipſius in Menæis elogium.*

H' Ὀγδοάτῃ ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ἀπὸ ξίφος κρᾶτα κέρσεν.
viii Id. Procopio octava caput aufertur geocroſo.

Martyr celebris in Palæſtina, etiam Latinis antiquitus notus: de quo multa habemus: necdum tamen reperimus ea ipſa Acta, quæ laudat Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis, velut allegata in Synodo Nicæna II.

Θ' ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΣ δ' ἐνάτῃ εἰς Παγκρατέος δόμ' ἀνέπτη.
vii Id. Pancratius nona volat ad Sedem Omnipotentis.

Tauromenitanus in Sicilia Epiſcopus, colitur a Latinis iii. *Aprilis, quando encomium ejus dedimus, a Gregorio monacho Pagurienſi compoſitum. Acta ſcripſerat Evagrius diſcipulus, Theophani viſa: ſed pro his a poſteris ſubſtituta ſunt alia, valde prolixa ac fabuloſa, & hæc Græce extant in Vaticana: ſed pridem ab aliis prædamnata piguit tranſcribenda curare. Mirum eſt Canonem de eo nullum inveniri in* Menæis. *Nos unum dedimus ex Cajetano, compoſitum a S. Joſepho Hymnographo, quem vellemus etiam Græcum habere.*

Κτεῖνεν ἀριπρεπέας δεκάτῃ πῦρ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΑΣ. I'
Flamma necat decima generoſos Nicopolitas. vi Id.

Intelligitur Nicopolis Armeniæ, *cujus Primores* Leontius, Mauricius, Daniel, Antonius *ſub Licinio paſſi ſunt. Acta necdum ulla novimus.*

Θεόκλητον ἐνδεκάτῃ ὅρον ἐμπεδοῖ ΕΥΦΗΜΙΗ. IA'
Doctrinam undecima divinam Euphemia firmat. v Id.

Fidei ſcilicet definitionem, in Chalcedonenſi Synodo conſcriptam, contra Dioſcorum & Eutychetem, ſub Marciano & Pulcheria; eam approbando, per miraculum cujus hodie celebratur commemoratio. Ipſum alioqui feſtum ejus agitur 16. Septembris: quando iterum de ea.

Δωδεκάτῃ βέλος εἷλε ΠΡΟΚΛΟΝ, ξίφος ΙΛΑΡΙΟΝ τε. IB'
Tela Proclum, Hilarium gladius tollunt duodena. iv Id.

Martyres ſub Trajano etiam hodierno Romano inſcribuntur, ſed poſterior Hilarion *dicitur, Acta deſiderantur.*

.... Ἡ σύναξις τοῦ Ἀρχαγγέλου ΓΑΒΡΙΗΛ, καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΣΤΕΦΑΝΟΥ τοῦ Σαβαΐτου. IΓ'
... Synaxis Archangeli Gabrielis & memoria S. P. N. Stephani Sabaitæ. iii Id.

De utroque nihil habent Menæa præter Canones: nos ipſius Stephani *Acta Græca prolixiſſima nacti, dolemus ea eſſe acephala, & libenter intelligemus alibi eſſe exemplum unde noſter defectus ſuppleri poſſit: libenter etiam diſcemus cauſam iſtius ſecundæ Angelicæ Synaxeos.*

ΑΚΥΛΑΝ δεκάτῃ γε τετάρτῃ τύμβος ἔκρυψεν. IΔ'
Oſſa Aquilæ tumulo decima quartaque locantur. ii Id.

Ex diſcipulis Apoſtolorum hic eſt, quem Latini colunt viii *hujus.*

Πέμπτῃ ΙΟΥΛΙΤΤΑΝ δεκάτῃ κτεῖναν, ΥΙΑ δ' ἔαξαν. IE'
Et Natum & Matrem quinta decimaque necarunt. Idibus

Scilicet Quiricum *tribunali alliſum, &* Julittam *gladio denique cæſam, ſub Diocletiano Tarſi in Cilicia: de quibus Græce ac Latine multa habemus, non tamen quæ de iis ſcripſiſſe Theodorum Epiſcopum afferit Allatius.*

Ὀξὺ ΑΘΗΝΟΓΕΝΗΝ ξίφος ἔκτανεν ἓξ δεκάτῃ τε. Iϛ'
Enſis Athenogenem decima ſextaque peremit. xvii Kal.

Epiſcopus Sebaſtenus fuit, Martyr ſub Diocletiano: cujus Acta etiam Græce habemus. Inſcriptus eſt cum diſcipulis ſuis decem hodierno Romano.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΜΑΡΙΝΑ δορὶ τμήθη. IZ'
Septima poſt decimam Sanctæ fert flagra Marinæ. xvi Kal.

Hæc eſt Martyr Antiochena in Piſidia, Latinis dicta Margarita, *& a plerisque eorum culta* 13. *Junii, nunc autem ex uſu Romano ad* 20. *ejuſdem ſolita celebrari: de qua ut multa habeamus, necdum tamen quod Allatius indicat encomium ejus, auctore Theodoro Metochita, magno Logotheta.*

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ φλογὶ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΣ ἐβλήθη IΘ'
Octava decima datur Æmylianus in ignem. xv Kal.

Doroſtori in Myſia Martyr ſub Juliano, Poſſevino perperam Anulenus, *etiam Latinis olim notus, cujus acta aliqua Græca habemus.*

Τῇ

ΙΘ' xiv Kal. Τῇ δ' ἐνάτῃ δεκάτῃ ΜΑΚΡΙΝΑΝ πέμπεσθεν ἄνωθεν.
Ad nonam decimam MACRINA hinc fertur ad aſtra.

Soror hæc fuit SS. Baſilii Magni & Gregorii Nyſſeni: quorum hic ejus præclaras laudes fuſe deſcripſit, ob quas etiam Romano hodierne addita reperitur.

Κ' xiii Kal. Εἰκάδι ΗΛΙΑΣ βέβαν' Ὄλυμπον δίφροιο τετρώρου.
Quadrijugo ELIAS vicena hinc tollitur axe.

Raptus Eliani feſtum hoc toti Orienti ab antiquis temporibus eſt notiſſimum ac celeberrimum, Latinis tamen ante Romani Martyrologii *recognitionem a Baronio curatam ignotum. Atque hinc factum puto, ut noſtrarum Patrum Carmelitarum Ordo, diem illum ignorans, & tamen Prophetam ipſum veluti inſtituti auctorem volens colere (nam ex ipſius revelatione primus Prior Bertholdus ſuos decem ſocios adunavit in* Carmelo *ad fontem Eliæ dictum) elegerit diem 17. Junii, incertum qua ex cauſa: quem & tenuit uſque ad Martyrologii innovationem prædictam. Græci ſolito prolixius Officium pro hoc feſto habent in ſuis* Menæis, *& (quod alias rarum) geminum Canonem, acroſtichicum utrumque. Primus auctorem præfert* Joannem Archiepiſcopum, *Wagnereckius noſter* Chryſoſtomum *eſſe ſuſpicatur, quod hic ad abolendas profanas ex ore vulgi cantiones, ſacras aliquas compoſuerit: ſed Acroſtichicarum litterarum ratio ab auctore ſervata, prohibet ne credatur eſſe ſeculo 9. antiquior. Quid ergo ſi auctor* Metropolita Euchaitarum *fuerit? pluribus encomiis in feſta Sanctorum ſcriptis notus, & veroſimiliter non multo ſenior juniorve quam ſit ſecundi Canonis auctor* Joſeph, *ſcilicet Hymnographus, III. Aprilis apud nos commemoratus & mortuus anno 883. Seſqui ſeculo ferme ſenior eſt* S. Germanus *Conſtantinopolitanus, & tantumdem fortaſſe junior* Arſenius *monachus, quorum ſunt Verſiculi* ἰδιόμελοι προσόμοιοι *aliaque ejuſdem Officii partes. Porro in iſtis omnibus tam Canonibus quam Verſiculis videbis quidem ſingula ſancti Prophetæ encomia factaque illuſtria, quæ liber 3. Regum complectitur, pluries inculcata, nec non eximias ejus virtutes, puta caſtitatem, zelum, fortitudinem, vitam denique Angelicam potius quam humanam; videbis etiam a Joſepho ne illa quidem prodigia omitti, quæ de infante referuntur ad auctore libri, S. Epiphanio temere ſuppoſiti; ſed de monachatu ab Elia inſtituto propagatoque, deque diſcipulis ad vitam regularem vel eremiticam inſtitutis, verbum nullum, neque omnino quidpiam quod faveat zeloſis iſtis Eliani monachatus aſſertoribus. Id tamen hoc loco imprimis expectandum erat, præſertim a Joſepho & Arſenio Monachis, non omiſſuris identidem appellare* Sanctum Patrem noſtrum, *ſi, quæ primi mediique ævi ſcriptores plurima dixere de Eliana anachoreſi, vitæque ſublimitate & exemplo Monachis poſt ſe extituris relicta, crediſſent eo ſenſu accipienda, quo illi noſtri Sanctum Prophetam faciunt monaſticæ vitæ auctorem inſtitutoremque. Hoc tamen non obſtat quo minus Ordo Carmelitarum, optime etiam vero que ſenſu,* Eliam *vocet* Patrem, *æque ac* Mariam Matrem.

ΚΑ' xii Kal. Εἰκάδι ἐν πρώτῃ ΣΥΜΕΩΝ ἔθανεν πινυτόφρων.
Vicena SYMEON prudens primaque quievit.

Cognomento Salus, *id eſt* Stultus *dictus, cujus Vitam, per 63. capita prolixe deductam a Leontio, Neapolis* Cypri *Epiſcopo, gaudemus nos habere. Inſeritur etiam hodierno Romano, ſed (neſcio per quem errorem) ipſis hujus menſis Kalendis, quaſi tunc eum habeat Græcorum Menologium, illud ſcilicet quod Sirletus collegit; cum in eo quod excuſum extat, non niſi hoc die habeatur. Liceat hic addere; quod in Græco Mazariniana Bibliotheca codice invenerimus Vitam cujuſdam alterius* Simeonis Junioris, *Hegumeni in monaſterio* S. Mamantis *in* Xeracerio, *cum miraculis octodecim, & opuſculis ejuſdem moralibus, idque pro 26. hujus menſis: quam tamen non curavimus deſcribendam, eo quod aliunde ignotus nobis eſſet, & prius optabamus de orthodoxa ejus fide certificari a Combefiſio, poſtquam is dicta opuſcula examinaſſet. Poſtquam autem Pariſiis diſceſſerimus, & acceperamus ipſius* Combefiſii *opera Leonis Allatii Diatribam de Simeonum ſcriptis; invenimus pag. 148. ex Orat. 13. ipſiuſmet Xeracercenſis Symeonis, veroſimilius reddi, vixiſſe eum anno* Chriſti *1092. quando omnis fere Græcia* Catholicam *Latinorum communionem abjecerat, & naſcebatur inter Monachos nova de Thaboritico lumine hæreſis, cujus propugnator præcipuus* Gregorius *Palamas,* Symeonis *illius auctoritate plurimum uſus fuit, quemadmodum explicat idem* Allatius *pag. 173. & ſequentibus; ac demum pag. 177. ex prædictis ſcriptis probat Omphalopſychorum & Maſſilianorum dogma, ipſo* Symeone *auctore, inter* Heſychaſtas *conceptum & propagatum fuiſſe.*

Δάμνησ' ΜΑΡΙΗΝ μοῖρα εἰκάδι ΜΑΓΔΑΛΗΝΗΝ: ΚΒ xi Kal.
MAGDALENEN occuluit lux bis undena ſepulcro.

Etiam a Latinis antiquitus colitur hoc die, ſed a plerisque eorum tamquam eadem cum Maria Sorore Marthæ & Lazari, *& cum* Muliere *illa* peccatrice, *cujus ad pedes Domini lacrymantis Evangelica hiſtoria meminit. Atque hæc ſententia auctoritate S.* Gregorii *& plurium poſt eum ſcriptorum fulcitur. E contra Græci* Magdalenam, *mulierem* Galilæam *Chriſtum olim ſecutam, in comitatu* Joannis *Evangeliſtæ Epheſi moratam mortuamque exiſtimant, unde corpus hoc die translatum Conſtantinopolim ſit.* Mariam *vero* Marthæ *ac* Lazari *ſororem putant vixiſſe ſemper & obiiſſe in ſuo prope Hieroſolymam caſtello; ubi 18. Martii pedes Domini unxerit prius quam venderetur a Juda, ideoque hanc ei diem ſacram faciunt: memoriam vero* Mulieris peccatricis *quæ idem officium Chriſto impendit in domo Simonis leproſi, iidem* Græci *recolunt 21. Martii, de cujus ſepulcro nulla uſpiam mentio. Quare tota controverſia, quæ inter Vezeliacenſes atque Maſſilienſes in Gallia agitatur, Anonymam iſtam non attingit; ſolumque ſpectat priores duas; ſi duæ fuerunt, quod ſane facilem litis deciſionem redderet. Erunt igitur hæc examinanda accuratius tempore ſuo, cum aliis eodem ſpectantibus quæſtionibus.*

Εἰκάδι δ' ἐν τριτάτῃ δαὶς ΦΩΚΑΣ πυρολείπη. ΚΓ' x Kal.
Flammis occidit vigeſima tertia PHOCAM.

Synopes in Ponto Epiſcopus, ſub Trajano paſſus, corpore Viennam Galliæ translato, colitur a Latinis 14. hujus Acta vetera Latina habentur, Græca non item.

Πέλτῃσι ΧΡΙΣΤΙΝΑ βλῆθ' εἰκάδι ἐδὲ τετάρτῃ. ΚΔ' ix Kal.
CHRISTINAM oppreſſit ſcutis vigeſima quarta.

Hæc Megalomartyr, *quam nota Græcis ac Latinis eſt, tam obſcura ſunt ejus Acta apud utroſque, nec levi examine ac cenſura egent, uti plurium Sanctarum hujus generis.*

Κυούσαις μητράσιν σωτηρία εἰκάδι πέμπτῃ. ΚΕ' viii Kal.
Matribus eſt gravidis vigeſima quinta ſaluti.

Propter feſtivitatem ſcilicet S. ANNÆ, *Chriſti aviæ, quæ Conſtantinopoli in* Deutero *colebatur, Latinis eamdem antiquitus die ſequenti colentibus. Scripſit de ea exegeticon haud ineruditum* Jacobus *Polius Minorita, occaſione Capitis quod* Marcoduri *Juliæ oppido colitur; ac de genere quidem* S. Annæ *ſubſcribit Græcis, facientibus eam filiam Mathan Sacerdotis & Mariæ. Quidquid ſit de nominibus, placet Auguſtini & plurium Patrum ſententia, Regis ac Sacerdotalis ſtirpis concurſum in Deipara agnoſcentium, adeoque*

S. An-

S. Annam *Levitica tribui adſcribentium: quod etiam alibi jam inſinuavi, de Ss.Joſepho & Joachimo agens. Neque me movet liber de ortu Virginis, Cyrillo Epiſcopo Alexandrino imputatus a Trithemio, ex quo ſumpſit* Stolanus & Emerentiana de tribu *Juda* Annam Iſmeriamque *genuerint, hanc Prodromi, iſtam Chriſti aviam. Quantiecumque enim magni faciant librum, qui nuſpiam nunc extat, quidam ſcriptores Carmelitani, puto meliori antiquiorique auctore opus eſſe, quam ſit Trithemius, ad prudenter credendum, in totius vetuſtatis ſilentio, talia a S.Cyrillo fuiſſe conſcripta. Nec dubito, quin ſi liber extaret, haud minus facile foret oſtendere, Opus eſſe ſcriptoris nec Græci nec antiqui; quam id oſtendatur de ſimilis farinæ libro, ſub nomine* Joannis *Patriarchæ Hieroſolymitani ab iiſdem ſcriptoribus Carmelitanis laudato. Non poſſum igitur Neapolitanos quoſdam amicos probare, qui præſtudio erga cultum* S.Annæ *nonnihil indiſcreto, etiam conantur inducere in populo cultum aliquem annuum* S. Emerentianæ, *omnibus Græcorum ac Latinorum ſacris faſtis ignota. Scribit autem mihi Claudius Caſtellanus Canonicus Pariſienſis, quod cum ante hos annos non multos, puta circa 1680. in S. Moderici eccleſia Lutetiæ, Concionator quidam in feſto S. Annæ ſermonem intuliſſet de prædictis* Emerentiana Iſmeriaque, *plerique ditorum ſubito quodam fremitu teſtati ſint, ſcandalizari ſe iſtiuſmodi novitate: quodque fuerit ipſi cathedra interdicenda, niſi promiſiſſet deinceps ab ejuſmodi nugis ad concionem proferendis abſtinere.*

Κϛ'. 7. Kal. Τὴν ΠΑΡΑΣΚΕΥΗΝ ἔκτανεν εἰκάδι χαλκὸς ἐν ἕκτῃ.
Enſe Parasceven vigeſima ſexta trucidat.

Colitur eadem in utraque Sicilia ſub nomine Veneræ ac Veneerandæ (*nam* Feria 6. *ut Græcis* Paraſceve, *ſic Latinis* dies Veneris *nuncupatur*) *ſed quæ de ejus Vita Græce Latineque habentur prorſus ſunt fabuloſa, ſic ut difficillimum futurum ſit, aliquid ſolida veroſimilitudinis ex tanta caligine prudenter ratiocinando elicere.*

ΚΖ'. 6. Kal. Φάσγανον ἑβδομάτῃ ἠλαχ' εἰκάδι ΠΑΝΤΑΛΕΗΜΩΝ.
Panta leona dedit vigeſima ſeptima morti.

De hoc ſancto Medico & Martyre, ſub priori nomine Græcis, ſub altero Latinis antiquitus notiſſimo, multa habemus utraque lingua, necdum tamen ea Acta, quæ ut genuinum Metaphraſtæ opus, laudat Allatius.

Εἰκάδι ὀγδοάτῃ ΜΥΣΤΩΝ [illegible] ΤΕΤΡΑΣ. ΚΗ' 5. kalend.
Vicena octava quatuor conſcribit Mystæ.

Cum titulo Apoſtolorum nominantur hi, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas. *Sunt autem ex Sanctis ſeptem primis Diaconis, poſt* Ss.Stephanum & Philippum *nominati in Actis Apoſtolorum, quos Latini aliis diebus colunt:* Prochorum *9. Aprilis,* Nicanorem *10. Januarii,* Timonem *19. Aprilis,* Parmenam *in faſtis noſtris non invenio; in nemris vero* Nicolaom, *ſtudio forſaſſis prætermiſſum, quod Nicolaitarum hæreſim ab eo adinventam putaverint veteres: hoc tamen refugit animus credere abſque certiori probatione.*

Εἰκάδι ἀμφ' ἐνάτῃ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΝ φλὸξ κατέδαψε. ΚΘ' 4. Kal.
Vicena nona flamma cauſſit Calinicum.

Gangræ in Paphlagonia paſſus, Romano hodierno adſcriptus invenitur. Acta ejus Græca habemus.

... Τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ΣΥΛΑ, ΣΙΛΟΥΑΝΟΥ, ΚΡΙΣΚΕΝΤΟΣ, ΕΠΑΙΝΕΤΟΥ, καὶ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ. Λ'
... Sanctorum Apoſtolorum Sylæ, Silvani, Creſcentis, Epæneti & Andronici. 3. kal.

Ex his colitur a Latinis Silas 13. Julii, *ceteri ab iis ignorantur.*

Δίχνυται ΕΥΔΟΚΙΜΟΝ τρίμφ τάφος ἐν τριακόστῃ. ΛΑ'. 2. kal.
Tradidit Eudocimum trigeſima prima ſepulcro.

Dux militum ſub Theophilo, virtutibus in vita, miraculis poſt mortem clarus; cujus aliquam crede extitiſſe Vitam, unde ſumpta ſit epitome in Menæis.

JULIUS
MOSCORUM FIGURATUS.

I COSMAS, DAMIANUS ✠ Martyres.

II MEMORIA VESTIS DEIPARÆ IN BLACHERNIS. ✠

Exprimitur hic S.Gennadius *Patriarcha Conſtantinopolitanus, &* Leo *Imperator; ſub quibus peracta eſt ejuſmodi depoſitio.*

III HYACINTHUS ✠ Martyr. *Poſſevino non recte* Acceothus.

IV ANDREAS ✠ Cretenſis Epiſcopus.

V ATHANASIUS ✠ Monachus.
MARTHA † Vidua,

Mater S. Simeonis in Monte-mirabili *dicta in Menæis: habemus prolixam ejus Vitam Græcam, æque ac filii ſupra poſiti ad 24. Maii.*

VI SISOES ✠ Anachoreta.

VII THOMAS ✠ Anachoreta.
ACACIUS † ὁ ἐν τῇ κλίμακι, In ſcala.

Ita Typicum Græcorum, Thomam ipſumque eximio Sanctorum Patrum noſtrorum *titulo appellant: quod ſane ſingularem aliquem cultum ejus denotat, neque abſque cauſa hic pictus videtur in habitu pene Regio, aut ſaltem Senatorio vel Patricio: neque tamen cauſa reddi facile poteſt quamdiu nulla prodit Vita aut vita epitome. Interim diverſus plane ab hoc videtur* Acacius *alius, a qua nobis ignotus, tamquam Monachus eunuchus, ſculptus in diptycho Conſtantinopolitano* τὸ νίκτον Πετᾶς, filius Petus *cognominatus.*

PROCOPIUS ✠ Megalomartyr. VIII

PANCRATIUS ✠ Epiſcopus. IX

ANTONIUS PEZERSKIE Monachus. X

Indigena quin ſit & quidem magni nominis, haud poſſum dubitare, invenio enim eum expreſſum una cum S.Theodoſio *æque* Presbytero monacho, *juxta imaginem quamdam Deiparæ, cum ſimili rotulo in manibus, ubi clara ipſo in principio exprimitur nomen* ΜΑΡΙΗ, *addito ad caput ex more nomine* Presb. Antonii, *& cognomine contractius ſcripto* Pĕrski: *habitu autem monaſticus eſt, & caput ut Sancti diadematum, cucullus indutus capiti cruce inſignitur & bipartite per humerum pendet a pectore & tergo: ſtola quoque Sacerdotalis ſub pallio monachico inſignitur cruculis, quas in ſpiram decuſſata linea complectuntur. Ex tota autem imaginis forma datur intelligi, ipſum* Antonium, *una cum prædicto* Theodoſio, *auctorem eſſe Sacrorum hymnorum in Deipara laudem cantandorum a Moſcis, a quibus de utriuſque Vita, ſcriptis, miraculis* plenius

Digitized by Google

plenius doceri petimus, diem item quo referendus ſit iſte S. Theodoſius.

XI XLV. MARTYRES † Nicopolitani.

XII EUPHEMIA ✠ Virgo martyr.

PROCLUS, HILARIUS ✠ Martyres.
MICHAEL MALINUS † Monachus.

Ex ſolo Græcorum Typico nobis hactenus innotuerat, ubi nominatur ὁ ὅσιος Μιχαὴλ ὁ Μαλεῖνος, *an a monte* Maleo *quem incoluerit aut aliunde, quis dicet, dum Vita latet? Interim opinari poſſumus, nec ex antiquioribus eum eſſe, qui alibi nuſpiam nominatur; nec inter ſui ævi Sanctos ignobilem, qui tam diſtincte notatur in Typico, non niſi pauciſſimos Sanctos, quorum quotidie cultus principalis ſit, adnotante.*

XIII STEPHANUS ✠ Monachos Sabaita.
GABRIEL ✠ Archangelus

XIV AQUILA ✠ Apoſtolus.

XV JULITTA, QUIRICUS ✠ Martyres.
BLADIMERUS, *alias* ULODOMIRUS.

Primus Ruthenicæ gentis Chriſtianus Princeps, circa annum 990. Hiſtoriam Vitæ & ſanctitatis monumenta cuperem ex antiquioribus Ruthenorum MSS. diſcere, nec non præſentem corporis vel ſepulchri venerationem ac ſtatum.

XVI ATHENOGENES SEBASTENUS. ✠

Solis initialibus litteris nomen hoc expreſſum videtur: quæ ſequuntur ſex Synodorum pictura, facile intelliguntur ex Typico cujus caput 59. ſic habet. Sciendum eſt quod 16. menſis Julii celebramus memoriam Ss. Patrum, Chalcedone in quarta Synodo congregatorum 630. & in prima Nicææ, Deiferorom Patrum 318. & in ſecunda in regnatrice civitate, 150. & in tertia Epheſi, 200. & in quinta, 160. & in ſexta, 170. *Interpres Belga, qui primus haſce tabulas explicavit* D. *Laurentio vander Hem, ſic epigraphas loculorum ſingulorum expoſuit, ut primo nomen Imperatoris, deinde loci, tum anni ab Incarnatione ſecundum Alexandrinam æram ſumpti numerum, ac denique numerum Patrum in quaque Synodo congregatorum exprimat. Quam id ad verbum fecerit neſcio, numeros non omnes quos exprimit invenio, ipſaque Imperatorum nomina obſcuriſſime ſcripta. Nolo igitur immorari epigraphis: ſed iis, qualia reperio in prototypo, huc in æs translatis, ſingularum tabellarum hiſtoriam paucis explano. Eſt ergo*

I. SYNODUS NICÆNA, ſub Conſtantino Magno celebrata anno Æræ vulgaris 325. in qua conſtituta fuit Verbi, ut Patri Conſubſtantialis, divinitas. Ea de cauſa hic exprimitur veluti triumphabundus Chriſtus, idque contra Arium, cujus ſupplicium, viſcera ſua per ſeceſſum emittentis, hic etiam repræſentatur.

II. CONSTANTINOPOLITANA, ſub Theodoſio Magno anno 381. in qua damnata hæreſi Macedoniana, adverſus Spiritus ſancti divinitatem, & ſymbolum Nicænæ fidei confirmatum eſt.

III. EPHESINA, ſub Theodoſio juniore anno 431. adverſus Neſtorii Epiſcopi Conſtantinopolitani (cujus depoſitio & degradatio hic apte exprimitur) nefandam hæreſim, quæ matri Chriſti titulus Deiparæ *negabatur.*

IV. CHALCEDONENSIS, in templo & ad ſepulcrum S. Euphemiæ Martyris, adverſus Eutychetem Archimandritam & Dioſcorum Patriarcham Alexandrinum, duplicem in Chriſto naturam negantes, anno 451. ſub Marciano Pulcheriæ Auguſtæ marito.

V. CONSTANTINOPOLITANA II. ſub Juſtiniano Imperatore, anno 553. de tribus Capitulis atque adverſus Originiſtas.

VI. CONSTANTINOPOLITANA III. ſub Conſtantino Pogonato, anno 680. contra Monothelitas.

Hæ ſex œcumenicæ Synodi paſſim cernebantur depictæ in templis; atque ab Iconoclaſtis abraſæ, ſtudioſius deinceps reſtauratæ fuerunt, primum ſub Conſtantino atque Irene, deinde ſub Theodora ejuſque filio Michaele; earumque memoria ut quotannis ſingulari feſto inſtauraretur, eſt conſtitutum.

MARIA ✠ Virgo Martyr. XVII

ÆMILIANUS ✠ Martyr. XVIII

Neſcio cur in epigraphe addantur littera, quibus videtur appellari Presbyter.

PAMBO NITRIENSIS †.

Videtur eſſe Ægyptius ille, in Vitis Patrum nominatiſſimus, & S. Arſenio familiaris: interim (quod mireris) nullis hactenus Græcorum faſtis inſcriptum nomen ejus invenimus, niſi uni Synaxario Chiffletiano.

MACRINA ✠ Virgo Sacra. XIX
DIUS † Thaomaturgos.

In urbe Conſtantinopolitana celeberrimum fuit hujus nominis cœnobium; cujus an conditor hic fuerit, neſcio, quamdiu Acta nulla ſcripta inveniuntur.

ELIAS PROPHETA. ✠ XX

EZECHIEL † Propheta. XXI

In nonnullis MSS. hodie & in Menæis excuſis ad 23. relatus, colitur a Latinis 13. Aprilis.

JOANNES † Socius ſequentis.
SIMEON ✠ Salos. *Referuntur ambo etiam in Romano hodierno.*

MARIA ✠ Magdalena. XXII

Græcis Μυροφόρος καὶ ἰσαπόστολος, Unguentifera *ad ſepulcrum &* Apoſtolis æquanda, *quibus ipſam Chriſti reſurrectionem miſſa fuit nuntiatum.*

TROPHIMUS † Martyr. XXIII

Cum Theophilo & ſociis ſub Diocletiano, etiam Romano hodierno inſcriptus: Acta non reperiuntur.

CHRISTINA ✠ Virgo Martyr. XXIV
BORYSSUS, GLEBUS, Principes Martyres.

Filii Ulodomiri, Chriſtianis nominibus Romanus & David, *hoc die videntur a fratre* Jareslao, *poſt victum fratricidam Suatopolcum, contumulati Wiſſogrodi; cum alias* Boryſſus 14. *Julii*, Glebos 5. *Septembris ſit obtruncatus. Habemus hiſtoriam breviter conſcriptam & collectam ex monumentis Ruthenicis, una cum aliis ſimilium quorumdam Actis approbatam a Vilnenſis Archiepiſcopi Suffraganeo Georgio Epiſcopo Metonenſi & Præpoſito Grodnenſi, anno 1621. Plura de miraculis ſi quis ſuggerat, bene de ipſis Sanctis merebitur, de quorum magno cultu teſtem etiam habemus Poſſevinum.*

ANNA ✠ Mater Deiparæ. XXV
OLYMPIAS † Virgo ſacra.

Præmortuis duobus ſponſis, S. Joanni Chryſoſtomo devota.

EU-

xxvi EUPRAXIA † Virgo ſacra.

Multis Euphraſia *etiam dicta, eaque ipſa cujus Acta Græco-Latine dedimus* 13. *Martii, quando colitur a Latinis.*

HERMOLAUS † Presbyter martyr.

Hodierno Romano ad ſequentem diem cum ſuo in fide diſcipulo adſcriptus.

xxvii PANTELEEMON ✠ martyr.

PROCHORUS ✠ Apoſtolus. xxviii

CALLINICUS ✠ martyr. *Poſſevino perperam* Callimachus *dictus.* xxix

SILAS, SILVANUS ✠ Apoſtoli. xxx

JOANNES † miles martyr: *Sub Juliano, cujus Acta deſiderantur.*

EUDOCIMUS ✠ Tribunus Martyr. xxxi

AUGUSTUS

GRÆCORUM METRICUS.

A'. Kalend. Καύσωσιν ἑπτὰ σὺν τέκνοις ΣΟΛΟΜΩΝΗΝ ἔπεμψεν Τιμ.
Cum SEPTEM NATIS combuſſit prima SALOMEN.

Sunt hi ſeptem Machabæi, *quorum matri id nominis fuiſſe volunt, etiam antiquitus hoc die culti.*

B'. 4. Non. Δευτέρῃ ἐνὶ ΣΤΕΦΑΝΟΥ γίνετ' ἀνακομιδή.
Transfertur STEPHANUS defunctus luce ſecunda.

Hieroſolymis videlicet Conſtantinopolim. Hiſtoriam ab oculato teſte deſcriptam Græce vidit & laudat Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis, ubi etiam indicat Nicetæ Rhetoris & Michaelis Pſelli de eodem argumento orationes: quæ omnia nobis deſunt. Latini ſequenti die primam corporis inventionem recolunt, quam habemus, deſcriptam a Luciano Presbytero, uti & varias relationes Latinas de corpore aut partibus ejus Romam, Venetias & alio tranſlatis.

Γ'. 3. Non. ΔΑΛΜΑΤΟΣ, ΙΣΑΚΙΟΣ τρίτῃ ἤματι ἐδὲ ὁ ΦΑΥΣΤΟΣ.
Tertia DALMATIO, FAUSTO ISACIOQUE ſuprema eſt.

Præſides monaſterii Dalmatarum Conſtantinopoli ſucceſſive fuerunt Iſacius, *cujus Vitam damus* 30. *Maii, quando potiſſimum colitur,* Dalmatius, *cujus Acta habemus cum epiſtolis, ab hoc ad ſynodum Epheſinam & ab ea ad illum datis: hujus autem filius fuit* Fauſtus, *cujus Acta non videntur ſeorſim conſcripta fuiſſe.*

Δ'. 2. Non. Τῇδε τετάρτῃ νεκροὶ ἐγρόμενοι ξυνέδουσιν ΕΠΤΑ.
Evigilant quarta SEPTEM, pariterque quieſcunt.

Et hoc die & 22. *Octob. feſtive coluntur a Græcis* ſeptem pueri in Epheſo, *quos Latini* Dormientes *appellant & colunt* 27. *in nominibus aliquantum variantes a Græcis. Exiſtimat Baronius, quoniam quæ de iis circumfertur hiſtoria multimodis fabuloſa ac falſa eſſe oſtenditur, non aliud ipſam habere fundamentum, quam quod ſub Decio concluſi in ſpeluncam, & ſub Theodoſio Juniore corporibus adhuc incorruptis, tamquam ſi dormirent, reperti ſint. Hic addiderim quod etiam Turonenſes in Gallia* 4. *Novem. colant* Septem Dormientes, *fratres carne & ſpiritu: qui a S. Martino ad habitum monaſticum ſuſcepti, atque ejus deinde mortui crebra apparitione dignati, ſimul omnes pariter poſt ſacram communionem, de manibus Aichardi Abbatis ſuſceptam, obdormierint in Domino; & habetur epiſtola de iiſdem perquam fabuloſa, Sanctoque Gregorio Turonenſi imperite adſcripta, velut ab hoc ad B. Sulpitium Epiſcopum Bituricenſem data.*

E'. Nonis. Πέμπτῃ ΕΥΣΙΓΝΙΟΙΟ κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.
Miſcetur caput EUSIGNI cum pulvere quinta.

Martyr hic Antiochiæ fuit ſub Juliano: cujus jam Acta Græca habemus.

ς'. 8. Id. Μορφὴν αὐδρομέην ἕκτῃ ΧΡΙΣΤΟΣ ἀμείβει.
Humanam faciem CHRISTUS ſexta variavit.

Eodem die myſterium hoc recolit Romana Eccleſia: monuit me tamen Claudius Caſtellanus, in pleriſque Eccleſiis Occidentis ejuſmodi feſtum agi ſolitum fuiſſe 27. *Julii, quod in iſtum diem pluribus exemplis veterum Breviariorum fulciendum, hic juverit adnotaſſe.*

Σὺν δυσὶ τῇ ἑβδομάτῃ Μύσταις ΔΟΜΕΤΙΟΣ ὤλιςθεν. Z'. 7. Id.
Septima cum geminis Myſtis DOMETION aufert.

Cum duobus ſcilicet diſcipulis fuit, in Palæſtina monachus fuit & ſub Juliano paſſus, ſicut habetur ex epitome Actorum, quæ plenius deducta inveniri mallemus, interim hodierno Romano illius nomen adſcriptum eſt.

Ὀγδόῃ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΥ ὀστέα δέξατ' ἄρουρα. H'. 6. Id.
Octava tellus oſſa excipit ÆMILIANI.

Epiſcopus Cyzici ad Propontidem fuit, cujus Acta deſideramus, nomen hodierno Romano reperimus inſcriptum.

Ἠρθη ἀμφ' ἐνάτῃ ξύλῳ ὑψόθι ΜΑΤΘΙΑΣ. Θ'. 5. Id.
MATHIAS nona ligno ſuſpenditur alto.

Colitur a Latinis 24. *Februar. ubi de corporis tranſlatione Treviros, cruentoque Martyrio ab aliis aſſerto, ab aliis negato: quam opinionis diverſitatem etiam apud Græcos invenimus, quod poterit in Supplemento notari.*

Ὤπτησαν δεκάτῃ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΝ ἶσον ἰχθύϊ. I'. 5. Id.
Eſt aſſus decima piſcis LAURENTIUS inſtar.

Habentur ſancti hujus Martyris Acta notiſſima, ſed propter male intruſum Decii *nomen non uſquequaque ſincera. De corpore Romæ ad corpus S. Stephani juncto, deque variis partibus ejus, quæ variis in locis honorantur, multa nobis dicenda ſuperſunt.*

Πλήγη ἑνδεκάτῃ ξίφει ΕΥΠΛΟΣ κοπτόμενος. IA'. 3. Id.
Undecima gladio findenti ſubditur EUPLUS.

Martyr Siculus ſub Diocletiano, Latinis Euplius, *ſed die ſequenti. Acta antiquiora ſinceriora que & ex Proconſularibus immediatius excepta Latine (nec enim alia lingua uſos in Sicilia Magiſtratus Romanos facile crediderim) in variis Codicibus manuſcripta & a Bonino Mombritio excuſa habemus; eademque contractiora nonnihil edidit Baronius in Annalibus. Neque his prætulerim epitomen eorum Græcam, inter Monumenta Eccleſiæ Græcæ productam a Joanne Baptiſta Cotelerio. Interim ei libenter aſſentior quod & Baronius ſenſit, longe inferioris notæ eſſe, quæ ex verſione Herveti habentur apud Lipomanum & Surium, quæque nova ex meliori verſione donavit ipſe, utpote licentius interpolata: potuit tamen ſcire* Metaphraſtæa non eſſe, *vel ſtylo indice, maxime cum Acta Sanctorum Auguſti non attigerit Metaphraſtes; neque debuit vocaſſe* Bollandiana, *quando Bollandus nulla adhuc ratione ea fecit ſua, fortaſſe nec facturus erat, ſi uſque eo ſuum opus producere potuiſſet.*

IB'. . . . Τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΦΩΤΙΟΥ ἢ ΑΝΙΚΗΤΟΥ.
2. Id. . . . Sanctorum martyrum Photii & Aniceti.

Paſſi ſunt Nicomedia ſub Diocletiano, uti fuſe Menæa. Acta pleniora nos habemus, inſcribuntur Romano hodierno, ſed prior Photinus appellatur.

IΓ'. ΜΑΞΙΜΟΥ ἀμφὶ τρίτῃ δεκάτῃ νεκρὸς μετῆλθεν.
Idib. Tertia poſt decimam te nobis, Maxime, transfert.

Vide quæ plura de eo, ipſo illius Natali, diximus 21. Januarii.

IΔ'. ΜΙΧΑΙΑΣ δεκάτῃ ξύλῳ ἤρθε δ' ἐνὶ τετάρτῃ.
19. Kal. Micheas decima ligno quartaque pependit.

Colitur hic Propheta apud Latinos 15. Januarii.

IE'. Ζῇ καὶ ΘΕΟΜΗΤΩΡ καὶ δεκάτῃ θανοῦσα πέμπτῃ.
18. Kal. Mortua non moritur decima quintaque Maria.

Græci Κοίμησιν Dormitionem, *vel* Μετάστασιν, Tranſitum; *Latini* Aſſumptionem *appellant. Verba Uſuardi hac die recitari ſolita (quibus ſimilia habet Ado, nihil alter altero ſciens, atque adeo ex antiquiori fonte utrimque accepta) ante hos decem annos Pariſiis magna animorum contentione exagitata fuere, aliis abolenda, aliis retinenda cenſentibus. Extant editi utrimque anno 1670. libelli, ad quos curioſum & pium lectorem remitto. Verba hæc ſunt:* Dormitio ſanctæ Dei genitricis Mariæ, cujus ſacratiſſimum corpus etſi non invenitur ſuper terram, tamen pia mater Eccleſia ejus venerabilem memoriam ſic feſtive agit, ut pro conditione carnis eam migraſſe non dubitet. Quo autem illud venerabile Spiritus ſancti templum nutu & conſilio divino occultatum ſit, plus elegit ſobrietas Eccleſiæ cum pietate neſcire, quam aliquid frivolum vel apocryphum inde tenendo docere.

IƑ'. Ἐκτῃ ἢ δεκάτῃ τέκνον τέμνουσι ΔΙΟΜΗΔΟΥΣ.
17. Kal. Scinditur ad decimam ſextam corpus Diomedis.

Martyrium paſſus Nicææ ſub Diocletiano, adſcriptus eſt hodierno Romano. Nos Acta Græca habemus.

IZ'. Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΜΥΡΩΝΑ κτάνε ξίφος ὀξύ.
16. Kal. Enſe Myrona ferit decimæ quæ ſeptima lux eſt.

Epiſcopus Martyr in Cypro, cujus ſimiliter Acta habemus, nomen vero in hodierno Romano.

IH'. ΦΛΩΡΟΣ ἅμ' ὀγδοάτῃ δεκάτῃ φρένα κτείνετο σὺν ΛΑΥΡΟΣ.
15. Kal. Cum Lauro Florus decima octavaque necatur.

Statuarii hi fuerunt & Martyres in Illyrica ſub Licinio. Habemus quadruplicia eorum Acta Græca, & nomina in hodierno Romano legimus.

IΘ'. Ἐννάτῃ ἢ δεκάτῃ τέμεν ΑΝΔΡΕΟΥ αὐχένα λαιμοτόμοι.
14. Kal. Cervicem Andreæ decima nonaque reſcindunt.

Latinis quoque feſtis antiquitus notus fuit hic Tribunus Militum & Martyr ſub Diocletiano, cum ſociis Militibus 2593. Acta autem Græca habemus.

K'. Βῆ δ' ἄρ' εἰκοστῇ μέλλοντα ΣΑΜΟΥΗΛ εἰκάδι εἰδώς.
13. Kal. Vicena hinc abiit Samuel, cui nota futura.

Corpus ejus jam olim Conſtantinopolim tranſlatum, antiquis quoque Latinis ipſum hoc die colendi occaſionem dedit.

Εἰκάδι πρώτῃ ΘΑΔΔΑΙΟΣ βιότοιο ἀπέστη. KA'.
Vicena prima Thaddæus ad aſtra volavit. 12. Kal.

Quem Matthæus & Marcus Thaddæum, *Lucas in Evangelio & Actis Apoſtolorum vocat* Judam Jacobi: *colitur autem a Latinis 28. Octobris.*

ΒΑΣΣΑΝ σὺν τεκέεσσι τάμε ξίφος εἰκάδι πρώτῃ.
Baſſam cum natis gladius conſumpſit eadem.

Hujus filii tres fuerunt: Martyrium autem Edeſſæ quidem inchoatum, non tamen in Syria conſummatum eſt (ſicuti obrepſit Baronio Romanum hodiernum augenti) ſed in Macedonia: hoc enim docent aperte Græca Acta, quæ habemus.

Ἔκτανεν ἀμφιδύῃ ξίφος εἰκάδι ΑΓΑΘΟΝΙΚΟΝ. KB'.
Bis undena dies gladio necat Agathonicum. 11. Kal.

Martyr fuit Nicomedia ſub Maximiano, & nomen inſcriptum habes in Romano hodierno: nos vero Acta Græca habemus.

Εἰκάδι τῇ τριτάτῃ πέφνε ΛΥΠΟΝ φάσγανον ὠμόν. KΓ'.
Enſe Lupum ſævo vigeſima tertia mactat. 10. Kal.

Menæis & Romano hodierno Λῦπος, Luppus, *Martyr & Epiſcopus Sirmii in Pannonia fuit: Acta needum apparuerant.*

Εἰκάδι, ΕΥΤΥΧΕ, ἡμφεκάλυψε λίθος σε τετάρτῃ. KΔ'.
Eutycha, te ſaxum condit vigeſima quarta. 9. Kal.

Alius Eutychius *Martyr, diſcipulus S. Joannis Evangeliſtæ, qui Tomis in Scythia fidem prædicavit, & hodierno Romano inſcribitur.*

Τῇ νέκυν εἰκάδι πέμπτῃ, ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΕ, ἐφάνη. KE'.
Bartholomæi aperit vigeſima quinta cadaver. 8. Kal.

Fuſe hic narrant Menæa, quomodo corpus ſacrum advectum Liparam, diuque ibidem cultum, tandem occupantibus inſulam Saracenis Amalphim in Italiam ſit tranſlatum. Hinc factum ut Latini, maxime poſt tranſlationem corporis ejuſdem Romam, ipſum hoc vel ſequenti die potius colant quam 11. Junii, ubi alia vide notata a nobis, nec hic repetenda.

Οὐρανίων δάπεδον λάχεν εἰκάδι ΤΙΤ' ἐνὶ πέμπτῃ.
Cœli dat campos Tito vigeſima quinta.

Colitur a Latinis 4. Jann. Apoſtoli Pauli diſcipulus, Gortynæ in Creta Epiſcopus.

Χεῖρας ΑΔΡΙΑΝΟΣ ἐτμήθη πόδας εἰκάδι ἕκτῃ. KƑ'.
Cum manibuſque pedes Adriano penſima ſcindit. 7. Kal.

Inſcribitur etiam hodierno Romano, Martyrium ſub Licinio Nicomedia paſſus. Præter Latina, quæ de eo multa habemus, ſunt adhuc quædam Græca in Vaticano, necdum nobis deſcripta.

Ποιμένα εἰς μέγαν ἑβδόμῃ εἰκάδι ἄγεν ΠΟΙΜΗΝ. KZ'.
Poemena Pœmnarchæ vigeſima ſeptima ſiſtit. 6. Kal.

Plurima de hoc ſancto in Thebaide Anachoreta leguntur in Vitis Patrum, quorum merito & Græcorum exemplo

etiam

Digitized by Google

etiam inſcriptus eſt Romano hodierno. Acta ſeorſim Græce collecta habemus.

KH ν kal. Θάψαν ἐν εἰκάδι ΜΩΣΗΝ ὀγδόῃ Αἰθίοπα.
Æthiopem ſepelit vicena octava MOYSEM.

Hic quoque, ex latrone monachus, nomen in hodierno Romano habet; & Græca quadam Acta, ſed parva, habemus.

KΘ' ιν Kal. Εἰκάδι ἐνάτῃ τάμον ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ αὐχένα ξίφος.
Cervicem PRODROMI vigeſima nona ecvellit.

De communi hoc Græcis Latiniſque feſto multa in notis ad Martyrologium Romanum Baronius; ubi & de Capite Romam allato pluribus agit: quæ expenduntur in alibi laudato tractatu Cangii, ſatagentis pro eo quod Ambiani eſſe creditur Capite. Cineres combuſtorum a Juliano Apoſtata oſſium ſacrorum Genuæ eſſe creduntur. Leo Allatius allegat hiſtoriam feſti hujus, cujus hic ſit finis. Hæc omnia ſcripſi ego Eurippus Joannis diſcipulus, ſecundus ex ejus diſcipulis, diligenter, ut omnes Fratres in Chriſto celebrent ejus memoriam, & mortem Chriſti amatoris Joannis Baptiſtæ & Præcurſoris, menſis Auguſti 29. *Optaremus omnino hanc invenire, non quod credamus aliquid ad vera hiſtoriæ notitiam conferri poſſe ab hujuſmodi figmentis, ſed quod ad veri falſique diſcrimen plurimum conferat, ipſa penitius haberi perſpecta, ex quibus alii forſan hauſere aliqua, quamdiu latet origo unde accepta ſunt, difficulter dijudicanda.*

ΦΑΝΤΙΝΟΣ βιότου ἐξέχυσεν ἐν τριακοστῇ. Λ' ιιι Kal.
PHANTINUM ex oculis movit trigeſima noſtris.

Cum titulo Thaumaturgi celebris Theſſalonicæ obiit, ubi pleniorem vitam cum miraculis ſcriptam eſſe perſuadet adeo diſtincta locorum & perſonarum notitia, brevi elogio in Menæis comprehenſa.

Ἔργε σόρῳ ΖΩΝΗΝ φρεῖν ΠΑΝΑΓΝΟΥ τριακοστῇ. ΛΑ' ιι Kal.
Virgineam condit prima & trigeſima ZONAM.

Repoſitio ea facta eſt Conſtantinopoli in Chalcopratiis ſub Juſtiniano Imperatore. Fuerat autem ipſa Sacra Zona illuc allata Hieroſolymis ſub Arcadio, una cum ſacra Veſte ejuſdem Deiparæ, de qua ſit feſtum, 11. Julii hic indicatum. Hæc autem Repoſitio facta eſt ſub Leone Imperatore, cujus uxorem (Verinam ut exiſtimo) ſanitati reſtituit, ſuper eam explicata per manus Patriarchæ, puta S. Gennadii.

AUGUSTUS

MOSCORUM FIGURATUS.

ii MEMORIA CRUCIS CHRISTI.

Ita interpres Belga: feſtum haud dubie Moſcovitis proprium, cujus originem & hiſtoriam ſi quis ex eorum monumentis explicuerit, ſcite intelligemus qui Sancti Epiſcopi, qui Reges aut Principes in hac tabella exprimantur: quis etiam ſit rivus ille dimanans a petra, & quid ſibi velit cadaver parvuli, cujus velut in eo merſi ſuſcitatio videtur flebiliter poſtulari.

ELEAZARUS, SOLOMONIA cum VIII. Machabæis.

Quid ſibi velit additum ad latus Otrokob *explicet alius.*

ij STEPHANUS ✠ Protomartyr.

iij ISACIUS, DALMATUS, FAUSTUS ✠ Hegumeni.

iv EUDOCIA † Martyr in Perſide.

Reliquiæ ejus allatæ Conſtantinopolim ſunt, unde nata & in ſervitutem abducta fuerat. Hiſtoriam pleniorem ſi reperiri contingat, felicitatis id magnæ erit.

SEPTEM PUERI IN EPHESO. ✠

v EUSIGNIUS ✠ Martyr.

Poſſevino dictatum hic erat nomen Mart. Ecenel, *qui dubitat an fuerit ſcribendum* Irconi, *neutrum placet.*

vi TRANSFIGURATIO CHRISTI. ✠

Ita interpres Belga, idque & dies ipſa & tabella loquitur, epigraphen verbatim expreſſam non puto. Proph. Moiſis *&* Proph. Eliæ *nomina diſtincte lego, cum initialibus litteris nominum, ſub capite ſingulorum Apoſtolorum.*

vij DOMETIUS ✠ Monachus Martyr. *Non* Diomedes, *ut Poſſevino ſuggeſtum.*

ÆMILIANUS ✠ Epiſcopus Cyzici. viii

MATHIAS ✠ Apoſtolus. ix

LAURENTIUS ✠ Martyr. x

EUPLUS ✠ Martyr. xi

PHOTIUS, NICETAS. *Potius* Anicetus, *uti Græci ſcribunt.* xij

MAXIMUS ✠ Monachus. xiii

MICHEAS ✠ Propheta. xiv

Græci hoc die primo loco agunt Προεόρτια τῆς Κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου Profeſtum Dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ: *idem an Moſci faciant dubito, negat enim Poſſevinus eos* Pervigilia, *ut nos, habere (nulla certe habent quæ jejunio colant, præter unum de quo infra.) Addit autem quod* ante beatiſſimæ Virginis Aſſumptionem fluvio Moſcuæ Metropolita benedicit, alii vero Sacerdotes fluminibus aliis, *ſicuti 6. Januarii in die Epiphaniæ, ſive ut aquis ſic benedictis ablutus feſtum hoc præcipuum ſanctius agat; ſive ut quos hiemale frigus non permiſit gelidas aquas ſubire, eo rem poſſint ſine incommodo uti per æſtivos calores.*

ASSUMPTIO B. MARIÆ. xv

Ita Poſſevinus & interpres Belga: mallem legere epigraphen verbotenus expoſitam: interim funus thurificantem Petrum hic vide, & ringere, quiſquis defunctis fidelibus, imo certe Sanctis thuris honorem adhibitum culpas, cum hujus ritus uſum antiquitus etiam in Orientali Eccleſia receptum, indeque ad Moſcos traductum cogeris intueri.

MEMORIA IMAGINIS CHRISTI NON MANUFACTÆ. † xvi

Ita interpres Belgicus. Poſſevino *dictatum eſt nomen* Beatæ Veronicæ. *Sed quæ eo nomine appellatur imago,*

ſervaturque Romæ, ut impreſſa ſudario, ab ſancta iſtius nominis muliere (de qua nos multis 4. Februarii) Chriſto crucem portanti oblato, diverſa eſt. Hic de ea agitur, quam, ſua item expreſſam e facie, Augaro Edeſſæ Regi, ipſum ad ſe invitanti, miſiſſe Chriſtus creditur. Quomodo ea Conſtantinopolim tranſlata ſit, habemus a Baſilio Imperatore deſcriptum: ipſa nunc creditur extra muros Genuenſes ſervari, in eccleſia quæ olim Armenorum monachorum fuit, ad ejus cuſtodiam addictorum. De ἀρχειροποιήτοις vero iſtiuſmodi imaginibus inſignem tractatum ſcripſit noſter Gretzerus.

DIOMEDES ✠ Martyr.

XVII MYRON ✠ Epiſcopus Martyr.

XVIII FLORUS, LAURUS ✠ Martyres.

Poſſevino hic obtruſum eſt nomen monſtroſum Throlachoni.

XIX ANDREAS ✠ Martyr.

XX SAMUEL ✠ Propheta.

XXI THADDÆUS ✠ Apoſtolus.
BASSA ✠ Martyr.

XXII AGATHONICUS ✠ Martyr.

XXIII LUPUS ✠ Epiſcopus Martyr.

XXIV EUTYCHIUS ✠ Epiſcopus Martyr.

XXV TRANSLATIO S. BARTHOLOMÆI. ✠

Poſſevino S. Apoſtoli Volphrumi: *quæ eſt peregrina valde lectio, forſan in aliqua Ruthenica linguæ proprietate fundata: cur autem Epiſcopi duo, Diaconus unus, feretrum portantes, hic diademati pingantur, non divino.*

TITUS ✠ Pauli diſcipulus.

XXVI ADRIANUS ✠ NATALIA † Martyres.

Poſterior hæc Latinis faſtis adſcripta invenitur 1. Decembris.

EXCEPTIO ICONIS B. V. MARIÆ.

Apparet ex habitu Græcos eſſe Epiſcopos qui eam adferunt, & quidem diademati velut Sancti; Ruthenos vero eſſe qui eamdem cum ſuo Metropolita excipiunt: reliquam feſti originem & imaginis prædictæ hiſtoriam libenter diſcam a Ruthenis.

POEMEN ✠ Anachoreta. XXVII

MOYSES ✠ Monachus. XXVIII

DECOLLATIO JOANNIS PRODROMI. ✠ XXIX

Notat Herberſteinius, huic feſto ſingulare eſſe apud Moſcos, ut ejus Vigilia cum jejunio peragatur: qui honor nulli alteri Sanctorum habetur.

ALEXANDER, JOANNES, PAULUS. † XXX

Simul Officium hoc die in Menæis *habent, tamquam* Patriarchæ Conſtantinopolitani, *ob aliquam ut credo communem tribus tranſlationem. Eſt autem* Alexander, *qui ſub Conſtantino Arium confecit precando, & colitur 18. hujus menſis: Acta autem habes cum Actis deceſſoris ſui* S. Metrophanis, *& ipſius* S. Conſtantini Imperatoris *permixta: ſed qualia jam notavi 4. Junii.* Joannes *vel eſt* Cappadox, *& colitur ſeorſim 18. hujus cum prædicto Alexandro; vel* Jejunator, *& colitur 2. Septembris.* Paulus, *cognomento* Junior, *colitur 7. Junii, quando dabimus gemina ejus ut Confeſſoris ac pæne* Martyris *Acta ex Græcis: docebimus autem veroſimiliter ipſum eſſe, qui poſt tranſlatum Venetias corpus, ibidem colitur 8. Julii, tamquam* Martyr *non* Epiſcopus.

FELIX Martyr.

Hoc ut ſummum indicat habitus: quis aut cujas non eſt facile divinare; nam Menæa *nullum hoc die nominant: aliquis hodie a Latinis colitur* S. Felix, *ſed* Presbyter, *via Oſtienſi, occiſus cum S. Adaucto.*

COLLOCATIO ZONÆ P. V. MARIÆ. ✠ XXXI

SEPTEMBER

GRÆCORUM METRICUS:

A' Kalend. ΥΨιβάμων ΣΥΜΕΩΝ Σεπτεμβρίῳ ἔκλιπε πρώτῃ.
Sublimis SYMEON prima hinc Septembris abivit.

Auctor hic & exemplum Stylitarum, colitur a Latinis 5. Januarii, quando ejus Acta Latine dedimus, Græcum textum daturi in ſupplemento. Prima eaque antiquiſſima auctorem præferunt Antonium *diſcipulum; poſteriora alia Metaphraſten, qui hinc exorſus (utpote ab initio anni Græcanici) Sanctorum Vitas proprio elegantiorique adornare Stylo, aut potius de novo cœpit componere,* Μεταφράσεις *appellans, unde ei, qui dignitate* Magnus LOGOTHETA *erat, factum inter Scriptores cognomen* Metaphraſtæ. *Proprium nomen* Symeon *fuit, & encomium ejus Michael Pſellus contexuit, quod etiam inter Sanctorum Vitas pro 19. Novembris reperitur. De auctore iſto optime meritus Leo Allatius, in* Diatriba de Symeonum ſcriptis, *primo indiculum texit earum Vitarum, quæ inter* Metaphraſtæ *Opera ab ipſomet vel aliis tranſcripta reperiuntur, invariata auctoris cui intitulantur ſtylo. Deinde colligitur pluriam aliarum Syllabus, quarum licet auctor ignotus ſit, auctorem tamen non eſſe Metaphraſten ipſe ſtyli indicio patefcit. Tertio denique enumerat ultra centum Vitas, quas* Metaphraſtæ *eſſe certo audet pronuntiare: hæ autem fere omnes ad Septembrem, Octobrem, Novembrem, Decembrem pertinent, ſolum ſeptem ad Januarium, vix duæ aut tres ad Februarium Martiumque. Unde intelligi datur, quam parum congrue Vitarum Græcarum per totius anni ſeriem digeſtarum curſus adſcribatur Metaphraſti: cui tamen debetur laus incepti operis.*

Δάμπειρ χηλάδες ΜΑΜΑΝΤΟΣ χεῦε τριαίνῃ. B' IV Non.
Fuſcina MAMANTIS diſperdidit exta ſecundæ.

Toto Oriente celeberrimus Martyr *Cæſareæ in* Cappadocia, *colitur a Latinis 17. Auguſti: habemus antiquiſſima ejus* Acta *tam* Græce *quam Latine.*

ΑΝΘΙΜΟΝ ἐν τριτάτῃ ἀπέκτανε ξίφος ὀξύ. Γ' III Non.
ANTHIMUS occubuit gladio ſub tertiam acuto.

Epiſcopus Nicomediæ, ſub Diocletiano paſſus, colitur a Latinis XXVI. Aprilis: *ubi* Acta Græce *ac Latine dedimus.*

ΠΑΙΔΑΣ

Δ' ΠΑΙΔΑΣ ξ ΒΑΒΥΛΑΝ τρεῖς ξίφος ἀμφὶ τετάρτῃ.
4 Non. Quarta cum BABYLA PUEROS tres ſuſtulit enſis.

Archiepiſcopus Antiochenus ſub Decio, colitur a Latinis 24. Januarii, quando dedimus Acta, tum ex veteribus Mſs. Latinis, tum ex Græco Metaphraſtis: præ omnibus tamen optaremus habere ſcripta Leontii, Presbyteri ac deinde Epiſcopi Antiocheni (licet hic fuerit Arianus) quælia indicantur ab auctore Chronici, quod Radero noſtro placuit edere ſub nomine Alexandrini, cum revera Conſtantinopolitanum ſit, uti jam ſupra monuimus.

E' Πέμπτῃ ΖΑΧΑΡΙΑΝ δαπέδοις ῥίξαν παρὰ ναῷ.
Nonis. Poſt quartam in templo ZACHARIAS ſternitur ipſo.

S. Joannis Præcurſoris atque Baptiſtæ patrem Zachariam, virum Eliſabeth, ut Prophetam, ut Sacerdotem, ut Martyrem, totius diei Officio colunt hic Græci: deque eo Canonis auctorem præfert S. Theophanem, ſub hac acroſtichide.

Τὸν Προδρόμου τιμῶ πρόσεισιν Ἀρχιερέα.
Archiſacerdotem celebro Prodomique parentem.

Martyrii cauſa in elogio additur, quod filium occultaverit dum occiderentur infantes, quodque Deiparam venientem ad templum voluerit manere in loco Virginibus deputato. Utrumque ex apocryphorum ſomniis hauſtum merito quis dixerit cum Hieronymo. Minus abſonum, imo veroſimile videri poteſt, ipſum eo tempore, quo ex propheticis ſciri videbatur naſci debuiſſe Meſſiam, pro hac veritate animoſius contra negantes defenſa, fuiſſe occiſum inter templum & altare, atque ita verba Chriſti, omnem ſanguinem juſtum ab Abel ad Zachariam venturum ſuper Judæos comminantis, nullam obſcurioris explicationis violentiam paterentur; ſignificarent enim ſanguinem ab initio mundi uſque ad tempus Meſſiæ injuſte effuſum; neque offendiculum objiceretur vel ex parte patris, vel ex parte temporis; cum nihil prohibeat etiam Joannis genitorem filium fuiſſe alicujus Barachiæ. Ceterum non definimus quidquam: pleniuſque tractari ea quæſtio poterit die 5. Novembris, quando Zacharias, pater Joannis apud Latinos colitur.

ϛ' Ῥεῖ ΜΙΧΑΗΛ ποταμῶν χεύμασι νηὸν ἄγιον ἕκτῃ.
VIII Id. Torrentis MICHAEL infudit flumina ſexta.

De hac inſigni & celeberrimo apud Laodiceam miraculo duplicia Acta Græca in codicibus Vaticanis notavimus: neutra tamen adhuc habemus tranſcripta: interim legimus quæ ſunt apud Lipomanum, ubi non recte prævenitur dies.

Z' Ἑβδομάτῃ δαὶς ΣΩΖΩΝ, τυπτόμενος χεῖα λαμπρῶν.
VII Id. SOZONEM occidit flagris lux ſeptima cæſum.

Pompejopoli in Cilicia ſub Maximiano, etiam hodierno Romano adſcribitur. Acta Græca duplicia habemus.

H' Ἐξάγαγε πρὸς φῶς ΘΕΟΜΗΤΟΡΑ ὀγδόῃ ANNA.
VI Id. CHRISTIPARAM luci bis quarta protulit ANNA.

Titulus hodiernæ diei in Menæis eſt Natalis ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ: *auctores vero Officii totius nominantur Sergius & Stephanus Hagiopolita, Germanus Patriarcha, Domini Andreas & Joannes: plures autem in Mſs. extant Græcæ orationes auctorum perquam celebrium, ac nominatim Leonis Auguſti, quæ una cum aliis nonnullis Græco-Latine edita eſt in Auctario Bibliothecæ Græcorum Patrum a Franciſco Combefiſio.*

Θ' Ἠϊθέων ΤΟΚΕΩΝ ΘΕΟΜΗΤΟΡΟΣ ἔρχεται ἐνάτῃ.
V Id. Juvenias nona GENITORUM feſta MARIÆ.

Scilicet Joachim & Annæ, *qui a Latinis ſeorſim coluntur, hæc 26. Julii, iſte 20. Martii.*

Τριημερίαι δεκάτῃ ΔΩΡΩΝΥΜΟΙ ἔκτανεν αἱ ΤΡΕΙΣ. Γ'
TRES decima occumbunt quibus ultima ſyllaba DORA. IV Id.

Scilicet MENODORA, METRODORA, NYMPHODORA, *Sorores Martyres ſub Maximiano in Bithynia: quarum & Acta habemus Græce, & in Romano hodierno expreſſa nomina.*

Ἑνδεκάτῃ πύματον ΘΕΟΔΩΡΗ ὕπνον ἰαύει. IA'
Dormiit extremum undecima THEODORA ſoporem. III Id.

Alexandrina pœnitens ſub habitu monachico, etiam hodierno Romano adſcripta. Acta Græca habemus.

ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ λίθοισι δυωδεκάτῃ κατελεύσθη. IB'
AUTONOMUS ſaxis duodena luce necatur. Pr. Id.

Sub Diocletiano Epiſcopus & Martyr in Bithynia, cujus Acta habemus Græce, & nomen ex hodierno Romano recitamus.

Μνήμη τῶν ἐγκαινίων τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως, καὶ προεόρτια τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος ΚΟΡΝΗΛΙΟΥ τοῦ ἑκατοντάρχου. IΓ'
Memoria encæniorum ſanctæ Chriſti ac Dei noſtri Reſurrectionis, & Profeſtum Exaltationis venerandæ ac vivificæ crucis, & ſancti Martyris CORNELII Centurionis. Idibus

Poſtremo nominatus colitur a Latinis 2. Februarii, ubi Acta ex Mſ. Græco dedimus. Dedicatio autem templi ſancti Sepulchri *(ſic enim magis appellant Latini) facta eſt ſub Imperatore Conſtantino & Epiſcopo Hieroſolymitano Macario, cui ſtatius fabricæ cura fuerat a Cæſare demandata.*

Ὑψοῦται δεκάτῃ ΣΤΑΥΡΟΥ ξύλον ἐν δὲ τετάρτῃ. IΔ'
Tollitur ad decimam quartam venerabile LIGNUM. XVIII Kal.

Πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ βλῆθη καμίνῳ ΝΙΚΗΤΑΣ. IE'
NICETAS decima quintaque immittitur igni. XVII Kal.

Martyr Gothus ſub Athanarico circa Danubium, cujus Acta Græca habemus, nomen autem hodierno Romano addidit Card. Baronius.

Τῇ ἑξ καὶ δεκάτῃ ΕΥΦΗΜΙΑΝ κτεῖνεν ἄρκτος. IϚ'
EUPHEMIA decima & ſexta mordetur ab urſa. XVI Kal.

Martyr Chalcedone, *antiquis faſtis Latinis æque ac Græcis nota, cujus præclara Acta & editis hactenus meliora habemus. Allatius ait vidiſſe ſe orationem Conſtantini Epiſcopi Tii in Inventionem ſacrarum ejus Reliquiarum, quam nobis non repertam, inveniri optamus.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΑΓΑΠΗΝ σφάξεν ΕΛΠΙΔΑ, ΠΙΣΤΙΝ. IZ'
ELPIDA, PISTIN, AGAPEN decimam poſt tertia XV Kal. mactat.

Coluntur *a Latinis 1. Auguſti, Latinis nominibus* FIDES, SPES, CARITAS. *Sorores Martyres Romanæ: quarum non ſolum Latina Acta, ſed & Græca triplicia partim habemus, partim vidimus Venetiis ac* Mediolani, *quæ necdum nobis tranſcripta ſunt: habemus autem Græce, quæ Latine reddenda Lipomanus curavit.*

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ θνῆ ΕΥΜΕΝΙΟΣ μεγαλήτωρ. IH'
Occidit EUMENIUS decima octava generoſus. XIV Kal.

Epiſcopus Martyr Gortynæ in Creta, inſcriptus hodierno Romano, cujus utinam Acta haberentur!

ΙΘ' xiv Kal. Ἔννεα δ' ἐνάτῃ ΤΡΟΦΙΜΟΝ σίμον ἐδὲ συνάθλους.
Cum Socius TROPHIMUS nona decimaque necatur.

Scilicet cum SABATIO & DORYMEDONTE, *Synnadæ in Phrygia ſub Probo. Acta Græca habemus: nomina in hodierno Romano legimus.*

Κ' xiii Kal. Εἰκάδι ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ γενεὴ ἅμα σὺν φιλέ παίδων.
Vicena EUSTATHIUS domus & tota in bene flagrat.

Uxor ſcilicet & filii duo, idque Romæ. Sunt & Latinis & Græcis celeberrima ex Actis utraque lingua ſcriptis; quibus an non aliquid Poëtica inventionis permiſtum ſit, erit ſuo tempore diſcutiendum. Legatur interim noſtri Athanaſii Kircheri hiſtoria Euſtachio-Mariana, qua admiranda D. Euſtachii ſociorumque Vita ex variis auctoribus collecta; locus, in quo eidem in Monte-Vulturello Chriſtus inter cornua cervi apparuit, noviter detectus; eccleſia quoque B. M. V. quam eodem in loco a Conſtantino Magno conditam, S. Silveſter Papa I. ſolenni ritu conſecraſſe traditur, ſummo ſtudio inquiſita, deſcripta, nec non variis antiquitatum monumentis illuſtrata, e denſis quibus huc uſque delituerunt tenebris, in publicæ lucis bonum educuntur 1665.

Εἰκάδι ϖρώτῃ τὸν ΙΩΝΑΝ γαῖα κάλυψεν.
Prima & vicena tumulo occultatur JONAS.

Hic Propheta Romano etiam hodierno inſcribitur.

ΚΑ' xi Kal. Εἰκάδι ϖρώτῃ ΚΟΔΡΑΤΟΣ εὗρεν ἄεθλοις.
Certando invenit palmam CODRATUS eadem.

Epiſcopus Athenienſis, Quadratum *Latini ſcriberent, qui eum hoc nomine colunt 26. Maii: quando & nos de eo.*

ΚΒ' x Kal. . . . Τῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος ΦΩΚΑ.
. . . . Sancti Hieromartyris PHOCÆ.

Idem de quo jam actum ad 23. Julii, hic ſolum addo recentiora quædam Græca apud nos eſſe, in quibus ei & datur titulus Thaumaturgi.

ΚΓ' ix Kal. Εἰκάδι τῇ τρίτῃ γαστὴρ λάβε ΠΡΟΔΡΟΜΟΝ ἄνω.
PRODROMON includit vigeſima tertia in alvum:

In titulo feſti ſcribitur Σύλληψις Conceptio: *non quod ipſa proponatur uti ſancta in ſe, & cultu religioſo digna, ſicuti ex pio communique Eccleſiæ ſenſu proponitur* Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio: *ſed propter myſteria ipſius diei, quæ vere ſancta nativitas Joannis, cum muneribus Præcurſoris eidem divinitus conceſſa, indicata eſt Zachariæ patri ejus ab Angelo: quod & ipſa imagine expreſſum voluerunt Græci, a quibus hoc feſtum longe aliter pingere didicerunt* Moſci, *quam pingant feſtum Conceptionis Marianæ.*

ΚΔ' viii Kal. Εἰκάδι ἀμφὶ τετάρτῃ πέμψεν ἐδέξατο ΘΕΚΛΑ.
Vicena quarta indulta eſt dimiſſio THECLÆ.

Megalo-Martyra & Apoſtolis æqualem *appellant Græci: Latini eam antiquitus colunt die præcedenti. Acta ejus Baſilius Seleucienſis Epiſcopus, & poſt hunc Simeon Metaphraſtes, utraque (quamvis priora ſint uno, quem ſuppleri vellemus, loco mutila) edidit Græco-Latine Petrus Pantinus Decanus Bruxellenſis. Reliquiæ corporis Mediolani eſſe creduntur in eccleſia Cathedrali. Obiit autem incruenta morte, poſt varios cruciatus ſuperatos, quo alludit carmen.*

Εἰκάδι ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ ϖέμπτῃ τέθνηκεν ἀσπασίως. ΚΕ' vii Kal.
Attulit EUPHROSYNÆ mortem vigeſima quinta.

Alexandrina hæc Virgo, filia Paphnutii, in Ægyptio aliquo monaſterio ſub virili habitu latuit: nominatur autem in antiquioribus Martyrologiis Latinis 1. Januarii; in aliis multis minus antiquis 11. Februarii, quando elegimus ejus Acta (quæ Græce etiam habemus) dare, propterea quod eam tunc ſolennius colat totus Ordo Carmelitanus, etſi non inveniremus, quare, præ tam multis longeque illuſtrioribus Orientalis monachiſmi Sanctis, hanc Ordo iſte colendam ſibi aſſumpſerit. Nunc invenio apud noſtrum Albertum Kojalowicz, S. Euphroſynam Virginem, Ducis Polociæ filiam, *quæ monialis facta, extructo in ſuburbiis S. Salvatoris monaſterio, mortua eſt Hieroſolymis 23. Maii circa annum 1173. in monaſterio Deiparæ, vulgo Ruſſo, ſepulta. Hinc occurrit ſuſpicari, quod Rutheni aliqui ex eo monaſterio monachi, urbe ſancta a Saracenis, una cum Latinis Chriſtianis omnibus emigrantes, evexerint ſecum in urbem Acconenſem, quæ deinde Patriarchæ Sedes fuit, iſtius ſuæ Sanctæ contorrancæ corpus vel reliquias ejus notabiles: quæ deinde beneficio B. Alberti Legiſlatoris Carmelitarum, vel ſucceſſoris ejus alicujus, in eorum poteſtatem tranſierint, occaſionemque dederint ipſam confundendi cum antiqua* Euphroſyna, *colendique eo die quo inſcripta hæc erat Breviario Gallicano, ad eccleſiæ ſancti Sepulchri uſum traducto, atque inde a Carmelitis aſſumpto.*

Πρὸς γ' Θεὸν μετέβη ΒΡΟΝΤΗΣ-ΠΑΙΣ εἰκάδι ἕκτῃ. ΚϚ' vi Kal.
Sexta TONITRUGENAM & vigeſima mittit ad aſtra.

Scilicet S. Joannem Theologum *ſive* Evangeliſtam, *cui & Jacobo fratri Chriſtus impoſuit nomen* Boanerges. *Latini colunt tranſitum ejus 27. Decembris.*

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ φάσγανον ΕΠΙΧΑΡΙΣ ἔτλη. ΚΖ' v Kal.
EPICHARIN gladio vigeſima ſeptima tollit.

Dicitur Romæ paſſa ſub Diocletiano, interim nulla ejus Acta Latina vel Græca habentur.

Εἰκάδι ὀγδοάτῃ ΧΑΡΙΤΩΝ θεῷ γέραιρα Χριστῷ. ΚΗ' iv Kal.
Vicena octava CHARITON tibi, Chriſte, ſacratur.

Celeberrimi in eremo Hieroſolymitana monaſterii conditor, cujus Vita cum in Lipomano & Surio extet (habemus autem eam etiam Græce) mirabar in Romani Martyrologii amplificatione fuiſſe a Card. Baronio præteritum Charitonem, præ tot aliis minoris longe notæ Orientalibus. Sed cum Acta illa inſpexi propius, vidi tantum in iis perſonarum ac temporum confuſionem, ut vix potuerim dubitare quin de induſtria eum prætermiſerit Baronius, eo quod ad Annalium ſuorum tomum tertium progreſſus, clare cognoſceret, quam parum ſolido fundamento nixus de Sancto iſto egerit in ſecundo tomo, quaſi ſub Aureliano Imperatore fidem confeſſus anno 275. dein ante ejuſdem ſeculi finem habuiſſet ædificatam Lauram & monachos in ea collectos, mortuus circa an. 304. Invenit enim Baronius, quod Sanctus iſte gloriaretur coram Præſide ſe eſſe diſcipulum Theclæ & Pauli, *& deinde vidit nominari* Macarium *Hieroſolymorum Epiſcopum, qui dedicavit eccleſiam a Charitone conſtructam, quod fieri non potuit ante ejuſmodi facultatem Chriſtianis a Conſtantino factam, certo non prius quam* Macarius *ordinaretur Epiſcopus, quod primum factum eſt circa ann. 326. cum jam in Palæſtina floreret* Hila-

Digitized by Google

Hilarion, monachorum in eadem, Hieronymo teſte, omnium primus. Fatetur Metaphraſtes vitæ auctor, nihil eorum quæ narrat, ſcriptum inveniſſe ſe, ſed ſolum per traditionem accepiſſe, ſeque eo nomine excuſari petit. Quis autem ignorat, quam facile perſonas ac tempora confundat traditio? Exemplum habemus in eo, qui Baronium & alios ſæpe ſecutus & hic Metaphraſtem decepit, Aureliano, *accepto pro hujus nominis Imperatore, loco ejus qui Princeps ſeu Comes utriuſque Militiæ ſub Trajano præfuit Iſauriæ, cujus caput Iconium, patria Charitonis & Theclæ. Et ſic Martyr* Chariton, *paſſus ante annum Chriſti 116, ac forſitan die 3 Septembris, in viva calcis fornace conſumptus, confuſus fuerit cum alio multo juniore, non Iſauro ſed Palæſtino: qui potuerit juvenis ſub Licinio fidem eſſe confeſſus, ac deinde circa annum Chriſti 330, ſumpto ab Hilarione vitæ monaſticæ exemplo, Laurarum conſtruendarum feciſſe initium. Ecce quam modica in hiſtoriis tractandis diſcretio adhibita, vanum eſſe oſtendat conatum eorum, qui undequaque colligunt paleas, ad monaſtici Status originem in Palæſtina altius quam par eſt fundandam; ſeque exiſtimant, contra expreſſiſſimam S. Hieronymi ſententiam irrefragabile teſtimonium reperiſſe.*

Σχυλιβίρῳ δ' ἐνάτῃ μίοεν εἰκάδι ἁ ΚΥΡΙΑΚΟΣ. ΚΘ'.
CYRIACUM fecit vigeſima nona ſilere. 3 Kal.

Fuit S. Euthymii diſcipulus, & in prædicto S. Charitonis monaſterio Hegumenus, hodierno Romano inſcriptus QUIRIACUS, *quod eodem redit: Habemus geminam ejus Vitam Græcam, quarum alteram compoſuit Metaphraſtes, & in utraq; dicuntur* ſcyllæ *coctæ ordinarius ejus cibus fuiſſe.*

Ἀρμενίης μεγάλης θεῖον ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ τριακοστῇ. Λ'
GREGORIUM Armeniæ tollit trigeſima magnæ. 2 Kal.

Floruit tempore Conſtantini Magni, regionis illius Apoſtolus, meritoque adſcriptus eſt hodierno Romano; ſed quæ a Metaphraſte *conſcripta apud Lipomanum extat prolixa ejus vita, contracta ex alia longe prolixiori quam ſub nomine Agathangeli veluti coævi habemus Græcam, vereor ne multis fabuloſis additamentis prodigioſius amplificata ſit quam veriſimilitudo patiatur.*

SEPTEMBER

MOSCORUM FIGURATUS

I SYMEON ✠ Stylites.

Primus hic ut Græcorum ſic & Moſcorum menſis eſt, in cujus tabula prima ac ſecunda linea, literis ΓΡ, *τοῦ* ſi*gnificatur, per* OM *vero &* M. Ὁσιομάρτυς Μαρτὺς *deſignatur: quorum deinceps cum ratio non habeatur, neque ego ejus rationem habere volui.*

II MAMAS ✠ Martyr.
IOANNES † Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Potnica, *id eſt* Νηστευτὴς Jejunator *cognominatus, vixit ſub Iuſtino, Tiberio & Mauritio Imperatoribus: Vita utinam aliqua extaret.*

III ANTHIMUS ✠ Epiſcopus Martyr.
THEOCTISTUS † Monachus

Socius S. Euthymii, de quo ad hujus Vitam multa diximus 20 Ianuarii, illius vero ſeorſim ſcriptam Vitam extare nullam ſcimus.

IV BABYLAS ✠ Epiſcopus Martyr, *cum tribus pueris: Poſſevino perperam* Bobilus.

V MOYSES ✠ Propheta. *Etiam a Latinis antiquitus hoc die colitur.*

VI ZACHARIAS ✠ Pater S. Ioan. Bapt.

SYNAXIS ARCHANGELI MICHAELIS. ✠

Qui hic ante eccleſiam diadematus aſſiſtit velut Sanctus, eſt Presbyter Archippus, *cui ea revelatio facta eſt, cujus etiam Vita ipſi narrationi miſcetur, & nomen cum titulo Sancti præfigitur eidem narrationi in quodam Bibliotheca Ambroſiana Manuſcripto.*

VII SOSON ✠ Martyr.
EUDOCIMUS, *an* EUDOXIUS? Martyr.

Priori nomine nullus hoc menſe uſpiam, poſteriori reperitur unus, & quidem die præcedenti in Menæis cum ſociis Zenone & Romulo, *quorum Acta Græce habemus: nomina autem Romano hodierno inſcripta ſunt die 5.*

NATIVITAS VIRG. MARIÆ. ✠ VIII

IOACHIM & ANNA ✠ Parentes Deiparæ, IX
SEVERIANUS † Martyr.

Sebaſtæ in Armenia ſub Lycinio: nomen reperies in hodierno Romano, Acta Græca nos habemus, nova forſan Latinitate donanda.

MENODORA, METRODORA, NYMPHODORA ✠ Sorores Martyres. X

Poſſevinus, neſcio qua contractione, ſcribit nomen Marc. Rutdonæ.

THEODORA ✠ Pœnitens Alexandrina. XI

Nomini ejus ΓΡ *perperam præfigitur loco* ΜΡ; *id eſt* τοῦ..., *loco* μάρτ.

AUTONOMUS ✠ Epiſcopus. *Poſſevino minus recte* Autonechus. XII

CORNELIUS ✠ Centurio. *Creditur poſtea factus Epiſcopus in pace obiiſſe.* XIII

EXALTATIO SANCTÆ CRUCIS. XIV

PHILOTHEUS ARCHIEPISCOPUS. XV

Quod hic additur Nidagrada; *perſonamque notiorem facere deberet, magis confundit, perſuadet tamen indigenam eſſe: licet enim Græci etiam habeant colantque hoc die* Philotheum *quemdam miraculis clarum, cujus Vitam inveniri multum optaremus; colunt eum tamen cum titulo* Presbyteri: *hic vero* Archiepiſcopum *tum epigraphe addita, tum veſtis ipſa loquitur. Habuit quidem etiam Conſtantinopolis Philotheum Patriarcham qui anno 1367 ad Catholicam unionem propenſum ſe oſtendit & Orationes plures de Sanctis laudantur ab Allatio, ſed neque prædicta unio plenum ſucceſſum habuit neq; ſolum ſchiſmaticus ſed etiam hæreticus* Philotheus *iſte fuit, qui teſte eodem Allatio Diſſ. 2 de libris Eccleſ. Græcorum pag. 125* Palamæarum ſectator partium, multis contra Latinos invectus eſt; multum etiam laboravit pro Palama; illiuſque hæreſes, a pleriſque Græcis oppugnatas, damnatis defendit ſcriptis & operibus; tandemque ipſum Palamam inter Sanctos retulit.

tulit, & Officium in ejus laudem compoſuit; *nec unquam ſcitur ab errore iſto reſipuiſſe. Hunc ergo ſi a Græcis Moſchi acceperant honorandum ut Sanctum, decepti ſunt ut in aliis circa fidem multis. Interim quærendum reſtat non fuerit &c. fuerit Kijovienſium Metropolitarum Sanctorum unus, cujus corpus, in loco* Nidzgrad *dicto quieſcat, de quo plura conveniat ex Ruthenis diſcere, una cum ætate qua floruit. Non enim audeo* Novogrodum *ſuggerere, urbem in Ducis Moſcoviæ ditione opulentam, amplam & Epiſcopalem.*

NICETAS ✠ Martyr Gothus,

XVI EUPHEMIA ✠ Virgo Martyr.

XVII FIDES, SPES, CARITAS, ET MATER SOPHIA ✠

Inintelligibile eſt, quod Poſſevinus bis habet, nomen S. Mart. Verſolinæ,

XVIII EUMENIUS ✠ Epiſcopus Martyr,

XIX TROPHIMUS, SABATIUS, DORYMEDON ✠ Martyres.

Et hic Trochipeum *ſibi finxit Poſſevini interpres,*

THEODORUS Monachus.

Ignotus mihi: ſuſpicor autem vel indigenam eſſe, vel ad gentis converſionem aliunde advectum: quid enim aliud perſuadere poſſint Regali duo, velut diſcipuli, ac forſan ut Martyres, ante eam conſtituti? quorum etiam indicari videntur nomina NYAD & IEGO.

EUSTATHIUS, TATIANA ✠ Conjuges Martyres,

XX *Veriori nomine ſcriberetur* Trajana: *filiorum autem hic adjunctorum nomina fuiſſe dicuntur,* Agapius & Theopiſtus.

MICHAEL PRINCEPS Zernichovienſis.
THEODORUS *ejus* famulus.

Horum ſub Batyro Ruſſiæ tyranno martyrium, habemus ex antiquis Genis monumentis deſcriptum, & a Vilnenſi Archiepiſcopi Suffraganeo approbatum, ſed brevi ſatis epitome. Prolixiorem hiſtoriam qui ſuggeſſerit, bene de patriis Sanctis merebitur.

CODRATUS ✠ Apoſtolus.

XXI *An* Condratum *pronuntient Moſci neſcio, hic certe expreſſum videtur N & interpres Belga etiam ſic legit: Poſſevino ineptius obtruſum fuit nomen* Apoſt. Conradi.

IONAS ✠ Propheta.

XXII. *Fortaſſis ad diem ſuperiorem more* Græcorum *referendus, incuria ſculptoris hic ponitur.*

PHOCAS ✠ Epiſcopus Martyr.
IONAS PRESBYTER † Monachus

Inter Sabaitas, vixit, pater SS. Theodori & Theophanis Confeſſorum qui coluntur 27 Decembris: ipſe autem a Menæis refertur die præcedenti, nec vitam habet ab Actis filiorum diſtinctam quæ habemus Græce.

In triptycho Moſcovitico, infra proponendo, poſt SS. Petrum & Alexium Metropolitas *Kiovienſes, proponitur quidam* S. Ionas *eodem in habitu, ut videatur ſucceſſorum eſſe aliquis, ſed quo die colendus, quibus miraculis clarus, nos latet.*

CONCEPTIO IOANNIS PRODROMI. ✠

XXIII THECLA ✠ Virgo Martyr.

XXIV *Poſſevinus hæc omiſſa ceteras ex ordine ſequentes uno die anticipat: atq; ita in fine domum deſtitutus Sanctæ, notat,* Decſt.

EUPHROSINA ✠ Virgo ſacra.

XXV

OBITUS SERGII RADOZNIESKAGO.

Ita litteratim legendum cognomen docet interpres Belga. Habemus inter alias huc ſpectantes Vitas, a Vilnenſi Suffraganeo approbatas, Vitam hujus S. Sergii Abbatis: *qui Roſtovia natus, cum parentibus* Raduznam *migravit (unde cognomen ei manſiſſe apparet) ibidemque extruxit cœnobium ſanctiſſimæ Trinitatis; quod ab urbe Moſcua diſtare 60* P.M. *ſcribit Poſſevinus, omniumque totius Moſcoviæ celeberrimum opulentiſſimumque ac numeroſiſſimum eſſe hodieque auctores docent, ad ducentos trecentoſque monachos in eo commorari aſſerentes, ipſo Magno Duce quotannis ad viſendum incorruptum Sergii corpus egrediente. Vitam (quam habemus a coævo, ex ore teſtium oculatorum imprimis Iſacii diſcipuli, ſcriptam) mortem ejus conſignat anno 6 ∞ 800, 25 Septembris: annus autem iſte (ſecundum Allatianam tabulam, Diſſertationi ejus de Dominicis & hebdomadibus Græcorum recentiorum præfixam, ex uſu inter commercia & congreſſus familiares communi) eſt Æra Chriſtianæ vulgaris annus 1292. Hinc apparet vel Poſſevinum vel interpretes ejus inſigniter erraviſſe, quando ſub annum 1582 ſcriptum de cultu hujus S. Sergii, ſuggeſſerunt eum* onde viginti annis ab inde mortuum *fuiſſe, pro annis ducentis nonaginta. Quo errore correcto, extra ſuſpicionem ſchiſmatis, juxta conſtitutum a nobis principium, manet fama tanti uſque in hodiernum diem Thaumaturgi & integro etiamnum corpore ſpectabilis. Quare vehementer optamus miraculorum ejus ſeriem & prolixiorem Vitæ hiſtoriam, ſi qua extat, naneiſci.*

IOANNES BOGOSLOB, *id eſt*, Theologus. ✠ XXVI

Ita eum Joannem Evangeliſtam *paſſim appellant Græci.*

CALISTRATUS † Martyr. XXVII

Baronius, Acta apud Lipomanum, quæ nos Græca habemus, ſecutus, ad ſequentem diem ipſum inſeruit Romano hodierno.

CHARITON ✠ Monachus. XXVIII

CYRIACUS ✠ Monachus. XXIX

GREGORIUS ✠ Armenorum Apoſtolus. XXX

Hic menſis uti primus Moſcis eſt æque ac Græcis, ſic habebat in fine quarta quintaque linea (nam prototypa noſtra quinque habent Sanctorum ordines, quos ad quatuor redegimus) habebat inquam, in fine duarum ultimarum linearum notatum Annum & Indictionem, quo tabula ſculpta vulgataque ſunt. Ita ſcilicet ut ſupra quartæ ſeriei ultimum, poſt verba quibus conceptio Ioannis Prodromi *indicatur, inveniantur hæ litteræ* ζρλϛʹ *quibus notatur annus, Mundi juxta Allatium 7 ∞ 136, Æræ noſtræ vulgaris 1628: ſupra ultimum autem loculum quintæ ſeriei, qui in prototypo eſt duplo amplior, poſt nomen* Gregorii *legebatur* INΔIT. *βι, id eſt, 12: quæ non uſquequaque concordant: nam dicto anno tam Mundi quam Chriſti, ſecundum Allatium noſtrumque uſum, ſolum fuiſſet numeranda* Indictio 11. *Oportet ergo exiguam aliquam inter hodiernos Græcos Moſcoſque differentiam agnoſcere, quoad combinationem Annorum* Mundi *& Indictionis, quæ non meretur nos hic morari. Ad ejuſdem* S. Gregorii, *Septembrem claudentis, pedem ſtauri ſcripta erant litteræ* Θ.M. *quas defectu loci noſtro in ectypo permiſimus omitti. An iis ſignificetur* Menſis nonus *anni Græci ac Moſcovitici, qui nobis* Majus *diceretur; an nomen ſculptoris vel propolæ, per litteras initiales notetur; an aliud denique, non divino. Solum hic excuſo & finio menſem, quod figuras in Ectypo, quamvis rudes oblongas ac teretes delineator noſter craſſiculas omnes ac puſillas fecerit in hoc primo ſui operis tentamento: quod deinde monitus, curavit emendare in aliis, ſeque magis conformare prototypo.*

OCTO-

OCTOBER
GRÆCORUM METRICUS

A' Kal. ΛΕίψεν ΑΝΑΝΙΑΣ Ὀκτωβρίῳ αἵματι πρώτῃ.
ANANIAM Octobris tinxere cruore Kalendæ.

S. Pauli Apoſtoli Baptizator, colitur a Latinis 25 Ianuarii. Allatius dicit quod Paſſionem ejus ſcripſit Barſaphta quidam, ac juxta Martyris cadaver repoſuit, quam cuperemus invenire: inventam tamen haud facile crederemus auctoris coævi opus eſſe.

B' 6 Non. Τμῆθη δ' ἄορι δευτέρῃ σὺν ΙΟΥΣΤΙΝΗΣ ΚΥΠΡΙΑΝΟΣ.
Jungere JUSTINÆ gladio, CYPRIANE, ſecunda.

Hic Magus, *illa* Virgo *fuit, Antiochia in Syria ſub Decio. Utrumque Damaſci præſide Chriſti tortum ac capite plexum, cum jam* Cyprianus *eſſet* Epiſcopus Carthaginenſis, *tradunt Græci in Menæis, & conſonat Gregorii Nazianzeni de his Sanctis oratio. Ingens ſane error, ex ſola fundatur homonymia: nam* S. Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus *tempore Decii, Afer fuit, coliturque a Latinis, ignotus Græcorum faſtis, 14 Septembris. Antiochenus vero Magus cum Juſtina dici ab iiſdem Latinis paſſus ſub Diocletiano, 26 jam dicti menſis, ſecundum meliora & antiquiora Acta, quæ Latina habemus, & in Vaticana Græca reperimus, ſed necdum curavimus tranſcribenda.*

Γ' 5 Non. Ἀμφὶ τρίτῃ κεφαλὴν τμηθεὶς, ΔΙΟΝΥΣΙΕ, ἦρας.
Tertia ferre caput manibus tibi dat, DIONYSI.

In hoc verſu clare expreſſum vides Dionyſium Pariſienſem, ſecundum id quod vulgo de eo fertur; neque dubitare ſinit epitome Actorum, qualia Metaphraſtes compilavit, perſuaſus Areopagitam Dionyſium *eumdem eſſe, qui fuit Pariſienſium Apoſtolus, & a Latinis cum Ruſtico atque Eleutherio colitur 9 hujus. Res ea admodum controverſa eſt, neque hic volumus in partem alterutram præjudicare quidpiam, cum tot utrimque ſcripti libelli melius poſſint lectorem inſtruere de totius ſtatu quæſtionis, ſuo tempore opportunius dijudicandæ. Nihilo levior controverſia eſt de libris* Dionyſii Areopagitæ *nomen præferentibus, hujuſne revera, an alterius ſint. Pro Affirmativa nuperrime ſcripſit Petrus Franciſcus Chiffletius noſter: pro negativa habeo epiſtolam eruditiſſimi viri Paſchaſii Queſnel, ejus qui Athanaſianum Symbolum,* Quicumque vult, *Vigilii Tapſenſis Opus eſſe indicavit. In hac epiſtola, perſtrictis ſummatim argumentis triginta quinque Ioannis Morini, in Opere de ſacris Ordinationibus, & aliis alterius eruditi viri quindecim additis, atque eorum aliquibus curioſius excuſſis, eo deducit concluſionem; ut non ſolum credat ſe pro demonſtrato habere Areopagiticorum auctorem, poſt exortas Neſtorii & Eutychetis hæreſes ſcripſiſſe ſeculo 6, ſed etiam probabiliter colligi a ſe putet, quod ex Iudæis prognatus, natione Ægyptius, profeſſione* Monachus, *diſciplina Platonicus fuerit, tantoque contra Neſtorianos zelo actus, ut plusquam par ſit in contrariam Eutychianorum vel Semieutychianorum declinaverit ſententiam; phraſes eis familiares uſurpans, quas tamen Catholice interpretari quis poſſit, fortaſſis & debeat. Chiffletio vero, contra Morini argumenta velut præcipuam arcem occupanti, quod auctor, ſi vere Areopagita non fuit, ſed ejus ſolum perſonam ſibi ſumpſit, haberi deberet* reus ſimulationis ſacrilegæ, *ſuum Vigilium Tapſenſem revocat in memoriam, ante annos ſedecim ab eo vulgatum, in quem, Athanaſii aliorumque Sanctorum Patrum nomina perſonaſque aſſumentem, eadem caderet accuſatio, ſi legitima foret. Hæc ſumma bene longa epiſtola, brevi forſitan lucem viſura.*

Ποῖον σῆμα καλύψε τετάρτῃ ΙΕΡΟΘΕΟΝ; Δ' 4 Non.
Abdidit HIEROTHEUM qualem lux quarta ſepulcro?

Proponitur hic tamquam Epiſcopus Athenarum, & prædicti Dionyſii magiſter: ſed neminem ipſo Dionyſio priorem fuiſſe Athenis Epiſcopum facile poteſt demonſtrari; & fictionem aliquibus ſapiunt omnia quæ de illo referuntur, ſcriptorum quoque illius fragmenta, in Areopagiticis producta, ut ejuſdem plane cum his ſtyli ſic & auctoris eſſe videntur; qui forte nonnihil peccat contra decorem ejus quam alloquitur perſonæ, quando primario S. Pauli diſcipulo ſcribit, quod Hierothei *Theologica elementa a* Timotheo *intelligi non potuerint, hancque ob cauſam ab eodem ſint remiſſa, quod eſt penultimum ex triginta quinque Morini argumentum. Interim ipſe* Hierotheus *Græcorum exemplo eſt hodierno Romano adſcriptus. Hiſpani quidam fabulatores ſub Dextri nomine, eumdem in* Hiſpaniam *protractum oneraverunt titulo primi Epiſcopi Segovienſis, cum injuria S. Fructuoſi, veteris ac certi iſtius urbis Patroni. Quam hujus injuriam eruditiſſimo Commentario amolitus eſt amicus noſter Agropolitanus tunc* Marchio, *nunc etiam Marchio de Mondexar & Comes de Tendilla atque utroque titulo Magnatum Hiſpaniæ, prærogativa ſpectabilis: amolitus eſt autem eam eruditiſſimo Commentario, primum edito ſub titulo* Diſcurſus *hiſtorici, deinde fuſius tomis duobus (quorum tamen alter necdum prodiit) ſub appellatione Diſſertationum eccleſiaſticarum, pro honore antiquorum Tutelarium contra fictiones modernas.*

Πέμπτῃ βλῆτο λίθοισι καὶ θυμὸν εὗρε ΜΑΜΕΛΧΘΗ. E' 3 Non.
Obruitur ſaxis quinta, expiratque MAMELCHTHE.

Martyr in Perſide populari gentilium furore lapidata hæc eſt, cujus utinam Acta invenirentur. Inſcribitur ea Romano Martyrologio *17. hujus menſis.*

Δὶς τριτάτῃ πέσθη ΘΩΜΑΣ μακροῖσιν ἐν ἔγχει.
Bis terna longis THOMAS configitur haſtis. ς' 2 Non.

Apoſtolus hic colitur a Latinis 21 Decembris: quo die agendum erit de ejus corpore, quod pridem credebatur ex India Edeſſam translatum; ſuperiori autem ſeculo dicitur repertum in primo ſuo ſepulcro Meliaporæ, ad oram Sinus Gangetici, ubi hodieque oſtenditur lapis, ſuper quem mactatus fertur, aliuſque, ad quem cum mare perveniſſet, adventuros e longinquo gentis externæ homines prædixit Sanctus, qui eamdem quam ibi prædicaverat fidem annuntiarent iis populis: quod per S. Franciſcum *Xaverium & ſocios feliciter adimpletum fuit.*

ΣΕΡΓΙΟΝ ἑβδομάτῃ ξίφος ὀκτάτῃ σῶμα δὲ ΒΑΡΧΟΝ. Z' Nonis.
SERGION enſe, flagris BACCHUM lux ſeptima mactat.

Martyres hi Auguſtæ Euphrateſiæ toto orbe celeberrimi, & antiquis etiam Latinorum faſtis adſcripti fuerunt. Acta Græca habemus, ſed expolita a Metaphraſte, ut fortaſſis ſinceriora ſint vetera Latina.

Octava effugit pelagus PELAGIA vitæ. H' 8 Id.
Ὀγδοάτῃ ὑπάλυξε βίου πέλαγος ΠΕΛΑΓΙΑ.

Hi-

Hieroſolymis pœnitens etiam hodierno Romano inſcribitur. Inter Vitas Patrum Vita extat quam ſcripſit Iacobus Diaconus; quamquam etiam a Metaphraſte exornatam habemus Græce.

Θ', 7 Id. Ἀμφ' εἰνάτῃ ΙΑΚΩΒΟΣ ἐνὶ σταυρῷ τετάνυσται.
In crucis ad nonam, IACOBE, extendere ligno.

Eſt hic Alphæi filius, & Latinis nunc colitur 1 Maji, propter confuſionem cum Iacobo fratre Domini, olim autem ut ab eo diſtinctum iidem colebant 22 Junii.

Ι', 6 Id. Ἐτμήθη δεκάτῃ ΕΥΛΑΜΠΙΟΣ, ἥδ' αὖ ΑΔΕΛΦΗ.
Commoritur decima diſſecto EULAMPIA fratri.

Nicomediæ ſub Maximiano paſſi, hodierno quoque Romano adſcripti ſunt. Habemus Græce Acta per Metaphraſten, ut extant Latine edita apud Lipomanum & Surium.

ΙΑ', 5 Id. ΖΗΝΑΙΣ ἐνδεκάτῃ ΦΙΛΩΝΙΛΛΑΙ ἀμφάδις κοῦνῃ.
ZENAIS undecima PHILONILLÆ juncta celebris eſt.

Dicuntur ex Tarſo Ciliciæ Pauli Apoſtoli diſcipulæ, Demetriade in Theſſalia virtutibus & miraculis claruiſſe. Habemus Acta Græca ſolius Zenaidis, in quibus nihil de Paulo aut Philonilla, multoque junior illa eſſe videtur.

ΙΒ', 4 Id. Τμήθη δωδεκάτῃ ΠΡΟΒΟΣ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΤΑΡΑΧΟΣ τε.
Bis ſena occidit PROBUM, TARACHUM, ANDRONICUM.

Martyres ſub Diocletiano Tarſi in Cilicia, etiam Latinis faſtis antiquitus inſcripti; ſed die præcedenti, quando Acta, etiam Græce, dabimus.

ΙΓ', 3 Id. ΚΑΡΠΟΝ καὶ ΠΑΠΥΛΟΝ δεκάτῃ τρίτῃ ἔκτανε χαλκός.
Tertia poſt decimam CARPUM PAPYLUMQUE necavit.

Martyres habentur, prior etiam Epiſcopus Thiatyræ: coluntur que apud Latinos 13 Aprilis, quando eorum Acta Græce ac Latine dedimus.

ΙΔ', 2 Id. Σὺν τρισὶ ΝΑΖΑΡΙΟΣ τμήθη δεκάτῃ γε τετάρτῃ.
NAZARIUS decima & quarta tribus additur enſe.

Sunt hi tres; Celſus puer, qui cum Nazario colitur a Latinis 28 Julii, alii duo Gervaſius & Protaſius, fratres ac Martyres Mediolani, qui ab iiſdem Latinis coluntur 19 Junii. Pro utroque die utrorumque Acta Latina diverſa habemus: hic autem conjunguntur nomina, quia de omnibus hiſtoriam unam conflavit Metaphraſtes, cujus Græcum contextum etiam habemus.

. . . Τῷ ὁσίῳ Πατρὸς ἡμῶν ΚΩΣΜΑ Ποιητοῦ.
... S. P. N. COSMÆ Poetæ (ſubintellige) memoria.

Dies hujus titulum in Menæis hic claudit. Melodum cognominat Allatius, ejuſque Vitam a ſe viſam laudat: quam quia nondum invenimus hactenus, ideo nomen illius hic præter morem indicare volui. Eſt autem ipſe ſecundum Allatium Epiſcopus Majumæ, S. Joannis Damaſceni condiſcipulus, & in conſtituendis locupletandiſque libris ſacrorum cantuum, partem fortitus haud modicam juxta illum fortitus?

ΙΕ', Id. Ἀμφὶ ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ δεκάτῃ θάνεν ἠδὲ πέμπτῃ.
Eius te moritur decima quinta LUCIANUS.

Presbyter Antiochenus & Martyr ſub Maximiano, colitur a Latinis 7 Januarii, quando Acta illuſtravimus, Græcum textum daturi in Supplemento.

ΙϚ', 17 Kal. Ἀμφ' ἕξ & δεκάτῃ ΛΟΓΓΙΝΟΝ ἆορ κατέπεφνεν.
LONGINUS ſexta decima proſternitur enſe.

Centurio hic eſt, Dominum ſub cruce confeſſus. Egimus de eo 15 Martii & Acta Græce ac Latine dedimus, neceſſe habentes eum diſtinguere a Milite: Dominici lateris confixore, quem a λόγχῃ haſta etiam Longinum appellandum antiqui ſtatuerunt, feſtum ejus tali die agentes.

ΙΖ', 16 Kal. Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ νέκυν ΩΣΗΕ περιέζον.
Septima poſt decimam OSEÆ circumvehit oſſa.

Videtur aliqua tranſlatio indicari, de qua notitia quærenda nobis ſupereſt.

ΙΗ', 15 Kal. Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ τέρμα βίου ἔμμορε ΛΟΥΚΑΣ.
Octava decima vitæ finem accipe, LUCA.

Evangeliſta hic, antiquitus etiam a Latinis coli ſolitus hoc die, Medicus fuiſſe ſcitur ex Paulo: Pictorem quoque eum facit pia fidelium credulitas, immixta variis Chriſti ac Deiparæ imaginibus, quæ Romæ & alibi venerationem habent, velut ab illius manu eſſent. Fuerit operæ pretium legere, quæ in hanc rem ſcripſit Abbas Paulus de Angelis in deſcriptione Baſilicæ Mariæ Majoris de urbe lib. 12 cap. 2 & 3, egent tamen illa examine aliquo, quod non eſt hujus loci.

ΙΘ', 14 Kal. Ἐννεα & δεκάτῃ μόρος ἀμφεκάλυψεν ΙΩΗΛ.
Mors decima nona IOELEM ſuſtulit orbi.

Commemoratur apud Latinos 13 Julii, Propheta inter duodecim minores ſecundus.

Κ', 13 Kal. Εἰκάδι ΑΡΤΕΜΙΟΣ τμηθεὶς αὐχένα τμήθη.
Prudenti ARTEMIO ſecuit vigeſima collum

Dux Martyr ſub Juliano, etiam hodierno Romano inſcribitur: Acta Græce habemus, qualia Latine jam extant; ſed non habemus ea quæ ex Philoſtorgio aliiſque collegiſſe Joannem monachum indicat Allatius.

ΚΑ', 12 Kal. Ὕστατ' ΙΛΑΡΙΩΝ κομίσαι εἰκάδι πρώτῃ.
Vicena prima HILARION ſuprema recepit.

Monachus hic in Palæſtina vixit, ejuſque mirabilem Vitam ſcripſit S. Hieronymus, unde etiam Latinis hoc ipſo die notiſſimus colitur. Alia quæ apud Lipomanum & Surium extant ex Græce Acta, jam Græca habemus, non item illa quæ indicat Allatius pag. 124.

ΚΒ', 11 Kal. Εἰκάδι δωδεκάτῃ ΑΒΕΡΚΙΟΣ ἄστρων ἐπέβη.
Bis undena dies ABERCION inſerit aſtris.

Inſeritur etiam Romano hodierno, ut Epiſcopus Hierapolitanus in Phrygia, & Martyr ſub Marco Antonio. Acta Græca habemus.

ΚΓ', 10 Kal. Ἐσθλὸν ΑΔΕΛΦΟΘΕΟΝ τρίτῃ ξύλα εἰκάδι πλῆξεν.
Optimum ADELPHOTHEUM vigeſima tertia mactat.

Jacobus *ſcilicet* Epiſcopus Hieroſolymorum: *quem inter Apoſtolos ſupernumerarium uti ſunt Paulus & Barnabas, & omnino diverſum eſſe a Jacobo Alphæi, uno ex duodecim, oſtendimus 1 Maji: quod & ante nos fecit Franciſcus Maria Florentinius Lucenſis, in Exercitatione 2 ad indiculum Apoſtolorum, ante vetus Romanum Martyrologium eruditiſſime illuſtratum.*

APE-

KΔ'. 9. Kal. ΑΡΕΘΑΣ σὺν γνωτοῖς τέμνεται εἰκάδι τετράδι.
Cum notis ARETHAM quarta & vigeſima cædit.

Martyr hic ſub Dunaan tyranno Judæo, inſcriptus eſt etiam hodierno Romano. Præter Acta quæ ex Græco-Latine extant apud Lipomanum & Surium, habemus alia Græca, & forſan meliora; nec non Latinam paraphraſim, ſcriptam a S. Athanaſio Juniore, Neapolitano in Italia Epiſcopo.

KE'. 8. Kal. Πέμπτῃ ΜΑΡΚΙΑΝΟΝ ἄμυον εἰκάδι ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ τε.
MARTYRIUM & SOCIUM vigeſima quinta cecidit.

Sub Conſtantio Ariano paſſi ſunt hi Conſtantinopoli, Marcianus Lector, *ast* Martyrius Subdiaconus *Acta expolivit Metaphraſtes, qualia Latine extant apud Lipomanum & Surium, nos vero etiam Græce habemus.*

KϚ'. 7 Kal. Εἰκοστῇ μελίαι ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ἕκτῃ ἀνεῖλον.
Vicena & ſexta DEMETRIUM haſta peremit.

Megalomartyr ſub Maximiano Theſſalonicæ, colitur apud Latinos 8. hujus. Multa ſunt quæ de eo habemus Latine ac Græce. Pariſiis tamen in Mazariniana bibliotheca adhuc plura notavimus Græca, per Joannem Epiſcopum Theſſalonicenſem & Demetrium Chryſoloram compoſita, quæ necdum potuimus tranſcripta habere: vidimus etiam varia ejus encomia, ſed nondum illud quod Allatius laudat a Nicolao Cabaſila factum.

KZ'. 6 Kal. Εἰκάδι ΑΜΦΙΠΟΛΟΝ τάμον ἑβδόμῃ ἠδὲ ΚΥΡΙΑΝ.
Cum DOMINA FAMULAM vigeſima ſeptima plectit.

Nempe Capitolinam & Eroteidem, *Martyres ſub Diocletiano in Cappadocia. Acta utinam invenirentur!*

Δουρὶ ὀγδοάτῃ γε ΤΕΡΕΝΤΙΟΣ εἰκάδι τμήθη. KH'. 5. Kal.
Vicena octava dat colla TERENTIUS enſi.

Cum ſociis in Africa ſub Decio paſſus, colitur a Latinis 10 Aprilis: quando cupiebamus Acta etiam Græca dare; ſed ex Codice Mſ. Venetæ Bibliothecæ, in quo ipſa inveneramus, nunquam potui obtinere, quantumcumque inſtiterim.

Τὴν ΑΝΑΣΤΑΣΙΗΝ ἐνάτῃ ξίφος εἰκάδι ὀξύ. KΘ'. 4. Kal.
Cædit ANASTASIAM vigeſima nona ſecuri.

Publii Romani nobiliſſimi uxor, ſub Diocletiano Martyrium paſſa, colitur a Latinis 25. Decembris, cujus etiam die 22. iterum Græci Anaſtaſiam *colunt, non ſatis ſcio an ut diverſam:* Metaphraſtes *certe duas facit in iis quæ collegit Actis: ſed Latina potiora nobis ſunt, ex quibus non facile duas eliciemus.*

Τμῆθε ΖΗΝΟΒΙΗ ἠδ᾽ ΑΔΕΛΦΙΟΣ ἐν τριακοστῇ. Λ' 3. Kal.
ZENOBIAM cæſæ jungit trigeſima FRATREM,

Zenobium *dictum, atque Epiſcopum in Cilicia, ubi ambo paſſi ſunt ſub Diocletiano, ambo etiam Romano hodierno inſcripti. Acta Græce habemus.*

Πρώτῃ ἐν τριακοστῇ ΕΠΙΜΑΧΟΥ αὐχένα κέρσαν. ΛA' 2. Kal.
EPIMACHI collum trigeſima prima recidit.

Martyr Peluſii in Ægypto, cujus habemus Græce ſcripta Acta, ſicut hactenus Latine ſolum extant.

O C T O B E R

MOSCORUM FIGURATUS.

i POKROD VIRGINIS MARIÆ

Sive Protectio a ſaxea pluvia. *Ita interpres Belga: cui potius quam interpreti Poſſevini, jam ſæpius erraſſe deprehenſo, & hic* Coronationem B. Virginis *dictanti, credere velim. Reſtat ut originem & hiſtoriam feſti, Moſcis ut apparet proprii, aliquis diſtinctius nobis explicet.*

ANANIAS ✠ Apoſtolus.

ii CYPRIANUS, JUSTINA ✠ Martyres.

iii DIONYSIUS ✠ Epiſcopus Martyr.

iv HIEROTHEUS ✠ Epiſcopus. *Poſſevino perperam* Erophius.

v CHARITINA † Virgo Martyr.

Sub Diocletiano paſſa, etiam hodierno Romano inſcribitur: & Acta, quæ Latine extant, Græce quoque habemus.

vi THOMAS ✠ Apoſtolus.

vii SERGIUS, BACCHUS ✠ Martyres.

viii PELAGIA ✠ Pœnitens.

ix JACOBUS ✠ Alphæi, Apoſtolus.
ANDRONICUS † Monachus

Idem qui ſupra 6. Maji cum Athanaſia *conjuge: erraverat ſculptor* Moſcus & Jacobo *monaſticum*, Andronico *Apoſtolicum habitum dederat, quod juſſus corrige pictor noſter, idem veſtis genus utrique dedit, neque id jam vacat mutare, utpote ſerius animadverſum.*

EULAMPIUS, EULAMPIA ✠ Martyres. *Poſſevino non bene* Eulatipius. x

PHILIPPUS † unus ex 7. Diaconis. xi

Baptizavit Eunuchum Candacis Reginæ Æthiopum & colitur a Latinis 6. Junii. *Interim vide quæ de quatuor filiabus ejus diſtinguendis a tribus Philippi Apoſtoli, unius e duodecim, diximus 1. Maii.*

THEOPHANES † Confeſſor.

Frater S. Theodori Grapti, *id eſt litteris fronti inuſtis notati ſub Iconomachis. Habentur indiſtincta eorum Acta, quæ etiam Græce dabimus 27. Decembris, quando ſimul commemorantur a* Græcis, *& hodierno Romano ſimul inſcripti reperiuntur. Ceterum melius fuiſſet hic* Theophanes, *quamvis monachus etiam fuerit, expreſſus in habitu Epiſcopali, utpote Metropolita Nicænus. Idem etiam* Poeta *ſeu* Hymnographus *fuit, quod ſellari poterit nomen, pluribus Canonibus ejus præfixum in Menæis.*

MEMORIA S. SYNODI VII. IN NICÆA †

Celebrata eſt hæc ſub Conſtantino & Irene, *anno 787. ad abolendam hæreſim Iconomachorum, & abrogationem pſeudoſynodi Copronymianæ. Memoria iſta agitur ſolenniſſime Dominica poſt 11. Octobris (niſi etiam hæc Dominica ſit) proxime ſequente. Exhibetur autem hic* imago Chriſti ad Abgarum *miſſa, utpote quæ prima in teſtimonium irrefragabile adducta eſt ad ſtabiliendum ſacrarum imaginum cultum. Cur autem nullius deinceps Synodi* me-

memoria fiat à Græcis ex Poſſevino noſtro diſce, ad Magnum Moſcoviæ Ducem, in eamdem deceptionem protractum, ſic ſcribente. Cum Græci viderent ſine uno Paſtore viſibili.... ſeſe nulla umquam poſſe legitima Concilia cogere, ... Romanæ autem Eccleſiæ cernerent auctoritatem ſuam in cogendis ac confirmandis Conciliis generalibus integram reſtare ..., propterea mendacio uſi veritatem tegere voluerunt; quaſi ſeptima Synodus aliorum Conciliorum deinceps cogendorum ſuſtulerit aut tollere potuerit facultatem. Ubinam Chriſtus hoc dixit? Ecquis alligavit verbum Dei? Quis Spiritum ſanctum obmuteſcere fecit, quin emergentibus erroribus & hæreſibus, Eccleſiæ, uſque ad extremum mundi diem, Chriſtianæ concordiæ conſuleret, ac per Concilia generalia generalibus morbis remedium adhiberet? *Ita ille.*

XII PROBUS, TARACHUS, ANDRONICUS ✠ Martyres.

Poſſevini Interpres mirabili contractione Protonarchi *nomen, unicum pro tribus Martyribus hic dictavit.*

XIII CARPUS, PAPYLUS ✠ Martyres. *Poſſevino* Pabilæ *nomen ſuus Interpres obtruſit.*

PARASCEVIA † Virgo Martyr.

Hæc eſt illa quam Græci 26. Julii colunt, quamque Latino nomine Veneram *appellari ſuperius dixi: addo hic, reſpondere nomini utrique vulgare apud Ruſſos nomen* PIATANKA, *id eſt*, ſexta poſt Dominicam, *videlicet* Feria: *ſic enim Rutheni Ferias hebdomadæ numerant ac nominant. Hac autem die videtur celebrari translatio corporis* Jaſſum, *urbem in finibus Walachiæ verſus Moldaviam, ubi inſigne monaſterium Baſilianorum conſtructum fuit, in quibus ipſum ſacrum corpus etiam nunc ſervatur, & hoc die ſolenni populorum ipſorumque Walachiæ Principum acceſſu colitur. Ibi illud ſe vidiſſe, ſpecioſiſſimis indutum veſtibus & adhuc integrum, anno 1644. quando pro Rege Poloniæ legatus ibat ad Magnum Cham Tartarorum, aſſerit nobis Joannes Zuini nunc Sacerdos, & procul a patria vitam tantum non ſolitariam in hac noſtra Antverpienſis urbis frequentia degens. Noveram, iſtic aut eſſe aut fuiſſe aliquam noſtræ Societatis reſidentiam: itaque in ſpem adductus plura diſcendi de hiſtoria vitæ, paſſionis, translationis atque miraculorum, quæ iſtic frequentia fieri dicebantur, ſcripſi in Lithuaniam, indeque a R. P. Adamo Warelkawicz, in eadem miſſione aliquot annis verſato, reſponſum accepi; vera eſſe quæ jam dixi omnia; Conſtantinopoli advectam credi; ſervari in tumba panno rubro obducta, corpus præterea (cujus facies colore fuſca, collumque & pedes ac manus videantur) pretioſis indumentis more gentis indutum, annuliſque pretioſis & margaritis ac vario opere phrygionico ornatum: miracula multa jactari, nulla in particulari referri: feſtum agi menſe Octobri (diei non meminerat) & tunc lingua Græca Vitam legi. De Vita interrogatus, qui cum ſuo Principe & Proceribus Walachiis feſtivitati interfuerat, D. Joannes Bapt. Antonius Tinones, Medicus Venetus, vir prudens ac bene Catholicus, dixit multa ſe audiviſſe ibi talia quæ Sanctorum geſta & vitam dedeceant, multa etiam inconvenientia & abſurda animadvertiſſe: nullos denique e noſtris ibi amplius eſſe, propterea quod locus pæne deſolatus per peſtilentiam, Turcico inſuper jugo prematur: quo fit ut minor ſpes ſit inde accipiendi Vitæ iſtius qualiſcumque exemplar, uti optabam. Optabam id autem, uti cetera ejus generis alia, ad certius de re tota judicandum, deque iis quæ Græce ac Latine ſcripta habere nos dixi fabuloſitatis multæ plena: quare etiam nunc pergo iſta Walachorum ſcripta optare. Ceterum quia rurſum infra die 28. recurrit Paraſceviæ figura ac nomen, dubium manet utrum tali die, an hac 13. colatur Jaſſenſium Patrona jam dicta.*

NAZARIUS, GERVASIUS, PROTASIUS, CELSUS ✠ XIV

Male procul dubio Celſus, *qui puer fuit, exprimitur a Moſcis in hac tabula in habitu Senatorio, ut vir bene barbatus: ſculptor noſter prototypon ſuum ſecutus eſt, ut juſſus fuit. Quid ſibi apud Poſſevinum hic velit nomen* S. Mart. Oſatii, *non capio.*

SANCTUS NICOLAUS Monachus

Ita pro voce Sbiatopſa *aut ſimili, quod ſuperne legitur, Belga noſter legit vocem* Sanctus: *an recte, judicabunt Rutheni, quorum proprius omnino mihi videtur hic eſſe, ac proinde ab iis expectanda notitia, quæ porro deſideratur.*

LUCIANUS ✠ Presbyter Martyr. *Poſſevino male ſcriptus* Lucrinus. XV

EUTHYMIUS Monachus

Quis aut cujas, incompertum mihi eſſe fateor, & aliunde doceri peto: Menæa hic recitant hiſtoriam anonymi monachi ex Sceti, qui ſub excommunicatione exiſtens propter apoſtaſiam a monachatu, Martyr obierat Alexandriæ, ac poſt ea ſub altari poſitus ut talis, conſpectus eſt cum Neophytis exire tempore Sacrificii, uſque dum ab eo vinculo ſolveretur per ipſum a cujus obedientia receſſerat: quod an huc referri poſſit, conſiderent alii.

LONGINUS ✠ Martyr. XVI

OSEAS ✠ Propheta. *Non* Joſias, *uti apud Poſſevinum legitur.* XVII

ANDREAS † Monachus

Sub Copronymo fœde raptatus, amputatoque pede mortuus & ſepultus in Criſi *juxta C.P. unde cognomentum ei manſit. Acta ejus Græca habentur ſcripta a Simeone Metaphraſte, & apud Lipomanum ac Surium Latine legenda, unde etiam in hodiernum Romanum tranſiit.*

LUCAS ✠ Evangeliſta. XVIII

VARUS † Martyr. XIX

Sub Diocletiano, cum ſeptem ſociis monachis, in Ægypto paſſus, hodierno Romano adſcribitur. Acta quæ Græca habemus Metaphraſtes adornavit.

JOEL ✠ Propheta.

SADOTH † Martyr Epiſcopus

Cum ſociis 128. Martyrium ſub Sapore pertulit, & a Latinis colitur 20. Februarii, ubi Acta ex Græco Ms. dedimus: potuiſſet ei ſupra planetam ſeu caſulam Sacerdotalem Pallium Epiſcopale hic dari, ut Epiſcopis aliis, ſi ita in prototypo fuiſſet inventum.

XX ARTEMIUS ✠ martyr.
CLEOPATRA Sanctimonialis.

Suum ante ſe filiolum nobiliter veſtitum hic habet: ſed quæ ſit & cujas necdum comperi, ac ne aliquam quidem ejus nominis Sanctam in hactenus viſis Græcorum faſtis. Quid autem ſi Martyrium fecerit cum prole ſub Batyro Ruſſiæ tyranno, & indigena ſit?

XXI HILARION ✠ monachus.
HILARION Epiſcopus Mehlenſis.

Ita nos docuit R. P. Obilewicz, & in Moſcovia eum eſſe Epiſcopatum ſcripſit: reſtat ut ejus ætatem, vitæque hiſtoriam

riam nos doceat aliquis. Torquet etiam me, quod Mehlenſis Epiſcopatus in Ruſſia veſtigium hactenus nullum inveniam, nec urbem, cujus nomen huc accedat.

XXII ABERCIUS ✠ Epiſcopus Martyr. *Poſſevino ſatis inepte*, Archmos.

JOANNES Monachus.

Si non eſt aliquis Indigenarum (quod veroſimilius cenſeo) fortaſſis eſt Chozebita, *quem Græci commemorant ad 28. hujus. Vitam ejus propriam, ſi qua ſcripta extat optamus nanciſci, felicitate ſimili qua invenimus Vitam* S. Georgii Chozebitæ *dandum 8. Jan. in Supplemento, quando etiam aliqua iſtius* S. Joannis *notitia ex ipſa forſan eruetur.*

RESUSCITATIO VII. PUERORUM IN EPHESO DORMIENTIUM CCCLXXII. ANNIS.

Ita Belgicus interpres, & hunc annorum numerum exprimunt litteræ τοβ': conſonant autem huic numero Acta, eoque ipſa quam ſint fabuloſa deprehenditur. Decius enim, ſub quo incluſi fuerunt, anno vulgaris Æræ 249. regnare cœpit; & Theodoſius junior, ſub quo dicuntur evigilaſſe, ultra annum 450. non pervenit. Imperatori in hac tabella Epheſinus Epiſcopus adſtat, Maro *vel* Marinos *nuncupatus. Magis inter ſe diſcrepant nomina Sanctorum, in Græcis Latiniſque Mſſ. relata: cur autem bis commemorentur a Græcis, hac ſcilicet die & ſupra 4. Auguſti, me latet; æque ac ratio ob quam Latini diem 27. Julii iis ſacrum habent.*

XXIII JACOBUS ✠ Frater Domini.

XXIV ARETHAS ✠ Martyr.
ATHANASIUS Metropolita.

Hoc ſaltem veſtis indicat; ſed inter Kijavienſes, quos Kojalovvicz nominat, nullus ſic dictus invenitur: difficile eſt autem inter Patriarchas, alios ejus nominis quam Alexandrinos invenire: quorum primus ac celeberrimus cur hic dicatur poni, nulla apparet ratio.

XXV MARCIANUS, MARTYRIUS ✠ Martyres.
ABRAHAMUS Monachus.

Dum quis aut cujas ſit ignoratur, poterit uſque ad diſtinctiorem notitiam inter Indigenas collocari, & interim illa aliunde ſubmittenda ſperari.

XXVI DEMETRIUS ✠ Megalomartyr.

XXVII NESTOR † Megalomartyr.

Demetrii ſocius, nec aliunde forſitan quam ex hujus Actis notus: propria ſaltem Acta, quæ innotuerint, nulla habens.

TERENTIUS, NEONILLA † Conjuges Martyres. XXVIII

Eſt ergo a Terentio Africano Epiſcopo, quem hoc die Græci primo loco colunt cum ſociis, ut vidimus in Metrico; eſt inquam ab eo diverſus, qui in Menæis poſt ipſam memoratur Neonillæ maritus, & ſeptem Martyrum ex ea pater: cujus Acta ſi extitiſſent, extitiſſet etiam loci ac temporis notitia certior in epitome brevi quam Menæa continent.

PARASCAVIA.

Sitne diverſa ab Jaſſenſium Patrona, hic ad diem 13. laudata; &, ſi diverſa, utro die potius attribuenda ſit famoſior, non ſcio. Kojalovvicz inter Lithuaniæ Patronos nominat S. Przedem *vulgo* Poreskawiam, *Græce* Paraſceven, *Polocenſium Ducis filiam, quæ fundato juxta Polociam S. Salvatoris monaſterio Romam profecta, poſt ſeptem peregrinationis ſacræ annos ibidem 12. Novemb. obiit an. 1239. & a Gregorio X. poſt rigidum miraculorum examen anno 1273. Sanctorum Catalogo eſt adſcripta. Cum ergo ſub eodem Metropolita olim Lithuani ac Ruſſi fuerint, quid prohibet opinari Lithuanam hanc, corpore in patriam relato, obtinuiſſe cultum alterutro dierum, quem* Jaſſenſis Paraſcevia *vacuum relinquet. Interim optandum eſt ut plena vita & examinis pro canonizatione inſtituti Acta alicunde ad nos perveniant.*

ANASTASIA ✠ Martyr Romana. XXIX
ABRAHAMIUS † Eremita.

Cum Maria nepte *hoc die relatus a Græcis eſt: Latini colunt illos 16. Martii, quando Acta Græco-Latine dedimus, alia ab iis quæ concinnavit Metaphraſtes, quæque etiam Græce dari merentur in Supplemento. Oſtendimus enim ex his, eos non in Syria tempore S. Ephrem Diaconi Edeſſeni vixiſſe, ſed diu poſtea prope Helleſpontum, Vitamque ab Ephremo aliquo, non Syro, ſed Græco ſcriptam fuiſſe. Error autem ſculptoris Moſci fuit, quod huic Anachoretæ circumpoſuerit Pallium Epiſcopale.*

ZENOBIUS, ZENOBIA ✠ Martyres. XXX

Poſſevino per interpretis inſcitiam obtruſum hic eſt nomen S. Mart. Zenonis.

EPIMACHUS ✠ Martyr. XXXI
STACHYS, AMPLIAS † Apoſtoli.

Prior Poſſevino perperam Euſtechius; *poſterior nihilo melius in tabula noſtra* Ammuſplias *ſcribitur*. Stachys *quoque Byzantii primus fidem prædicaſſe, & Sedem Epiſcopalem ibidem collocaſſe creditur, eoque nomine inſeritur hodierno Romano.*

NOVEMBER

GRÆCORUM METRICUS.

Α', Kalend. Πρώην ἀνέτρεψε φῶτα Νοεμβρίου ἰατήρας ἐκ γῆς.
Excedunt prima Medicorum lumina terris.

Cosmas et Damianus *videlicet, non Romæ paſſi ſub Carino ad 1. Junii, aut Ægeæ in Arabia ſub Diocletiano, quos Græci colunt 17. & 28. Octobris: ſed Confeſſores in Aſia, filii Theodotes, quorum ab illo jam dicto gemino Martyrum pari diverſa Acta Græco-Latine edita, ſicut diximus, extant.*

Δάμνησιν ΑΦΘΟΝΙΩ ξ τέσσαρσι πῦρ, ἄορ ἄθλον. Β'.
Quatuor Aphthonio junctos negat ignis & enſis. 4. Non.

Sunt hi Acindynus, Pegaſius, Elpidephorus & Anempodiſtus *in Perſide affecti martyrio: quorum Acta Græce habemus, & extant Latine reddita, unde etiam inveniuntur nomina in hodierno Romano.*

Τύψιν ΑΚΕΨΙΜΑΝ τρίτη, λᾶαν δὲ Σπουδήλον. Γ'.
Tertia fert uni plagas, & ſaxa duobus. 3. Non.

Acepſimas *& Socii* Joſeph & Aithalas, *Martyres in Perſide fuerunt ſub Sapore: quos Latini commemorant* 22. *Aprilis, quando Acta Græco-Latine dedimus, uti ea exornavit Metaphraſtes. Alia & forſan antiquiora reperimus gemina, in Bibliothecis Veneta ac Vaticana, quæ nunc vellemus non neglexiſſe, & commendamus requirenda poſteris, Supplementum iſtius menſis facturis.*

Δ'. Σῆμά τοι ἔγγυε τετάρτῃ, ΙΩΑΝΝΙΚΙΕ, χεῦεν.
2. Non. Quarta tibi tumulum ſtruait, Joanicie, dignum.

Abbas hic fuit in Bithynia celeberrimus, cujus habemus Acta Græca, non ſolum quæ Latine extant apud Lipomannum & Surium, ſed & alia gemina, auctoribus Petro & Saba monachis. Inſcriptus eſt ille Sanctus Romano hodierno.

Ε' Τμῆξεν ΕΠΙΣΤΗΜΗ γε ΓΑΛΑΚΤΙΩΝ τ' ἐνὶ πέμπτῃ.
Nonis. Mortua Epiſtema eſt cum Galactione quinta.

Hos quoque Romanum hodiernum a Græcis accepit, Conjuges Martyres Emeſæ ſub Decio. Acta Græca habemus ea quæ apud jam dictos Biographos extant Latina: ſed requirimus quæ ab eorum famulo Eutolmio ſcripta vidit & laudavit Allatius; quamvis metuamus, ne, ut in aliis ſimilibus, ſuppoſititius auctor iſte ſit.

ϛ'. Οὕνεκα ὁμολογεῖ ΠΑΥΛΟΣ Θεὸν ἄγχεται ἕκτῃ.
8. Id. Sexta gulam Paulo Chriſti pro nomine clauſit.

Epiſcopus hic, Conſtantinopoli ſub Conſtantio Ariano Martyr, ærumnis carceris maceratus, denique ſtrangulatus fuit. Acta ejus Græca habemus, & dabimus quando a Latinis colitur 7. *Junii.*

Ζ' Οὐ δ' ἔλαθ' ἑβδομάτῃ ΙΕΡΩΝ ξίφει αὐχένα τμηθείς.
7. Id. Septima non potuit cæſum occultare Hieronem.

Cum Sociis Melitinæ in Armenia paſſus, Acta Latine edita jam habet, quæ nos Græca dabimus, interimque optamus deſcribi quæ ab his diverſa alibi extant.

Η' Ὀγδοάτῃ Οὐρανίοιο κύδαινε στίγματ' Ἀρχόν.
6. Id. Militiæ Princeps octavam cœlitis ornat.

Titulus feſti in Menæis hic eſt, Synaxis Archiſtrategi Michaelis & reliquorum Sanctorum incorporeorum ac cœleſtium Ordinum. *Inſuper feria quavis* 2 *Græci, inter ordinarias, de quibus ultima Julii egimus, Commemorationes, cum Catanyctico ſeu Contritionali Canone jungunt Canonem* de Incorporeis: *utrumque a S. Joſepho Hymnographo acroſtichôs ſeptifariam variatum, pro totidem tonorum diverſitate.*

Θ'. Τῇ δ' ἐνάτῃ τύμβοιο ΜΑΤΡΩΝΑΝ δέξατο χάσμα.
9. Id. Matronæque locum pateſecit nona ſepulchri.

Hæc inter monachos primum, ut eunuchus vixit; deinde monaſterio Virginum Conſtantinopoli præfecta, ea claruit ſanctitate, quam narrant Acta, quæ Latine extant, & a nobis etiam Græce habentur: alia, neſcio an ejuſdem, invenimus Venetiis, ſed necdum potuimus deſcripta habere: uti nec invenire quidem Martyrium S. Matronæ, Tyanis *paſſæ, ab eo qui vidit & interfuit ſcriptum, ut affirmat Allatius; quin neque nomen hujus adhuc in Synaxariis ullis reperimus, eoque magis optamus deſiderata conſequi beneficio diligentiæ alienæ: ſicuti beneficio prælaudati Allatii accepimus prolixam Vitam tertiæ alicujus* Matronæ ex Chio, *ipſius Allatii patria, in qua quia nullum obitus cultuſve diem notatum reperimus, oportebit eam hic collocare, niſi interim aliquis Chius melius nos informet.*

Ἀγρίῳ ἀμφιδέθη δεκάτῃ ἵππῳ γε ΟΡΕΣΤΗΣ. Ι'.
Effero equo decima religatur ſanctus Orestes. 4. Id.

Martyr etiam hic Thyanis in Cappadocia fuit ſub Diocletiano: & forſitan conjuncta ſunt ipſius & Matronæ *jam dicta Acta: nulla certe ſub ejus nomine vel obiter indicata alicubi legimus.*

ΜΗΝΑΣ ἑνδεκάτῃ ξίφος ἔτλη γηθόσυνος κῆρ. ΙΑ'
Undecima gladium Menas fert pectore læto. 3. Id.

Martyr hic in Phrygia invenitur hodierno Romano adſcriptus: Acta Græca & varias variorum de ipſo habemus orationes: nec non miracula ſcripta a Theophilo Epiſcopo Alexandrino.

Ὤχετο ἐκ ζώντων δύο καὶ δεκάτῃ ΕΛΕΗΤΗΣ. ΙΒ'
Exit e vivis, duodena loce Eleemon. 2. Id.

Apud Latinos 23. *Jan. colitur hic* S. Joannes Eleemoſynarius, *Epiſcopus Alexandrinus, quando dedimus Vitam, a Leontio Epiſcopo Neapolis Cypriæ accurate deſcriptam, quam & Græce ſervamus dandam in Supplemento.*

Ἀμφὶ τρίτῃ δεκάτῃ σίγησε ΧΡΥΣΕΑ ΧΕΙΛΗ. ΙΓ'
Tertia poſt decimam compeſcuit Aurealabra. Idibus

Videlicet S. Joannis Chryſoſtomi, *Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui licet* 14. *Septembris obierit, celebritas tamen tanti Natalis differetur in hunc diem, ne ſancta Crucis potior feſtivitas impediatur. Vide quæ de Actis diximus in die Tranſlationis* 27. *Januarii.*

Ἤρτησε κακκεφαλὲς δεκάτῃ ΦΙΛΙΠΠΕ τετάρτῃ. ΙΔ'
In caput decimam quartam appendere Philippe. 18. Kal.

Apoſtolus hic a Latinis colitur 1. *Maii, ubi de filiabus ejus & reliquiis ſcitu digna lector inveniet: quid autem ſit ſuſpendi* κακκεφαλῆς *quæremus ad* 30. *diem hujus menſis, ubi idem de S. Andrea dicitur.*

Πῦρ πέμπτῃ δεκάδι ΑΒΙΒΟΝ τέφει χάλκος ΕΤΑΙΡΟΥΣ. ΙΕ'
Igne Abybum, gladio decima aufert quarta Sodales. 17. Kal.

Scilicet Guriam & Samonam, *Martyres Edeſſæ ſub Diocletiano, etiam inſcriptos hodierno Romano. Acta Latine extant cum encomio, quod Aretham Archiepiſcopum Cæſarienſem profert, & necdum Græce potuimus invenire, ſicut pridem invenimus Acta.*

Ἀκάματον ΜΑΤΘΑΙΟΝ πῦρ δεκάτῃ καῖσεν ἕκτῃ. Ιϛ'
Matthæus ſtrenuus ſexta dena arſit in igne. 16. Kal.

Apoſtolus hic & Evangeliſta colitur a Latinis 21. *Septembr.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ τε μέγας θαῦμ' ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΣ. ΙΖ'
Poſt decimam magnum dat ſeptima Thaumaturgum. 15. Kal.

Gregorius *hic eſt, Neocæſarienſis in Cappadocia Epiſcopus: cujus habemus Vitam, a S. Gregorio Nyſſeno ſcriptam: encomium a Michaele Syncello compoſitum, quod Allatius vidit, necdum reperimus.*

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ ΠΛΑΤΩΝΑ ἄορ κατέπεφνε. ΙΗ'
Octava decima Platonem interficit enſis. 14. Kal.

Martyr Ancyra in Galatia, colitur a Latinis 22. *Julii, quando dabimus etiam Græce Acta, quæ Latina ſolum habentur hactenus.*

Ἐννάτῃ καὶ δεκάτῃ βίον ΑΥΔΙΟΥ ἐξετέλεσσε. ΙΘ'.
Abdias vitam decima nonaque reliquit. 13. Kal.

Etiam hodierno Romano additur hic Propheta, ab antiquis Latinis præteritus.

Εἰκάδι

Κ΄. Εἰκάδι ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ κεκλήσκετο εἰς φίλον αἴθρην.
12. Kal. Gregorium ad latum invitat vigeſima cœlum.

Decapolita *hic eſt, etiam hodierno Romano additus, cujus Vitam & miracula Græce habemus. Utinam etiam haberemus pro hoc ipſo die* Martyrium Ss. Anatolii, Euſtachii & Theopiſti *fratrum in Galatia, quod ſe vidiſſe ſcribit Allatius.*

ΚΑ΄. Βῆ ἱερὸν ΜΑΡΙΗ τιμέντος παρὰ εἰκάδι πρώτῃ.
11. Kal. Ad templum inducit vigeſima prima Mariam.

Feſtivitas hæc, quam noſtra Societas hoc ſeculo plurimum excitavit per Belgium, apud Latinos non admodum antiqua eſt, ſed primum in Europa fuit recepta & Avenione celebrata anno 1372. quemadmodum conſtat ex monumentis repertis inter Scripta Philippi Mazerii Cancellarii Cypri. Monumenta autem illa, una cum altera Vita S. Petri Thomaſii Carmelitæ per Carmeſſonium ſcripta, anno 1666. liberaliter donavimus RR. PP. Carmelitis, eadem typis vulgare cupientibus, uti etiam factum eſt. Atque utinam multo plura & illuſtriora monumenta ſuppeterent, quibus facer iſte Ordo ornari poſſit & locupletari! Ab hoc certe ſtudio non deterrebit importunus quorumdam zelus, quo me ſibi, ut hoſtem Ordinis implacabilem, depingunt, eo quod inelu&tabiliter ab ipſiſmet adjuratus meam de ſuis originibus opinionem edicere, invitiſſimus id fecerim, efficacius multo quam facere me poſſe credebant. Sed de hoc ſatis dictum inveniet Lector in Commentario prævio ad Vitam B. Aloyſii Rabatâ Carmelitæ Siculi 11. Maii. Ad præſentem feſtivitatem facit, quod oblata in templo Hieroſolymitano Virgo, paſſim dicatur credaturque, prima inter mortales ſuam virginitatem ſub obligatione voti conſecraviſſe Deo. Hoc autem putamus multo glorioſius ita ſimpliciter dici, quam ſi ſub reſtrictione, neſcio qua, jam olim prophetice ſpiritu prænegniſa, aſſeratur, multis antequam naſceretur ſeculis, cauſa exemplaris fuiſſe caſtitatis ſibi Deo offerenda. Nam, etiam hoc poſito, verum maneret, quod ipſa vovenda continentia non imaginarium quoddam, ſed verum & efficaciter movens exemplum acceperit ab Eliani inſtituti (quod fuiſſe præſumitur) ſectatoribus, quibuſcum & ipſa & parentes ejus atque avi fuerint in Carmelo familiares. Quod non diſſimulanter docent picturæ, tum alibi tum in Florentini monaſterii clauſtro a nobis conſpecta, de quibus picturis, cum fierent, a Magno Hetruriæ Duce Ferdinando interrogatus loci Prior, an earum exempla alia vetuſtiora haberet, reſpondiſſe dicitur; Has, quæ tunc fiebant, poſt centum annos antiquas fore. Quomodo reſponſio ea ſatisfecerit Duci, viderit is, qui dedit: viderit etiam an picturarum iſtarum & ſimilium auctor obſervaverit Bullam Urbani VIII. an. 1642. ſeveriſſime caventis, ne quis.... imagines D. N. Jeſu Chriſti & Deiparæ Virginis Mariæ, Apoſtolorum, aliorumque Sanctorum & Sanctarum ſculpere aut pingere præſumat vel faciat, alio in habitu & forma, quam in Catholica & Apoſtolica Eccleſia ab antiquo tempore conſuevit, nec etiam cum habitu particulari alicujus Ordinis regularis. *Virginitatis perpetuæ, non dico votum, ſed vel propoſitum ſimplex quod attinet, quodque fuit uſque adeo contrarium ſummæ in Lege antiqua per filiarum propagationem ſperandæ bonæ; ejus, ut Judaiſmo ignoti, Chriſtianiſmo frequentiſſimi magiſtram libenter faciam Virginem Mariam, & in hoc putabo me ſequi S. Joannem Chryſoſtomum, qui Homil. 79. in Matthæum, ad feſtum S. Cæciliæ in Breviario Romano tranſcripta, docet ex eo debere æſtimari,* quam nova & ſublimis res virginitas *ſit,* quod in veteri Teſtamento a priſcis illis ſanctiſque viris culta non fuit. *Eamdemque cœleſtem plane rem eſſe affirmaturus Ambroſius l. 1. de Virginibus, in eodem Breviario ad Officium Commune de iiſdem relatus,* Quis, *inquit,* neget hanc vitam fluxiſſe de cœlo, quam non facile invenimus in terris, niſi poſtquam Deus in hæc terreni corporis membra deſcendit. *Obiicienſque ſibi* Eliam, nullius corporei coitus cupiditatibus permixtum, *ut hunc ſine ſequela fuiſſe oſtendat, reponit præmia ſingularia & unice reddita,* qui ideo curru raptus ad cœlum, ideo cum Domino apparet in gloria, ideo Dominici venturus eſt præcurſor adventus.

Δευτέρῃ εἰκάδι ΚΙΚΙΛΙΑΝ οἷμον ἀμφὶ λοέτρον. ΚΒ΄.
Ciciliam necat in balneo vicena ſecunda. 10. Kal.

Antiquiſſima & ſinceriſſima habentur hujus ſanctæ Virginis Acta, quorum notitia videtur admodum ſero perlata ad Græcos, per auctorem multo juniorem Metaphraſte: unde etiam nec in Moſcovitica tabula hæc Sancta reperitur: quod indicio nobis eſt Metricam hanc Ephemeridem trium aut quatuor ſeculorum ætatem vix ſuperare.

Εἰκάδι καὶ τριτάτῃ θάνατος λάβεν ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΝ. ΚΓ΄.
Bis dena ac terna mors Amphilochion aufert. 9. Kal.

Epiſcopus Iconii, etiam hodierno Romano adſcriptus, cujus Acta auctore Metaphraſte habemus: antiquiora tum ipſius tum aliorum omnium, ab eodem Metaphraſte exornatorum, mallemus invenire: placet enim nobis ſimplex prototypon, præ cujuſcumque ectypi, fallaci ſæpius, elegantia.

Εἰκάδι ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ θανάτε νέφος εἷλε τετάρτῃ. ΚΔ΄.
Gregorium involvit quarta & vigeſima morte. 8. Kal.

Eſt hic Agrigentinus Epiſcopus, cujus Acta, a Metaphraſte conſcripta, cum nobis haud parum fabuloſa viderentur; multo magis talia credi cœperunt, poſtquam ad eorum fontem pervenimus: alia ſcilicet longe prolixiſſima, nomen præferentia Leontii Sabaitarum Hegumeni, tamquam plurium rerum oculati teſtis. Tanti refert etiam fabulas ſua in origine deſcriptas habere, ad veri falſique diſcrimen faciendum. Menæa, quamvis hexametron illud habeant, ipſum tamen cum Canone & Elogio eodem quo Amphilochium die referunt, & ſic etiam Moſcorum tabula uno utrumque die jungunt.

Πέμπτῃ ἄορ κατέπεφνεν εἰκάδι ῥήτορα κούρην. ΚΕ΄.
Facundam cædit vigeſima quinta puellam. 7. Kal.

Hecaterinam *Græci,* Latini Catharinam *appellant. Acta apud utroſque quantum habent admirabilitatis, tanto etiam plus difficultatis patiuntur ad obtinendam fidem. Nihilo levior objicitur moleſtia circa ſacri corporis ad montem Sinai tranſlationem: indubitabilem illam quidem, quoad ſubſtantiam; ſed, quoad auctores ejus ac tempus, perquam obſcuram. Hoc certum; nullam eſſe Sanctam, cujus fama cultuſque primis poſt perſecutiones ſeculis ignotior, celebrior autem ætatibus poſterioribus fuerit, non ſolum in Orientali, ſed etiam Occidentali Eccleſia. In noſtro certe Belgio, ut de aliis taceam regionibus, haud facile reperias ullam urbem, ac ne oppidum quidem vel municipium, ubi hæc Sancta non habeat vel altare vel templum: quod factum eſſe non potuit, niſi propter illuſtria & frequentia ac nota paſſim miracula, ad ejus invocationem patrata, quorum habemus varia ſpecimina Mſſ. & imprimis Germanicam relationem perquam authenticam, de Reliquiis & cultu in Greverodenſi Canonicarum Regularium diœceſis Colonienſis monaſterio, unde non ſine miraculis aliquid communicatum fuit civitati Bruxellenſi. Plura & pluribus ex locis colligenda ſperamus, prius quam ad hunc menſem Opus noſtrum pervenerit, eaque tam certa atque teſtata, ut obmuteſcere faciant obgannientium hæreticorum ora. Quid enim ſi nomen ejus & ſepulcrum ſeculis aliquod primis a martyrio occultum habere voluit Deus, ſicut S. Roſaliæ corpus in Sicilia: an non poteſt illius, poſtmodum ut*

voluit revelari, veritatem reddere populis Chriſtianis per indubitabilia miracula certam? Non ita modica fidei ſumus: nec tamen etiam tam credula, ut religioni nobis ducamus dubitare de Actis acceptis per Græcos, quorum minus diſcreta facilitas varia de Sanctis commenta ſuſcepit Latiniſque communicavit ſeverioris examinis egentia. Expolivit ea Metaphraſtes: auctorem primum, ſub alieno tamen nomine latentem, videtur inveniſſe Allatius, quando Græca reperit hoc fine terminata, Hæc ego Athanaſius ſcriba, famulus Dominæ meæ Æcaterinæ compoſui commentaria ipſius, in omni ſapientia. *Utinam hæc nobis inveniat aliquis! Interim præſumere poſſumus, eadem fide auctorem prodire cum titulo famuli & ſcribæ ipſius Sanctæ, qua ſimilem titulum aſſumpſerunt auctores Paſſionum, quas habemus de SS. Georgio ac Theodoro: de quibus fortaſſis præſtaret nihil ſcriptum fuiſſe, quam ſcriptum fuiſſe ſine ſolido veterum auctorum fundamento.*

Κϛʹ. Εἰκάδι ἔκτῃ ἄλυπον ΑΛΥΠΙΕ βίοτον εἶχες.
6. Kal. ALYPIUM abſolvit luctu vigeſima ſexta.

Monachi hujus Stylitæ, ſub Heraclio Imperatore florentis, Vitam, hactenus intactam, habemus. Utinam ſic etiam haberemus Acta ejus, quem hoc quoque die colunt Græci, S. Nicoois Armeni, *cognomento* Μετανοεῖτε, *id eſt,* Pœnitentiam-agite! *Acta, inquam, laudata Baronio, viſa Allatio. Fruſtra ea Romæ quæſivimus in Sfortiana, ubi fuiſſe dicebantur, Bibliotheca.*

ΚΖʹ. Εἰκάδι ΠΕΡΣΗΣ ἑβδομάτῃ σφάγε ἐκμελισθείς.
5. Kal. Membratim PERSAM vigeſima ſeptima ſcindit.

Videlicet Jacobum, *Interciſum dictum a martyrii genere, quod ſub Iſdigerde toleravit, hodierno Romano inſcriptus. Græca ejus Acta duplicia habemus: propter quæ adhuc alia in Vaticano reperimus, ſolis verbis modice diverſa: quin etiam quarta nobis indicat Allatius pag. 121. quæ non credimus multo plus diſcrepare.*

ΚΗʹ. Εἰκάδι ὀγδοάτῃ τοῦ ΝΕΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ κρανίον ἐθραύσαν.
4. Kal. Excuſſit STEPHANO vicena octava cerebrum.

Conſtantinopoli ſub Copronymo id factum: præter Acta exornata a Metaphraſte, quorum merito locum accepit in hodierno Romano, habemus antiquiora ac proinde & meliora alia.

ΠΑΡΑΜΟΝΟΝ δ' ἐνάτῃ κτείνει εἰκάδι ἔγχει μακρῷ. ΚΘʹ.
PARAMONUM tradit vigeſima nona necandum. 3. Kal.

Martyr ſub Decio, & Romano hodierno inſcriptus hic eſt: nos Acta habemus.

Σταυρὸν κακκεφαλῆς τριακοστῇ ΑΝΔΡΕΑΣ εἶλε. Λʹ.
Tricecima ANDREAS Crucis ardet ſcandere lignum. 2. Kal.

De forma crucifixionis ejus librum parare cœperat Joannes *Jacobus Chiffletius, Archiater Regius, libris editis & eruditione clarus: ſed mori ſe videns, multa in hanc rem collecta nobis in amicitiæ pignus donavit, ex picturis ſculpturiſq; antiquis omnia; ſicuti & alia nonnulla ſedulitatis ad omne argumentum antiquarium ſe extendentis emolumenta. Edidit de eodem S. Apoſtolo librum integrum Andreas Sauſſayus, jam ſenior, adeoque & judicio maturiore longe quam quo Gallicanum Martyrologium, identidem nobis improbandum, junior coagmentavit. Quid autem ſibi vult in hexametro hujus diei τὸ* Κακκεφαλῆς, *quod jam ad 14. hujus menſis, ubi de S. Philippo Apoſtolo, verti,* in caput? *An capite in terram verſo, ſicuti de S. Petro legitur, ſuſpenſum etiam* Andream *credidit Poeta? Si credidit, haud facile impetrabit aliorum aſſenſum, qui Acta a Presbyteris Achajæ conſcripta, ut ipſo eorũ initio dicitur, pro legitimis recipiunt. Non enim cum tali crucifixionis modo ſtare poteſt biduana prædicatio ad populum circumſtantem, qualis ibi deſcribitur. Ipſa vox ex duabus contracta haud dubie eſt, diciturque* κακκεφαλῆς *pro* κατ' κεφαλῆς, *ſicut* κακκείοντες *pro* κατ' *ἰόντες apud Homerum Il. ς, ſecundum explicationem Euſtathii & apud Heſiodum* ἔργων καὶ ἡμερῶν α' κὰδ δύναμιν, *pro* κατ' δύναμιν. *Si præpoſitio* κατ' *æque cum genitivo atque cum accuſativo poſſet verti* ſecundum, *poſſet etiam Sancti* caput *non phyſicum ſed morale intelligi, Chriſtus ſcilicet, ſecundum cujus exemplum crucis ſupplicium ſuſtinuerunt* Philippus & Andreas. *Notandum eſt denique cognomentum* Protocleti, *id eſt,* primo vocati: *quo paſſim a Græcis indigitatur hic Apoſtolus, cujus etiam prolixum in Menæis* Ὑπόμνημα *ſuo tempore non erit negligendum: ſed neque encomium quod habemus ab Arſenio Epiſcopo Corcyrenſi conſcriptum.*

NOVEMBER
MOSCORUM FIGURATUS.

I COSMAS, DAMIANUS ✠ Medici Confeſſores.

II ACYNDUNUS, PEGASIUS ✠ & ſocii Martyres.

III ACEPSIMAS ✠ Martyr. *Poſſevino* Acceximus *nomine corrupto.*

IV JOANICIUS ✠ Monachus. *Poſſevino perperam* S. Mart. Onicius.

V GALACTION, EPISTIME ✠ Conjuges Martyres. *Et hic ignotum* S. Mart. Julacii *nomen obtruſum eſt Poſſevino.*

VI PAULUS ✠ Epiſcopus Conſtantinopol.
OBITUS BARLAAMI NOVOGRODENSIS.

Ita interpres Belga & conſentit Obilewvicz. Eſt autem Novogrodum ex potentioribus & vetuſtioribus Moſcovitica monarchiæ urbibus, unde & ſibi titulum novum ex primariis Dux ipſe ſumit. Multa de ejus urbis fortuna hiſtorici, ſed nihil de Barlaamo, de quo propterea inſtructionem pleniorem cupidiſſime expeto. Poſſevinus S. P. Voslamam *ſcripſit.*

HIERON ✠ martyr. VII
LAZARUS † in monte Galiſio.

Hujus Anachoretæ vitam & miracula, ſcripta per Gregorium Patriarcham, vidiſſe ſe ait Allatius: nos ea necdum reperimus, nec ubi ſint quærenda divinamus; gratias proinde multas debebimus ei, qui ipſa communicaverit, vel ſaltem indicaverit.

SYNAXIS ARCHISTRATEGI MICHAELIS ✠ VIII

ONESIPHORUS † diſcipulus Pauli, IX

Colophoniis (ut volunt) Epiſcopus datus, colitur a Latinis, cum ſervo ſuo Porphyrio, *Martyrii ſocio, 6. Septembris: Poſſevino non recte* Antiſiphorius.

MATRONA ✠ Sanctimonialis.

FRA-

X ERASTUS, OLYMPION, RHODION, QUARTUS,

Omnes diſcipuli Apoſtolorum, dicti etiam Apoſtoli. *Ex his colitur a Latinis* Eraſtus *ut Philippenſis Epiſcopus* 26. *Julii*; Quartus 3. *Novembris: pro* Rhodione *Poſſevino dictatum eſt nomen* Radioni.

XI MENAS ✠ Martyr. *Poſſevino obrepſit nomen* Minſuiti.

VICTOR, STEPHANIA, *id eſt*, CORONA. †

Par Martyrum, ſub Antonino celebrium, hiſce nominibus Latini celebrant 14. Maii; ubi docemus, plura hujuſmodi paria neceſſario admittenda videri, locis ac temporibus variis.

VINCENTIUS † Diaconus Martyr.

Valentia in Hiſpania paſſus ſub Diocletiano martyrium, ubique gentium celeberrimum; cujus hiſtoriam dedimus 22. Januarii, *quando colitur a Latinis.*

THODORUS † Studita.

Celeberrimi apud Conſtantinopolim cœnobii Hegumenus, ſcriptor & Confeſſor ſub iconomachis illuſtris; quem in Romani Martyrologii recognitione nequaquam credo prætermittendum a Baronio fuiſſe, ſi eunc notu habuiſſet ejus Opera & Epiſtolas, quibus deinde a Sirmondo noſtro, tunc Romæ Theologicis ſtudiis operam dante, Latine ſibi ex parte redditis, uſque adeo ornavit Annalium ſuorum tomum 9. Defectum ſupplevit Urbanus VIII. & Sanctum, de tota Eccleſia optime meritum, juſſit inſcribi Martyrologio. Vitam habemus Græce ſcriptam a Michaele monacho: aliam ſub ejuſdem auctoris nomine indicat Allatius; quam ſi haberemus, diſcernere forte poſſemus, utra vere Michaelis ſit. Habemus præterea encyclicam de Sancti morte epiſtolam: nihil autem in commune bonum magis de eo deſideratur, quam operum atque epiſtolarum ejus omnium editio, cui rei ut intelligo Pariſiis nunc perquam ſerio incumbit aliquis ex noſtra Societate.

XII JOANNES ELEEMON. PATR. ✠ Alexandrinus.
NILUS † Monachus.

Tempore Mauritii Imperatoris. Scripſit Aſcetica, quæ habemus Græco-Latine edita a Joanne Franciſco Suareſio Epiſcopo Vaſionenſi: alias quaſdam ejus lucubrationes, eodem modo in lucem dandas, ibidem habet R. P. Petrus Poſſinus, noſtris laboris adjutor indefeſſus. Nili *autem nomen etiam hodierno Romano eſt additum.*

XIII JOANNES CHRYSOSTOMUS. ✠

XIV PHILIPPUS ✠ Apoſtolus.
GREGORIUS Epiſcopus.

Omnino ignotus nobis eſt, Indigenarum forſitan aliquis, de quo plura docere nos deberent Rutheni: interim pro eo, cum bona ipſorum venia, ſubſtituatur

JOSAPHAT Epiſcopus Polocenſis Martyr.

Occiſus a ſchiſmaticis anno 1620. & poſt accuratum cauſæ examen Beatis Martyribus adſcriptus ab Urbano VIII. Vitam illius hoc die dabimus, nec non Proceſſus ac documenta alia, quæ Secretarius ſacræ Congregationis Rituum nobis dignabitur communicare; ſicuti facturum ſe nobis gratioſe obtulit Illuſtriſſ. Bernardinus Caſalius, iſtud nunc officium gerens, ſed prius forſitan quam promiſſa valeat expedire ad Purpuram Cardinalitiam, ad quam communi Romanorum voto pridem deſignatur, evehendus, ſub hoc felici Innocentii XI. ſola promovendorum merita æſtimantis, Pontificatu.

GURIAS, SAMONAS, ABIBUS DIACONUS ✠ Martyres. XV

Poſſevino obtruſum hic monſtroſum nomen S. Matt. Utiniſati.

EUPATIUS Epiſcopus. XVI

Æque ignotus nobis ac præcedens Gregorius: *de quo vel ideo magis doceri cupimus, quod non ut hic ſecundo poſt Apoſtolum Philippum loco, ſed primo ante Matthæum inveniatur poſitus.*

MATTHÆUS ✠ Apoſtolus Evangeliſta.

GREGORIUS ✠ Thaumaturgus. XVII

Poſſevino perperam oblatus cum titulo Sancti Martyris.

PLATON ✠ Martyr. XVIII
ROMANUS † Martyr.

Antiochia in Piſidia, cum Barulo *puero, ſub Galerio etiam hodierno Romano adſcriptus, de quo extant duæ S. Joannis Chryſoſtomi orationes.*

ABDIAS ✠ Propheta. XIX
BARLAAM † Martyr.

Laudatur a S. Baſilio, & inſcribitur Romano hodierno: laudaſſe eumdem dicitur & S. Joannes Chryſoſtomus, ſed ejuſmodi Oratio non invenitur.

GREGORIUS ✠ Decapolita Monachus. XX
PROCLUS † Patriarcha Conſtantinop. *Extant ejus Opera Græco-Latine edita: utinam etiam Vita!*

INTRODUCTIO IN TEMPLUM VIRG. MARIÆ. ✠ XXI

PHILEMON † Apoſtolus. *Etiam Romano hodierno inſcribitur.* XXII

AMPHILOCHIUS ✠ Epiſcopus. XXIII
GREGORIUS ✠ Epiſcopus.

ECATERINA ✠ Virgo Martyr. XXIV

Die ſequenti apud Græcos & Latinos. Apparet autem errore quopiam factum eſſe, ut locum & diem hæc Sancta mutaret, cum Sanctis Clemente *&* Petro, *qui ad hanc 24. ſpectans, hic vere perperam adſcribuntur diei 24. Ceterum non eſt hic error ſolius ſculptoris: idem enim in* Kalendario *Poſſevini invenitur. Antequam porro hujus* S. Ecaterinæ *cultus invaleſceret apud Græcos, primus in Officio divino locus erat ei, qui nunc ſecundum habet,* S. Mercurio, *cujus Acta a Metaphraſte exornata habemus, & his vetuſtiora Latina cum laudatione Nicephori Gregoræ. Habemus autem etiam Rutheni ſuum* Mercurium, *apud Smolenſkum, qui quantam intulerit Tartaris ſtragem anno 1236. apparitione Deiparæ ad hoc excitatus, narrat Kojalovvicz; ſed oblitus diem quo colatur notare. Erit interim aliquis forſan qui eum nos doceat, ut proprio ſuo loco detur a nobis hiſtoria de imagine Miraculoſa Korſunenſi B. Virginis Mariæ, cui ipſius Mercurii innexa geſta ſunt, haud uſquequaque (ut verum fatear) a fabuloſitatis ſpecie remota.*

xxv CLEMENS † Papa Martyr.

Quomodo ejus corpus a S. Cyrillo & Methodio, Slavorum Apoſtolis, inventum ſit in Cherſoneſo, ubi exilium & martyrium tulerat, indeque allatum Romam, dictum eſt ad horum diem 9. Martii. Quomodo vero ejuſdem corporis pars notabilis delata paulo poſt ſit ad monaſterium, ſub ejus nomine in Piſcaria inſula, per Ludovicum Pium Imperatorem ædificatum, diſci poterit ex hiſtoria loci, edita poſt tomum 6. Italiæ ſacræ Ughelli. Quomodo denique idem Sanctus vere fuerit ſecundus Petri ſucceſſor poſt Linum, & tamen uſque ad Trajani tempora vixerit, ſed depoſito pridem Romano Pontificatu, jam dumtaxat Apoſtolicus Epiſcopus, vide ſit explicatum ante tomum 1. noſtri Aprilis. Simul omnia accuratius examinari & confirmari poterunt ad diem 23. Novembris, quando S. Clemens a Latinis colitur. Interim optamus ut ejus miracula, ab Ephræmo Cherſonis Epiſcopo ſcripta, quorum nunc ſolam habemus partem, inveniantur integra.

PETRUS † Epiſcopus Martyr.

Imo Martyrum ſigillum *dictus Græcis, quia ultimus Alexandriæ, ſicut prædixerat, ſanguinem fudit auctoritate publica. Acta ejus aliqua Græco-Latine Combefiſius edidit, Latina antiquiora habentur, neutra ſincera ſatis, uti apparebit cum ea examinabuntur die ſequenti, quando a Latinis colitur. Interim vide qua de anno mortis diximus 2. Maii in Vita S. Athanaſii c. 2. & ex duabus circa annum mortis ſententiis propoſitis, elige quam lubet: mihi abſque præjudiciis rem conſideranti, poſterior magis expedita faciliſque videtur: utpote nullam vim inferens Euſebianæ chronologiæ & finitæ cum Petri morte perſecutioni.*

xxvi ALYPIUS ✠ Stylita.

Poſſevino Olympius: *nec mirum nam etiam in noſtra tabula invenitur ſuperpoſita ceteris littera* M, *in nomine hujus Sancti omnino redundans; antiquus ergo error eſt.*

GEORGIUS † Megalomartyr.

Idem qui 23. Aprilis, ſed hoc die peculiarem cultum Conſtantinopoli habens, propter Encænia ſeu dedicationem templi in Cypariſſo.

JACOBUS ✠ Interciſus, Martyr. xxvii
PALLADIUS Monachus.

Quis aut cujas neſcio: nam hic ſuſpicari eum, qui Græcis ad 28. Januarii notus eſt, fundamento careret: ergo Indigenam potius opinabor, & ab indigenis expectabo doceri.

STEPHANUS ✠ Monachus Martyr. xxviii
IRENARCHUS † Martyr.

Sub Diocletiano paſſus eſt in Armenia. Habemus quædem ejus Acta Græca.

PARAMONUS ✠ Martyr. xxix
ACACIUS † Presbyter.

Socius Martyrii Paramono, cumque eo hodierno Romano adſcriptus, non debueras uti monachus exprimi; licet ita habeat prototypon Moſcoviticum.

ANDREAS ✠ Apoſtolus. xxx

Hunc primum Moſcis prædicaſſe gloriatur coram Poſſevino Dux eorum Joannes Baſilides, eoque parem Romanis facit gentem ſuam, ut quæ nihilo ſerius quam ipſi fidem exceperit. Sigiſmundus vero Herberſteinius; Rutheni, *inquit*, in Annalibus ſuis aperte gloriantur, ante Wlodimerum & Olham, *ejus aviam, quæ anno mundi 6463. Chriſti 955. dicitur baptiſmi cauſa Conſtantinopolim profecta, cum ibi cum Helenæ nomine ſuſcepiſſe, nec tamen potuiſſe filium Swatoſlaum ad fidem quoque Chriſtianam inducere:* gloriantur, *inquam, ante illos*, terram Ruſſiæ eſſe baptizatam ab Andrea Chriſti Apoſtolo, quem ex Græcia ad oſtia Boryſtenis veniſſe ipſi affirmant, & adverſo flumine ad montes, ubi nunc Kiovia eſt, navigaſſe, atque ibi omnem terram benedixiſſe & baptizaſſe, Crucem ſuam illic collocaſſe, prædixiſſeque magnam ibi gratiam multaſque eccleſias Chriſtianorum futuras. Poſt inde uſque ad fontes Boryſthenis veniſſe in Wolock lacum magnum, & per fluvium Lowath deſcendiſſe in Ilmer lacum, unde per fluvium Wolchouw, qui ex eodem lacu fluit Novogardiam, inde fluvio eodem in Ladoga lacum & Heva fluvium, atque in mare uſque, quod ipſi Waretzkoiæ appellant, nos Germanicum, inter Winlandiam & Livoniam, Romam navigando perveniſſe.

DECEMBER
GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Kalend. Πρώτῃ ἐκ βιότοιο Δεκεμβρίου ᾤχετο ΝΑΟΥΜ.
Ex vita NAUM pellit lux prima Decembris.

Prophetam hunc etiam hodierni Romani tabulæ receperunt.

Β'. 4. Non. Δευτέρῃ ΑΒΑΚΟΥΜ ἀνέβησεν εἰς Θεοῦ ἕδος.
Divina aſcendit ABACUC ad templa ſecunda.

Colitur a Latinis 14. Januarii.

Γ'. 3. Non. Φαίδιμος ἐν τριτάτῃ ΣΟΦΟΝΙΑΣ ἦτορ ἀφῆκεν.
Cœlo animam clari SOPHONIÆ tertia miſit.

Hunc quoque recentius adſcriptum Martyrologio invenimus.

Δ'. 2. Non. ΒΑΡΒΑΡΑ ἀμφὶ τετάρτῃ χερσὶ τοκῆος ἐτμήθη.
Enſe feri patris jugulatur BARBARA quarta.

Sancta hæc Martyr, quam apud Græcos Latinoſque ævi ſequioris eſt celebris, tam fuit ignota antiquioribus, atque ac S. Catharina; qui cum hoc etiam commune habet, quod Acta valde incerta ſint fidei: ſed minime incerta obſcuraque ſunt miracula, in favorem moribundorum ad ejus invocationem patrata. Corpus venerari ſe credunt Veneti, in templo olim Crucigerorum, nunc Societatis noſtræ, ubi ipſum in proprio ſacello ſuper aram ſpectavimus, per cryſtallinam arcam, compage integra pretioſe indutum an. 1660. Interim aliud corpus ex cœmeterio Calixti Roma translatum Placentiam, ad monaſterium S. Xiſti, legimus; & tranſlatio ea adſcribitur Carolo Magno, qui dictum monaſterium pro ſorore ſua Amelberga fundaverit; ſupponunturque Chriſtiani, expeditione militari in Ægyptum Orientemque ducta, expugnaſſe Nicomediam, indeque illud Romam attuliſſe. Quæ omnia ſic temere videntur conſarcinata, poſtquam anno 1377. recognitum eſt ſacrum depoſitum fere integrum, excepto capite quod Romæ ſervatum ſit, cum aliis nonnullis ejuſdem Reliquiis. Sed uti Conſtantinopoli primum inclaruit hæc Sancta, poſtquam delatum eo fuit corpus, quod Veneti nunc habent: ſic horum potior eſſe videtur cauſa. Encomium Græce ſcriptum a Georgio Grammatico laudat Allatius, quod necdum vidimus.

Henri-

Ε' Θεσπίσιος πέμπτη ΣΑΒΒΑΣ πρὸς ἄνω ἤλυθεν αἴθρην.
Nonis. Quinta SABAM celſi perduxit ad atria cœli.

Etiam ab Romana Eccleſia jam olim inter divina cultus fuit inſignis hic in Palæſtina monachorum ductor: quorum Romæ antiquitus monaſterium Græci ritus fuit: nunc, ædibus Germanico Collegio applicatis, eccleſia perſeverat. Vitam ſcripſit Cyrillus, idem qui vitam S. Euthymii: ejus genuinam phraſim, jam olim Latine redditam, in Baſilica codice Leodienſi acceperamus: reſtat ut Græcas ejus contextas inveniatur: nam quæ habetur apud Lipomanum & Surium Latina, eſtque etiam apud nos Græca; æque ac alia, in Vaticana & Florentina bibliothecis reperta, hoc principio, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ut ſenſa forte conveniant, verbis diverſa ſunt; incertum quo auctore mutatis vel interpolatis, nec enim in alterutra Metaphraſten agnoſcit Allatius.

ς'. Ἕκτῃ ΝΙΚΟΛΕΩ γ' ἱερὸν βιότοιο τελευτή.
8. Id. NICLAI fato clareſcit ſexta ſupremo.

De hoc ſancto Myreaſium Epiſcopo, etiam per Occidentem noſtrum celeberrimo, poſt corpus Barium in Apuliam tranſlatum, plurima Græce ac Latine habemus, quæ longum ſit enumerare. Prodigioſi autem liquoris, ex oſſibus ſcatentis miraculum etiam alibi oſtenditur. Nam Wormatia, in ſacrario eccleſiæ Cathedralis, vidimus an. 1660. phialam, ejuſmodi liquore plenam cum articulo digiti; ex quo ille ſic dicebatur emanare, ut quantum eximeretur, tantum ſuccreſceret. Olim autem, antequam Magiſtratum loci invaderent heretici, cum liberior & ferventior pietas civium pluries ex eo poſceret aliquid, ipſumque copioſius & liberalius diſtribuebatur, etiam ſupereffluere ſolitum ſalutarem iſtum liquorem, dicunt.

Ζ' Ἑβδομάτ' ΑΜΒΡΟΣΙΟΣ ποτὶ ἄμβροτον ἤλυθεν ὕδας.
7. Id. Ad cœlum AMBROSIUM conſcendere ſeptima vidit.

Vitam ejus Metaphraſtes Græcam fecit, Allatio judice, qualem nos habemus: ejus autem apud Græcos colendi æque ac S. Gregorii Papæ, occaſionem primam eſſe reor, vel ipſas eorum vitas, vel illuſtriora quædam Opera, ex Latina in linguam ipſorum converſa. Neutrum Sancti Hieronymo & Auguſtino obtigit; ideoque neuter horum faſtis Eccleſiæ Orientalis adſcriptus eſt. Ceterum anniverſarius hic dies eſt Ordinationis Epiſcopalis, non mortis Ambroſianæ. Hic ſiquidem aut Paſchali feſtivitate aut Quadrageſimali jejunio ſolitus occupari, adeo paulatim obſcuratus fuit, ut Eruditis viris magnum diſputationis argumentum præbuerit, aliis aliter ſentientibus de ipſo die, deque anno quo mors illa contigit. Quæſtionem definiviſſe videmur poſt Diatribam Præliminarem ad to. 1. Aprilis, ac demonſtraviſſe, quod ſanctus Doctor obierit an. vulgaris Æra 398. 17. Aprilis, quinque menſibus poſt mortem S. Martini Turonenſis.

Η' Ὀγδοάτῃ ΠΑΤΑΠΙΕ χλόης πέδον ἀμφεπεκεῖσατο
6. Id. PATAPIE octava viridantia circuis arva.

Floruit in Conſtantinopoli Solitarius, inſcriptus etiam Romano hodierno. Vitam S. Andreas Cretenſis compoſuit, ejuſque illuſtre compendium fecit Metaphraſtes, quod apud Lipomanum & Surium Latine extat, Græce variis in Codicibus vidimus, necdum curavimus excipiendum.

Θ'. Τῇ δ' ἐνάτῃ ΜΑΡΙΗΝ θεομήτορα σύλλαβεν ΑΝΝΑ,
5. Id. Deiparam nona pia concipit ANNA MARIAM.

Immaculatam fuiſſe hanc Conceptionem ab originalis humani generis labe, Catholicorum plerorumque adeo certa nunc tenet fides, graviſſimis Pontificum Summorum decretis corroborata, ut ad pia circa hoc ſententia defenſionem, etiam voto ſolenni ſe obſtrinxerint pleræque in Europa Academiæ, & ad extremam ejus definitionem a Sede Apoſtolica petendam religioſe conſpirarint omnes fere Principes Chriſtiani, peculiari autem ſtudio ferventeque Auſtriaci. Latini feſtum hoc agunt die præcedenti.

Εὐκλεὴς δεκάτῃ ΜΗΝΑΣ ξίφει αὐχένα δῶκεν. Ι'.
Famoſus decima MENAS dat colla ſecuri. 4. Id.

Martyr Alexandriæ hic fuit ſub Maximiano, cum ſociis Hermogene & Eugrapho, *cum quibus etiam inſcribitur hodierno Romano: Acta Græca duplicia habemus, non item encomium quod Theophanii Cæſarienſis Epiſcopi nomen apud Allatium præfert.*

Ἑνδεκάτῃ ΔΑΝΙΗΛ συλοβάμων εὕρατο τέρμα. ΙΑ'
Undecima, DANIEL, finem ſortire, Stylita. 3. Id.

Habemus Acta Græca, quæ Metaphraſtes ſcripſit, & Latina edidit Lipomanus. Nomen additum eſt hodierno Romano.

Ἀμφὶ δυωδεκάτῃ ΣΠΥΡΙΔΩΝ βίοτον λίπε τόνδε. ΙΒ'
Biſſena SPYRIDON vitam hanc terraſque reliquit. 2. Id.

Colitur a Latinis antiquitus 14. hujus, Epiſcopus in Cypro: habemus duplicem ejus Vitam Græcam, requirimus tamen adhuc unam, iſtis fortaſſe præferendam, quam vidit laudatque Allatius, ut a Theodoro Epiſcopo Paphi ſcriptam.

Τόν γε σὺν ΕΥΣΤΡΑΤΙΩι δεκάτῃ τριτάτῃ κτάνεν ἄορ. ΙΓ'
EUSTRATIUM & ſocios decimam poſt tertia mactat. Idibus

Socii fuerunt Auxentius, Mardarius, Oreſtes, *omnes Martyres in Armenia ſub Diocletiano: referunturque etiam in hodierno Romano. Habemus Acta Græca, prout ea expolivit Metaphraſtes, quæ apud Lipomanum & Surium leguntur Latina.*

Πρίσιν ἀνέτλη ΘΥΡΣΕ δ' αὖ τετρακαιδεκάτῃ γε. ΙΔ'
Quarta poſt decimam ſuge ſerram & occide, THYRSE. 18. Kal.

Colitur a Latinis cum ſociis Leucio & Callinico 18. *Januarii, ubi eorum Acta ex Latinis quoque Mſſ. dedimus: omiſſis aliis, quæ Metaphraſtes compilavit, Philemonis & ſociorum Acta admiſcens, qualia fere data ſunt, ubi de Philemone egimus, 8. Martii. Habemus nihilominus ipſius Metaphraſtæ compilationem Græcam.*

Θεῖον ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΝ δεκάτῃ πέμπτῃ φάσγανα τέμεν. ΙΕ'
Enſis ELEUTHERIUM decima quintaque necavit. 17. Kal.

Illyricis Epiſcopus datus, & Romæ cum Anthia matre paſſus, commemoratur a Latinis 18. Aprilis, quando Hiſtoriam Paſſionis ejus multimodis fabuloſam eſſe oſtendimus: cultum apud Æcanenſes & Reatinos probavimus. Noſtrum de Actis illis judicium eatenus per litteras approbavit Joannes Ludovicus Schonlebius, Carniolæ inferioris Archidiaconus, patriarum antiquitatum ſtudioſiſſimus, ut putet magnam his tenebris affundi lucem poſſe, ſi Epiſcopus Illyrici a Romano Martyre diſtinguatur, cum quo male fuerit a Metaphraſte confuſus: Metaphraſtis enim eſſe, quæ Græca habentur, cenſet Allatius.

Ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ ΑΓΓΑΙΟΝ γαῖα κατέσχεν. Ις'
AGGÆUM tellus ſexta decimaque recepit. 16. Kal

Colitur hic Propheta apud Latinos 4. Julii.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΔΑΝΙΗΛ τάμον, ὃς βλέπε μύθους. ΙΖ'
Septima poſt decimam DANIELI colla reſcindit. 15. Kal.

Juxta fabulam ſcilicet relatam in Menæis, quæ finguntur Tres pueri *&* *denique ipſe* Daniel, *poſt mortem Nabuchodonoſoris ac Regum ſucceſſorum ejus, a Rege quodam Attico ſucceſſive decollati mutuo capita excepiſſe; cumque ea eſſent corporibus ſuis reſtituta per miraculum, omnes ab Angelo ſepultos eſſe in monte Gebal: ubi quadringenteſimo poſt Christi reſurrectionem anno etiam ipſi reſurrexerint, ac rurſus obdormierint. Omnia autem hæc conficta videntur occaſione pariter inventorum corporum: qua de re pluribus agemus 21. Julii, quando antiquitus a Latinis colitur Propheta Daniel, Sociorum nomina ab iiſdem Latinis hoc menſe Decembri, ſed die præcedenti commemorantur.*

ΙΗ' 'Ογδοάτῃ δεκάτῃ ΣΕΒΑΣΤΙΑΝΟΣ ῥοπαλίζεται.
15. Kal. Cæditur octave decimaque SEBASTIANUS.

Notiſſimus ſub Diocletiano Martyr, Defenſoris eccleſiæ titulo honoratus a S. Cajo Papa, colitur a Latinis 20. Januarii, quando ejus Acta illuſtravimus, variarumque reliquiarum ejuſdem translationes & miracula.

ΙΘ' 'Εννεακαιδεκάτῃ ΒΟΝΙΦΑΤΙΟΣ αὐχένα τμήθη.
14. Kal. Collum offert nona & decima BONIFACIUS enſi.

Colitur a Latinis 14. Maii, quando ejus Acta illuſtrata damus.

Κ'. Εἰκάδι ΙΓΝΑΤΙΟΣ θηρὸς γαμφηλῇσι λέλυται.
12. Kal. Dentibus IGNATIUM laniat vicena leonum.

Vide quæ dicta de eo 29. Jan. & Acta apud nos 1. Febr.

ΚΑ'. 'Εκ πρώτῃ εἰκάδι πρώτῃ ΙΟΥΛΙΑΝΗΝ ἐφονεῦσι:
11. Kal. Dat JULIANAM vigeſima prima necandam.

Martyr Nicomediæ ſub Maximiano colitur a Latinis 16. Februarii, quando corpus Cumas in Italiam translatum fuit. Extant ejus Paſſiones quædam Græca in MSS. Vaticanis, necdum a nobis tranſcribi curata. Colunt hoc die Græci etiam S. Paulum in Latro, *cujus præclaram Vitam habemus, ſed deeſt nobis encomium ejuſdem cum enarratione miraculorum, ab Allatio viſa laudataque quod hic volui indicare.*

ΚΒ'. Καίεται ΑΝΑΣΤΑΣΙΗ πυρὶ δευτέρῃ εἰκάδι λαίψῃ.
10. Kal. Plectit ANASTASIAM vicena ſecunda per ignem.

Vide quæ diximus 29. Octobris, hic autem nota peculiare ipſi cognomen τῆς φαρμακολυτρίας, id eſt Solotricis veneficiorum, *ſub quo ei hoc proprium feſtum, ſed commune cum* S. Chryſogono; *ut non aliam quam Romanam, Publii conjugem, ſcias poſſe intelligi.*

ΚΓ'. Εἰκάδι τῇ τριτάτῃ ΔΕΚΑ ἐν ΚΡΗΤΗ εἵματι ἄνδρας.
9. Kal. Eoſe DECEM CRETAS vigeſima tertia mactat.

Nominantur hi in Menæis atque ex his in Romano hodierno, Theodulus, Seturninus, Enporus, Gelaſius, Eunicianus, Zeticus, Cleomenus, Agathopus, Baſilides, Evariſtus, *Martyres ſub Decio. Acta apud Lipomanum & Surium extant e Græco Metaphraſtis, antiquiora necdum vidimus, nec facile viſuros nos ſperamus, uti nec plura alia, quæ poſtquam ab illo ſic expolita fuerunt, deſierunt in Græcorum eccleſiis primigenia ſua phraſi uſurpari.*

ΚΔ'. Τετράδι ΕΥΓΕΝΙΗ ξίφος εἰκάδι ἀμφὶ τεμόντος.
8. Kal. EUGENIAM gladio vigeſima quarta trucidet.

Hanc Romanam Illuſtriſſimam Martyrem Latini celebrant die ſequenti. Acta quoque ejus Latina habentur antiquitus, Græce deinde exornata a Metaphraſte. Earumdem epitomen Jambico carmine expreſſum circiter ad ſexaginta verſus extendunt Menæa, exemplo vix alias in ipſis viſendo.

Παρθενίαν ΜΑΡΙΗ Θεὸν εἰκάδι γείνατο πέμπτῃ. ΚΕ'.
Vicena quinta fit mater virgo MARIA. 7. Kal.

Huic myſterio jungunt Græci Adorationem Magorum, *& utrumque in ſuis Ritualibus libris ſic partiuntur, ut nocturno Officio præmittant imaginem recens nati infantuli, pannis involuti, jacentiſque intra ſtabulum in præſepi cum reliquis ſacra noctis iſtius actis: diurno autem Officio præfigunt imaginem ejuſdem velut pueri anniculi, atque in materno ſinu jam veſtiti, Magos excipientis in domo: unde aliquando nobis perſuaſimus, credidiſſe Græcos, utrumque myſterium eodem die 25. Decembris, ſed non eodem anno geſtum. Poſtquam vero edocti ſumus, eoſdem Græcos primitus ſolitos* Christi Nativitatem *æque ac* Baptiſmum *celebrare 6. Januarii, agnovimus, ideo tantum ab iis* Nativitati *jungi* Adorationem Magorum, *quia eodem in oppido Bethleem res utraque acta, eodem quoque die commodius recolebatur ab excurrentibus ex Hieroſolymitis, poſtquam cœperunt, docente Julio Papa,* Nativitatem *diſtinctim a* Baptiſmo *celebrare; & liberum habere diurnum Officium, quod antea impediebatur excurſione longiori ad* Jordanem: *uti docebo in Paralipomenis ad Apparatum Chronologicum Epiſt. Conſultatoria 2.*

. . . Σύναξις τῆς ὑπεραγίας ΘΕΟΤΟΚΟΥ καὶ τοῦ ἁγίου ΙΩΣΗΦ τοῦ μνήστορος. ΚϚ'.

. . . Feſtum ſanctiſſimæ DEIPARÆ & S. JOSEPH Sponſi. 7. Kal.

Rurſus autem Dominica infra Octavam Nativitatis, agunt Græci Memoriam Sanctorum & juſtorum Joſeph Sponſi, David Regis, & Jacobi Fratris Domini. *Hujus feſtum proprium agitur 23. Octobris ab iiſdem Græcis, a Latinis autem nunc colitur 1. Maii, ut alibi dictum.* Davidis Regis *alia nulla apud Græcos commemoratio fit, diſtincta a commemoratione omnium progenitorum Chriſti, quam faciunt 19. hujus. Martyrologi Latini Uſuardus & Ado, neſcio quem antiquiorem ſecuti, & alii poſt eos, nomen adſcribunt 29. hujus. De* Joſepho *quid dicam? Conatus ſum equidem 19. Martii quando colitur a Latinis, feſto non valde antiquo, favente Petro de Natalibus, præſumenti ex Euſebii Cæſarienſis exemplaribus ſumptum illud videri in antiquis quæ allegat Kalendariis; ſed vereor ne quæ in Hieronymiano Martyrologio leguntur verba,* in Antiochia Joſeph, *Martyrem aliquem Antiochenum ſignificent, juxta ordinariam iſtius Martyrologii ſtylum: quod deinde, omiſſo nomine* Antiochiæ, *applicaverint alii* Joſepho Sponſo, *ideoque mallem inter Sanctos iſtius diei Martyres, ſaltem ſub dubio, actum fuiſſet a nobis de* Joſepho Antiocheno. *Curioſa ſunt interim, nec vulgo obvia, multiſque eruditis viris hodie probantur, quæ ex noſtri Petri Poſſini Diallactice de ipſius ſanctiſſimi Joſephi Genealogia deduximus; eam talem oſtendentes, ut Lucas quidem parentes ſecundum carnem enumeret, Matthæus vero ſecundum legem; fuerintque* Joſephus *&* Joachim *germani fratres ſecundum carnem ex patre* Heli; Joſeph *vero ſecundum legem ſubſtituatur ultimo in linea ſua* Jacobo, *velut ex eo genitus ſicuti Ezechias Rex ex Achas, Zalathiel ex Jechonia dicuntur geniti, cum ſolum fuerint filii legales. Atque ita probatur, quod Evangeliſta utroque modo exhibituri genealogiam Chriſti, eam formaverint aptiſſime, adſcendendo per* Joſeph *potius quam per* Joachim.

Εἰκάδι

KZ. 6. kal. Εἰκάδι καὶ ἑβδόμῃ ΣΤΕΦΑΝΟΝ μάρμαρ' ἔθαψε νεκρόν.
Saxiferum STEPHANUM vigeſima ſeptima tollit,

Latini feſtum hoc agunt die præcedenti, & hodie colunt S. Joannem Evangeliſtam: de quo Græci 8. Maii, tamquam mortuo cali die.

KH' 5. kalend. Ἀνέρας ὀγδοάτῃ χιλίους εἰκάδι δισμυρίους πῦρ.
Bis decies dat mille viros lux proxima flammis.

Nicephorus Calliſtus lib. 7. cap. 6. to: ferme fuiſſe ait promiſcui ſexus, ætatis & conditionis homines, qui ad celebrandum Dominicum natalem congreſſi in templum, ſimul cum eo flammis ſuccenſo, pro fide occubuerint Nicomediæ ſub Maximiano. Baronius Græcorum exemplo ſacris faſtis eos adſcripturus in hodierno Romano, maluit id facere die præcedenti, & immodicum eſſe videns numerum (quis enim credere poſſit Chriſtianos eo tempore habuiſſe eccleſias tam capaces) ſatis habuit multa millia *ſcribere. Metaphraſtes in Actis SS. Indes & Domna inducit Archidiaconum, congregatos hortantem ad Martyrium; qui ipſos,* multitudine pœne innumerabiles, *comparavit tribus Pueris Babylonicæ fornacis: & his a'iis titulus eſt,* Μαρτύριον τῶν Ἁγίων δισμυρίων. *Utinam originalia, & Metaphraſte antiquiora extarent Acta! Silentium enim Euſebii, haud facile omiſſuri martyrium, ceteris omnibus quæ ab eo commendantur longe memorabilius, vereri me cogit, ne ipſa ſint ex eorum numero, quæ fabuloſis plane circumſtantiis exaggerata invenit Metaphraſtes, ſuaque eloquentia ſic expolivit, ut prima fronte non appareant manifeſte falſa, Magno certe examine adhuc egent Acta iſta.*

KΘ' 4. Kal. ΝΗΠΙΑ ἀμφ' ἐνάτῃ κτάνον εἰκάδι πατροφόνοι.
Lactentes PUEROS nona & vigeſima mactat.

Eorum numerus, *inquiunt Græci in titulo, fuit* millia quatuordecim. *Non exiſtimo tantum fuiſſe, cum Bethleem oppidum parvum fuerit, non niſi* 7. P. M. *Hieroſolymis diſtans, & fines ejus, in quibus omnibus occiſi pueri, non admodum magni poſſint concipi. Itaque ad ceteras Græcorum fabulas iſtum quoque numerum adjicias licet. Latini antiquitus cædem hanc recolunt die præcedenti,* * ut utrinſque Eccleſiæ circa hoc conſenſus veroſimile nobis faciat, proximis a Natali dominico diebus, licet non eodem anno, rem geſtam eſſe. Atque huc etiam facit, quod Græci, ſicut jam diximus, eodem die quo Chriſti nativitatem etiam Magorum adorationem colant; ut videantur credidiſſe, quod Magi (quibus primum apparuerat ſtella, quando nuntiante Angelo* Verbum caro factum eſt) *vigeſimo primo abinde menſe venerint Hieroſolymam* 23. *vel* 24. *Decembris, ipſoque natalis Dominici anniverſaria ductu ſtellæ intraverint, non jam in ſtabulum, ſed in domum; in qua, non recens natus infans, ſed puer erat cum Maria matre ejus; ubi hoſpitati nocte illa, juxta acceptum in ſomnis reſponſum, ſequenti die per aliam viam reverterint in regionem ſuam. Horum abitum ſequenti mox nocte ſecutus ſit Joſeph in Ægyptum fugiens, cum puero & matre ejus, opportunoque peregrinationis ſubſidio quod Magi attulerant: Herodes vero, videns ſe deluſum, ſtatim in iram conſiliumque cruentum proruperit: neque enim plus biduo opus fuit, ut homo ſuſpicax & explorans omnia, deluſum ſe videret. Cædem autem fieri juſſit ſecundum tempus ſtellæ apparentis, quod exquiſierat a Magis, ſcilicet a bimatu & infra, quia ſcilicet ab initio ſtellæ apparentis uſq; ad hanc diem ſoli tres menſes ad biennium deerant. Quid autem tam diu moratum ſit Magos varii varie conjectant. Suſpicor ego primis novem menſibus ſic apparuiſſe ſtellam, ut fixarum inſtar nullum proprium motum haberet, deinde planetæ ſimilem, ita paulatim promoviſſe, ſuo quotidiano curſu verſus Judæam deflectendo, ut illuc videretur monſtrare viam ſpatio plurium menſium; ubi cum iterum fixa videretur, tum primum ad iter ſe Magi accinxerint, Judæam ingreſſi ſtellam amplius non viderint, niſi poſtquam Hieroſolymis egreſſi ſunt circa veſperam Bethleemum verſus, tum vero iterum apparuerit ſtella, & quidem jam non in cœlo, ſed in aere, donec veniens ſtaret ſupra ubi erat puer. Certe neque præceps furor Herodis patitur, ut longo tempore ab adventu Magorum dilatam cædem credamus; neque dies huic aſſignata concedit, ut facta ſit niſi uno a nativitate Domini anno. Et ſic optime conveniunt omnia, & ſaltem anniculus fuerit puer, cum juſſus eſt in Ægyptum deferri: ubi etiam annum egerit uſque ad 7. Januarii, quando reportatio ejus recolitur, mortuo interim circa Paſcha Herode, & ſuffecto ibidem Archelao. Hoc vero non otioſe notavit Evangeliſta Matthæus; quin potius ſignificans, quod etiam Archelaum formidans Joſeph timuit ire in Judæam, indicat nobis illic iturum fuiſſe potius quam in Galilæam, niſi metus ille prohibuiſſet. Cur autem Bethleemi potius quam Nazarethi habitare maluiſſent Chriſti parentes, non alia facile cauſa poterit aſſignari, quam quod nato Bethleemi Chriſto ibique a Paſtoribus adorato ac manifeſtato, inter cives, omnia jam prolixe efferentes, habitare elegerint, atque apud eos domicilium fixerint, quaſi non amplius Nazarethum rediuri: ex quo ſatis probatur annua ſaltem apud Bethleemitas commoratio, quam inter nativitatem Chriſti fugamque poſuimus. Tempora porro ſingula, in quæ digerenda eſt Vita Chriſti, vide per Conſules deducta probataque ante Tom. 1. Aprilis, in Exercitationibus præviis ad veteres Catalogos Pontificum Romanorum.*

Λ' 3. kal. Πλευρὰ ἈΝΥΣΙΗΣ τριηκοστῇ ἔγχος ἄνυξεν,
ANYSIÆ latus haſtili trigeſima punxit.

Martyr Theſſalonicæ ſub Maximiano, adſcribitur Romano hodierno. Græca Acta duplicia vidimus, necdum nobis tranſcripta, Encomium a Philotheo Patriarcha CP. elaboratum, quod indicat Allatius, nuſquam adhuc reperimus.

ΛΑ' 2. kal. Πρώτῃ καὶ τριηκοστῇ ἀπήρατο βίοιο ΜΕΛΑΝΗ.
MELANIAM e vivis trigeſima prima levavit.

Junior hæc eſt, cujus Vitam habemus Græce expolitam a Metaphraſte, a Lipomano Latine editam: præ hac tamen mallemus invenire aliam, quam prolixe laudat Allatius, ut a domeſtico Presbytero ſcriptam hoc principio. Εὐλογητὸς ὁ Θεός. *Dicitur autem Junior reſpectu aviæ ſuæ, quæ & ipſa admirabilis ſanctimoniæ mulier fuit, quamque ſic laudat S. Auguſtinus, ut dubitandum vix ſit, quin ante mortem reſipuerit ab erroribus, in quos ipſam Rufinus Origeniſta pertraxerat. Ita tamen ut non videatur uſpiam adnumerata Sanctis, niſi forte eſt ea, cujus nudum nomen cum diſticho, ut in pace mortua, reperitur ad diem* 8. *Junii, in Synaxario Ms. Chiffletiano,*

D E-

* Dele cetera: *quia hæc eadem fuſius diſtinctiuſque deduximus in Apparatu prævio ad Conatum Chronico-hiſtoricum de Romanis Pontificibus pag.* 25. & *nihilominus, in Paralipomenis ad eumdem Apparatum alteram damus Conſultatoriam, mutata opinione veroſimilius nunc eſſe æſtimantes, quod Stella cœperit apparere Magis, cum Zachariæ thus adolenti apparuit Angelus, ortum nuntians Præcurſoris; &, quod ſecundo abhinc anno ad finem vergente, nato jam ab octo vel novem menſibus Chriſto, venerint in Bethleem Magi; atque adeo Infantum cædem, intra dies paucos ſecutam, ad menſem Julium vel Auguſtum pertinere. Ex Append.* Tom. VII. Maji pag. 520. col. 1.

D E C E M B E R
MOSCORUM FIGURATUS.

I NAUM ✠ Propheta.

II ABACUM ✠ Propheta.

III SOPHONIAS ✠ Propheta.

IV BARBARA ✠ Virgo Martyr.
JOANNES DAMASCENUS. †

Colitur a Latinis 6. Maji, ubi vitam domus ex Arabicis ſchedis Latine redditam a Joanne Patriarcha Hieroſolymitano duobus forte ſeculis poſt ejus mortem: addimus in Appendice ad tomum 2. etiam encomium Græco-Latinum a Conſtantino Acropolita compoſitum.

V SABAS ✠ Abbas in Palæſtina.

VI NICOLAUS ✠ Epiſcopus Myrenſis.

Quam ſingulari cultu Sanctum hunc venerentur Rutheni, non ſolum legimus apud Poſſevinum & alios, ſed etiam in eorum diptychis triptychiſque videmus, in quibus omnibus invenitur S. Nicolaus, *ac ferme primo & potiori inter Sanctos ejus Ordinis loco. Sed & hoc a Græcis didiciſſe eos probare poteſt pictura Græcanica ex Pariſienſi S. Genovefæ gazophylacio inferius exhibenda.* Eum, *inquit Poſſevinus*, non ſolum depictum, verum etiam pœne totum deſculptum *(res alioqui rara apud Moſcos, a ſtatuis formandis juſte alieniores)* vidimus apud Novogardiam magnam. Vocant autem S. Nicolaum Czudothworetz, quaſi Θαυματουργόν. *Itaque* de plurimis ejus Miraculis, *inquit Sigiſmundus Herberſtenius*, quotidie prædicant: quorum unicum, quod non ante multos annos contigit *(ſcribebat autem Sigiſmundus circa annum* 1549.*)* placuit hic adjungere. Michael quidam Kyſalitzki, vir magnus ac ſtrenuus, in quodam conflictu Tartarico, quemdam magni nominis Tartarum fugientem eſt perſecutus: quem cum citato equi curſo aſſequi non poſſet, Nicolae, inquit, perduc me ad hunc canem. Tartarus hæc audiens, territus exclamat: Nicolae, ſi hic tuo auxilio me aſſequetur, nullum miraculum facies: ſi vero me, alienum a tua fide, ab illius perſecutione incolumem ſervaverit, tum magnum erit nomen tuum. Ajunt, Michaelis equum reſtitiſſe, Tartarumque elapſum: Tartarum quoque deinceps Nicolao, ob incolumitatem ſuam, in ſingulos vitæ ſuæ annos, certas menſuras mellis obtuliſſe; totidemque menſuras miſiſſe Michaeli pariter, in memoriam liberationis ſuæ, adjecta etiam honoraria veſte ex pellibus Madauricis.

VII AMBROSIUS ✠ Epiſcopus Mediolan.

VIII PATAPIUS ✠ Recluſus CP.

IX CONCEPTIO S. ANNÆ. ✠

Non erit fortaſſis otioſum obſervare, diverſitatem phraſis, qua utuntur Græci, & poſt eos Moſci, agentes de Joanne *&* Maria, *ſiquidem 23. Septembris illius* Σύλληψιν, *id eſt* Conceptionem, *celebraturi, non dicunt* Conceptionem S. Eliſabeth, *ſed* Joannis: *hic vero non* Mariæ, *ſed* Annæ. *Quaſi voluerint inſinuare, hanc quidem in ipſo ſuo principio, ſeu in ipſo generationis actu, quatenus ad eum* Anna *virile ſemen excipiendo cooperata eſt, ſanctam fuiſſe; illum vero nullam in ſe habuiſſe ſanctitatem, ſed ab eo qui poſtmodum eſſet ſanctificandus in utero, veluti per denominationem extrinſecam meruiſſe, ut ejus memoria in eccleſiis recoleretur. Et hanc utriuſque feſti diverſitatem ipſa iconum diverſitas exprimit, dum hic ipſe conjugalis congreſſus, quatenus honeſte poterat, exprimitur, prout etiam in Menæis excuſis videre eſt; iſtis ſola apparitio Angeli, ſtantis ad dextram cornu altaris, & Zechariam edocentis qualis ex eo filius naſciturus eſſet. Venerationem autem hujus tam amabilis myſterii, minime vulgarem apud Moſcos probare poteſt, etiam triptychon minus, quod infra exhibemus, cujus unam faciem ipſum ſolum occupat, quaſi præ omnibus Deiparæ feſtis genti iſti carum.*

MENAS ✠ martyr. *Poſſevino non recte,* Minus. X

DANIEL ✠ Stylita. XI

S. Martyris *titulo minus recte ornatus apud Poſſevinum.*

SPYRIDON ✠ Epiſcopus in Cypro. XII

EUSTRATIUS, AUXENTIUS, EUGENIUS, MARDARIUS, ORESTES ✠ martyres. XIII

THYRSUS, LEUCIUS ✠ martyres. XIV

Poſſevinus perperam Furſum *ſcripſit: quia non intellexit* φ *&* θ *apud Moſcos confundi.*

ELEUTHERIUS ✠ Epiſcopus martyr. XV

Non Eliſcherius, *ſicut Poſſevino ſuus interpres legit.*

STEPHANUS Epiſcopus Surozenſis.

Ita nos docuit R. P. Obilewicz, qui utinam plura nos de eo docuiſſet, ſimulque indicaſſet quid ſibi velit adjectum epithetum Nedparotecz. *Hoc nunc beneficium ab aliis patriarum rerum peritis præſtolamur.*

AGGÆUS ✠ Propheta. XVI

DANIEL ✠ Propheta. XVII
ANANIAS, AZARIAS, MISAEL †
ET ALII PATRES ANTE NATUM CHRISTUM †

Ita noſter interpres Belgicus: & recte. Colunt enim Moſci commune omnium Proparentum Chriſti & Juſtorum aliorum veteris teſtamenti feſtum ea Dominica, quæ proxime præcedit Vigiliam Nativitatis: quæ ſi ipſamet in Dominicam cadit, tunc feſtum hoc agitur 17. Decembris, id eſt Dominica præcedente. Menæa excuſa hujus Dominicæ Officium habent poſt 19. Decembris, & in Rubricis notant, quomodo faciendum ſit, ſi Dominica Sanctorum Patrum incidat in 24. menſis ſeu Vigiliam ipſam Nativitatis. Quod, poſt communicatum Moſcis ſacrorum Ordinem, innovatum eſſe apud Græcos arbitramur. Ceterum turpiter erravit ſculptor barbarus, dum Patres iſtos habitu Patriarchali & Epiſcopali induit. Menæa præter Canones & Sticharia, de ſingulis nominatim diſtichon unum recitant, incipientes ab Adam & Eva *& deſinentes in* Suſanna; *ita ut ſint centum & ſedecim diſticha.*

XVIII. SEBASTIANUS ✠ Martyr.
MICHAEL † Syncellus

Hieroſolymitani ſcilicet Patriarcha, Confeſſor Conſtantinopoli ſub Iconomachis, cujus Acta habemus ſcripta per Nicephorum Gregoram.

XIX BONIFACIUS ✠ Martyr. Poſſevino Vinſantus, cui hic jungitur

AGLAIS Matrona Romana,

Domina ejus: quæ licet ſui quondam amaſii corpus excipiens, pœnitentem ad ſepulcrum vitam egerit, nullis tamen, quod ſciam, Græcorum Faſtis inter Sanctos deſcripta invenitur: ſed apud Latinos aliquos Martyrologos vocatur Sancta, & corpus ejus cum corporibus SS. Bonifacii & Alexii honoratur, ſicuti ad 14. diem poſt Acta S. Bonifacii dicemus.

TIMOLAUS Martyr.

Veriſimiliter is quem Menæa hodie Timotheum appellant, in Mauritania paſſum.

XX IGNATIUS ✠ Epiſcopus Martyr.
PHILOGONIUS † Epiſcopus Antiochenus,

S. Chryſoſtomo laudatus, aliam ejus notitiam antiquiorem hactenus non reperimus: eſt autem etiam Romano hodierno adſcriptus.

XXI JULIANA ✠ Virgo Martyr. Poſſevino perperam Ulnea.

OBITUS PETRI METROPOLITÆ

S. Alexii in Kijovienſi cathedra deceſſoris, de cujus vita Actis plura ſcire cuperemus. Ad veram ejus Sanctitatem & præcipuum apud Moſcos cultum probandum faciet Triptychon de quo infra. Hic autem ille eſt Metropolita Petrus, qui circa annum Chriſti 1300. teſte Herberſtenio, Duci Moſcorum Joanni Danielis filio, ſuaſit transferre Moſcuam Imperii Sedem, exemplum ſecutis poſteris. Ipſe enim Petrus amore Alexii cujuſdam, qui ibi ſepultus claruiſſe miraculis dicitur, eo loci Sedem ſibi prius elegerat; eoque mortuo (ſcilicet Petro) atque ibidem ſepulto, cum ad ejus tumulum miracula pariter fierent; locus ipſe religionis ac ſanctitatis quadam opinione adeo celebris factus eſt, ut poſteri Principes omnes Joannis ſucceſſores ibi Imperii ſui Sedem habendam eſſe duxerint. Non idem fecerunt Metropolitæ ſucceſſores Petri, nam primum eorum S. Alexium Kijoviæ reſediſſe ibiq; requieſcere ſcitur. Reſident illi nunc quidem Moſcuæ, ſed a quo tempore nuſquam reperi adnotatum. Conjectura tamen haud inveroſimilis videri poteſt, quod id factum ſit poſtquam a Scythis ſive Coſaccis occupata exſiſaque Kijovia fuit. Sed neque hoc excidium uſquam notatur: ſolum ex Herberſtenio ſcitur, non urbem ſed urbis ruinas extitiſſe cum ille ſcriberet poſt medium ſeculum 16. ut intra illud tempus & annos priores 50. vel 60. res acta videatur. Ceterum Alexius ille Moſcuenſis Sanctus, Ephemeridibus hiſce, quod mireris nuſquam adſcriptus invenitur, plura proinde doceri etiam de eo poſtulo.

ANASTASIA ✠ Martyr. Romana. XXII
CHRYSOGONUS † Martyr.

Unicum Anaſtaſiæ prædictæ ſolatium & auxilium, ab ipſa viciſſim inſigniter adjutus, ac tandem capite plexus Aquileja. Colitur a Latinis 24. Novembris.

SYNAXIS X. MARTYRUM IN CRETA. ✠ XXIII

EUGENIA ✠ Virgo Martyr. XXIV

NATIVITAS CHRISTI. ✠ XXV

Vides hic una in tabella Nativitatis myſterium cum Magorum adoratione conjungi, tamquam ad unum eumdemque diem pertineant utraque, ſaltem in opinione Græcorum, a quibus ſua Moſci acceperunt.

SYNAXIS VIRGINIS MARIÆ. ✠ XXVI

Morem Græcum ſubjungendi feſtis præcipuorum myſteriorum Synaxim propriam ejus perſonæ, quæ primam in myſterio quolibet partem geſſit, jam ſæpe notavimus: an autem hæc imago ultra aliquid ſignificet quod Moſcis proprium ſit, ab ipſiſmet diſcere oportebit.

STEPHANUS ✠ Protomartyr. XXVII
THEODORUS † Confeſſor.

Una cum fratre Theophane, ab inuſtis fronti litteris Graptos cognominatus. Utriuſque nomen hodierno Romano inſcriptum eſt, utriuſque communia Acta a Metaphraſte exornata extant apud nos Mss. Græce, Latine impreſſa apud Lipomanum & Surium.

VIGINTI MILLIA SANCTORUM NICOMEDIÆ COMBUSTORUM. ✠ XXVIII

Qui hic admirabundus aſſiſtit ſanctus Epiſcopus, Anthimus nominatur in Actis.

QUATUORDECIM MILLIA PUERORUM. ✠ XXIX
MARCELLUS † Acœmetarum Præſes.

Vitam ſcripſit Metaphraſtes, quam habemus, extatq; Latina ut ſupra alia: nomen quoque in hodierno Romano.

ANISIA ✠ Martyr Theſſalonicæ. XXX
ZOTICUS † Presbyter CP.

Dictus Orphanotrophus, in Menæis & conſequenter etiam in hodierno Romano relatus ad ſequentem diem. Vitam ab aliquo ſcriptam eſſe needum comperimus.

MELANIA ✠ Junior dicta. XXXI

NOTA, quod in Præfatione n. 5. ſenioris Domini vander Hem nomen indicetur Petrus, cum fuerit Henricus, uti poſt impreſſionem aliquouſque jam progreſſam moneor. Hoc ergo vel mea vel aliena memoria erratum excuſa & corrige: ſic etiam in Vita P. Bollandi num. 119. Ambroſius Chimentellus appellatur, qui fuit Valerius; & num. 147 Franciſcus Dinghens, qui fuit Gaſpar: quod hac occaſione corrigendum ſuggero.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX

De Hagioptychis Græcorum atque Moſcorum.

De antiquis Diptychis variis, GAbriele Cardinali Paleotto hortante curioſum de Diptychis commentariolum inſcripſit vulgavitque *Tarracone anno* 1587 *eruditiſſimus vir Ioannes Baptiſta Cardona, Epiſcopus Dertoſanus.* Diptychon quoque Leodienſe, ex Conſulari factum Epiſcopale, *ante hos viginti annos elucidavit Alexander Wilthemius noſter, & duabus ſucceſſivo Appendicibus augens, multa non paſſim obvia in eandem rem docuit. Sed omnium in hoc argumento verſatorum conatus ſucceſſu feliciſſimo ſuperavit amicus noſter Carolus du Freſne, Dominus du Cange, in ſuo infinita propemodum diligentia eruditionisque Gloſſaria, quo mediæ infimæque Latinitatis ſcriptores nuper ſic illuſtravit, ut Græcis quoque earumdem ætatum libris haud modicum luminis intulerit: breviſſima enim ſimul & clariſſime ſacrorum profanorumque Diptychorum uſum omnem explicavit; hactenus tamen ut vocis illius ſignificatum ſolis iis tabellis dederit, quæ*
B
nec Hagioptycha dicuntur, erant ad uſum ſcriptionis comparatæ. Ecce autem a Moſcovia adſunt tabellæ ſacræ, non vivorum defunctorumve nominibus inſcriptæ, ſed imaginibus Sanctorum pro uniuſcujuſque devotione diſtinctæ, eæque plicatiles, quas pro numero partium licebit etiam Diptycha, vel Triptycha appellare; donec aliunde doceamur, quæ ſit earum nuncupatio propria apud Græcos, quorum exempla ipſas facere Moſcos credo. Interim ut commune omnibus nomen ſaterem, propinſqua eorum uſum ac formam explicarem, novam iis appellationem condidi in titulo, & Hagioptycha ſcripſi.

partim Græco 2 *Neque vero ex nihilo eſt, quod Græcorum exempla plicatiles ejuſmodi tabellas fieri a Moſcis credam. Inter alia enim quæ nobis humaniſſimi eruditiſſimique Senis Ioannis Iacobi Chiffletii Archiatri Regii liberalitas ad ſui memoriam donavit Bruxellis, paulo ante mortem, tabella Græcanica duplicis ectypon fuit, accuratiſſime delineatum ex prototypo, quod compoſitum erat ex teſſellis jaſpidis viridis, eleganter celatis, quas teſſellas compaginabant lineæ, forſan aureæ vel argenteæ, in quadrum ductæ, ad hanc quam vides formam. Hæ tabellæ ſi non ſunt inter ſe connexæ, invicem tamen ſic ſunt æquales, ut mutuo componi complicarique poſſint ſi connectantur, quemadmodum connexa ſunt Ruthenica quæ habemus Diptycha Triptychaque.* C *Habemus autem hæc olim Bollando noſtro miſſa ab inſigni illo veroque ætatis noſtræ Horatio, Matthæo Caſimiro Sarbievio: qui procurata poematibus ſuis Plantiniana elegantia impreſſione magnifica optima de ſe merita amicis gratiam aliquam relaturus, varia Ruthenica pietatis cimelia miſit in Belgium; interque ea etiam iſtas, quas dixi, tabellas. Perpetuum autem amicitiæ jucundiſſimæ monumentum extare voluit in auctiori operum ſuorum editione, libro 3 Lyricorum Oda 29 ad Amicos Belgas, ubi Poetice raptus œſtro vates ex Lithuania in Belgium, mox ubi miſſus ſibi eſt videre Antverpiam, illum ut ſibi ante omnes obvium ſic alloquitur.*

At tu, meorum prime Sodalium
BOLLANDE, ſalve! Non tibi frigido
Infundor amplexu: verenda
Colla tero. Juvat uſque ſacro
Hærere vultu: ſidereum juvat
Multoque fœtum numine cernere
Pectus, redundantemque pleno
Ore Deum.

3 *Sunt autem tabellæ omnes ligneæ, gypſo primum, deinde coloribus, ac denique gummea quadam litura ad ſplendorem durabilitatemque inductæ; incluſæ compagini æreæ, duobus deſuper annulis inſtructæ, ut complicatæ ad collum geſtari, explicatæ vero etiam ex pariete poſſint ſuſpendi. Ejuſmodi pyxidularum (formam enim pyxidis referunt dum clauſæ manent) uſum hunc eſſe ajunt, ut orationem loco quocumque facturi, ubi ſacrarum imaginum copia non adeſt, etiam in itineribus, ad manus habeant iſta quaſi portatilia altariola. Nam ut teſtatur Herberſtenius,* nullus Monachorum nec Sacerdotum Horas Canonicas, ut vocant, orat niſi habeat imaginem præſentem: quam etiam nemo niſi magna veneratione attingit: qui autem eam in publicum profert, manu in altum tollit: quam omnes prætereuntes aperto capite Cruce ſe ſignando plurimum venerantur. *Suntque in hoc genere tam religioſi Moſci, ut in loco ubi ſunt Sanctorum imagines, niſi bene occluſæ obtectæque fuerint, conjugali commercio uti non audeant: ex eademque reverentia erga res ſacras affectu, maritus ad uxorem acceſſurus Crucem a collo deponit.* E *Videor autem audiviſſe, alicubi apud Ruthenos uſu eſſe receptum, ut cum ſeſe mutuo domi viſitant, ſuos quiſque Patronos ibi depictos promat, inſimulque ſupra menſam reverenter locatis prius deferant religioſæ ſalutationis officium, quam ipſum inter ſe alternatim exequantur. Ut ut eſt, non ſunt tales tabellæ ad hunc uſum neceſſariæ Moſcis, qui, ſicut* Herberſtenius *ait,* in ſingulis ædibus & habitationibus habent imagines Sanctorum loco honorificentiore: & cum alius alium accedit, ingreſſus habitaculum continuo caput aperit, atque ubi imago ſit circumſpicit: qua viſa ter ſe Crucis ſigno munit, caputque inclinans, inquit, Domine miſerere: deinde ſalutat hoſpitem his verbis, Deus det ſanitatem. *Sed haſce domeſticas imagines grandiores eſſe puto, & ſubitum ut minimum unum æquare: talemque ipſi habemus Deiparæ iconem, filium ulnis tenentis, ipſiuſque mutuo amplexu collum innexæ: cum noſtræ, de quibus hic mihi ſermo, tabellæ non excedant menſuram in ectypa expreſſam: placuit enim ad diſtinctiorem notitiam ſingulæ æri inciſæ exhibere ſpectanda.*

4 *Vides ergo hic primo Chiffletianum Diptychon, quod ille credebat Conſtantinopoli allatum, ſervatis menſuris omnibus; ac ſolum excepto, quod ubi in originali ſolum ſunt quatuor ſeries Sanctorum, ſingulæ in quinque cellulas diſtinctæ; hic, pro conformatione aptiori totius laminæ, digeſta cernantur ſeriis quinque, ſic ut in unaquaque ſolum quatuor cellulæ numerentur: qui autem reliquus erat quintus inveniatur relatus ad ultimum quaternarium;* F *non voluntate noſtra, qui juſſeramus ut quintus in prototypo inchoaret in ectypo ſecundum quaternarium, & ſic deinceps; ſed errore ſculptoris, qui mentem noſtram (ſatis ut putabamus explicatam) non intellexit: quod tamen non tanti faciendum credimus, ut propterea debeat opus jam factum aboleri, ac novum curari faciendum. Singularum itaque genuinas imagines habere te ſcias, verum ordinem diſce ex ſequenti enumeratione. Sequuntur Triptychi, omnium quæ habemus copioſiſſimi minutiorique elegantia elaborati, tabellæ duntaxat; reliquum enim ornatum capere non poterat anguſtia ſpatii in ære vacui: nec vero neceſſarium videbatur, quando Triptychon minuſculum aliud hic jungere placuit, in quo tota incapſationis (ut ſic loquar) forma, eadem prorſus quæ eſt in priori, ſed rudior aliquanto, videri poteſt. Quemadmodum vero duabus ſpinulis inter ſe nectuntur Triptychorum tabellæ, ſic unica ſufficit nectendis Diptychis, quæ habemus paulo grandiora, & unde acceptas tabellas duas infra exhibemus. His autem jam partim æri inciſis, partim in charta delineatis, una cum grandioribus Ephemeridum figuratarum tabulis duodecim, allatum eſt Antver-*

A *verpiam ſupralaudatum Gloſſarium Cangianum, in fine tomi tertii adjunctum habens diſſertationem de Imperatorum Conſtantinopolitanorum numiſmatibus: ad quam illuſtrandam varias Graecanicae picturae tabellas collegit auctor expreſſaſque repraeſentavit, inprimis quadripartitam unam & huic noſtrae lucubratiuncula aptiſſimam. Ergo licet hac apud eum videri poſſit, malui tamen hic inſerendam aptare, ſed ſpatia tertia parte contractiori, ut caelat quatuor capias una lamina.*

& ſingularum tabellarum explicatio

5 *Porro Chiffletiana tabella primus ordo continet Martyres antiquos quinque, ſecundus totidem Epiſcopos, alii duo monaſticarum inſtitutionum Auctores praecipuos decem. In altera tabella non facile diſcernere poſſis ordinem, quem auctor tenuerit: nam penultimus ordo totus fere ex antiquis Martyribus conſtat, antecedentibus & conſequentibus monachis aliquot celebrioribus. Omnium nomina, ſicut expreſſa vides, Graecis medii aevi litteris jaſpidi inciſa ſunt: proinde ſufficiet ea hic latine reddere: addito quo quiſque Sanctus colitur die, ac brevi cum opus videbitur annotatiuncula.*

B

TABELLA I.

S. Euſtathius 20. Septembris.

Ita Graecis ſcribitur, qui Latinis Euſtachius *eſt, celeberrimus Trajani Imperatoris Dux atque gener, poſtea cum uxore & filiis Martyr Romae; neſcio an diverſus ab eo, qui cum Polycarpo & Evangelo colitur Conſtantinopoli in Sibaena* 7. Julii.

6 *Praeter antiquos iſtos, invenio apud Theophanem, ad annum ultimum Leonis Iſaurici, quod ipſo mortis ejus anno,* Iſam Princeps Arabum captivos Chriſtianos, per ſingulas ditionis ſuae urbes ad unum interfecit: inter quos B. Euſtathius, Marini ſpectabilis Patricii filius, multa paſſus tormenta, nec ſinceram ſuam fidem ob id ejurans, in Charan celebri Meſopotamiae urbe, verus atque illuſtris Martyr illuxit: ubi venerandae ejus Reliquiae, gratia Dei opitulante, omnis generis praebent medelam. Sed & multi alii per martyrium effuſo ſanguine conſummati ſunt. *Non eſt autem valde abſimile vero, quod hic loco primo notetur, quia Conſtantinopolitanus fuerit, & has tabellas ſculpendas curaverit aliquis de eadem Marini Patricii familia: optandumque foret ut pleniora Acta & dies mortis cultuſque extaret.*

C

S. Euſtratius 13. Decembris.
S. Procopius 8. Julii.
S. Artemius 20. Octobris.
S. Menas 11. Novembris.
S. Petrus Alexandrinus 24. Novembris.
S. Gregorius Magnae Armeniae 30. Septembris
S. Gregorius Conſtantinop. 25. Januarii.

Scilicet apud Graecos, quorum ordinem hic ſequimur, juxta praecedentes Ephemeridas: quod ſemel ſufficiat indicaſſe, alioqui notandus nunc fuiſſet 5. Maji: *eſt enim is qui cognomento notiori paſſim* Nazianzenus *dicitur, vel* Theologus.

S. Spyridion 12. Decembris.

In omnibus ejus imaginibus peculiare hoc capitis tegmen, quod velati ex palmarum foliis contextum apparet, eidem tribuitur, & ita etiam in Menaeis exprimitur: videtur autem hic etiam ſacra myſteria tenere manibus: quale quid alibi necdum vidi.

S. Dionyſius Areopagita 3. Octobris.
S. Antonius 17. Januarii.

Videor mihi humero ejus dextero aſſutum cernere ſignum T. *Rotulus in ejus aliorumque ſequentium manibus involutus vel explicatus Inſtitutiones monaſticas ſive Regulas deſcriptas notare cenſendus eſt. Cucullus Aegyptii aut Syriaci ritus monachum notat, ceteri nudo vertice picti ritus Graeci linguaque fuerunt, ſi excipiatur mox ſequens*

S. Paulus Thebaeus 15. Januarii

D *Sed hic in ſua palmea tunica exprimendus fuerat: nec tamen credere poſſum, alium ab eo* Paulum *intelligi, puta diſcipulum Antonii cognomento* Simplicem. *Hic enim in nullis Graecorum faſtis nomen habet. Vide ergo an placeat conjectura, credique poſſit erraſſe in nomine tranſcribenda ſculptorem, &* Paulum *legiſſe notaſſeque, ubi legendus notanduſque (ſed nomine per compendium aliquod mutilato contractove)* Pachomius Thebaeus 15. Maji.

S. Euthymius 20. Januarii

Ut quid duplici inſtruitur rotulo? Credo, quia non ſolum Coenobitis, ſed etiam Lauritis ſeſe impendit.

S. Sabas 5. Novembris
S. Arſenius 8. Maji

Latino tamen hodierno Romano inſcribitur hic ad diem 19 Julii, quando dabimus ejus Acta, quae habemus Graeca triplicia: prima ut apud Lipomanum & Surium Latina extant, alia ex Mſſ. Vaticanis deſcripta, tertia denique S. Theodorum Studitam auctorem praeferentia; ſed quae dolemus ſine mutila duntaxat eſſe a nobis reperta.

S. Theodoſius Coenobiarcha 11. Januarii
S. Hilarion 21. Octobris
S. Joannicius 4. Novembris
S. Joannes Climacus 30. Martii
S. Ephrem Syrus 28. Januarii

E

TABELLA II.

S. Alypius *Stylita* 25. Novembris
S. Onophrius 12. Junii
S. Daniel *Stylita* 11. Novembris
S. Macarius Aegyptius 19. Januarii

Video eum hic palmea tunica, & quidem corpori arctius adſtricta indutum, quod nuſquam legi. An forte hic lapis erat deſignatus tabella prima, ut proximum a S. Antonio locum teneret, & nomine Pauli *inſigniretur; cui ſubſtitutus per errorem ſit lapis, Macarium ut habitu monaſtico exprimens, ejuſque nomini inſcribendus?*

S. Simeon 1. Septembris
S. Joannes Calybites 15. Januarii

Librum hic Evangeliorum manu tenet, cujus indicio ſe manifeſtavit matri: Crucem autem dextra, quia voluntarius ſine ſanguine Martyr pro Dei amore. Alias tamen in Ephemeridibus videas multos non Martyres Crucem praetendere.

S. Alexius Homo Dei 27. Martii

Et hic rotulum tenet ſive epiſtolam, ſui a morte indicem.

S. Joannes Damaſcenus 4. Novembris. F

Perſica Capitis tegumenta & hic, & in Menaeis, & alibi ſpectabilis.

S. Coſmas 14. Octobris

Fuiſſe eum S. Joannis ſocium, in ſacris hymnis componendis reſtaurandiſque, vel ea hac conjunctione veroſimilius redditur.

S. Theodorus Studites 11. Novembris

Notabilis enimvero ac ſingularis habitus, quem neſcio an debeam praeſumere aliis quoque Conſtantinopolitanorum monaſteriorum Hegumenis fuiſſe communem: iteramque haereo, cujuſnam materiae globulos circum oras veſtis ductos eſſe cenſeam: nam gemmas credere in habitu monachali, quamvis ornatiori, quae ratio patitur? Adde quod hujuſmodi ornatus etiam in Italia notus fuerit, unde ab annis circiter octingentis hujuſmodi picturam Caſini formatam exhibet Angelus de Nuce in ſuis ſuper Caſinenſe chronicon Commentariis, quam etiam hic Lectori meo exhibeo.

Vi-

A



B *Vides veluti gemmatas veſtes hinc S. Benedicti, ſedentis in habitu Diaconali, & Regulam porrigentis; inde Joannis Abbatis adſtantis, eamque excipientis: gemmatum quoque utrique circa caput ornatum, cum hac diverſitate, quod S. Benedicto, ut æternitatem felicem adepto, caput ambiat circulus, æternitatis ſymbolum: Joanni vero, ut adhuc viventi, quadratum quid poſt caput ſit, quo creditur firmitas fidei, velut quadro lapide immobiliter fixa, repræſentari. Hanc diverſitatem aliis quoque exemplis firmabimus in Chronologica ſerie Romanorum Pontificum, danda non ante Junium, ſicut in hujus Maji locis variis jam indicatum, ſed ante tres poſtremos tomos Maji. Interim fortaſſis plus aliquid lucis affulgebit ad definiendum diſtinctius, quid ſibi velint illa quaſi ſeria ſeu linea globulorum, non ſolum in veſtibus, ſed etiam in ſella: in hac tamen ſculpturam arbitrariam facile poſſumus nobis imaginari, atque ac veras gemmas in veſtibus & circum caput Cæſarearum perſonarum, in nummis earum vel picturis, qualis inter Cangianas tabellas quinta, ſexta ac ſeptima gemmatos inſigniter Imperatores atque Imperatrices, nec non eorum liberos exhibent, ſpecie viſu digniſſima.*

S. Coſmas) (5 Julii, *vel*
S. Damianus) (1 Novembris.

C *Utrique ut Medico, ſpatula dexteram, ſiniſtram implet volumen cataplaſmaticum.*

s. Panteleemon 27. Julii

Hic etiam Medicus cum ſpatula, videtur in manu ſiniſtra habere pyxidem pharmacalem, quomodo & Sanctos duos Anargyros jam nominatos, tum in Ephemeridibus figuratis, tum in Triptycho mox explicando videre eſt.

S. Hermolaus 26. Julii
S. Triphon 1. Februarii

Siquidem ſupponere libet penultimum hunc ſecundæ tabellæ ordinem totum eſſe antiquorum Martyrum, ſatis enim hoc nomine Lampſaci paſſus colitur. Veſtis forma aliquid haud facile obvium, quod conſideres, habet: magis autem lilium dextera inſertum, cujus rationem ab alio ſagaciori libenter diſcam.

s. Stephanus Junior 28. Novemb.
s. Andreas Criſeos. 17. Octobris
s. Athanaſius in arbore

Dedimus 26. Junii ſimilem huic Davidem, cujus ſaltem diem inveniebamus notatum, hujus vero etiam diem requirimus, nedum Vita Acta.

s. Euphroſynus 11. Septembris

Admirabilis plane eſt Hiſtoria, quæ nobis de hoc Sancto ſui monaſterii coquo refertur in Menæis, nec tamen fidem ſuperat, eo quod ſimilia legamus etiam in aliis indubitabilibus Sanctorum Vitis, puta SS. Franciſcæ Romanæ atque Lidwinæ Schedamenſis, circa earum raptus in Paradiſum. Sed dolendum, quod ea hiſtoria habeatur, abſque ulla temporis vel loci nota, neque unde accepta ſit adhuc ſciatur, nec denique quid ipſi Sancto, poſtquam manifeſtatus profugit, acciderit. D

s. Acacius *ſive* Daccius filius Petus

Utrovis nomine (incertum enim eſt quomodo legi debeat: & poſtremum, licet barbarum, ex litteris hic expreſſis immediatius colligitur) utrovis, inquam, nomine ignotiſſimus nobis hic Sanctus eſt, atque ac pater ſeu potius mater ſua Peto, *unde ei cognomen quo diſtinguetur ab aliis, quales in Menæis occurrunt unus* S.P.N. Acacius Junior 28. Augu*ſti, gladio cæſus, veroſimiliter ſub Iconomachis; alius* 7. Julii *in Typico &* 26. Novemb. *in Menæis* S.P.N. Acacius *ὁ ἐν τῇ κλίμακι; aut denique* 21. *Julii, aliis* 29. *Novemb.* S. Martyr Acacius ὁ ἐν τῷ Παπαίκῳ, *ſeu verius* Ἑπτακαίκῳ, *quæ melius intelligentur de antiquo aliquo Martyre, cujus ibi reliquiæ ſint, & quales diebus variis apud Græcos ſe offerunt; quam de poſterioris ævi monacho, qualis hic exprimitur. Interim inſtructionis & diſquiſitionis ulterioris gratia hæc volui digerere, ſi forte quorumdam ex iſtis Vita alicubi inveniatur: niſi enim in Menæis extaret elogium* E *Acacii* ὁ ἐν τῇ Κλίμακι, *qui dicitur vixiſſe in uno monaſteriorum Aſiæ, ſolo nomine omnes noti eſſent.*

7 *A Græcis ad Moſcos tranſeo, eorumque hic expreſſum Triptychum geminum. Media utrobique tabella, Chriſtum veluti judicem pro tribunali ſedentem repræſentat: quod etiam Romanis adeo uſitatum fuit, ut ab ejuſmodi operibus muſivo figuratis, baſilicarum abſides ſupremæ hodie quoque corrupto vocabulo appellentur* Tribunæ. *Hic vero tamquam patrocinantes clientibus ſuis,* Mater Dei & Joannes Prodromus *perorare videntur: & ſic etiam depictos variis occaſionibus vidi; habeo autem etiam in diptycho uno de quo infra, & habent S. Genovefæ Canonici in ſua quadripartita tabula. A tergo Chriſti poſt thronum aſſiſtunt etiam* Archangelus Michael & Archangelus Gabriel. *De reliquis potioris ac primi Triptychi Sanctis, quos gemino ordine ſic aſſiſtere vides, ut ſimul omnes faciebus ad thronum converſis ſuas videantur preces conjungere, paucis accipe ſingulorum nomina, Latinis deſcripta litteris. Prius tamen monendus es, Lector,* Triptycha *hæc per ſculptoris errorem, non niſi opere perfecto, nec propterea abolendo agnitum, alio prorſus ſitu comparere in imagine quam compareant in prototypo, ita ut quæcumque ad ſiniſtram vides, concipere debeas ſtare ad dexteram. Itaque etiam eam,* F *quæ in prototypo dextera eſt,* Tabellam dexteram *nominabis;* Siniſtram *quæ ſiniſtra eſſe debebat.*

TRIPTYCHI MAJORIS

TABELLA MEDIA.

Leontius Roſtovienſis	23. Maji.
Tychon *Ep. in Cypro*	16. Junii.
M. Chr. Georgius	23. Aprilis.
M. Chr. Demetrius.	26. Octobris.
M. Chr. Boris M. Chr. Glebus	24. Julii.

TABELLA DEXTERA.

S. Nicolaus *Epiſc.* Myrenſis	6. Decembris.
Stephanus *Protomart.*	27. Decemb.
Petrus *Metropol. Kijovien,*	21. Novemb.
Alexius Metropol. *Kijovien.*	12. Februar.
Jonas *Metropolita* Kijovienſis	

Poſt Iſidorum, qui Concilio Florentino interfuit an. 1439 *tertius* Jonas Hleſna *Catholicus fuiſſe perhibetur, ſed ab hoc quartus alius,* Jonas, *ſub annum* 1520. *ſchiſma pæne extinctum erexit. Priorem ergo hic intelligo, ſed ita ut*
de

A *de vita ejus atque miraculis cupiam edoceri. Noto interim primum hunc eſſe inter ſuos qui mitram in capite ferat.*

Coſmas & Damianus 1. Julii *vel* 1. Novembris.

Florus & Laurus 18. Auguſti.

Hi Martyres in Illyrico paſſi, tamquam Ruthenis viciniores, ſingulari apud eos in veneratione ſunt: inſcribendo autem nomine Flori nota Θ *uſurpari pro* Φ *quod in Ephemeridibus ſapiſſime etiam accidit. Nam ſicuti Herberſteni ad Lectorem Præfatio continet,* Th *fere per* Ph *proferre ſolent Moſci, &* Theodorum *ipſi* Feodorum *appellant.*

Joannes Roſtovienſis.

Nuſquam in Ephemeridibus nominatus, ipſo ſuo habitu Ruthenum nobilem ſe eſſe demonſtrat; quibus in vita meritis, poſt mortem miraculis inclaruerit, & quo anni die colendus veniat, hactenus habeo incompertum. Diſcere etiam velim in quem uſum ſerviant dextera manui ac brachio addita inſtrumenta.

TABELLA SINISTRA.

Baſilius *Magnus*, Gregorius *Theologus*, Joannes *Chryſoſtomus, communi ſimul feſto coluntur a Ruthenis æque ac Græcis* 30. Januarii.

B B. Zoſimas) *Indigenam eſſe utrumque Sanctum abſque* B. Sabatius) *dubio cenſeo, ubi præfixas nominibus litteras* ΠΡ. *&c.* Presbyterum *ſignificare credo: qui tamen hæc miſit latinis deſcripta litteris,* B *poſuit, quo notatur* Beatus. *Idem vero addit, hunc eſſe* habitum Sacerdotalem ad altare: *eſt autem ſuperioris veſtis color rubens, inferioris flavus, capucii & pendentis a pectore ſtola niger, ſed crucula ſuper utramque rubra: quid autem ſibi velim decuſſata infra medium corpus linea nigra, nondum aſſequor: alibi video ejuſmodi lineas non excedere ſtolam cui intexta ſunt. Magnam autem utriuſque venerationem in ſua gente probat mihi Diptychon quoddam, apud nos exiſtens, cujus una tabella Chriſti thronum habet cum Deipara & Joanne; altera tres ſolum Sanctos, ſcilicet* S. Nicolaum *& hos duos Sanctos. Ipſam tabellam totam exhibeo tum quia necdum omnes litteras aſſequor, ut eas peritiori cupiam explicandas proponam, tum quia volo exhibere, ornatum aurearum lamellarum; quibus vacuum a figurarum pictura tabellæ fundum quandoque implent talium artifices. Simul etiam hic vides cujuſque Sancti nomen, argenteis lamellis ſeorſim inſcriptum,*

C



Similis fermæ eſt Diptychon quod habemus alterum, cujus tabellam unam implet imago Deiparæ filium ante ſe habentis qualem hic exprimimus, alteram S. Nicolaus *&* S. Baſilius Archiepiſcopus Cæſarienſis, *nominibus ſic extenſe in una oblonga argentea lamella affixis. In hoc Diptycho notabilis eſt etiam forma diadematis, ſupra capita Sanctorum ex ære ducti, prominentiſque e fundo tabellæ, & encauſto variegati, quale diadema etiam videmus in quadam cubitali Deiparæ icone, ſimili modo picta & ornata, ſed filium colla ſua ſtringentem geſtantis in ulnis.* D



C

Redeo ad ſiniſtram noſtri Triptychi, ubi in ordine inferiori primum ſe offert,

Proph. Elias 20. Julii

8 *Hujus cultum ſpecialem apud Moſcos probare videtur* Divi Eliæ monaſterium *haud procul a Wolga fluvio inter Uwer & Gerodin milliaribus 25. ab urbe Moſcua, cujus in ſuo ad hanc urbem itinerario meminit Herberſtenius.*

B. Sergius 20. Julii.

M. Chr. Piatenka, *id eſt*, Paraſceve 13. Octobris.

M. Chr. Æcaterina 23. Novembris

M. Chr. Barbara 4. Decembris.

TRIPTYCHON MINUS.

Non multa explicatione eget hoc triptychon. Media tabella argumentum ex præmiſſis jam notum eſt, notum eſt etiam myſterium Immaculatæ Conceptionis, *quod hic in ala dextera exprimitur, adſcriptis nominibus* Joachim & Annæ. *Reſtat ſola ala ſiniſtra, ubi duplici ternario ſtant depicti,* Apoſtolus Timotheus, Epiſcopus Nicolaus, Archidiaconus Stephanus: *&* Chr. M. Piatenka, Florus, Laurus. E

9 *Quod attinet ad tabulam quadripartitam, ſupra fol. 61. etiam expreſſam, aliud in ea nihil occurrit notandum, quam Diaconalis S. Stephani ſtola, ex humero pendens, perquam anguſta, & tertio intextam habens vocem* ΑΓΙΟΣ, *quod in Menæis ad 27. Decembris notari poterit. Eaſdem ſtolas ſimili modo apud Moſcos inſcribi facile crediderim, licet Ephemeridum ſculptor, propter anguſtias ſpatii, nihil tale potuerit notare, ideoque maluerit Cruces fingere.*

10 *Quoniam vero gentis Moſcovitica religio erga Sanctos ſatis ex hactenus deductis pateſcit, non erit huic loco inconveniens ſubnectere, qua ratione Dux Moſcoviæ ad quædam ſingularioris devotionis loca annuas ſuas peregrinationes inſtituat, ex relatione anno præcedenti 1679. 15. Septembris ſcripta, per domeſticam quemdam Legatorum Cæſareorum, ad ſpectandam pompam in erectam ad id ſocus viam ſuggeſtam invitatorum. Propoſita peregrinationis terminus erat* Trowitzy. *Locus Moſcua diſſitus 30. circiter*

A *citer P. M. verſus Septentrionem*. Præmiſſa fuerat turba famulorum, ad mundandas qua tranſeundum erat vias: hanc ſtato die ſubſecuta ordine pompa eſt, adeo numeroſa adeoque magnifica, ut ſpecioſiſſimus triumphus duci videretur. Initium faciebat cohors Prætorianorum, qui ipſi, non minus quam equi eorum, tam ſuperbe induebantur ac ſplendide, ut id concipere aliquis via animo poſſit. Sequebantur ducti ad manus equi ex pretioſioribus centum: omnibus ſellæ ephippiaque auro picta, omnibus circuli circum tibias anteriores aurei, omnibus e dextro ſellæ latere appenſus grandior enſis in vagina argentea, quam totam pallidulo virore Callaidea diſtinxerant, Turkoſi vulgo appellati, omnibus denique ad latera famuli, qui ſingulos utrimque ducebant habenis ex ſerico laboratis. Tum comparebat Rheda Czari, vacua illa quidem & nihil præter ipſius panopliam continens, late ſpectabilem; undique tamen elegantiſſime ſculpta atque inaurata, quam equi ſex candidi protrahebant, ornati capita excelſis pretioſarum plumarum faſcibus. Claudebat agmen Czarus ipſe, cinctus præcipuis Imperii ſui Proceribus, generoſoque equo ſuperbe invectus: quorum tantus erat apparatus veſtium gemmatarum, imprimis mitrarum capita tegentium; ut qui Romanis ſæpe pompis adfuerant, faterentur eas nec e longinquo quidem poſſe cum Moſcovitica illa comparari.

B

11 *Hactenus illa relatio, primam Septembris hebdomadam indicans, qua egreſſus hic ſpectatus a Cæſareis Legatis ſit. Cum ergo oppidum* Trowitz *dictum, ſecundum chorographicam in Atlante Blaviano tabulam, diſtet Moſcua horarum dumtaxat octo vel decem itinere Boream verſus, & peregrinatio illa dicatur ſuſcepta prima hebdomade Septembris, quando Feſtum Nativitatis B. Mariæ cadebat in feriam iſtius hebdomadis 6. præſumi poteſt, quod eo loci ſit celebris aliqua Deipara imago, ad quam venerandam undique conveniant peregrini, eo ſucceſſu, ut ipſos quoque Magnos Duces ad ſe quotannis trahat; ſicuti de Cellenſi Thaumaturga in Styria quotannis audimus Auguſtiſſimum Imperatorem illuc proficiſci ſolitum. Veroſimile eſt autem non ſtatim reverti Moſcuam Czarum, ſed cœptam ſemel peregrinationem proſequi flexo in Occidentem itinere, verſus monaſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, duplo quam ſit Trowytz remotius Moſcua*, ad diem anniverſarium S. Sergii 25. *ejuſdem menſis* Septembris celebrandum, *ut loquitur Poſſevinus; qui cum ex arce Starovia Pleſcoviam verſus diſceſſiſſet* 18. Kal. Octobris, triduo poſt, *id eſt die* 15. *Septembris, ex eadem arce, prædictam ob cauſam, illuc etiam* Princeps excurrit, *inde in* Slobodam Alexandri *oppidum (illud credo quod Paulo Oderbornius, propinquum Moſcua ſtatuit, &* ſpecioſam magnorum Ducum habitationem *appellat*) mox ad ſuam Regiam (*Moſcuam intellige*) profecturus.

C

INDICULUS

Sanctorum Ruthenis propriorum.

P*Oſtquam explicando figuratas Moſcorum Ephemeridas, ſatis ſuperque jam demonſtratum habemus, pleroſque quos natio illa ut Sanctos colit, a Græcis acceptos fuiſſe; breviter colligemus indiculum eorum, qui ipſis proprii ſunt; ut talium paucitate conſiderata, manifeſtum fiat, non niſi raræ teſtatiſſimæque virtutis perſonis eum honorem fuiſſe tributum. Sunt ergo ſuis diebus aliqui noti nobis, aliqui ſub dubio tantum ſintne Rutheni an non, & his præfigimus* *

* Marcianus *Monachus*	11 Ianuarii.
* M. Agne, *Mater an Martyr?*	16 Ianuarii.
Prochorus *Monachus*	10 Februarii.
Demetrius *Monachus*	11 Februarii.
Alexius *Metropol.*	12 Februarii & 20 Maji. D
Symeon *Monachus*	13 Februarii.
Cyrillus *Ep. Moravorum Apoſtolus*	14 Februarii.
* Eulogius *Monachus*	14 Februarii.
* Cyrillus *Martyr*	20 Martii.
* Iacobus *Epiſcopus*	21 Martii.
* Iſacius *Diaconus*	24 Martii.
Antonius, Ioannes, Euſtachius, *MM.*	14 Aprilis.
* Theodorus *Epiſcopus*	20 Aprilis.
Stephanus *Ep. Permienſis*	26 Aprilis.
Theodoſius in Petſerra	3 Maji.
* Nicolaus *Epiſcopus*	9 Maji.
Iſidorus *propter Chriſtum ſtultus*	14 Maji.
Iſaias *Epiſc. Roſtovienſis*	15 Maji.
Leontius *Ep. Roſtovienſis*	23 Maji.
* Nicetas *Stylita*	24 Maji.
* Ignatius *Epiſcopus*	28 Maji,
* Dionyſius *Monachus*	1 Iunii,
* Ioannes *Martyr*	2 Iunii.
* Cyrillus *Monachus*	9 Iunii.
Antonius Pezerskie *Monachus*	10 Iulii.
Wlodomirus *Dux primus Chriſtianus*	15 Iulii.
Borys & Glebus *Principes*	24 Iulii.
* Felix *Martyr*	30 Iulii. E
* Philotheus *Archiepiſcopus*	15. Septemb.
Theodorus *Monachus*	19. Septemb.
Michael *Zeruichvienſis* M.	20. Septembris.
Theodorus *ejus famulus*	20. Septembris
Sergius *Radoznenſis Abbas*	25. Septembris
Nicolaus Sbiatopza *Monachus*	14. Octobris
* Euthymius *Monachus*	15. Octobris.
Cleopatra *Sanctimonialis*	20. Octobris.
Hilarion *Epiſcopus Mehlenſis*	21. Octob.
* Joannes *Monachus*.	22. Octob.
Athanaſius *Metropolita*	24. Octobris.
Abrahamus *Monachus*	25. Octobris
* Paraſcavia *Virgo*	28. Octobris
Barlaam *Ep. Novogroden.*	6. Novemb.
* Gregorius *Epiſcopus*	14. Novembris.
* Eupatius *Epiſcopus*	16. Novembris.
* Palladius *Monachus*	27. Novembris.
Stephanus *Ep. Surozenſis*	15. Decembris.
Petrus *Metropolita*	21. Decembris.

Atque hi ſunt, quorum annuus cultus ad certos dies determinatus, nobis innotuit ex Ephemeridibus noſtris: ex occaſione autem innotuerunt ſequentes, quibus vellem ſuum quoque determinare diem, ideoque hic collectos propono.

Anonymus *Epiſc. excoriatus a Permienſibus paganis cujus fit mentio ubi de* S. Stephano *Ep.* 26. Aprilis.

S. Euphroſyna filia Ducis Polociæ, *mortua Hieroſolymis* 23. Maji, *indicatur ubi de S. Euphroſyna in Ephemeride Græca* 25. Septembris.

S. Theodoſius *Presbyter* Monachus, *cujus mentio ad feſtum Pokrod* 1. Octobris & 10. Julii, *ubi de S. Antonio*.

S. Praxedis *ſeu* Paraſcavia, *filia Ducis Polociæ, Romæ mortua & canonizata* 12. Novembris, *indicatur occaſione S. Paraſcaviæ* 28. Octobris.

S. Mercurius *Martyr Smalenski, de quo nos ad* 24. Novembris, *ubi de S. Mercurio Martyre antiquo*.

S. Alexius *Moſcuæ ſepultus: cujus mentio ubi de S. Petro Metropolita* 21. Decembris.

Jonas *Metropolita in dextra tabella Triptychi*.

Joannes Roſtovienſis *nobilis Ruthenus, ibidem*.

Sabbatius) *in ſiniſtra tabella triptychi, itemque in diptycho*.
Zoſimas)

AD TO-

Digitized by Google

PRÆLIMINARIS COMPARATIO
II. SACRORUM HODOEPORICORUM.

Licet præoccupatis quorundam animis gravis acciderit *Joannes Phocas*, a nobis allegatus tamquam ea ſcribens, quæ præſens ipſe cognoverat, anno 1185. loca ſancta circumjens: aliis tamen plerîſque tam gratus accidit novus ille lucis inopinatæ radius, affuſus hiſtoriæ undequaque obſcuriſſimæ, ut auctorem minime obvium propius noſſe cuperent. Etenim difficile eſt ſcriptori cuipiam citra ſcrupulum credere in aliqua magni momenti re, præſertim nova, cujus locum unicum dumtaxat legeris, productum ab alio, qui tibi forte ſuſpectus ſit ne aut non ſatis ſolide judicaverit de illius fide ac gravitate, aut non omnino fideliter expreſſerit ſenſum. Hunc ergo ſcrupulum lectori noſtro exemptum cupiens, huic ſecundo tomo Maji præfigo Compendiariam illam *locorum Sacrorum* Ecphraſin, quam *Joannes Phocas*, Sacerdos ac Monachus, Græce ſcripſit: *Leo Allatius* Latinam fecit, ſexto antequam Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos præficeretur anno; Græco-latine edidit *Bartoldus Nihuſius*, notæ eruditionis ac probitatis Sacerdos in Hollandia, anno 1653. Quia autem contraria juxta ſe poſita eluceſcunt magis, viſum eſt *Joanni Phocæ* ex oppoſito adjungere *Relationem de locis ſanctis, quæ perluſtravit Antoninus*, cum titulo *ſancti Martyris* præfixus opuſculo, quod veluti ab itineris ſocio compoſitum contra nos allegatur ex Vaticano quodam codice; mihi vero venit ex Belgico Mſ. Martinianæ (niſi fallor) Bibliothecæ Tornaci. Serviet autem hæc comparatio, ut quiſque audiet itinerarium hoc recipi, velut fide digniſſimum; econtra vero *Joannem Phocam*, ut fidei nullius Græculum, explodi, certius apud ſe ſtatuat, utra pars in auctorum delectu ratione veriſimiliori utatur.

JOANNIS PHOCÆ

Compendiaria deſcriptio caſtrorum & urbium, ab urbe Antiochia uſque Hieroſolymam, nec non ſacrorum locorum Syriæ, Phœniciæ, & in Palæſtina.


PRÆFATIUNCULA LEONIS ALLATII.

Dum Chij varia manuſcripta, Nihuſi præſtantiſſime, *locis e variis conquiſita, evolvo ſedulus; venit in manus meas Joannis Phocæ locorum Palæſtinæ & Syriæ compendiaria deſcriptio, charactere minutiſſimo in charta bombycina, non multum eleganter exarata. Novitate argumenti atque auctoris pellectus, animum figo & perlego. Auctor elegans & accuratus, prout illa ferebant tempora, viſus eſt. Quare copiam illius mihi deſtinaveram, ſed aliis interceptus negotiis neglexi. Poſt multos annos, cum manuſcriptos, quos ipſe videram, codices Romæ in memoriam revocarem; interque familiaria colloquia ſermo de Locis ſanctis incidiſſet, Phocas in animum rediit ingenſque ſubjectum eſt deſiderium illum mihi, utcumque poſſem, comparandi. Scripſi, reſcripſi amicis, illi etiam qui mihi utendum dederat; rogans, rerogans obſecrans, promiſſis etiam rem egi: ſed verba feci mortuis. Ad reliqua omnia præterquam ad hoc unum, ſemper in promptu reſponſum fuit. Quare quievi tandem animo. Veruntamen anno elapſo, cum in ſpe rerum aliarum verſarer, litteræ mihi ab amico, qui Chio tunc veniebat, redditæ. Dum nomina recognoſco, en cælitus miſſus Phocas apparuit non aliena manu deſcriptus, ſed ipſum autographum, quod Chii conſpexeram, a reliquo volumine, cui erat annexum, avulſum. Quanta perfuſus fuerim lætitia fruſtra conarer dicere: non reportaſſem bonum tantum, ſi theſaurum inveniſſem. Illius itaque verſioni me accinxi, & aliquot dies in eo expoliendo inſumſi.* Joannes, *Creta oriundus, patrem habuit* Matthæum, *qui poſtea Monachum induens, in Pathmo inſula ſe exercens diem obiit: ipſe ætate grandior ſub* Emmanuele Comneno *munera militiæ tulit. Meminit cap. 24. de ſene Ibero*, πάλαι ἐπὶ χρόνοις συχνοῖς ἐν τῷ περὶ τὴν θάλασσαν τῆς Ἀτταλείας πεπηγότι λίθῳ τοὺς ἀσκητικοὺς διανύσας πόνους, ὅτε καὶ ἡμεῖς τῷ ἀνδρὶ ἐνετύχομεν τῷ ἀοιδίμῳ βασιλεῖ καὶ πορφυρογεννήτῃ τῷ Κομνηνῷ συστρατευόμενοι; Qui quidem per plures annos in ſaxo, ad mare Attaliæ fundato, laboribus continuis, ſudoribuſque ſeſe exercuerat; ibique nos eum allocuti fuimus, dum una cum celeberrimo Imperatore & Porphyrogenneta Comneno militaremus. *Ejuſdem Emanuelis meminit alibi ſæpius hoc eodem libello. Ducta uxore, ex ea filium habuit; cujus nomen a compaginatoribus libri, dum cultro foliorum extremitates æquarunt, abſciſſum eſt. Poſtea Monachus factus inviſit loca ſancta anno 1185. Et hæc omnia habeo ex notula, quæ rubeis litteris in margine additur*, συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου ἱερέως τοῦ εὐσεβεστάτου Φωκᾶ, υἱοῦ Ματθαίου μοναχοῦ, τοῦ ἐνασκηθέντος ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ. ὥσπερ εἶδε τοὺς ἁγίους τόπους εἰς χιλίους ρπε΄. ſcripta a Joanne

Sacer-

A Sacerdote piiſſimo Phoca, filio Matthæi Monachi, qui ſe exercet in Patmo inſula, qui vidit ſan- D
cta loca anno 1185. *In fronte vero libri ſcriptum erat*, Υἱὸς ἱερέως τοῦ Φωκᾶ ἐκ τῆς Κρήτης γράφω νῦν, τοὔνομα. . . Filius Sacerdotis Phocæ Cretenſis ſcribo nunc, nomine. . . .

Hactenus de Joanne *Allatius: quibus ſubjungo Terræ ſanctæ portionem æri inciſam, intra quam obambulavit* Joannes, *ab Accon ſeu Ptolemaide per Galilæam & Samariam in Jeruſalem ſubjectamque ei eremum uſque ad Jordanem & Mare mortuum; unde in ſanctam civitatem regreſſus, Betbleem & Ramulam, aliis Lyddam & Dioſpolim, tranſivit, atque per maritima in regionem Palæſtinæ venit uſque in Carmelum, præcipuo (uti apparebit) ſtudio deſcribens celebriora ejus temporis monaſteria.*

B  E

Rationem ſuæ ſcriptionis reddit auctor.

AN vero nos ipſi, qui ſacroſanctis ſpectaculis animum explevimus, locaque oculis uſurpavimus, in quibus Deus olim verſatus eſt, & fugientem populum per Moyſem ex Ægypto in ſignis & prodigiis deduxit, manu valida populis eorumque dynaſtis Seon Rege Amurrhæorum & Og Rege Baſan & univerſis regnis Chanaan debellatis, atque excelſo brachio in eorum loco peregrino populo collocato, quem in tantum auxit atque ampliavit, quantum nobis divinæ litteræ ingerunt, quæque poſtremis deinde temporibus per Unige-
C niti ſui divinam Incarnationem ſanctificavit, admirandæ noſtræ renovationis opere abſoluto: an nos, inquam, qui hæc perſpeximus, ſoli participes erimus, helluones & gurgites in cibis devorandis æmulati? Aſt ubinam gentium naturalis ſocietas & mutuus amor, per quæ dilectio oſtenditur, & humanæ conditio naturæ veluti lineamentis quibuſdam exprimitur? Res itaque pro viribus aggredienda eſt, ut veluti in tabula locorum ſitum, æque ac imagines, verbis depingamus, & quæ nos ipſi uſpectavimus, media ſcriptura rerum hujuſcemodi ſtudioſis enarremus. At vero illis, qui ea loca perviderunt, fruſtra nos operam ſumere videbimur. Etenim ſi ſermoni ea mens eſt ut aſpectum imitetur, & omnis imitatio exacta diſcuſſione inferior eſt, ſequitur me etiam minorem illis lætitiam comparaturum ea voluptate, quæ ipſis per oculos inſedit. Quid porro ſermo? Eos expreſſius inſtruet, qui oculis ſacra illa loca non perluſtrarunt, ſæpe etiam & eos, qui ea narrantibus occurrunt, quam illi qui ſine ullo examine enuntiant, imo & iis ipſis qui intuiti ſunt, voluptatem aliquam conciliabit; ſi quæ conſpicare dulce, ea etiam ſuave eſt audire.

11. Extabat tum, cum erat, ad Orontem Antiochi Theopolis, theatrorum magnitudine, ſtoarum ſplendoribus, templorum ſtructuris, copia item civium & divitiarum magnificentia ſuperba ac tumens, latcque ceteras fere Orientalis urbes exuperabat. Sed tempus ac vis barbara beatitatem illius exhauſit; licet conſpicua adhuc ſit, & turrium altitudine, & propugnaculorum validitate, & pratorum ac florum omnigena jucunditate, & in plures partes ſeſe dividentium aquarum ſibilis, cum placide fluvius circumfluat urbem & cingat, & multi ſactu ejus turres circumplectatur. Inſuper e Caſtalii fontis fluentis egregie irrigatur: cujus aquæ torrentium inſtar pelluntur, & frequentibus ſulcorum rivis urbem univerſam perfundunt, eamque floribus aſpergunt; operarum copia & conditoris magnificentia ab illius fontibus per montes ad ipſam civitatem laticibus corrivatis. Hic fama per orbem volgatum Daphnes ſuburbium, proceris omne genus arboribus exornatum; & mons eſt maxime nobilis, quem admirandus Symeon in habitationem adaptavit. Huſce finitimus eſt mons Maurus & Scopulus, in quibus antiquitus multi Deo addictiſſimi viri Deum conquirentes invenerunt, & ad hæc tempora perdurant, & laudatorum montium pulchritudine pellecti, ſilvas inhabitant. Caſtalius fons inter duos colles exiliens, ex ejus qui in mare procurrit ima parte, eximia quadam aquarum irrigos evomit; in quo prægrandis aſſurgit porticus, curſum fontis concamerans. Hinc aquæ affluenter proſilientes in duos rivos dividuntur. Earum una pars per altiſſimos ductus, veluti ſulcos corrivata, æque ac acrius fluvius, ex parte dextera ſuperiorique in urbem influit; altera ſiniſtris fonti locis campeſtribus exundans, in paludibus

Antiochia.

F

Ejus ſuburbium & montes.

Fons Caſtalius.

In ipſa tabula ſcribi juſſi M. (id eſt, *Mons*) *Quarantana*, non quia ſic Latinæ appellandus ſit, ſed quia ſic vulgo nuncupatur, & eadem nomenclatura ante me in deſcribendis Terræ-Sanctæ tabulis, uſi ſunt alii: quod ſi diſplicet ſcribe *Quadragena* vel *Quadragintana*, quod mallet aliquis, non quia ſit antiquis uſurpatum; ſed quia ſicut pro *Quadraginta* dicitur vulgari Italico *Quaranta*, ſic *Quarantana* cenſeri poteſt dici pro *Quadragintana* quamvis non ſatis puræ Latinitatis vocabulo. *Papebroch. in Append. Tom 7. Maji p. 587. col. 1.*

A bus ſuperſtagnat, univerſaque Daphnes prata irrorat, demum lævis Orontis fluentis immiſcetur. Mons vero admirandus, inter urbem & mare elatus, res egregia
Mons S. Simeonis Stylitæ. ac ſpectabilis & advenientium oculis delicium conſpicitur: namque urbi Roſoque contermious, utriſque a partibus monte Scopulo Caucaſoque conſtringitur. Orontes fluvius innumeris inflexionum vorticibus ad pedes montis profluit, & in mare aquas immittit. In montis hujuſce vertice magnus ille Vir, tranquille vitam agens, & in corde aſcenſiones diſponens, corpore ſublimis extollitur, & cum ipſo corpore æthereus fieri, interque Deum & homines medius eſſe contendis. At qua ratione Deo dedito viro iſta res admiratione digna evenerit, ipſe dicam. Lapicidarum opera ſummitate Montis admirandi alte excavata, monaſterium ex uno conflatum compaginatumque lapide extruxit. In media monaſterii inter exciſos lapides ſua ſponte nata columna gradus appinxit, ſuper petram, ut ſacro eloquio traditur, pedibus firmatis. Versus orientem ſo-
B lem templum pulcherrimum Deo erexit, in quod diſcipulos convocabat. Atque ita ſub dio ipſe commorans, illi tota nocte in templo ſtantes, ut decebat Sanctos, debitum Deo cultum offerebant.

Laodicea. III. Poſt hæc & Antiochiam Laodicea ſequitur, civitas ingens, copia hominum frequens, licet tempus illius quoque ſplendorem imminuerit. Illam excipiunt Gabala ſive Zebel. Poſt Gabala caſtrum ſequitur Antarada dictum, ſive Tortoſa: & ſic littori Tripolim uſq;
** Aſſiſini vulgo dicti* varia caſtra adjacent. In mediterraneis jugum magnum porrigitur, quod * Chaziſii accolunt, gens Saracena, neque Chriſtum amplectens, neque eum Mahumetu ſequens; ſed propriæ ſectæ tantum Deum confitetur, & inter eos primas occupantem Legatum Dei nuncupant: cujus imperio ad magnarum urbium Principes dimiſſi, eos enſibus obtruncant. Nam præter expectationem in eos irruunt, & facinore in ipſo mortem oppetunt, a multis pauci illi poſt patratum ſcelus circumventi, idque martyrium eſſe & immortalitatis perceptionem exiſtimant.

Libanus. IV. Juga inhæret pulcherrimus & ſacrarum ſcripturarum laude digne decoratus Libanus, mons prægrandis, a vertice ad imos pedes nivis tractus veluti cincinnos induens, pinu, cedro, cypreſſoque conſitus, &
C aliis frugiferis iiſque variis ſatque abundantibus plantis refertus. Partes in mare nutantes colunt Chriſtiani, Damaſcum reſpicientes & Arabiam Saraceni poſſident. Ex rimis ac vallibus fluvii ad mare pulchri gelidiſſimiq; decurrunt, cum recens nix diſſoluta fluxus currentium
Tripolis. aquarum cryſtalli inſtar efficiat. Ad montis pedes Tripolis jacet; quam conditor in peninſula poſuit: namque ex Libano tenue durſum ſenſim deſcendens, linguæque inſtar in mare ſeſe inſinuans, ad Orientaliorem partem incurvatur, in cujus vertice qui urbem exædificavit fundamenta illius jecit. Circuitu ambituque ſuo admodum parva eſt, verum murorum altitudine, & pulchritudine ædificiorum ſpectabilis.

Berytus. V. Eam ſequitur Zebelet: mox Berytus objicitur, urbs ingens & multitudine hominum affluens, pratorum undique copia ſepta, & portus pulchritudine percelebris. Portum etenim non natura dedit, ſed is artis induſtria fabrefactus, in ſinum urbis ad lunæ modum ingeritur; & in extremis, quæ quaſi cornua egeruntur, duæ magnæ turres extructæ ſunt, quarum ex una in alteram protenſa catena naves in portu ſtantes obſerat. Hæc & Syriæ Phœniciæque terminus eſt.

Sidon. VI. Dehinc Sidon, & in ea portus, Didymi nomine elucens. Illius ſitus deſcriptionem qui Leucippes * res
** Achilles Tatius.* geſtas ſcripto tradidit, optime expreſſit. Namque ſi ad locum appuleris, portum & ſinum ante poſitum, ut ſcripto delineatur, revera ita eſſe intueberis. Extra urbem, ad trium ſagittarum jactum, templum viſitur D porticu prælonga concameratum, & templi medio quadratus lapis inhæret, in quo (ut multorum eſt traditio) Salvator mundi Chriſtus ſtans turbas inſtituebat.

VII. Poſt Sydonem Sarepta caſtrum, in alluvione *Sarephta.* ipſa maris fundatur, & templum Prophetæ Eliæ in æde viduæ, quæ eum hoſpitio exceperat, media in urbe aſſurgit.

VIII. Inde eſt Tyrus urbs, ceteris fere Phœniciæ *Tyrus.* urbibus pulchritudine præſtans. Etenim ipſa, æque ac Tripolis, in ſimili peninſula ſita eſt. Verumtamen hæc magnitudine multo illa magis & ædificiorum majeſtate ac pulchritudine dilatatur. Sinus maris, qui ante ipſam conſpicitur, portui Beryteno haud diſſimilis eſt, quamvis ille & decore & magnitudine & celſitudine turrium amplior & ſpectabilior ſit. Extra urbem, ad geminum ſagittæ jactum, prægrandis fons conſpicitur, in quo (ut fert traditio) Chriſtus Dominus quieſcens, Petrum & Joannem ſacroſanctos Apoſtolos in civitatem miſit ad panes comparandos. Illi abeuntes & adferentes una cum Salvatore ad vicinum fontem, mille non amplius paſſi- E
bus diſtantem, profecti ſunt. Cum Chriſtus ſediſſet, *Ejuſque fons miraculoſus.* convivatus cum Apoſtolis ex aqua bibit, fontique benedixit: & ad hæc tempora fons ille, ſi verum fateri volumus, miraculum eſt videntibus, quod verbis exprimi non poteſt. Namque in mediis, quæ ibidem latius effunduntur, pratis ſaliens, peregrinis in admiratione eſt, & ſummo delectamento, diciturque eſſe profunditatis expers. Structura vero illius figuraque hæc eſt. Turri octangula circumſepientes qui primi fontem in eum proſpectum redegerunt, in non mediocrem altitudinem illam excitarunt: ejuſdemque angulorum extremitatibus, ad modum phialæ accommodatis, ad æquales pratorum altitudines, in ſummitatibus fornicum ſulcis excavatis depreſſam aquam in ſalientis ſpeciem effundi procurarunt: quæ curſu reſonans, prata fontem ambientia frequentibus irrigat fluentis & quandoque quiſpiam in turri tamquam in ſpecula ſtans videre poterit denſam plantarum congeriem, & dum folia commoventur & meridies fervet, prati univerſam coronam irrigatam.

Accon. IX. Inde Ptolemais, ſive Acce ſita eſt, urbs ingens & copia hominum dives, aliis omnibus excelſior. Ea naves omnes onerarias excipit, & in eam pro Chriſtu peregrinatores terra marique ſeſe recipiunt. Hinc adve- F
narum immenſæ multitudinis acceſſu, dum aer corrumpitur, morborum frequentium genera exitiali deſæviunt clade, tum odores peſſimi ex aere putreſcente funeſtum hominibus excidium afferunt; & tanta noxa non ita facilis expugnatu eſt, nec remedium malo inveneris. Urbis dexteræ partes Carmelum & maritimam Palæſtinæ oram, ſiniſtræ Galilæam & Samariam habens.

X. Prima itaque poſt Ptolemaidem urbs Galilææ Sem- *Cana.*
phoſi ſita eſt, prorſus inculta atque inhabitabilis, nullumque fere priſtinæ beatitatis præ ſe fert veſtigium. *Nazaret.* Eam excipit Cana, caſtellum parvum (ut nunc videnti objicitur) ibi aquam Salvator in vinum convertit. Tum inter varios colles media, ad ima ab iiſdem efformatæ vallis, urbs Nazareth locum habet, in qua ingens per Gabrielem Archangelum myſterium Deiparæ Virgini annuntiatum eſt, propter magnam & affluentem illius miſericordiam, qui ob noſtram ſalutem hominem aſſumpſit Chriſtus Deus noſter. Statim atque primam hujuſce ingentis oppidi portam ingreſſus fueris, Archangeli Gabrielis templum offendes, & in puſilla circa lævam partem altaris, quod in templo eſt, ſpelunca, *Eccl. S. Gabrielis.* fons prælucidas aquas effundens erumpit, in quem immaculatiſſima Dei parens a Sacerdotibus juſto Joſepho concredita, dum ab eo ſervatur, quotidie adveniens a-

A quam hauriebat. Sed a concepto Præcurſore menſe ſexto, cum pro more aquatum veniſſet, primam a Gabriele ſalutationem accepit: turbataque tota, timens, in ædes Joſeph regreditur, ubi Ave gratia plena ab Angelo audivit, & Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum, illi reſpondit, & hinc Dei Verbum in ventre ſuo puriſſimo accepit. Domus Joſeph poſtmodum in pulcherrimum templum immutata eſt, in cujus læva parte prope altare ſpelunca, non in terræ viſceribus patens, ſed ſuperficie tenus hians. Os candido marmore exornatur, ſuper pictoris induſtria; Angelus alis inſiſtens, deſcendens ad matrem ſine marito, læto nuntio ſalutat, gravi graviter laniſicio deditæ accurrens. Et figuratur quidem acſi cum ea colloqueretur: Virgini vero inſperato aſpectu deterritæ, ſtatimque terrore illo faciem alio avertenti, tantum non e manu purpura excidit: quæ tremens foraſque ſe e cubili proripiens, uſſiai mulieri amicæque obvia fit, eamque ex intimi animi affectu amplexibus fovet. Per os in ſpeluncam ingreſſus paucos admodum gradus deſcendis, tum antiquam illam Joſephi ædem oculis luſtras, in qua regreſſæ a fonte Virgini Archangelus, ut jam dixi, fauſta annuntiavit. Eſt præterea eo in loco, in quo Annuntiatio facta eſt, ex nigro lapide crux candido marmori inciſa, & ſuper eam altare; & a dextera altaris puſilla ædicula, in qua ſemper Virgo Deipara ſe continebat. In læva vero parte Annuntiationis illa conſpicitur ædicula, luminis expers, quam Dominus noſter Chriſtus, regreſſus ex Ægypto, uſque ad Præcurſorem decollatum, incoluiſſe fertur. Tunc enim, ut divina oracula tradunt, audiens Jeſus quod Joannes traditus eſſet, deſerens Nazareth ad habitandum Capharnaum ſe contulit. Sequitur jugum, a diverſis collibus effictum, & in eo ſupercilium, a quo deturbaturi erant Judæi Dominum, & tranſiit per medium eorum & abiit Capharnaum.

Domus Joſephi.

xi. Jugo ſubeſt planities magna, in qua contерminas rupi partes occupat mons Thaborius, terreſtre cœlum, oblectamentum animi, & recte ſentientium hominum oculorum deliciæ: namque divina gratia montem incumbeat, qui ſpiritale gaudium ſpirat. Collis eſt C rotundus & moderate ſeſe erigens: in vertice duo extructa ſunt monaſteria: in his extraneæ linguæ laudibus Chriſtiani, ſolitariam vitam amplexati, numen propitium reddunt. Monaſterium, in quo ſalutaris Chriſti Transfiguratio accidit, Latinorum monachorum multitudo tenet; lævum, qui noſtra conſuetudine monachum induerint Nazareni, ſacroſanctum illum locum ſanctificati ſanctificant. Salutaris Chriſti Transfiguratio in vertice collis evenit, ubi Latinorum monaſterium viſitur, in cujus divino altari Dominus, inter Eliam & Moyſem, ac tres præcipuos diſcipulos, Petrum, Joannem, & Jacobum transfiguratus eſt. Locus æreis cancellis circumſepitur; ubi vero ſteterunt Domini pedes, præcandidus umbo ſpectatur, & in illius medio figura divinæ Crucis, ex qua haud facilis enarratu odor emanans advenientium nares delectat. Extra monaſterium ad jactum lapidis puſilla aperitur ſpelunca, in quam poſt admirabilem Transfigurationem Dominus ingreſſus, diſcipulis præcepit, ne cuipiam dicerent viſionem, donec ipſe a mortuis reſurgeret. Ad borealem partem montis Melchiſedechi ſpelunca conſpicitur, digna quæ ab omnibus videatur, diverſis undique foraminibus patens, in eaque loca ſuperiora & ſubterranea, & variæ habitationes, & cellæ in aſcetarum miniſteria exercitiaque diſpertiuntur; & multi ingentium Sanctorum exercitationis ſuæ curſum in illis abſolverunt. Speluncam prope eſt templum, eodem in loco, in quo Abrahæ occurrens Melchiſedech, revertenti a cæde benedixit, hoſpitioque eumdem excepit.

M. Thabor.

Tranſfiguratio Domini.

Oratorium Abrahæ & Melchiſedec.

D Ex hoc colle, ad primos ſolis ortus aciem oculorum intendens, paludes vallemque ſanctiſſimi inter fluvios Jordanis, &, ſi ulterius aciem direxeris, partes Libani ad orientem ſolem vergentes intueberis: ſimulque & duos ingentes montes, in quorum medio Damaſcus collocatur. Declinans vero paululum ad ſiniſtram Jordanis oculos, Tiberiadis mare per quam clare ac ſine ullo impedimento ſpectabis; cujus in adverſa parte parvus agger attollitur, in eoque Salvator panibus benedixit, & quinque millia hominum exſaturavit, & poſt Reſurrectionem una cum diſcipulis, poſt centum quinquaginta trium piſcium ceptutam, pranſus eſt. Ejuſdem montis ad ſeptentrionalem partem ad jugum planitiem cingit, duodecim ſtadiorum ferme intervallo, & amplius etiam ſubdiviſum; in illius excurſu jacet urbs Naim, in qua Dominus filium viduæ ex mortuis in vitam revocavit. In orientali civitatis parte oppidum viſitur Aendor. Inter Thaborium, Naim & Aendor torrens Ciſſon perfluit, de quo ait David, Fac E iis ſicut Madian & Siſaræ, ſicut Jabin in torrente Ciſſon; diſperierunt in Aendor.

Mare Tiberiadis.

xii. Unius diei ſpatio urbs Sebaſte diſtat, ab Herode Tetrarcha in honorem Cæſaris reſtituta; in ea venerandum caput majoris inter natos mulierum Joannis Baptiſtæ, minor Herodes inter convivandum abſcidit. In media civitate carcer eſt, in quem, dum Herodiadem ille reprehenderet, conjectus, capiteque imminutus fuit. Carcer ſubterraneus eſt & viginti gradibus in eum deſcenditur, in cujus medio altare erigitur, ubi a ſpiculatore capite obtruncatur. A dextera altaris urnula viſitur, in qua S. Zachariæ Præcurſoris patris corpus ſervatum fuerat: a læva altera urnula, in qua corpus S. Eliſabethæ ejuſdem matris jacet: quemadmodum & in utriſque carceris latebris variorum Sanctorum Reliquiæ & diſcipulorum Præcurſoris quieſcunt. Supra carcerem templum aſſurgit, & in eo urnæ duæ ex candido marmore excisæ, quarum dextera combuſti corporis venerandi Præcurſoris cineres, altera Eliſæi Prophetæ corpus continet: ſupraque in aureo vaſe ſiniſtra Præcurſoris manus, quaquaverſum & ipſa auro obducta. In mediæ & ſuperioris partis civitatis colle antiquitus erat Herodis regia, ubi & convivium apparatum fuit, & exſecranda illa puella ſaltavit; & ſaltationis F præmium ſacroſanctum Baptiſtæ caput retulit: nunc vero locus ille Græcorum monaſterium eſt. Templum monaſterii tesſellatum, & in læva altaris parte cellula, & in ejus medio ex marmore umbo in longe altiſſima foſſa conſpicitur, in qua prima venerandi & Angelis reverendi capitis Præcurſoris inventio fuit, quod eo loci ab Herodiade defoſſum latebat.

Samaria al. Sebaſte.

Carcer & ſepulc. J. Baptiſtæ.

xiii. Excurrenti deinceps ſtadia ferme quindecim Samaritanorum metropolis Sichar obvia fit, cui poſtmodum Neapoli nomen fuit, inter duos montes ſita, quorum pedibus fundamentis ipſa ſuis, qua ſe longius extendit, inhæret. In dexteriore montium (Samaritanorum ea traditio eſt) Deus Abraham reſponſum dedit, & Iſaacum in ſacrificium petiit, & Patriarcha (ut iidem exiſtimant, licet ipſi quid dicant, neſciant) in eo hoſtiam immolavit: mons etenim ille divinus Golgothæ lithoſtroton eſt, in quo ſalutarem Paſſionem Salvator mundi pertulit. Ad pedes montis conſpicitur ager, a Jacobo Joſepho filio exhibitus: in agro Jacobi puteus, ubi Dominus labore delaſſatus quievit, & Samaritanæ, quæ ſacrum proſequitur Evangelium, elocutus eſt. De hoc eodem monte mulier Domino dixerat, Patres noſtri in monte hoc adoraverunt: & Dominus, quatenus iis, qui in ſpiritu & veritate adorant, Deus præcolendus ſit, colloquio illo omnes edocuit.

Sichem.

xiv. A Samaria ad ſacram civitatem ſtadia numerantur quatuor & octoginta. Via eſt omnis lapidibus ſtrata,

Jeruſalem

A ta, & licet tota ea regio ſiccitate areſcat & ſqualeat, ubique tamen vitibus & arboribus conſtipatur. Sancta civitas variis vallibus & montibus circumſepitur: nec admiratione caret quod in ea ſpectatur. Eodem enim temporis momento & ſupereminens & depreſſa apparet; namque ſi Judææ oram inſpexeris, ſupereminet; ſi colles illi adhærentes, complanatur. Divinus quippe locus in partes duas dividitur, & ad montis dexteri partem decliviorem ſancta civitas fundatur, cujus ambitus ad vallem uſque diffunditur. Pars illius ſuperior tota vitibus conſita eſt, ubi ſanctus Protomartyr Stephanus lapidibus obrutus; lævam illius partem trans vallem *M. Oliveti.* mons Olivarum occupat, quem Dominus frequenter inviſens & in eo immorans, univerſum ſanctitate replevit, oratione, prædicatione, & demum ſacroſancta ſua ad Patrem aſcenſione. *Sion.* Sancta vero Sion ante ſanctam urbem ſedem ſibi habet, ad partem illius dexteram jacens, cujus deſcriptio hæc fuerit. Caſtellum eſt in quo ſancta Sion, Eccleſiarum mater, collocatur. Prægrandi magnitudine Eccleſia conſpicua eſt: tectum B in proceritatem æqualiter orbiculatam effingitur, cujus ſpecioſas portas ingreſſo tibi ad partem lævam obiicitur S. Joannis Theologi domus, in qua ſanctiſſima Deipara poſt reſurrectionem commorabatur, ubi & mortem obiit: viſitur que ibidem cellula, ferreis cancellis circum munita, & in loco ubi ſanctiſſimam animam Deo filioque reddidit, umbones bini. Dextera templi ad exteriorem partem altaris, cœnaculum, in quod gradibus uno & ſexaginta aſcenditur. Templum quatuor fornices & trullam habet. In ſiniſtra parte cœnaculi locus, in quo facta eſt Dominica Cœna. In bematis myxulo ſancti Spiritus in Apoſtolos deſcenſus. In templi inferiori parte Chriſtus pedes Apoſtolorum lavit, cujus loco adverſo templum erigitur: in eo domus in quam Chriſtus januis clauſis ad Apoſtolos introivit, ubi poſt lapidationem Protomartyr Stephanus ſepultus eſt, cum alio a Gamaliele avectus. *Turris Dav.* Davidis turris in ſeptentrionali urbis parte ſita eſt, immani magnitudine ſuperbiens: & licet ab Hieroſolymitanis accolis aſſeratur eſſe Davidis, a me non improbabili (ut reor) ratione in dubium vertitur. Namque Turrim Davidis ex raſili albo lapide extructam fuiſſe, templum & alias duas turres poſtea ab Herode in honorem Phaſæli & Mariamnæ C exædificatas, Joſephus fert. At quæ modo viſitur ex communi lapide conſtructa eſt; & forte, quam nunc intuemur, ſuper vetuſtiſſimæ turris fundamenta aſſurgit. Prope turrim, quæ ad urbem ducit porta: quam ingreſſo lata platea iter aperit, in cujus læva parte regiis S. P. N. Sabæ metochium adhæret. Viam ad ſagit*Eccl. S. ſepulcri.*tæ jactum emenſus, celebre Dominici ſepulchri templum reperies, cujus non alia figura fuerit, quam quæ a variis ſcripto mandatur. Spelunca, in Dominici corporis ſepulchrum converſa, duas in partes ſejungitur: quarum in una lapis revolutus repoſitus, candidis marmoribus cuſtoditur; in altera ad borealem partem, lapis, pro pavimenti menſura expolitus, cubito uno ſupereminet, in quo mortuus nudusque vitæ largitor poſitus eſt, auro puro, ex deſiderio & fide Domini mei *M. Calvariæ.* Imperatoris Manuelis Porphyrogennetæ Comneni, circumornatus. Prope eum eſt Golgotha, in quo Calvariæ locus, & exciſa Crucis baſis, & diruptí ſaxi tempore Paſſionis hiatus: ſub quo in cavitate lapidis Adami calvaria, ſcatebræque Dominici ſanguinis ſuper eam effuſæ. Templum ſupra Golgotha quatuor tectis & tholo aſſurgit. Proxime inhæret ſubterraneum templum ingens, in quo pretioſa & vivifica Chriſti Domini Crux inventa eſt. Ad orientaliorem partem civitatis templum *Templum Salomonis.* viſitur, Sancta ſanctorum nomine, omnium pulcherrimum templum in trullæ formam deſiit; conſpiciturque in vetuſto pavimento celeberrimi illius templi Salo- D monis, intus exteriusque variis marmoribus & teſſellato opere condecoratum. Ad lævam partem templi cameræ binæ, quarum in altera occurſus Chriſti Domini, quod ibi juſtus Simeon Chriſtum Dominum ulnis excepérit; in altera, quam Jacobus ſcalam admirandam ad cœlum uſque pertingentem & Angelos Dei in ea aſcendentes & deſcendentes, conſpexerat, depicta ſunt: & lapis ſub depictæ ſcalæ imagine ille ipſe eſt, qui ſub Jacobi capite ſuerat. Per partis dexteræ hiatum ad ſpeluncam infra templum deſcenditur, in qua repoſitus fuerat Zacharias Propheta, interemptus (ut Evangelium tradit) a Judæis inter templum & altare. Extra templum, lapidibus ſtratum impluvium magnum extenditur, antiquum (ut opinor) magni templi pavimentum: & in porta, quæ in ſanctam Gethſemane ducit, templum SS. Joachimi & Annæ conſpicitur, in quo E immaculatiſſima Deipara in vitam venit. Proxime Probaticæ piſcinæ fluenta ſcaturiunt.

xv. Hinc extra civitatem, ad orientaliorem illius plagam, in medio magnæ prærupræque voraginis, mon*Gethſemani.*tem Olivarum a ſancta civitate ſejungentis, Gethſemane oppidum collocatur: in quo ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ ſepulcrum, & hortus ubi ſæpius Salvator noſter una cum diſcipulis ſuis immoratus eſt. Sunt in eo templa tria: in ſiniſteriore & concavitate ſubterranea divinum Deiparæ ſepulchrum ſpectatur. Templum in tholum deſinit, prælongum, æqualiter orbiculatum. In templi medio inſtar ambonis ſepulchrum Virginis ex *Sepulcrum D. Virg.* ſaxo excisum eſt, ad modum ædiculi quatuor fornicibus ſtructi. Ad orientale latus, in capſula, ex eodem lapide expolita, & candidis marmoribus cooperta, immaculatum ſanctiſſimæ Deiparæ corpus, a ſanctis Apoſtolis Sione delatum, repoſitum fuit. Superius aliud templum ſpelunca eſt, in qua Dominica oratio effuſa eſt, & Apoſtoli ſomno gravati obdormierant. Ad pedes montis Olivarum, ad jactum lapidis, tertium templum occurrit, in quod poſtquam (ut Evangelium *Hortus,* commemorat) Apoſtolos Dominus ob ſegnitiem reprehenderat, reverſus orationi ſe ſuæ reſtituit; tum cum ſudores illius quaſi guttæ ſanguinis defluebant. In eodem horto Chriſtus proditus, & Judas Dominum dolo- F ſe exoſculatus eſt, & Judæorum turba eum apprehendit. Parte horti adverſa, ad ſuperiorem oram Sionem *Spelunca S. Petri.* reſpicientem, eſt templum & ſub eo ſpelunca, quam poſtquam abnegavit Petrus introiens & ſedens flevit amare. In eodem templo mœrens ipſe ac illacrymans Apoſtolus depictus conſpicitur. Super Gethſemane & orationis templo mons Olivarum, ut omnium oculis patet, a ſancta civitate, Joſaphati & torrentis lacrymarum vallibus, dividitur. Locus ille puſillum urbem ſupereminens, collis eſt: quare neque prægrandis, ſi ab ipſa urbe conſpiciatur; ſi vero ab Jordane & Bethania oculos conjeceris, quam maxime præcelſus objicitur: collis enim a deſerto leni acclivitate naſcitur. In capite montis locus eſt, in quo poſt reſurrectionem frequenter Salvator diſcipulos eſt allocutus, poſtremoque aſcenſionis admirandum myſterium patefecit. Prope eum *& S. Pelagiæ* ſpelunca infra ſpectatur, in qua S. Pelagia certamina quibus ſe exercebat abſolvit, & ſanctum illius corpus in urna ſaxea quieſcit. Non longe abeſt templum aliud, in quo Dominus diſcipulis orationis Dominicæ verba tradit. In ſiniſtra urbis parte Latinorum eſt monaſterium, extructum ſuper fundamentis veteris monaſterii, a fama celebri Melania (ut fert traditio) ædificati. Ante *Mon. S. Melaniæ.* hunc montem poſt civitatem, ut Samariam reſpicit, monaſterium aſſurgit, in quod poſt S. Protomartyrem Stephanum lapidatum & loco jam dicto repoſitum, ſacroſanctum illius corpus a Gamaliele portatum eſt. Torrens,

rens, Getſemane exiens, ad S. Sabæ lauram pervenit & loca Rubæ deſerta, quæ circa mortuum Sodomorum mare effunduntur.

Cucumus

XVI. Statim itaque a Getſemane, jactu ſagittæ non longius, qui Cucumus dicitur, ſuſtollitur; ædificium ſuper ſaxo quadrata ſtructum ut videtur figura, haſtarum duarum ut ipſe exiſtimo altitudine, & ab imis partibus ad acumen ipſum in pyramidis formam tenuatur; in quo Monachus Iberus ſponte incluſus in ſalutis ſuæ curam incumbit. Sequitur deinde prægrandis rupes, in qua diverſæ ſpeluncæ, Virginum nomine nuncupatæ, induſtrio artificio excavatæ ſunt: eas habitant ea orthodoxis pauci, ſed majori copia Armenii monachi & Jacobitæ. Poſtmodum hiatus, ubi lacrymarum vallis diffunditur, dilatatur: ultraque ipſam ager figuli, qui pretio Dominico ad ſepeliendos peregrinos conductus eſt. Agrum excipit Siloami piſcina, enatis abs ſe aquis totam illam ſiccitate horridam regionem irrorans. Inde & prata aliquot pauca & modica, in vallis latitudine arboribus conſitæ, conſpiciuntur. Fons fornicibus & ſpiſſis columnis obvallatur & venuſtatem obtinet, & hoc modo vallis ad S. Sabæ lauram, ut diximus, undecim paſſuum millibus excurrit: ubi vero laura & templum & ſepulchrum Sancti ſpectantur, in ampliores horridioreſque voragines vallis faucibus prolatatur. Ante lauram, in utriſque prærupti montis clipis, ſpeluncæ & puſillæ turres viſuntur: eas qui mundum illiuſque luxum abhorrent ob cœli regnum inhabitant, & impatibilem æſtus ardorem ſuſtinent, flamma quæ extinguitur flammam quæ extingui nequit extinguentes. Ubi templum & Deiferi ſancti Patris Sabæ ſepulchrum eſt, in tres partes diviſa convallis in magnam voraginem & profundam altitudinem immergitur. Hujus extrema ingentibus turribus Sanctus ſuſfulciens, in medio templum erexit, & recentiſſima illa aſceteria in ambitu extruxit, ut conſcripta de admiranda illius vita hiſtoria tradit. Templum itaque delectationem undique conciliat, prægrande, prælongum, luminis plenum. Pavimentum marmoribus, vilibus illis ſane & ex eremo advectis, varie tamen affabreque elaboratis, condecoratur. Ante templum atrium eſt lapidibus ſtratum, & in illius medio magni Patris noſtri Sabæ ſepulchrum, e terra palmari altitudine eminens, candidiſſima marmorea tabella opertum. Prope illud circumque, nec non ſub terra, ſanctorum Patrum, qui ſolitariam vitam agentes illuſtres habiti ſunt, unaque cum iis ſanctorum Coſmæ & Joannis antiquorum Poetarum, ſepulchra ſpectantur. In illis locis ferme ad quadraginta deiferos viros & ante alios ſpectabiles inſpexi; interque eos potiſſimum ſex, qui pro ſe ipſi Deum alloquuntur. Eorum nomina ſunt Stephanus, Theodorus & Paulus, quartus ex magna Urbe ortum habet, quintus erat Iberus, ſextus qui in omnium ore, quod occulta perſpiciat, verſatur, Joannes Stylita,

M. S. Sabæ · *Viri in ea ſancti.* · *Loca Virginum* · *Siloami piſcina.*

M. S. Theodoſii.

XVII. Regrediens itaque ad ſacram civitatem, non per vallem ſed montis dorſum ſex millibus paſſuum, antequam ipſam appellas, S. P. N. Cœnobiarchæ monaſterium offendes. Illud variis turribus circummunitur, anteque ipſum ad ſagittæ jactum fornix occurrit, in qua, ut auctor Vitæ illius refert, ſupra ejuſdem manum extincti carbones ſucceſi ſunt. In medio monaſterii, in loco eminentiori, templum erigitur, tecto rotundo & ſub eo ſpelunca, in qua eſt Sancti ſepulchrum: peneſque illud duo fornices, in quibus magnorum Sanctorum reliquiæ conduntur. Speluncæ ſcalas deſcendens, ulterius a latere ſpeluncæ foramen invenies, in quam Sancti diſcipulus Baſilius introiens, ſepulchrum proprium, ita Sancto jubente, ut Vitæ Patrum aſſerunt, deſignavit: in eoque mortuus jacuit, & poſtea per quadraginta continuos dies Synaxis tempore, una cum Sancto ac Fratribus concinens, videbatur.

M. S. Euthymii

XVIII. Dicto monaſterio adverſum, ſiniſterius in profundum eremi Jordanis, S. Euthymii Magni monaſterium eſt: turribus magniſque fulcris circumvallatur, & in medio templum aſſurgit, tecto in modum cylindri directo: ſubtus ſpelunca patet, ibique medium S. Euthymii ſepulchrum, Deiferi Sabæ ſepulchro haud diſſimile, candido marmore æque ac illud opertum: & cum Sancto ſanctorum ſimul Patrum Paſſarionis & Dometiani Reliquiæ reconduntur.

M. Chozibæ.

XIX. Poſt hoc monaſterium duodecim millium paſſuum intervallum excurrit, tumque obvia fit ingens vorago, quam torrens medium ſecat. Illius in adverſa parte monaſterium Chozibæ jacet: res equidem, quæ dum narratur, non creditur, & ſpeculatione etiam ipſa in admiratione eſt. Namque ſpeluncarum ipſa foramina monachorum ſunt cellæ, & templum ipſum & cœmeterium in petræ ſciſſura excavantur, adeo ſolis calore deuſta, ut ea ſaxis illis ad modum pyramidum ignis linguæ exilire conſpiciantur; aquaque monachorum potui congeſta talis ſit, qualem e ſtagno haurires, cum ſol æſtate media lacubus inſiſtens, eos ignitis radiis æſtuque ferventiſſimo incendit. In hoc monaſterio diverſos ſanctitate conſpicuos viros inviſimus: inter eos unum ſigniferum, coram cum Deo colloquentem, cui Lucæ ſeni nomen eſt. Sed enim in monaſterium non ſine diſcrimine, tum ob prærupta rupis loca, tum ob vehementiſſimum ſolis ardorem, & deſcendimus & aſcendimus.

Eremi Jericho

XX. Deinceps ſubſequitur anguſta, protenſa, & aſperrima via, ad eremi terga conducens. Antequam ad ipſam perveneris, in ejus medio dorſa montium duo conſpiciuntur, per quæ via media adaperta ad urbem Jericho iter eſt. In ea nullos fundamentorum lapis conſpicitur, univerſa nihilominus illius delineatio obſcure deprehenditur. At nunc cum tota ea circumjacens regio aquis abundet, monaſteriorum quæ in eremo ſunt, pro cultura hortorum uſui deſervit. Namque regio illa in partes ſciſſa, ſanctiſque illis monaſteriis diviſa, univerſa & arboribus obumbratur & vineis abundat: quapropter & turribus in ſingulorum monaſteriorum hortis, a monachis ædificatis, fructus omnis generis abunde ſuppeditantur. Univerſæ itaque eremo & Jordani, unaque mortuo Sodomorum mari noſtra conjectura non alia figura fuerit, quam quæ Achridis ſitus eſſe videtur: at in eo ſolummodo differunt, quod e palude Achridis aqua emergens in diverſis terræ convallibus ſtagnat, quas ſtrugas illius terræ accolæ vocant, hic vero Jordanes paludem ſecernit; eremi quoque latitudo Achridica planitie innumeris modis amplior eſt.

Alius qualis Achridis in Macedonia.

Rubæ eremus.

XXI. A dextera parte dorſi duplicis, quod diximus, Maris mortui obliqua videntur, & trans illud Segor: ibique, ultra hanc eremum & duo monaſteria S. Euthymii lauræque emenſa, magna Rubæ eremus objicitur, & collis e ſiniſtra dorſi ac viæ, in quo poſt dierum quadraginta jejunium Salvatorem duabus tentationibus tentator aggreſſus eſt, licet devictus ruboreque ſuffuſus receſſerit. Collis hujuſce in parte adverſa, ut ipſe exiſtimo, ad ſex paſſuum millia alter apparet, & in colle templum, in quo militiarum Dux Michael cum Jeſu Nave confabulatus eſt.

Monaſteria ad Jordanem.

XXII. Ad Jordanem tria monaſteria ſtructa ſunt, Præcurſor nempe & Chryſoſtomus. At Præcurſoris quidem monaſterium, terræ motu a fundamentis ſolo æquatum, nunc a munifica a Deo coronati Imperatoris noſtri Porphyrogennetæ Manuelis Comneni liberalitate de novo, illius Rectore reſtitutionem procurante, ex-

ædi-

A ædificatum eſt. Ab hoc non longe, duarum ſagittarum jactu, inter fluvios ſanctiſſimus, fluit Jordanes, in quo ingens meæ renovationis arcanum Jeſus meus, paupertatem amplexus, baptiſmate perfecit. Et circa
Locus Baptiſmi. oram non longe, lapidis jactu, ædificium eſt, quatuor lateribus conſtans & tholo aſſurgens, in quo auteq uam retro incideret circumfluens Jordanis nudum eum excepit, qui operit cœlum nubibus; tumenſque Præcurſoris dextera verticem capitis ejus tetigit, & Spiritus, columbæ forma, compari Verbo ſupervenit, ac Patris vox Redemptorem proprium filium eſſe confeſſa eſt.

xxiii. Inter Præcurſoris monaſterium & Jordanem
M. Hermon quam maxime exiguus Hermoniim mons jacet, in quo Salvatorem ſtantem Joannes digito populis commonſtrans, eum eſſe inclamabat, qui tolleret peccatum mundi. Inter monaſteria Præcurſoris & Calamonis, a
M. S. Geraſimi. Jordanis aquis a fundamentis S. Geraſimi monaſterium disjectum eſt, cujus nihil uſquam, niſi parvæ templi reliquiæ, apparet, & ſpeluncæ duæ & columna encliſteria, in qua magnus ſenex Iberus, gratioſus valde admirandusque includitur, quicum verſati maximum ex illius conſuetudine lucrum nacti ſumus: namque divina quædam gratia Seni inerat. Verum neceſſarium ducimus, quod ante paucos dies, quam ad ipſum veniſſemus, patratum ab eo eſt miraculum, ut ad hilaritatem impellamus orationem, iis qui divinis avide delectantur, commemorare. In tortis ac turbineis Jordanis vorticibus, ut fieri amat, nonnullæ terræ partes contiguæ fluvio ſecernuntur, in quibus magna arundinum vis innaſcitur, eaſque leonum diverſa genera in-
Leones duo iuſſu a Seno paſcuntur. habitare ſolent. Ex his duo ſingulis hebdomadibus ad Senis clauſtra venientes & columnæ capita applicantes, oculorum nutibus cibum ſibi ſubminiſtrari poſcebant: cujus cum facile participes facti eſſent, ad conſuetos fluminis vortices læti revenicbant. Cibus erant legumina aqua madefacta, ut forte olyrites vel panis hordeacei fruſta. Hi cum aliquando advenissent, & pro more oculorum nutibus alimenta ſibi poſtularent, dum Seni non ſuppetit quanam ratione ferarum deſideriis occurrat (namque dierum viginti intervallo nihil eo temporis vir ille ſacer eſculentorum ſibi paraverat) illis hæc infit: Quando, o belluæ, neque veſtram debili-
C tatem alimento aliquo recreare poſſumus, cum per hos viginti jam elapſos dies nec quidem nobis, ut moris erat, quæ neceſſaria erant ſuffecerimus; ita nos, ita Deo, qua noſtra curat providentia, ſapienter diſponente; opus eſt ut vos ad Jordanis fluenta progrediamini, indeque lignum puſillum ad nos afferatis, ex quo Cruces confectas votireis benedictionis cauſa dabimus, a quibus pro ſingulorum arbitrio gratus ita ſtipe remunerati, parvam pecuniam colligemus, quæ vobis mihique cibum parabit. Dixit ille: feræ audierunt, & tamquam rationis compotes, alacri motu graſſuque ad Jordanem procedunt. Nec multo poſt, o rem miram! duo ligna in collo geſtant, & columnæ baſi apponunt: tum demum ad Jordanis paludes prompte avolant. Et hæc ſint ſatis: nunc locorum hiſtoriam proſequamur.

xxiv. Sed & Calamonis monaſterium turribus corti-
M. Calamonis. niſque, ex quadrato politoque lapide, extructum eſt: & in ejus medio templum capax trullatum aſſurgit, tholis cylindri inſtar fabrefactis inſidens. Huic in dextera parte templum aliud annectitur, tholo æque conſtans, puſillum admodum, ætate Apoſtolorum (ut
Imago Deiparæ. traditum eſt) ædificatum, in cujus mytulo Deiparæ imago depicta eſt, in ulnis Chriſtum Salvatorem geſtantis, figuram, colorem ac longitudinem ſanctiſſimæ imaginis Hodegetriæ, quæ in Regia urbe ſpectatur, præſeferens, & antiqua item traditione aſſeveratur, eam eſſe Apoſtoli & Evangeliſtæ Lucæ manu depictam, famamque ac rumorem de ea ſtabiliunt frequentia miracula, D & ex imagine ſuaviſſimus odor non ſine omnium admiratione emanans. Subſequitur ſtadiis fere quinque diſtans Chryſoſtomi monaſterium, longeque ab eo ad teli *M. Chryſoſtomi.*
jactum, columna eſt encliſteria, in qua Iberus genere, moribus ſimplex, ſermone reverendus, qui tranquillam vitam agit, pridem per plures annos in ſuo ad mare Attaliæ fundato laboribus continuis ſudoribuſque ſeſe exercuerat, ibique nos eum allocuti ſumus, dum una cum celeberrimo Imperatore Porphyrogenneta Comneno militaremus.

xxv. In adverſa Jordanis parte, contra Baptiſmi *Loca trans Jordanem.*
templum, diverſa dumeta aſſurgunt, interque ea ſtadii unius longitudine Baptiſtæ Joannis ſpelunca patet, puſilla nimis neque virum proceræ ſtaturæ, rectus qui ſteterit, cupiens; ejuſdemque in faciem in eremi profundo altera ſpelunca hiat, in qua Elias Propheta viſam degens ab igneo curru abreptus eſt. Ultra dictas ſpeluncas, ad ipſos Jordanis curſus, fama eſt, eremum extendi, in qua venerandus Zoſimas Angelis parem Ægyptiam intueri dignus effectus eſt. Trans montes via ad montem Sinum, Raythum, mareque Rubrum con- E
ducens, locum ſibi vendicat. Sed hic de eremo oratio finem habeat.

xxvi. Ad dexteriorem partem ſanctæ civitatis Jeru- *Montana Judææ.*
ſalem & a turre Davidis Prophetæ jugum eſt, vitibus univerſum conſitum, illiuſque ad partes depreſſiores Iberorum monaſterium, intra cujus ambitum venerandæ Crucis lignum in partes diviſum fuiſſe traditur. Hinc regionis Montanæ initia ſunt, non abſurde ita nuncupatæ, quod omnium montium oræ magis clivoſæ, per multa ſtadia in longitudinem excurrant, itaque a ſancta civitate ſtadiis fere quatuordecim Zachariæ Prophetæ domus inſpicitur, in quam poſt annuntiationem immaculatiſſima Deipara ſolicite contendens, Eliſabetham ſalutavit, cujus & infans gaudio in utero ſubſaltavit, exultantia, ut par eſt, Dominum excipiens; Virgoque admirandum & propheticum illud Canticum enuntiavit. In loco itaque illo caſtellum & templum ſuper ſpeluncam ſitum eſt. In ſpeluncæ ultimis regreſſibus Præcurſoris nativitas accidit. Prope eam, bino teli jactu, ad ſublimiorem partem montis, petra eſt, quæ diviſa fugientem Baptiſtæ matrem, infantem amplexatam, cum Herodes cæde immaniſſima ſæviret, ſinu ſuo a-
vexit. F

xxvii. Ab Jeruſalem inter duas vias, unam quæ ad *Mon. Eliæ.*
Montana, alteram quæ ad Cœnobiarchæ monaſterium & lauram adducit, dorſum procurrit, & in eo iter aperitur, a ſancta Sione Bethleem ferens. Urbs vero Bethleem a ſancta civitate ſex fere mille paſſibus diſtat. In ejus & ſanctę civitatis meditullio monaſterium S. Prophetæ Eliæ exiſtit, a vetuſtiſſimis piis hominibus exædificatum, ſed terræ motibus funditus æquatum ſolo: veruntamen & hoc de orbe univerſo bene merens Dominus meus atque Imperator, per ſuum Præſidem, Syrum hominem, a fundamentis reparavit. Adeoque inter monaſterium & Bethleem, itemque Rachelis ſepul- *Bethleem.*
chrum, ſtructura quatuor fornicibus, tholi inſtar in faſtigiatum cacumen deſinentibus opertum. Locus ille trianguli formam efficit. Ad ſiniſteriorem ſanctæ Bethleem partem, inter eam & Cœnobiarchæ monaſterium, ager eſt & in agro ſpelunca, in qua beati commorantes in agris Paſtores Angelicas laudes auribus acceperunt, Gloria in excelſis, illis inclamantibus, & in terra pax, & in mundo ſalus, ob Deum meum ex Virgine Deipara genitum. Sancta Bethleem in dorſo lapidibus ſtrato fundata eſt. In ea conſpicitur, & ſacra ſpelunca, & præſepe, & puteus ex quo David bibere concupivit, & templum ſpeluncæ humeris inſidens, prælongum præ-
gran-

A grandeque ad formam crucis, ex non putreſcentibus lignis contectum. Circa altare tectum tholo ſaxeo ſeſe ſuſtollit. *Ecclesia.* Hoc quoque longe pulcherrimum & maximum templum munifica ſervatoris orbis & Imperatoris mei liberalitas extruxit, totumque lapillis aureis exornavit: in quo civitatis illius Latinorum Paſtor interpoſitus, variis in locis atque ipſo in ſanctuario ſupra ſpeluncam, Imperatorem ob tantam ſortiс magnanimitatem remunerans, decoram illius imaginem appinxit. Speluncæ, præſepis, & putei forma hæc eſt. Ad partem ſiniſtram ſanctuarii ſanctæ ſpeluncæ os patet: penes illud puteus eſt, ex quo non ſenſu ſolummodo, ſed mente etiam progenitor David bibere peroptavit: *Cisterna.* aquam ex eo qui apud eum maxime prævalebant viri duo, caſtris allophylorum expugnatis, eado hauſtam, Davidi ſiti æſtuanti adducunt: quam cum Deo libaſſet, ad hæc uſque tempora fama percelebre continentiæ facinus illius per ora omnium volat. Ab ingreſſu ſpeluncæ ad ima, ſex & decem quibus deſcenditur gradus numerantur. Ad Borealem plagam, ſacroſanctum illud diverſorium jacet, in quo Virgo Chriſtum Salvatorem B enixa eſt, & creatura univerſa Deum in carne vidit, & mundus totus renovatus eſt, & mortalis ego Deitate diteſco, cum Deus & Creator meus paupertatem meam atque inopiam induerit. *Spelunca.* Tum poſt unius gradus deſcenſum, ratione carentium animalium præſepe conſpicitur, æqua figura quatuor angulis commenſurata, quod candidis vetuſti illi homines marmoribus contexerunt, in medio apertura ad modum umbilici relicta, ex qua pars præſepis apparet. Præſepis illius, quod eum qui nullo loco capi poterat, cepit, cœlo amplioris, terra marique & ſubterraneis multo capacioris: quem enim illa complecti ſuo ambitu non poterant, illud laxioribus ſpatiis infantem factum accepit. Pictura exulto, totuſque intellectu in ſacroſanctam illam ſpeluncam penetro, *Mysteria Natalis Dominici* & Dominici partus diverſorium oculis luſtro, atque in præſepi facti infantis accubationem & mei Salvatoris erga me amorem tremens timenſque revereor, extremamque illius inopiam, qua me cœli regno dignum effecit: ſed regiam eſſe ſpeluncam apprehendo, ac veluti in throno virgineis ſinibus Regem inſidentem, Angelorumque choros ſpeluncam circumverſantes intueor, & Magos munera Regi afferentes eximia lætitia animum oppleo, & gratiæ, qua dignus efficior, voluptate perfundor. Perita manu pinxit artifex in ſpelunca myſte-C ria, quæ in ea patrata ſunt: namque in abſide effigiata erat puella in lecto recubans, læva dextero cubito ſuppoſita: ad dexteram ipſam genis reclinatis puerulum intuens, & innatam gravitatem ſubridentis ſpecie & eleganti faciei colore indicans: neque enim vultu, tamquam illa quæ recens & primum peperit, pallida horridaque immutatur: æquum quippe erat, quæ digna effecta eſt ut ſupra naturam gigneret, dolorum per naturam illatorum eſſe immunem. *graphice depicta,* Aſellus deinde & bos & præſepe & paſtorum cœtus, quorum auribus de cœlo clamor intonans a gregibus avocavit: quare armentis relictis, quæ inter herbas & fontem cibum potumque ſibi quærunt, & cani gregum cuſtodi eorum cuſtodia demandata, cervicem in aerem tollunt, ad ſtrepitus ſonum aures dirigunt, alius alio modo ſtantes, prout ſibi quiſque faciliorem & leviorem ſtationem ducebat: & his quidem pedum nulli uſui eſt, illis facies in cœlum figitur: namque dexteras ad vocem retrahentes turbatas aures promovent. Non tamen illis ſecundo audire opus fuit, majorem enim quam aures oculi fidem faciunt: namque Angelus ipſis occurrens puerulі accubationem in præſepi oſtendit. Pecudes, factis minime intentæ, ſatuo greſſu ducuntur: quarum pars ad herbam nutant, pars ad fontem advertunt. Canis vero, quod animal iram in promptu gerit, viſionem inſuetam D meditari videtur. Magi deſcendentes ex equis, munera manibus accipientes, genuaque flectentes, reverenter dona Virgini offeruot.

xxviii. Extra ſanctam Bethleem fere ad milliaria *M. S. Charitonis* duo, in Cœnobiarchæ monaſterio ſpelunca eſt, in qua oraculo accepto Magi, ne ad Herodem reverterentur, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam. Trans laurem duodecim fere paſſuum millibus prope Rubæ eremum, S. Charitonis monaſterium jacet: & eo ulterius longo intervallo ſejunctum, duplex quod Chebrone eſt Abrahami ſepulcbrum; & quercus Mambre, *Sepulcrum Abrahæ.* ſub qua ſanctiſſimam Triadem hoſpitio Patriarcha exceperat. Et hæc quidem ita ſe habent, a Ptolemaide per Galilæam ad ſanctam urbem Jeruſalem, Jordanem & ſanctam eremum: maritima vero ita.

xxix. A ſancta civitate Jeruſalem ad ſex milliaria *Emmaus.* Armathem urbs conſpicitur, in qua Samuel magnus ille Propheta ortum habuit. Inde poſt alia ſeptem & amplius milliaria, Emmaus urbs magna in media valle ſuper eminenti dorſo jacet. Sic ad paſſuum fere viginti E millia Ramplex regio effunditur & templum ingens in eadem ſancti Megalomartyris Georgii viſitur. *Ramula S. Georgii.* Illis in locis Sancto fuit natalis dies, & pro pietate ingentia certamina ſubiit, & ſepulturæ demandatus fuit. Templum dromicum eſt, & in ſanctuarii mytulo, ſub ſanctæ tabulæ pavimento ſepulchri os patet, candido marmore circumſeptum. Verum operæ pretium fuerit, quæ a templi Clericis ante paucos annos in Sancti ſepulchro ſunt patrata, narratione noſtra indicare. Dicebant namque interjectum, qui nunc præeſt, Latinorum Epiſcopum, ſepulchri os reſerare conatum; & tabula marmorea qua illud obtegebatur ſublata, ingentem ſpeluncam ſeſe oſtendiſſe; & in ejus interiori parte Sancti ſepulchrum. Cum demum & illud quoque reſerare conarentur, ignis e ſepulchro exiliens, unum ex iis qui id aggredi conabantur ſemiuſtum reliquit, alteram ſubita morte delevit.

xxx. Regionem illam excipit Cæſarea * Philippi, ** Cæsarea sed largendum Palæstinæ,* civitas magna & populo frequens ad maris ripas fundata, portu celeberrimo manu hominum facto, immenſum pecuniarum ſumptum in loci ſtructuram Herode erogante cincta. In ea Chriſtus interrogavit Apoſtolos. Quem me dicunt homines eſſe Filium hominis? & Petrus, Tu es Chriſtus Filius Dei vivi, reſpondit, verbis his æſtum ſuæ caritatis oſtendens. F

xxxi. Subſequitur Mons Carmelus, de quo in vete- *Carmelus;* ri recentiorique ſcriptura plurimus ſermo eſt. Jungitur mons, ab ipſo maris ſinu, qui circa Ptolemaidem & Caipham incurvatur, initium ducens, & ad Galilææ fines perveniens. In extrema parte jugi, qua mare reſpicit, Prophetæ Eliæ ſpelunca ſpectatur: in qua Angelicam vitæ rationem cum exegiſſet mirificus ille vir, in aera ſublatus eſt. Erat eo loci antiquitus monaſterium magnum, ut ſtructurarum veſtigia ad hæc uſque tempora commonſtrant. Sed illud, tempore quod omnia in ſenium impellit, & gentium variis excurſionibus penitus abolitum. Verum ante aliquot annos quidam Monachus, dignitate Sacerdos, capillitio albus, e Calabria oriundus, ex Prophetæ revelatione in montem appellens, ea loca, monaſterii nempe reliquias, vallo perparvo cinxit, & turri ædificata, temploque non ingenti extructo, Fratribuſque ferme ad decem collectis, etiamnum ſanctum illum ambitum colit.

xxxii. Et hic deſcriptionis hujuſce exitus eſto, ubi *Conclusio auctoris,* ſacrorum locorum circuitionem habet. Quod ſi legentibus labor iſte emolumentum afferre viſus fuerit, opus ipſum ac labor compenſatio mihi ampla, & lucrificabile præmium reputabitur: ſin minus, ad parentem redeat,

A deat, a quo ortum ducit, balbutiendoque ſacrorum locorum memoriam refricet: ut nos eorum recordatione in vivam eorum imaginem remeantes, ſuavi ſolatio in gaudia reſtituamur.

H*Abes, Lector,* Joannem Phocam, *dignum viſum Allatio, quem poneret in capite libri* Συμμικτῶν *ſuorum, inter alias plures ejusgeneris lucubrationes, quibus Hieroſolyma ac Hieroſolymitana loca deſcripta poſteris reliquerunt, Græce quidem Epiphanius Hagiopolita, Perdiccas Epheſius. Anonymus Græcus, & Eugeſippus quidam; Latine vero Willebrandus ab Oldenborg Canonicus Hildeshemenſis, quem huc contulerat Lucas Holſtenius, Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos: ſicut & alii alia, ac nominatim noſter Athanaſius Kircherus pulcherrimum Eccleſiæ Copticæ Rituale, cujus Latinam paraphraſin a ſe concinnatam, directum pariter voluit* ad Clariſſimum & zelo orthodoxæ fidei inſignem virum, Bartoldum Nihuſium, *ſimul omnium impreſſionem curaturum Amſtelodami, ſub eodem nomine, iiſdem V. Cl.* Joannis *Blaeu typis, & fide eadem; quibus de conſenſu Vicarii apud*
B *Hollandos Apoſtolici tunc excudebantur, ad uſum Catholicorum ibidem: Breviaria Miſſaliaque Romana; quod ſcire potuerunt, qui* Joannem Phocam *ſuſpectum reddere voluerunt, quia* Batavis excuſus in oris. *Hoc enim non ideo factum eſt, quod Urbis Romanæ oculos fugeret Allatius, cui vel maxime probare ſe volebat; ſed quod non ſemper inveniens Romæ qui ſumptus editioni neceſſarios præſtarent; gaudebat peregre typographos invenire, qui ſua gratis vellent imprimere. Adeo autem non timebat Allatius, ne ſibi ſuiſve operibus id præjudicaret Romæ; ut hæc Symmicta dedicari voluerit Illuſtriſſimo Juveni Auguſtino Chiſio, Fabii Card. Chiſii, paulo poſt Alexandri VII, ex Auguſto minori fratre nepoti; quemadmodum antea, tres laudatiſſimos libros, de perpetua Orientalis Eccleſiæ atque Occidentalis conſenſione, impreſſos eodem loco ac modo, eodemque Bartoldo Nihuſio curante & proprias ſuas Annotationes adjungente illuſtratos, inſcripſerat Ludovico XIV. Francorum & Navarræorum Regi Chriſtianiſſimo.*

Aſt Grajæ ſors quid neſcio mentis habet
Joannes *hic* Phocas: *proinde exclamat quidam,*
Tolle Phocam, Papebrouk.

C *Quid autem mali fecit iſte? De locis ſacris nemo ante ipſum, neque poſt ipſum alius quiſpiam magis graviter ac religioſe ſcripſit, legentibus aſpirans ſuaviſſimam qua perfundebatur interius ſpiritus ſuavitatem, iſtic ubi divinæ Incarnationis, Nativitatis, Baptiſmi, Transfigurationis, Paſſionis, Aſcenſionis myſteria commemoranda ei veniunt. De monaſteriis Græcorum, Iberorum, Latinorum, ſine nationum diſcrimine laudabiliter ſemper ac* D
reverenter loquitur: de Carmelo ſpecialiter meritus bene, dum primus ipſe poſt tot ſecula meminit inventorum ibi a ſe Eremitarum, & quæ eos cauſa illuc adduxerit, indicat.

Judica, *Lector, utrum merito mihi quis indignetur, quod hunc allegem auctorem: ſimulque diſpice, numquid in toto libello poſſit inveniri, unde ſcriptoris fides arguatur; aut dubitetur utrum loca ſancta, quæ deſcribit, coram adierit luſtraveritque. Tum, quæſo te, quod ſubjungitur* Itinerarium *cum ſuperiori confer, & vide, num minus tibi placeat* Joannes Phocas, *propterea quod eu de Carmelo monte narret, quæ difficile componi poſſunt cum longe poſteriorum ſcriptorum aſſertis de beato* Bertholdo.

Quanti fecerint Symmicta Allatiana eruditiſſimi viri, quorum honori & amori datum fuit, ut prægustare eæ legendo poſſent, prius quam paſſim vulgarentur, atque adeo quo in pretio habuerint, prælucentem ipſa in fronte eorum Joannem Phocam, *docent præſtantium quatuor Poetarum Epigrammata, ad calcem libri addita. Primum eorum inſumitur in laudem editoris Nihuſii, nomen præferens* Ferdinandi a Furstenberg, *illius, inquam* E
Ferdinandi, *qui pridem* Paderbornenſis *nunc etiam* Monaſterienſis Epiſcopus, *poſt cæteros clariſſimos titulos ſuos, non dedignatur* Mæcenas *huic operi inſcribi. Ipſum juvat audire, ſic gratulantem amico, quaſi eruditionis Græcæ laudibus præcipuo, totumque in pectore Parnaſſum continenti.*

Cum male ſuccubuit Turcarum Græcia Marti,
Et major Phœbi numine Luna fuit;
Ceſſit in exilium: doctique Heliconis alumnæ
Pierides patrium deſeruere ſolum;
Et toto procul orbe vagæ, cujere viciſſim,
Parnaſſi ſedem cum repetere novam;
Bartoldo pandente novam ſub pectore, tantis
Quæ domus exulibus patria priſca fuit.

Hæc ille: Amandus *autem* Fabius, *poſtquam commendaſſet operam, Jano Nicio Erythræo & Leoni Allatio in publicandis eorum ſcriptis imo reipublica litteraria navatam, ſic progreditur:*

O de Palladia bene te, Bartolde, palæſtra
Et cupido veri de grege promeritum!
Jam digitis cumulos pridem numeramus utriſque
Chartarum, luci quas tua Cura dedit. F
Nec tamen inter eas pars eſt non magna tuarum:
Prole typos propria laſſar & illa manus.
Obſtetricaris ſimul & paris: unus utramque,
Tantus amor ſtudiis conſuluiſſe piis.

ANTO-

A D

ITINERARIUM
ANTONINI PLACENTINI,

Ex MS. erutum per R. P. Ign. a S. Antonio Carm. Diſcalceatum.

T*Ornatenſe MS. titulum hunc præfert*, De locis ſanctis quæ perambulavit beatus Antoninus Martyr. *Bibliotheca autem Vaticana Codex ſub numero 636. cui titulus Beda & aliorum, opuſculum idem ſic inſcribit*, Relatio B. Antonini Martyris. De hoc, *inquit Pater Daniel a Virgine Maria in Vinea Carmeli num.* 1331. *Molanus in Martyrologio ad diem* 13. *Novembris*, Placentiæ Revelatio S. Antonini martyris. *Sed addiderunt notulam, ut ſignificaret feſtum hoc eſſe minus principale iſtius Sancti, nec in Uſuardo repertum, ſed aliunde acceptum. Principale autem feſtum tam apud antiquos, quam in Ro-*
B *mano hodierne notatur die* 30. *Septembris: ubi Baronius Lectorem remittit ad Petrum de Natalibus lib.* 8. *cap.* 133. *Cur huc non remiſit nos Pater Daniel? Legiſſemus ibi*, *quod* S. Antoninus Martyr...... de Placentinis finibus egreſſus, per Orientales Provincias pertranſivit, & multa miracula fecit, demum ab infidelibus tentus, & capite cæſus glorioſo martyrio coronatus eſt? *Sed illa legentes, etiam legiſſemus, quod iſte* S. Antoninus fuit ex ſacra legione Thebæorum, & ſocius B. Mauritii Martyris. *Hoc autem indicare lectori, erat evertere totam auctoritatem ejus ſcripti, cui ſumma fides poſtulabatur. Fieri enim non poterat, ut idem ſub Diocletiano ac Maximiano Imperatoribus militaſſet, Duce S. Mauritio, cujus martyrium anno* 297. *adſcribit Baronius; & ea omnia reperiſſet in Terra ſancta, quæ hic narrantur, quæque non niſi ſub Conſtantino Magno cœperunt innoteſcere; ut de Juſtiniano nihil dicam, cujus hic mentio fit aliquoties; & cujus Imperium cœpit anno* 527. *Ego ut neminem hic accuſo ſic nec puto mihi ſequendum exemplum tale, & Leonis Allatii judicium laudo, qui Vaticana Bibliotheca monumenta omnia notiſſima habens, alia quidem inde excerpſit Symmictis ſuis adjungenda; ſed Itinerarium*, S. Antonini martyris *nomen præferens, luce publica indignum cenſuit. Sic autem cenſuit, non tantum quia tempori non ſuo adſcriptum; ſed quia ipſum inveniebat, præ aliis ſimilis argumenti Latinis ſcriptis, refertum fabellis*
C *plane anilibus, quas nobis ſatis erit * aſteriſco notare, ut animum advertas lector. Iis porro, qui paulo notiorem habent locorum ſitum, quique alias legerunt itineraria ſacra atque profana, conſiderandum relinquo, utrum in hac Relatione inveniri poſſit veriſimilis ratio itineris alicujus; ubi nihil ordinatum digeſtumque, ex more eorum qui prudenter & certo ductu peregrinantur; ſed confuſa omnia, velut ſi per ſomnium res agatur in mente, non autem corporeo motu ſuper terram. Videbis hoc, ſi quandoque digneris referre oculum ad tabellam ſuperius collocatam, indeque cogitationem cum res feret, extendas ad Syriam Ægyptumque, quarum hanc Paleſtina ſeu Terræ ſanctæ imaginaberis ad meridiem, iſtam ad Septentrionem jacere, utrimque nonnihil declinando.* Antonini Placentini itinerarium *ſimpliciter vocavi, ut neque errorem evidentem ſecutus videar ſi ſcripſero* Martyrem; *neque prorſus a jam nota appellatione recedam, ſi omiſſo nomine* Antonini *vocavero* Anonymi itinerarium, *reſpectu auctoris nomen ſuum non exprimentis. Nunc ipſum lege, & Annotationes ad calcem ſubjungendas.* Ut vero etiam diſcernere *valeas ea loca, quæ hinc excerpta nobis objiciuntur, tanquam luculenta prætenſa antiquitatis documenta, placuit illa Italico charactere repræſentare.*

P*Rocedente B. Antonino martyre una cum* 1 *Collegio ſuo, ex eo quod civitatem Placentiam egreſſus eſt, in quibus locis peregrinatus eſt, ire veſtigia Chriſti ſequentes, & miracula ſanctorum Prophetarum pervidere cœperunt.* Ita exeuntibus nobis de Conſtantinopoli pervenimus a Cyprum in civitatem Conſtantiam, in qua requieſcit S. Epiphanius; civitas pulchra, delicioſa, ornata palmis dactylorum. Deinde venimus partibus Syriæ, in inſulam 3 Santaricum ad Tyrum. *Tunc venimus Tholomaidam civitatem: millia ſex in Caſtra* 4 *Samaritanorum milliario a Sugamia ſub monte Carmelo. Super ipſa Caſtra milliario ſemis, monaſterium Eliſæi Prophetæ, ubi occurrit mulier, cujus filium ſuſcitavit, in monte Carmelo.* Ibique eſt petra modica rotunda *: quando exagitatur ſonat, quia ſolida eſt: talis autem virtus petræ illius, ut ſi ſuſpenſa fuerit mulieri vel alicui animali partum 5 numquam faciet: & a civitate vi. aut vii. millia perſonat.

1
2
3
Cyprus;
4
Sunam;
E
5

II. De Tholomaida maritima venimus in fines Galilææ, in civitatem quæ vocatur 6 Neoexſarea: in qua adoravimus amulam & caoiſtellum S. Mariæ: in quo loco erat cathedra, ubi ſedebat quando ad eam Angelus veniebat. Deinde millia tria venimus in Cana, ubi Dominus fuit ad nuptias: & accubuimus in ipſo accubitu, ubi ego indignus parentum meorum nomina ſcripſi. Ex quibus hydriæ duæ ibi ſunt. Implevi aqua unam, * & protuli ex ea vinum: & in humero plenam levavi, & obtuli ad altare, & ipſo in fonte lavavimus pro benedictione.

6
Ptolemais;
Cana.

III. Et inde venimus in partes Syriæ (& civitatem Tripolim) ubi requieſcit 7 S. Leontius: quæ quidem civitas tempore Juſtiniani Imperatoris ſubverſa eſt a terræ motu 8 cum aliis civitatibus. Venimus inde 9 Vibilum, quæ & ipſa civitas cum hominibus ſubverſa eſt: poſt in civitatem Tani quæ & ipſa ſubverſa eſt. Deinde venimus in civitatem ſplendidiſſimam Berytho, in qua nuper fuit ſtudium 10 litterarum, quæ civitas ſubverſa fuit, dicente nobis Epiſcopo civitatis, quia cognitæ fuerunt perſonæ, exceptis peregrinis, quæ ibi perierant. Ipſa civitas poſita eſt ſub montana Libani.

7
Tripolis;
8 9
Byblos.
Berythus;
10
F

IV. A Berytho venimus Sidonem, quæ ex parte ruit: & ipſa adhæret Libano. Homines in ea peſſimi. Illic currit 11 fluvius Aſclepius; & fons, unde ſurgit, ſtat. *De Sidone venimus Sareptam: quæ civitas modica & valde Chriſtiana eſt: in qua eſt cœnaculum illud, quod factum fuerat Eliæ, & lectus ubi recubuit, & alveus marmoreus ubi vidua illa fermentavit: in quo loco multa offeruntur & multæ virtutes fiunt.* Exeuntes de Sarepta venimus in civitatem Tyrum. A Tyro uſque ad Sareptam continua millia 12 ſeptem. Tyrus civitas homines habet potentes, vita peſſima, tanta luxuria quod dici non poteſt; gynæcea publica, holoſericum, & diverſa genera telarum.

Sidon.
11
Sarepta.
12
Tyrus.

V. At vero de Tyro venimus in civitatem Nazareth, in qua ſunt multæ virtutes. Ibi & pendet tomus, in quo Dominus * 13 A. B. C. habuit impoſitum: in qua eſt Synagoga poſita, & trabs ubi cum aliis ſedebat infantibus: quæ trabs * a Chriſtianis agitatur & ſublevatur; Judæi vero eam nullo modo agitare poſſunt: ſed nec permittit ſe foras tolli. Domus ſancta, baſilica eſt: & multa ſunt ibi beneficia de veſtimentis ejus. In civitate vero tanta eſt gratia mulierum Hebræarum, ut inter illam inter Hebræas pulchriores non inveniantur: & hoc * a S. Maria ſibi conceſſum dicunt (nam & parentem ſuam dicunt

Nazareth
13

A cunt eam) & dum nulla ſit caritas Hebræis erga Chri-
ſtianos, illæ ſunt omni caritate plenæ. Provincia para-
diſo ſimilis in tritico, in frugibus ſimilis Ægypto; ſed
præcellit in vino & oleo & pomis ac melle. Sed & milium
14 exit ſupra naturam altum nimis, ſupra naturam hominis 13
talea groſſa.

Thabor. VI. De Nazareth venimus in montem Thabor: qui
mons exit in medio campeſtri, terra viva, tenens cir-
cuitum millia ſex, aſcenſum millia tria, ſurſum ad u-
num milliarium planum; in quo ſunt tres eccleſiæ, ubi
dictum eſt a diſcipulis, Faciamus hic tria tabernacula.
Samaria. In circuitu diverſæ civitates quæ in libro Regum leguntur.
De Thabor venimus ad mare Tiberiadis, in civita-
tem quæ alio tempore eſt appellata Samaria, nunc vero
15 dicitur Neapolis, 15 in qua puteus eſt, ex quo Domi-
nus aquam a muliere Samaritana petiit: & ibi baſilica
eſt ſancti Joannis Baptiſtæ: & ipſe puteus eſt ante can-
cellos altaris: & ſitula, de qua dicitur Dominus bibiſ-
ſe: & multi ægri ibi veniunt & ſanantur.

B VII. Deinde venimus in civitatem Tiberiadem, in
qua ſunt thermæ ſalſæ: hic aqua maris illius dulcis eſt,
quod mare circuit millia octo. Deinde venimus in Ca-
Tiberias & Capharnaum. pharnaum in domum beati Petri, quæ eſt in baſilica.
Inde venientes per caſtra, vel vicos, vel civitates, ad
16 duos fontes venimus, ſcilicet Jor 16 & Dan, qui in u-
num effluunt, & vocitatur Jordanis: parvus ingredi-
tur mare, & pertranſit totum maris pelagus uſque ad
littus maris. Revertentes poſt nos venimus ad locum
Jordanis. ubi Jordanis egreditur mare. *Et in ipſo loco tranſivimus*
17 *Jordanem & venimus in civitatem quæ vocatur 17 Gadde-*
ra, quæ & Gabaon dicitur. In iſta parte civitatis, mil-
liario tertio ab urbe, ſunt aquæ calidæ, quæ appellantur
Gaddera. *thermæ Eliæ, ubi leproſi mundantur. Ibi eſt xenodochium,*
delicias de publico habens, & hora veſpertina mundantur
thermæ. Ante ipſum vero clibanum grande eſt ſolium,
quod dum impletum fuerit, omnia oſtia clauduntur;
& per oſtium mittuntur intus luminaria & incenſum:
& ſedent in iſto ſolio tota nocte: & dum ſoporati fue-
rint, videt ille qui mundatus eſt aliquam * viſionem:
& dum ipſam recitaverit, mundantur thermæ per ſe-
ptem dies. Ibi vero defunctus eſt collega noſter Joannes
de Placentia. Ipſe fluvius calidus, qui Gaddera dicitur,
deſcendit torrens & intrat Jordanem, & ex ipſo amplia-
tur Jordanis & major fit.

VIII. Et tunc deſcendimus per Galilæam juxta Jor-
C danem, tranſeuntes multas civitates quæ leguntur: &
venimus in civitatem Metropolim Galilææ quæ vocatur
18 18 Scythopolis, in monte poſita, ubi Sanctus . . . . .
Scythopolis. multas operatus eſt virtutes. *Deinde deſcendimus per*
alia loca Samariæ & Judææ in civitatem 19 Sebaſtiam,
19 *qua requieſcit Eliſæus Propheta.* Deſcendentes per cam-
peſtria, (per) civitates vel vicos Samaritanorum &
Judæi non contingunt Chriſtianos. plateas unde tranſivimus, (vidimus) venientes Judæ-
os poſt nos cum paleis, veſtigia noſtra * incendentes,
20 tanta eſt illorum ex execratio. Utique Chriſtianis qui-
dem reſponſum faciunt: at cavent, quod ab illis eme-
re vis, non tangas prius quam pretium des: quod ſi te-
tigeris, & non id comparaveris, mox ſcandalizabun-
21 tur. Nam foris in vico habent cum domo una poſita 22
22 quod ipſum faciunt reſponſum. Nummos de manu tua
non accipient, * ſed tu in aquam projicies eos: & de-
nuntiant tibi quod (non) ingrediaris. Tu vero noli
exſpuere: ſi autem exſpueris, ſcandalizabuntur. Sero
autem purificant ſe in aqua: & ſic ingrediuntur in vi-
cum aut in civitatem.

Locus 5. panum & baptiſmi. IX. Deinde venimus in locum, ubi Dominus de
quinque panibus & duobus piſcibus quinque hominum
millia ſatiavit, extra mulieres & parvulos: extenta
campania, olivera & palmeta. *Inde venimus ad locum*
ubi baptizatus eſt Dominus. In illo loco filii Iſrael tranſive-
runt Jordanem, & filii Prophetarum perdiderunt ſecurim: D
& ex ipſo loco Elias aſſumptus eſt in cœlum. Ibique mons
23 Hermon modicus, qui legitur in Pſalmo. Ad pedes 23
montis ipſius aſcendit de fluvio nubes, & hora prima *M. Hermon*
oriente ſole Hieroſolymam venit * ſuper baſilicam S.
Mariæ ad 24 S. Sophiam, quæ fuit Prætorium ubi audi- 24
tus eſt Dominus. Super his locis deſcendit * ros ſicut
pluvia, & colligunt eum medici: & in ipſo coquuntur
omnes confectiones per xenodochia: nam multi languo-
res ſanantur ibi, ubi cadit ipſe ros. Ipſe eſt ros, de quo
canitur, ſicut ros Hermon qui deſcendit in Sion. *In ipſa*
ripa eſt fons ubi baptizavit S. Joannes. Inde uſque ad Jor-
danem millia duo. In ipſa valle inventus eſt Elias, quan-
do corvus 25 ei deferebat panem & carnes. In circuitu au- 25
tem vallis ipſius multitudo Eremitarum. *Salamiada*

X. Et ibi prope eſt civitas quæ vocatur 26 Salamia- 26
da, ubi remanſerunt duæ & ſemis tribus Iſrael, priuſ-
quam tranſirent Jordanem: in quo loco ſunt thermæ
ex ſe lavantes, * quæ vocantur thermæ Moyſis: ubi e-
tiam leproſi mundantur: & ibi eſt dulciſſimus aquæ
fons, qui bibitur pro catarrho, & multos ſanat languo-
res. Non longe a mari Salinarum, ad quod Jordanis E
ingreditur. Subtus eſt Gomorrha & Sodoma, ad cujus *Sodoma & Gomorrha.*
littus bitumen & ſulphur colligitur: in quo mari, men-
ſe Julio & Auguſto & uſque ad medium Septembris,
tota die jacent * leproſi, & ad veſperum lavantur in ipſis
thermis: & aliquoties Dominus, quem vult, mundat:
nam & in generalitate eſt aliqua primitia. In quo mari
nihil vivificatur, nec ligna ibi natant, nec paleæ, ne-
que homo: ſed quidquid ibi projectum fuerit, in pro-
fundum demergitur. De Jordane, uſque ad locum in *Mare mortuum.*
quo Moyſes de corpore exiit, ſunt millia 8. Exinde a
Segor, in quibus locis ſunt multi Eremitæ. Vidimus ibi
& monumentum 27 Abſalon filii David. 27

XI. Tenemus Theophaniam juxta Jordanem: & ibi *Theophaniæ feſtum ad Jordanem.*
fiunt mirabilia, ubi baptizatus eſt Dominus, in ipſa
nocte: & ibi tumulus cancellis circumdatur: & in lo-
co ubi redundat aqua in alveum ſuum, poſita eſt Crux
lignea. Itur in aquam ex utraque parte marmoris. In
vigilia Theophaniæ grandes fiunt vigiliæ: populus infi-
nitus: & quarta aut quinta vice gallo cantante fiunt
vigiliæ. Completis Matutinis primo diluculo ſurgentes,
procedunt Miniſtri ſub divo & Diaconi, tenentes Sacer-
dotem. Ter deſcendit Sacerdos in fluvium: & hora
qua cœperit benedicere aquam, mox Jordanis * cum
magno rugitu revertitur poſt ſe, & ſtat aqua ſuperior F
in ſe uſque dum baptiſmus perficitur; inferior vero
fugit in mare, dicente Pſalmiſta; Mare vidit & fugit,
Jordanis converſus eſt retrorſum. Tunc omnes Alexan-
drini habent ibi * naves 28 ſuas cum hominibus, haben- 28
tes calathos plenos aromatibus & balſamo: & hora qua
benedixerint fontem, antequam incipiant baptizare,
fundunt illos calathos in fluvium & tollunt aquam be-
nedictam, & exinde faciunt aquam aſperſionis in ſuis
navibus, antequam exeant ad navigandum. Baptiſmo
completo, omnes in fluvium pro benedictione deſcen-
dunt, induti ſindones; & alias multas ſindones (intin-
gunt aquæ), quas ſibi ad ſepulturas ſervant. Poſt hæc
omnia perfecta, ſtatim aqua in proprio revertitur al-
veo: nam unde ſurgit Jordenis a mare Tiberiadis uſque
ad mare Salinarum ſunt millia 130. 29 29

XII. In ipſa vero ripa Jordanis eſt ſpelunca, in qua *Spelunca ad Jordanem.*
ſunt ſeptem cellulæ cum ſeptem puellis, * quæ ibi in-
fantulæ mittuntur: & cum aliqua ex eis mortua fuerit,
in ipſa cellula ſepelitur, & alia cellula inciditur, &
alia ibi mittitur puella ut numerus ſtet: & habent foris
qui eis cibaria præparet. In quo loco cum magno timo-
re ingreſſi ſumus ad orationem: nullius ibi faciem vidi-
mus. In ipſo loco dicitur eſſe ſudarium, quod fuit
ſuper caput Jeſu. *Non multum longe a Jordane, ubi ba-*
pti-

A *ptizatus eſt Dominus, eſt monaſterium S. Joannis valde magnum, in quo ſunt xenodochia duo.* In iſta vero ..... illa ripa Jordanis invenimus ſerpentes, de quibus theriaca conficitur. Inde venimus ad Jordanem.

Jericho. XIII. De Jordane uſque ad Jericho millia ſex. Jericho autem in oculis hominum ita videtur eſſe ut paradiſus: a terra motu muri diruti: domus Raab reſtat, & eſt xenodochium: ſed & cubiculum, de quo exploratores depoſuit, oratorium eſt S. Mariæ. Lapides vero illi, quos levaverunt filii Iſrael de Jordane, non longe a civitate Jericho poſiti ſunt in baſilica poſt altare: & ante baſilicam eſt campus, qui dicitur Ager Domini: * in quo Dominus manu propria ſeminavit, ſerens ſatom tritici tria modia: qui & colligitur, & numquam ſeritur, ſed ex ſe profert ſemen. Colligitur a menſe Februario, & inde communicatur in Paſcha: cum collectum fuerit, aratur, & iterum cum reliquis meſſibus colligitur.

Fons et fructus ibidem. XIV. *At vero fons aquæ, quem indulcavit Eliſæus Propheta, irrigat omnem Jericho, ubi naſcitur vinum potens,*
30 *quod febricitantibus datur*: ibi naſcitur dactylum 30 de
B libra: ex quibus mecum adduxi in provinciam, & dedi unam Domino Paterio Tributio Patricio. Ibi naſcitur cedrus de cubitis 40. & virga faſioli duos pedes longa. Ibi eſt vitis, unde in Adſcenſione Domini plenæ ciſtæ racemis in monte Oliveti venales: & in die Pentecoſte mixtim cæiode plena calatha proponuntur.

Arbor Zacchæi. XV. Exeuntes de Jericho venimus contra Hieroſolymam. Non longe a Jericho eſt illa arbor, ubi Zachæus aſcendit, ut videret Dominum: quæ arbor intra oratorium incluſa eſt, & per tectum deſuper ſicca videtur. Igitur exeuntes de Jericho, venimus contra Occidentalem
31 lem 31 in ſiniſtra manu; & intravimus villas Sodomæ & Gomorrhæ: ſuper quam provinciam ſemper aſcendit nubes cum odore ſulphureo. Quod dicunt homines de uxore Loth, & quod lingendo ab animalibus minuatur, mendacium eſt: ſed ſtat in ſtatu ſuo in quo fuit.

XVI. Aſcendentes de montanis Hieroſolymorum 32
35 *Bethania.* Batrideum, indeque revertentes ad ſiniſtram ad oppida montis Oliveti, venimus in Bethaniam ad monumentum Lazari, reſpicientes valles illas & perambulantes monaſteria multa & mirabiliorum loca, vidimus clauſam multitudinem in monte virorum & mulierum. Et *rurſum in monte, unde Dominus aſcendit ad Patrem, ubi & judicare veniet, vidimus monaſteria copioſa, & cellu-*
C *lam ubi incluſa fuit vel jacet in corpore S. Pelagia*, & in
M. Oliveti. ipſo monte jacet Jacobus Zebedæi, & Cleophas & multa Sanctorum corpora.

Getſemani. XVII. Deſcendentes de monte Oliveti venimus in villam Gethzemani, in loco ubi traditus eſt Dominus: in quo ſunt tria accubita, in quibus ille accubuit, & nos pro benedictione accubuimus: & in ipſa eſt domus S. Mariæ, de qua eam dicunt ad cœlos fuiſſe ſublatam. Et in ipſa valle Gethzemani ibidem vocatur (vallis) Joſaphat. In dextera portæ eſt olivetum & ficulnea, in qua ſe Judas laqueo ſuſpendit, hoc eſt ad portam Jeruſalem, cujus calea ſtat munita perticis. Portam civitatis (quæ cohæret portæ ſpecioſæ, quæ fuit templi, cujus liminare & tribulatio ſtat) inclinantes proni in terram ingreſſi ſumus in ſanctam civitatem, in qua adoravimus Domini monumentum.

Sepulchrum Domini. XVIII. Ipſum monumentum, in quo corpus Domini poſitum fuit, in naturalem excitum eſt petram. Lucernæ hydria, quæ illo tempore ad caput ejus poſita fuerat, ibidem ardet diu noctuque: ex quo benedictionem tulimus, & recompoſuimus eam. In quo monumento deforis mittitur terra, & ingredientes benedictionem tollunt. Lapis vero, unde clauſum fuit monumentum ipſum, eſt ante illud monumentum. Color vero petræ, quæ exciſa eſt de Golgotha (non dignoſcitur): nam petra ipſa ornata eſt auro & gemmis: & poſtmodum de D
ipſa petra factum eſt altare, in loco ubi crucifixus eſt Dominus. Petra vero monumenti velut molaris eſt, & infinite ornata: virgis ferreis pendent brachialia, dextrocheria, murenæ, monilia, annuli capitulares, cingella, baltei, coronæ, imperium ex auro vel gemmis, & ornamenta plurima. Et ipſum monumentum in modum eccleſiæ coopertum ex argento: & ante monumentum altare poſitum.

XIX. A monumento uſque Golgotha ſunt greſſus 80. *Golgotha.* Ab una parte aſcenditur per gradus, unde Dominus aſcendit ad crucifigendum. Nam in loco ubi fuit crucifixus, apparet cruor ſanguinis. Et in ipſo latere petræ eſt altare Patriarchæ Abraham, in quo ibat offerre Iſaac, quando tentavit eum Dominus. Ibi & Melchiſedech obtulit ſacrificium Abrahæ, quando revertebatur cum victoria a cæde 33 Amelech. Tunc ibidem dedit ei Abra- 33
ham omnem decimationem in hoſtias. Juxta ipſum altare eſt crypta, ubi ponis aurem, & audis flumina aquarum; & jactas * pomum aut aliud quod natare poteſt, & vadis ad Siloa fontem ubi illud recipies. Intra Siloa & Golgotha credo eſt milliarium: nam Hieroſolyma aquam vivam non habet, præter in Silua fonte. E

XX. De Golgotha uſque ubi inventa eſt Crux ſunt greſſus 50. In Baſilica Conſtantini cohærante circa monumentum vel Golgotha, in atrio ipſius baſilicæ, eſt cubiculum, ubi lignum Crucis reconditum eſt, quam adoravimus & oſculavimus. *Crucis inventio & adoratio.* Nam & Titulum, qui ſuper caput ejus poſitus fuerat, in quo ſcriptum eſt Jeſus Nazarenus Rex Judæorum, tenui in manu & oſculatus ſum. Lignum Crucis de nuce eſt: procedente vero ſancta Cruce de cubiculo ſuo apparet * ſtella in cœlo, & venit ſuper locum ubi Crux reſidet: & dum adoratur Crux, ſtat ſuper eam ſtella. Et adfertur oleum ad benedicendum ampullis onychinis: *Reliquiæ aliæ.* hora vero qua tetigerit lignum Crucis ampullas, * mox ebullit foras. Revertente Cruce in locum ſuum, & ſtella pariter revertitur, & poſt recluſam Crucem non apparet ſtella. Etiam ibi eſt Canna & Spongia, de quibus legitur in Evangelio, cum qua Spongia aquam bibimus: & Calix onychinus, quem benedixit Dominus in cœna, & aliæ multæ virtutes: ſpecies B. Mariæ in ſuperiori loco, & zona ipſius, & ligamentum quo in capite utebatur: & ibi ſunt ſeptem cathedræ marmoreæ Seniorum.

XXI. Inde aſcendimus in Turrim David, ubi decan- F
Turris David. tavit Pſalterium. Magna eſt valde: in ſingulis cœnaculis, quæ quadrangula, turris eſt: & opus ſculptum, non habens tectum; in qua Chriſtiani pro devotione aſcendunt ad manſionem: & circa medium noctis ſpatium ſurgentes, audiunt voces * murmurantium deorſum in valle Joſaphat, ad loca quæ reſpiciunt contra Sodomam & Gomorrham.

Sion. XXII. Deinde venimus in baſilicam Sion, ubi ſunt mirabilia multa: inter quæ eſt quod legitur de lapide angulari, qui reprobatus eſt ab ædificantibus. Domino enim ingrediente in ipſam eccleſiam, quæ fuit domus S. Jacobi, invenit lapidem * deformem, in medio jacentem, tenuitque eum, & poſuit in angulo: quem tenens levas & ponis aurem in ipſo * angulo, & ſonat in auribus tuis quaſi murmuratio multorum hominum. In ipſa eccleſia eſt columna, in qua tale eſt ſignum, ut dum eam quidam amplexus fuiſſet, in ipſa ei pectus adhæſit & apparent in ea palmæ & digiti; ita ut inde per ſingulos languores tollatur, & qui circa collum habent, ſanantur. In ipſa columna eſt cornu illud, de quo Reges ungebantur, unde & David in Regno unctus eſt. Ibi eſt Corona ſpinea, de qua Dominus eſt coronatus; & Lancea, de qua in latere percuſſus eſt, & lapides multi, cum quibus fuit lapidatus Stephanus. Ibi columna, in qua poſita fuit crux B. Petri, ubi cruci-

A cifixus eſt Romæ: ibi & Calix, in quo poſt Reſurrectionem Domini Miſſas celebrarunt Apoſtoli: & multa alia mirabilia, quæ nun recolo. *Ibi eſt monaſterium puellarum*: & ibi vidi teſtam hominis, incluſam in loculo aureo ornato gemmis: quam dicunt eſſe caput Marty-
34 ris 34 Theodotæ, in qua multi aquam pro benedictione bibunt, & ego bibi.

Prætorium Pilati.

xxiii. *De Sion uſque Baſilicam S. Mariæ, ubi eſt congregatio magna monachorum, ac mulierum menſa innumerabiles, lecta languentium plus quinque* * *millia, ad minus tria*: Et oravimus in Prætorio, ubi auditus eſt Dominus: & in eo baſilica S. Sophiæ. Ante ruinas Templi Salomonis ſub platea aqua decurrit a fonte Siloe. Secus porticum Salomonis in ipſa baſilica eſt ſedes, in qua ſedit Pilatus, quando audivit Dominum. Petra eſt quadrangula, in qua reus levabatur, ut ab omnibus audiretur & videretur. In ea levatus eſt Dominus, quando auditus eſt a Pilato: ibique illius remanſit imago, pedem habens modicum, pulchrum, ſubtilem. Natura communis, pulchra facies, capillo ſubannolato, ma-
B nus formoſa, digiti longi, quantum imago deſignat, quæ illo vivente & pedibus ambulante * picta eſt, & poſita in ipſo Prætorio. Etiam de ipſa petra multæ fiunt virtutes: tollentes menſuram de ipſo veſtigio, ligant per ſingulos languores & ſanantur. Et ipſa porta ornata eſt ex auro & argento.

Siloa fons.

xxiv. Inde venimus ad aram, ubi fuit antiquitus porta civitatis: in ipſo loco ſunt aquæ putridæ, in quas miſſus eſt Jeremias Propheta. Ab arcu illo deſcendentibus nobis ad fontem Siloa per gradus multos, eſt ibi baſilica volubilis, de ſub qua ſurgit Siloa, clauſura cancellorum, in quibus pro benedictione in uno lavantur viri, in altero vero mulieres: in quibus aquis multæ oſtenduntur, imo & leproſi mundantur. Et ante atrium eſt piſcina grandis, manu hominum munita, in qua lavatur populus aſſidue ſolis certis horis: nam ille fons irrigat aquas multas, quæ deſcendunt per vallem Joſaphat, quæ & Gethzemani, & ingrediuntur in Jordane fluvio, ubi Jordanis deficit in Mare Salinarum, ſubtus Sodomam & Gomorrham.

Sepulcrum S. Stephani

xxv. Ipſe fons Siloa infra civitatem incluſus eſt, quia
35 Eudoxia 35 uxor Juſtiniani Imperatoris addidit muros in civitate Jeruſalem, & ipſa munivit ſepulchrum & baſilicam B. Stephani, & ipſa ſuum habet ſepulchrum
C juxta ſepulchrum B. Stephani, & infra ſepulchrum ſunt greſſus 26. & B. Stephanus requieſcit foris portam ſagittæ jactu, unaque modo porta ex nomine ipſius Martyris vocatur, & eſt ad viam quæ reſpicit ad Occidentem, quæ deſcendit ad Joppen & Cæſaream Palæſtinæ vel
36 Dioſpolis civitatem, qua antiquitus dicebatur 36 Azotus, in qua requieſcit S. Georgius martyr. In ipſa via, non longe aſtat columna marmorea, in qua Dominus prius ducebatur ad flagellandum: quæ * fugiens levata eſt ad nubes, & depoſita eſt in ipſo loco: & in tantum verum cognoſcitur eſſe, quia non habet baſim ubi debet eſſe fundata, ſed ſic ſtat ſuper terram & agitatur: in cujus ſummitate Crux ferrea poſita eſt. Et rurſus per ſcalam aſcenditur, & fiunt ibi luminaria & incenſum, & dæmoniaci mundantur: nam & in ipſa provincia eſt B. Martyr Georgius.

Diospoli.

Aceldama

xxvi. Itaque exeuntes ex Siloa fonte, venimus in agrum qui comparatus eſt pretio ſanguinis Domini, qui vocatur Haceldama, id eſt, Ager ſanguinis, in quo ſepeliuntur omnes peregrini. Et intra ipſa ſepulchra ſunt cellulæ ſervorum Dei, ubi fiunt multæ virtutes: & per loca infra ipſa ſepulchra ſunt vineæ & poma.

Natatoria Siloe.

xxvii. Revertentes in civitatem, venimus ad piſcinam natatoriam, quæ quinque porticus habet, & in una earum eſt baſilica S. Mariæ, ubi multæ fiunt virtu- D
tes. Ipſa vero piſcina modo jactata eſt in ſtercore, & ibi lavantur omnia quæ neceſſaria ſunt. Vidimus & in uno angulo catenam ferream, * cum qua ſe illaqueavit infelix Judas. Iterum exeuntes ad portam majorem,
venimus ad locum in quo requieſcit B. Yſitius 37: ibi- 37
que erogantur panes pauperibus, quos deputavit B. Helena.

Sepulcrum Rachel.

xxviii. Via quæ ducit Bethleem milliario tertio ab Jeruſalem jacet Rachel, uxor Jacob, mater ſcilicet Joſeph & Benjamin, quæ requieſcit in finibus Rama. In medio loco in via media aqua ſurgit, habens quaſi ſextarios ſeptem, unde omnes complent ſatietatem bibendi, & nec augetur nec minuitur, & eſt ſuavis ad bibendum: & dicunt quod fugiens B. Maria in Ægyptum ſederit ibi cum puero, & ſitiens oravit, & continuo aqua emanavit: & in ipſo loco modo eccleſia conſtructa eſt.

Bethleem

xxix. Inde uſque Bethleem milliaria tria. Et Bethleem eſt locus ſplendidiſſimus, ſervi Dei multi. Ibi eſt ſpelunca, ubi natus eſt Dominus, & præſepium ex auro & argento ornatum, & jugiter ibi fiunt luminaria: E
os vero ſpeluncæ anguſtum. Hieronymus Presbyter, in loquendo peritus, in interpretatione clarus, inter cunctos relatus conſpicuus, in ipſius ore ſpeluncæ petram ſculpſit, & ob devotionem Salvatoris ibidem ſibi monumentum fecit. Milliario ſemis de Bethleem in ſuburbe David, jacet David: ſed & infantes, quos occidit Herodes, ipſo in loco habent ſepulchra, & videntur eorum ſancta oſſa. *Ante Bethleem eſt monaſterium muro cinctum, in quo multitudo eſt monachorum.*

xxx. De Bethleem uſque ad ilicem Mambre ſunt mil-
lia 38 xxxiii. in quo loco requieſcunt Abraham, Iſaac, 38
& Jacob, & Sara, & ſimul oſſa Joſeph: & baſilica ædificata eſt: in quadriporticu atrium in medio diſcoopertum: & per medium cancellorum ex uno latere intrant Chriſtiani, ex alio Judæi, facientes incenſa mul-
ta: nam depoſitio David 39 & Jacob in terra illa, die 39
primo poſt Natale Domini devotiſſima ab omnibus celebratur, ita ut ex omni terra, Judæorum conveniat innumerabilis multitudo, incenſa ferentes vel luminaria, & dantes munera ac ſervientes ibidem. Iterum revertentes in Jeruſalem, deſcendimus per viam quæ vadit ad Gazam & Aſcalon millia 20.

Quercus Mambre

xxxi. De Jeruſalem venimus in montem Gelboe, ubi
40 occidit David gigantem Goliat, & ubi mortuus eſt 40
Saul & filius ejus Jonathas. Jacet ibi Goliat in media via, ligneum habens ad caput acervum, & ſuper eum congeries magna petrarum, ita ut a 20. millibus non poſſis invenire * lapidem quem movere poſſis: quia uſus eſt talis. Quoties quis ibi tranſit, ternos lapides ſecum defert, & eos ibi projicit: ſed & nos ſimiliter fecimus. In ipſus montes nec ros nec pluvia deſcendit, poſtquam David eos malediat: & nocturnis horis ſecreto videntur ibi volvi immundi ſpiritus, tamquam vellera lanæ vel undæ maris.

M. Gelboe.

F

xxxii. Deinde viantes ad latus, venimus in civita-
tem, quæ dicitur Heliopolis, in loco 41 ubi Sampſon 41
fortiſſimus cum maxilla aſini mille occidit viros, ex qua maxilla ipſo orante aqua profluxit, qui fons uſque in hodiernum diem loca illa irrigat: nam in loco ubi ſurgit, fuimus. Deinde venimus inter templum & altare, ubi occiſus eſt Zacharias, & ubi requieſcit. Inde venimus ad locum ubi Iſaias Propheta de lignea ſerra ſecatus eſt: & ipſe jacet ibi ſub quercu Rogel juxta aquarum decurſum: & ipſa ſerra pro teſtimonio poſita eſt ad S. Zachariam. Et inde venimus ad locum ubi Abacuc Propheta prandium ferebat meſſoribus, quando eum Angelus per verticem tenens, duxit in locum ubi

Fons Sampſonis.

Sepulcra Zacharia & Iſaia.

A Daniel inter leones orabat: & ibi ſurgit fons, ubi Philippus baptizavit Eunuchum. In ipſis ſunt putei quos foderunt Abraham & Iſaac, & appellarunt calumniam.

Aſcalon. XXXIII. Inde ingreſſi ſumus Aſcalon. Ibidem eſt puteus Pacis, in modum theatri factus, in quo uſque
42 ad aquam deſcenditur per gradus, ubi requieſcunt 42
tres fratres Martyres: propria quidem habent nomina,
ſed vulgariter Ægyptii vocantur. Milliario a civitate,
Herapia eſt, civitas Maoni Aſcalonitæ. Inde venimus
43 in civitatem Azomatet, in qua requieſcit S. Victor 43
Gaza. martyr. De Mazona venimus uſque Gazam milliarium:
Gaza autem civitas ſplendida, delicioſa, homines honeſtiſſimi, omni liberalitate decori, amatores peregri-
44 norum. Inde milliario ſecundo requieſcit 44 S. Hilarion.

45 XXXIV. Inde venimus in civitatem 45 Duaal, in caput eremi, quæ vadit ad Sina montem: in qua ex relatione Epiſcopi ipſius civitatis unum audivimus miraculum, quod ſilere non oportet. Puella quædam nobiliſ-
De Maria Juſtaria. ſima nomine Maria, cum nupta fuiſſet, ipſa nocte nuptus ſui mortuus eſt ſponſus ejus: ipſaque hanc rem patienter portavit, & infra ſeptimanam omnia ſua diſtribuit pauperibus. Celebrato die ſeptimo, nocte ipſa veſte ſponſi ſublata, inventa non eſt: de qua dictum eſt nobis quia eſſet in eremo trans Jordanem, inter calame-
B ta vel palmeta ante nos in finibus Segor in mari Salinarum: in quibus locis invenimus monaſteria 15. vel 18.
& leone monialium miniſtro. puellarum, quæ Chriſtiani populabant: quæ habebant aſellum qui eis cibaria deferebat, & nutriebant leonem terribilem ad videndum. Cumque appropinquaſſemus
* cellulæ, omnia animalia quæ erant nobiſcum * a rugitu illius minxerunt, & in terram corruerunt: & dicebatur nobis quod ipſum aſellum leo ipſe gubernaret in paſcuis: quem offerebant nobis pro centum ſolidis. Sed Pater Antoninus ſuſcipere noluit, ſed miſit in Jeruſalem cito, & adduxit eis ternas tunicas & oleum ad luminaria, & legumina multa. Et ipſæ nobis dixerunt de virtutibus Mariæ, cujus ſuperius mentionem fecimus, quæ ambulaverat in Hieroſolyma, ſola portans legumina, ſportellas plenas & tuoicas; quas ei cupiebant au-
46 ferre, sed nullus eam invenire potuit: 46 attamen dedit quæ ſecum duxit de eremo, nihil reportavit revertens. Cujus afflictionem vel ploratum nulla ratione conſolari potuimus: ſed tantum ſæpius dicebat flens; Væ mihi miſeræ! cujus cauſa me dico Chriſtianam?

Via ad eremum. XXXV. Proficiſcentes de Eulatia introivimus eremum milliario 20. in quo eſt caſtrum ubi eſt xenodochium S. Georgii, in quo habent tranſeuntes vel eremitæ refu-
C gium vel ſtipendia. Inde intrantes interiorem eremum, venimus ad locum, de quo dicitur in Pſalmo, Terra fructifera in ſalſugine (id eſt, in amaritudine) animalia habitantium in ea. Et ibi vidimus homines raſos, fugientes cum camelis. Nam & in Hieroſolymis vidimus
* homines ex Æthiopia, habentes fiſſas nares * & aures, caligulas calceati, & per digitos in pedes annulos miſſos. Interrogavimus quare ſic, & dixerunt: quia Trajanus 47 Imperator ſignum hoc nobis reli-
47 quit.

XXXVI. Ambulantes per eremum dies 6. camelis no-
Poſſum ſextarium quotidianum. bis aquam portantibus, ſextarium mane & ſextarium veſpere dabatur per hominem quotidie: amareſcente aqua in utribus per modum fellis, mittebamus in eam
* * arenam, & dulcorabatur. Familiæ autem Saracenorum & uxores eorum venientes de eremo . . . in via ſedentes depoſita ſarcina, petebant panes a tranſeuntibus: & veniebant viri eorum de interiori parte eremi, adducebantque utres cum aqua frigida, & accipiebant ſibi panes, & adducebant reſtes cum radicibus, quarum D
odor ſuaviſſimus ſuper aromata, & dies feſtos ſuos celebrabant. Populus autem qui per majorem eremum ingrediebatur ad explorandum, numero 12. * millia ſexcenti.

Horeb & Sinai montes. XXXVII. *Perambulantes eremum octavo die venimus ad montem Domini Horeb, & inde moventes ut aſcenderemus montem Sina, ecce multitudo monachorum eremitarum cum Crucibus pſallentes obviaverunt nobis, & proſtrati in terram adoraverunt: ſimili modo & nos fecimus, & lacrymavimus. Tunc introduxerunt nos in vallem inter Horeb & Sina, ad cujus montis pedes eſt fons, ubi Moyſes adaquabat oves, quando vidit rubum ardentem: qui fons eſt incluſus infra monaſterium, in quo ſunt tres Abbates, ſcientes linguas, id eſt Græcam, Latinam, Syram, Ægyptiacam & 48 Beſſam. Inde venimus ad ſpeluncam, ubi* 48
abſconditus fuit Elias Propheta, quando fugit Jezabel mulierem perfidam. Ante ipſam ſpeluncam ſurgit fons, qui irrigat ipſum montem. Inde aſcendimus ſummum cacumen montis, in quo eſt oratorium modicum, habens longitudinem ſex pedum, ſimiliter & latitudinem; in quo manere nullus præſumit, ſed orto jam die aſcendunt monachi de ſupradicto monaſterio, & celebrant ibi Officium: in quo loco pro devotione multi tondent capillos ſuos & barbam: nam & ego totondi ibi barbam meam.

Idolum Saracenorum. XXXVIII. Mons vero Sina petroſus eſt, raro habet terram, & in circuitu ejus cellulæ multæ ſervorum
Dei. Similiter & in Horeb, & in parte illius montis ha- E
bent Saraceni idolum * ſuum marmoreum poſitum, *
candidum tamquam nivem: ibi & permanet Sacerdos eorum, ipſorum indutus dalmatica & pallio lineo. Quando venit tempus feſtivitatis eorum, præcurrente luna, antequam egrediatur a feſto ipſorum, incipit marmor illud mutare colorem: & quando cœperunt adorare idolum, fit marmor illud nigrum tamquam pix: completo tempore feſtivitatis eorum, revertitur iterum in priſtinum colorem, unde valde miratus ſum.

Vallis ibidem. XXXIX. Inter Sina & Horeb eſt vallis, in qua certis temporibus ros de cœlo (cadit), quem manna appellant, & coagulatur, & fit tamquam granum maſticis: & habent inde plena dolia, & dant aliis pro benedictione, & nobis dederunt ſextarios quinque: ex quo & perdite bibunt, & nobis dederunt bibere. Nam & in
ipſis montibus leo & pardus *, capreæ & burdones ſi- *
mul paſcunt: & ex eis nullus læditur a leone, propter eremi vaſtitatem. Et quia jam ſe complebant dies feſti Iſmaelitarum, præco exiit ut nullus ſubſiſteret per eremum, per quam ingreſſi ſumus; (ſed) alii per Ægyptum, alii per Arabiam reverterentur in civitatem ſanctam.

XL. De monte Sina uſque in Arabiæ civitatem quæ F
vocatur 49 Abela, ſunt manſiones 7. In Abela autem 49
Amalech. deſcendentes naves de India cum diverſis aromatibus, viſum eſt nobis per Ægyptum reverti. Et venimus in civitatem in qua pugnavit Moyſes cum Amalech: ubi eſt oratorium, cujus altare poſitum eſt ſuper lapides il-
Madian. los, quos poſuerunt Moyſi orante. In loco ipſo eſt civitas munita de lateribus, locus ſterilis valde propter aquas. Ibi occurrerunt nobis mulieres cum infantibus, palmas in manibus portantes, & ampullas cum raſano oleo, (quæ) proſtratæ pedibus noſtris ungebant plantas noſtras & capita noſtra, lingua Ægyptiaca pſallentes Antiphonam: Benedicti vos a Domino, & benedictus adventus veſter, Hoſanna in excelſis. Ipſa eſt terra Madian, & ipſi habitantes in ea civitate. Dicitur autem quia ex familia Jethro, ſoceri Moyſis, deſcen-
dunt 58. 50 condomæ, militantes in publico cum u- 50
xore-

A xoribus ſuis, annonam, & veſtes accipientes ea Ægypto.

51 xli. De quibus locis venimus Magdalo 51 & Sochor & ad 70. palmas & ad 12. fontes, & applicuimus ibi per duos dies, fatigati per tantum laborem & eremi vaſtitatem: in quo loco eſt caſtellum modicum quod vo-
52 catur 52 Surandela, & eſt intra ipſum caſtellum eccleſia cum xenodochio, propter tranſeuntes. *hinc venimus ad locum ubi filii Iſrael tranſeuntes mare rubrum caſtrametati, & ibi ſimiliter caſtellum cum xenodochio: & in loco quo exierunt de mari eſt oratorium Eliæ.* Et tranſeuntes venimus in locum ubi intraverunt in mare, ubi eſt oratorium Moyſis. Ibi eſt civitas parva, qua appel-
53 latur 53 Clyſma, ubi de India naves veniunt. In loco ubi tranſierunt * fulgur exit de pelago majori & extenditur in multis millibus, quia acceſſus & receſſus aquæ habetur. Recedente mari apparet omnis ſubmerſio Pharaonis, & omnia arma in marmora * mutata videntur. Ibi accepimus nuces virides, quæ de India venerunt, quas de paradiſo credunt homines eſſe, & qui ea his guſtaverit *, ſanatur.

Mare rubrum.

Clyſma.

xlii. Intus autem in ipſo pelago modica eſt Inſula, in qua eſt petra viva, ubi pendent * molles, ut carnei, in modum dactylorum, qui fundunt unguentum, quod oleum petrinum vocant, quod pro maxima benedictione tollitur. Vas in quo portatur, ſi impletum fuerit, & volueris reiterare ad tollendum, jam non eum capit. In quo loco quanticumque ægroti pertingere poſſunt * ſanantur. Quem (liquorem) tollentes pro benedictione, non eum permittunt iterum introire per
B Clyſma antequam commiſceatur cum oleo: nam ſi non adulteraretur, credo, quia ipſam virtutem ſemper faceret: nam liquor ipſius tenet (odorem) continuus per duo millia. Infra civitatem ipſam, quæ dicitur Clyſma, intus in baſilica vidimus loculos ligneos ſanctorum Eremitarum Patrum xiii.

Inſula maris rubri.

xliii. Et inde venimus per eremum ad ſpeluncam B. Pauli eremitæ, quæ vocatur Siracumba: quia fons ipſum locum irrigat. Exinde pergentes venimus ad Ca-
54 taractas 54 Nili, ubi aſcendit aqua ad ſignum manu hominis facta & habet gradus 12. Ex utraque parte cataractarum, ſunt duæ civitates, quas ædificaſſe dicunt filias * Loth, & una earum dicitur Babylonia. Inde venimus per campos Taneos & in Memphis civitatem &
55 Antinoum, in qua reſidebat Pharao ex 55 qua filii Iſrael exierunt. In ipſis locis ſunt horrea Joſeph 12. * plena.

Spelunca S. Pauli.

Cataracta Nili.

xliv. In Memphis fuit templum, quod eſt modo eccleſia, cujus una porta ſe clauſit * ante Dominum noſtrum, quando B. Maria cum ipſo fugit in Ægyptum, & adhuc non poteſt aperiri. Ibi vidimus pallium lineum, in quo dicunt illum tempore * illo tranſiſſe, & ideirco ibi ejus remanſiſſe veſtigia: quæ imago ibi ſingulis tem-
C poribus adoratur, & nos adoravimus, * & propter ſplendorem non potuimus in eam intendere, quia quantum tu ipſam intendis immutatur in oculis tuis.

Memphis.

xlv. Deſcendentes per Ægyptum, venimus in civi-
56 57 tatem 56 Alepi ad S. Mennatum 57: qui multas virtutes ibi operatur. Inde per ſtagnum navigantes Alexandriam venimus: in ipſo ſtagno vidi multitudinem crocodilorum. Alexandria civitas eſt pulchra, populus levis, ſed amatores peregrinorum, hæreſes multæ. Ibi & requieſcit Athanaſius, ipſius civitatis Epiſcopus, qui, contra Arium ipſius civitatis Presbyterum hæreticum pro fide Chriſti certando, multa pericula mortis ſuſtinuit, temporibus Conſtantii (filii) Imperatoris Conſtantini, Helenæ filii. Ibidem requieſcit S. Fauſtus & ſanctus Epimachus, & ſanctus Antonius vel ſan- D
58 ctus Maurus 58 & alia multa Sanctorum corpora.

Alexandria.

xlvi. Iterum venimus Hieroſolymam, ubi ego ægrotus per multum tempus jacui, uſque dum vidi per viſionem S. Antonium & B. Euphemiam, qui me pariter ſanaverunt. Egreſſi de Hieroſolyma venimus Joppen, ubi jacet S. Thabita, quæ dicitur Dorcas. Deinde Cæſaream Philippi 59, quæ Turris Stratonis, quæ 59
& Cæſarea Paleſtinæ vocatur, in qua requieſcit S. Pamphilus, & S. Procopius, & S. Cornelius, ex cujus lecto benedictionem tulimus. Inde per Galilæam aſcendimus & venimus Damaſcum; ubi eſt monaſterium, ubi S. Paulus converſus eſt, in vico qui vocatur Rectus, ubi multæ virtutes fiunt. Deinde Heliopolim, & inde venimus Emiſſam, ubi eſt caput S. Joannis Baptiſtæ in dolio vitreo: & nos ibidem ipſum vidimus & adoravimus. Et inde tranſeuntes per civitates, hoc eſt, Ariſ- 60
ſam Ariſtolam, Piphaniam: venimus in civitatem ſplendidiſſimam Apamiam, in qua eſt omnis nobilitas Syrorum.

Joppe.

Cæſarea.

Iter per Syriam.

xlvii. Inde exeuntes venimus Antiochiam majorem, in qua requieſcit ſanctus Babylas Epiſcopus & tres parvuli, & S. Juſtina, & Julianus & fratres Machabæi, hoc eſt, vii. ſepulchra, & ſuper uniuſcujuſque ſepulchrum ſcriptæ ſunt paſſiones eorum. Exinde deſcendimus Meſopotamiam in civitatem Chalcidam. Inde venimus Carram, ubi natus fuit Abraham. Et inde venimus in civitatem Barbariſſum, ubi requieſcit S.
61 Bacchus 61, frater S. Sergii. Inde venimus in civitatem Soram, per quam mediam deſcendit Euphrates, qui ibidem per pontem tranſitur. In ipſa civitate paſſi ſunt S. Bacchus & S. Sergius, qui requieſcit in civitate Tyro.

Antiochia.

Armenia.

xlviii. Inde tanta alia vidimus loca, in miraculis poſita, reverſi poſt nos per multa caſtella, per plateas, E
vicos, villas, vel civitates. Fatigati ex tam longo itinere cœpimus iter carpere tranſeuntes mare, & venimus in Italiam adjuvante Domino Jeſu Chriſto, pro cujus amore ab hoc loco egreſſi pervidere ivimus tanta ejus mirabilia, quæ ipſe inter homines habitans fecit, vel quæ ante tempus incarnationis ſuæ olim per Patriarchas & Prophetas ſuos fecerat; viventes, ovantes venimus Placentiam, civitatem noſtram, poſitam ſuper fluvium, qui dicitur (Padus) infra jam dictam Italiam.

Reditus Placentiam.

ANNOTATA.

1 *MS. Tornacenſe* Collega ſuo: *ſed patet ex contextu nn. 7. plures in ſcriptore induci ſocios itineris: ideo MS. Vaticanum ſequi hic malui.*

2 *Scivitne hic ſcriptor* Conſtantinopolim *&* Cyprum *pari intervallo diſtare ab* Italia: *& in* Syriam *quidem recta ituris prænavigandam* Cyprum; Conſtantinopolim *vero illis non magis neceſſariam eſſe quam Bruxellas ſint ei qui Antuerpiæ moratur, ut Gandavo Brugas perveniat?* F

3 *Nullam ad* Tyrum *inſulam norunt Geographi, ac ne alibi quidem, quæ vocetur* Santaticus *vel ſimili aliquo nomine.*

4 Caſtra Samaritanorum *æque ignotæ appellationis ſunt.* Sunam *autem, hic* Sugamia, *unde mulier* Sunamitis, 10. *milliaria horaria ut minimum diſtat Ptolemaide, nec modice abeſt a monte Carmelo, ſaltem ea parte qua Propheta creduntur habitaſſe.*

5 *Neſcio an* jactus *nomine, abortum intelligas: modicam*

A conſpi oportet, qua ſuſpendatur mulieri vel animali: ſed cauſam portentoſi ſonitus reddi, quia ſolida eſt, eam eſt incongruum, quam ſi dicatur facile geſtari, quia gravis: nam ut ſonum reddat petra, cavam eſſe convenit, non ſolidam.

6 Neocæſarea Galilæa nulla eſt, ſed in extrema Syriæ parte ad radices Tauri montis una, a finibus Galilææ plus quam 400. milliaribus diſtans, ſed nec Cæſaream Philippi, ad Jordanem ſitam in Galilæa, cogitare hic congrue poſſumus; diſtat enim a Ptolemaide triplo longius quam Cana, ad quam tamen ducere hic ſupponitur.

7 Colitur S. Leontius celeberrimus martyr, Tripoli in Syria paſſus 18. Junii: hinc facile eſt nomen urbis, quod exciderat ſupplere: non item facile divinare, quid ſcriptorem moverit: ut a Cana Galilææ, unde porro verſus mare Galilææ & loca Chriſti prædicatione ac miraculis illuſtria aſcendere mos ferebat peregrinorum, vel ad Nazareth ac montem Thabor deflectere; non inquam apparet quid eum moverit, ut a Cana flectat narrationem in Boream milliaribus plus quam 30. ad perluſtrandam Phœnicia maritimam, a Tripoli uſque Tyrum, quo primum appulerat.

B 8 Terræ motus horrendi anno Juſtiniani 27. Chriſti 553 meminit Baronius, additque ex Agathia, non ſolam Conſtantinopolim fœde concuſſam, ſed & regiones Orientis & civitates ſolo æquatas, ut inter alias Berythum in Phœnicia.

9 Biblum intelligo, media inter Tripolim & Berythum via: ſed Tanim nullam novi extra Ægyptum, nec reperio quidquam quod huc flectam in tota veteri Geographia.

10 Cum Studium litterarum legis pro Academia, agnoſcis phraſim, credo, vix antiquiorem 11. ſeculo.

11 Nec Aſclepium fluvium antiquitas novit: inter Sidonem autem & Tyrum Eleutherus decurrit, ex Libano defluens.

12 Licet Placentinus ſit ſcriptor, qui proinde poſſet milliaria numerare æſtimatione Italica, ut tria æquivaleant uni leucæ horariæ; apparet tamen ex toto contextu, eum numerare milliaria horaria, ſicut etiam faciunt alii rerum in Terra ſancta geſtarum ſcriptores.

13 Quid ergo de Chriſto Nazarethani quærebant, Joan. VII. Quo modo hic litteras ſcit, cum non didicerit?

14 Id eſt, hominis proceri: Talea autem pro longitudine; vox eſt accepta ex vernacula Italorum lingua Taglia, Francis Taille.

15 Samaria urbs mediterranea, diſtat a mari Tiberiadis
C duplo longius quam ipſe mons Thabor: neque hæc, ſed civitas vicina Sichar, poſtea dicta eſt Neapolis. Cum ergo Joannis 4. dicitur, venit Jeſus ad civitatem Samariæ quæ dicitur Sichar; accipitur Samaria, non pro ipſa civitate, ſed pro tota ea territorio, cujus caput erat Samaria.

16 Ut ad hos fontes veniretur, remetienda erat tota fere Galilæa ſuperior, per ſpatium horarum circiter 20.

17 Gadaram prope lacum Genezareth novi: Gabaon unicum ſacra littera nominant in tribu Benjamin prope Jeruſalem, longe a dicto lacu.

18 Quinque ut ſummum horarum iter eſt Gadara Scythopolim, proinde in tam brevi ſpatio non potuit quis multas urbes tranſiiſſe.

19 Ut Sebaſteam id eſt Samariam veniatur, nec unus quidem Judææ locus attingendus eſt; ad hanc autem primum venitur, poſt emenſam totam regionem Samaritanorum.

20 Videtur ſupponere auctor, quod totam regionem jam dictam Judæi tenerent, & quidem tam ſcrupuloſi contra Chriſtianos, ut ſequitur.

21 Comparare, Italis proprio idiotiſmo, emere, vulgo comprare, unde Compra, emptio.

22 Oedipo eget hic locus: ſuſpicor indicari forum rerum venalium, extra vicos poſitum pro Chriſtianis emere volentibus, ubi illis reſponſum faciant Judæi, ne eorum ingreſſu immunda fiant habitationes ſuæ. Sed quis talia unquam Judæis affinxit?

23 Non ad Jordanem eſt Mons Hermon; ſed alius major in Cœleſyria, continuatus cum Libano; alius minor in Galilæa, ad Torrentem Ciſſon, haud longe a Thaborio monte, trans torrentem poſitus.

24 De ſancta Sophia Conſtantinopolitana forte inaudiverat aliquid ſcriptor, quod inde Hieroſolymam tranſtulit.

25 Integri diei itinere locus Baptiſmi diſtat a Torrente D
Carith. Eſt tamen veriſimile ſatis, ad locum memoriæ abſconditi quondam ibi Eliæ celebrem aliquando habitaſſe Eremitas. An etiam quod Elias, uſque adeo tunc abductus a notitia hominum, ut neceſſe habuerit a corvis paſci, eos ibi collegerit, volens poſt ſe relinquere monaſticæ vitæ ſucceſſores, ut dicitur in libro de inſtit. monachorum? Credat hoc, qui poteſt credere Græcum eſſe auctorem, qui in voce Carith myſticam hanc ſignificationem reperit, quod Elias ſedit in Torrente Carith, qui eſt contra Iordanem: quia in Carith, id eſt, in Dei Caritate, eum dividente a Iordane, id eſt, a peccatorum deſcenſione, ex tunc ſemper exitit.

26 Totam regionem ſecundum Jordanem, quam longe fluit a ſuis fontibus uſq; ad mare mortuum, occupaverunt tribus Ruben & Gad cum dimidia tribu Manaſſe, ſed nuſquam leguntur inveniſſe civitatem Salamiada: Verum Antonini Imperatoris itinerarium Salaminiadam habet procul inde, inter Occaram & Emiſſam Cœleſyriæ urbes.

27 Econtra ex lib. 2. Regum cap. 18 ſcimus pugnam inter exercitus David & Abſalon commiſſam eſſe in Saltu Ephraim in Galaaditide, haud longe a mari Tiberiadis, ibique occiſum, & ſub acervo lapidum ſepultum Abſalonem eſſe.

28 Diceres Mare mediterraneum, per quod Alexandrini navigantes ſtationem capiunt in aliquo Palæſtinæ portu, E
puta Joppe, confundi a ſcriptore cum Mari mortuo, nullam cum altero communicationem habente; adeo ut impoſſibile ſit, Alexandrinorum naves aſcendere ad locum Baptiſmi Dominici.

29 Abundat hic numerus centenarius: nam 30. ſufficere re ipſa patet.

30 Si ſenſus eſt, dactylos, qui ibi naſcuntur, unius libræ ſingulos eſſe, ceteris fabellis eos adnumeres licet.

31 Ima ad meridionalem plagam reſpectu Jericho ſita fuerunt Sodoma & Gomorrha.

32 Barrideum, nomen hactenus ignotum Terræ ſanctæ ſcriptoribus.

33 Abraham non percuſſit Amalec, ſed Saul: victoria autem a qua revertebatur Abraham, relata fuit de quinque Regibus, qui victo Rege Sodomorum & ſociis ejus nepotem Loth captivum ducebant.

34 Variis variis diebus Theodotæ Martyres coluntur a Græcis, nec facile eſt divinare, utrum harum aliquam vel aliam diverſam intelligat auctor.

35 Nullam hoc nomine uxorem habuit Iuſtinianus, nec Theodora, quam habuit, Hieroſolymas unquam venit: ſed intelligenda eſſet Eudocia, uxor Theodoſii junioris, de cujus in Terra ſancta rebus geſtis & ædificiis ſacris licebit multa legere apud antiquos; ubi & hoc, quod mortuo conjuge eodem reverſa, ſepulta ſit in eccleſia Sancti Stephani. F

36 Aſt diverſiſſimæ civitates ſunt Dioſpolis (alias Lidda ac Ramula) & Azotus, hæc enim ad mare ſita eſt in finibus Dan ad meridiem, illa vero in ejuſdem Tribus finibus Borealibus mediterranea.

37 Neque Vitrium, neque Heſychium Sanctum aliquem novi, de quo hic locus poſſit intelligi.

38 Expunctis 20. ſufficeret reliquiſſe 3.

39 De David ex Menæis conſtat. Iacob una cum ceteris progenitoribus Chriſti feſtum habet Dominica ante Natalem Domini, ſicut ad Ephemerides Græco-moſcas docui.

40 Lib. 1. Regum cap. 17. Goliathi cædem deſcribit, factam in valle Terebinthi, ubi caſtrametatus erat Saul contra Philiſtæos, habentes caſtra ſua inter Sochot Iudæ & Azeca in finibus Dommim, quæ omnia loca ſunt media via inter Jeruſalem & Joppe, a montibus Gelboe, procul inde ad Euroboream ſitis, plus quam 20. leucis.

41 A valle Terebinthi uſque ad Civitatem ſolis, cui propinquus eſt fons Sampſonis, 10. circiter leucæ extenduntur verſus meridiem; & hinc cetera ſatis commode ſequuntur, niſi quod iterum auctor recurrat Hieroſolymam, propter Zachariam & Iſaiam.

42 Menæa ad 6. Aprilis meminerunt duorum Martyrum Aſcalone paſſorum, poſt factam memoriam Sanctæ Platonidis: quam Baronius in hodierno Romano pro viro accipiens, duobus Aſcalonitis Martyribus junxit.

43 Neque Victorem Martyrem, qui huc ſpectare poſſit, ullum novi: neque Herapiam, Azomatem, Mazonam civitates; niſi forte ultima eſt Majuma, quæ Gazæ emporium nominatur a S. Hieronymo in Vita Hilarionis.

44 S.

44 S. Hilarionis monaſterium ſeptimo a Majuma milliario, *id eſt duabus ac ſemileucis, idem Hieronymus conſtituit, cui certior fides adhibeada.*

45 Dunaal *urbs, & quidem Epiſcopalis, in tota ſacra ac profana geographia nulla eſt; uti nec* Eulatia *aliqua, ad introitum eremi, Capite ſequ. nominata*

46 *Nullum commodum ſenſum ex ultima hujus Capitis parte hactenus elicere potui conjectando; nec magni refert, quia talis* Maria *nuſquam inter Sanctas nota eſt.*

47 *Nihil juris* Trajano *in* Æthiopes *fuit, neque bellum cum iis: fiſſa igitur ejus juſſu auros & nares Æthiopum pro fabula haberi debent.*

48 *Quid ſi pro* Beſſa lingua, *legas* Perſam *ſeu* Perſicam? *Nam* Beſſi, *antiquus olim in Thracia populus, & eo quo hæc compoſita ſunt ævo ſub tali nomine non amplius notus, non videntur huc potuiſſe irrepere per aliquem ipſius auctoris errorem.*

49 *Deberet hæc civitas* Abela *concipi ad mare rubrum, haud longe a Meca: ſed nec ibi, nec alibi in tota Arabia, nomen iſtud apud Geographos veteres novoſque reperitur: bene autem in Madianitide & ad lacum Genezareth, vel* Abila *in Cœleſyria, unde* Abilina Tetrarchia *nomen ſumpſit.*

50 Condoma *videtur hic ſcribi pro* Familia.

51 *Hic iterum loca diſparatiſſima conjungere videtur auctor: necdum enim pervenerat ad Elim, ſextam Stationem Iſraelitarum, ubi erant* 70. palmæ & 12. fontes, *ut dicitur Exodi* 15. *cum loquitur de* Magdalu & Socoth, *urbibus Ægypti, ad quas iidem Iſraelitæ conſtiterunt, antequam tranſirent mare rubrum.*

52 *Novimus ibi deſertum Sur, ſed* caſtellum Surandela, *neſcio unde hic ſcriptor acceperit.*

53 Clyſma *præſidium Ægypti ad mare rubrum Ptolomæo eſt, hoc eodem loco: quare correxi nomen in Mſ. Tornac. expreſſum hic & infra* Diſma, *quod nuſquam eſt.*

54 Speluncam ſancti Pauli *ad* 28. *gradum altitudinis collocat Roſweidus e regione Antinoi: ab hoc uſque ad* Nili Catorrhactas, *in Æthiopia ſub gradu* 22. *ſitas, opus eſt itinere leucarum, ut minimum* 120; *hic vero ſcriptor ad* Babylonem *eas collocat, longe infra* Antinoum *leucis circiter* 40: *deinde cetera omnia loca Ægypti, quæ nominat, ſic permiſcet, nullo ſervato ſitus eorum ordine, ut palam faciat Ægyptum numquam a ſe conſpectam; ſed civitatum nomina in chartam conjecta, prout alibi lecta ſe memoriæ offerebant. Mox enim per* Campos Taneos *veniſſe ſe dicit* Memphim & Antinonum: *atqui jam in Æthiopia aut ſaltem ſuperiori Ægypto eramus, unde deſcendenti occurriſſet* Antinous, *tunc* Memphis, *ac denique in infima Ægypto* Tanis.

55 Pharaones *Ægypti Reges Memphi aut Babylone habitabant, longe infra* Antinoum, *quam Hadrianus Imperator ædificavit. Filii autem Iſrael egreſſi ſunt de ea quæ ſibi conceſſa fuerat terra Geſſen, inter Ægyptum & Syriam.*

56 *Quo iterum rapimur?* Alepum, *antiquis dicta* Hierapolis, *urbs Syriæ & quidem regia eſt: hinc vero* Alexandriam, *Syriæ ejuſdem urbem maritimam, iter, ſed terreſtre eſt, leucarum circiter* 18. *Hanc vero noſter homo confundit cum* Alexandria Ægypti, *tantum diſſita, quanta eſt latitudo totius Syriæ atque Ægypti.*

57 Sanctus Menas *Martyr, qui colitur* 11. *Novembris, Ægyptius quidem patria fuit, ſed Cotyæi in Phrygia paſſus. Alius vero hujus nominis Martyr, Alexandriæ in Ægypto decollatus, cum ſociis Hermogene & Eugrapho, corporibus mari merſis allatus eſt Byzantium, ibique celeberrimum cultum habet* 10. *Decembris.*

58 *Quomodo ſupra per loca, ita nunc per corpora Sanctorum evagatur auctor.* Sanctus Fauſtus, Diaconus *ſancti Dionyſii Epiſcopi Alexandrini, vere huc ſpectat & colitur* 19. *Novembris, paſſus ſub Diocletiano.* Sanctus Epimachus, *paſſus quidem Alexandriæ etiam eſt, ſed corpus Romam translatum, uti* 10. *Maio diximus, in medio relinquentes veteremne an novam Romam, id eſt Conſtantinopolim oporteat intelligere.* Sancti Antonii *corpus ſub Juſtiniano repertum translatumque Alexandriam, ſub Heraclio allatum eſt Conſtantinopolim, atque inde in Viennenſem Galliæ diœceſim ſeculo* 10. *ſub Lothario II. Pro* ſancto Mauro, *Ægyptiis ignoto, legendus forſitan* S. Macarius Alexandrinus, *S. Antonio ſub disjunctione junctus, utpote ejuſdem profeſſionis cum eo.*

59 *Medio ævo, cum jam* Cæſarea Philippi *diceretur* Paneas, *& extra Palæſtinam non alia quam* Cæſarea Cappadociæ *neſceretur, confuſam fuiſſe nomenclaturam hujus urbis, patet etiam ex Joanne Phoca, qui hanc ipſam* Palæſtinæ Cæſaream *cognominavit* Philippi.

60 *Videntur hæc nomina ſic reſtitui poſſe, ut pro* Ariſſa, Lariſſa, *pro* Ariſtula, Arethuſa; *pro* Piphana, Epiphania *legantur, civitates Syriæ, ſicut &* Emeſa *inter* Heliopolim & Apameam. *Ita tamen hæc loca vicina inter ſe ſunt, ut recto itinere non occurrant, ſed grandi utrimque excurſu opus ſit.*

61 Bacchus & Sergius *fide, non ſanguine fratres, ſub Maximiano in Armenia paſſi, coluntur* 7. *Octobris.* Ex *his* Bacchus *ſecundum Latina Acta apud Mombritium,* Barbaryſſi *capite plexus dicitur: hæc autem videtur eſſe* Arabiſſus *ſub Metropoli Melitena, haud longe a Comanis Cappadociæ; nec ita longe, interjecto Tauro monte, in Provincia Euphrateſia eſt* Sergiopolis, *a* ſancti Sergii *cultu & corpore nomen adepta.*

Hic vero abductus quidem eſt in caſtellam Surorum, *quo nomine* Sura *ad Euphratem intelligitur, inter* Chalcidem & Carram, *ſed denique martyrium conſummavit in* caſtello Chazaphata, *quod ab eo deinde creditur nomen* Sergiopolis *accepiſſe. Itaque hæc quidem omnia male conſuta ſunt, ex male intellectis Sanctorum iſtorum Actis: indicant autem magnam ignorantiam auctoris, qui ex* Carra *Meſopotamiæ in* Arabiſſum *Armeniæ deſcendens, ſpatio leucarum circiter* 100. *rurſum ab* Arabiſſo *revolat* Suram, *pari omnino intervallo: nam* Carra & Sura *ſatis viciniæ urbes ſunt. Deinde neſcio quid infert de* Tyro *Phœnicia urbe, tantumdem diſtante ab urbe* Sura *Occidentem verſus, quantum ab eadem* Sura *diſtat* Arabiſſus *ad Septentrionem. Mſ. Tornacenſe, cujus ſolius integrum ectographum habeo,* ſanctum Georgium *perpetuo appellat,* pro Sergio. *Sed hunc errorem libenter excuſavero, propter utriuſque nominis inter ſe facillime commutabilis affinitatem.*

Ignoſce, Lector, quod poſt auctorem adeo gravem, pium, elegantem, qualis eſt Ioannes Phocas, *voluerim te fatigare inconcinna hac* Placentini *ſcriptoris balbutie, nullo ſtylo, nullo ordine, nulla veriſimilitudinis cura conjungentis vera falſis, affinia diſparatis.*

Oportuit utrumque integre legendum exhibere, ut ſi cui fuerit hactenus ſuſpectus Phocas, *quia a me laudatus; non ſuſpectus* Antoninus, *quia ſibi favent; is nunc, collato inter ſe utroque, non mihi ſed oculis ſuis atque judicio credat. Credet certe, cui tam vacuus a præjudiciis erit animus, ut de* Antonino *dubitare poſſit. Potuit* Rever. Pater Fr. Ioſeph Ignatius a ſancto Antonio, Carmelita Diſcalceatus Gallobelga, ex illuſtriſſima familia Toparcharum de Rebec oriundus, *laudatuſque in præfatione ad Tom.* 12. *Spicilegii Acheriani,* velut longe eruditiſſimus & antiquarum

Digitized by Google

rum rerum peritiſſimus : *qui ante hos novem annos iſtud qualecumque Itinerarium ſua manu transſcriptum Tornaco miſit , quærens quid tandem de auctore ſentirem , qui ipſum judicio neque poſſet fuiſſe tam antiquus* , *quam præfert* Sancti Antonini Martyris Placentini *titulus ; neque videretur eſſe tam novus , quam ſuggerebat tertia quartave a principio linea , ubi legebatur* Antoninus in quibus locis per Regnum conatus eſt ire , *intelligendo* Regnum Neapolitanum , *per quod ab urbe Placentina uſque ad extremam Italiam iter aliqui erat recto in Orientem* , Regnum *enim , ajebat , hoc ſenſu ſumitur pro magna Græcia , ſeu reliqua poſt Romam Italia ; & ſic primum appellari cœpit ſeculo* 12. *neceſſe eſt autem aut ut minimum ſeculo citius ſcriptum Itinerarium fuiſſe ; cum nulla mentio aſpiam fiat Latinorum , qui in Syria eo tempore eſſent , vel antea aliquando fuiſſent , nulla etiam alicujus in* Carmelo *monaſterii.*

Reſpondi ego , idemque nunc cenſeo , decimi vel undecimi ſeculi ſcriptum iſtud videri , tum ex ſtyli barbarie , tum ex aliis adjunctis , ſed pſeudepigraphum : idque non tantum quia ſe Antonini Martyris *ſocium facit , & illum qui Miles fuit , transformat in Preſbyterum vel monachum* , Patrem Antoninum *appellando cap.* XXXIV. *ſed maxime , quia ſe dicit ſocium itineris , quod non potuit niſi ſomniasse feciſſe : quo fit ut taceat de celebrioribus , quæ in Terra ſancta antiquitus fuerunt & tunc adhuc erant , monaſteriis , puta Sabæ ,* Charitonis , *Euthymii , Geraſimi , Theodoſii , Calamonis* , Chozeber , *de aliis vero non niſi incerta quædam & ſæpe fabuloſa percurrens , nihil nos docere poſſit circa ſtatum monaſticum in Oriente , pro illo quo vixit & ſcripſit ſeculo , quantumcumque dilato.*

E L O G I U M

R. P. DANIELIS CARDONI

SOCIETATIS JESU.

Anno, multorum & morbis & interitu Antuerpienſibus memorabili, MDCLXXVIII. XIX. Novembris defuncti.

CUpies , LECTOR , cujus non raro hoc menſe Majo & nomen leges & lucubrationes, noviſſe virum : quis ille DANIEL CARDONUS . Paucis accipe . Lucis uſura frui cœpit Antuerpiæ , celeberrimo orbis emporio , anno a partu Virginis MDCXLIV. 3. Septembris. Studiorum ab humanitate appellatorum ſtadio ibidem feliciter decurſo ; aliud Pietatis non ſegnius Mechliniæ ingreſſus eſt MDCLXI. XXV. Septembris in Albam Sociorum adſcriptus. Prodiit inde, elapſo tirocinii biennio , tam inſtructus a virtutibus , quam venerat imbutus litteris ; utriſque expeditior Philoſophiam auſpicaturus : cui itidem biennio inſumpto , per annum alium varie exercitus , politiorem in ſcribendo ſtylum , faciliorem in componendo uſum , venuſtiorem in loquendo latinitatem comparavit , ſibi dicam , an diſcipulis ? quos toto deinceps quinquennio , non minori illorum cum fructu quam ſua ipſius cum aſſiduitate ac labore , iiſdem inſtituit . Illud autem imprimis ſevere cavit , ne quis ſuorum prius Grammaticæ præcepta mandaret memoriæ, quam obſervaret devina ; aut potentius dicendo apud homines, quam precando apud Cœlites peroraret. Non tantum præſcriptis per leges ſcholaſticas temporibus , ſed & alias ſæpe, ubi ſe dabat occaſio , Doctrinam Chriſtianam indefeſſo explicabat fervore , teneriſque mentibus leniter inſtillabat ; præludens jam tum ferventiori proximos juvandi zelo , quo deinde inter Acta Sanctorum occupatiſſimus , nihilo remiſſius in hanc parvulorum ſalutarem incubuit inſtructionem , publice , privatim , feſtis profeſtiſque diebus , omnium ſtudia laude , æmulatione , promiſſis , præmiis ingenioſiſſime acuens . Poſt hæc ſanctioribus Theologiæ ſtudiis quatuor impendit annos, non ſemel totius Poſitiones publice ad diſputandum propoſitas. Tam bene a pietate, zelo , atque eruditione comparatus, ſacris Ordinibus initiatus eſt MDCLXXIV. XXII. Septembris . Jamque ingraveſcens Patris HENSCHENII ætas, & infirma P. PAPEBROCHII valetudo curam injecerant Moderatoribus cogitandi de ſocio illis tertio adjungendo . Quæritur, invenitur, omnium ſententia judicatur , omnium ore proclamatur aptiſſimus P. DANIEL CARDONUS . Ita nempe cultæ latinitatis , qua mire excellebat , elegantia ; ita ingenium vividum judiciumque peracre; ita variarum notitia linguarum (præter Belgicam enim , ſibi vernaculam , Latinamque , callebat Græcam , Italicam , Hiſpanicam, Gallicam, Anglicanam) quas diligenti ſtudio ac memoriæ tenacis beneficio perdidicerat, perſuadebant. Nec vero conceptæ de ſe opinioni non reſpondit P. DANIEL . Probavit ilico ſuam operam Collegis Patribus ; probavit Superioribus tam hic provinciæ noſtræ præpoſitis, tum Romæ in Societatem univerſam invigilantibus; probavit domeſticis pariter atque extraneis , eruditionis fama notiſſimis : quorum illi , lectis ipſius lucubrationibus , eleganti ſolidique ſcriptoris teſtimonium tribuerunt vivo ; hi procul abſentes, contracta litterarum commercio familiaritate , mortuo etiam lacrymis parentaverunt . Notus paſſim R. P. JACOBUS WALLIUS iis quibus nota Poetica ; notus & R. P. JACOBUS VAN CAL-

LOEN

LOEN iis quibus Theologia, in qua uti diutiſſime ita & laudabiliſſime verſatus eſt, eo præſtantiores ambo, quod cum ſoa quiſque eximiæ facultatis ſcientia perfectam linguæ Græcæ cognitionem conjunxerint. Hi (nam quiſque ſe in illa ſolet arte, quam novit, exercere) cum partem hujuſce Maji, jam rum impreſſam, volverent; cepit ilico (ut ſolet ſua quemque voluptas) utrumque Patrem una eademque Gregorii Nazianzeni Vita; alterum, quod Vita Theologi; alterum, quod ſcripta carmine, utrumque, quod Græci Auctoris eſſet. Legerunt, expenderunt, contulerunt Latina cum Græcis. Quid tum? Relegere, delectari, mirari verſionem, laudare interpretem, palam edicere; nullum tricas Græcorum, in verſibus paſſim obvias, extricare ſolertius ac reddere Latine magis ad mentem auctoris potuiſſe, ne ſe ipſos quidem. Ne tamen putes, ita ſeſe Sanctorum Actis impendiſſe ſcribendis, ut non & exemplis ſuum tempus ſuppeteret imitandis. Imo tanto impenſius hæc ſtudebat exprimere moribus, quanto elegantius illa exornaverat ſtylo; ut non uno modo Dei Sanctorumque gloriam & proximi ſalutem promoveret, quibus omnem vitam ſuam, laborem, actiones jam dedicaverat. Erat in precibus ex præſcripto Societatis quotidie perſolvendis accuratus, in diſcutiendis conſcientiæ nævis lynceus, in detergendis aſſiduus, in declinandis conſtans: unde conſuetudine in naturam abeunte tantam ſibi animæ munditiem paraverat, ut pro ingenito candore ſubinde fateri auditus ſit, nihil quidquam ſibi in mentem venire, octiduo etiam a ſuperiori confeſſione elapſo, quod conſcientiæ ſuæ Moderatori per ſacram exomologeſin putaret aperiendum. Quod nolim de gravioribus piaculis intelligas, quæ in recte conſtituta Religione pro monſtris ſunt; ſed de leviſſimis quibuſque labeculis, ſine quibus hæc vita vix aut ne via quidem ducitur: Comprobant id ſchedæ, manu ipſius exaratæ, inventæque poſt mortem: quibus ceu rationum codicibus ſcripto commiſerat ſpeciatim quaslibet cujuſvis diei actiones; quid matutinis horis, quid progrediente die, quid medio, quid declinante in veſperam, quid ſub noctem egiſſet: & tanta quidem cum accuratione, ut a longiſſimo tempore nullius fere diei geſta, deſiderari deprehenſa ſint. Crediderim id ipſum non alio factitaſſe conſilio, quam ut conferendo diebus dies, ſeptimanas ſeptimanis, menſibus menſes, circumacto denique anno rectius pernoſceret conſcientiæ ſuæ ſtatum, ſpiritualis lucri rationem haberet exploratiorem, majoremque ejusdem procuraret. Hinc cuilibet, credo, abunde perſpectum eſt, quod, uti paratior quotidie puriorque ad aram ſacris operaturus acceſſit, ita gratior Agno Immaculato hoſpes, uberioribus præventus fuerit gratiarum donis, & dulcedinem cœleſtium, ad quas aſpirabat identidem, prælibaverit deliciarum. His aliiſque P. DANIEL primam Vocationis ſuæ partem, a ſanctiſſimo Patriarcha IGNATIO præſcriptam, de ſtudio vacandi cum divina gratia perfectioni propriæ animæ, egregie implevit. Nec ſegnius alteram, quæ cum eadem gratia impenſe in ſalutem & perfectionem proximorum incumbere jubet, dare effectam ſategit. Id antelucanus ſerotinusque ſine intermiſſione labor in ſcribendo Sanctorum Acta, proximis exemplo ad imitationem futura; id aſſiduitas Dominicis feſtiſque diebus in ſacro tribunali, expiare conſcientiæ noxas volentibus benigne aures præbentis; id promptitudo in ſuccurrendo ægrotis, frequentia in viſitando, in conſolando induſtria, in aſſiſtendo moribundis conſtantia abunde teſtatum reliquerunt. Recedam a propoſita mihi brevitate ſi cetera proſequar. Mors viri, in obſequio proximorum hauſta, luculentiſſimum, divina ſuffragante auctoritate, teſtimonium eſt zeli amoriſque ipſius tanti, ut nequeat eſſe major; ſiquidem pro ignotis etiam ac promiſcua vulgi turba, non modo pro amicis notiſque, animam poſuit. Nam qui anno MDCLXXVIII. urbi Antuerpienſi incubuerat gravis aer, tanta contagione infecerat omnia; ut nulla domus ſine ægris, nulla pœne ſine mortuis fuerit. Deerant qui decumbentibus inſervirent, nullo pretio, quantumvis magno, conducibiles; deerant qui corporibus opem ferrent, medici; deerant, quod luctuoſiſſimum, qui moribundis adeſſent confitentibuſque aures præberent, Sacerdotes. Emicuit paſſim Religioſorum zelus, nec in poſtremis noſtrorum fuit, e quibus, præter alios plures, in hac ſola domo Profeſſa duodecim Presbyteri, diurnis nocturniſque laboribus, nulla ſibi indulta quiete, fracti, octodecim non amplius diebus, caritatis victimæ occubuerunt. Inter alios, vita longiora dignos, R. P. DANIEL CARDONUS XII. Novembris obiit, exacto ætatis ſuæ anno dumtaxat trigeſimo tertio, ſolennia quatuor Societatis JESU vota nuncupaturus tertio poſt menſe, ſi vixiſſet, jam tum per conſuetas Probationes eo præparatus. Morbi tempore non diuturno id unum frequenter rogavit Superos, ut P. DANIELI PAPEBROCHIO Lovanii, quo initio morbi, eadem ex cauſa contracti, feliciter migraverat, ad deſperationem medicorum laboranti, parcitum vellent, ſuamque pro illius redimenda vita liberaliter oblatam acceptarent; id unice viſus curare, ut quemadmodum in caritate vixerat, ex caritate morbum contraxerat, ita pro caritate animam poneret. Quæ quamquam libera lætaque, ad æterna ſic laborantibus amantibuſque propoſita præmia, ut confidimus, avolavit, non potuit tamen non incredibile ſui deſiderium apud nos notoſque omnes relinquere, imo & dolorem excitare, & elicere lacrymas. Ut enim nihil de nobis dicam; CELSISSIMUS PADERBONENSIS AC MONASTERIENSIS PRINCEPS, nuntiata hac morte, graviter indoluit. R. ADM. P. CAROLUS DE NOYELLE Aſſiſtens Germaniæ Societatis noſtræ, in communi paſſim noſtrorum ſtrage nullius ſe interitum gravius ſenſiſſe, quam Patris DANIELIS datis Roma litteris, teſtatus eſt. Sed fidem pœne ſuperat, quanti illum fecerit, adeoque quam acerbe mortem tulerit vir Illuſtriſſimus juxta ac eruditiſſimus, doctoribuſque in aula Magni Ducis Hetruriæ non vulgaris D. ANTONIUS MAGLIABECHIUS. Ex ipſius viri litteris id judica, Patri HENSCHENIO reſcribentis in hunc ſenſum. *Nullis unquam potero verbis exprimere, quanto me dolore affecerit intellecta mors optimi, doctiſſimi, atque humaniſſimi* Patris CARDONI: *nec ſane poſſum ſine lacrymis ſcribere paucos hoſce verſus; cujus veritatis Deus mihi teſtis eſt, ſciens quod non mentior. Aderat mihi R. P. Nicolaus Bartolini Lucenſis, Presbyter Congregationis Matris Dei, quando epiſtola veſtra, XVIII. Novembris Lovanio ſcripta, in manus tradita eſt. Præſens is eamdem referenti, certiſſime poterit affirmare Tibi, quod cum legendo eo perveni, ubi funeſtus nuntius continebatur, nequiverim porro lectionem proſequi, cum mihi excideret e manibus charta, lacryma ex oculis, ex ore ſuſpirium maſtum*

pro-

prorumperet. Enimvero nullo non die experimur, novis identidem malis edocti, quam non ſit hæc ubi vivimus terra, niſi vallis calamitatum atque lacrymarum. Vix mihi cœperat noſci Patris CARDONUS, *ſuaque me amicitia per litterarum commercium honorare, totumque meum ſibi devinxerat affectum: & ecce nunc mortuus nuntiatur. Doleo plurimum mea cauſa, cui tam cito ablatus eſt amicus, adeo ſinceri cordis tantique candoris; eoque magis, quod rarius ejuſmodi amici obveniunt. Sed multo magis ſentio damnum, quod inde evenit eruditiſſimo veſtro atque ſanctiſſimo Operi: difficile enim vobis erit, quantum intelligo, alterum invenire Collegam qui eo accedere poſſit, tot gratiis a Deo & natura instructus, atque ipſe fuit. Ita placitum Domino, cujus voluntati acquieſcendum. Interim nobis conſolatio ſuppetit, quod confidere liceat, ipſum nunc frui ſocietate Sanctorum; quorum honori promovendo vitam conſecraverat: atque una cum eis Dominum deprecetur pro nobis.* Qui autem PATRUM HENSCHENII ac PAPEBROCHII ſenſus extiterit in funere tam cari ſibi aptique diſcipuli & collegæ, nihil attinet dicere. Satis ſit, quod & in inchoando hoc ſecundo Tomo Maii meminiſſe voluerunt P. CARDONI, ut ſocii in ſpem diuturniorem ſibi adjuncti; & nunc eidem Tomo in lucem edocendo hanc Ipſius commendationem inſeri mandarint, mea qualicumque opera, ſibi ad tempus accommodata; qui utinam talis viri in his ſtudiis principia, etiam poſt multos annos attingam progreſſu lentiori, veſtigia mihi relicta, qua potero, ſequens!

Conradus Janningus Soc. JESU.

AD TO-

AD TOMUM TERTIUM MAII.

TRACTATUS PRÆLIMINARIS
DE EPISCOPIS ET PATRIARCHIS
S. HIEROSOLYMITANÆ ECCLESIÆ

Continens eorum Chronologiam & Acta cum Parergis nonnullis ad Orientalis hiſtoria notitiam & ſolutionem quæſtionum quarumdam nobis propoſitarum ſpectantibus.

PRÆFATIO AUCTORIS D. P.

P*Atriarchalium trium in Oriente Thronorum primus antiquitate originis, licet ordinis dignitate poſtremus*, Hieroſolymitanus *eſt*; *a* Jacobo Apoſtolo Fratre B Domini *dictus* Apoſtolicus & Theadelphicus. *Hujus Præſules*, Epiſcopos *primum*, *deinde* Patriarchas, *uſq; ad S. Sophronium nominatos quidem, certa ſatis ſerie, non tamen ſigillatim omnes habebamus per ſua quæque tempora definita digeſtos: cæterorum vero nomina, nec omnia, nec certa, uſque ad Latinorum in Terram ſanctam ſeculo 11. adventum: cum interim in tota Orientali hiſtoria nihil ſit, quod magis conducere valeat ad hæc noſtra Sanctorum Acta, quorum partem bonam implent Monachi & Sancti, in Syria ac Palæſtina converſati, velut lilia inter ſpinas, ad ſolatium & exemplum Chriſtianæ gentis, ſub Barbarico Saracenorum jugo gementis per quinque integra ſecula. Contigit autem annis abhinc aliquot, ut certa de cauſa intentes mentis oculos ſemper habens in hanc partem, paulatim collegerim inſignem copiam notitiarum, quibus illuſtrari haud mediocriter poſſet quadruplex illius Eccleſiæ ſtatus, ſub Imperatoribus Regibuſque, primum Gentilibus, tum Chriſtianis, deinde Saracenis, ac rurſum Chriſtianis ſed Latinis, quemadmodum tractatu hoc præliminari præſtare ſum conatus, ad publicum (ut ſpero) commodum nequaquam contemnendum. Placuit certe ſimilis opera circa Romanos Pontifices in Aprili, & profuit multis: quare etiam hæc ut profi* C *placeatque futurum confido; nec gravandum lectorem adjunctis parergis, quæ importunitas extorſit aliquorum, indignantium nobis, quia ſuas Origines non invenimus in tota primorum undecim ſeculorum hiſtoria: quas tamen ibi quæſivimus ſtudioſiſſime, nihil umquam ſtudiari libentius, quam eas ad ſumma antiquitatis faſtigium evehere, ſiquidem id ſalva veritate liceat.*

EPISCOPUS PRIMUS

S. JACOBUS FRATER DOMINI.

E*Ccleſia Hieroſolymis conſtituta Epiſcopus*, inquit Euſebius in Chronico, *Jacobus ὁ Ἀδελφόθεος ordinatus eſt*. Ordinationem autem illam Eccleſia recolit *die 27. Decembris*; factam utique eodem anno, quo Chriſtus crucifixus fuerat, reſurrexerat, & in cælos aſcenderat. Eum fuiſſe *Duobus Geminis Conſulibus* notatum, demonſtratum ſe dediſſe putavit Henſchenius noſter; id ipſum ex Hieronymo confirmans, qui in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis *Jacobi* elogium concludit his verbis; *Triginta annis Hieroſolymis rexit Eccleſiam, uſque ad 7. Neronis annum*, qui utique eſt annus vulgaris æræ ſexageſimus primus, ab anno *Duobus Geminis*

In ſententia Henſchenii ordinatus Coſſ. Duobus Geminis,

ſignato, trigeſimus primus. Nihilominus eruditorum E Francorum argumentis, in Apparatu ad Chronologiam ſtrictim propoſitis, perſuadeor, ut veroſimilius eſſe credam, Chriſtum paſſum eſſe anno vulgaris æræ trigeſimo tertio, quo eodem ordinatus *Jacobus*; & 7. anno Neronis 25. Martii mortuus, ſolum ſediſſet 27. annis, menſibus 3. Annus porro 33. id majoris congruentiæ oſtentat præ altero 29. quod procedens ſub littera Dominicali D, faciat idem 27. Decembris in Dominicam cadere, cujus obſervantiam credibile eſt ex Chriſti præcepto, ante Aſcenſionem dato, ſuſceptam ab Apoſtolis ad conventus Eccleſiæ celebrandos, poſt Sabbatum ex Legis præſcripto cum Judæis cæteris actum; & quam ex eorumdem Apoſtolorum traditione fuiſſe Epiſcopis ordinandis veluti lege quadam aſſumptam, alibi exemplis auctoritatibuſque probavimus; adeo ut, ad Epochas Epiſcopales veras a falſis diſcernendas, eam obſervationem eſſe pro regula tenendam, ſtabiliverimus. Diem mortis, quem diximus, notat Hieronymianum Martyrologium: qui cum habeatur Dominicæ Incarnationis feſto impeditus, Latini quidem 1. die Maii una cum S. Philippo recolendum ſibi ejus feſtum inſtituerunt, Græci in die Ordinationis ſuæ.

In vulgata anno 33.

27. Decembris in Dominica, obiit 25. Martii anno 61.

2 Ad eamdem *Jacobi* Ordinationem ſpectat, quod jam dictus Euſebius habet Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 19. *Jacobi illius Cathedram, qui primus Hieroſolymorum Epi-* F *ſcopus ab ipſo Servatore & ab Apoſtolis eſt conſtitutus, & quem Fratrem Domini fuiſſe cognominatum divina teſtantur volumina; ad* ipſius Euſebii *uſque tempora*, id eſt uſque ad ſeculum 4. *conſervatam*, *Fratres illius Eccleſiæ, jam inde a majoribus, magna proſequuntur reverentia*. Ubi cum dicitur *ab ipſo Servatore atque ab Apoſtolis Epiſcopus conſtitutus Jacobus*, mihi videtur indicari ſpecialis Chriſti apparitio, poſt ejus glorioſam Aſcenſionem ac Miſſionem Spiritus ſancti. Etenim Apparitiones, a Paulo 1. ad Cor. 15. enumeratæ ita mihi videntur diſtingui debere; ut quod dicitur viſus Cephæ, & poſt hoc undecim; Aſcenſionem præceſſerit, quando cum ſuis illis verſatus eſt conveſcens *& loquens de regno Dei per dies* 40. cæteræ eamdem ſint ſecutæ; *eæ* ſcilicet, quibus *viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul, deinde viſus eſt* Jacobo, *deinde Apoſtolis omnibus; noviſſime autem omnium, tamquam abortivo*, inquit Paulus, *viſus eſt & mihi*.

Jacobi Cathedra Hieroſolymis.

3 Quod enim Apparitio, facta *quingentis ſimul*, adeoque & illa quæ *Jacobo* facta dicitur, ac porro cæteræ ſecutæ ſint, non præceſſerint Aſcenſionem, ſuadet mihi ille tantus numerus, quantum alias unquam vel uſquam convaniſſe ante Aſcenſionem non legimus. Matthæus ſiquidem cap. ult. de iis agens, qui in montem

Apparitio Chriſti plus quam 500. fratribus.

AUCT. D. P.

A Galilææ ex Domini reſuſcitati præcepto convenerunt, ſolum meminit *undecim*, Lucas vero in Actis de Aſcenſione loquens, licet non excludat aliquammultos alios, puta 72. diſcipulos cum Deipara & mulieribus; non potuit tamen intellexiſſe tam multos, quandoquidem iidem omnes ac paulo etiam plures, collecti mox ad ſubrogandum in Judæ locum Apoſtolum unum, ſolum fuerunt *turba hominum quaſi centum viginti*. Igitur iſti Quingenti, completi fuerint ex eorum numero, qui poſt acceptum Spiritum ſanctum ad Apoſtolorum prædicationem converſi & baptizati, primum tria, deinde quinque millia, ac poſtmodum alii, in unam forte ſynaxim unumqua in locum privatum convenerant; quos apparens Chriſtus præmunierit ad imminentem ipſo adhuc anno perſecutionem, qua mox ſublatus Stephanus fuit. Hanc Apparitionem ſubſecuta ſit alia facta ſoli *Jacobo*, qua ipſum vocaverit ad Apoſtolatum, pari jure tenendum cum prioribus duodecim, uti poſtea *Paulus Apoſtolus* factus eſt (quemadmodum ipſe ad Galatas ait) *non ab hominibus neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum*. Tum apparens Chriſtus *Apoſtolis omni-*

Et hanc fecit alio, qua Jacobus vocatus Apoſtolus;

B *bus*, eodem forſitan aut ſequenti die, providerit mox diſpergendæ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, jubens ei ordinari *Jacobum* Epiſcopum: *noviſſime autem omnium*, ſecundo poſt id menſe, apparuerit euuti in Damaſcum Saulo, & ex perſecutore fecerit *Paulum Apoſtolum*.

II. SYMEON qui & SIMON.

4 *Neronis ſexto an. 107*

CÆſare & *Petronio Coſſ.* id eſt anno noſtro 61. SYMEON, *filius Cleopha Thronum Hieroſolymorum excepit*, inquit Euſebius in Chronico; qui deinde ad noſtrum 107., *Soſio & Sura Coſſ.* Martyrium ejus notat; in Hiſtoria autem Eccleſiaſtica multa ex Hegeſippo, de ejuſdem electione & paſſione, nec non conſanguinitate cum Chriſto tractat, quæ vide in noſtro Februario ad diem 18. Hic ſi erat 120. annorum, cum crucifigeretur, ut paſſim omnes ſcribunt, fuerit Chriſto, atque adeo etiam *Jacobo Adelpheo*, fratre ſuo annis ſaltem 13. ſenior; communem quidem cum eo ſortitus patrem Cleopham, fratrem Joſephi Germanum, Joachimi vero ſolum carnalem ex patre Heli, ſed matrem aliam; quemadmodum plenius explicatum lector inveniet, in Apparatu ad Chronologiam Pontificiam, propoſito Schemate Genealogico, ubi Jacobus oſtenditur, utroque ex capite Chriſtum contigiſſe; quod au-

et Jacobo ex eodem Cleopha patre ſenior

C tem ad jus ſucceſſionis Regiæ attinet ex parte Jacobi Abjudicarum ultimi, cujus legales filii fuerant, Joſephus Mariæ Sponſus, & ipſe Cleophas; apparet quod, ſi Chriſtus non reſurrexiſſet a mortuis, regnaturus in æternum, eo in jure potior futurus fuiſſet *Symeon*, utpote prior genitus, & hoc deficiente filii fratris ſui *Judæ*, vel *Cleophæ* junioris, ſi vere Chriſti hoſpes in Emaos, ſenioris Cleophæ filius fuit.

PARERGON I.

De oraculo Dei Carmeli & Baſilide Sacerdote, tempore hujus Epiſcopi.

5 AD annum *Symeonis* 8. qui fuit Neronis 13. & Æræ vulgatæ 67. pertinet initium belli Judaici, a Veſpaſiano cœpti per inſignem victoriam, ad Taricheam Galilææ oppidum prope lacum Genezareth, de rebellibus relatam die 8. Octobris: poſt quam pluribus Judææ urbibus captis, videtur ille occaſione oblata excurriſſe ad Carmelum, utpote ſuperſtitioſus imprimis Princeps, cui *longo tempore ante regnum multis prodigiis ſomniiſque ſignificatum*, ex Dione epitomator ejus Joannes Xiphilinus ſcribit; & Tacitus Hiſt. lib. 1. cap.

ſortilegiis addictus Veſpaſianus

10. *occulta*, inquit, *lege fati & oſtentis ac reſponſis deſtinatum Veſpaſiano Imperium poſt fortunam credidimus*. In hæc ergo pridem concepta ſpe, *apud Judæam Carmeli Dei oracula conſulentem ita confirmavere ſortes, ut quidquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum id eſſet, proventurum pollicerentur*, ſicut ſcribit Suetonius Tranquillus in Veſp. cap. 5. Quod diſtinctius explicans Tacitus lib. 2. Cap. 78. *Eſt*, inquit, *Judæam inter Syriamque Carmelus: ita vocant Montem Deumque. Nec ſimulacrum Deo aut templum (ſic tradidere majores) ara tantum & reverentia. Illic ſacrificante Veſpaſiano, cum ſpes occultas verſaret animo, Baſilides Sacerdos, inſpectis identidem extis: Quidquid eſt*, inquit, *Veſpaſiane, quod paras, ſeu domum extruere, ſeu prolatare agros, ſive ampliare ſervitia, datur tibi magna ſedes, ingentes termini, multum hominum*. Hæc legens, & Carmelitanæ antiquitatis zelatores, ex præconcepta ſemel opinione de ſui Ordinis continua ab Elia ſucceſſione in iſto monte, totis viribus id agere videns, ut perſuadeant, verum ibi veri Dei oraculum conſtitiſſe, in oratorio quod ſub invocatione Deiparæ iſtic fuerit, ab Apoſtolorum ætate conſecratum frequentatumque; non potui non animadverſum relinquere; quod rem, in omnibus cum quibus proponitur circumſtantiis profanam, totamque ex haruſpicum diſciplina deſcriptam;

etiam Carmelitas conſuluiſſe dicitur,

E ita ad ſe traherent, ut non viderent eadem opera Taciti que auctoritate everti, quod tantopere ſtabilitum cupiunt Deiparæ vetus in Carmelo ſacellum: atque hoc paucis indicavi ad 8. Aprilis, agens de B. Alberto eorum Legiſlatore num. 60.

6 Talia dum commentarer, contigit etiam in Hiſpania diſputationem naſci circa idem argumentum, inter Gregorium de Argaiz Benedictinum, auctorem librorum quibus titulus Populatio Hiſpaniarum eccleſiaſtica; & Hermenigildum a S. Paulo, Apologias ſcribentem pro ſua Hieronymiana Religione, per librum ſub titulo Defenſionis editum anno 1672. Acceperam quidem ex Hiſpania & hunc & illos: ſed videns præcipuam controverſiam in eo verſari, uter Ordo verius deſcenderet ab Elia, & utroſque iiſdem hypotheſibus nixos continuationem monachatus ex libro de inſtitutione monachorum ceteriſque eodem ſpectantibus auctoritatibus centies recoctis probare; non magis putavi quærendum mihi in Hermenigildo, quid de Carmelo ipſo Baſilideque haberet, quam id quæſiveram in Præſidio Romano Petri Creſcentii, quod adeo non legeram, ut nec habere quidem me ſcirem. Poſtquam autem a R.

Contradicentibus his anonimis quibuſdam,

F P. Franciſco Bonæ Spei accuſari nos vidi, quaſi ex hoc libro hauſiſſemus alienas a Carmelitica antiquitate opiniones; inſpexi eum quidem, ſed idem ab eo agi quod ab Hermenigildo intelligens, ſepoſui librum, nolens in eo tempus perdere: quippe cui æque peregrinum accidebat, Hieronymianam quæ in Hiſpania & alibi floret religionem, a S. Hieronymo velut inſtitutore accerſere, quam ſi Paulini in Hungaria, vel Antoniani in Gallia niterentur probare, ab ipſis Sanctis Paulo Eremita & Antonio inſtitutos fuiſſe Ordines ſuos.

7 Ignoravi igitur utrumque auctorem, quatenus hac in parte Carmelitis adverſabantur; uſque poſt editum Aprilem, neque adhuc animus eſt diſcere quid habeant de Baſilide, aut quomodo ſinguli ſuum probent intentum. Poſtquam enim ſcripſerunt illi, ſcripſit etiam P. Mag. Fr. Laurentius Angelus Eſpin, Ordinis Carmelitarum Calceatorum, & librum Cæſaraguſtæ publicavit cui titulus, *Ruina idoli Carmelitici, quod ſomniavit Reverendiſſ. P. Fr. Hermenigildus a S. Paulo*. Quid alii de eo libro in Hiſpania judicaverint neſcio, moderatis ingeniis diſplicuiſſe titulum, faſtus atque arrogantiæ ſcriptore religioſo indignæ plenum, patuit per libellum anno 1678. impreſſum Hiſpali, quem nu-

opponunt illi hujuſmodum libellum.

per

quem modiſe reſutans Marchio de Mondejar & Agropoli,

A per accepi, quique inſcribitur, *Explicatio cujuſdam loci Suetoniani & Examen Divinitatis quam Veſpaſianus in Carmelo conſuluit*: plenum multa & ſolida eruditione opuſculum, quemadmodum & reliqua Auctoris Excellentiſſimi Opera, Domini, inquam, Gaſparis de Mendoza, Ibañez de Seguvia & Peralta, Equitis Alcantareni, qui magnis nuper juribus auctus, per atque ex duplici capite Magnatibus ſeu Grandibus Hiſpaniæ adnumerandus, ſalutatur Marchio de Mondexar, Valbermoſo & Agropoli, Comes Tandillæ, Dominus Provinciæ Almoguceranæ, oppidorumque Corpæ, Meci, Fuante-nobillæ, Loranzæ, Azuñonis, Vianæ &c. Hic mihi ſolus abunde ſufficit, ut meum judicium paucis hic tuear, contra Auctorem Armamentarii. Neque tamen totus mihi ex Hiſpanico, quo & alii ſcripſerunt, Latine faciendus erit: ſufficiet delibaſſe paucula, atque imprimis eum eu quæſiviſſe, quis & cujas fuerit *Baſilides* iſte, per quem reſponſum in Carmelo Veſpaſiano datum ſcribitur.

oſtendit Baſilidem ne quidem Judæum fuiſſe,

8 Marcellus Donatus inter alios Taciti commentatores Pariſiis editus an. 1608. poſt collecta & indicata Scripturæ loca in laudem Carmeli, cum ex lib. 1. Regum retuliſſet quod *Saul parta victoria de Amalec in Carmelo erexit ſibi fornicem triumphalem, & obtulit holocauſtum Domino de initiis manubiarum* (quo tamen loco alius intelligitur Carmelus) ſic ſcribit. *Ex his mihi conjici poſſe videtur Deum, quem Carmeli dicit Tacitus, fuiſſe Deum qui ſine fine vivit & regnat, cui Hebræi illo in monte ſacrificium offerebant, eumque ibidem venerabantur, aram & reverentiam habentes, minime vero templum, hoc enim ſolum in Jeruſalem; innominatum vero, quia non illi particulare nomen ut ceteris diis Gentium. Baſilidem vero Sacerdotem Hebræum fuiſſe conjicio: quia Suetonius eu de re verba faciens, meminit Joſephi cujuſdam captivi Hebræi, ea felicia Veſpaſiano vaticinati, ob idque vinculis ſoluti.* Ita conjectatur iſte, nihilo melius Baſilidem cum Joſepho, quam Carmelum Eliæ maritimum cum mediterraneo Nabalis conjungens, nec animadvertens quod Hebræis grande crimen & legi ſuæ contrarium imponat, alibi quam in Jeruſalem eos faciens offerre ſacrificium & aram habere. Hoc enim ſi ſemel fecit Elias 3. Reg. 18. *ex diſpenſatione divina* fecit, uti cum Abulenſi ſentiunt Interpretes, nec conſequentiam habuit.

ſed Ægyptium & Gentilem Sacerdotem

9 Quanto veroſimilius Lævinus Torrentius, Antverpienſis poſtea Epiſcopus? Componit is inter ſe geminum eadem de re Taciti ac Suetonii locum, & ut ab hoc

C removendam ſuadeat appellationem *liberti*, ad nomen Baſilidis temere adſcriptam in Suetonio per aliquem ſciolum; *Tacitus*, inquit, *Baſilidem hunc e primoribus Ægyptiorum, & quidem Sacerdotem fuiſſe narrat; & alioqui non nomine tantum, quod Regale eſt, ſed in ſpecie ipſa ac functione Sacerdotii, Imperii omen eſt. Accedit quod Carmeli quoque, ſive Montis ſive Dei, de quo ante, Sacerdotem Baſilidem vocat, eumdem nimirum qui in Serapidis templo apparuit.* In eamdem ſententiam conveniunt Philippus Beroaldus, Juſtus Lipſius, Theodorus Marſilius, Iſaacus Caſaubonus, & præter Carmelitas atque Marcellum Donatum, neque ex horum mente neque prudenter conjectantem, invenias alicujus æſtimationis antiquarium qui dubitaverit. Taciti verba

qui poſtea in templo Serapidis apparuit,

lib. 4. cap. 82. hæc ſunt, de Veſpaſiano ſic loquentis: *Arceri templo cunctos jubet: atque ingreſſus intentuſque numini, reſpexit pone tergum e primoribus Ægyptiorum nomine Baſilidem, quem procul Alexandria plurium dierum itinere ægro corpore detineri haud ignorabat. Percunctatur Sacerdos num illo die Baſilides templum iviſſet: percunctatur obvios: denique miſſis equitibus explorat illo temporis momento octoginta millibus paſſuum abfuiſſe.* Quid autem Suetonius? *Cum de firmitate Imperii capturus auſpicium, ædem Serapidis ſummotis omnibus ſolus intraſſet,* D *ac propitiato multum Deo tandem ſe convertiſſet; verbenas,* AUCT. *coronaſque, & panificia (ut illic aſſolet) Baſilides ..... obtuliſſe ei viſus eſt: quem neque admiſſum a quoquam, & jam pridem propter nervorum valetudinem vix ingredi, longeque abeſſe conſtabat.* D. P.

10 Nihil erit in tota profana hiſtoria tutum a depravatione, ſi unicuique liceat, ex præjudiciis quibuſdam propriis, ſic torquere auctores Gentiles, ut ubi quam maxime utuntur vocibus phraſibuſque idololatricis, idque cum ſumma rerum atque verborum conſonantia, ibi credantur de Chriſtianæ fidei myſteriis a Chriſtiano Sacerdote celebratis loqui. Interim cum Baſilidem lego *e primoribus Ægyptiorum*, & Sacerdotibus Serapidis ac civibus Alexandrinis ita familiariter notum; non dixerim eum etiam *Sacerdotem Dei Carmeli* cum Torrentio & Marſilio, ſed *Sacerdotem Serapidis* aut certe *Veſpaſiani*, qui auſpiciorum & haruſpicinæ capiendæ cauſa, quoties ei viſum eſſet, comitabatur caſtra; & tunc cum Alexandriam Imperator acceſſit, poſt tergum relictus erat æger in via. Pro voce autem *libertus*, quæ Torrentium torſit & alios ſugit inobſervata, ſi quis *libertus* ſubſtituat, id eſt *familiaris* quam tali loco ac tempore decere videbatur, fortaſſis integer & genuinus ſenſus Suetonii habebitur. Primus quod equidem ſciam Palæonydorus, ea utique ætate ſcribens, qua inculta prorſus jacebat Romanæ antiquitatis eruditio, opinioni ſuæ fulciendæ idoneum Baſilidem iſtum cenſuit: quem alii deinde aliique ex ſuo Ordine ſecuti, in eam demum animi obfirmationem induruerunt, ut pro vindicando ſibi retinendoque illo ita nunc certant, acſi in eo agatur ſumma prætenſionis ſuæ: quod merito miratur Excellentiſſimus, quem dixi, ſcriptor, cenſetque ea ratione plus officii cauſæ, cui tam debilia adhibentur fulcimenta, ut ea vir prudens non poſſit non contemnere, etiamſi alias de re ipſa non dubitaret.

Veſpaſiani ſolitus comitari.

E

Non præjudicat antiquitati Carmelitarum prætenſo,

11 Certe nihil noceret Carmelitis neque eis detraheret detractus *Baſilides*. Quid enim prohibet, eodem in monte, utique ſpatioſo & amplo, antra quædam & ſpeluncas circa fontem Eliæ occupari ab eremitis Chriſtianis, ſi qui tunc fuerint, eoſdemque ibi ſuum habere ſacellum, ſeu oratorium, quocumque demum nomine appellatum. idque jam inde a temporibus Eliæ;

F & una abinde leuca (tantum enim ſpatium indicare videtur Antonius Gonzales in ſuo Hieroſolymitano Itinerario l. 3. c. 30.) in ſummo montis vertice, idololatricum viguiſſe cultum iſtic ubi Elias ſuum olim obtulit ſacrificium? ex quo ſcilicet tranſlatis in Aſſyriam decem tribubus, Samaria & quidquid ei ſuberat regionum traditum eſt alienigenis, ſuperſtitiones ſuas cum Iſraelitica religione miſcentibus: ſicut hodieq; Turcæ ipſi prædictum ſacrificii Eliani locum in ſumma veneratione habent, juxtaq; Moſquaam ſeu fanum ſuum, uti ſcribit Gonzales. Licet autem uſque ad tempora Veſpaſiani nuda dumtaxat ara ibi ſteterit; cum hoc tamen optime conſiſtit, in aſcenſu montis, iſtic ubi ſola illa rudera Bertholdus invenit ſeculo 12. ſicut ſcribit Joannes Phocas, fuiſſe ædificium amplum, pro uſu tam miniſtrorum quam adventantium, ſuperſtitionis cauſa primum; deinde poſt loca ſacra repurgata etiam religionis; quamvis ut dixi ea religio diuturna non videatur fuiſſe, occupantibus cito locum opportunum & natura ſatis munitum barbaris, ex quo factum ſit, ut jam inde ab ætate S. Hieronymi deſierit is inter ſacra numerari frequentarique.

quod Carmelus a Gentilibus pro Deo ſit cultus,

12 Ceterum non debet inſulſum videri, quod Tacitus dixerit, *Carmelum vocari Montem Deumque*. Nam ut Prudentius lib. 1. contra Symmachum v. 297. Gentilibus exprobrat,

Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile gignit
Induxere Deos: colles, freta, flumina, flammas.

Hh 2 &Rab-

Digitized by Google

AUCT. D. P.

A & Rabbi Moſes Meimonides in Sepher Akam c. 8. §. 1. *Gentiles venerantur montes*. In quem ſenſum & ad Taciti locum reſpiciens Voſſius, de Idololatria l. 2. c. 62. ait; *Mons Carmelus, in quo templum nullum ipſe quaſi templum erat numinis, imo & corpus ejus: nam Carmelus Deus conſtabat genio loci & vaſta montis corpore*: quomodo & de ceteris ſuis idolis ſentiebant Gentiles. Sic Scylaci Caryandenſi in Periplo, qui ante Alexandrum magnum & Ariſtotelem tempore Darii Nothi ſcripſit, pag. 40. editionis Voſſianæ, enumeranti loca Tyro vicina nominatur Ὄρος Θεοῦ πρόσωπος *Mons Dei facies*: & paulò infra *Carmelus* ipſe, Ὄρος ἱερὸν Διὸς, *Mons templum Jovis*. Neque enim Ἱερὸν Græcis dumtaxat ſignificat *templum* manu-factum, quale in locu oraculi, de quo nobis quæſtio, nullum erat; ſed *quidquid Diis attributum eſt*, uti Scholiaſtes Græcus Ariſtophanis in Plutum recte obſervat, Ἱερὸν ἐστι πᾶν τὸ ἀνακείμενον τοῖς Θεοῖς.

& profanis ſuperſtitionibus occupatus

13 Itaque quando in Vita Pythagoræ apud Jamblicum c. 3. legitur, quod *ab Ægyptiis quibuſdam nautis opportuniſſime in littora, quæ ſubjacent Carmelo monti Phœnicia, tranſvectus ſuit Pythagoras, ubi ſolus* ναῷ *ut ἱερῷ ut*
B *plurimum degebat*, non debuit Latine ſcribi *in templo*, ſicut fecit Jamblici interpres Arcerius; ſed *in loco ſacro*. Quid enim ibi didicerit, & utrum cum Deo an cum dæmone ſit verſatus, definiant auctores qui eum pro celeberrimo Mago habuerunt & laudarunt; inter quos Plinius & Diogenes Laertius; & hic quidem ea ſententia Timonis, Satyrici Græci perquam vetuſti. Porphyrius autem, allegato Antonio Diogene Alexandri Magni pœne coævo, dicit, quod *ad Ægyptios & Arabes, Chaldæos & Hebræos acceſſit, apud quos & ſomniorum interpretandorum ſcientia accuratiſſime operam dedit, tum divinatione quæ fit thure primus ipſe uſus eſt*; Iſocrates vero in laudatione Buſiridis ait de eo, quod *cum in Ægyptum profectus illorum diſciplinæ ſe tradidiſſet, tum reliquam Philoſophiam primus in Græciam intulit, tum ſacrificiorum & conſecrationum in templis magis quam ceteri ſtudium habuit*.

quando in eo ut ab eo Pythagoras

14 Talis cum eſſet Pythagoras, quando ex Ægypto in Carmelum appulit priuſquam rediret in Græciam, ſi non alios ibi quam veri Dei miniſtros reperiſſet, non utique diu moratus fuiſſet, neque facultatem habuiſſet
C adeo libere ac ſolitarie manendi. Atque hæc ſufficere puto, ut credatur, quod Eliani ſacrificii locus, ſic fuerit Gentilibus venerabilis, ut ibi ab annis ante Chriſtum quingentis & amplius profanæ ſortes conſulerentur, & idololatrica exercerentur ſacrificia per extorum inſpectionem, ſecundum haruſpicum diſciplinam; eſto aliquid Judaicorum rituum ceremoniarumque iis fuerit admixtum, pro eorum uſu, qui Chriſti ætate vocabantur *Samaritani*, circumciſi æque ac veri Judæi; quemadmodum & Ægyptii illi Magi, *propter quos etiam Pythagoras fuit circumciſus, ut adyta ingrediens, Ægyptiorum myſticam diſceret Philoſophiam*, uti ſcribit Clemens Alaxandrinus: quod ipſi quoque potuit profuiſſe in Carmelo ad liberiorem ibidem commorationem. Et hæc omnia, ut dixi, nihil Carmelitis præjudicent, ſi modo hypotheſim ipſi ſuam poſſint aliunde probabilem facere: quod ego intelligi & nunc volo & volui ſemper, quoties aliquod eorum aſſumptum, ad illius probationem adhiberi ſolitum, adduxi in controverſiam.

III. JUSTUS qui & JUDAS.

ſedit ab an. 107.

15 ANno Trajani x, C. Soſio Senecione iv. & L. Licinio Sura iii. Coſſ. Chriſti annum 107. notantibus *poſt Simeonem tertius factus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus Juſtus, ex circumciſione*. Ita Euſebius, & quidem Græce etiam Ἰοῦστον ſcribens. Epiphanius, quem ſequitur Georgius Syncellus, *Judam* appellat. Vetus membrana, ante annos circiter 800. ſcripta, mihique a Cl. V. Evaldo Rulæo IC. Harlemio communicata περὶ τῶν Πατριαρχῶν Ἱεροσολύμων, ſic habet γ′ Ἰοῦδας ὁ Δίκαιος; ut alterum velit eſſe cognomentum: quemadmodum & S. *Jacobus* dicitur ὁ Δίκαιος *Juſtus*. Exiſtimo potius nomen *Juda*, propter memoriam Proditoris abominabile Chriſtianis, in nomen *Juſti* commutatum fuiſſe cum ordinaretur, & ſic utroque nomine dictum; quemadmodum infra *Judas-Cyriacus*, & inter Apoſtolos *Judas Thaddæus*. Epiſcopatus hic ſecundum Euſebium triennalis dumtaxat fuit, finitus anno Trajani 14. Chriſti 111. Et in his potior fides habenda Euſebio, in vicinia ſcribenti annoſque per Conſules digerenti, quam aliis ſpatium temporis indicantibus per ſolos litterales numeros, in quibus nimis quam facile erratur, patet ex prælo vel manu caretorum exemplarium diverſitate. Nam in ea quam dixi Membrana, anni pro *Jacobo* & *Simeone* ſingulis κϛ′ 26. ſignantur; pro *Juda* ιζ′, 17. apud Georgium & Nicephorum *Simeoni* ſolum κγ′, 23. *Judæ* ſeu *Juſto* ζ′, 7. dantur, & priores numeri ad Trajani initia
E ægre pertingunt: quem tamen conſtat non niſi anno x. Imperii ſui tertiam Chriſtianis perſecutionem ſuſcitaſſe. Itaque quamdiu licebit ſequi præeuntem per Conſules Euſebium, numerorum ſic varie notatorum ab aliis non magnam habebimus rationem.

ad an. 111.

16 Theodoricus Pauli in Chronico univerſali hoc elogium texit. *Re & nomine Juſtus, Judæus natione, audiens ſalutiferam prædicationem ſanctiſſimi Apoſtoli Jacobi & S. Simeonis, licet Princeps Judæorum, converſus fuit & baptizatus a S. Simeone. Præfuit autem tertio loco Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, valde egregie & laudabiliter; ita quod non ſolum Judæos, ſed etiam multos Gentiles ſua prædicatione & miraculorum coruſcatione convertebat & baptizabat. Præfuit vero annis quinque. Tandem anno Domini 113. feliciter quievit in Chriſto*. In libro autem Bellorum Dei, *in pace Eccleſia migraviſſe Juſtum* dicit, anno jam notato, 5. *die Maii*: ad quem diem ejus quoque meminit Floretum Sanctorum Mſ. addito titulo *Martyris*. Atqui anno 111. jam plane ceſſaverat perſecutio. Cetera quæ nulli certiori hiſtoriæ repugnant, accipiat unuſquiſque ut volet; nobis ſatis non ſuerunt ut huic Epiſcopo inter Sanctos daremus locum, ſed inter prætermiſſos retulimus tomo 2. Maii fol. 2. litt. F. ubi correctum cupimus lib. 2. & pro *lib. 4. Hiſt. Eccl. cap. 4.* ſubſtitui *in Chronico*: nam qui ibi nominetur *Juſtus*, F non Hieroſolymitanæ ſed Alexandrinæ Eccleſiæ fuit.

Non fuit Martyr.

PARERGON II.

De Eſſenis ſive Eſſeis, per quos aliqui monachiſmum ab Elia uſque poſt Chriſtum continuatum volunt.

17 AD hujus Epiſcopi tempus pertinet locus Euſebii in Hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 22. ex Hegeſippo ſcribentis, quod *Eccleſiam*, ſcilicet Hieroſolymitanam, *hactenus virginem vocabant, propterea quod vanis ſermonibus nondum corrupta fuerat. Primus autem Thebuthis, indigne ferens quod non eſſet creatus Epiſcopus, eam occulte vitiare eſt aggreſſus. Fuit hic e ſeptem illis ſectis in Judaico populo proſeminatis .... adverſus tribum Judæ & adverſus Chriſtum, quas idem Hegeſippus recenſet, nominans Eſſæos, Galilæos, Hemerobaptiſtas, Masbothæos, Samaritas, Sadducæos, Phariſæos*. Videant ii, qui tanto ſtrepitu *Eſſenos*, Joſepho Solinoque deſcriptos, laudant ut Monaſtici ſtatus ab Elia inſtituti propagatores conſervatoreſque in lege nova, an eos ſatis veroſimiliter ab *Eſſæis* jam dictis ſecernere poſſint. Mihi Ἐσσηνοὶ & Ἐσσαῖοι idem eſſe videtur, ſicut idem eſt Ἐδεσσηνοὶ & Ἐδεσσαῖοι *civis Edeſſa*, & alia hujuſmodi infinita, invenienda apud

Hegeſippus nos lacet hæreticus ſui ævi recenſet.

Sta-

A Stephanum de Urbibus. Videri poſſunt quæ de *Eſſenis* erudite commentatus eſt in Plinianis ſuper Solinum Commentationibus Claudius Salmaſius, Pariſiis impreſſus duobus prægrandibus Tomis anno 1619. cum adhuc optime Catholicus eſſet, poſtea in tranſverſum actus non hæreticæ factionis ſtudio, ſed tædio patriæ, ubi ſe dolebat ſupremo Divionenſis Parlamenti Præſidatu jam certa ſpe præbenſo fruſtratum, neque poſtea ſic a Catholica religione alienus, quin fateretur cuipiam mihi noto, hac ſola cogitatione ſe retineri in Hollandia, quod bis mutare partes turpe nimium eſſet viro erudito, cui facile eſſet ut in forenſibus cauſis, ſic & in quæſtionibus de fide partem utramlibet tueri.

18 Ceterum in Solini commentatore parum referre puto, quam ille multum vel parum ſolide Catholicus fuerit, ubi de cauſa religionis non agitur, ſed de ſola auctoris mente cum aliis coævis conferenda; juxta quam a Salmaſio lector inveniet accurate explicatos *Eſſenorum* mores, ritus, religionem, Græcanicis ſuperſti-B tionibus permiſtam; atque mirabitur propter nonnulla, quæ videntur cum monachis poſtea ſubortis habuiſſe communia, cum ea fuerint quam benigniſſime ſumpta, dignos eſſe viſos quos monaſtici ſtatus zelatores aliqui vellent agnoſcere pro majoribus ſuis; tantum non cogitur aſſentiri Hieronymo, ſic ſcribenti de S. Hilarione: *Necdum tunc monaſteria erant in Palæſtina, nec quiſquam monachum ante S. Hilarionem in Syria noverat. Ille fundator & inſtitutor hujus converſationis & ſtudii in hac Provincia primus fuit.* Satis notus erat Hieronymo Joſephus, nec fugiſſe eum poterant quæ de *Eſſenis* habet: non tamen ipſi vel per ſomnium incidit cogitare illos Monachos fuiſſe. Quod ſane ſi fuiſſent, non potuiſſent illi non magnam præbuiſſe materiam Euſebio *de Martyribus* Palæſtinæ ſcribenti, & tamen nec ſemel quidem unum vel *Eſſenum* vel *Monachum* in certamen adducenti, toto quo perſecutio quam tractat duravit decennio; cum de Ægyptiis Monachis illuſtrium aliquot Martyrum Paſſiones extent, imprimis Sancti Cyri 31. Januarii, utque univerſim de omnibus teſtetur Sanctus Athanaſius in Vita Antonii num. 61. tantam eorum fuiſſe alacritatem una cum magiſtro ſuo palam ſe tyrannis objectantium, *ut motus judex ob Antonii ſociorumque conſtantiam, præceperit nullum penitus monachorum aut obſervare judicium aut in civitate manere*: quo tamen non obſtante legimus in C S. Petri Alexandrini Vita *monachos quoque religioſos viros cum ſuo Epiſcopo in cuſtodia carceris permanere voluiſſe.*

19 Non equidem negaverim horum diſciplinam, in ſuis quæ habuit ſub S. Marco principiis, occaſionem dediſſe Philoni, ut *quomodo Lucas narrat Hieroſolymis credentes omnia habuiſſe communia, ſic & ille Alexandriæ ſub Marco fieri Doctore cernens, quaſi in laudem gentis ſuæ librum ſuper eorum converſatione ſcripſerit*, quin & *Eſſæos* eoſdem nuncupaverit; ſed hoc nomen in Ægypto fuiſſe, vel hos originem ſuam a præmemorata inter Judæos hæreſi ſumpſiſſe neque dicit Philo, nec ſi diceret poſſet probare: ſed præſumi deberet eadem vanitate ipſos ſic appellaſſe, propter quamdam inſtitutorum ſimilitudinem, qua voluit primos Alexandriæ Chriſtianos, credi & appellari Judæos.

20 Jam quod ad *Enoch de Amathim* attinet, de quo Palæonydorus in Faſciculo tripartito lib. 2. cap. 3. quaſi is *in monte Carmeli Fratrum Rector ac Præpoſitus conſtitutus, & ad prædicationem Joannis cum quibuſdam Fratribus ſuis Chriſto junctus, ſeptimuſque in numerum 72. diſcipulus ordinatus . . . inde ab Apoſtolis Nicopoli Epiſcopus, tandem cum S. Marco profectus in Ægyptum, conſtructis ibi monaſteriis Fratribuſque religioſe inſtitutis, poſt martyrium Sancti reverſus ſit in montem* D *Carmeli, defunctiſque 7. menſis Julii anno Domini 62.* ad iſtum, inquam, *Enoch* quod attinet, talia de eo, ſine idoneæ antiquitatis teſte dicta, nemo hoc tempore prudenter admiſerit. Nec enim allegata a Palæonydoro *Hiſtoria Alexandrina*, cum *libro de inſtitutis Monachorum & ſupplemento Sigeberti de illuſtribus viris*, ipſius Palæonydori ætatem, id eſt ſeculum Chriſti 15. videntur ſuperare; nec fidem apud veræ antiquitatis ſtudioſos invenirent prædicta, licet etiam abſque Carmeli & Carmelitarum mentione apud ipſummet Sigebertum legerentur; ſed ceteris, quas plurimas ſuo Chronico inſeruit, fabulis annumerarentur, propter tot præcedentium ſeculorum ſilentium: ſicuti iis adnumerantur quæ de S. Servatio Tungrorum Epiſcopo temere creditit, tamquam hic ex S. Joannis Baptiſtæ conſobrino natus, ipſius Chriſti in tertio gradu conſanguineus fuerit, licet certum ſit vitam prorogaſſe uſque ad an. 384. Egimus nos de S. Marco ejuſque in Ægypto Apoſtolatu die 25. Martii, tamquam mortuo circa annum Chriſti 68. & ſcrutati omnia, nullum iſtius Enochi veſtigium E in antiquis de illo monumentis potuimus deprehendere.

IV. ZACCHÆUS vel ZACHARIAS.

V. TOBIAS.

VI. BENIAMIN.

VII. JOANNES.

VIII. MATHIAS vel MATTHÆUS.

IX. PHILIPPUS.

21 ANno Trajani 14. Chriſti 111. L. Calpurnio Piſone & Vettio Ruſtico Bolano Coſſ. *ordinatus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus poſt Juſtum quartus* ZACCHÆUS (Epiphanio & Nicephoro ZACHARIAS dictus) *poſt quem quintus fuit* TOBIAS, *ſextus* BENIAMIN, *ſeptimus* JOANNES, *octavus* MATHIAS (Georgio & Nicephoro MATTHÆUS vocatus) *nonus* PHILIPPUS. Epiſcopatum *Joannis uſque ad decimum nonum annum Trajani* extendit Epiphanius; Euſebius ſimul omnes perducit *uſque ad annum octavum Hadriani*, & ſic inter ordinationem *Zacchæi* mortemque *Joannis*, relatam F ad ann. Chriſti 116. anni eſſent dumtaxat ſex; atque hinc ad mortem Philippi, an. Chriſti 125. adſcriptam, fluxiſſent univerſim anni quatuordecim inter duos Epiſcopos dividendi, quibus aliorum calculi ſolum tres quatuorve annos concedunt. Theodoricus Pauli longius extra chorum ſaltat, quando *Juſtum* obiiſſe dicens anno 114. cum *Zacchæo* eique attributis ſex annis pervenit uſque ad annum 120. ſed prudentior deinceps abſtinet a notando numero annorum & Chriſti. Cauſa autem tam celeris intra tam paucos annos ſucceſſionis refundi poterit in proprium quemdam illius Eccleſiæ uſum, ex memoria grandævæ quam in *S. Simeone* ſuſpexerant ſenectutis, non niſi annoſiſſimum quemque & diutiſſime in eccleſiaſticis officiis verſatum tali gradu dignum cenſentis: neque enim gravis aliqua perſecutio a Gentilibus incubuiſſe in Judæos ſcitur, ipſique Judæi, in Ægypto Aſſyriaque tumultuantes identidem, Hieroſolymis videntur ſatis quiete egiſſe: ut proinde difficulter in illas cauſas refundi poſſit tam crebra mutatio Epiſcoporum.

22 Elogia a Theodorico Paulo ſingulis attributa ſi referri operæ pretium quis putat, hæc habeat ea utcumque libro colluta. ZACCHÆUS *Sanctus quarto loco ſuccedens, poſtquam egregie & clariſſime ſex annis Hieroſo-*

A *Alexandrum quartum*, 1255 *Pontificatus ſui anno ſecundo; & per Urbanum quartum, anno ſuo primo, ſcilicet* 1262. *Similiter per Nicolaum IV, anno ſuo ſecundo, die* 1. *Julii, anno Domini* 1282. *& per Bonifacium Octavum, anno ſui Pontificatus ſecundo, ſcilicet anno* 1294.) *Et multas Indulgentias dicto Ordini multi Pontifices conceſſerant, atque plurima privilegia dederunt (ut patet in Mari magno). Primus quoad Indulgentias fuit Leo Papa quartus, anno Domini* 848. *& Adrianus ſecundus, anno* 873. *& Papa Stephanus quintus, anno* 891. *& Sergius tertius,* 914. *Ex antiquitate tantarum Pontificum privilegiorum & Indulgentiarum faciliime excerpitur antiquitas & approbatio Ordinis noſtri, atque etiam Fratrum noſtrorum: & per plures alios ſummos Pontifices, qui ipſum Ordinem & titulum approbantes, tutiſſime confirmaverunt: in cujus Regula & Ordinis profeſſione, nos eorum ſequaces uſque in hodiernum diem, auxiliante Virgine benedicta, in diverſis mundi partibus Deo famulamur, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.*

& Maris magni Tit. Privilegiorum

B 26 Hactenus primum Caput Conſtitutionum, quod poſt pauca ſequitur Caput ſecundum *ſtatuens quod in Ordine ſint Provinciæ viginti duæ*, & earum decima *Hiſpania*, ultima nominatur *Aragonia*: de quibus Lezana, poſt explicatum Capitulum Generale anno 1417. in Conventu Balneolarum Provinciæ Narbonæ celebratum, ait: *Diviſa fuit in hoc Capitulo Provincia Hiſpaniæ in duas, quarum una vocatur Caſtella, retinens locum Provinciæ Hiſpanæ, & altera Arragonia, ultimum locum inter provincias tenens;* tunc ſcilicet quando Patribus Carmelitis primo viſum *eſt dignum & juſtum, ut Fratres prædicti Ordinis, qui ſub unius Regulæ profeſſione vivunt, uniformes in obſervantiis ceremoniarum inveniantur. . . . & ideo decreverunt Præceſſorum inſtituta, ſecundum quod Regulæ conſonant & vitæ Fratrum convenire videntur, in ſcriptis commendare:* Quæ ſic deducta legens aliquis, numquid exiſtimaret Præfationem iſtam compoſitam fuiſſe manu vel mandato electi tunc Generalis Joannis Groſſi, vel ſaltem in aliquo Generali Capitulo, in Europæ partibus celebrato, cum jam diviſus in Provincias plures eſſet Ordo, ſeculo 14. cujus verbis aliquid addiderit Groſſus, ut ſuo tempori Præfationem iſtam aptaret? Ita mihi videbantur, dolebamque id feciſſe Groſſum, quo primigenius contextus, qui de ſua ætate optimum teſtimonium præbere potuiſſet, degeneraret a ſua puritate; ſic ut, cum nequeas nunc definiri quot Provinciæ fuerint cum is ſcriberetur,

in diviſione Provinciarum 22.

quæ tamen fuerint pauciores cum iſta primum ſcribebantur,

C ſciri etiam præciſe non poſſit quandonam primo compoſitus ſit; præſumi tamen merito debeat, ea omnia ab initio continuiſſe, quæ ( ) incluſi de Alberto & Pontificiis approbationibus; ac proinde Conſtitutiones illas cum ſua Præfatione ad annum circiter 1320. pertinere, quando jam aliquam æſtimationem in Ordine habere poterat Joſephi Antiocheni in eadem citatus liber. Quantum autem additamenta Groſſi incommodaunt definiendæ certius Chronologiæ; tantum laudandi veniunt Sorethus atque Poluccius, qui textui, qualem a Groſſo acceperant, nihil addere præſumpſerunt, licet multa poſſent; imprimis nomina octo provinciarum ad viginti duas priores addiſarum intra proximos quinquaginta quinque annos, uti apparet ex Lezana, eas ad annum 1472. enumerante.

poſt circa an. 1320.

27 Nihilominus R. P. Daniel a Virgine Maria, tom. 1. Speculi num. 522. Caput ſupradictum producit, ut *excerptum ex antiquis Ordinis ſtatutis, a S. Brocardo circa annum Chriſti* 1191. *ſcriptis, & ex Libro ſermonum Richardi Ardmachani Primatis Hiberniæ.* Richardi Sermones nominatos invenio in bibliotheca Geſneri, ſimulque quod anno 1370. claruerit, ſcripſeritque varia *contra monachos mendicantes.* Ipſum non habeo, nec ſcio ubi reperiam; nam RR. PP. Carmelitæ Antuerpiæ, quibus libros ex noſtro Muſeo petentibus etiam hoc anno prompte exhibui, excuſant illum eſſe apud ſe. Aveo D certe videre quid Autmonachus iſte ſcripſerit in favorem Carmelitarum. Atque ecce Waldenſem, qui deſiderio noſtro faciat ſatis, tom. 3. de Sacrament. tit. 9. cap. 89. Hic apud Lezanam in Apparatu Cap. 6. num. 4 ſic inducit locutum Richardum in ſermone de Conceptione Virginis, habito Avenione anno 1342. *Dicunt fide digna hiſtoria, quod a tempore Eliæ & Eliſei, qui ſæpius morabantur in monte Carmelo, juxta Nazareth civitatem Dominæ noſtræ ad tria milliaria, ſolebant homines devoti ſecretius habitare uſque ad tempora Salvatoris: & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apoſtolis inter ceteros ſunt converſi: & in uno latere montis ipſius primo Eccleſiam conſtruxerunt, in loco illo ſcilicet in quo didicerant ipſam in vita ſua cum ſodalibus virginibus cohabitaſſe. Et ob hoc nimirum inter omnes Religioſos Dominæ noſtræ primitus ſunt adſcripti, ut vocarentur Fratres B. Mariæ de monte Carmelo.* Hæc vero neque ſunt Statutorum verba, qualia tamen nobis ut a Richardo deſcripta proponuntur, neque verba Joſephi Antiocheni ibidem celata, de oratorio in *montis Carmeli declivia* fabricato; cum Richardus loquatur de eo quod conſtructum fuiſſet a E Fratribus, *in loco in quo didicerunt Dominam noſtram cum ſodalibus Virginibus cohabitaſſe in latere montis;* a Nazareth *ad tria milliaria* dumtaxat diſtantis. Injuriam porro faciunt Brocardo, qui eum inducunt allegantem *quarti Regum cap.* 6. cum ibi nec ſemel quidem nominetur Elias; in toto vero iſto libro nuſquam dicatur Eliſæus in Carmelo, nedum *ad fontem Eliæ* univerſæ Scripturæ ignotum, inveniſſe habitantes diſcipulos, intelligendo *Filios Prophetarum*: ſed, ut legitur cap. 2. v. 5. *in Jericho*, unde cap. 6. v. 2. egreſſi ſunt ad *Jordanem*, ut tollerent ligna in ædificium domus.

AUCT. D. P.

nec habent hic quæ Joſephus dixit.

28 Ceterum quod ad eundem *Brocardum* attinet, cupio diſcere, ubi & quo loco, inveniatur exemplar ſtatutorum ab eo originaliter ſcriptorum, ſi enim tale extat alicubi, peſſime conſuluit Ordini ſuo auctor Speculi, quod *Monumenta antiqua* colligere rogatus & pollicitus, iſtud omiſerit efferre in lucem, quod præ aliis omnibus fuiſſet æſtimatum ab iis, qui ſolidam rerum præteritarum ſcientiam in ſuo quærunt fonte: nec enim parvi refert intelligere, quid in quoque Ordine vel ſtatu fuerit ſucceſſive mutatum. Si nullum exemplar ejuſmodi habuit, P. Daniel; ſed ſecutus eſt exemplaria ſeculo 15. ſcripta vel impreſſa, ex quibus ipſe quæ voluit ſumpſit, omiſſis aliis quæ his ( ) incluſimus, quæque non potuiſſe ex *Brocardi* calamo proficiſci palam F eſt; quæro qua certitudine poſſit aſſeverare iſtam, quam præciſe ſervavit, partem eſſe Brocardi. Scripſit, inquies, Statuta *Brocardus.* Hoc primum mihi incertum: quia apud Sanvicum, Ribotum, & Groſſum nihil tale lego; qui autem id feruntur aſſeruiſſe ſeculo 16. vixerunt. Quando autem ſcripſiſſet? *Circa annum*, inquit, 1195. Ergo ante Regulam ab Alberto præſcriptam. Conſequens igitur erat, ut illa Statuta antea pro Regula fuerint, & hæc ſi eorum epitome erat, debebas ad eorum obſervantiam Carmelitas hortari, aut ſaltem ipſorum meminiſſe. Meminit, inquiunt; petierant enim hi ſibi dari Regulam *juxta propoſitum ſuum.* Non potuerunt ergo illi habere propoſitum eremiticæ vitæ, ſub obedientia unius ducendæ, niſi ſcriptum & variis ſtatutis ordinatum? Quod ſi habebant, cur non petebant ipſamet Statuta auctoritate Legati Apoſtolici confirmari, eorum deinde compendium ipſi ſibi pro ſuo arbitratu deſcripturi? Demus tamen Brocardum, etiam ante acceptam Regulam, ſcripſiſſe aliqua, eaque reliquo corpori aliarum poſt additarum Conſtitutionum ſic nunc eſſe permixta, ut diſcerni primigenia a poſt additis nequeant: an inde conſequitur ne-

Eorum præfatio non habet Richardum Armacanum.

Eadem præfatio gratis adſcribitur Brocardo & ſic 10

qui non debet dici ante Regulam ſcripſiſſe,

nec quid ſcripſerit diſcerni poteſt.

A neceſſariò etiam ſcripſiſſe Præfationem, quam ejus eſſe, nequeas ipſemet ſuſtinere, niſi ſimul fatearis interpolatam? Quæ autem concluſio certa & evidens poteſt ex opere interpolato haberi? nam quidquid inde ſumpſeris, Interpolatori tribui poterit, nec ante probari ejus non eſſe.

AUCT. D. P.

quod tamen fateri pro ſumpſit ex dicto ſpeculi

29 Cum bene conſidero editionem Venetam anni 1499. in calce libri lego hæc verba: *Expliciunt ſacræ Conſtitutiones novæ Fratrum & Sororum B. Mariæ de monte Carmelo . . . quarum quidem Conſtitutionum nulla bona vel mala charta aut minima littera apud eumdem impreſſorem vel alium ſecularem remanſit.* Si hac fiducia R. P. Daniel omiſit quæ voluit, cetera ſub nomine Brocardi edidit (quod & alibi eum feciſſe notavimus, mutilatis quæ diſplicere poterant textibus in Vita S. Angeli & Viridario Groſſi) nolim quidem accuſare eum fraudis malignæ, cum poſſim excuſare intentionem, id ſibi licere arbitrati pro cauſa ſua, neque cogitantis fieri poſſe ut aliquis integro textu producto nudam veritatem palam exponat: non tamen poſſum non ſuſpendere fi-
B dem, donec integre producta videam quæ ipſi placuit truncata dare. Interim nec ipſi nec alteri cuipiam injuriam facere me exiſtimo, ſi dicam mihi non conſtare, quod Præfationem iſtam ſcripſerit Brocardus; adeoque nec alterum, quod inde aductum cupit, iſtum Joſephi Antiocheni librum, ætate Brocardi priorem eſſe. Illi vero etiam amplius petunt, exiguntque ut credam, Joſephum illum *proximum temporibus Apoſtolorum vixiſſe ſub annum Chriſti 130.* Quo autem teſte? *Teſte*, inquit Lezana, *Poſſevino in apparatu*. Ad pœnam libri Poſſevinum ſic lego: *Joſephus Antiochenus, vetuſtiſſimus fertur fuiſſe auctor. Vixit anno 130. Philippus Riboтus.* At Ribotus ubique qui mulii allegantur lib. 5. Speculi cap. 8. nihil de anno neque de ætate: Poſſevinus, ut apparet, id ſolum retulit quod fama ferebatur, nihil ſolicitus quam ea fundata eſſet: & forte alicubi pro 1300. Cyfra una per fraudem extrita vel per errorem omiſſa, invenit ſcriptum 130. quod ad alia feſtinantem decepit: quem ejus lapſum prudenter diſſimulans Bellarminus, in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis, Joſephum tacitus prætermiſit.

& Joſephū vult vixiſſe an. 130

30 Ipſum opus, quod, ut ait Lezana, *tempus edax rerum abſumpſit vel ſub bibliothecarum latebris abſcondit*, licet non affirmaret Emanuel Romanus in Elucid. Carm. ſe in Univerſitatis Salmanticenſis bibliotheca vidiſſe & legiſſe, vel ex ſola tamen Riboti atteſtatione ſatis cre-
C dimus, extitiſſe: ſed vehementer dolemus, nec ipſi nec alteri veniſſe in mentem ut illud luci daret. Quam multi præter eum id legerint neſcio, cum enim omnes non niſi unum eumdemque locum tranſcribant, potuerunt invicem ovium inſtar ſuiſſe ſecuti, & alter tranſcripſiſſe ex altero, nulla adeundi fontis cura aſſumpta. Triumphatori interim tam aſſeveranter dicenti, *Carmelitanam hiſtoriam veram eſſe aut nullam*, & hunc auctorem tamquam a præcipuis teſtibus unum identidem appellanti, incumbit probare, non ex unius Poſſevini Fartur, ſed ex irrefragabilis certitudinis documentis, quod ſæculo Chriſti ſecundo revera floruerit inter Eccleſiaſticos ſcriptores aliquis *Joſeph Antiochenus*, quodque ille ſcripſerit librum *de perfecta militia primitivæ Eccleſiæ*, denique quod liber iſte qui nunc citatur revera ſit talis per omnia, ut credi debeat verus ac ſincerus antiquiſſimi Antiocheni Joſephi fœtus eſſe. Concluſio enim hiſtorice evidens, qualem Triumphator intendit, non poteſt elici niſi ex præmiſſis hiſtorice evidentibus. Tantum autem abeſt ut de prætenſo Joſephi libro habeatur ejuſmodi certitudo, ut S. Hieronymi & totius antiquitatis de eo ſilentium, & impoſſibilitas examinandæ veritatis propter defectum exemplarium, ſuſpenſum cogant hærere eum, qui novit quam multa

quod non debet intercepta fama credi.

ſed aſſeveranter eſſet probandum

D opera, de quibus antea vel pauci vel nulli dubitabant, quin ejus auctoris ac temporis eſſent quod præferebant, hoc critico & omnia explorante ſeculo, non ſolum in ſuppoſitionis adulterationiſve ſuſpicionem adducantur, ſed evidentiſſime convincantur. Obvia ubique exempla ſunt, etiam in his noſtris Actis; & tot Decretales, Romanis Pontificibus per ſummam imposturæ impudentiam ſuppoſitæ, quot videre eſt in nova Conciliorum editione juſtiſſima cenſura damnatas, fidem faciunt nullum eſſe tam ſanctum argumentum, quod non attrectaverint conſarcinatores fabularum. Denique res tantæ conſequentiæ credi non debet ex alieno arbitrio & judicio, quod quam ſolidum ſit non poteſt ulla ratione comprobari, donec prodeat liber ipſe de quo præjudicant homines, in aliis non recte judicaſſe comperti.

31 Cæterum ex primo antiquiſſimarum quas hactenus novimus Conſtitutionum Capite, integre fideliterque hic repræſentato, ſigillatim notem ex illa, quam P. Daniel omiſit parte, luce meridiana clarius innoteſcit, quanta in Carmelitanum Ordinem obrepſerit propriæ originis ignorantia, intra unum aut ſeſqui ſeculum ab obitu Brocardi; cum ſcilicet credebatur pri-
E mus *Albertus in unum Collegium congregaſſe Fratres*. Duravitque ſimilis de eodem *Alberto* ignorantia uſque ad hoc præſens ſeculum, prout infra patebit ex litteris a Generali Stratio ad Aubertum Miræum atque ab hoc ad noſtrum Bollandum datis: ut facile ignoſci debeat iis qui deinde laudabili conatu incubuerunt ad eruderandas ſui Ordinis hiſtorias, ſi veterum errorum occupati præjudiciis non omnia recte ſunt aſſecuti. Sed quemadmodum hæc venia non gravate datur, ſic nec debent Socii eorum ægre ferre, ſi quis ab ipſis rogatus imo coactus, & ab inſtrumento ad id neceſſario rerumque iſtiuſmodi tractandarum experientia multo locupletius inſtructus, neque iiſdem reſpectibus quibus iſti impeditus a diſcernenda melius veritate, aliquid adferat, quod non viderint. Nam quod dicunt *Stultum plus videre domi propria quam ſapientem aliena*, aut ad rem nihil facit, aut nimis craſſe acceptum veritati repugnat & quotidianæ experientiæ. Non ita Franci reſponderunt Henſchenio; poſtquam eis medium inter duos Dagobertum, annis jam mille ab hiſtoricorum memoria abolitum, eruit ex indubitabilibus iſtorum temporum monumentis; ſed gratulati peregrino homini, id F
aſſecuto foris, quod eorum nemo domi invenerat, etiam hodie continuant plauſus, ſtudentque inventam ab eo ſemel certioris chronologiæ viam novis noviſque monumentis nummorum, diplomatum, hiſtoriarum expeditiorem reddere. Neſcio quomodo exceptæri illi ſint temeritatem Triumphatoris, *Dagobertum II. ab Henſchenio confictum* non dubitanter aſſerentis, quia tali Rege poſito, *contradicitur Chronicæ de geſtis Francorum, Ivoni Carnotenſi & Trithemio*, quaſi id curandum eſſet in re evidenti, & ex monumentis coævorum ſcriptorum longe certius quam ex multo poſt natorum hallucinationibus diſcenda.

Interim apparet ex illa Præfatione ignotam fuiſſe auctoribus originem Ordinis,

quæ adhuc poſſit melius erudiri,

32 Porro ſicut in Speculo, ſane non tam fideli quam prædicatur, omnia illa cæte omiſit P. Daniel, ex quibus præjudicium aliquod intento a ſe fini creari poterat, ſi tam profundam hiſtoriæ propriæ ignorantiam obſervari contigeret, in eo, quod totum Ordinem repræſentabat, & cujus definitione compilatæ primum Conſtitutiones fuerunt, Capitulo Generali; ſic & deinceps relaturus partem alteram primi Capitis de Indulgentiis, abolevit mentionem *Maris magni*, hoc enim manifeſtum additamentum erat Joannis de Novelaria, quia non plures anni quam 23. effluxerant a tempore datæ Bullæ, quam eo nomine Carmelitæ appellant. Bulla autem iſta nihil continet de Indulgentiis: quare nec trahi huc debet

quam ſit in Speculo non ſatis fideli.

bet

A bet allegatio *Maris magni*. Quod autem ſub eodem nomine laudatur ab aliis, velut antiquiores iſtas Indulgentias continens; id ſuppoſititium eſſe alibi docuimus, ſicut & fictitiæ ſunt Indulgentię omnes, ſub ea quæ prætenditur forma ante ſeculum x. Tale eſſe agnovit ipſe Lezana, quando (1) neque in peculiari de Mendicantium Ordinum Privilegiis opere, nec in ſuis Annalibus auſus eſt illud referre, aut ejus vel minimam facere mentionem, eo ubi id maxime exigebatur loco, videlicet ad annum 1476. Sixti Papæ quarti xv. quo ipſum fuiſſet datum.

X. SENECA.

XI. JUSTUS.

XII. LEVI.

XIII. EPHREM.

B XIV. JOSEPH.

XV. JUDAS qui & QUIRIACUS.

33 HAdriani Imperatoris anno 8. Chriſti 124. *Manlio Acilio Glabrione & C. Bellicio Torquato Coſſ. Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopus decimus* Seneca (Georgius Henacas, in MS. Membrana Senthyas nuncupatus) *undecimus* Justus *alias, duodecimus* Levis ſive Leve, *decimus tertius* Ephres ſive Ephrem, *decimus quartus* Josas ſive Joseph, *decimus quintus* Judas: *quorum omnium ex circumciſione exiſtentium numerus ad quindecim pertingit, uſque ad Judæorum deſtitionem ab Hadriano:* pro quo Hieronymus, Euſebii Chronicon Latinum faciens, ſubſtituit, *uſque ad everſionem quam ab Hadriano perpeſſa eſt Jeruſalem*. Rebellaverunt autem Judæi anno Hadriani XVI. qui contra eos ipſam Judæam depopulantes exercitum miſit ſub ducatu Tynnii Rufi: & anno 18. ejuſdem Imperatoris, Chriſti 134. debellatum eſt. *Ex quo tempore etiam introeundi eis Hieroſolymam poteſtas ablata eſt, primum Dei nutu, tum mandato Romanorum, ſuntque in omnes regiones diſperſi*. Anno inter duos jam dictos medio, *C. Iulio Servilio Urſo Severiano II. & C. Vibio Iuventio Vero Coſſ. Cochebas, Dux Iudaicæ rebellionis, Chriſtianos, nolentes ſecum pugnare contra Romanos, variis modis excruciavit*, ſive, ut Hieronymus Euſebium interpretatur, *omnimodis cruciatibus necavit*. Quem autem prius ac potius quam eorum Epiſcopum? Itaque cum Euſebio hic potius mortem ejus colloco, quam eam differo uſque ad annum Antonini 11. Chriſti 149. cum Epiphanio.

Ab an. 124 Epiſcopi ſin,

uſque ad an. 133.

C

34 De *Juda* modo dicturus congruum cenſeo præmittere elogia, deceſſoribus ejus a Theodorico ſcripta; non quia ea magni momenti ſint, ſed quia ſatis veroſimiliter excogitata, & quoad *Judam* ſaltem magnum in certiori hiſtoria fundamentum habent. Sunt autem hujuſmodi.

eorum Elogia ex Theodorico,

Seneca, Seneca *Sanctus, B. Philippo ſuccedens, rexit decimo ordine ſaluberrime Eccleſiam Hieroſolymorum, & poſt curſum hujus Vitæ quievit in Chriſto, cujus feſtum colitur 10. die Ianuarii.*

Justus *Sanctus, Sacerdos Deo dignus, præfuit feliciter: fuit quippe vir omnium virtutum merito conſpicuus & Sanctus. Qui tandem conſummato felicis certaminis curſu, ſummi præmii bravium a Deo glorioſe accepit: cujus feſtum colitur 24. die Novembris.* D Auct. Juſti,

Levi *Sanctus, Principatu Eccleſiæ Hieroſolymitanæ aliquo tempore perfunctus, migravit in cœleſtem Jeruſalem, victis omnibus Babylonicis. Fuit enim vir ſcientiarum divinarum ſolertiſſimus indagator atque egregius prædicator, quique in præſentia multorum Iudæorum mortuum ſuſcitavit in nomine Ieſu, atque multos eorum propterea ad fidem Chriſti convertit. Cujus feſtum colitur prima die Martii.* Levi,

Ephrem, *vir inclitus ac prædicator egregius, rexit Eccleſiam ſuam, tempore Ælii Hadriani Romanorum Imperatoris, aliquanto tempore. Qui poſtquam in vinea Domini fideliter laboraſſet, & velut egregius pugil Domini conſtanter certaſſet, fidem Chriſti enuntiando tam Iudæis quam Gentilibus, magnam catervam ex eis fidei jungendo & baptizando, tandem martyrio coronatur. Cujus feſtum colitur xv. die Aprilis.* Ephrem.

Joseph *Sanctus ſuccedens, rexit Eccleſiam ſuam valde magnifice: fuit enim Sanctus in omnibus operibus ſuis, & multorum operator miraculorum. Tandem infinita ſuſtinens a Iudæis incommoda & tormenta, propter conſtantiam prædicationis ſuæ contra eos, licet fuerat Iudæus natus & circumciſus, martyrii corona coronatus cœlum perpetim regnaturus intravit; cujus feſtum colitur 6. die Auguſti.* Joſeph, E

Judas *Sanctus martyr, decimus quintus Patriarcha electus & conſecratus, in maxima tribulatione & perſecutione tam Eccleſiæ quam Civitatis Sanctæ, tam a Judæis quam a Gentilibus, feliciſſime rexit. Qui diro tormentatus a Judæis, & ſæpius diverſis pœnis laceſſitus propter fidem Chriſti, quam non ſolum in Jeruſalem verum etiam in circumviciniis civitatibus & oppidis ferventiſſime prædicabat, tandem ſub Hadriano Imperatore capitis obtruncatione coronam martyrii meruit accipere: cujus feſtum colitur 10. Aprilis.* Judas,

35 Hactenus Theodoricus Pauli, cui quoad dies ſingulorum hic notatos conſentit Floratium MS. excepto quod *Judam* ultimo nominatum omittat. Hunc autem ad diem 4. Maii opinati ſumus ipſum eumdem eſſe, qui hujus menſis Kalendas obtinet in omnibus Hieronymiani Martyrologii ecgraphis aliiſque vetuſtioribus Uſuardo, his verbis: *In Hieroſolymis natalis S. Iudæ ſive Quiriaci Epiſcopi*, alibi *S. Quiriaci qui & Iuda*, & *S. Iudas qui cognominatus eſt Quiriacus*. Et quia certo demonſtramus, eum qui ab Uſuardo 4. Maji notatur eum duplici iſto nomine, tamquam Dominicæ Crucis index ſub Conſtantino & Martyr ſub Juliano, nullum fuiſſe in rerum natura, ſed cum tota ſuæ Paſſionis hiſtoria purum putum eſſe figmentum; ideo exiſtimavimus veroſimillimum eſſe, eum quem 1. Maii Hieronymus Martyrologio ſuo adſcripſit, eſſe hunc ex circumciſione ultimum; quem etiam Martyrem obiiſſe, etſi non ſcriberet Theodoricus, quod parvi faceremus; perſuaderent tamen verba Euſebii de Cocheba, ſuperius recitata.

Hunc putamus etiam Quiriacum dictum,

F

in Martyrologio Hieron. 1. Maii

PA-

* (1) *Lege*, quando in peculiari de Mendicantium Privilegiis opere non eſt auſus illud referre. *Et dele reliqua iſtius numeri. Error hic profluxit ex alio in Aprili, ubi mihi, neſcio quomodo, obrepſit, ut tom. 1. pag. 793. lin. 18. agens de Annalibus, ad an. 847. mentionem Sixtinæ cujuſdam Bullæ facientibus, adderem;* in tomo autem quarto ad Sixti Pontificatum, ubi proprius locus erat agendi de Sixtina prædicta, rurſum de ea altum ſilet, & ſolum de prima, nobiſque etiam indubitata loquitur. *Pro quibus lineis ſubſtitui velim hæc pauca verba:* & rurſus tomo quarto ad an. 1477. *Exemplum do, quod ſequantur illi, quibus ſuſpecta eſt ſinceritas mea, nihil de ſua viciſſim probanda ſolicitis*. Ex Append. Tom. VII. Maii pag. primæ edit. 697. col. 1.

A AUCT. D. P.

PARERGON IV.

De Auctoribus elogiorum Patriarchalium apud Theodoricum, & dierum etiam in Florario MS. notatorum.

36 JAm ſæpe laudatus Euſebius, Cæſarienſis in Palæſtina Epiſcopus, non niſi 26. leucis ab Hieroſolymis, Chronicon ſuum, quo utimur, finivit in vicennalibus Conſtantini Auguſti, anno 327. Nicomediæ cœptis celebrari: ac deinde Hiſtoriam Eccleſiaſticam edidit, in bujus Hiſtoriæ lib. 4. cap. 5. de omnibus hactenus nominatis & recenſitis ſic loquitur: *Epiſcoporum tempora, qui Eccleſiam Hieroſolymitanam rexerunt, quoniam (ut fertur) vitam ad breve admodum temporis ſpatium propagabant, nuſquam ſcriptorum monumentis ſervata reperio. Tantum tamen ex quorumdam ſcriptis animadverto Epiſcopos numero quindecim, ad obſidionem Adriano regnante contra Judæos factitatam, gradatim ſuccedendo illic fuiſſe. Quos univerſos ex Hebræorum ſtirpe (totam namque eorum Eccleſiam ex Hebræis fidelibus* B *coaluiſſe conſtat) ſatos memorant, atque adeo Chriſti cognitionem ingenue vereque amplexatos; ita ut ab illis qui jam tum de rebus ejuſmodi recte judicium ferre poterant, revera officio & miniſterio Epiſcopali digni judicarentur. Qui quidem ab Apoſtolorum tempore ad eam tum obſidionem, in qua Judæi, iterum a Romano Imperio deſciſcentes, fuere non exiguis prœliis afflictati, ſerie ſucceſſionis continuata eam Eccleſiam rexerunt.* Atque hinc luce meridiana clarius patet, eos qui vel annorum numerum definire ſingulis, vel mortis diem determinare; vel de eorum virtutibus miraculiſque in particulari ſcribere aliquid præſumpſerunt, id feciſſe ex ſui capitis phantaſia propria; ac proinde in iis, quantumcumque vero ſimiliter excogitatis, nullum haberi fundamentum ad aliquam ſolidam in re hiſtorica concluſionem. Dies autem ſingulorum feſti, notati apud Theodoricum & Florarii auctorem, æque gratuitum eſſe inventum aliquorum, qui ipſos ab Euſebio ſic laudatos, colendos ſibi eſſe putarunt; & verum cujuſque natalem ignorantes, pro ſuo commodo cuique aſſignarunt diem aliquem beneplacitum.

Eoſ ſibi ſingentes Epiſcoporum tempora diſſolute notans;

non eſſe fidendum deſcriptionibus recentioribus;

37 Hoc ut poſſit intelligi erit operæ pretium animadvertere, quo loco & tempore jam ſæpe citatum *Florarium Sanctorum* ſcriptum ſit. Hoc autem in concluſio- C ne libri, ubi ſui operis finem & cauſam reddit auctor, ſic indicatur: *Nos in Occiduo conſtituti Sanctorum Pontificum* (ſcilicet Clementis, Anteri, Fabiani & Gaji, qui paſſiones Martyrum ſcribi curarunt) *laborem pariter & diligentiam conſiderantes, ſeculares hiſtorias de cetero conſcribere aut chronica colligere ſine neceſſitate poſtpoſuimus, ad quas colligendas ardore quodam ab ineunte ætate noſtra ferebamur: & adjuvante Altiſſimo hoc Promptuarium Sanctorum breviter & ſuccincte collegimus, & ad finem per nos conceptum duximus, ad vitæ noſtræ emendationem & legentium ædificationem, anno ſalutis 1486. die Luciæ Virginis glorioſæ.* Sequitur poſt Concluſionem *Catalogus Sanctorum Ordinis Canonicorum Regularium qui in hoc Florario Sanctorum continentur.* Hoc nobis indicio eſt, ex eo Ordine ipſum auctorem fuiſſe: & quoniam in tota hujus libri ſcriptura nihil occurrit earum mendarum & emendationum, quæ paſſim deprehenduntur in libris non autographis, ſed ab alio originali tranſcriptis; non poſſumus dubitare quin idem auctor ſit qui ſcriptor: hic vero nomen ſuum in fine ſic ſcribit: *Iſtud Florarium Sanctorum pertinet Ven. D. Henrico de Eych Canonico eccleſiæ B. Catharinæ Eyndovienſis, Inveſtito Parochialis eccleſiæ de Weeld manu ſua propria ſcriptum.* Denique eadem manu, ſed atramento multo magis vivido ac recentiori additur, *Datum Domino* D *Gerardo, Abbati monaſterii Averbodienſis, conſanguineo ſuo, cui tenetur ipſe Dominus Henricus in 16. Florenis Renenſibus & 17. Stuferis ex mutuo.* Iſte autem Abbas *Gerardus*, Ordinis Præmonſtratenſis in Brabantia, inſtallatus an. 1501. bibliothecam inſtauravit, & vixit uſque ad ann. 1532. Loca vero hic nominata, ſcilicet *Everbode* Abbatia, *Eyndhovia* Municipium, *Weeld* Parochia, ita in triangulo ſe reſpiciunt, ut ſeptem horariis leucis ab ſe invicem diſtent.

aut diebus notatis in Florario:

quod ſcriptum ſuit an. 1486

ab Henrico de Eych Can. Reg. in Brabantia,

38 Rurſum Theodoricus Pauli, quem ex ſerie Abbatum S. Michaelis Antverpiæ, uſque ad Olardum Teerlinch & Joannem II. perducta, ſcimus poſt ann. 1452. ſcripſiſſe, in Chronico fol. 28. originem & ſeriem tenens Dominorum de Borſſalia, vocat ſe *Vicedominum eccleſiæ Collegiatæ Sanctorum Martini & Vincentii in Gorinchen partium Hollandiæ Trajectenſis diœceſis* (Ultrajectenſem nunc vocamus) quod oppidum vulgo *Gorcum*, *Eyndhovia* & *Weelda* diſtat circiter decem Leucis. Ad Moſanum quoque univerſum tractum in E Leodicenſi agro, Ducatibuſque Brabantiæ, Geldriæ, Limburgi ac Cliviæ fuerunt plura, ſuntque adhuc non pauca monaſteria Canonicorum Regularium; quorum aliqui *Sepulcrini* dicuntur, utpote deducti a Canonicis, tempore Arnulphi Patriarchæ ad ſancti Sepulchri cuſtodiam deputatis; alii *Cruciferi*, a Cruce quam geſtant in veſtibus, caput Congregationis ſuæ habentes Hoi, qui etiam ipſi, tamquam Hieroſolymis deducti Patronum ac Fundatorem appellant S. Cyriacum, Dominicæ Crucis (uti credunt) indicem ſub Helena Regina. Ab alterutris horum, non ſolum ſcriptam dixerim eodem ſeculo, quo Theodoricus & Florarii auctor vixerunt, iſtam Patriarcharum ſeriem, ſed etiam iis (quos omnes ut Sanctos laudat Euſebius) attributum fuiſſe cultum aliquem, definito cuilibet die magis commodo. Neque enim putes quod ita acceperint a majoribus ſuis ex Terra ſancta: quia ſi hoc foret, apparerent nomina in Kalendariis Carmelitarum & Rhodienſium, ſecundum uſum Eccleſiæ S. Sepulchri deſcriptis; ſicut docui in Aprili, ubi de B. Alberto, cap. 9. Viſum igitur ipſis fuerit in aliquo apud nos Provinciali Capitulo inſtituendum ejuſmodi cultum ipſo illo ſeculo 15. quo potiſſimum inter religioſos Ordines, eos præſertim qui videri volebant Minoribus & Prædicatoribus antiquiores, cœpit certari de antiquioribus Sanctis in partes ſuas F trahendis.

tum Theodoricus ſcribens Gorcomii;

& Sepulcrini Cruciferique ad Moſam florebant.

39 Iſta porro omnia nequaquam otioſe hic dicta ſunt, ſed juvabunt ad amolienda offendicula, quæ occurrent in Patriarcharum Hieruſolymitanorum ſerie, prout ea ab auctore ſuo, ex apocryphis noviciorum ſcriptorum ſomniis, non uno loco interpolata habetur apud prædictum Theodoricum. Qui vir diligens magis quam doctus, omnia, ut reperit, ſic deſcripſit, nullo cum diſcrimine; ut plane nobis ſit inſtar ſagenæ illius Evangelicæ, ex omni genere piſcium congregantis, quam educentes & ſecus littus inexhauſtæ antiquitatis ſedentes, conamur pro modulo noſtro bonos in vaſa operum horum colligere, malos autem foras ejicere. Sic Vitam *S. Caroli Magni Imperatoris* in libro Bellorum Dei tranſcriptam, repudiavimus ut farraginem ineptiſſimarum fabellarum, ſub nomine Turpini Remenſis Archiepiſcopi imperitis obtruſam; Legendam autem B. Petri Thomæ Carmelitæ, in eodem volumine nobis oblatam, non dubitavimus dare in lucem, tamquam vere compilatam ab auctore coævo & familiari, atque ut plurimum ſocio & ſecretorum ejus omnium conſcio: neque dubitamus quin noſtrum de utraque judicium æquis unuſquiſque probaverimus.

illius Theodorici opera cum diſcretione utimur,

40 Probavit certe totus Ordo Fratrum B. Mariæ de monte Carmelo, & tamquam beneficium æterna gratitu-

quod quiſque æquus agnoſcet

A titudine dignum retulit; ſed quid aut quare probarent, non æque omnes intellexerunt. Nam qui noſtros in Martio & Aprili de ſui Ordinis Sanctis Commentarios, quatenus præjudicatis opinationibus ſuis minus favebant, ſuſcepit exagitandos TRIUMPHATOR ante victoriam, capere non poteſt, quomodo ad *6.* Martii daturi Vitam S. Cyrilli Prioris in Carmelo tertii, ut erat a Palæonydoro & Boſtio edita, non ſine ſcrupulo id fecerimus; ſed lectorem monuerimus, quod quando vixerunt auctores iſti (vixerunt autem in confinio ſeculi 15. & 16.) *effluxerant anni circiter trecenti a temporibus illis, quibus geſta fuiſſent quæ de S. Cyrillo ab illis narrantur, tam præclara & illuſtria ut mererentur antiquorum ſcriptis confirmari;* nihil autem tale notaverimus ad Vitam B. Petri Thomæ, a cujus obitu, qui contigit an. 1366. uſque ad annum editionis noſtræ, totidem etiam anni circiter effluxere. Negat etiam ſe capere poſſe, cur enumeratis recentioribus Ordinis hiſtoricis, *qui* relata a Palæonydoro & Boſtio *ut hiſtoriam certam tranſcribunt*, adeo
B ut ex eis formandas curarint pro divino Officio Lectiones, *novarum narrationum curioſum lectorem ad eos remittamus;* non æque latuei, ſi alius quiſpiam ſub tali appellatione lectorem ſuum remitteret ad prædictam B. Petri Vitam, quæ ut eſt a nobis edita, videtur ipſi potiori jure dicenda *Narratio nova*. Non oportet tam multis annis ſtuduiſſe Hiſtoriæ quam ipſe Theologiæ, ut quis reſpondeat, ingens eſſe auctoritatis diſcrimen inter ſcriptores coævos & longe ſerius natos; quædam etiam in ſe ipſis tam grandia tamque illuſtria eſſe, ut eo loco ac tempore geſta cui accuratiſſimorum ſcriptorum copia ſuppetebat, ſi ab eis prætereita, diu poſt eſſeeantur ſine teſte idoneo, apud prudentem hiſtoriarum æſtimatorem vel nullam vel exiguam fidem obtineant, donec invenerit quibus ea confirmet: denique non a tempore quo quid imprimitur, ſed ab eo quo ſcriptum eſſe probatur, ipſis rebus geſtis prope vel longe remoto, ſumi appellationem *novæ* aut *veteris narrationis*. Et hæc ignorans, laudatur ut *Hiſtoricus profundiſſimus, Solidus, Solers, Accuratus, non niſi veritate triumphante Triumphans*. O judicia!

pro reſponſo alteriori eſt minus aptus.

XVI. MARCUS.

Marcus ab an. 135. ad 156.

41 HAdriani Imperatoris anno 19. Chriſti 135. *Pompejano Luperco & L. Junio Attico Acilano Con-*
C *ſulibus Hieroſolymis primus ex Gentibus conſtituitur* MARCUS, *ceſſantibus poſt eos qui ex Circumciſione fuerant*, & ſedit uſque ad Conſulatum *Silvani & Augurini*, id eſt uſque ad annum Chriſti 156. Hic ſub Antonino Imperatore obiiſſe dicitur apud Euſebium, Uſuardum, Adonem, ſecutis reliquis cum hodierno Romano, ornaturque a jam dictis Martyrologiis titulo *clariſſimi & doctiſſimi viri*, ad diem ejus Natalem, qui ponitur 22. Octobris. Errant autem &, ipſi & alii poſt eos, dum ſcribunt, quod *non multo poſt* Ordinationem ſuam *Martyrii meruit palmam*; nam ab Hieronymo dantur anni 21. qui a Nicephoro aliiſque anni ut minimum 8. numerantur.

an etiam Martyr?

Theodoricus Pauli ſic loquitur: *Cœpit iſte S. Marcus Eccleſiam Hieroſolymitanam, grandi terrore diſperſam, fide & induſtria ſua congregare & regere: quia civitas Jeruſalem, in Romanorum jus converſa, ritum penitus mutavit & nomen*, ſcilicet a domitore ſuo Ælio Hadriano *Ælia* nuncupata. Sed quod de martyrio *S. Marci* omnes dicunt, præter Euſebium, difficilem fidem invenit; tum ob illius ſilentium, qui ſolicitiſſime Martyrum paſſiones requirens, Hieronymiano Martyrologio conſcribendo materiam ſuppeditavit, nec tamen *Hieroſolymis Epiſcopum Marcum* adſcribendum ſuggeſſit; tum quia jam ante annos aliquot, publico ipſius Imperatoris edicto, cohibita fuerat perſecutio Chriſtianorum, & vix credibile eſt Hieroſolymis pertinacius ſævitum eſſe quam Romæ. Baronius edictum iſtud retulit ad annum 155. eo quod S. Teleſphorum Papam & Martyrem uſque huc vixiſſe exiſtimaret: ſed ex antiquis Pontificum Romanorum catalogis, per Conſules annos optime digeſtis ante Aprilem noſtrum, *S. Teleſphorus* coronatus fuit anno Chriſti 138. *Cæſare & Balbino Coſſ.* Sed hæc de S. Marci martyrio accuratius examinanda erunt ad dictum ejus natalem diem. D

AUCT.

XVII. CASSIANUS.

XVIII. PUBLIUS.

XIX. MAXIMUS.

XX JULIANUS.

XXI. GAJANUS ſive GAJUS. E

XXII. SYMMACHUS.

XXIII. GAJUS.

XXIV. JULIANUS.

XXV. CAPITON, ſive APION.

42 ANno Antonini Pii 19. Chriſti 156. *Plautio Silvano & Sentio Augurino Coſſ. Hieroſolymorum Epiſcopatum decimus ſeptimus ſuſcepit* CASSIANUS, aliique eo ordine relati ab Euſebio, perductique uſque ad Conſulatum *Materni & Bradue*, qui Magiſtratum inierunt anno Chriſti 185. ita ut novem illi, quorum ultimum alius *Apionem* dici, ait Georgius, annos non plures quam triginta inter ſe partiantur. Theodoricus Pauli, CASSIUM ſeu CASSIANUM *feliciter migraviſſe* ſignificat: PUBLIUM laudat, ut *plenum virtutum*, nullo utrique addito mortis aut cultus die. Sequitur apud eum MAXIMUS *Sanctus, Doctor Evangelicus*, qui *rexit poſt Publium Eccleſiam ſuam doctrinis & ſalubribus inſtitutis: quique ſuo tempore maximis perſecutionibus Judæam quatientibus martyrio vitam finivit*. Videtur indicari *perſecutio mota in Aſia*, quam Hieronymus *quartam numerat*, anno 7. M. Antonini Veri & L. Aurelii Commodi Imperatorum, Chriſti 166. cujus etiam perſecutionis anno 3. paſſus eſt S. Polycarpus, Epiſcopus Smyrnæ, die 26. Januarii. Utinam de *Maximo* æque certo & ex æque antiquis monumentis conſtaret. Conſtaret autem, puto, per Euſebium vel Hieronymianum Martyrologium, ſi verum foret quod hic aſſeritur. F

Alii 9 uſque ad an. 185 cum elogiis Theodorici.

Caſſianus, Publius, Maximus,

43 JULIANUS *Sanctus, præfuit fructuoſe Eccleſiæ ſuæ, præbens ſe omnibus normam & exemplar omnium virtutum. Tandem adminiſtrato Sacerdotio Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, civis regni cæleſtis, intravit nuptias Agni Paſchalis 7. die Aprilis*. Nihil de eo Florarium, neque nobis ad dictum diem quidquam occurrit, ratione cujus eum vel inter Prætermiſſos poneremus. Fuit alioqui Paſcha celebratum die 7. Aprilis, ipſo quo perſecutio ſuſcitata dicitur anno 156. MS. Rulæ Epiſcopum hunc nominat JULIUM.

Julianus,

44 GAJUS ſive GAJANUS, *Doctor egregius rexit Eccleſiam feliciter. Iſte S. Gajus primus celebravit Quadrageſimam & Paſcha more Chriſtianorum. Qui, poſt multorum Gentilium converſionem migravit ad Chriſtum, cujus feſtum colitur 21. die Junii*. Refertur hoc die etiam in Florario. Sed nec hujus nomen alibi reperimus relatum inter Sanctos. Quod additur de ritu celebrandi Paſchatis eo ſpectat, quod teſte Euſebio lib. 5. cap. 23. *Omnes*

Gajanus,

Digitized by Google

AUCT. D. P.

A *per Aſiam* (ſcilicet Minorem) *Eccleſia , vetuſta quadam traditione nixa , quarta decima luna ſalutaris Paſcha feſtum diem celebrandam eſſe cenſebant , quo die preſcriptum erat Judæis , ut Agnum immolarent : eaque omnino luna , in quemcumque demum diem ſeptimanæ incidiſſet , finem jejuniis imponendum eſſe ſtatuebant : cum tamen reliquæ totius orbis Eccleſiæ alio more uterentur , ut ſcilicet non alia quam Reſurrectionis Dominicæ die jejunia ſolvi liceat. Synodi ob id cœtuſque Epiſcoporum convenere : atque omnes uno conſenſu Eccleſiaſticam Regulam univerſis fidelibus per epiſtolas tradiderunt , ut videlicet nullo alio quam Dominico die myſterium Reſurrectionis Domini unquam celebretur , atque eo dumtaxat die Paſchalium jejuniorum terminum obſervemus. Exſtat ,* inquit Euſebius, *etiamnum Epiſtola Sacerdotum , qui tunc ,* id eſt anno Chriſti 198. *in Palæſtina congregati ſunt : quibus præſidebant Theophilus Cæſareæ Palæſtinæ & Narciſſus Hieroſolymorum Epiſcopus.* Eſt quidem ſatis veroſimile , quod Judaicus mos retentus Hieroſolymis fuerit , ſub Epiſcopis primis quindecim , utpote Judæis & habentibus Eccleſiam ex ea potiſſimum gente conſtantem ; ſed quod ſubeuntibus in eorum locum aliis , a jugo Legis Moſaicæ

B conditione nativitatis ſuæ ſolutis , adhuc per 30. annos continuatus fuerit ritus Judaicus , certiori eget probatione ; maxime cum Romanis , Judæos prorſus excluſos volentibus , non potuerit non vehementer diſplicuiſſe ejuſmodi memoria Judaiſmi.

Symmachus ;

45 Julianus II. *alio nomine* Symmachus , *ſancto Gaio in adminiſtratione Hieroſolymitanæ eccleſiæ ſubrogatus , præfuit tempore validæ perſecutionis Eccleſiæ Catholicæ. Et licet Eccleſia Hieroſolymitana virgo fuerit , quia nondum adulterinis verbi ſubreptione corrupta : tamen quia pullulaverant hæreſes in multis Eccleſiis , iſte S. Julianus cum multis aliis Epiſcopis & Doctoribus reſtitit , eaſque a ſua Eccleſia eliminavit. Tandem plenus virtutibus migravit ad Chriſtum.* Ad perſecutionem quod attinet , ea videtur continuata ſaltem uſque in annum X. Antonini, quando *Melito Sardicenſis in Aſia Epiſcopus Imperatori Apologeticam tradidit pro Chriſtianis :* qui illa vexatione ſoluti , mox exercitati cœperunt a Montaniſtis , Cataphrygas dictis , Encratitis a Tatiano ſuboortis , & diſcipulis Bardeſanis cujuſdam auctoris alterius hæreſis , uti ad annum 11. ac 12. prædicti Imperatoris ſcribit Euſebius.

C Verum ea eodem vidimus virginitatis teſtimonium , ab Hegeſippo Eccleſiæ Hieroſolymitanæ datum , non ſe extendere ultra ætatem Juſti III. Epiſcopi.

Gajus ;

46 Gajus II. *Pontificatum tenuit in Jeruſalem poſt S. Julianum : cujus eruditione & gratia , quam habebat in verbo Dei , fruebantur non ii ſolum populi quos regendos ſuſceperat , ſed & procul poſiti , quos per Epiſtolas , aliquando per ſeipſum ad fidem perduxerat , & confortaverat , & ad Evangelii credulitatem florentiſſime animando invitabat. Tandem feliciter quievit.* At contra eſt , quod neque epiſtolarum ejuſmodi ulla ſit mentio apud Hieronymum & ſimiles ſcriptorum Eccleſiaſticorum nomenclatores , nec appareat unde earum certa notitia potuerit poſt tot ſecula veniſſe ad auctorem elogiorum.

Julianus alter ;

47 Julianus III. *ſuccedens , Eccleſiæ gubernacula & moderamina ſuſcepit. Iſtius ſancto labore & induſtria redivivus calor fidei per Judæam reparatus , dilatabatur per omnem regionem. Tandem quievit.* Georgius Syncellus atque Nicephorus Patriarcha CP. huic Juliano ſufficiunt 25. loco Eliam , qui *duobus annis* ſederit : ſed non apparet unde eum , Euſebio & Epiphanio ignoratum , tanto poſt accipere ſecure potuerint , & numerum illo interjecto augere , maxime cum Euſebius lib. 5. Hiſt. c. 12. adnumerans nomina Epiſcoporum a Marco ad Narciſſum , *qui continuo ſucceſſionis ordine triceſimus ab Apoſtolis fuit ,* alleget *ſeries Epiſcoporum , quæ in illius Eccleſiæ Archivis ſervantur ,* uti vocem αὐτόθι , illic , interpretatur Henricus Valeſius.

D

Capito ;

48 Capito XXV. *Patriarcha ordinatus , velut Lucifer ſplendidus enituit , quippe maximis virtutibus & optimis divinis ſtudiis præditus , quibus ad meliorem profectum Eccleſiæ ſuæ populus aleretur ; & recta fidei inſignia edocuit. Erat enim ſolicitus erga curam plebis ſuæ , ac ſe tamquam pium & religioſum patrem ſingulis exhibuit. Demum conſummato curſu vitæ ſuæ , glorioſe deceſſit ab hac vita.* Non habeo quibus hæc affirmem vel infirmem, ſuntque ejuſmodi ut cuivis Epiſcopo Sancto conveniant. Excellit in talibus elogiis multiplici phraſi concinnandis Martyrologii Gallicani auctor Andreas Sauſſayus , iſta in primo flore ætatis commentus ; quæ ut inſigniter aures & librum implent , ita vacuum a ſcientia lectorem auditoremque dimittunt , & propterea merito contemnuntur ut hominis , ſuo & alieno otio abutentis. Ætate maturiori ſolidius idem auctor ſcripſit , dimiſſa cura ſui illius Martyrologii illuſtrandi annotationibus , ad indicandos fontes & veritatem aſſertorum ſuorum probandam promiſſis. Videbat enim ſe eas non poſſe abſque multiplici retractatione ſic ſcribere , ut ſatisfaceret viris eruditis cordatiſque , quorum dubitationibus objectionibuſque pulſabatur undique , ſæpe etiam convincebatur multa temere imperiteque congeſſiſſe. Nolim

E

hoc ſiniſtro alicui affectui imputari , ſed ut neceſſario monendum pro nonnullis , qui Gallicanum iſtud Martyrologium ſuſpiciunt , velut opus totius Nationis conſenſu elaboratum , cum diſpliceat pluribus in ipſa Gallia , æque ac Hiſpanicum Tamayi in Hiſpania.

XXVI. MAXIMUS.

XXVII. ANTONINUS.

XXVIII. VALENS.

XXIX. DOLICHIANUS.

XXX. NARCISSUS.

XXXI. DIUS.

XXXII. GERMANION.

XXXIII. GORDIUS.

F

ITERUM NARCISSUS.

Ab an. 185 per annos 80. Epiſcopi octo ;

49 A*nno Commodi Imperatoris* VI. Chriſti 185. *Triario Materno & M. Atilio Bradua Coſſ. Hieroſolymorum Epiſcopus 26. conſtituitur Maximus ,* cui alii prænominati octo in ordine ſucceſſerunt , Sedemque tenuerunt per annos circiter 80. *Et tantis ,* inquit Hieronymus in Chronico , *conſtitutis Epiſcopis , non potuimus diſcernere tempora ſingulorum , eo quod in præſentem diem Epiſcopatus eorum anni minime ſervarentur.* Non poſſumus igitur Catalogis Georgii & Nicephori credere , ſuum cuique tempus definientibus ; ſed neque Epiphanio , juxta quem Julianus *ad* 11. *annum Antonini Pii pervenit ,* qui eſſet annus Chriſti 149. Cajus *ad* 8. *annum Veri ,* Chriſti 168. Maximus *ad annum* 16. *Veri ,* Chriſti 176. Dolichianus *ad Commodum uſque ,* id eſt ad annum Chriſti 180. Dius *uſque ad Severum ,* id eſt uſque ad annum Chriſti 193. Gordius *uſque ad Antoninum ,* ſcilicet Caracallam , ſeu Chriſti annum 211. Narcissus *idem qui ſupra iterum uſque ad Alexandrum Mammeæ filium ,* qui regnare cœpit anno Chriſti 222. Euſebius enim , tanto proximior & loco & tempore , ſecundum Narciſſi Epiſcopatum finit in anno ſecundo Antonini Caracallæ prænominato. Ruſæi Catalogus , omiſ-

A omiſſo ſecundo Narciſſi Epiſcopatu, *Gordio* immediata ſubjuogit *Alexandrum*. Georgius Syncellus Narciſci ejuſdem primum Epiſcopatum præponit *Dolichiano*: & pro *Gordio* nominat SARDIANUM. Rulæi MS. tacet de reditu Narciſci ad Epiſcopatum, & ſic in recenſendis deinceps Epiſcopis uno numero deſtituitur; ſicut Georgius & Nicephorus, propter Eliam loco 25. inſertum, uno numero abundant. Atque hæc de ordine Catalogorum. Quod ad elogia attinet, ea apud Theodoricum Pauli ſunt ut ſequitur.

Ex Theodorico Elogia S. Maximi,

50 S. MAXIMUS II, *vir doctus & multum devotus, ſuccedens tempore perſecutionis, ordinatur Patriarcha anno Domini* 184. *Erat namque ſanctus & tam potens in verbo & doctrina validuſque in diſputationibus, ut plurimos etiam nobiles viros præter populares habuerit ſectatores. Nam erat zelo divino & fervore ſpiritus plenus: quique eaſdem quas Apoſtoli tradiderant prædicationes divinæ fidei, integras illibataſque cuſtodivit & ſuit ſervare præcepit. Demum poſt ærumnas præſentis vitæ, delicias ſupernorum ſpirituum pro merito vitæ lætus recepit.* In Flora rio ad diem 30. Aprilis, legitur nomen alicujus *Maximi Hieroſolymorum Epiſcopi*, neſcio an hujus an alterius poſterioris, qui in hodierno Romano ponitur ad 5. Maji,

B cum glorioſo titulo *Confeſſoris*, qualis revera fuit aliquis, ſub Maximino cauſa fidei relegatus. Tale autem nihil de hoc dicitur, ſed nec perſecutio ulla fuit, cum hic *Maximus* Epiſcopatum ſuſcepit, ac ne multis quidem annis poſt, uſque ad annum 10. Pertinacis, Chriſti 203. quando *perſecutione inter Chriſtianos facta, Leonides Originis pater glorioſa martyrii morte transfertur*, uti poſt Euſebium ſcribit Hieronymus, *Perſecutionem quintam* exordiens numerare.

Antonini,

51 ANTONIUS *ſuccedens rexit eamdem Eccleſiam in omni puritate vitæ: erat enim ornatus ſacris virtutibus, ſimiliter & miraculorum gratia, quæ ſibi a Domino Ieſu Chriſto conceſſa fuerat: & ſic miniſterio ſuo feliciter complete quievit in Domino.*

Valentis,

52 VALENS *ſuccedens in Patriarchatu, rexit Eccleſiam egregie, edocens ſubditos ſuos Evangelicis cohortationibus in fide perſiſtere, & vitare hæreticorum contagia, atque Evangelica inſtituta antiquitus tradita a Patribus cuſtodire & ſervare, & a vera fide nullatenus declinare. Poſt hæc migravit.*

Dolichiani

53 DOLICHIANUS *Valenti ſuccedens, rexit fructuoſe: quo tempore (maximis perſecutionibus Ieruſalem & Iudæam quatientibus, per Præfectum Romanorum) conſtanter ani-*
C *mavit gregem ſibi commiſſum in fide ſtare, & virtutes ſequi: deinde anno Domini* 196. *requievit in Domino.*

Narciſſi

54 NARCISSUS *Magnus, trigeſimus Patriarcha, præfuit Eccleſiæ ſuæ, tempore Caracallæ Antonini: ordinatus fuit anno Domini* 197. *rexit eam in omni patientia & virtute..... Diffamatus injuſtiſſime ſubterfugit Eccleſiæ multitudinem, & in deſertis locis atque agellis ſecretioribus delituit annis plurimis. Cum vero ita ſe abdidiſſet, ut ubinam degeret nullus agnoſceret, neceſſarium viſum eſt Epiſcopis vicinarum Eccleſiarum, ut alium pro ipſo ordinarent. Electus eſt ergo ſequens S. Dius.*

Dii,

55 DIUS, *loco S. Narciſci ordinatus præfuit in omni ſanctitate: non enim confidebat in ornatu ſermonis nec in ſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in humilitate ſpiritus & ſinceritate conſcientiæ: ſed parvo tempore præfuit. Tandem poſt inſignia virtutum plenus virtuoſis operibus quievit in Chriſto.*

Germanionis

56 GERMANION *ſive* GERMANUS *ſuccedens, rexit eccleſiam inſigniter: erat enim rectæ fidei Epiſcopus & zelator Evangelii, prædicans dogmata divinitus inſpirata: Tandem quievit.*

Gordii,

57 GORDIUS, *vir potens in miraculorum opere & ſermone doctrinæ, concorditer conſtitutus eſt: tandem migravit de ſeculo nequam.*

58 NARCISSUS *Magnus, trigeſimus Patriarcha, qui & ſuperius, poſt obitum felicem Gordii glorioſi Patriarchæ, cum Epiſcopi circumjacentes Hieroſolymis convenisſent ad ordinandum aliquem virum tanto Sacerdotio dignum; ecce ſubito velut redivivus cœloque redditus ex improviſo apparuit S. Narciſſus. De cujus adventu ingens lætitia facta eſt per totam ſanctam civitatem, tam in Clero quam in populo: ſtatimque rurſum a Fratribus ad præſidendam Eccleſiæ rogatur. Igitur præfuit iterum ſuæ ſanctæ Eccleſiæ, multis annis, docens & ſuadens de regno Dei omnibus ſuis. Tandem ſenex & plenus dierum, de terra ad cœlum, ex hominibus ad Angelos, de miſeria & ærumna ad perpetuam lætitiam migravit anno Domini* 214. 29. *die Octobris.* D

AUCT. D. P. & iterum Narciſſi.

59 Florarium MS. retulit memoriam *S. Dii Epiſcopi Hieroſolymorum* ad 11. Januarii, ubi eſt a nobis inter prætermiſſos relatus. *Narciſſus* a Græcis commemoratur 7. Auguſti: ſed Latini, auctoribus Uſuardo & Adone, dictum 29. Octobris ei aſſignarunt. Et vero dignus erat, cujus, licet dies natalis ignoraretur, memoriam tamen annue faceret Eccleſia, propter virtutes & miracula ſua, ſe relata ab Euſebio lib. 6. cap 8. & 9. quæ loca præ oculis habuit Theodoricus, annos Domini de ſuo calculo addens, nec multum extra viam procurrens.

XXXIV. ALEXANDER MARTYR.

E

Anno 210. ordinatus, coleitur Martyr,

60 ANtonini Caracallo anno 11. Chriſti 212. M. Pompeio Aſpro & P. Aſpro Coſſ. *Hieroſolymorum Epiſcopus conſtitutus eſt Alexander*, vivente, ſed nimium ſeni *Narciſſo* adjunctus: de quo legi poteſt Euſebii hiſt. libro 6. capit. 9. 19. 20. & 39. ubi denique dicitur quod in perſecutione Decii, *poſt præclaram atque illuſtrem Chriſtianæ fidei confeſſionem, in Præſidiali judicio editam, tandem in cuſtodia animam exhalavit*, quod & confirmatur ultimo illius libri Capite, ex epiſtola S. Dionyſii Epiſcopi Alexandrini. Dignus profecto hic fuit, quem Eccleſia ſuſciperet annuo cultu venerandum: quod faciunt Latini 18. Martii, quando prolixe deſcripſimus. Græci idem faciunt 16. Maji & 22. Decembris, priori tamen die ſine ullo elogio: nam quod in Ambroſiano MS. legitur, etſi nomen *Alexandri* præferat, eſt revera *Macarii*, qui Nicænæ Synodo præſens Arium damnavit, & loca ſacra exornavit eccleſiis. Obiit Alexander in perſecutione ſeptimo anno Chriſti non 259. (uti per typothetæ errorem habetur in opere noſtro ad marginem) ſed 249. Similis error Theodorico obrepſit, ſcribenti elogium ejus, (quod hic referre nihil attinet, & melius integriuſque habetur ex Euſebio) ipſumque ſic finienti: *Martyrizatus fuit anno* 253. *in feria* 6. *die* 18. *Martii, poſtquam* 39. *annis præſediſſet Eccleſiæ Hieroſolymitanæ*. Nempe *Narciſſum* dixerat anno 214. obiiſſe: a cujus morte, qui annos ſolum 15. 16. vel 18. relinquunt *Alexandro*, Nicephorus, Georgius & MS. Rulæi, debent ipſum *Narciſſum* in vivis retinere uſque ad annum circiter 232. Ceterum non anno 249. habente litteram Dominicalem G. ſed anno 253. habente litteram B. dies 18. Martii concurrit cum feria 6. hebdomadæ, ut ſaltem in notando feriæ ac diei concurſu inveniatur non erraſſe auctor, licet annum alium quam debebat aſſumpſerit. F

a Latinis & Græcis.

XXXV. MAZABANES.

Sedit ab an. 250.

61 IMperante *Decio*, ipſoque & *Annio Grato Coſſ.* Chriſti vero anno 250. *Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo apud Cæſaream Palæſtinæ ob martyrium interfecto*, MAZABANES *Epiſcopus conſtituitur*, ut ait Hieronymus in Chronico, unde ſuppletur defectus

A Græci contextus Euſebiani. MS. Rulæi FLAVIUM appellat, & 25. annos ejus Epiſcopatui tribuit, aliis ſolum 21. ponentibus: Hieronymus vero etiam plures requirit, utpote ſucceſſorem ei dans anno 266. Ceterum quia Hieronymus dicit, quod *Alexandro apud Cæſaream interfecto, & Antiochia Babyla, Mazabanes & Fabius Epiſcopi conſtituuntur;* prout in magis integro Euſebii Chronico veroſimiliter legerat: hinc puto Rulæano ſcriptori obrepſiſſe, ut pro *Mazabane*, *Flabiam* ſcriberet. Mihi certe agenti de S. Cyrillo ad 18. Martii num. 25. obrepſit, ut, non unum, ſed duos unius Sedis Hieroſolymitanæ ſucceſſive Epiſcopos *Mazabanem, & Fabium, aliis catalogis ignotum*, ſcriberem: quod ibi corrigi velim, & *Fabium* Antiochenis relinqui. Theodoricus in Chronico *vocat virum ſanctum & per omnia laudabilem*, qui rexit *eccleſiam ſuam in omni patientia & doctrina ſana*, dumque eam *in pace gubernabat, tandem feliciter in Chriſto quievit Nonis Iunii*, quando etiam inſcribitur nomen ejus Florario Sanctorum. Sed credibile eſt quod perſecutio, a Valeriano Imperatore contra Chriſtianos mota, quæ S. Cyprianum in Africa coronavit anno 256. etiam Hieroſolymitanæ Ec-

B cleſiæ pacem turbarit. Non tamen diuturna perſecutio fuit: quia tyranno in Perſidem abducto, Imperii ſocius Gallienus pacem reddidit Chriſtianis.

AUCT. D. P.

Diſtinguendus a Flavio Antiocheno.

XXXVI. HYMENÆUS

Sedit ab anno 266. ad 298.

62 ANno 13. *Gallieni*, Ipſo 7. & *Sabinillo Coſ. Hieroſolymorum Epiſcopatum tenet* HYMENÆUS, teſte Hieronymo (nam hic, ut in prioribus, Euſebii Græcus textus nos deſtituit) qui ſi ab anno 266. ſedit uſque ad 298. quando ſucceſſorem ejus idem Hieronymus nominat, neceſſe eſt ut ſederit annis 23. ſicuti recte habet Nicephorus, aliis decennium male omittentibus. Atque in hoc Epiſcopo finit Epiphanius ſuum Epiſcoporum Hieroſolymitanorum Catalogum, perductum *uſque ad Aurelianum & Probum Imperatores*, id eſt ad annum Chriſti 266. & ſcriptum anno 377. annis quinquaginta poſt Euſebium, idque in Cypro ubi erat Epiſcopus, cum hic ſcriberet Cæſareæ in Palæſtina. Theodoricus bene dicit, quod *ſedit tempore maxima perſecutionis*, & veroſimiliter addit, quod *tandem plenus virtutibus cælos aſcendit æternaliter victurus cum Chriſto.* Sane vivente eo perſecutio excitata fuit a Diocletiano, mox atque Imperii collegam ſumpſit Maximianum, & anno ejus 11.

C qui fuit Chriſti 295. magis exarſit: ſeipſos tamen viſi ſunt viciſſe tyranni anno 303. Verum non hanc perſecutionem intellexerit Theodoricus, utpote ultimum *Hymenæi* annum faciens quem ex Hieronymo ſcimus fuiſſe ſecundum; adeo ut appareat quod ejus Epiſcopatum ad Decianam perſecutionem retulerit.

XXXVII. ZABDAS.

Ab an. 298.

63 A*Nno Diocletiani* 24. Chriſti 298. *Eccleſia Hieroſolymitorum trigeſimus ſeptimus Epiſcopus, ordinatur Zabdas.* Ita Hieronymus in Chronico, exactiſſime ſupputans numerum: nec enim propter reſumptam a Narciſſo Sedem ſuam multiplicandus eſt numerus Epiſcoporum, ſic ut idem Narciſſus nominetur *trigeſimus & trigeſimus quartus* ſicuti feciſſe videtur Euſebius, eo ſuo facto occaſionem præbens Nicephoro duos *Narciſſos* ex uno faciendi, atque poſteriori loco ſcribendi Νάρκισσος ὁ δεύτερος, pro quo ſcribi debuiſſet τὸ δεύτερον *ſecunda vice*. Idem Nicephorus non recte dat *Zabda* annos 10. melius MS. Rulæi, ubi 4. notantur ex mente Hieronymi, & (ut credo) etiam Euſebii, licet in Græco textu id modo non appareat.

64 In MS. Florario ad 6. Maji habetur Memoria D *Zabda Hieroſolymorum Epiſcopi*, & adduntur verba de Thebæis, a nobis ad iſtum diem inter prætermiſſos relata: eademque paulo auctiora ſic habet Theodoricus: *Hic S. Mauritium Ducem, cum nobiliſſima Legione militum, convertit & baptizatum in fide confortavit, atque ad militandum contra Paganos, non Chriſtianos, juſſu Imperatoris, informatos remiſit. Qui poſtquam rexit 30. annis in omni bonitate & patientia, refertus multis meritis, migravit ad Chriſtum, anno Domini* 297. quomodo ſcilicet antea ſcripſerat, quod *Hymenæus cælos aſcendit anno Domini* 268. Quod autem ad *Thebæos* attinet, certum eſt, eos ex Aſia in Europam accerſitos ad conficiendum Maximiano Duce bellum Bagaudicum, quodque is de eo confecto triumphum egit anno 286. die 1. Aprilis. Oportet ergo ut reditus ejus e Gallia, & Sanctorum Martyrium die 22. Septembris apud Agaunum, contigeris anno præcedenti; multoque citius ipſi *Chriſtianæ religionis ritum Orientali traditione a Hieroſolymitano Epiſcopo exceperint*, in Actis per Eucherium Epiſcopum Lugdonenſem ſcriptis non nominato Zabda, uti veroſimile eſt nec nominatum fuiſſe *Romanæ urbis Pontificem, apud quem confirmaverunt eandem* E *Chriſtianitatis fidem quam acceperant*. Sed poſtquam aliquis *Marcellini Papa* nomen iſtic infarſit, conſequens viſum eſt ut Hieroſolymitanus Epiſcopus fuerit *Zabdas*, in calculo Theodorici, juxta Chronicon Euſebianum Hieronymi. *Hymenæo* igitur, deceſſuri immediato *Zebda*, videtur ea laus deberi.

cui male tribuitur conversio Thebæorum.

XXXVIII. HERMON.

Ab an. 302.

65 A*Nno Diocletiani* 18. *Eccleſia Hieroſolymitanæ vigeſimus octavus præfuit Hermon*, ut habet Hieronymus, adeoque ſedere cœpit ut minimum anno Chriſti 302: & ſic initia ejus inciderunt in ſummum furioſiſſimæ perſecutionis æſtum, ut quo mirum fuit potuiſſe ſervari, cum Eccleſiarum Præſules penitus abolendos potiſſimum intenderet tyrannorum diligentia. Laudatur igitur a Theodorico, non ſolum quod *rexit Eccleſiam multum ſapienter*, verum etiam quod *adveniente perſecutione Catholica Eccleſia, Apoſtolicam quam ſuſceperat Cathedram illibatam conſervavit.* Sed male additur, *anno Domini* 301. *carne ſolutus, conjunctus eſt gaudiis Supernorum*: cum ſucceſſor ejus a S. Hieronymo referatur ad annum 8. Conſtantini, Chriſti 314. Ut vere Georgius Syncellus, finiens in Diocletiano ſuam Chronographiam, quam Theophanes continuandam excepit, ingredienti in Sedem ſuam *Hermoni* F dederit annos 12. pro quibus Nicephorus & membrana Rulæi perperam habent ſolum annos 9.

PARERGON V.

De Epiſcopis Apoſtolicis, ab Hermone in Tauroſcythiam miſſis, & Hiſpanicis figmentis inde natis.

Hermon celebris in Menæis.

66 H*Ermonis* Epiſcopi inſignem memoriam continent Menæa Græcorum ad 7. Martii, ubi eamdem illuſtravimus commentario & notis. Hiſtoria ipſa ſic incipit. *Anno ſexto decimo Imperii Diocletiani* (fuit is annus Chriſti 300.) *cum Hermon ſanctiſſimus Hieroſolymorum Pontifex ad varias gentes Epiſcopos ablegaſſet, qui Apoſtolico more verbum Dei prædicarent & Chriſtum annuntiarent, miſſi quoque ab eo ſunt in Tauroſcythicam regionem Deiferi Patres noſtri, Ephram quidem in Scythiam, Baſileus vero Cherſonem .... Deinde rurſus poſt Baſilei mortem, Eugenius, Agathodorus, Elpidius appulſi ſunt*

A *ſunt Cherſonem, & miſſi ut ſolutem iis annuntiarent; In hos quoque impii inſurrexerunt, ac vinctos crudeliſſimeque verberatos mactarunt, anno uno poſt cædem SS. Baſilei & Ephram.* Secutus eodem aſt *poſt annos plures miſſus Hieroſolymis Ætherius Epiſcopus*, qui eccleſia bene iſtic conſtituta, cum auxilio Conſtantini Magni, dum Byzantium rurſus proficiſcitur gratias acturus Imperatori; *oppreſſus ab impiis, in Danaprin projectus, martyrii curſum peregit 6. Martii. Miſſa deinde ad magnum Conſtantinum legatione Capitonem Epiſcopum acceperunt.* Hæc ſumma Hiſtoriæ, non cum compendio paucarum linearum, ut paſſim aliæ in Menæis, ſed integre per duas columnas relatæ; ſtylo ſimplici & perquam accurato, prout videre eſt in noſtro Martio; cui ad majorem auctoritatem addi poſſit, quod totum illius diei Officium de ipſis, Canonemque acroſtichum hiſtoriæ conſonum, ordinaverit ac compoſuerit S. Joſephus Hymnographus. Quod addo, ne quis forte in Menæis parum verſatus, ſcandalum accipiat ex verbis Bollandi noſtri, in Præfatione generali profitentis, ſuſpecta nimis ſibi fuiſſe Menæa, ne Schiſmaticos habeant admixtos veris Sanctis. B Hoc enim ille de recentioribus inter Menæa occurrentibus nec aliunde notis dicit; minime autem de antiquis, quales ſunt iſti Cherſonis Apoſtoli, quorum hactenus cultus celeberrimus etiam apud Moſcos perſeverat.

Et officium a S. Joſepho Hymnogr. compoſitum.

67 Interim fuerunt illi prorſus ignoti Latinis, uſque dum Guilielmus Sirletus poſtea Cardinalis, ex Menæis prædictis quamdam Græci Menologii ideam opera ſatis levi concepit; quam tamen manu ſcriptam nactus Cæſar Baronius, Cardinalis poſtea etiam ipſe, tanti fecit, ut Martyrologium Romanum recogniturus atque aucturus, præcipuam fere auctarii materiam inde acceperit. Ergo quia Sirletus, præcipiti nimis calamo dies Sanctoſque confundens 10 Martio, diem etiam quintum ſextumque tranſiliens ſub nota diei quartæ ſic ſcripſerat. *Eodem die Sanctorum martyrum & Pontificum apud Cherſonem Baſilii, Eugenii, Agathodori, Elpidii, Ætherii, Capitonis & Ephrem*; nihil amplius de iis ſciens Baronius, mutata leviter phraſi ſcripſit, *Apud Cherſoneſum paſſio Sanctorum Epiſcoporum Baſilii &c.* addiditque nomina *Neſtoris & Arcadii*, fortaſſis in ecgrapho illo ſuo per amanuenſis ſocordiam prioribus juncta, cum alioqui ſatis diſtinxerit Sirletus ſeptem priores proponens ut Martyres Cherſonæ; poſteriores duos, ut Epiſcopos Trimithuntiorum in Cypro, in pace defunctos. Hæc ſi in Martio noſtro ſuſe deducta dignatus fuiſſet legere C TRIUMPHATOR noſter, non exploſiſſet ut ſutilia, neque voluiſſet iis præterea Dextrini Chronici novitium fabricatorem, qui *Cherſoneſi* nomen a Baronio uſurpatum, ambiguum eſſe videns inter regionem Tauricæ & urbem antiquam Hiſpaniæ, nec aliam notam temporis additam; impune futurum ſibi, neque detegi poſſe mendacium credidit, quo omnes novem tranſcriberet Hiſpaniæ tamquam S. Jacobi Apoſtoli diſcipulos; qui ſinguli deinde ſingulos in ea Epiſcopatus crearint, & Toletanum imprimis *Elpidius*. Quod ſi etiam Februarium, Martium, Aprilem pervolviſſet, inveniſſet ad ſingulos pœne dies de iſtiuſmodi turpiſſimis plagiis convictum Pſeudo-dexterum ejuſque ſequaces, pari fide confictos; Neque magni feciſſet quod adhuc aliqui in Hiſpania, ut veros & antiquos auctores tueantur, quos non ſolum exteri paſſim omnes, ſed multi etiam Hiſpani eruditiores nunc abjiciunt.

Memoria loci obſcurata a Sirleto, *Et poſtea a Baronio,* *Unde a Pſeudo-dextro tranſlati in Hiſpaniam.*

68 Necdum falſitas adeo explorata erat, quando Præfationem generalem ante Januarium ſcripſit Bollandus, inter Syrtes, quas velis remiſque evitatas in ſuo Opere cupiebat, tertiam nominans Chronicon Dextri & Luitprandi Adverſaria, non ita pridem tunc edita. Itaque, Hiſpanis ea tunc paſſim defendentibus, primis illius menſis diebus eorum ipſe auctoritatem ſecutus eſt, D ſed ſutoros deinceps cautior, proteſtari maluit, quod *iſtorum ſcriptorum gratia nollet deſcendere in certamen cum bellicoſa gente, nec etiam eorum auctoritate temere niti, præſertim ſi alii melioris notæ ſcriptores refragarentur*. At in Februario, jam ſecurior de ſenſu plerium eadem in gente eruditorum virorum, deque univerſali Galliæ totius abnutu, fidentius protulit Cap. 4. Præfationis *judicium ſuum de Dextri, Maximi, Luitprandi, Juliani Chronicis Hiſpanienſibus*; dediſque rationes, cordato cuivis homini ſufficturas, *cur ea magnis illis auctoribus adſcripta falſo eſſe arbitraretur*. Ut autem hanc totius operis formidatam ſibi Syrtem paulatim didicit uſu frequentique prætervectu contemnere; ſic & alias duas ibidem propoſitas non ita nobis cavendas cenſebat, quin eas quoque auderemus tentare, cum exploratior eſſet fundus. Interim, ſicuti poſt agnitam Carmeliticorum monumentorum incertitudinem pœnitentia ductus, quod perſuaderi ſibi ſiviſſet, ut ad 5. Januarii imprimi ſineret ex illis ſumptam S. Teleſphori Papæ vitam, manum deinceps ab ejuſdem Ordinis rebus abſtinuit, eaſque totas ſocio Henſchenio dimiſit, haud paulo cautius eas tractaturo; ſic & in Hiſpanicis iſtis E fecit, vehementerque probavit ab ſocio detegi recurrentes identidem evidentium impoſturarum convictiones: quarum frequentia certiſſimos nos reddidit, ea Chronica, non ſolum multipliciter vitiata eſſe & interpolata (quod ipſi quoque eorum patroni Bivarius atque Tamayus plus vice ſimplici dolent & fatentur) ſed integre conficta ab homine phantaſtico, qui de æternorum judiciis nihil ſolicitus, ſperaverit Hiſpanicæ nationi facile ſe impoſiturum commentis ſuis, per quæ tantus virorum illuſtrium & antiquorum Sanctorum numerus in Hiſpaniam adduceretur, & grande robur accederet traditioni de adventu S. Jacobi ad eas partes, deque aliis multis rebus vulgo gratis, atque imprimis ſententiæ piæ de Immaculata Virginis Conceptione.

Et a Bollando primum [illegible] AUCT. D. P. *Et ab Hiberis probatus,* *tandem tota ficta apparent,*

69 Sed fruſtra fuit. Cum enim ille ſe habuiſſe diceret ex noſtri Fuldenſis Collegii in Germania manuſcriptis; prudentiores quidam Hiſpani, certi non ita facile fidem habere tot tantiſque novitatibus in Hiſtoriam ſuam eccleſiaſticam inducendis, identidem recurrerunt per litteras Fuldam: idem autem reſponſum ſemper referentes, nihil ſimile ibi viſum vel auditum fuiſſe umquam, dederunt operam ut in Hiſpania colligerentur F fragmenta, ea prætenſo Fuldenſis Codicis apographo ſparſa per manus variorum, eaque conferrent, tum inter ſe, tum cum Hiſtoria Toletana ſcripta ab ejus manu, qui ad ſe miſſum primum ecgraphum dixerat, aliiſque perſuaſerat verum eſſe, & ad ſingulos pœne paſſus eo uſus erat. Ea hiſtoria, pluribus tomis Mſ. digeſta, poſt mortem auctoris, una cum aliis auctoris chartis venerat in manus Comitis de Mora, atque hoc defuncto tranſlata erat in Bibliothecam Comitis de Villa-umbroſa; uti docet laudatus in primo Parergo Excellentiſſimus Marchio, lectorem ſuum alloquens ante *Diſcurſum hiſtoricum pro Patronatu Segovienſi S. Fructuoſi, contra ſuppoſitionem S. Hierothei in Cathedram illam, ex prætenſa Dexteri auctoritate*, impreſſum Cæſaraguſtæ anno 1666. Idem deinde ipſum illud argumentum in majus opus extendit, cujus jam primam partem habemus excuſam anno 1671. ſecundam cupidiſſime expectamus. Titulus operis eſt, *Diſſertationes Eccleſiaſticæ pro honore antiquorum Tutelarium contra fictiones hodiernas*, ubi *Diſſertatio 3. continet examen novi Dexteri, fictionem ejus, & enormes diſproportiones, modumque adhibitum ad conciliandum ei auctoritatem & fidem*. Hanc legat qui volet, nec enim nunc vacat Latine reddere: & jam alibi ſcilicet ante Vitam S. Iſidori Agricolæ 15. Maii, exhibuimus

poſt inquiſitionem factam Fuldæ, *& ſuſpectos ſibi hos auctoris autographos.*

Auct. D. P.

Quomodo detecta ſit alia ſimilis Auberti Hiſpalenſis.

A mus fraudem, in Chronico Juliani Petri fabricando uſurpatam, & eodem prorſus modo detectam.

70 Simili ſucceſſu, quo Dexteri & Juliani figulus, uſus eſt Fr. Gregorius de Argaiz monachus Benedictinus, tribus grandibus libris, ſub titulo *Populatio Eccleſiaſtica in Hiſpania & notitia primorum ejus decorum, inventa in ſcriptis Gregorii Epiſcopi Granatenſis & Chronico Auberti Benedictini*, editis Madriti an. 1667. 8. & 9. quibus hoc agit, ut prioribus illis fictionibus fidem conciliet, & novis de ſui Benedictini Ordinis apud Hiſpanos antiquitate figmentis addat auctoritatem. Vix enim prodierant libri, cum viri eruditi venerunt in cognitionem modi, quo etiam iſta fuerunt conſarcinata, declarante eum certiſſima fide Don Petro Ferdinandez de Pulgar Canonico Pœnitentiario Eccleſiæ Palentinæ, per epiſtolam ſcriptam Fr. Hermenigildo a S. Paulo, in verificationem teſtimonii, quo ſibi conſtare dixerat de auctore Don Antonio de Zapata Lupiano. Eſt ea epiſtola valde prolixa, ſed per omnes rei geſtæ gradus circumſtantiaſque neceſſarias tali cum accuratione deducta, ut in tanta articulorum ſignandorum copia brevior eſſe non potuerit, nec ad fidem etiam in judicio faciendam

plane ſimilis priori;

B quidquam convincentius exoptari. Omnibus porro conſideratis & expenſis apparet has poſteriores fictiones cum prioribus convenire in eo, quod ſicut hæ ex Bibliotheca Fuldenſis codice fideliter deſcriptæ, ita illæ ex San-Victorina Pariſiis Bibliotheca dicerentur eſſe originaliter acceptæ, utriuſque Bibliothecæ poſſeſſoribus negantibus aliquam earum notitiam memoriamve apud ſe extare; item quod, ſicut apographum ex Germania miſſum nuſquam invenitur inter ejus chartas qui accepiſſe ſe dixerat, nec ipſum is voluit aut potius non potuit umquam exhibere; ſic nec illæ originales membranæ Aubertinæ, Longobardica, ut dicitur, littera ſcriptæ & in Hiſpaniam allatæ, uſquam compareant: quodque ii, quibus earum aliquid oſtendere ſe finxit Lupianus, plane diverſa teſtentur de forma litterarum & materia chartæ. Item quod impreſſa collata cum extractis ipſius Lupiani manu fragmentis, aliiſque documentis ac MS. ecgrapho Pulgarii, infinitis locis deprehendantur diſcrepare, prout allatis pluribus exemplis in epiſtola iſta probatur; poteſtque hujus rei fides authentica quotidie ſumi, æque ac de Dextrinis impreſſis, ad Villumbrenſanæ bibliothecæ manuſcripta collatis. Denique utriſque MSS. commune eſt, quod eadem qua primum ſcriptæ

C ſunt manu, ſed atramento diverſo, ad margines atque inter lineas inveniantur correcta, mutata, interpolata, cancellata & truncata: quæ omnia evidenter demonſtrant, non eſſe illas correctiones a librario factas ad aliud originale; ſed ab eo qui originaliter compoſuit ſingula, & ſuum illum fœtum identidem relambens ſucceſſive formavit, parum memor quid exinde communicaſſet cum aliis, antequam quid mutaret & ſuam extremam compoſitionem Fr. Gregorio Argaiz vulgandam daret. Hunc vero partem habuiſſe in fictione illa, non velim dicere, haud tamen facile poterit excuſare, quod tantæ conſequentiæ membranas non curaverit ipſe videre; cum Burgenſis diœceſis, in qua Lupianus vivebat, & Matritum ubi ſcribebat Argaiz, non multum diſtent in nova veterique Caſtella.

71 Hæc ſi comperta ſic habuiſſent RR. PP. Carmelitæ, credo non fuiſſent indignati, quod Societatis noſtræ ſcriptores aliquos, ad ejuſmodi fraudes cavendas minus inſtructos, ſequendos nobis non putaverimus; quodque Pſeudo Luitprandi ac Pſeudo-Auberti auctoritate moveri non ſiverimus, ut crederemus, *Elpidium* & ſocios, Carmelitas fuiſſe, fundaſſeque illius Ordinis monaſteria in Hiſpania, jam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ, ac nominatim Agalienſe Toleti, ubi anno 208. *Sancta Columba virgo Carmelitana obierit*; anno 300. *Sancta Leocadia, poſt multa tempora*

ut merito negandum ſit ejuſmodi ...

D *in carceribus detenta, animam Deo reddiderit; anno 338. deceſſerit Libicioſa Abbatiſſa*; quibus etiam prægreſſiſque ac ſubſecutis temporibus, in aliis ejuſdem Hiſpaniæ civitatibus, monaſteria & eremitoria Carmelitica extiterint, in iiſque Abbates & Abbatiſſæ, Martyres ac Confeſſores, Monachi ac Sanctimoniales, tot quot in Chronico iſto Auberti commemorantur. Omnia enim hæc fundamentum habent rumoſum, ſcilicet S. Elpidium ſocioſque, primo Chriſti ſæculo, nationique Hiſpanæ, & Carmelitano Ordini adſcriptos, contra certioris (ut oſtendimus) hiſtoriæ fidem. Sed quid facias? *Opinioni quæ plebis animos ſemel invaſit* (ut vir quidam eruditus ait) *ſi religio conjuncta prætexitur, numquam deſunt defenſores, quia defenſioni numquam deeſt illuſtris pietatis fama plebiſque favor.*

XXXIX MACARIUS.

72 V*Oluſiano & Anniano Coſſ.* Chriſti anno 314. *Hieroſolymorum Epiſcopus trigeſimus nonus conſtituitur* MACARIUS apud Euſebium in Chronico, quod finitur cum Vicennalibus Conſtantini, Nicomediæ cœptis celebrari anno Chriſti 327. Ejuſdem Chronici continuator Hieronymus, extremum *Macarii* annum oblitus exprimere, ambiguitatem utcumque exemit, componendo extremum annum ſucceſſoris *Maximi* cum 15. anno Conſtantii. Cum enim *Maximus* ſaltem viginti annis plenis Eccleſiam rexerit, conſequens eſt, quod *Macarius* ultra annum Chriſti 335. non ſuperfuerit, niſi menſibus fortaſſe paucis. Geſta ejus deduximus ad diem 10. Martii, quo eſt Romano Hodierno inſcriptus a Baronio, dignum judicante qui ab univerſali Eccleſia annue commemoraretur. Mirum profecto eſt nec Græcos quidem illius nomen retuliſſe in Menæa; nec aliam omiſſionis hujus cauſam mihi poſſum imaginari, quam quod prævalentibus mox in Palæſtina totaque Syria Arianis, neglecta fuerit memoria tam inſignis, etiam in ipſa Hieroſolymitana Eccleſia. Quapropter non magni facimus quod Florarii auctor ad 13. Auguſti ſcripſerit, *Hieroſolymis Macarii Epiſcopi*: & diem, quam Baronius elegerat, retinendum cenſuimus.

Ab an. 314. ad 335.

E

73 Geſtis ejus annumerari debet, quod, ut ſcribit Metaphraſtes in Vita *S. Charitonis* 28. Septembris, Lauræ ab eo conditæ eccleſiam conſecraverit. Cum autem illa fuerit initium operum, quæ fecit Sanctus iſte monaſticam vitam exorſus, poſtquam latronum manus evaſerat; evidens fit ipſius Metaphraſtis parachroniſmus, ſtatim poſt mortem Imperatoris Aureliani ſubjicientis initia Charitonis, intervallo annorum minimum quadraginta, tamquam nihil foret, intercepto. Sed (uti jam ad Ephemerides Græco-moſcas ſignificavi) Aurelianus, perſecutor Chriſtianorum in Iſauria ante annum Chriſti 316. ſumptus pro Imperatore ſynonymo, perſecutore etiam ipſo, fecit ut duos quoque *Charitones* in unum confundans Metaphraſtes, tria ſecula in uno homine conjunxerit; & iis qui monachos in Syria credi cupiant quam antiquiſſimos fuiſſe, facile perſuaſerit Serapione ſeniorem multo fuiſſe *Charitonem*, quem nos libentius dicemus annis poſt illum viginti circiter incepiſſe, non prius certe quam *Macarius* Epiſcopus fieret.

dedicavit Lauream S. Charitonis.

F

74 Theodoricus Pauli geſtis quoque illius accenſet, quod *ejus tempore S. Helena Crucem Domini invenit prope montem Calvariæ, cum cæteris inſignibus Dominicæ Paſſionis, mediante Juda poſtea Patriarcha Jeruſalem, quem & cum multis baptizavit vocans eum Quiriacum.* Sed hanc fabulam, quamvis valde antiquam, diſcutiemus

Theodorici alius cum errores.

die

A die 3. Maii, qua tamen deceptum Theodoricum minus miramur. Magis enormis error eſt, quod elogium Macarii ſic finire potuerit, *Poſtquam compleverat curſum vitæ temporalis, incepit lætabundus arripere cum ſumma felicitate vitam æternalem: obiit vero Confeſſor anno Domini 313. ſed anno præcedenti ſcilicet 312. baptizavit Judam*. Conſtat enim ex Hieronymi Chronico, tunc necdum ſedere cœpiſſe Macarium; & ex Euſebio, nihil factum eſſe ab Helena in terra ſancta, niſi poſt Nicænum Concilium, ſub eodem Macario, operum ſacrorum locorum Conſtantini Magni juſſu ſumptuque curante.

XL. MAXIMUS II.

Obiit anno 348.

75 QUadrageſimus *Maximus poſt Macarium Hieroſolymorum Epiſcopus*, inquit Hieronymus, *moritur 11. anno Conſtantii*, qui fuit Chriſti annus 348. Cultus viri, alias ſanctiſſimi, propter iniquitatem temporum neglectus, poſtea numquam reſumptus fuit, E neque de eo in Romanum hodiernum referendo cogitavit Baronius. Primus & ſolus quem novimus Florarii auctor ad 30. *Aprilis* poſuit nomen *Maximi Hieroſolymorum Epiſcopi*, quod de hoc potius quam de alio ejus nominis priore puto poſſe intelligi, ſed auctoritatem certiorem requiro. MS. Rubri *Maximinum* appellat, Nicephori textus Græcus *Maximianum*.

Unde electionem communiter cum 1. Macario,

76 Quomodo ejus electio proceſſerit invenimus apud Sozomenum lib. 2. cap. 20. ubi ait: *Eccleſiam Hieroſolymitanam poſt Macarium Maximus ſuſcepit. Hunc Dioſpolitanum Epiſcopum a Macario conſtitutum eſſe memorant: ſed cives Hieroſolymorum eum apud ſe detinuiſſe. Nam cum confeſſione clarus & omni ex parte egregius eſſet, plebis judicio tacita deſignabatur, ut poſt obitum Macarii Epiſcopatum illic capeſſeret. Proinde cum plebs moleſte ferret, eripi ſibi hominem, cujus virtutem experta eſſet, & ſeditio intentaretur; commodius viſum eſt ut Dioſpolitanis quidem alius eligeretur Epiſcopus, Maximus vero maneret Hieroſolymis, & una cum Macario Epiſcopali munere fungeretur, & poſt ejus obitum Eccleſiam gubernaret. Ceterum qui res iſtas accurate examinarunt, affirmant ex ſententia Macarii hæc acta eſſe & a plebe ſummo ſtudio poſtulata. Ajunt enim pœnituiſſe Macarium, quod Maximum Dioſpoleos Epiſcopum ordinaſſet: quippe qui ordinatione celebrata cogitare cœpit, illum qui & recte* C *de Deo ſentiret, & ob confeſſionem populo acceptus eſſet, neceſſario ſervandum fuiſſe ut ipſi ſuccederet. Etenim verebatur ne ſe mortuo, Euſebius & Patrophilus, Ariani dogmatis fautores, occaſionem nacti, aliquem ejuſdem dogmatis labe infectum in Hieroſolymitana Sede collocarent. Siquidem Macario adhuc ſuperſtite res novas moliti fuerant; ſed cum ab illo communione privati eſſent, conquieſcebant.*

Confeſſione merito claruit.

77 De confeſſione *Maximi* idem Sozomenus lib. 2. c. 25. iterum meminit, agens de Synodo apud Tyrum, in qua S. Athanaſius anno 335. damnatus fuit: cum ait communiter dici, quod *Paphnutius Confeſſor, qui judicio interfuit, apprehenſa manu Maximi Hieroſolymorum Epiſcopi, juſſit ut ſurgeret; quaſi non deceret ipſos qui Confeſſores eſſent, & qui pietatis cauſa oculos effoſſos & poplites ſuccisos haberent, malorum hominum concilio ſociari*. Dubitavi equidem in Vita S. Athanaſii num. 103 Tyrine an Hieroſolymis factum id eſſet, multo autem magis utrum veroſimile eſſet, quod impiæ illi damnationi *Maximus* ſubſcripſerit, ſic admonitus a Paphnutio; neque adhuc deponere dubium poſſum, licet Socrates lib. 2. c. 8. cauſam, cur *Maximus* Antiochenæ Synodo poſtea noluerit intereſſe, hanc reddat, quod *animo reputabat deceptum ſe prius fuiſſe, & per fraudem inductum ut depoſitioni Athanaſii ſubſcriberet*.

78 Atque hæc certior & omnis notitia eſt, quæ haberi a proximis ætati *Maximi* auctoribus poteſt, utpote non niſi ſeculo uno poſterioribus: & præ hac conſiderari vix meretur elogium, quod apud Theodoricum Pauli ſcriptum ſic legitur: MAXIMUS XL. *Patriarcha, vir ſanctus & multum devotus fuit, & exemplar beate viventium. Iſte ſanctiſſimus Maximus fuit unus Confeſſorum ex illis, quos Maximianus Imperator dextris oculis effoſſis & ſiniſtro poplite ſucciſo ad metalla damnaverat, inter cetera tormenta pro fide Chriſti ſibi illata. Tandem, baptizato Conſtantino Magno & extinctis abuſivis Imperatoribus, non ſolum liber abire permiſſus fuit, verum etiam ad Patriarchatum ſanctæ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ aſſumptus glorioſe eam rexit. Erat enim vir bonus, ſimplex & innocens, per quem Chriſtus infinitis claruit miraculis. Fuit præterea in Chriſti fide ſtabiliſſimus, rexitque Eccleſiam ſuam tempore maximæ perſecutionis tyrannorum, Conſtantii Imperatoris Romanorum Ariana hæreſi depravati, & Saporis Regis Perſarum, qui ultra ſedecim millia Martyrum pro Chriſti fide martyrio coronavit. Tandem plenus virtuoſis operibus & multis miraculis clarus, obdormivit in Domino*. De miraculis optimam haberetur teſtis antiquus! Conſtantii & Saporis tempora conveniunt, neque cauſa ſubeſt dubitandi, quin in recta fide perſeveraverit uſque ad exitum.

D

AUCT. D. P.

Elogium ex Theodorico.

E

79 Eidem autem *Maximo*, non ſucceſſori *Cyrillo*, convenit, quod in hujus elogio ſcribit Theodoricus: *Iſte ſanctus . . . . fecit eccleſiam Dominici ſepulcri, mediante pretio & theſauro S. Helenæ, & eccleſias Montis Oliveti, & vallis Joſaphat, & Bethlem: ad quarum eccleſiarum dedicationem ex omni orbe conveniebant Epiſcopi & Sacerdotes, quos pridem ad earum dedicationem Conſtantinus Magnus & mater ejus Helena pie invitaverant*. Euſebius in Vita Conſtantini lib. 3. præter eccleſiam ſanctæ Reſurrectionis, juſſu Conſtantini a *Macario* Epiſcopo cœptam extrui, a Maximo dedicatam, ſolas duas Bethleemiticam & Olivetanam Helenæ fundatrici adſcribit: addit deinde c. 45. quod ſancta Regina, cum illic verſaretur, *cunctis videntibus in eccleſiam ventitabat, & ſacras ædes eximiis ornamentis decorabat, nec minimarum quidem urbium ſacella deſpiciens*. Creſcens tamen paulatim fama, ut ſolet, credi fecit aliorum plurium ædificiorum ſacrorum in Syria fundatricem ipſam fuiſſe: quæ qui volet enumerata ſigillatim videre, legat Hiſtoriam Eccleſiaſticam, annis fere mille poſt ea tempora ſcriptam a Nicephoro Calliſto l. 8. c. 30. ubi dicitur inter alia, quod *ad ſacrum Jordanem converſa, circa ſpeluncam ubi olim domicilium Baptiſta habuit, perpulcram ædem illi erexit; aliamque ad acclivitatem montis, Eliæ Thesbitæ, atque inde Tiberiadem venit . . . . & in ſingulis locis diverſa Apoſtolis conſtruxit templa . . . Idem porro in monte Thabor fecit . . . inde Orientem verſus deſcendens Nazareth pervenit . . . & in Cana Galilææ . . . . Ceterum in urbem ſanctam reverſa, in Sion ampliſſimum extruxit templum . . . . . quin & plures alias eccleſias in ſanctis illis locis ſupra triginta Imperatoris mater ædificavit*. Hæc Nicephorus, in tanto circuitu tamque copioſa ſacrarum ædium velut ab Helena extructarum enumeratione, non ſemel recordatus adeo vicini Carmeli & Elianæ in eo commorationis, aut loci in quo Propheta ſacrificavit, apud Saracenos & Turcas in maxima æſtimatione habiti, quorum ibi Moſqueam eſſe & jam olim fuiſſe credam Quareſmio, non item jam antea fuiſſe eccleſiam ædificatam ab Helena: auctorem enim laudat Nicephorum libro & capite allegatis, ubi (uti jam vidimus) tale nihil habet.

Templa ab eo dedicata.

F

80 Ad ordinem ſucceſſionis quod attinet, neque Hieronymus, neque Nicephorus, neque alius quiſquam dubitat, quin *Macario* immediate ſucceſſerit *Maximus*. Latini tamen recentiores, poſt receptam ſub Duce Godefrido Jeruſalem, volentes texere Patriarcharum ſe-

Cyrilum perperam hic conſtituunt.

AUCT. D. P.

A riem, inter utrumque poſuere *S. Quiriacum* ſive *Cyriacum*; utique nihil dubitantes de fide adhibenda ejus Legendæ, antiquiſſimæ ſimul & fabuloſiſſimæ, nec niſi in noſtro Occidente notæ. Hic licet Macario mortuo, propter meritum revelatæ Crucis, dicatur Epiſcopus conſecratus ab Euſebio Pontifice Romano (Emiſſenus ſi nominaretur, nominaretur ſaltem aliquis tunc temporis vivens, cum Romanus diu ante obierit) licet, inquam, ab Euſebio Romano conſecratus dicatur, in ſua illa legenda Quiriacus; quia tamen idem fingitur Martyr obiiſſe ſub Juliano Apoſtata, maluit Theodoricus noſter, poſt *Maximum* atque *Cyrillum*, de quo mox, collocare *Cyriacum*, de eoque concludendo ſcribere, quod *obiit anno Domini 366. quarta die Maii*, neque advertit ſe procurrere ultra imperium Juliani ad triennium, cum tyrannus iſte extinctus ſit anno 363.

XLI. CYRILLUS.

An. 348. ab Arianis intruſus

81 ANno, ut jam dictum Conſtantii XI. Chriſti 348. *mortuo Maximo, eccleſiam Ariani invadunt*, inquit Hieronymus in Chronico, *quorum*, non B quidem errori, ſed tamen communioni conſentiens CYRILLUS (cauſa forſan honeſta, ut ne homo prorſus hæreticus eccleſiam occuparet, non tamen ad excuſationem ſufficienti, *cum a Maximo fuiſſet Presbyter ordinatus, & poſt mortem ejus ita ei Epiſcopatus permitteretur, ſi ordinationem Maximi repudiaſſet, Diaconus in Eccleſia miniſtravit. Ob quam impietatem Sacerdotii mercede penſatus, Heraclium* (*quem moriens Maximus in ſuum locum ſubſtituerat, varia fraude ſollicitatum*) *de Epiſcopo in Presbyterum regradavit*. Horum nequaquam laudabilium initiorum labem, egregia deinde confeſſione ſinceraque orthodoxæ fidei defenſione expurgavit Cyrillus; adeo ut propterea fuerit *ab Arianis ejectus e* ſua Sede, ſicut ſcribit Nicephorus; neque ſemel tantum, ſed tertio ejectum indicat Hieronymus, ipſum ab Arianis non diſtinguens, hoc modo: *Eccleſiam Ariani invadunt, id eſt, Cyrillus, Eutychius; rurſum Cyrillus, Irenæus; tertio Cyrillus, Hilarius; quarto Cyrillus*. Nos ſemper orthodoxam ejus fidem a Semiarianiſmi ſuſpicione liberavimus ad 18. Martii, quando ejus feſtum, velut egregii Confeſſoris, Græca pariter & Latina, nec non Syriaca Eccleſia celebrat; ibique docuimus primum ei exilium anno 357. indictum fuiſſe, ſubſtituto *Eutychio*; redire autem ei licuiſſe ſub annum C 361, edicto Juliani id permittente. Mortuo Juliano mox iterum ejectus videtur fuiſſe *Cyrillus*, pro eoque conſtitutus *Irenæus*, Epiphanio *Erennius* dictus: ſed ille a Joviniano, brevis temporis ſucceſſore, in ſuam reductus Sedem, fortaſſe per citam mortem invaſoris vacuam; haud diu quietem habuit, Arianis rurſum cornua erigentibus ſub Imperio Valentis, orthodoxos perſequentis, Itaque rurſum compulſus exulare *Cyrillus*, circa annum 370. locum fecerit *Hilario* ſive *Hilarioni*, *qui* (ut ſcribit Epiphanius) *cum Arianis habuiſſe communionem accuſatus eſt, & nunc* id eſt anno 377. *Eccleſiæ præſidet*, præſeditque ferme uſque ad tempora Conſtantinopolitanæ Synodi anno 371. celebratæ; huic enim Cyrillus, reſtitutus ſuæ Sedi, Epiſcoporum Palæſtinæ primus ſubſcripſit. Inter hæc deſtituit nos continuatio Euſebiani Chronici per Hieronymum, finem accipiens in morte Valentis & anno Chriſti 378.

In duos dividitur, ab Epiphanio

82 Prædictus Epiphanius, illo ipſo quidem tempore vivens, ſed procul abſens & in Cypro ſcribens, duos *Cyrillos* diſtinxit, fortaſſis credere non valens, unum eumdemque hominem eſſe de cujus fide tam diverſa fuerant nuntiata. MS. Rulæi, in quo *Narciſſi* nomen ſemel tantum ponitur, bis repetit nomen *Cyrilli*, intermediis *Heraclio & Helladio*. His Nicephorus addit *Arſenium*: ſed unum dumtaxat *Cyrillum* agnoſcens, uti D & Socrates & Theodoretus utque Sozomenus, imprimis vero Hieronymus, *ſemel, rurſum, tertio & quarto* ſediſſe eum aſſerens in Chronico; in libro autem de Scriptoribus Eccleſiaſticis dicens, *ſæpe pulſum Eccleſia & receptum, ad extremum ſub Theodoſio Principe inconcuſſum annis octo tenuiſſe Epiſcopatum*. Idem *Cyrillus*, ut ait Sozomenus lib. 4. c. 24. *Cum Epiſcopus Hieroſolymorum eſſet conſtitutus, velut Sedis jam Apoſtolicæ Antiſtes, cum Acacio Epiſcopo Cæſareæ de jure Metropolitano diſſenſit*. Atque hinc eſt quod in Catalogis Latinis MSS. *Epiſcoporum Hieroſolymitarum* ultimus nominetur *Cyrillus*, *qui conſtruxit antiquam eccleſiam Dominici ſepulcri, & oratorium Calvariæ, & eccleſiam Joſaphat, & montis Oliveti & Bethleem*, quæ tamen non apte Cyrillo tribui ſupra indicavimus; deinde incipiunt *Nomina Patriarcharum*, & primus iterum nominatur *Cyrillus*. Duravit autem ea contentio uſque ad Sophronium, qui Patriarchalis tituli prærogativam legitime ſibi permiſſam ad poſteros tradidit.

& auctore Lectal no. tologi,

83 Theodoricus Pauli, ſicut dictum eſt ſupra, duos E *Cyrillos* numerat, & inter utrumque collocat *Quiriacum, Joannem, & Praylium*. De *Quiriaco* demonſtravimus nullum fuiſſe, *Joannes & Praylius*, conſenſu totius antiquitatis, ſecuti ſunt. Magis deinde confudit omnia Theodoricus, quando de primo ſcripſit, *Iſte S. Cyrillus vidit gloriam animæ ſanctiſſimi Hieronymi Presbyteri*. Hoc ei ſcilicet perſuaſerant Epiſtolæ, quæ ſub nomine S. Auguſtini Hipponenſis & S. Cyrilli Hieroſolymitani confictæ habentur, de obitu & laudibus S. Hieronymi; licet hic totis triginta annis ante Hieronymum e vita exceſſerit: de ſecundo autem dixit, quod *Eutyches* quoque nominatus fuit, & ſecta *Arianus*, *Patriarchatu confuſa cum deliberatione ſuſcepto, aliquando in fide, ſæpius in communione variabat*; quæ eſt Rufini accuſatio, non de alio quam de immediato *Maximi* ſucceſſore intelligenda. Denique nihil ſe certum habere de *Cyrillo* uno vel duobus, ſed quidquid quomodocumque & apud quemcumq; invenerat indiſcriminatim congeſſiſſe, ſatis indicat Theodoricus; cum utrobique & de utroque ait, Hic fuit *ſpiritualis pater Ordinis Fratrum Carmelitarum*, de primo addens quod *feſtum ejus colitur 28 Januarii*, de ſecundo vero, quod obtinuit, quod *Fratres ſui Carmelitæ dicerentur Fratres B. Mariæ Virginis*. Ex quo fonte talia acceperit Theodoricus non multum F ambiget, qui intelliget tertium Carmelitarum Priorem ſeculo 13. fuiſſe quemdam *S. Cyrillum*, & hunc cum Hieroſolymitano Patriarcha ab imperitis ſummæ antiquitatis ſectatoribus imperite confundi potuiſſe: certe in Florario ad 6. Martii, quo *S. Cyrillus Carmelita* in ſuo Ordine colitur, notatur etiam nomen *S. Cyrilli Hieroſolymorum Epiſcopi, qui vidit animam Hieronymi glorioſe in cælum deferri, anno ſalutis 421*.

Figmenta de eodem apud Theodoricum.

84 *Cyrillum* annis totis 62. Epiſcopatum tenuiſſe indicant numeri *Ξβ* apud Nicephorum expreſſi, qui ducti ab anno 348. quo obiiſſe *Maximum* Hieronymus ſcripſit, pervenient ad annum 410. atqui idem Hieronymus, ut jam vidimus, de *Cyrillo* ſcribens, ſolum ait, quod *ſub Theodoſio Principe inconcuſſum annis 8. tenuit Epiſcopatum*, adeoque non poteſt dici hunc extendiſſe ultra annum 389. ſiquidem is jam ab anno 381. ut Epiſcopus ſederat ſubſcripſeratque in Synodo Conſtantinopolitana I. Reſtat ergo ut dicatur ſediſſe annis ad ſummum 42. utrimque incompletis.

Obiit circa an. 389

85 Quomodocumque tamen ætas Cyrilli definiatur, intra illam cadat neceſſe eſt adventus S. Paulæ in Palæſtinam, quam illa totam perluſtravit, priuſquam ſeſe ipſa recluderet, *in ſancta Bethleem perpetuo victura*: *vixit* enim hic *annos viginti*, mortua 7. Kalendarum Februariarum, *Honorio Auguſto 6. & Ariſtæneto Conſulibus*

poſt ingreſſum a S. Paula Paleſtinam.

Digitized by Google

A *ſulibus*, id eſt anno 404. Unde conſequens eſt eam ex Ægypto, quo ultimum excurrit, & unde *per ferventiſſimos æſtus* renavigavit *Majumam*, *nec multo poſt* venit *in Bethleem*, rediviſſe in æſtate anni 384. atque adeo in Palæſtinam appuliſſe ſaltem anno præcedenti. Iter ejus verſus Hieroſolymam ſic notat S. Hieronymus, in ejus Vita 26. Januarii illuſtrata, ut *non proponat ejus hodœporicon ſcribere, ſed ea tantum loca nominare, quæ ſacris voluminibus continentur*. Et *antiqua*, inquit, *urbe Sidone derelicta, in Sareptha littore Eliæ eſt ingreſſa turriculam, in qua adorato Domino, per arenas Tyri, in quibus genua Paulus fixit, pervenit ad Coth, quæ nunc Ptolemais dicitur; & per campos Mageddo, Joſiæ necis conſcios, intravit terram Philiſthiim, mirata ruinas Dor* &c. uſque Joppen. Cur non a *Ptolemaide* in *Dor* itura tranſivit & *Carmelum?* ibique ſpeluncam & fontem inſpexit prædicti Eliæ, medio itinere ſita loca, nec niſi ſex circiter leucis utrimque diſtantia? cum via quidquam nominatius ſit in ſacris voluminibus quam mons Carmelus. Cur ab itinere recte ſecundum mare tenendo deflecteret, longo poſt montem circuitu eſt uſa, ut

Quæritur cur illa Carmelum non adierit

B per campos Mageddo veniret in Dor? Cur iterum, poſt luſtratam Jeruſalem Samariamque, Galilæam peragrans uſque *Naim*, non excurrit in Carmelum, quinque ſolum leucis diſſitum? uti videre licebit in tabella ad Vitam S. Angeli in Appendice ad tomum 11. An penitus deſolatus is erat, aut quod triſtius, factus receptaculum & ſpelunca latronum, ut declinandus eunti fuerit? Ita ego æſtimabam. Sed aliam cauſam, ex profunda ſua rerum hiſtoricarum ſcientia, depromit TRIUMPHATOR; videlicet, quod Hieronymus *Carmeli mentionem non facit, quia cum Paula in eo Carmelitas reperiſſet, ſub inſtitutione Joannis Patriarchæ viventes, ne Joannem in ejus Fratribus laudaret, prætermiſit; aut etiam, quia obinde veroſimiliter filiæ ſuæ ſpirituali inbibaerat, ne montis Carmeli Religioſos viſitaret*. Verum quando jam oſtendimus totum iſtud iter prius peractum fuiſſe quam Patriarchatu defungeretur Cyrillus deceſſor Joannis (qui tamen non cœpit Hieronymo adverſari, niſi circa annum 391.) aliud non ſupereſt TRIUMPHATORI, quam ut ad conſuetum ſibi refugium accurrat, meque argumento negativo, quod ipſe pro ſtramineo habet, utcumque explodat. Explodat ſane quan-

C tum volet & ipſe & diſcipuli ejus; quoties tamen eo ſuo novo Breviario cantabunt, in feſto S. Lucæ 18. Octobris Lectionem v. ex eodem Hieronymo, invenient illum ſic argumentatum in libro de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 7. *Periodos Pauli & Theclæ & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas numeramus: quale enim eſt, ut individuus comes Apoſtoli, inter ceteras ejus res hoc ſolum ignoraverit?* Solet autem vis hujuſmodi argumenti creſcere, pro numero eorum, qui, ſi potuiſſent, voluiſſent debuiſſentque meminiſſe ejus rei, de qua an fuerit dubitatur, & tales pro ſingulis ſæculis produci.

XLII. JOANNES, PRIMUS PATRIARCHA.

86 SI JOANNES hic cœpit Hieroſolymitanam Eccleſiam regere anno 389. juxta jam poſitum calculum, ad ejus in Epiſcopatu ætatem determinandam non modo non ſufficiunt anni 6. quos ei aſſignat Nicephori Chronologia; ſed nequidem anni 16. in membrana Rulæana & tabulis Theophani aptatis notati. Plures autem manifeſte exigunt certa rerum ab eo geſtarum tempora, atque imprimis contentiones ejus cum S. Hieronymo, cœptæ ſub annum 391. & fraudulento Pelagio impenſus favor Hieroſolymis & Dioſpoli anno 415. cum in Palæſtina adeſſet Oroſius Presbyter, miſſus ab Augu-

Ab an. 389. ad 415.

ſtino ad S. Hieronymum in ſanctam Bethleem. Eodem etiam anno, *Conſulatu Honorii decies & Theodoſii ſexies*, Presbytero Juliano facta eſt revelatio Reliquiarum S. Stephani Protomartyris uſque adeo famoſa, translationem earum celebrante *Joanne* Patriarcha, 7. Kalendas Januarii, ipſo Sancti natali die. Poſt quæ ſic geſta, non diu ſuperfuiſſe Joannem, cogit credere ſucceſſio *Praylii*, ulterius non differenda. Hac porro ratione poterit dici 26. annis Epiſcopus fuiſſe *Joannes*. D AUCT. D. P.

87 Ad diem mortis determinandum nullum apud antiquos fundamentum apparet, quia tamen, non obſtante invidia, quæ viventem afflaverat, velut Origeniſtarum & tandem etiam Pelagii fautorem; mortui famam venerati Zoſimus Papa & Auguſtinus Epiſcopus, *Sanctum* non dubitaverunt appellare; & quia ut talis dignus habitus fuit, ſub quo Protomartyris corpus revelaretur; recentiores aliqui nomen ejus inter Sanctos deſcripſere. Sic auctor Florarii, quod in opere omiſerat, in Alphabetico Indice poſt confecto ſub littera I ſcribit: *Joannes Hieroſolymorum Epiſcopus & Confeſſor, qui fuit Carmelita, & levavit corpus S. Stephani Protomartyris 6. die Maii*. Palæonydorus l. 2. c. 6. prolixam Vitæ hiſtoriam tenens (qualem ſcilicet vel ipſe vel alius potuit de ſuo ingenio comminiſci) nec ullum pro ea, E uti pro aliis quibuſdam de eodem puncto auctorem citans, addit, quod *plenus ſanctitate, poſt paralyticorum curationem, cæcorum illuminationem, ſolvens debitum, viam tranſiit univerſæ carnis, anno Domini 432. pridie Idus Januarii*: & Palæonydorum ſecuti ſunt Galeſinius atque Molanus in ſuis ad Uſuardum additionibus. Sed hæc Bollando noſtro tanti non fuerunt, ut alibi eum quam inter Prætermiſſos locaret, antiquitatis congruæ auctore deſtitutus; meritoque formidans attingere argumentum prorſus odioſum, de Carmelitanoi Ordinis Profeſſione; a quo etiam nos volebamus, ſi licuiſſet, abſtinere calamum.

quidam eū inter Sanctos referunt.

PARERGON VI.

De Joanne XLIV. prætenſo auctore libri de Inſtitutione monachorum ad Capraſium.

88 JOannes, in ordine verorum Epiſcoporum 42., non ſolum in Chronologia Nicephori (quæ ante annos non multo plures quam centum Europæ noſtræ primum innotuit) ſed etiam in Catalogis Latinis, poſt recuperationem terræ Sanctæ in Aſia compoſitis, numeratur *Quadrageſimus quartus*, nec non in Membrana Græca Rulæi: ſed ubique differenter & per errorem manifeſtum. Nicephorus enim huc proceſſit: *Eliam* inducens loco 25 ignotum ceteris omnibus, & duos pro uno *Narciſſos* numerans. Rulæi membrana, prætermittit 23. *Cajum*, ſed defectum ſupplet geminando *Cyrillum*, & utrique interponendo *Heraclium* atque *Helladium*, quos a numero verorum Patriarcharum excludendos, nec Waſtelius quidem in vindiciis dubitat; alioqui *Joannes* non jam XLIV. ſed XLVI vel VII. dici debuiſſet. Latini denique duos conſequenter *Cyrillos* ſtatuunt, & eorum deceſſoribus *Maximo* & *Macario* interponunt fabuloſum *Quiriacum*. Sed neque mirum neque culpandum eſt, ſi Latinos aberrantes ſecuti Groſſus aliique Carmelitæ, ſuo Ordini adſcriptum hunc *Joannem* cupientes, *quadrageſimum quartum nuncupaverint*; idque addiderint eorum aliqui etiam titulo libri, quem ejus eſſe perſuaſum volebant. Sed de libro poſtea, nunc de ætate quid apud eos legam exponendum eſt, ut intelligatur quam certa eis ſua hiſtoria fuerit.

Ab aliquibus numeratur quadrageſimus quartus, F

89 Viridarii auctor Joannes Groſſus, totius Ordinis generalis Prior, poſt annum 1411 ſcribens, librum

ſuum

A ſuum ſecundum ſic orditur: *Quoniam Deus in Sanctis ſuis toties honorari, magnificari, & glorificari dignoſcitur, quoties ipſi in terris recitando a fidelibus honorantur, cum laus ipſis impenſa ad ipſum Deum principaliter refertur; idcirco ut Deus in novi ac veteris Teſtamenti ſanctis Fratribus ac devotis Ordinis glorioſæ ſuæ genitricis Mariæ de monte Carmeli, qui in vita pariter & in morte miraculis claruerant, laudetur atque magnificetur, nec non jugiter glorificetur, ipſos ſub aliquibus ſuis (ut decet) miraculis recitare decrevi.* Tum laudatur *S. Elia, S. Eliſeo, S. Jona, S. Abdia* Prophetis, *Quintus*, inquit, *fuit S. Joannes Eremita montis Carmeli, qui Regulam Baſilii recepit, quam Fratribus tradidit obſervandam (iſtum S. Joannem propter ipſius ſanctitatem maximam Adrianus Papa primus, natione Romanus, Pontificatus ſui anno octavo, aſſumpſit in Patriarcham Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, quam devote, generoſe & ſtrenue rexit), cujus corpus in ipſa eccleſia multis clarens miraculis requieſcit, (unum cæcum illuminavit & in morte claudis groſſum reſtituit.) Iſte ſanctus in Eccleſia ſæpe dicta Hieroſo-* B *lymitana fuit Epiſcopus 44. poſt B. Jacobum.* Hic ſimilia ipſe Groſſus lib. 1. Clavi 1. Viridarii paulo diſtinctius in hunc modum ante ſcripſerat.

AUCT. D. P. & in Viridario Groſſi quintus Sanctus Ordinis Carmelitici

qui eidem dederit Regulam S. Baſilii,

90 *Baptizatis, ut præfertur, ab Apoſtolis Eremitis montis Carmeli & diſperſis in monte eodem, in porta aurea Jeruſalem, in civitate Acon & in multis aliis locis Terræ-ſanctæ; de quibus ſunt propter Paganorum perſecutionem jam deleti: atque ipſis prædicantibus in fide Chriſti & Apoſtolorum doctrina, accidit quod Baſilius Magnus, Eremita, poſtmodum quibuſdam magnis ſibi devotis Eremitis Regulam compoſuit, quam aliqui præfati montis tenuerunt Eremitæ, juxta Eliæ & Eliſæi veſtigia, qui primo (ut præfertur) dictum inhabitarunt montem, quorum iſti ſequaces & imitatores fuerunt. Proceſſu autem temporis (Adrianus Papa primus, natione Romanus Pontificii ſui anno 8. aſſumpſit in Patriarcham Hieroſolymitanum Fr. Joannem, Eremitam dicti montis Carmeli, propter ipſius ſanctitatem maximam. Qui dictus) Fr. Joannes Patriarcha Fr. Capraſio ſuo diſcipulo dilectiſſimo ceteriſque Eremitis montis Carmeli dictam Regulam Baſilii tradidit obſervandam (nullam tamen eis dedit majorem, ſed) juxta Regulam eis datam & bonam conſcientiam quibus Deo famulabantur: & ſic ſteterunt uſque ad annum Domini 1023 & interim ab infidelibus multa paſſi ſunt dicti Fratres.*

tempore Adriani Papæ,

91 Hactenus Groſſus in vetuſtiſſimo codice manuſcripto *Bibliothecæ Carmeli Francofurtenſis, quæ ibi magis integra extant, quam in majori Ordinis ejuſdem Speculo fol.* C 101. *Venetiis impreſſa anno* 1507. ut habet titulus ecgraphi apud nos ſervati. Qua fide in editione illa Veneta omiſſa ſint omnia quæ bis ( ) incluſimus, & pro anno 1023. poſitus 1099. videritur alii. Cur tali editione uti maluerit P. Daniel quam integro genuinoque contextu, apparebit omiſſa & mutata conſideranti: non tamen ut ſic ageret fuit conſilium PP. Bollandi & Henſchenii, in Præfatione ad 2. partem Speculi allegatum. Sperabant illi originali & primigenia veritate edenda ſingula, & ſicubi ab invicem vel manuſcripta inter ſe vel hæc ab editis diſcreparent, ea indicandum ſinceritate per Annotationes appoſitas, quæ nos præibamus exemplum dantes in opere noſtro. Hoc ſi factum fuiſſet, magnum nos habere theſaurum credidiſſemus, inſtrumentumque certiſſimum ad diſcernendum quibus gradibus creverint totiei nobis objectæ objiciendæque traditiones Ordinis. Hac ſpe fruſtrati ex impoſſibilitate diſcernendi, quid in unoquoque opuſculo ſincerum, quid adulteratum ſit, revolvimur in antiquam caliginem neceſſitatemque de omnibus fere æqualiter dubitandi: cum non debeamus præſumere hanc novam Speculi Carmelitani editionem fideliorem eſſe quam fuerit Veneta; quid autem hujus auctor ſibi licere voluerit in ſingulis, poſ-

juxta vetus Groſſi Ms.

quod non ſit latum & interpolatum in Speculo habetur,

ſumus vel ex ſolo Viridario cum ſuis originalibus collato D divinare. Plura hujus licentiæ exempla videbis infra in Parergo 2. de chronologia primorum in Carmelo Priorum. Hic nota Joannem qui in MSS. *Quintus Sanctus* eſt, eſſe ſeptimum in excuſis; ubi 5. additur *S. Baſilius Magnus*, 6. *S. Cyrillus Patriarcha* Alexandrinus; rurſumque additur poſt *Joannem* loco 8. *S. Ludovicus Rex Franciæ*, ſicque ut *S. Bertholdus* qui erat *Sextus* in Mſſ. ad nonum locum detruditur, & denique poſt *SS. Brocardum & Cyrillum*, qui ſunt in Mſſ. *Septimus & Octavus*, ponitur in impreſſis *Duodecimus S. Euſebius Cameſ fidelis S. Cyrilli*.

92 Interim ex prædictis apparet, Carmelitas notiquos uſque ad Groſſum, in ea pleroſque opinione conſtitiſſe, quod majores ſui ante acceptam Regulam Albertinam, non aliam habuerint quam Regulam S. Baſilii; quodque eam ſervandam acceperint tempore Adriani Papæ I. poſt annum Pontificii 8. Chriſti 780. Et cum hoc tempore præciſe convenit, quod in Vita S. Angeli prætenſus Enoch, inducit ipſum anno 1204. eligere Regulam, *quam annos ſupra quadringentos pluribus Prophetarum ſucceſſores in monte Carmelo ſervare ſuſceperunt*; E ſive, ut antiquior textus definitius habet, *annis jam elapſis* 411. id eſt ab anno 792. qui fuiſſet Joannis ab Adriano ad Patriarchatum evecti annus 12. excepto quod ibi per alium multo turpiorem errorem, pro Joanne nominetur *Albertus*; qui quantum diſtat ab ætate Adriani Papæ, tantum coævus Adriano *Joannes* (ſi quis unquam fuit) recedit ab ætate ejus *Joannis*, qui vere fuit poſt Jacobum *quadrageſimus ſecundus*, ſive (ut cum Catalogis vitiatis loquamur) *quadrageſimus quartus*.

Idem ſenſus de regula, olim communis in Ordine ſuo,

93 De hoc dicit Gennadius in lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis cap. 30. quod *Scripſit adverſus obtrectatores ſtudii ſui librum, in quo oſtendit Origenis ſe ingenium, non fidem ſecutum*: quod opus Apologeticum eſſe apparet & Theologicum, diverſiſſimumque ab eo libro, quem *de inſtitutione primorum Monachorum, in Lege veteri exortorum, & in nova perſeverantium, ad Capraſium monachum in Carmelo*, ſcripſiſſe prætenditur *Joannes*, Fratribuſque Carmelitis pro Regula ſervandum tradidiſſe; uti poſt Philippum Ribotum volunt recentiores Carmelitæ. Hi porro cum variis urgentur argumentis, quibus demonſtrative vincitur opus iſtud alterius eſſe, & quidem Latini ſcriptoris; in Gallum interpretem, Ribotumque interpolatorem ea declinant; ſed hoc agendo aliud non obtinent, quam ut jubeantur fidelem & non interpolatum textum Græcum exhibere, F & ſi hoc non poſſint ſaltem Latinum: nec enim aliter poſſumus ſcire quid vere ipſius auctoris ſit, quid non: eademque difficultas cedit circa Epiſtolam Cyrillo ſecundo Priori imputatam, qua ſecundum prætenſæ aſſertionis punctum nititur: atque ita de ceteris; idque eo potiori jure quod ipſamet, ut nunc habentur, contineant evictionem falſi tam adæquatam & certam, quam videatur contra aliquod ſuppoſititium vel adulteratum ſcriptum poſſe conferri. Quibus cum accedit totius antiquitatis de tali libro ſilentium, uſque ad Ribotum; ipſiuſque Ordinis, etiam dum ia viveret, ignorantia de illo, ut patet ex Groſſo & antiquarum Conſtitutionum Præfatione; cumque in eodem libro nullus omnino ſit locus, qui indicet vel auctorem fuiſſe Patriarcham Hieroſolymitanum, vel eo fine ſcripſiſſe ut Eremitis eſſet pro Regula; quis nos rationabiliter cogere poterit, ut utrumque de eo credamus, idque tam certo quam neceſſe eſt, ut huic credulitati innitatur fides omnino certa totius hiſtoriæ Carmelitanæ? Sic igitur libri Auctor *Joannes* aliquis *Hieroſolymitanus*, æque ac alterius, de quo in 2. Parergo, *Joſephus* quiſpiam *Antiochenus*, ſic dicti ab urbibus, ubi ex Latinis nati ſint, & unde in Europam tranſgreſſi Latine ſcripſerint,

donec aliis plenius Joannes tribuere libros de Inſtitutione Monachorum,

quem ad vindendum argumentorum non ſatis nec falſo interpolatum.

co-

Multis de- cennis ſeq. ante 13. compoſitum

A eodem circiter tempore, quo Guilielmus de Sanvico; id eſt ſub finem ſeculi 13. quando erat jam ſeſqui ſeculum elapſum ab initio Ordinis ſub Bertholdo cœpti, temporiſque ſufficiens interceſſerat ad majorem antiquitatem comminiſcendam & perſuadendam vulgo, de rebus peregrinis peregrina audire & credere amanti.

Idem repudiant Apologeticū Oroſii,

94 Interim juverit animadvertiſſe, quod Vindiciarum auctor Waſtelius, integro ſuo opere nihil ſolicitius agens quam ut prædictum librum ſervet *Joanni*, Hieroſolymitano poſt Cyrillum Patriarchæ; pro ejuſdem Joannis honore uſque adeo incaluerit, ut tota ſect. 5. l. 3. Vindiciarum ſuarum, ſuſdeque vertat omnia, quatenus evertat Pauli Oroſii Apologeticum pro libertate arbitrii humani, in hoc ſecutus Cornelium Janſenium Iprenſem Epiſcopum. Utrumque in nova conciliorum editione graviori reprehenſione dignum cenſet Labbæus, quod *futilibus, ſed fucatis in ſpeciem argumentis eximium illud opus in ſuſpicionem nothias adducere voluerunt, contranitente eruditorum fere omnium exercitu*. Plus ſane Waſtelius, cum art. 3. §. 3. fidenter pronuntiat quod

quia Joanni contrarium;

cuncta ſint impoſtura, totum mendacium, & tantummodo fucus adverſus veritatem, ut proinde totum illud ad

B *uſque unum numerum, velut inane quoddam idolum, ad veritatem, ſicut Dagon ante arcam Domini, totaque machina vanitatis ad nihilum evaneſcat*; quin & Novatianæ & Neſtorianæ hæreſeos patronum fuiſſe auctorem contendit, qui Oroſii nomen ſibi falſo aſſumpſerit, ideoque ex ſueta in talibus phraſi *Pſeudo-Oroſium* paſſim appellat. Mirabilis profecto genius, itaque comparatus, ut nihil poſſit velitque habere de ſuppoſitione ſuſpectum quod prætenſæ antiquitati ſuæ quomodocumque ſuffragatur, quantislibet eruditorum judiciis proſcriptum damnatumque; nihil ex adverſo probata, quod ſuis officiat præjudiciis, etſi aliis indubitatum ac certum. Non eſt orthodoxæ doctrinæ tam grande præſidium ſubtrahendum, ut extra omnis erroris ac culpæ reatum ponatur *Joannes*: ſed nec tam deſperata illius cauſa, quin poſſit excuſari quadamtenus, in eo quod fecit, fraudulenta Pelagii hypocriſi, & fidei in ſpecie verbiſque Catholicæ profeſſione deceptus; quando etiam iis ipſis decipi potuit Papa Zozimus, ſucceſſor Innocentii, qui Pelagium primus poſt Africanos Epiſcopos condemnarat, non obſtante judicio Epiſcoporum Palæſtinorum quo is fuerat abſolutus, *Joanne* præſidente, & judicis ſimul atque patroni partes ſuſtinente. Ceterum quam parum cognita Janſenio Waſtelioque

C fuerit hiſtoria Pelagianæ hæreſeos, evidenter pateſcit ex Marii Mercatoris S. Auguſtino coævi operibus, nuper feliciter illuſtratis a noſtro P. Joanne Garnerio.

XLIII. PRAYLIUS.

Ex Chorepiſcopo ſucceſſor Patriarcha an. 416

95 P*Oſt Joannem illum admirabilem mortuum*, PRAYLIUS *qui nomini ſuo pulchre reſpondebat*, ob manſuetudinem ſcilicet, *Hieroſolymitanæ Eccleſiæ regimen ſuſcepit*, uti ſcribit Theodoretus, hoc tempore vivens, lib. 5. c. 27. Succeſſit autem anno 416. neque enim, ut ſupra oſtenſum, prius potuit. Pridem tamen Chorepiſcopum eum oportet fuiſſe ordinatum, cum ea poteſtate quam Petavius noſter explicat in Annotation. ad Epiphanii hær. 79. Et ſic Presbyterum ordinavit S. Porphyrium anno 393. cujus deinde Gazenſis Epiſcopi Vitam, a Marco diſcipulo ſcriptam illuſtravimus 26. Februarii; ſed originali Græco deſtituti, non poſſumus clarius quam modo jam dicto explicare mentem ſcribentis, quod *Praylius* erat *Sacrorum locorum Sacerdos*, &

Primum ſocius Pelagio,

corrigere Menæa quæ *Patriarcham* appellant. Æque autem ac *Joannes* deceſſor ſuus deceptus a Pelagio, huic & Cœleſtio primario hujus diſcipulo teſtimonium dedit ſanæ doctrinæ ad Zoſimum Papam; qui de iis ad Auguſtinum & ceteros Africanos Epiſcopos ſcribens 11. *Kal.* D *Octobris*, anno (ut videtur Labbæo noſtro) 417. *Ecce*, inquit, *epiſtolam Hieroſolymitani Epiſcopi Praylii, qui in locum quondam S. Joannis Epiſcopus eſt ordinatus, accepimus, qui cauſæ Pelagii enixius adſtipulator advenit*. Hoc tamen parum verſipelli & vafro hæretico profuit, qui licet *accuſatus apud Synodum* Dioſpolitanam anni 415. *ambiguis quibuſdam ſe profeſſionibus tegens, & proſequens dubia vel reſpondens, illam tunc videatur audientiam deluſiſſe*, & ſimili fraude obtinuiſſe a Praylio quas diximus commendatitias & excuſatorias litteras; *poſtmodum eſt evidenter deprehenſus inſiſtentibus accuſatoribus a poſteriore Synodo, cui ſanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præſedit Epiſcopus, atque detectus, a Sanctis quoque ac venerabilibus Hieroſolymorum locis eſt deturbatus: quod*, inquit Marius Mercator in Commonitorio cap. 3. *ejuſdem S. Theodoti ad reverendiſſimum urbis Romæ Epiſcopum, & Sanctæ recordationis Praylii Hieroſolymitani Epiſcopi miſſa ſcripta teſtantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus*.

poſtea condemnat

96 Fuerat *Zoſimus* ordinatus Pontifex in æſtate anni E 417. & ob hanc cauſam Cardinalis Baronius in Annalibus atque Henſchenius noſter ad Vitam S. Euthymii 20. Januarii, ſaltem uſque ad ſequentem annum diſtulerunt *Praylii* obitum. Quod omnino tenendum puto, licet Nicephori Chronologia Epiſcopatui ejus annos 20. adſcribat: contrarium enim patet ex iis quæ de ſucceſſore Juvenale habentur. Itaque vel Nicephorum, vel eum qui primus catalogum ſcripſit a Nicephoro tranſcriptum, credere volo ἔτη, non κ', ſed γ' notaſſe, fuiſſe etiam qui ſcripſerint ἔτη β' ἢ μῆνας ς', *annos duos & menſes ſex*, quos in noviſſima Nicephori editione Pariſiaca typis Luparæis ſeu Regiis additos invenies ad annos κ'. Vixerit igitur in Sede Hieroſolymitana *Praylius*

obiit an. 418.

ab anno 416. per aliquot dies vel hebdomades inchoato, uſque in æſtatem anni 418. fortaſſis non falſo, ſed abſque debito fundamento, laudatus a Theodorico Pauli, quod *glorioſus Patriarcha, multa pro Chriſti fide patiens & ſuſtinens, multos gentiles fidei mancipavit Chriſtianæ ſuis prædicationibus & doctrinis*. Iſto enim tempore Saracenorum natio cœpit diffundi per Syriam: quorum multis ad fidem adductis, tandem etiam Epiſcopum ordinatum fuiſſe quemdam eorum Ducem a S. Euthymio converſum Petrumque ex Aſpebeto dictum in baptiſmo, in dicti Sancti Vita legimus. Conſecravit autem F eum Juvenalis Patriarcha, ante quam decerneret S. Euthymius in ſolitudine Engaddi Lauram conſtituere, cujus deinde templum anno 428. idem Juvenalis *Praylii* ſucceſſor dedicavit, ut vel hinc certum ſit pridem obiiſſe Praylium. Porro Zoſimus Papa, ad quem epiſtola *Praylii* delata fuit, an. 417. primum inchoato factus Pontifex, ante finem ſequentis anni 418. morte ſua vacuam reliquit Cathedram, quam denique poſt ſeptem menſium ſchiſma anno 419. obtinuit Bonifacius.

XLIV. JUVENALIS.

97 ANno, ut jam dictum 418. Patriarcha factus JUVENALIS, Græcis ΙΟΥΒΕΝΑΛΙΟΣ, tempora habuit, præſtantiſſimorum Monachorum atque Anachoretarum virtutibus nobilitata quidem, ſed hæreticorum machinationibus haud parum inquieta, non ſolum in urbibus ſed etiam in eremis: quæ omnia in prædictorum Sanctorum Vitis ſic leguntur, ut vix ullum alicujus nominis monaſterium, quod eo tempore in Palæſtina fuerit, præteritum dici poſſit. Nuſquam tamen invenies mentionem Carmeli aut Eremitarum ex Regula S. Baſilii viventium, multo minus pro Regula

utcu-

A ucentium libro de inſtitutione monachorum, qui nobis pro veteri Carmelitarum Regula, a Joanne tradita, per ſummam contentionem obtruditur.

AUCT. D. P.

Laura S. Euthymii dedicat. an. 429.

98 Inter illos celeberrimus *S. Euthymius* fuit, cujus vitam per Cyrillum illuſtravimus 20. Januarii, qualem tunc habuimus ex MS. Veneto Latine redditam a Gentiano Herveto; nunc vero eamdem habemus ex multo perfectiori Vaticano, unde diſcimus Dedicationem Lauræ, non ſolum factam eſſe anno 52. ipſius Euthymii, ſed etiam die *7. Maii Indictionis* 11. adeoque tunc numerandum fuiſſe Chriſtianæ æræ 428. non ſequentem; & nativitatem Sancti non poſſe differri uſque ad Junium ut tunc conjectabamus, ſed ſaltem in Aprili anni 377. *quarta Conſulatu Gratiani*, ut potuerit menſe Majo prædicto ætatis annum 52. numerare. Quarto poſt hoc anno Chriſti 431. contra Neſtorium, Deiparæ appellationem abolere volentem, congregata eſt Epheſi œcumenica Synodus, ad quam *quarta poſt Pentecoſten die Juvenalis Hieroſolymorum Epiſcopus advenit cum Epiſcopis Palæſtinis*. Et ille quidem abſens damnatus eſt, abſente etiam ex compoſito Joanne Antiocheno Patriarcha, fautore illius. Cum autem latæ ſententiæ, & per S. Cyrillum Alexandrinum pro Cœleſtino Papa Apoſtolicæ Sedis Legatum confirmatæ, ſupervenisset idem Joannes; quoddam ſeorſim conciliabulum coegit ex triginta circiter Epiſcopis; contra quos neceſſe habuerunt Partes de ſuo cœtu Conſtantinopolim mittere aliquos, ad reddendam Theodoſio Imperatori fraudulenter decepto actorum rationem, inter quos *Juvenalis* nominatur primus poſt Arcadium Sedis Apoſtolicæ Legatum. Nempe (ut hic obſervat Baronius num. 102.) *ob frequentem ex toto Chriſtiano orbe Hieroſolymam peregrinationem, majori habebatur honore & officiis dignioribus celebatur Hieroſolymorum Epiſcopus*, quam alii Palæſtinorum Epiſcopi, etiam Metropolita Cæſarienſis. Atque hinc (ut ſcribit Leo Papa Epiſt. 62.) *in* eadem *Epheſina Synodo Juvenalis Epiſcopus, ad obtinendum Palæſtinæ Provinciæ Principatum crediderat ſe poſſe ſufficere, & inſolentes auſus per commentitia ſcripta firmare: quod Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus merito perhorreſcens, ſcriptis ſuis, quid prædicta cupiditas auſa ſit*, Leoni *indicavit; & ſollicita prece multum popoſcit, ut nullis illicitis conatibus præbeatur aſſenſus*. Satis autem indicat ipſe Leo in eadem epiſtola, rem eo adductam, ut *amplior numerus Sacerdotum* Epheſi congregatorum Juvenali Primatum fuerit decreturus, *per quorumdam ſubreptionem*, niſi Apoſto-

an. 431. adest 1. Synodo Epheſ.

& Primatum Palæſtinæ ambit;

B

C licæ Sedis auctoritatem Cyrillus appellaſſet.

In 2. Synodo Epheſ. ipſe cum aliis an. 449.

99 Interim occaſione damnati Neſtorii alia e contraria emerſit hæreſis Eutychetis, ſic unam in Chriſto perſonam aſſerens, ut naturas etiam confunderet: cui controverſiæ decidendæ cum alterum Epheſi Concilium anno 449. Imperator indixiſſet eique præſidere juſſiſſet Dioſcorum Patriarcham Alexandrinum, qui totus Eutychianorum erat, rejecta eſt Leonis Papæ Eutychem damnantis epiſtola, abſolutus Eutyches, Flavianus Conſtantinopolitanus, Euſebius Dorylæi, Ibas Edeſſenus, Theodoretus Cyri Epiſcopi damnati ſunt, aliique eorum loco ſubſtituti, ſententiam ſubſcribentibus omnibus quotquot aderant Orientalibus metu exilii ac depoſitionis intentatæ. Quæ excuſatio in Chalcedonenſi Synodo anni 451. recepta non eſt, ſed communibus ſuffragiis conclamatum, omnes qui ſententiam injuſtam tulerant *eſſe damnandos, nominatim vero, qui principem locum in Synodo cum Dioſcoro tenuerant, Juvenalem Epiſcopum Hieroſolymorum, Thalaſſium Cæſareæ Cappadociæ, Euſebium Berœæ, Euſtathium Berythi & Baſilium Seleuciæ*: qui deinde ſeſſione quarta, cum eorum recta fides accepta ab omnibus atque probata eſſet, denuo *juſſi ſunt Synodum ingredi, a qua ante repulſi erant, utpote rei cum Dioſcoro in Synodo ſcelerum patratorum, conjunctique ſunt Eccleſiæ a qua communicatione Dioſcari facti erant extorres*.

an. 451. gratiam impetrat in Chalcedonenſi;

D

& ſeſſum inter Patriarchas.

100 Venia in hunc modum impetrata, *non erubuit, in dicta Synodo, ante Cæſareenſem totius Palæſtinæ Primatem, locum ſibi principem vindicare: qui (ut Leo redarguit) nec inter Epiſcopos inferiores, ob violatam fidem pacemque Catholicam, locum habere dignus erat; ſed bono pacis, indulgentia Romani Pontificis factum eſſet, ut poſt lapſum ſederet Epiſcopus*. Ita Baronius ad an. 454. n. 20. ſed in Juvenalem plus juſto iniquus, quaſi *in eo nihil optima Epiſcopo dignum fuiſſet reperire*. Non ita de eo cenſuit Synodus univerſa, ſed ipſum in ordinem Patriarcharum ſuſcipiens, non jam dubitavit an eſſet Cæſareenſi Metropolitæ præponendus; ſed Antiocheno Patriarchæ eatenus ipſum coæquavit, ut, *pro bono pacis*, Provinciis quæ omnes uni Antiocheno antea ſuberant, inter ipſos diviſerit Actione 7. ſic ut duæ Phœniciæ Antiocheno manerent, Hieroſolymitano tres Palæſtinæ attribuerentur. Finita Synodo reverſiſque ad ſua Epiſcopis; quorum duo fuerant diſcipuli magni Euthymii, Stephanus Jamniæ & Joannes Saracenorum; quieta fuiſſent omnia, niſi *Theodoſius, habitu quidem monachus, moribus vero præſtigiator importuniſſimus, cum de Synodo quadam improbe confinxiſſet, quaſi introduceret vel potius revocaret dogmata Neſtorii, decepiſſet Eudociam*, Theodoſii junioris viduam, *& per ipſam omnes fere monachos, & deinde etiam Sedem Hieroſolymitanam invaſiſſet*, ut dicitur in Vita S. Euthymii, idque per abſentiam Juvenalis, ad remedium contra ſeditioſos quærendum Conſtantinopolim profecti, ſicut docet Nicephorus Calliſtus lib. 15. c. 9. S. Joannes Damaſcenus, Serm. 2. in Aſſumptionem Deiparæ, allegat neſcio quam *Euthymianam* ſeu *Euthymiacam hiſtoriam*, cujus *lib. 3. cap. 40. ſic ad unguem ſcriptum* reperiatur. *Dicitur, quemadmodum beata Pulcheria, multa Chriſto templa excitaverit, ex hiſque unum in via Blachernarum, anno tertio Imperii Marciani, beatæ Dei Genitrici dicaverit: dumque illius beatiſſimum exquireret corpus, ut eo transferret, Juvenalium Epiſcopum Hieroſolymitanum, ſimulque multos cum eo ex Palæſtina Epiſcopos, qui tunc forte ob celebratum Chalcedonenſe Concilium peregrinantes Conſtantinopoli aderant, accerſiverunt Imperatores, atque hunc in modum allocuti ſunt; Audivimus, Hieroſolymis templum eſſe in brevi loco, Gethſemane appellato, ubi beatiſſimæ Virginis corpus in tumulo collocatum fuiſſe creditur: hoc itaque, ad hujus imperialis urbis perpetuum decus atque honorem, transferri volumus. Quibus reſpondit Juvenalius: E ſacrarum voluminum auctoritate nihil ſcriptum de iis, quæ ad exitum beatæ Virginis pertinent, habemus; tantum ex antiqua accepimus traditione, quod tempore glorioſæ dormitionis* &c. quæ Romani Breviarii reformatores hinc porro tranſcripſerunt, juxta editionem Baſileenſem anno 1575. aut Pariſienſem anno 1577 (nam in altera Pariſienſi anno 1603. mutatus eſt ſtylus) ſupponendo in eorum locum, quæ antea legebantur die 4 infra Octavam Nat. 2., ſumpta ex pſeudo-epiſtola ad Paulam & Euſtochium, quæ ſub nomine quidem Hieronymi vel Sophronii habetur, a multis tamen creditur longe recentioris eſſe auctoris. Epiſtola hæc de aſſumptione virginei corporis loquitur, ut de re pie potius opinanda, quam firmiter aſſerenda; cavetque *ne forte, dubia pro certis recipiantur, ſi in manus veneris apocryphum illud de tranſitu ejuſdem Virginis, quod multi Latinorum pietatis amore & ſtudio legendi carius amplectuntur*. Nolim equidem improbare reformationem iſtam, Pii V. auctoritate factam; quin potius velim dicere poſſe, quæ ſit illa *Euthymiaca hiſtoria*, ita abſolute affirmans, quæ prædictæ Epiſtolæ, utcumque ſuppoſititiæ Auctor, Damaſceno tamen facile antiquior, Apocryphiæ nota ſugillat. *Euthymium* ſcriptorem nullum

Sede ſua dejectus a Theodoſio.

E

F

A lum uſpiam reperio, nedum *Juvenali* antiquiorem. *S. Euthymii* monaſterium tempore *Juvenalis* fuiſſe conditum, jam inſinuavi, ubi dedicatæ ab eo eccleſiæ memini. In hoc monaſterio potuit aliquis condidiſſe *Hiſtoriam*, quam a loco *Euthymiacam* dixerit; ſed ætate inter Juvenalem & Damaſcenum media, puta ſeculo 6. aut 7. Chriſtianæ *Æræ*. Ibi, ſi recte introducitur ex ſola traditione loquens *Juvenalis*, profecto necdum notum erat *illud* ibidem dictum *Apocryphum*, adeoque nec Hieronymi nec coævi Sophronii Epiſtola eſt, quæ ejus ut jam extantis meminit; atque ita facile ipſum ſit illud, quod ſub *Euthymiacæ hiſtoriæ* nomine Damaſcenus allegat; quodque tanto poteſt cenſeri vicinius ſeculo octavo, quam quinto, quanto eidem vicinior fuit Auctor, a quo habemus Orationem de Depoſitione Sacræ veſtis in Blachernis, apud Surium extantem ad 15. Auguſti, utpote de ea re, paulo poſt obitum *Juvenalis* geſta, velut ſatis antiqua loquens, & ſimiliter ut Euthymiacæ Auctor, *Juvenalium* allegans, *qui ab antiqua &*
B *vera traditione narrationem* dixerit *ad ſe fuiſſe deductam*. Solum itaque videndum ſupereſt, utrum credibile ſit, revera *Juvenalem* id eſſe teſtatum; de quo dubitari non poſſet, ſi teſtem haberet certiorem & ſeculo v. viciniorum, quam eſſe jam ſæpe dictæ Euthymiacæ Auctorem videmur demonſtraſſe. Ut ut eſt, *Juvenale* extra ſuam Sedem errante, invaſori *Theodoſio* reſtitit generoſe S. Euthymius præfatus: illius autem facinora plenius deducta legere qui volet, jam dictam Nicephori hiſtoriam conſulat, ubi leget quod *menſes omnino viginti tyrannidem ille ſuam exercuit*: donec Marcianus Imperator, Eudociæ gener, mandavit Dorotheo Palæſtinæ Præfecto, ut ab Eccleſia ejectum caperet; *ſed hoc ille facere non potuit, propterea quod peſtis illa in Synaum montem* *(poſt 20. menſes eundem recipit,)* *profugerat. Poſt Theodoſii vero fugam Juvenalis in thronum ſuum reſtitutus, omnibus, quos ille ordinaverat, dignitatem ſtatim ademit*. Eudociæ quoque, ad S. Simeonis Sylitæ increpationem compunctæ, mandavit S. Euthymius, dimiſſa communione Dioſcori, *Juvenali Hieroſolymitano Archiepiſcopo omnino communicare eique conſentire*.

101 Idem mox ac Sedi ſuæ reſtitutus fuit, pacandæ Provinciæ omnem operam dederat, Synodo celebrata *(& Synodū celebrat an. 454.)* anno 454. cujus extat epiſtolare reſcriptum *ad reverendos Presbyteros & Archimandritas & reliquos Monachos Palæſtinæ Provinciæ*: in qua primus ipſe ſine controver-
C ſia ante Cæſareenſem Irenæum ſubſcribit, commendans fidem in Nicæno Concilio conſtitutam & nuper in Chalcedonenſi confirmatam, ejuſque *calumniatores averſari* monet, ut *qui falſum teſtimonium dicere præſumunt adverſus tantos ſanctiſſimos Patres, magis autem adverſus cunctum terrarum orbem*. Id cum S. Leoni nuntiaſſet, reſcripſit hic *pridie Nonas Septembris, Aetio & Studio Viris Clariſſ. Coſſ.* gratulatorias, paternæ admonitioni conjunctas, in hunc modum exordiens. *Acceptis Dilectionis tuæ litteris ... gaviſus quidem ſum, quod Tibi ad Epiſcopatus tui Sedem redire licuiſſet: ſed confluentibus in recordationem omnibus cauſis, quæ te per quoſdam exceſſus laborare fecerunt, dolui adverſitatum tuarum temetipſum tibi fuiſſe materiam, & reſiſtendi hæreticis conſtantiam perdidiſſe; quia æſtimant non eſſe tibi liberum ut eos audeas redarguere, quos tibi profeſſus ſis in ſuo errore placuiſſe. Beatæ enim memoriæ Flaviani condemnatio & Eutychis receptio, quid niſi Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem negatio fuit? quam ipſe grandi miſericordia ſua fecit reſolvi, cum deteſtandum illud Epheſinæ Synodi judicium ita ſancti Concilii Chalcedonenſis auctoritate deſtruxit, ut depravatorum nullum a remedio correctionis arceret. Unde quia in tempore indulgentiæ reſipiſcentiam magis quam pertinaciam delegiſti, ita gaudeo te cæleſtem expetiſſe medicinam, ut fidei ab hæreticis oppugnatæ tandem poſſis eſſe defenſor*. Pergit deinde Leo, occaſione D
Eccleſiæ cui præerat *Juvenalis*, Chriſti vitam ibidem locorum actam recolere, editaque per Crucis virtutem miracula, a quibus poſſit ſumere præſentem veræ fidei prædicandæ teſtificationem. De Cæſareenſi vero in jus priſtinum reſtituendo verbum addens nullum, ſatis ſignificat, ſe quoque *pro bono pacis* ratum habere, quidquid in Hieroſolymitanæ Sedis favorem conſtitutum in Synodo fuerat. *(AUCT. D. P.)*

102 Aliud porro nihil invenio de Juvenale. Nam *(mortuuſque non an. 453.)* quod in Catalogo Latino dicitur, *Apoſtolicæ Sedis legatione fungens Patriarcham Antiochenum Joannem depoſuiſſe*, ſcilicet in prima Synodo Epheſina, falſum eſt; æque ac illud Theodorici de eodem elogium, quod *fuit principalis cum Anatolio Patriarcha Conſtantinopolitano in Concilio Chalcedonenſi, anno Domini 453. & eodem anno obiit 3. die Maii*. Neque enim contra *Joannem* eo uſque proceſſum eſt: ſed ipſe potius, reconciliatus S. Cyrillo, pacem Eccleſiæ reddidit; & *Juvenalis* neceſſe habuit ad pœnitentiam recipi; non obiit autem ante ann. 458. Hunc vero fuiſſe ſucceſſoris *Anaſtaſii* primum, E
certiſſimo ſcimus ex Vita S. Cyriaci danda 21. Septembris, ubi dicitur, quod *Hieroſolymam venit decimum octavum ætatis annum agens, in octavo anno Patriarchæ Anaſtaſii, & nono Magni Imperatoris Leonis, initio Indictionis*, id eſt menſe Septembri anni 465. inchoante Indictionem 13. cœpit enim Leo regnare menſe Januario an. 457. Concordat Vita S. Euthymii Græca, ubi *(ſed 458.)* dicitur, quod *Octogeſimo tertio anno Magni Euthymii* id eſt 458. *Juvenalius Archiepiſcopus Vitæ finem accepit*. Ne autem in numero annorum, quibus ille ſedit, erraviſſe dicatur accuratiſſimus ubique ſcriptor Cyrillus legendum eſt, quod obiit Juvenalius *τὸν τεσσαρακοστὸν ἐν τῇ πατριαρχίᾳ πληρώσας ἐνιαυτὸν quadrageſimum annum in Patriarchatu implens*: non vero (ut habent paſſim exemplaria) *τεσσαρακοστὸν τέταρτον, quadrageſimum quartum*. Qui enim cœpit anno 418. & obiit 458., non niſi 40. annis præſediſſe potuit. Nicephorus & MS. Rulæanum, & auctor tabularum Theophani affixarum, annos ſolum 38. numerant, non comprehendendo ſcilicet F
illos 20. menſes, quibus tyrannidem exercuit *Theodoſius*; qui tamen in MS. Rulæano & Latino Catalogo non nominatur, vere indignus nominari; nominatur autem a Nicephoro, veluti ordine 47. & a Theodorico etiam laudatur, tamquam *vir omni ſanctitate perſpicuus*. Ex quo diſcas quam exiguo cum judicio rerumque peritia proceſſerit auctor, unde talia Theodoricus accepit.

103 Ad diem quod attinet, etiam in MS. Florario, die ſimiliter 3. Maji, poſt commemorationem *S. Alexandri Papæ* & ſociorum, hoc additur: *Juvenalis, Epiſcopus & Confeſſor, colitur cum præcedenti, dicendus ſub uno Per Dominum*; ſed intelligitur Epiſcopus Narnienſis; qui etiam hodie in Breviario Romano ſimul cum illis dicta die recolitur, ſub hac Collecta; *Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut qui Sanctorum tuorum Alexandri, Eventii, Theoduli atque Juvenalis natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur. Per Dominum &c.* Potuit tamen menſe *(Nullus hoc tempore [illegible] Polychronius [illegible]:)* Majo etiam Juvenalis Hieroſolymitanus obiiſſe, ſi cauſa inveniatur cur toto Junio menſe Sedes vacaverit: Succeſſor enim ordinatus fuit initio Julii, ut mox dicemus. Porro in hujus Patriarchæ tempus incidit fabula de cauſa *Polychronii, Epiſcopi*, ut fingitur, *Hieroſolymorum*, ſub Xiſto Papa III. coram Valentiniano Cæſare & 81. Epiſcopis Romæ audita, & Hieroſolymis in Synodo 76. Epiſcoporum Præſidentibus Legatis Apoſtolicis agitata, *Valentiniano VII. & Avieno Coſſ.* id eſt 10. annis poſt mortem Xiſti; quo judicio abſolutus Polychronius, damnato accuſatore ejus Euthymio, *requierit in pace*

poſt

AUCT. D. P.

A *poſt annos Sedis 7. & menſes 6.* æque ſcilicet falſo in ſeriem Epiſcoporum Hieroſolymitanorum intruſus, quam in numerum Conſtantinopolitanorum pro eodem tempore *Theodoſius*, loco Procli vel Flaviani, cujus *Theodoſii chirographum* ad idem judicium allatum ſit.

XLV. ANASTASIUS.

Fit S. Euthymii prophetia,

104 *ANaſtaſius quidam ſanctæ Reſurrectionis Clericus, idemque Scevophylax & Chorepiſcopus, qui fuerat alumnus & ſodalis S. Paſſarionis, cupiebat S. Euthymium videre: & hoc ſuum deſiderium communicans cum Fido Epiſcopo Jamniæ & Coſma Staurophylace, cum ipſis alioque juniore Fido, Epiſcopi Fidi nepote, ſanctæ Reſurrectionis Lectore, ibat ad illum. Ipſis autem in via poſitis atque ad Lauram propinquantibus, eorum adventus revelatus eſt Sancto, qui Chryſippum Lauræ Oeconomum accerſens, ait ei: Paratus eſto: ecce enim cum Fratre venit Patriarcha. Cum autem advenissent, ſublatis mentis oculis magnus Euthymius Anaſtaſium excepit ut* B *Patriarcham: quod qui præſentes aderant mirabantur, accedenſque Chryſippus in aurem ei dixit: Reverende Pater, non eſt hic Patriarcha, ſed Scevophylax Anaſtaſius, vides quod coloratis utatur veſtibus, quibus nefas eſt Patriarcham indui? Ad quæ in ſe revertens Sanctus, Crede, inquit, fili, uſquequo locutus es vidi ipſum albis indutum. Cunctiſque audientibus dixit, Non erravi: ſed quod præſcivit Deus atque prædixit omnino fiet, ſine pœnitentia enim ſunt dona illius.* Ita Græcus noſter Euthymianæ vitæ textus, reſpondens num. 60. vulgatæ verſionis. Deinde vero, ut jam dicere cœpi, iſtic ubi incipit ejuſdem verſionis num. 96. *Octogeſimo tertio anno ætatis magni Euthymii*, id eſt Chriſti 458. *Juvenalius..... vita finem accepit;* ANASTASIUS *vero præmemoratus, conſenſu etiam populi in D. Jacobi Thronum promovetur, initio menſis Julii. Qui cum aſcendens & recordatus prophetiæ magni Euthymii, Fidum Lectorem qui cum ipſo olim ad Lauram acceſſerat prædictionemque audierat, ſanctæ Reſurrectionis Diaconum ordinavit, & cum Staurophylace miſit, ſignificaturum impletionem prophetiæ, rogaturumque ut ſibi liceret ad eum venire ipſumque ſalutare.*

ordinatur an. 458. in Julio,

Huc uſque Vita illa, laudatiſſima *Anaſtaſii* principia nobis ob oculos ponens: cujus deinde anno 15. obiiſſe C Euthymium legimus in Vita S. Sabæ, ab eodem Cyrillo conſcripta, idque, ut in ſua vita dicitur, 20. *Januarii die Sabbathi, anno 16. Imperii Leonis;* quæ ſingula incidunt in annum Chriſti 473. non vero præcedentem, ut putavit Baronius; & egregie confirmant initium *Anaſtaſii*, conſtitutum in anno 458. menſe Julio. Sic enim adhuc in curſu erat ipſius annus 15. cum moriebatur Euthymius; ad cujus cadaver ſpectandum cum acceſſiſſet etiam *Anaſtaſius*, & congrua ei tumulando mandata dediſſet, *reverſus in Sanctam civitatem miſit opifices ad opus & materiam, ut beata illa reliquiæ convenienter ponerentur .... Poſtquam autem perfecta jam fuiſſent omnia* trimeſtri labore, ut ait genuinus Cyrilli textus, *venit in Lauram Archiepiſcopus & venerandum depoſitum ſuis ipſe manibus in præparatum locum tranſtulit ... 7. die Maji: conventumque abſolvens, Martyrium & Eliam*, quos ſucceſſuros in Patriarchatu Sanctus prædixerat, *ſecum ſumpſit in ſanctam civitatem, eoſque Presbyteros ſanctæ Reſurrectionis ordinavit.*

Illius funus curat mortui an. 473.

105 Atque hactenus talia de eo omnia, ut horreat animus credere Evagrio, non optime Catholico, cum lib. 3. cap. 5. accuſat *Anaſtaſium*, quaſi is poſt obitum Leonis Imperatoris fugamque Zenonis, tyranni Baſiliſci litteris ſubſcribens, Leonis Papæ deciſionem & Chalcedonenſe Concilium abrogaſſet. Calumniam putat ſe refutaſſe Baronius allegata eadem S. Euthymii Vita, ubi dicitur, quod Tyrannidem invadens *Baſiliſcus, conciliabulum fecit adverſus divinam Synodum Chalcedonenſem: quo quidem tempore pars eorum qui erant ſchiſmatici in ſancta civitate, cum ſibi Gerontium præfeciſſent Archimandritam, multa innovat adverſus eccleſiam, nec minora iis quæ prius auſus fuerat Theodoſius.* Ego in ea quam vere Cyrillus ſcripſit Vita hoc non reperio; in alia autem, quam apud Lipomanum Latinam vidit Baronius, quamque etiam ex Florentina S. Laurentii bibliotheca deſcripſimus, non lego quod ſchiſmatici *Gerontium* iſtum *adverſus Anaſtaſium in Sedem Patriarchalem extulerunt* (ſicuti rem explicat Baronius) ſed quod eum *in Archimandritam* ſibi conſtituerunt, eoque duce haud leviora auſi ſunt contra Eccleſias, quam ſacta fuerant ſub *Theodoſio*. Monachorum ergo factio illa fuit, qui, rejecto jugo legitimorum ſuorum Abbatum, *Gerontium* ſibi conſtituerunt Abbatem, non vero etiam Patriarcham; qui erat manſitque *Anaſtaſius*. Hic vero (ſive in fide conſtitit, ſive ad extremum imbecillitate aliqua lapſus eſt), *quinto anno poſt iſta obiit*, ut habent Græca interpolata, vel (ut melius habet Vita per Cyrillum) E *ſexto anno poſt dormitionem magni Euthymii, conſummatus eſt Chriſto*, idque *initio Julii menſis*, non vero *Januarii*, ſicut habet eadem interpolata Vita: atque adeo anno 479.

& turbat poſtea a ſchiſmaticis,

obiit an. 479.

106 In quibus ne contradixiſſe ſibi Cyrillus videatur, operæ pretium fuerit genuinum contextum exhibere, qui eſt talis. Τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ πληρουμένῳ, ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου κοιμήσεως, ὁ εὐσεβέστατος Λέων ὁ βασιλεὺς, Λέοντα τὸν ἔγγονον αὐτοῦ, κομιδῇ νήπιον ὄντα, διάδοχον τῆς βασιλείας ἐγκαταλιπὼν, ἐτελεύτησεν· ὃν τινα ἐπὶ ὀλίγους μῆνας τῇ βασιλείᾳ ἐπιζήσαντα, Ζήνων ὁ γεννήσας αὐτὸν διεδέξατο τελευτήσαντα. Τότε δὲ Βασιλίσκος τις τυραννήσας ἐπὶ τῶν Ἰσαύρων φυγόντος, τὴν βασιλείαν ἁρπάσας, ποιεῖ ἐγκύκλιον κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. Τῷ δὲ ἕκτῳ τῆς κοιμήσεως τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου χρόνῳ ὁ μὲν ἀρχιεπίσκοπος Ἀναστάσιος ἐτελευτήσε ἐν χρόνῳ ἐν ἀρχῇ τοῦ Ἰουλίου μηνός. Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν βασιλείαν ὑπέστρεψεν Βασιλίσκον χειρωσάμενος. *Exacto primo poſt Sancti obdormitionem anno, piiſſimus Leo Imperator nepotem ſuum Leonem, admodum juvenem, ſucceſſorem relinquens obiit: hunc vero paucis menſibus in regno ſuperſtitem mortuumque excepit pater ejus Zeno. Tunc Baſiliſcus quidam tyrannidem invadens regnumque in Iſauriam profugi rapiens, encyclicam contra Chalcedonenſem Synodum facit. Sexto autem poſt mortem magni Euthymii anno Archiepiſcopus Anaſtaſius obiit initio menſis Julii: Zeno vero ad Imperium rediit, redacto in ſuam poteſtatem Baſiliſco.* Quæ ſi ita accipias, ut prius obierit Anaſtaſius quam reſtitutus eſt Zeno, perplexam reddent Chronologiam: nam ex epiſtula F Simplicii Papæ ad eumdem Zenonem gratulatoria, data 8. *Idus Octobris poſt Conſulatum Baſiliſci & Armati*, conſtat eam reſtitutionem pertinere ad ann. Chriſti 477. ſin autem referas ad ea quæ ſequuntur de ordinatione *Martyrii*, ſolum ſignificabunt hanc eſſe factam, cum jam reſtitutus eſſet Leo. Sic ergo intelligo; atque *Anaſtaſio* in ſuo Patriarchatu aſſigno viginti integros annos, licet Nicephorus octodecim dumtaxat numeret. Theodoricus de eo ſcribit, quod fuit *Vas omni virtutum chariſmate plenum, pauperibus munificus & caritativus, completoque miniſterio ſuo in pace quievit.*

poſt Zenonis reſtitutionem in Imperium

XLVI. MARTYRIUS.

107 *CUm Leo pius & Chriſti amans Marciani ſucceſſiſſet Imperio*, id eſt anno Chriſti 457. *Timotheus quidam cognomento Ælurus totam conturbabat Alexandriam.* Hac ergo occaſione, *duo quidam Anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius & Elias, unus quidem*

Anno 457 in Palæſtinam venerunt,

A *dem Cappadox, alter vere Arabs, profecti ex monte Nitria, ad magnum illum veniunt Euthymium, & unuſquiſq; illorum in cella ſeparata apud illum longo tempore ſunt verſati...... Prævidit autem magnus Euthymius perſpicaci oculo ea quæ eventura ipſis erant, fore ſcilicet ut unuſquiſq; eorum Jacobi, inter Apoſtolos præclari, Sedem obtineret. Poſtea Elias, cum deſcendiſſet in Hiericho ædificavit ſibi cellam ante civitatem, quæ acceſſionibus ab eo factis paulatim dilatata, tranſmutata eſt in ea quæ nunc cernuntur monaſteria*, inquit Cyrillus in Vita Euthymii n. 95. *Martyrius autem ſpeluncam quamdam ad Occidentem, quæ 15. ſtadiis diſtat a Laura, ingreditur; & cum ſatis temporis in ea manſiſſet, magnum quoddam & inſigne illic quoque conſtruit monaſterium.*

Ibi monaſterium condit.

108 Utrumque ut jam vidimus, Euthymio mortuo aſſumpſit Anaſtaſius Patriarcha & Presbyteros ordinavit: mortuo autem ipſo Anaſtaſio, *Sedi Hieroſolymitanæ ſucceſſit Martyrius, qui ad ipſum Imperatorem Zenonem & Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſcribit de ſchiſmaticis, & illorum vitanda blaſphemia.* Poſtea S. Euthymii Laura converſa in cœnobium eſt: cujus ædificio B abſoluto, *deſcendit illuc Archiepiſcopus Martyrius cum multo comitatu, & præclaram ibidem egit ſynaxim & cum lampadibus ac ſuffitibus copioſis ſplendidam Dedicationem fecit, deponens ſub ara quaſdam partes Reliquiarum Taraci, Probi, & Andronici Martyrum, 7 die menſis Maii: erat vero jam 12. annus poſt deceſſum Euthymii*, id eſt annos Chriſti 484. Interim ſchiſmatici ſub Gerontio Archimandrita monachi, S. Marciani induſtria ad Epiſcoporum, a quibus defecerant, communionem adducti ſunt: *Quos excipiens Archiepiſcopus juſſit faces accendi in ſanctæ Reſurrectionis eccleſia, & magnificam celebravit feſtivitatem, cum univerſa multitudine monachorum & civium, excepto Gerontio Archimandrita, qui jam 45. annum B. Melaniæ monaſteria gubernabat, atque Romano qui apud Thecuam monaſterium conſtruxerat: qui ambo veſana ſua pertinacia inhærentes, e ſuis denique monaſteriis ejecti, & hac illacque aberrantes, denique excommunicati obierunt.* Eo iterum prænominatum in Anaſtaſio *Gerontium*, abſque ullo invaſæ ab eo Cathedræ indicio.

Ipſe Patriarcha dedicat cœnobium S. Euthymii.

Reducit reductos ſchiſmaticos.

109 Denique in Vita S. Sabæ c. 38. legimus, quod eodem *Saba jam quadrageſimum octavum ætatis ſuæ annum agente, Patriarcha Martyrius, anno ſui Pontificatus octavo, exceſſit e vivis*; & quidem, uti in Commentario prævio ad Vitam S. Euthymii Henſchenius, 13. *Aprilis indictione 9.* quæ nobis ann. Chriſti 486. denotant; nam & S. Sabas natus erat menſe Januario, *Theodoſio 17* C *Conſule* id eſt an. 439. Baronius ad an. 485. quo obiiſſe *Martyrium* ſtatuit, judicat non eſſe audiendum Evagrium, ex Zacharia Eutychiano aſſumentem, quod *Martyrius Epiſcopus Hieroſolymorum ad Petrum, Alexandrinæ urbis Epiſcopum* hæreticum, *Synodicas ſuas miſit.* At nondum hic Petrus pro tali ſe gerebat; cum autem Evagrius addat, quod *poſtea quidam ab ejus communione ſe abjunxerunt*, ac tum demum *Petrus Chalcedonenſem Synodum publice anathematizavit*; non magna Martyrio infamia fuerit cum eo qui adhuc latebat communicaſſe, ſi modo nequitia cognita ab eodem receſſerit, quod præſumere licet. Theodoricus ſic ſcribit: *Martyrius, ſanctus Patriarcha, admirandis virtutibus & miraculis late clarus, gregem ſanctum ſibi commiſſum devote regens; multoſque perfidos gentiles* (melius dixiſſet, hæreticos) *ſua prædicatione convertit: ad Chriſtum denique feliciter migrans a ſeculo, æternaliter cum Chriſto regnat*: quæ utinam ab antiquiori auctore haberentur!

Et moritur an. 486.

XLVII. SALUSTIUS.

110 SEdem *poſt Martyrium accepit* SALUSTIUS, inquit Cyrillus in Vita S. Sabæ, anno ut jam diximus 486. ubi conſequenter legi poteſt, quomodo apud ipſum accuſatus a quibuſdam ſuis monachis Sanctus, quaſi præ nimia ſimplicitate ineptus ad regimen, juſta *Saluſtii* judicio defenſus fuerit. De eodem legitur apud Nicephorum Calliſtum lib. 17 c. 22. quod *minime credere volens quæ de Barſanuphio apud Gazam incluſo fama vulgabat, poſtquam perfodere domunculam ubi homo Dei habitabat juſſit, ignis alicunde exortus omnes combuſſiſſet niſi ſibi fuga ſanſaluiſſent.* Evagrius quidem multo antiquior ſcriptor Euſtochium nominat, annis poſt *Saluſtium* pluribus quam quadraginta inductum in Sedem, & conveniunt tempora Juſtiniani Imperatoris. Rationibus tamen chronologicis convictus ad 11. Aprilis, cenſui fieri non potuiſſe, ut uſque ad Euſtochii ætatem vixerit *Barſanaphius*, multumque fore quod Juſtiniani tempora, anno 527. regnare exorſi, attigerit centenario major. Neque adhuc mentem muto, ſolum cupio mutatos annorum numeros, quos *Saluſtio* Euſtochioque adſcripſi num. 3. deceptus per tabulas Theophani inſertas. Licet enim eas ſuſpectas habendas noſſem, juxta Tractatum meum præliminarem ad tomum 3. Martii, ſequi tamen debui, quia alium nullum tunc habebam potiorem auctorem, & cum tabulis faciebant numeri annorum apud Nicephorum Conſtantinopolitanum ſinguli adnotati, atque a Sophronio qui obiit anno 638. ſurſum ducti.

S. ordinatur an. 486.

D

AUCT.
D. P.

Barſanuphii Reliquiæ propoſitæ explorat.

E

111 Idem Conſtantinopolitanus Nicephorus de *Saluſtio* ait, quod *ab eo ſeparatus eſt Romanus Epiſcopus propter Edictum concordiæ a Zenone editum.* Editum hoc fuerat anno 482. eique acrior ſe oppoſuit S. Felix Papa III. anno mox ſecuto ordinatus, quamdiu in Petri Cathedra ſedit, id eſt uſque ad an. 492. Quod ſi verum eſt ab eo excommunicatum fuiſſe eadem ea cauſa *Saluſtium*, neque id potius in *Martyrium* cadit; dicendum erit ſeparationem ejus haud diuturnam fuiſſe. Laudatur enim in Vita S. Sabæ Saluſtius, quod *cum Anaſtaſius poſt Zenonem ſuſcepiſſet Imperium*, ut fecit anno 491. *& ſchiſmata cum ſumma impudentia loquerentur adverſus Eccleſiam, volens liberare Fratres ab illa tempeſtate, primum quidem conſtituit ut S. Marcianus eis præeſſet: aliquanto vero tempore interjecto ægrotans & corpore male affectus, communi ſuffragio omnium qui ad ſe convenerant ex ſolitudine, ſtatuit ut monaſteriis quæ erant circa ſanctam civitatem præeſſent Sabas & Theodoſius; atque hic quidem iis qui communiter vivebant, ille vero aliis qui cum nullo omnino congrediebantur & erant prorſus ſeparati.*

Monaſteriis contra ſchiſmaticos proſpicit.

F

112 Fuit hic extremus *Saluſtii* morbus, quo & obiit, *expletis Patriarchatus annis 7. ac 3. menſibus, 23. Julii, 1. ætatis S. Sabæ anno 56.* Chriſti 493. juxta Henſchenium noſtrum in prologom. ad Vitam S. Euthymii. Theodoricus Pauli hujuſmodi elogium ei texuit: *Vir ſanctus & Catholicæ fidei extitit præclariſſimus propugnator, atque tam vita quam eruditione ſanctiſſimus: qui que Jubilæum ſua eccleſia cum omni humilitate & devotione celebrans, quemdam leproſum ſolo oſculo ſanavit, & tandem in Chriſto conquievit.* Credat de miraculo qui volet, de Jubilæo ſaltem nemo negaverit figmentum eſſe, ex poſteriorum ſeculorum uſu ſumptum.

Et moritur an. 493.

XLVIII. ELIAS.

113 POſtquam *Saluſtius migravit ex hac Vita, in Sedem illius evehitur* ELIAS, *cujus in Vita S. Euthymii ſæpe memini*, inquit Cyrillus. *Ubi autem factus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus, ſtatim omni ſtudio contendit, ut circa ſe congregaret bonos Monachos ſanctæ Reſurrectionis, circa turrim David diſperſos in aliquibus cellis: monaſteriumque conſtruxit apud Epiſcopatum, & cellas ædificavit ad illos excipiendos, unicuique eorum, qui conveniebant, abunde ſup-*

Varie dictam eccleſiam Elias Euphemio C. P. adhæret.

A ſolicitur quidem pro unione omnium Eccleſiarum, ſed *Hieroſolymitana imprimis, cui omnes favorem impendunt quaſi matri Chriſtiani nominis, ut nemo audeat ab ea ſeſe ſecernere.* Porro *cum magno Saba ad annos octoginta ſex proceſſiſſet ætas*, ageretur autem Chriſtianæ æræ annus 524. *deceſſit Joannes, relicto ſucceſſore Petro viro inſigni.* Deceſſit autem 12. Aprilis, juxta Henſchenium in Prolegomenis ad Vitam S. Euthymii n. 15. & *tertio poſt anno Juſtinus Imperator, valde jam ſenex & morbo oppreſſus, Juſtinianum patruelem pro ſe conſtituit Imperatorem* anno 527. quæ uti in S. Sabæ vita habentur, ita cum omni temporis illius hiſtoria conveniunt optime, totamq; horum Patriarcharum ſucceſſionem & chronologiam reddunt undequaque indubitabilem.

obiit anno 524.

119 Theodoricus Pauli, neſcio quo abreptus errore, in Chronico univerſali huic Joanni applicavit, *quod ſub ipſo facta eſt inventio Sanctorum Stephani, Gamalielis, Nicodemi & Abibon, quodque ex Regula S. Baſilii an. Domini 412. ſcripſit Caprafio Carmelita diſcipulo ſuo qualiter viveret.* Eadem de Regula repetit in libro Bellorum B Dei ad Joannem Cyrilli ſucceſſorem, quem etiam ſcripſerat ab Adriano Papa primo ordinatum. Ita vir optimus intricavit ſeſe, dum ſeſe aptare ititur eorum voluntati, qui de Joanne, ut volebant, ſuo, tam incongrua ſuggerebant. Multo ſane fuerat factorus conſultius, ſi de Carmelitis non fuiſſet locutus ante ſeculum 12. prout faciendum ei ſuggerebat Catalogus, ab ipſomet initio Chronici ſui fol. 20. deſcriptus. Eum non fuerit incongruum hic attexere, ut clarius appareat, hunc ſcriptorem nihil ſuo examine ac judicio diſcreviſſe, ſed ſimpliciter tranſcripſiſſe omnia quæcumq; putabat ſervire poſſe intento ſuo, quod erat Chronicon univerſale contexere. Multa quidem animadverſione & correctione eget Catalogus iſte, ſed id hujus loci non eſt; quare eum, ut invenio, ſub ejuſmodi cautela accipe.

Circa eumdem error Theodorici.

Ex hoc Catalogus Ordinum religioſorum,

Ordo Eremitarum cœpit anno Domini 289.
Ordo Regularium cœpit A. D. 400. vel .....
Ordo B. Benedicti anno 531.
Ordo Cluniacenſis anno 1084. ſub Odone,
Ordo Ciſtercienſis A. D. 1121.
Ordo Templariorum anno 1010.
Ordo Præmonſtratenſis A. D. 1120.
Ordo Hoſpitalariorum anno 1121.
Ordo Joannitarum anno 1140.
Ordo Dominorum Teutonicorum 1190;
C *Ordo S. Trinitatis anno 1197.*
Ordo de Sepulcro Domini anno 1197.
Ordo Prædicatorum A. D. 1203.
Ordo Minorum A. D. 1216.
Ordo Cruciferorum anno 1216. ſed confirmatus anno 1247.
Ordo Carmelitarum anno 1176.
Ordo Auguſtinenſium anno 1223.
Ordo Vallis Scholarium anno 1223;
Ordo Paulinorum anno 1310.
Ordo Cæleſtinorum anno 1310.
Ordo Wilhelmitarum anno 1310.

Similis Catalogus dicitur eſſe impreſſus *Florentiæ an. 1513. die 20. Januarii per Philippum Giunta, impenſis totius Camaldulenſis Ordinis*, poſt Vitam S. Romualdi conſcriptam a S. Petro Damiano, ubi ſimiliter ſingulorum Ordinum notantur principia, & de Carmelitano hæc formalia verba leguntur. 1200. *Ordo Carmelitarum ab Alberto Epiſcopo Hieroſolymitano.* Apparet autem quod Catalogi auctor pro nihilo habuerit qualecumq; principium ante acceptam Regulam, quæ veluti *anima & forma* eſt *Ordinis* cujuſcumque, uc ipſi ſcriptores Carmelitæ loquuntur;

L. PETRUS.

D *ANCT. D. P. Ordinatio an. 524.*

120 JOanni, ut jam diximus, hujus nominis ſecundo ſuccedens PETRUS an. Chr. 524. necdum quartum in ea Sede annum expleverat, quando obiit S. Theodoſius Cœnobiarcha, de quo ad Vitam a Theodoro Petrarum Epiſcopo ſcriptam præfatur Cyrillus, quod mors ea contigit die 11. *Januarii Indictionis 7. 22. menſe regnantis Juſtiniani*, cum ille annum ferme centeſimum ſuæ ætatis *attigiſſet*: cœperat autem regnare Juſtinianus in cœna Domini Kalendis Aprilis anni 527. ita ut menſis ejus 22. recte nos ducat ad Januarium anni 529. *Petrus* autem Archiepiſcopus, intellecta ea morte, cum aliis quibuſdam aliarum civitatum Epiſcopis, tum forte in ſancta civitate præſentibus, feſtinavit ad monaſterium ut exequias celebraret, ſicut teſtatur Theodorus prædictus, *πανάριστον*, id eſt *Optimum* ſeu *Præſtantiſſimum*, appellans *Petrum*. Auctor vero alterius Vitæ, quæ Latine extat edita, laudat ut virum, *cujus magna quidem fuit fama, famam autem ſuperabat virtus.*

ſepelit S. Theodoſium an. 529.

E

121 Poſt *Theodoſium* an. Chr. 531. moritur etiam *S. Sabas 5. Decembris Indictione 10. ætatis ſuæ an. 94.* cujus exequiis cur non dicatur nominatim idem Patriarcha interveniſſe, ſicut in genere dicitur de *omnibus quotquot erant Epiſcopis*, incompertum mihi eſt; honeſtius hoc certe ei fuiſſet, quam quod paulo poſt decipi ſe ſiverit ab Origeniſtis in præjudicium Sabaitarum; perſuaſus ab illis, *ut Petri Alexandrini, & Joannis, cui cognomen erat Strongylus, ſuſciperet communionem.* Quanta hinc mala obvenerint ſanctiſſimæ illi Lauræ pathetice ſatis deſcribit Cyrillus; neque iis finis obtigit quamdiu in vivis fuit *Petrus*. Qui iterum facilitate nimia adduci ſe paſſus eſt an. 535. ut Anthimum Trapezuntinæ civitatis Epiſcopum pateretur ad Sedem Conſtantinopolitanam transferri, contra quam Canones permittant; eoque meruit ab Agapeto Papa per epiſtolam quæ extat redargui, *quod iſtud opus, ita aperte contrarium decretis Patrum, non ſolum ad notitiam Apoſtolicæ Sedis adducere neglexit, ſed & reprehenſibili conſenſu confirmavit.* Vidit igitur, & pro ſua naturali bonitate etiam approbavit, depoſito Anthimo ſuffectum anno ſequenti 536. S. Mennam; ab eoque cum omni reverentia accepit Concilii Conſtantinopolitani Acta, & ſuam mox ipſe quoque Synodum coegit 13. *Kalend. Octobris Indict.* 15. jam inchoata, *aſſentientibus Sacerdotio ſuo ſanctiſſimis Epiſcopis trium Palæſtinarum ſub ſanctis locis venerabiliſſimæ Synodi exiſtentibus*, qui omnes ſubſcripſerunt Actis, hæreticorum damnationem continentibus, numero quadraginta quinque Epiſcopi.

poſt an. 531 decipitur ab Origeniſtis.

iterumque an. 535.

reſipiſcit et hæreticos damnat an. 536.

F

122 Anno 542. *Baſilio V. C. L. Coſ.* cum Paulus Epiſcopus Alexandrinus, incautius agens, propter cædem, ipſius juſſu ut ferebatur patratam (quod tamen negabat ille, ſed negare non poterat occaſionem dediſſe) judicatus eſſet irregularitatem incurriſſe, & Gazam in exilium relegatus; per Pelagium Apoſtolicæ Sedis Legatum, Imperatoris mandata ferentem, juſſus eſt *Petrus* Gazam tranſire, unaque cum aliis duobus Epiſcopis *Pallium auferre Paulo, eumque deponere*, ut ſcribit Liberatus. Hoc ſine dubio mœſtiſſimus fecit ſi vere orthodoxus Paulus iſte fuit, uti credidit Liberatus: ſin autem hæreticus, eoque damnatus *quod Dioſcori hæretici prædeceſſoris ſui Depoſitionem celebraret*, ſicuti ſcribit Victor Tunenenſis, aut *Severi* Acephalorum Principis, ut habet Theophanes; non erat quod ei compateretur. Hac occaſione contigit Pelagio tradi a monachis Hieroſolymitanis excerpta quædam ex Origene Capita, quæ petebant Imperatori damnanda proponi: eoq; libenter annuente, quippe qui gaudebat in talibus cauſis ferre judicium, dictata eſt a Menna Archiepiſcopo CP. anathematis ſen-

an. 540. deponit Paulum Alex.

A eoſque ſubſcripſerit, incertum eſt: neque enim quiſpiam aut ipſius aut Romani Pontificis nomine ſignaſſe ait. Acta tamen Synodi accipiens, ſuam etiam ipſe Hieroſolymis coegit, in qua, uti dicitur Act. 1. Concilii Nicæni II. *quotquot erant Palæſtiniorum Epiſcopi, manibus & pedibus & ore ſententiam & ſtatutum Synodi confirmavere; niſi quod Alexander Epiſcopus Abylei contrarium ſenſit, quamobrem Epiſcopatu exutus Byzantium ſe recepit.*

Et poſt 11. annos ſua ſede. 127 Nicephori Chronologia, *Macario duos annos, Euſtochio unum, Macario iterum quatuor* aſſignat. Sed incredibile eſt duobus annis a *Macario* Epiſcopatum geſtum abſque aſſenſu Imperatoris, & hoc quoque dato, non potuiſſet uno ſolum anno ſedens *Euſtochius* pervenisſe ad tempora Synodi quintæ. Utramque difficultatem tollet levis mutatio, ſi *Macario* antequam expelleretur, pro duobus annis, *menſes duos*, μῆνας β′, dones; ſic ut eodem quo electus eſt anno 544. expectarit confirmaB tionem ſuam menſibus Octobri & Novembri, deinde vero ſederit nova electione aſſumptus *Euſtochius*: ſederit autem non ἔτος ἕν, ſed ἔτη ἕνδεκα, *annos undecim*, ſitque primum anno 556. depoſitus, agente Theodoro Cæſarienſi prædicto, *qui* ut loquitur Evagrius, *cum* *Depoſitus an. 556.* *Juſtiniano aſſiduus erat, eique fidus imprimis erat atque perutilis*, ſeu verius pernicioſiſſimus, ut qui optimum alias Principem ad res fidei per ſe tractandas impulerit, unde Liberato teſte, *publice clamitavit aliquando ſe & Pelagium vivos incendendos, per quos hoc ſcandalum introivit in mundum*. Latinus Patriarcharum Catalogus a *Joanne II.* ad *Zachariam* tranſit, omiſſis ſex mediis. Theodoricus duos interponit, *Petrum* ſcilicet, de quo ſupra, & inferius nominandum *Joannem tertium*: quid porro huic *Euſtochio* factum ſit ignoramus.

LII. MACARIUS II.

Sedit poſt reſtitutionem annis 14. 128 MACARIO *Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Sacerdotium poſſidente atque in propriam Sedem reſtituto, cum poſt depoſitionem Euſtochii Origenem, Didymum atque Evagrium ſub anathemate damnaſſet; Juſtinianus ſcripſit id quod Romani Edictum vocant, in quo corpus Domini incorruptibile appellat, & naturalium atque inculpabilium etiam paſſionum capax fuiſſe negat.* Ita Evagrius lib. 4. cap. 39. non diſtinguens quanto tempore C *Euſtochii* depoſitio & *Macarii* reſtitutio præceſſerit publicationem impii Edicti, factam anno 563. Ego, ſi mihi liceat ſicut cœpi pergere, & *Euſtochium* Sedis ſuæ anno 11. expulſum dicere, potero *Macario*, non ſolum 4. ſed 14. annos invenire, quibus ſederit, defunctus anno 570. Hoc modo nonum ii egerit Patriarchatus ſui annum, quando prodiit Edictum, qui, qualiſcumque fuerit cum morienti Petro ſubrogatus primum eſt, nunc ſaltem in recta fide ſtetit. Evagrius enim neminem excipit; ſed cum dixiſſet univerſos Epiſcopos conſpiraviſſe, ut ad furorem Imperatoris tantiſper declinandum appellarent ad ſententiam Anaſtaſii Epiſcopi *Fidei ut videtur bonæ* Antiocheni; ſubjungit, quod ad eorum depoſitionem proceſſurus ſacrilegus Rex fuerit, niſi plaga inviſibili præventus ex hac luce migraviſſet 14. Novembris anni 566. Eſt tamen unde ſuſpiceris, non omnes conſtantiam æqualem tenuiſſe ad extremum, atque inter infirmiores fuiſſe *Anaſtaſium*, ſolaque ſimplicitate animi Baronio excuſabilem. Hic enim putat ſuſpicionem ejuſmodi ſatis fundari in eo, quod auctor Prati Spiritualis cap. 19. & 96. aſſerit, Abbatem Eliam & Julianum Arabem communionem *Macarii* ſubterfugiſſe, interimque excuſari eum, quod S. Simeon in Monte-mirabili (cujus Vitam dabimus 24. Maii, quique hoc tempore vivebat) ab eodem Juliano quid agere deberet conſultus: *Ne recedas*, inquit, *neque teipſum a ſancta Eccleſia ſepares*, *an etiam ſanctus?* *neque enim ille habet male, gratia D. N. Jeſu Chriſti*. In D Vita quoque S. Gregorii Agrigentini, qui 23. Novembris colitur, crebra eſt *Macarii* mentio, veluti qui adventum ſancti adoleſcentis in Hieroſolymitanam eccleſiam divinitus cognoverit, ejuſque ac ſociorum nomina & vultum antea nuſquam viſum, ac denique Diaconum ordinaverit. Sed hæc Vita multæ fabuloſitatis ſuſpecta nobis eſt, neque in teſtimonium ſanctitatis pro *Macario* adducenda, donec ſevero examine diſcuſſa fuerit. AUCT. D. P.

LIII. JOANNES III.

LIV. AMOS.

LV. ISACIUS.

129 HOs tres nobis ſuggerunt Catalogi Græci, apud Nicephorum & in membrana Rulxana, ſicut JOANNI aſſignentur anni 22. AMOS VIII. *Ab an. 570. Joannes ad 591.* ISACIO etiam 8. qui ſimul ſumpti ſunt anni 38. junctique anno 570. quo mortuum ſtatuimus deceſſorem *Macarium*, pertingunt uſque ad annum 608. De JOANNE E ſcribit Theodoricus Pauli, quod *vir totus Eccleſiaſticus, devotus & juſtus, præfuit Eccleſiæ Hieroſolymitanæ in omni ſanctitate, anteceſſoribus ſuis æquandus: qui curſu præſentis vitæ feliciter peracto, æternam vitam meruit intrare*. Prætermittuntur ab eodem Theodorico *Amos* & *Iſacius*; ſed exiguo cum incommodo, quia elogia iſtæc ex conjectura ſola compoſita videntur. Interim certa *tum Amos uſque ad an. 600.* eſt ratio ſucceſſionis. Etenim iſtius *Amos* (qui apud Nicephorum Calliſtum vocatur *Neamus*) epiſtolam a S. Gregorio Papa accepit, quæ eſt in Regiſtro ejus l. 7. ep. 7 data *menſe Novemb. Indict. I.* id eſt an. 597. de Petro Acolytho fugitivo, ſiſtendo, & Romam mittendo, atq; interim pro excommunicato habendo. Ipſo autem, quo *Amos* Patriarchatum iniit anno Chriſti 591. Guntramni regis Francorum 30. ſcribit Fredegarius, *inventam eſſe Tunicam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ eidem ſublata eſt & a militibus qui eum cuſtodiebant eſt ſortita, prodente Simone filio Jacobi: qui per duas hebdomadas multis cruciatibus affectus, tandem profitetur ipſam tunicam in civitate Zofad, procul a Hieroſolymis, in arca marmorea poſitam eſſe: quam Gregorius Antiochenus (tunc in ſuo Patriarchatu annum agens 21. ſecundum Theophanem,) & Thomas Hieroſolymorum* (quod nomen Fredegario pro *Amos* obrepſit) *& Joannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus* (ſcilicet *jejunator*, annum tunc 8. ſedens ſecundum eumdem Theophanem) *cum aliis multis Epiſcopis, triduanum facientes jejunium, exinde condigne cum arca* F *marmorea, levi effecta quaſi ex ligno fuiſſet, ordine pedeſtri Hieroſolymam cum devotione ſanctiſſima perduxerunt; & eam in loco ubi Crux Domini adoratur cum triumpho poſuerunt*. Ea Tunica nunc Treviris religioſe aſſervatur: ſed quia ignoratur quomodo vel quando allata, invaluit opinio, S. Helenam, quam Treviris quoque natam fuiſſe volunt, ipſam miſiſſe cum aliis Reliquiis: quod nequaquam crediderim. Qui enim inventæ ab ea Crucis Clavorumque adeo certam memoriam nobis reliquit Theophanes, non omiſiſſet puto etiam meminiſſe Tunicæ, ſi ea tunc pariter fuiſſet reperta; neque ignoraviſſet Fredegarius, ipſam jam pridem Treviris coli, celeberrimo totius Galliæ Germaniæque concurſu. De Patriarcha autem *Amos*, in Prato Spir. c. 199. hæc leguntur: *Cum deſcendiſſet Abbas Amos Hieroſolymam, & Patriarcha ordinatus eſſet, venerunt omnes monaſteriorum Eremi Abbates ut eum adorarent, inter quos adfui & ego, cum Abbate meo*, inquit Joannes Moſchus. *Cœpitque Patriarcha dicere Patribus: Orate pro me, Patres: magnum enim onus & intolerabile mihi in-*

AUCT. D. P.

A *junctum eſt, Sacerdotiique dignitas hic terres immodice: Petri enim & Pauli ſimilium eſt regere rationales animas: ego autem infelix peccator ſum. Nam inveni ſcriptum, quod beatiſſimus & æqualis Angelis Papa Leo, qui Romanorum Eccleſiæ præfuit, per quadraginta dies perſeveravit ad ſepulchrum Apoſtoli Petri, vigiliis & orationibus inſiſteas, petenſque ab Apoſtolo, ut pro ſe apud Deum intercederet, ut dimitterentur ſibi peccata ſua: impletiſque diebus quadraginta, apparuit ei Apoſtolus Petrus, diceas; Oravi pro te, & dimiſſa ſunt tibi peccata tua, præterquam impoſitionis manuum: hoc enim ſolum abs te requiretur, ſive bene, ſive forſan etiam male egeris.* Videntur hæc indicare aliquam *S. Leonis I.* Vitam antiquam, quæ utinam adhue uſpiam inveniatur, aut ſaltem inveniatur Auctor, unde viſio iſta eſt accepta!

Idē moteis orationum, ut donaret Deo pro impoſitione manuum.

130 Octennio poſt *Amos* ſucceſſit Isacius, neque diu cunctatus eſt quin ad Gregorium Papam ſcriberet, ſicuti apparet ex reſponſo quod Indictione 4. id eſt anno 601. expeditum extat in Regeſto Gregoriano, eſtque libri 9. Epiſt. 40. inſcripta *Iſicio* (verius Iſacio) *Epiſcopo Hieroſolymorum*. Hanc exordiens ſanctus Pontifex a myſtica ſignificatione fabricatæ in B tempus diluvii arcæ; *in hujus*, inquit *arca*, id eſt Eccleſiæ, *ædificatione vos currere, relecta Fraternitatis veſtræ epiſtola, recta fidei compage gaudemus; magnaſque omnipotenti Deo gratias exſolvimus, qui & in mutatis gregis ſui Paſtoribus, fidem, quam ſemel ſanctis Patribus tradidit, etiam poſt eos immutatam cuſtodit.... Tua Fraternitas rectam per omnia fidem excolit; & ſpiritualiter edocta, quæ quærenda erant ſubtiliter enarravit. Fides itaque veſtra, fides eſt noſtra: ea tenemus quæ dicitis, ea dicimus quæ tenetis. Quia vero pervenit ad nos, in Orientis Eccleſiis nullum ad ſacrum Ordinem niſi præmiorum datione pervenire; ſi ita eſſe veſtra Fraternitas agnoſcit, hanc primam oblationem omnipotenti Deo offerat, ut a ſubjectis ſibi Eccleſiis errorem Simoniacæ hæreſeos compeſcat.... Præterea pervenit ad me, quia in Eccleſia urbis veſtræ Hieroſolymorum, quæ Ælia dicitur, ſæpe jurgia naſcuntur: unde Sanctitas veſtra debet ſollicite cuncta penſare, & quædam manſuete corrigere, quædam vero quæ corrigi nequeunt æquanimiter tolerare.... ut in ſancta Hieroſolymorum Eccleſia pacem cohabitantium per omnia conſervet..... & de his quoque qui per jurgium perire poterant mercedis lucra colligat.*

et deinde Iſacius, ad quem eſt epiſtola Gregorii Papæ.

PARERGON VII.

C

De Jacobo pœnitente, circa hæc tempora prope Carmelum vivente, an Carmelita cre-itus a Bollando.

131 PErtinet ad hoc ſextum, in quo verſamur, ſeculum S. Jacobus *Eremita, in Palæſtina apud Porphyreonem, qui poſt lapſum diu in ſepulcro pœnitentiæ cauſa latuit, & clarus miraculis migravit ad Dominum,* uti ſcribitur in Romano Martyrologio hodierno ad diem 28. Januarii. Hujus Vitam prælo parerat Henſchenius, illuſtratam Notis & Commentario aliquo prævio; quem more ſuo recognoſcens Bollandus, ibique legens *Porphyreonem* urbem, quæ & *Caiphas* dicitur, ſitam aſſe *ad mare, juxta radices Carmeli montis*, exiſtimavit optimam hanc eſſe occaſionem indicandi, quam non pro ſuo haberi vellet Zegeri Pauli Carmelitæ Commentarium de Vita S. Teleſphori Papæ, ad 5. Januarii ante annos circiter ſeptem excuſam (nam toto octennio primus iſte menſis ſub prælo fuit) cum novus ac rudis adhuc in opere, ipſe neſciret quid inchoaſſet, vix aliquid ultra nudam collectionem tunc cogitans. Ergo ſua ipſe manu inter num. 4. & 5. hæc quæ ſequuntur, joco potius quam ſerio collocavit; dicebat enim non ſine riſu, Qui

Bollandus ad hujus Sancti Vitam

cæteros omnes ſibi arrogant, non debent pœnitentem D peccatorem excludere. Sic ergo ſcripſit.

132 *Merito quis mirari poſſit, Sanctum hunc a M. Antonio Alegre Carmelita non inſertum eſſe Paradiſo Carmelitici Decoris, cum ſuo Ordini adſcribat quotquot non ſolum in Syria, Palæſtina & Ægypto, verum & reliquum per orbem monaſticam vitam primis ſeculis egerunt, aut aliquomodo adumbrarunt. At, ſive inſtitutum illud vivendi inde a priſcis illis temporibus aſſidua ſerie huc uſque eſt propagatum, probabilius eſt ibi viguiſſe, ubi prima dicuntur a Prophetis poſita ejuſmodi diſciplinæ cunabula: ſive vero ſolum poſt ſubactam a Francis Syriam erecta ex Sanctorum hominum ſocietas eſt, quæ Fratrum S. Mariæ de monte Carmelo appellatur (ut multi de recentioribus exiſtimant, qui undecim ſeculis integris negant uſquam Carmelitarum vel nomen prolatum ab ullo eorum temporum ſcriptore; at contra conſtare, ante S. Hilarionem nec auditum quidem in Palæſtina & Syria nomen monachorum, Hieronymi teſtimonio firmant) ſi igitur cœpit quidem ante quinque ſolum ſecula, ut illi volunt, ea Congregatio, ſed quo magis inflammaret in ſuorum animis ſtudium virtutum, earum voluit exempla proponere in iiſdem uſurpata locis; & convictus ſimilitudinem loci ac pietatis ſimilitudine aſſerere; non oportuit tamen veteres potius illos ante Chriſtum Prophetas aut alibi terrarum Monaſticen profeſſos adducere ſtatuereque imitandos, quam qui tanto propius ante noſtra tempora ad ipſius habitarunt Carmeli confinia. Atque ad hanc claſſem pertinet non ſolum Jacobus, ſed & ſancta illa mulier, quæ antea ad ejus labefactandam pudicitiam allegata, ſed mox illius in profligandis voluptatum illecebris fortitudinis miraculo perculſa, dedit fidei manus, baptiſmoque abluta in Virginum deinde monaſteria reliquam vitam ita exegit, ut & cara Deo eſſet & adverſus dæmones gratiam acciperet. Illud ergo ceteraque monaſteria certiori ratiocinatione ſuo poſſunt Ordini vendicare religioſiſſimi Patres Carmelitæ, circa ipſum ſita Carmelum.*

Item mirator ipſum non aſſumptum a Carmelitis,

et hos tamen fuiſſe non aſſirmat, E

133 Hæc ibi Bollandus, & quidem motu omnino proprio, moleſteque nonnihil ferente Henſchenio; qui maluiſſet iſtam chordam non fuiſſe tactam, offenſione eo loco ac tempore importunam reformidans. Sed vanus profecto hic timor erat; Patres enim illos adeo ceperat Teleſphori Vita, ut ad hanc novam adeoque manifeſtam declarationem animi, nihil pro Carmelitica antiquitate aſſerenda ex ſuo illo permiſſo potius quam facto deduci volentis, non modo non reſpexerint; ſed uſque hodie pergant blandiri ſibi, atque eo loco allegato in ſuo Armamentario Speculoque & utriuſque Indice, aſſeverare, quod *Bollandus admittit Carmelitam ſeculo 6.* Multis deinde exaggerant injuriam, quam Magiſtris meis Bollando & Henſchenio fieri a me dicunt, dum hæc in lucem effero; aut etiam occaſione oblata quædam eorum ſcripta retracto. Quaſi ſcilicet illi potuiſſent ac debuiſſent cœpto primum operi afferre omnem eam ſcientiam, ac variarum rerum cognitionem, verique a falſo ſecernendi experientiam, quam tot annis ſucceſſive acquiſiverunt, mihiq; communicare ſtuduerunt; quemadmodum adhuc facit (atque utinam diu pergat facere) P. Henſchenius, ſextum jam ſupra quadrageſimum annum in hac palæſtra exercitus, omniumque ſtudiorum meorum atque ſcriptorum moderator & arbiter, idemque certiſſimus teſtis ortus atque progreſſus totius operis & cunctorum Bollandi arcanorum atq; conſiliorum particeps per annos triginta. Hic non modo nullam ſibi ſuoque Bollando fieri injuriam exiſtimat a me, ſi quid ultra quam viderint, ipſorum humeris ſuffultus videam: ſed gaudet ſe eo rem adduxiſſe, unde non iners poſteritas haud difficulter poſſit progreſſus facere ampliores.

Imo intendat conareu ea ſuo ſtudio videatur illis datus Teleſphorus.

F

A

LVI. ZACHARIAS.

Anno 614. a Perſis abductus in captivitatem

134 ZAcharias *ante captivitatem* Patriarcha haud dubie fuit, ſed quod additur in Nicephori Catalogo & membrana Rulzana *annis* 22. vel, ut Latinæ quædam verſiones habent, 24. non poteſt intelligi de tempore *ante captivitatem* tranſacto. Captivitas enim illa contigit anno 614. Indictione 11. ſicut conſtat ex Chronico Conſtantinopolitano, quod vulgo Alexandrinum nuncupatur, eo tempore ſcripto. Contigit autem una hebdomada, poſtquam in Laura S. Sabæ occiſi eſſent Sancti quadraginta quatuor Patres, quorum memoriam Græci recolunt & poſt eos juxta hodiernum Romanum Latini, 16. Maii, licet apud Antiochum monachum coævum notatus inveniatur dies 15. Rem paucis deſcribit in Chronographia Theophanes, ſed uno anno ſerius propter primum Heraclii annum in duos annos diviſum, quemadmodum pluribus demonſtravimus in Exegeſi Paſchali ad tom. 3. Martii cap. 4. Sic autem ſcribit ad annum Heraclii v. qui revera ſolum 4. fuit, *Hoc anno Perſæ Jordanis loca, Palæſtinam & ſanctam civitatem armorum vi ſubegerunt: & manibus, ut qui-*

B *dam aſſerunt, Judæorum ad nonaginta Chriſtianorum millia trucidarunt. Capto vero Hieroſolymorum Patriarcha Zacharia, pretioſo etiam & vivifico Crucis ligno locis illis erepto, captivorum hominum multitudinem innumeram in Perſidem abduxerunt.*

Scribit ad reliquos greges ſuos in Jeruſalem,

135 Extat Franciſci Combefiſii opera, poſt libellum S. Joannis Chryſoſtomi de educandis liberis aliaque nonnulla, Pariſiis anno 1656. Græcolatine impreſſa epiſtola, quam *Vidua ſponſæ, civitati Regiæ Magni liberis orbata, Hieroſolymitano gregi paſtorem non habenti, ſed & reliquis omnibus in Chriſto Eccleſiis, reſiduiſque in illis filiis orphanis, Paſtor humilis, ſolus, captivus, Zacharias minimus* e Perſide ſcripſit, ſuam aliorumque captivorum calamitatem commemorans, & meminiſſe jubens, quomodo ipſe quidem, quando cum illis erat in Galilæa, identidem dixerit: *Plane, filii, ingentem in vobis video incuriam, multam ſegnitiem, injuſtitiam, ignorantiam, fraternum odium, Apoſtolicorum Canonum tranſgreſſionem atque contemptum; nec ſcio quonam res noſtra evaſura ſint:* ipſos vero reſpondere ſolitos, *Bonus eſt Deus, nec nos creavit ut perderet.* Nunc ergo hortatur eos ad pœnitentiam, emendationem morum, miſericordiam erga captivos fratres, aut quibus non ſuppetit quod largiantur, ad preces, jejunia, humicubationes & lacrymas.

C

Huic epiſtolæ Adhortationem ſuam addit Modeſtus,

136 Hanc epiſtolam prolixiori alia, planeque ad movendam compunctionem efficaci, ad omnes fideles exhortatione proſequitur *Modeſtus Zachariæ Vicarius*; & tamquam ſuum teſtamentum condens, omnis conditionis, ætatis ac ſexus fideles officii ſui admonet, incipiens ab triſtibus iis, quæ reſidui in urbe Sancta fideles, poſt Crucem Patriarchamque & cæteros abductos, viderunt. Laudat imprimis Nicodemum ac conjugem Magdalenam, *qui poſtquam hoſtes exiiſſent atque in Perſidem rediiſſent, totum circum urbem ac vicos luſtrantes, fratrumque reliquias inſepultas jacere conſpicientes, projecta ſparſim cadavera coacervarant in ſpecum, qua eſt ante portam, ad ſexaginta quinque millia.* Ab iis exquiri jubet, *qua forma atque habitu inveniebantur ſolo ſtrati Beati illi, qui ſub id tempus mortui erant Hieroſolymis occiſi.* Quomodo ſcilicet, *alter a capite ad cor uſque vulnus acceperat, alter ab humeris ad uſque ventrem, alius quinque vel decem ictus in inteſtinis habebat, alius diſſectus medius inque duo diviſus erat, alii ventre enſe perfoſſo inteſtina omnia effuſa fluebant, alium ovis inſtar in macello diri carnifices in fruſta plura conciderant.* His moveris S. Joannes Eleemoſynarius Patriarcha Alexandrinus, ſicut dicitur in ejus Vita 23. Januarii num. 33.

D AUCT. D. P.

ad Hieroſolymorum relevationem & reædificationem miſit numiſmata mille, & mille ſaccos plenos frumento, & mille legumina, mille libras ferri, mille reſtes ſiccatorum piſcium, mille vaſcula vini, & mille Ægyptios operarios, addens per litteras ad Modeſtum ſcriptas: Da mihi veniam, vere Chriſti operator, nihil dignum templis Chriſti mittenti. Vellem enim, crede mihi, ſi eſſet conveniens, & ego ipſe venire, & ipſe operari in domo ſancta Chriſti Reſurrectionis. Et hic quidem *Modeſtus* per prolepſim *Patriarcha* nominatur e Vitæ iſtius auctore Leontio; ſed in Vita S. Anaſtaſii Perſæ, die præcedenti num. 11. *ſanctiſſimus Presbyter & Vicarius Apoſtolicæ Sedis* pro Patriarcha captivo, Græco ὁ Τοποτηρητὴς, *Locum-tenens.*

Vicarius Zachariæ,

137 Sed tandem anno 627. Perſarum Rege Choſroe victo fugatoque, ac denique occiſo, paterni regni invaſor Siroes, pace cum Heraclio compoſita, *detentos cuſtodiis Chriſtianos & per univerſam Perſidem captivos reſtituit cum Patriarcha Zacharia & venerandis ac vivificis Crucis Lignis, quæ ex Jeruſalem abducta fuerant,* ut ſcribit Theophanes; qui deinde addit, quomodo ſequenti anno *Imperator ineunte vere, venerandis & vivificis lignis ſecum latis, Conſtantinopoli ſolvens Hieroſolymam perrexit ...... & Patriarcha Zacharia Sedi ſuæ reſtituto, ſacriſque Lignis ſuo loco redditis debitas grates Deo perſolvit.* Suidas ita rem narrat, quaſi præmortuo *Zacharia*, *Modeſtus* jam tunc Pontifex Crucem excepiſſet, ſed antiquiori Theophani, cui Latinæ Eccleſiæ traditio conſentit in lectionibus ad 14. Septembris conſignata, tutius creditur. Non tamen diu ſuperfuit Zachariæ, defunctus 21. Februarii quo colitur, & nos da coegimus, & annos Patriarchatus ipſius ab anno 619. ad 631. extendendos cenſuimus: quod hic iterum confirmamus. Addimus tamen ad 633. extendi eoſdam debere, ſi ſucceſſor ejus uno ſolum anno aut biennio non integro Sedem tenuit Patriarchalem. Ipſe vero ab initio ſuæ Ordinationis uſque ad obitum numeraverit annos 22. vel 24. quorum primi ſex captivitatem præceſſerint, tredecim in eadem acti, tres aut quinque ſecuti ſint.

anno 627. liberati,

E

Et defunctus an 631. vel 633.

LVII. MODESTUS.

138 NIcephorus, cui membrana Rulzana conſentit, annum unum MODESTO aſſignat: auctor tabularum Theophani inſertarum duos numerat; ſed niſi deceſſor Zacharias plus quam 22. annis poſt ſuam Ordinationem vixerit, nec hi ſufficiunt; cum certo conſtet ſucceſſorem ejus Sophronium, *menſis Maji quarta die Indictione ſexta*, id eſt anno 633. interfuiſſe Synodo Alexandrinæ adhuc privatum monachum; ibique exorſum ſua contra Monothelitiſmum naſcentem certamina, cum litteris Cyri Archiepiſcopi Alexandrini iviſſe Conſtantinopolim, ad ejus urbis Archiepiſcopum Sergium: adeo ut multum ſit, ſi ante Autumnum reverti potuerit in Palæſtinam. Hæc conſiderans aliquis, & quomodo jam inde a capta ſub Choſroe Hieroſolyma Patriarchæ vices geſſerit *Modeſtus*; fortaſſis velet opinari, quod primus Catalogi iſtius auctor, qui in Sophronio hæſit nullos ei annos definiens, voluerit totum tempus, quo Patriarchatum adminiſtravit *Modeſtus*, eidem ut vero Patriarchæ adſcribere, notatis annis κά, 21. quod alii non intelligentes, nimiumque eſſe videntes (ſiquidem poſt Zachariam brevi ſatis tempore ille vixit) omiſſo κ' retinuerint α'; facile 21. annos reperturi, ſi numerare illos voluiſſent ab exeunte Majo anni 614. ad Decembrem anni 634.

F

Per annos 21. partim Vicarius partim Patriarcha,

obiit anno 634. 16. Decembris,

139 Sed nihil neceſſe erit huc recurrere, ſi Zachariæ velimus annos 24. relinquere. Tunc enim a

Mac-

A Martio anni 633. uſque ad Decembrem anni ſequentis, dici poteſt ſediſſe *Modeſtus*. Dico *uſque ad Decembrem*, quia tali menſe, *die* 14. colunt ipſum Græci, annua commemoratione & diſticho hujuſcemodi, in Menæis:

AUCT. D. P.

Φέρει, Μόδεστε παμμάκαρ, γῆ σὸν τάφον

Ἡ τὸν τάφον φέρουσα γῆ τοῦ Κυρίου.

Habet ſepulcrum terra, ter felix, tuum

Modeſte, Domini continet quæ ſepulcrum.

LVIII SOPHRONIUS.

Anno 635. ordinatur.

140 Hujus Sancti Patriarchæ Acta deduxi 11. Martii, in quibus, præter ea quæ *Modeſtum* ſpectant, & annum mortis mutatum nihil velim. Si placet ejus annos circa initium anni 635. inchoare, uti exiſtimo faciendum, Hieroſolymitanæ urbis obſidio, quam Theophanes adſcribit anno Heraclii 26. (qui revera numerandus ſolum eſſet 25.) incidit in primum Patriarchatus ejus annum; ſic tamen ut ante eam celebraverit Synodum contra Monothelitas, cujus Acta miſit Sergio Conſtantinopolitano, appellans ſeſe *humilem ſervum ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis*, per epiſtulam Actioni 11. Synodi Oecumenicæ B 6. inſertam, hoc principio *Papa! Papa! Beatiſſimi, quam mihi nunc amabilis quies, & multo quam pridem amabilior, ex quo de incurioſo ſilentio in cauſarum turbam decidi, & terrenis quibuſdam fluctibus opprimor! Papa! Deo honorabiles, quam ſuavis eſt mihi puſillitas, & non mediocriter quam pridem ſuavior, ex quo de ſtercore & humo ad Pontificale ſolium aſcendi!* Adſpirat deinde *ad menſes dierum anteriorum*, & quoniam in eum *ter afflictum* peracta eſt illa tam injucunda mutatio, *neceſſitate magna & vi Clericorum, monachorum, & laicorum omnium ſanctæ civitatis, qui violenta manu ipſum compulerunt & more tyrannico coegerunt*, petit ſe juvari precibus, conſilio, doctrina ſuorum Fratrum Epiſcoporum, ſuamque fidem prolixe exponit. Simili modo *Sophronius* Synodicam miſit Romam *Honorio*, τῷ ταύτης ἐπάρχοντι, quod feſtinabundus Interpres vertit *Imperatori*, cum debuiſſet ſcribere, *Pontifici*. Eam Epiſtolam Photius in Biblioth. Cod. 231. legiſſe ſe ait, atque in epitomen contrahit.

Synodum celebrat.

Anno 637. captam urbe,

141 Neutro in ſcripto *Sophronius*, verbum ullum facit de *Saracenis*, quia ſcilicet nondum eos ſenſerat: advenerunt autem ea ipſa æſtate, & urbem ſanctam cinxerunt obſidione, quæ duravit annos duos, puta C ab æſtate anni 635. ad æſtatem anni 637. quando *fide data* eam ingreſſus eſt Humar, ejus nominis primus, Dux Arabum ſive Saracenorum, nec in ea ſcitur aliquid crudeliter egiſſe; tantum abeſt ut (quod Latini Catalogi ex iiſque Theodoricus habent) *expugnantes urbem Saraceni ejecerint omnes Chriſtianos ex ea, excepto Patriarcha; quem*, inquit idem Theodoricus, *propter reverentiam Dominici ſepulcri, pacifice eam ſuis habitare permiſerunt: qui que in multa potientia eamdem Eccleſiam diu regens tandem quievit*. Potius credimus, quod qui *ab Hamaro fidem accepit pro totius Palæſtinæ incolumitate*, teſte Theophane, eamdem multo ſtudioſius exegerit pro incolumitate urbis & civium Chriſtianæque religionis. Ipſe tamen *in ea rerum calamitate*, juxta eumdem Theophanem *defunctus eſt, præclaris verbis & geſtis Hieroſolymorum eccleſiam amplificans, deque Heraclio & Monothelitarum ipſi addictorum pravitatibus & commentis, deque Sergio & Pyrrho confutatis clariſſima trophæa referens*. Teſtem certaminum iſtiuſmodi luculentum habemus Stephanum Dorenſem Epiſcopum, qui a Sophronio adjuratus ad Apoſtolicam Sedem proficiſci (eo quod *ipſe, propter incumbentem Saracenorum incurſionem id corporaliter, facere præpediebatur*) ſemel & bis, ac denique poſt mortem Patriarchæ

pergit contra Monothelitas ſcribere,

tertio, Romam venit, ſub Martino Papa ad Concilium Lateranenſe anno 649. atque in libello, qui recitatus fuit in 2. Secret. explicavit, quomodo beatæ memoriæ Sophronius, *non acquieſcens carni & ſanguini, ſed ſola quæ Chriſti ſunt excogitans ..... temeratoribus fidei orthodoxæ Monothelitis in Oriente validiſſime contradixit, conteſtans & admonens ut ab hæreſi quieſcerent, dansque in duobus libris ſexcenta teſtimonia Patrum, ad evictionem impietatis eorum & veritatis oſtenſionem*. D

142 Baronius ad an. 636. quo mortuum *Sophronium* credidit, periiſſe hos libros dolet ex merito: ſed qui de *Sergio & Pyrrho trophæa retulit*, quo modo creditur obiiſſe, non tantum anno illo quo Baronius, ſed vel 638. quo ego olim ſtatui, ſecutus fidem tabularum, quæ ſolum tres annos Patriarchatui ejus aſſignabant, alium enim nullum invenio ejus numeri auctorem? Quomodo etiam potuit *Eccleſiam ſuam verbis & geſtis amplificaſſe*, qui non alio fere tempore vixerit, quam quo obſeſſa Civitas ſancta fuit? Quin igitur uno illo tam incerto calculatore contempto, laxamus ſpatium temporis quo *Sophronius* ſedit, ipſique aſſignamus ſex vel ſeptem annos? Sergius certo Conſtantinopolitanus, anno dumtaxat 639. promulgavit Ecthesim Heraclii, qua hæreſis Monothelitarum conſtituta eſt; & Pyrrhus E ei mox defuncto ſucceſſit; idemque Pyrrhus in Diſputatione cum Maximo habita, *menſe Iulio Indictione* III. id eſt anno 645. accuſans Sophronium, quod *tempore importuno ſermonem de operationibus excitans*, cauſa fuiſſet turbarum in Eccleſia ſubortarum; appellat eum τὸν μικρῷ πρόσθεν Πατριάρχην γενόμενον Ἱεροσολύμων, *paulo ante Patriarcham Hieroſolymorum*, quod recens defunctum videtur ſignificare. Proinde nihil hactenus cauſæ apparet, cur non potuerit, ac fere debuerit vixiſſe uſque ad Martium anni 644. cum decimum annum Patriarchatus ſui numeraret. Notabile omnino eſt; quod eo ipſo tempore, quo Chriſtiana res tantum detrimentum patiebatur in Syria, id eſt anno 636. eadem fides, quæ in vaſtiſſimum Sinarum Imperium primum invecta fuerat anno 239. incertum unde & per quos (ſicut monſtravit Crux ferrea ter mille librarum, inſcripta notis Sinicæ Æræ, quæ jam dictum Chriſti annum notabat) reſtituta feliciter fuit anno præmemorato, per Epiſcopum & Apoſtolicos viros, ex Syria ſeu Judæa miſſos, quemadmodum teſtatur præclarum illud monumentum, anno 782. Sinicis Syriaciſque litteris inſcriptum, & anno 1625. repertum, ſtupente univerſa China atque agnoſcente, *Magiſtros magni Occidentis (ita Patres Societatis Ieſu appellant) eamdem prorſus legem apud ſe prædicare, quam decem retro ſeculis ipſorum majores, cum Imperatoribus multis, fuerant amplexati; quamque Sinici libri, a prædictis Patribus impreſſi, ante lapidem repertum exhibuerant*. Ita P. Benedictus Boym, in Epiſtola de ipſius Lapidis a ſe deſcripti inventione, ab Athanaſio Kirchero Chinæ illuſtratæ inſerta pag. 7. una cum inſcriptionis totius forma æri inciſa, ac plane tali, qualem nobis ante hos paucos annos videndam exhibuit P. Philippus Couplet, e China Romam procurator veniens. Narrat eadem inſcriptio, quomodo ſub annum 699. mota contra Chriſtianos perſecutione, quæ viginti annis duravit, iiſdem decurſis, reſtituta fuerit eadem religio; & anno 745. alius ex Judæa Sacerdos illuc appulerit, exindeque egregie floruerit fides, quemadmodum adhuc florebat quando erectus eſt lapis, hanc ſuæ poſitionis memoriam Syriacis litteris exaratam continens, *Anno milleſimo nonageſimo ſecundo Regni Græcorum, Iſdabuſaid, Sacerdos & Vicarius Epiſcopi Cumbdam civitatis regni Orientalis, Milis Sacerdos & Balah civitatis Tuburſtan, conſtituit tabulam hanc, & ſcripta eſt in ea adminiſtratio Redemptoris noſtri & prædicationis Patrum noſtrorum apud Reges* F

uſque ad an. 644.

Sub hoc ſ anno 636. fides Chriſti reſtituitur apud Sinas.

(ut dicto lapis anno 781.)

Sina-

A *Sinarum*. Huic autem Syriacæ inſcriptioni accurate reſpondet (ſicut idem Kircherus pag. 42. docet) Sinenſibus characteribus additus hujuſmodi titulus: *in noſtro potentatu magni Tam anno ſecundo hujus Kiencium* (qui erat annus Domini 782.) *menſa Autumni ſeptima die, die Dominica exaltatus fuit hic lapis, Epiſcopo Nimcia Eccleſiam Sinenſem adminiſtrante*. Ubi annum Domini, veluti ab interprete Luſitano ea ſua calculatione adjectum, ſecrevi a contextu reliquo, quod Kircherus non fecerat; nitens teſtimonio R. P. Philippi præmemorati, quem operæ pretium putavi deſuper conſulere: nec enim credere poteram, Epocham annorum Chriſti Syro-Græcis fuiſſe uſitatam, cum Apoſtolici iſti viri ex Syria in Sinam venerunt; ideoque judicabam, nihil tale characteribus Sinenſibus exprimi.

poſt ultimam perſecutionem anno 745. conjectandum eſt,

Sicut autem primi illi, quos veroſimile eſt Thomæ ex Meliapore vel Cranganore Eccleſiæ fuiſſe Presbyteros (id enim ad minimum evincunt teſtimonia, pro ipſiuſmet S. Thomæ apud Sinas prædicatione apud Kircherum allata) Sicut, inquam, iſti *Crucifixum Chriſtum* annuntiaſſe probantur, ex illis quas dixi Crucibus, & qui iis adjunguntur Characteribus, ſic etiam hodie B Cruces illæ, quarum alibi ectypon exhibebimus in Paralipomenis ad Pontificum Chronologiam; quas ſcilicet ex argento, ære, vel ligno confectas conſepeliri ſecum jubent converſi Societatis noſtræ opera Neophyti, ad perpetuum ſuſceptæ fidei monumentum; præbent teſtimonium, & quam diu ſtabit mundus præbebunt prædicatæ citra ambages ſimulationeſque Crucifixionis Dominicæ; contra quam hic in Europa aliqui volnerunt perſuadere, per evidentiſſimam calumniam, nec niſi apud ſimulatos Crucis Chriſti cultores, ſimilive odio præventos credibilem.

eadem quæ nunc quoque prædicatur a Patribus Soc. Jeſu,

ut probant Cruces cum Neophytis ſolitæ ſepeliri.

PARERGON VIII.

De Humare Saracenorum hoc tempore Principe, eique aſſicta perſecutione Chriſtianorum.

143 PRæter Sanctorum quorumdam Vitas, in Palæſtina ſcriptas e coævis auctoribus, quæ nobis Hieroſolymitani Patriarchatus hiſtoriam tractantibus præcipuam certiſſimamque lucem extulerunt pro hoc & ſequenti ſeculo, alium de rebus in Oriente geſtis auctorem non habemus antiquiorem aut meliorem Theophane; cujus Chronographiam illuſtravi ante 3. Tomum Martii, Vitam vero ejuſdem, poſt egre- C giam Confeſſionem ſancte mortui anno 820. dedi 12. die menſis præfati. Hujus ergo narrationem, uti habetur ex Regia Pariſienſi impreſſione, ſecutus ſum, quando in Propylæo antiquario ante 2. tomum Aprilis examinans inſtrumentum quoddam Florentinum, ſcripſi, quod *Humar Hieroſolyma capta anno 636.* (ubi vellem ſuppleri typothetæ errorem & poni 637.) *nuſquam legatur Chriſtianos perſecutus, cum quorum Patriarcha S. Sophronio etiam perquam humaniter egiſſe invenitur*. Hoc vero ut *novitium commentum* explodit TRIUMPHATOR num. 465. conaturque eum facere auctorem ſævæ perſecutionis, quam per annos 463. uſque ad tempora recuperatæ a Godefrido Bullonio civitatis ſanctæ, paſſi ſint Chriſtiani in Syria. Idque eo fine, ut verificetur quod in prædicto inſtrumento legitur, Thomam quemdam Florentinum Epiſcopum, anno 743. poſuiſſe primum lapidem parvæ eccleſiæ, pro quibuſdam *Eremitis montis Carmeli, ex eodem ſancto monte ab Arabia iniquo Rege, Mahometi ſucceſſore & diſcipulo Humar, fugientibus*.

ex Theophane adeo ſuccesſionem & acta Principum Saracenorum

144 Grave fuiſſe Chriſtianis Saracenorum jugum, æque ac hodie eſt Turcarum, nemo negaverit, cui humanus, nedum Chriſtianus ſit ſenſus: ſed totum tempus dominationis eorum unam continuam perſecutionem vocari, & ſingulos Principes perſecutores nominari, non fert hiſtoriæ communis ſtylus. Sicut enim primis tribus Religionis noſtræ ſeculis, varias diſtinguimus perſecutiones: Imperatoreſque gentiles eos tantum vocamus tyrannos, qui paſſim omnes ſuos ſubditos cogebant ad immolandum idolis Chriſtumque negandum; ſic inter Saracenos ii ſoli videntur hac infamia notandi, qui ſimili utebantur violentia. Et talem quidem inveni ſecundum *Humar*, anno 721. regnare exorſum, atque poſt duos annos & menſes quatuor ereptum e vivis, non vero primum. Arguebam autem, quod utrumque confudiſſe viderentur ii, qui epiſtolam quamdam ſub nomine Cyrilli, & Florentinam chartam ſub nomine Thomæ compoſuerunt. Qui enim hic dicitur *Mahometi ſucceſſor & diſcipulus*, ibi appellatur *diſcipulus perfidi Mahometi atque regni ejus ſucceſſor tertius*: & qui in Florentina charta ſe *ab ejus iniquitate fugiſſe* proteſtantur, eum utique videntur formidaviſſe de quo in epiſtola dicitur, *alios ex Chriſtianis necaviſſe, alios ad ſuam perfidiam traxiſſe*; qui etiam Barrati pallii auctor creditus, ſub tabula Lovanienſi legitur, *Carmelitas, Chriſti & albæ quam gerebant chlamydis odio, trucidaſſe igne, ferro eorum monaſteria vaſtaviſſe; paucis e ſeptem* E *millibus cœnobiis reſiduis, ſi vivere velint, barratas aut griſeas chlamydes geſtare coactis*.

non potuiſ probare duos diverſos eo nomine fuiſſe,

D AUCT. D. P.

145 Ego vero de primo *Humare* aliud nihil lego, nec invenit TRIUMPHATOR quidquam gravius apud Theophanem, quam quod ingreſſus urbem, *ciliciniis camelorum veſtibus iiſque laceris & ſordidis opertus .... templum, a Salomone conſtructum, in impietatis & blaſphemiæ oratorium illud converſurus, ſibi oſtendi poſtulavit*. Aſt hoc contra pacta conventa erat. Fuerit ſane (quamvis non erat quod eo nomine graviter quererentur Chriſtiani, ſi victor barbarus, omnia alia ipſis relinquens integra, unum ſolum locum ſuæ ſuperſtitioni petierit, & quidem tam humili ſpecie) fuerit hoc, inquam, contra pacta; non tamen erat Chriſtianos perſequi, eoſque vel ad negandum Chriſtum vel ad patriam deſerendam tormentorum ac mortis metu adigere. Concludens idem Theophanes ſcribit, Sophronium Patriarcham *in ea rerum calamitate ... defunctum eſſe*: ſcripſerat autem paulo ante, quod videns *Humarum* euntem ad templum, ingemuerit dicens; *Hæc eſt vere abominatio deſolationis, a Daniele prænuntiata, quæ modo ſtat in loco ſancto; multaque ſimul lacrymarum copia inſignis ille pietatis propugnator Chriſtianam gentem deflebat*. Habuit ſane quod fleret Sophronius fide- F lem populum, jugo infidelium ſubjectum, atque ſub oculis ſuis Saracenicas ſuperſtitiones cœptas vel in uno urbis ſanctæ loco publice exerceri: habuit quod gemeret, ſeque humiliaret ſub manu Domini, peccata ſuorum ſic caſtigantis, eamque calamitatem inducentis: ſed non habuit quod quereretur de *Humaro*, tamquam victoria ſua inſolenter atque crudeliter uſo. Numquid autem & humanum eum erga ſe eſt expertus, quando ægre exorari ſe paſſus a Patriarcha *ut acceptam ab eo ſyndonem ac veſtem indueret, eamque geſtaret donec ſolita indumenta lavarentur*, deinde vero *reſumptis propriis ſtatim ea reſtituit*?

& primo inſtum crudelitatis notam,

de quo nihil tale Theophanes

146 Audiamus nunc Georgium Elmacinum, qui Saracenorum hiſtoriam Arabice ſcripſit initio ſeculi 12. *Cum Omar cepiſſet Hieroſolyma, ſcripſit civibus ejus libellum ſecuritatis, cujus eſt hoc exemplum. In nomine Dei miſericordis miſeratoris. Ab Omare filio Achitabi populo urbis Æliæ conceditur ſecuritas, tum perſonarum, tum liberorum, tum uxorum, tum facultatum, tum omnium templorum, ne deſtruantur aut otioſa ſint. Ingreſſus autem in urbem ſedit in medio penetralium templi Reſurrectionis, dixitque Patriarcha, Volo orare. Reſpondit Patriarcha: O fidelium Imperator, ora in loco tuo. At*

neque Elmacinus, ſed contra ſolo omnis,

illa

Digitized by Google

AUCT. D. P.

A *ille ait, Non. Et egreſſus e templo foras, oravit ad portam templi ſolus. Deinde ſedens dixit Patriarcha: Si oraſſem in templo, cepiſſent id poſt me Muſlimi, & dixiſſent, hic oravit Omar: ſcripſitque ei privilegium, ne oraret Muſlimorum quiſpiam ad gradum niſi ſolus, neque cogerentur in eo preces aut publicarentur ſuper eo.* Ecce, invitatus ad locum Imperatori proprium in templo, non modo eum non occupat; ſed ne libertati eccleſiæ tam ſanctæ præjudicet, in medio penetralium orando, ultro egreditur ad gradus templi ante fores: & hoc ipſum ne noceat cavet, vetatque ne Saraceni audeant illuc turmatim accedere, ſed ſinguli; ac ne prætextu quidem precum pro ſe indicendarum, voluit quidquam ibi fieri, quod Chriſtianæ religioni præjudicaret. Quid autem poſtea?

Ingenuam ejus erga Chriſtianos clementiam oſtentat,

147 *Hinc dixit Patriarcha, Indica mihi locum in quo extruam delubrum. Unde Patriarcha ei dixit de lapide, ad quem locutus erat Deus cum Iacobo. Ut autem Omar ad eum venit, invenit ſuper eo ſordes multas, deque iis in veſtem ſuam accepit. Cumque Muſlimi viderent Omarem ferre ſordes, non diſtulit unuſquiſque eorum ferre veſte ſua ſordes, unde mundatus illico eſt lapis: juſſitque Omar ut delubrum illic ædificaretur. Abiit & Bethleemum,*

B *atque ingreſſus templum ejus oravit ad arcum in quo natus eſt Dominus Chriſtus; ſcripſitque privilegium ne orarent in eo Muſlimi, niſi ſinguli poſt ſingulos, neque preces ibi cogerentur aut publicarentur.* Joachimus Camerarius, vir Græcæ Latinæque linguæ ſcientiſſimus, & in omni prope diſciplina pluribus editis libris verſatus, qui ante ſeſqui ſeculum floruit, & S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani Chronologiam in lucem primus extulit, atque operoſis Appendicibus ſupplevit; cum narraſſet quomodo Heraclius Imperator, deſperans de conſervandis Hieroſolymis, Perſarum incurſione depopulatis, eaſdem deſeruiſſet occupandas a Saracenis; ita de his loquitur; *Sed neque reliquias incolarum abduxerunt, & Sophronio Patriarcha, ſucceſſori Modeſti, perficiendi opus inchoatum templi poteſtatem fecerunt: quam extructionem ſuarum etiam opum impenſis, Homarus adjuviſſe; atque etiam alterum eo loco, quo Salomonaum fuiſſe animadverteretur, extruendum curaſſe, traditur.* De anno quo hæc geſta ſint, turpe ſit non credere auctori certo & antiquo, præ uno incerto, de cujus ætate & auctoritate diſputatur; quique licet fuiſſet ipſe qui dicitur Cyrillus, fuiſſet Theophane totis ſex ſeculis recentior. Non tamen vel in re tam levi cedere novit TRIUMPHATOR, neque voluit auctorem Prateuſum

ad annum 637 quo capta urbs ſancta.

C excuſare (ut facile poterat & feceram ego) ſed vult omnino recte ab eo ſcriptum, quod urbs ſit capta anno 639. quia inquit *duravit per biennium obſidio urbis, & Græci annum incipiunt numerare a Septembri.* Quid ergo? an non potuit dici biennium duraſſe, quæ ſecundo anno primum finita eſt? Aut ſi biennium ſumendum eſt integrum, numquid anno 635. vel 636. abſolvi non potuit ante Septembrem anni 638. unde annum ſequentem exorſuri erant Græci? Sed operæ pretium non eſt evaſiunculas iſtas diſcutere.

quibus po- [illegible] credendum quam Latinis poſt annos 600

148 Revertor ad Theophanem, dicentem de *Sophronio*, quod *Hieroſolymorum eccleſiam amplificans defunctus eſt*. Propter hæc verba, & libros contra Sergium ac Pyrrhum ſcriptos, prorogandam etiam vitam ejus cenſui. Numquid enim iſtud facere potuit *Sophronius*, invito & non favente *Humaro*? Certe ut contrarium fuiſſe demonſtres, efficaciori opus eſſe puto argumento, quum ſit traditio Carmelitarum, de violentia majoribus ſuis ab illo facta, ac ſeptem millibus cœnobiorum deſtructis ac deſolatis cum cæde plurima monachorum: Una alterave monaſterii S. Sabæ invaſio, non auctoritate publica ſeu Principis mandato, ſed privato prædatoriæ unius turmæ latrocinio facta, cum cæde triginta vel quadraginta Religioſorum, annuam meruit D commemorationem apud Palæſtinos monachos, uti in Martio ac Majo vidimus; & tot millia monachorum cæſa, alia coacta ad veſtem mutandam, quæ veſtis deinceps in uſu manſerit per ſex integra ſecula, non meruerit ab aliquo Græco vel Arabico auctore commemorari, ſed expectandus fuit externus aliquis, qui tandem iſtud ſcriptis Latinis mandaret? Quid? quod etiam hodie oſtendatur Sabaitarum Martyrum conditorium: Carmelitanorum vero antiquorum, tanto majori numero eadem ætate cæſorum, nullum uſpiam veſtigium ſupereſt.

149 Quod ad Principes ſeu Amerumnas attinet Humarum ſecutos, æquum non erat allegato ſemel Theophane, qui TRIUMPHATORI æque ad manum erat ac mihi, quærere (uti is quærit num. 467.) *unde ſucceſſionem iſtam, annos & nomina habeam.* Multo iniquius eſt; Theophani opponere Theatrum vitæ humanæ a Laurentio Beyerlinck, hoc ſeculo compoſitum; aut Speculum Chronologicum Mathiæ Cheſneuf Auguſtiniani, illo forte recentius, cum Genebrardi Chronico paulo antiquiori; aut denique Blondi Flavii Forlivienſis decades, ſeculo 15. ſcriptas. Quod autem eos non curaverim inſpicere, ad diſcendam ab iis continuatio- E nem perſecutionis uſque ad annum 743. nullo meo merito viſum eſt num. 477. *redolere meram vindictæ paſſionem aut magnum litteraturæ defectum.* At ſaltem Chriſtianos perſecutus eſt *Humar II.* perſecutus eſt etiam ſucceſſor *Izid*, imperii ſui anno quarto & ultimo, Chriſtianæ Æræ 724. cum eorum autem morte ceſſaſſe perſecutionem, incumbit mihi probare. Non magis certe, quam quod Chriſtiani a morte Neronis uſque ad annum Domitiani 15. nullam memorabilem perſecutionem ſint paſſi a quinque ſucceſſoribus ejus ipſoque Domitiano. Habendus enim tam diu eſt unuſquiſque probus, donec oſtendatur fuiſſe improbus (ſicut identidem, ſed loco non ſuo clamat, TRIUMPHATOR) adeoque ad excuſandos Saracenorum Principes ſatis eſſe debet, quod nulla eorum inſignis crudelitas legatur apud antiquos ſcriptores; haudquaquam eam prætermiſſuros notare; ſicut notarunt eam, quam in captivos, non vero promiſcue in quoſvis Chriſtianos, exercuit *Iſam* anno 740. regni ſui 17. ſicut narrat Theophanes: qui etiam non omiſerat narrare, quomodo *Valid* ante annos triginta *Chriſtianis eripuerit Damaſci eccleſiam, ob apparatum illius & amplitudinem*, licet excuſari hoc ipſum potuiſſet, & culpa in Chriſtianos quadamtenus referri, qui *oblatos pro ea 40. mille aureos noluerint acceptare*, ſicuti F ſcribit Elmacinus.

vel etiam nuper dominantes ſucceſſoribus

alioſque inter bonos ac malos diſtinguentibus.

150 Juvat autem ex eodem Elmacino diſcere, quam non omnino factum hoc probarit idem ipſe ſecundus *Humar*, quem inter tyrannos patimur nominari: ſic autem habet. *Narrant Chriſtianorum hiſtoriæ ipſos inſtituiſſe querelam apud Omarem filium Abdulazizi, de templo S. Ioannis, quod deſtruxerat Walid, & adjunxerat delubro Cathedrali Damaſceno, & attuliſſe libellum Chalidis filii Walidis, & pactum quod templa eorum neque deſtruerentur neque otioſa forent. Sed obtulit iis Omar quam obtulerat eis Walid pecuniam, quadraginta nempe aureorum millia. At illi noluerunt, & obtinuerunt per querelam ut traderetur eis templum eorum in limitibus ſuis. Hoc cum ægre ferrent Muſlimi, dixit filius Idriſi Hulwanaus; Fœdus illud de templis eorum alteram tantum Damaſci partem, quæ pacifice capta erat, reſpicere; partis vero alterius, quæ gladio capta erat, templa omnia, tum in urbe tum extra urbem Damaſcenam, Muſlimorum eſſe. Poſt multas tandem altercationes convenit inter eos, ut templum S. Ioannis relinqueretur Muſlimis, neque hi prætenderent aliquid in reliqua. Et ſcripſit Omar Chriſtianis tabulas, ut nempe ſecure poſſiderent omnia Damaſci templo,*

Nam & Humar a- [illegible] fuit,

A *pla, tam partis illius quæ gladio capta erat quam alterius, item & monaſteria omnia & templa extra urbem, tum in viridario Gauta, tum in monte & alia, neque ea deſtruerentur vel otioſa eſſent, aut alii Manſione in ea foret poteſtas.* Idem Humar audita tyrannide, quam Præfectus Ægypti Aſama exercebat in ſubditos præſertim monachos, quorum omnium manus ſignari annulo juſſerat, quemque ſine eo ſigno deinceps conſpexiſſet, manus amputatione puniri; *in Ægyptum miſit & comprehendit eum, & collo ejus injecit torquem ferreum, manibus autem & pedibus compedes ligneas, atque ita cum portaretur ſub tormento in via obiit.*

151 Quid deinde *Humarum* egerit in tranſverſum ut perſequi inciperet Chriſtianos, neſcio: unum ſcio, cita morte impeditum ne ſævire pergeret, & hoc ipſo terreri ſucceſſores potuiſſe ne ſimilia auderent. Deinde cum *Iſam*, anno 740. injuria aliqua Græcorum veroſimiliter provocatos, eorum captivos per omnes ſui imperii urbes trucidari juſſit; ſi quibuſdam in Syria monachis ea re tantum incuſſit terrorem ut trans mare fugerint; non debuerunt dicere, ſicuti prætenduntur dixiſſe Florentiæ, ſe fugiſſe ab *Humare*, ante annos ſere viginti mortuo, ſed ab *Iſamo* tunc regnante. Quandoquidem pro tuenda ſententia ſua placebat aliquid comminiſci, tolerabilius dicere potuiſſet TRIUMPHATOR, prætenſos illos ex Carmelo fugitivos toto intermedio tempore erraviſſe vagos, priuſquam venirent in Tuſciam, ibique ſtabilem obtinerent ſedem. Utatur ea excuſatione qui volet: hoc duntaxat oſtendere nunc volui, quanta cum injuria arguantur primi illius ævi Saracenorum Principes paſſim omnes, tamquam crudeliſſimi & ſanguinarii planeque fœdifragi. Eſto quod unus alterve aliquando deſignaverit quidpiam contra promiſſam Chriſtianis libertatem, quæ non tota ſimul, ſed paulatim peſſumdata fuit a barbaris, rerum ſuarum ſucceſſu & imperii magnitudine magis magiſque inſoleſcentibus; quo factum, ut plane intolerabiles evaderent Chriſtianis, quemadmodum in progreſſu hiſtoriæ hujus Patriarchalis videbimus.

Et Iſam qui an. 740. captivos Græcos dicitur occidiſſe.

B

152 Elmacinus porro is, cujus auctoritate hactenus uſi ſumus, etſi non Chriſtianus, Chriſtianæ tamen hiſtoriæ ſtudioſus valde fuit, ipſique Religioni noſtræ non male affectus, & quod præcipuum eſt ſincerus ſcriptor, magna cum libertate exponens ſingulorum Principum male ac bene geſta, præſertim circa Chriſtianos. Hic autem de Iſamo prænominato ait, quod ſuccedens Izido, *qui Cruces fregerat & templa diruerat, cum Deum timeret, ſcripſit in Ægyptum, ut libertati ſuæ relinquerentur Chriſtiani in ritibus ſuis & iis quæ habebant fœderibus; miſitque in Ægyptum Abdallam, & commendavit ei Chriſtianos ac ſubditos:* paulo tamen poſt *imperio eum dimovit, cum reſcivíſſet, quod tyrannide etiam ſuperans anteceſſorem* Aſamam, *duplicavit tributum, & ſignavit Chriſtianos nota quadam, figura ſcilicet leonis; ita ut quicumque invenirentur neque notam illam in manibus haberent, eorum manus amputarentur.* Tacet interim de captivorum cæde: quam videtur fama atrocior vero apud Græcos Conſtantinopoli auxiſſe ſupra modum. Adeo ut in his domeſtico ſcriptori, longe minores injurias Chriſtianis factas exponere ſolito, major etiam haberi fides poſſit, quam externo Theophani. Erit forte cum Alexandrinorum Antiochenorumque Patriarcharum hiſtoriam, eo quo hanc Hieroſolymitanorum elaboravi modo, deductam dabo; quando inſigni adjumento mihi erit hic auctor, præ aliis ejuſdem nationis ſcriptoribus accuratus in componendis Califarum Ægyptiorum & Imperatorum Græcorum annis, Hegiræ item apud Saracenos & Æræ Diocletianæ apud Chriſtianos uſitatæ numeris: multaque ad ædificationem fideliumque correptionem præclara adnotans, puta quomodo anno Diocletiani 466. Chriſti 749. Chriſtianorum hoſtis Merwan Ægyptum invadens deluſus eſt a ſanctimoniali quadam captiva, quæ ne violaretur, unguentum ei promiſit adverſus vim cujuſcumque gladii, idque in ſuo collo experiri juſſit, prout fecit; ſed eo ſucceſſu, qui monſtraret maluiſſe eam mori quam pollui: ipſe vero paulo poſt pœnas ultori Deo dedit, in eorumdem quos vexaverat Ægyptiorum manus incidens. Ab hujuſmodi ergo ſcriptore, quem habemus Arabico-Latine editum ſtudio Thomæ Erpenii anno 1625. & non neſcio quo Mathia Cheſnauſ, diſcere nos convenit, qui Saracenorum Principes fuerint, & quando Chriſtianis bene vel male fecerint.

Ægyptiis Chriſtianis valde favit.

C

Iſte Elmacino Hiſtorico accurato.

D AUCT. D. P.

LOCUM TENENTES

LIX SERGIUS EP. JOPPEN. intruſus

LX STEPHANUS EP. DOREN.

LXI THEODORUS PRESBYTER.

153 PRælaudatus STEPHANUS, Dorenſis *Epiſcopus, & primus ejus, quæ ſub Archiepiſcopalis Hieroſolymorum throni juriſdictione eſt, diœceſeos*, in libello præmemorato Pontificem docet, quod hæretici, *attendentes perturbationem temporis, multos in Oriente per ambitionem decepiſſe noſcuntur:* aſſerit enim, quod SERGIUS, *quondam* Ioppenſis *Epiſcopus, poſt receſſum gentis Perſarum, Loci-tenentiam Throni* Hieroſolymitani *ſibi arripiens, non quidem per eccleſiaſticam auctoritatem, ſed per ſecularem poteſtatem, quoſdam earum, quæ ad Hieroſolymitanam diœceſim pertinent, Sedium Epiſcopos contra Canones præſumpſit ordinare, qui ipſe minime fuerat confirmatus.* Difficultas eſt tamen, quomodo dicatur id Sergius præſumpſiſſe *poſt diſceſſum gentis Perſarum*, quod ſaltem ante Heraclii in Perſidem irruptionem anno 622. non videtur accidiſſe; & quomodo ſic ordinati, poſt reſtitutionem Patriarchæ, non fuerint ſtatim amoti. Baronius videtur illegitimam illam ordinationem, poſt Sophronii mortem factam ſupponere, cui favet quod illi eam ſibi crediderint poſſe confirmari, *ſi ſe applicarent novitati quæ a Paulo C P. Epiſcopo defendebatur.* Sed tunc potius facienda fuiſſet mentio Saracenorum Hieroſolymas occupantium cum reliqua Palæſtina, quam Perſarum inde egreſſorum.

E

Mortuo Sophronio nullus Patriarcha ſuffectus eſt.

154 Ut ut eſt, conſtat ſaltem ex eo loco, nullum fuiſſe vere Patriarcham poſt mortem *S. Sophronii*: quare mutatum cupio, quod ad Commentarium de eodem num. 41. inſinuavi, fieri potuiſſe, ut *Epiſcopus Theodorus*, pater *Theodori de Hieroſolyma Romani Pontificis* ordinati anno 649. fuerit ſucceſſor *Sophronii* mediatus vel immediatus, quemadmodum a Theodorico Pauli & Florario Sanctorum ſuggeritur. Nam id eo minus credi poteſt, quod prædictus Stephanus a prædicto Papa Theodoro conſtitutus fuerit Apoſtolicæ Sedis Locumtenens ſeu Legatus, ad illegitimas illas ordinationes; vel abolendas omnino, vel corrigendas reformandaſque, in gratiam eorum qui ſe orthodoxos probarent. Quis enim dubitare poteſt, quin ſi ipſius Theodori pater tunc Patriarcha fuiſſet, alio prorſus modo proceſſum foret. Quemadmodum vero ἡ Τοποτηρησία τοῦ θρόνου, *Locitenentia in throno*, a *Sergio Ioppenſi* præter jus uſurpata, *Stephano Dorenſi* attributa fuit a Romano Pontifice: ſic & deinceps credibile eſt alios atque alios inſtitutos fuiſſe Τοποτηρητὰς *Locum-tenentes*, uſque dum iterum reſumptus eſt titulus Patriarchæ, Saracenis pacificam totius Orientis poſſeſſionem adeptis per Imperatorum Græcorum ignaviam.

F

Nec Theodorus pater Theodori Papæ.

Locumtenentiam uſurpatam a Sergio geſſit Stephanus Ep.

155 Interim habemus anno 680. in Synodo Conſtantinopoli-

Auct. D. P. & an. 680. Theodorus Presbyter.

tinopolitanæ 155. Generali 6. Conſtantinum Pogonatum Imperatorem, exempla definitionis ibi ſancitæ cum ſubſignatione ſua mittentem *Throne ſancta Dei Reſurrectionis id eſt Hieroſolymorum, obtinente locum ejuſdem honorabiliſſimæ Sedis* Theodoro *Deo amabili Presbytero*. Hic eſt ergo, qui in Latinis Catalogis nominatur poſt Sophronium, perperam creditus pater Theodori Papæ, cui Theodoricus elogium texit quaſi ſediſſet *tempore Heraclii*, adeoque ante annum 641. quo hic obiit, de illoque ſic ſcribit: *Iſte Patriarcha fuit ſanctus & devotus, creber in jejuniis & orationibus, regens Eccleſiam ſuam in magna preſſura Gentilium: tamen proſpere multos Saracenos, in Jeruſalem & in circuitu habitantes, convertebat, & poſtea quievit. Cujus feſtum colitur* 18. *die menſis Martii. Claruit multis miraculis*. Quæ utinam tam ab antiquioribus ſcriptoribus accepta probarentur quam ab auctore Florarii, eaſdem recentiores narrationes ſecuto, juxta quas etiam vocat *Patrem S. Theodori Papæ*. Nos nec patrem, nec filium inter Sanctos relatos antiquitus novimus, & cauſam in illo errandi agnoſcimus ſumptam ab eo, quod Theodorus Papa diceretur eſſe *filius Epiſcopi de Hieroſolyma*, quaſi id foret idem ac *Epiſcopi Hieroſolymitani*; cum debuiſſet intelligi *Theodorus de Hieroſolyma*, ſcilicet natus, *filius Epiſcopi*, alicujus ſcilicet innominatæ civitatis, ſub Hieroſolymitano Patriarcha conſtitutæ.

ITERUM PATRIARCHÆ

LXII. JOANNES III.

S. Joannis Damaſceni Magiſter.

156 Quamdiu poſt Synodum 6. vixerit *Locumtenens Theodorus*, & an alium habuerit poteſtatis ſic diminutæ ſucceſſorem, non habeo unde definiam. Primus poſt illam Sedis vacationem cum titulo Patriarchæ nobis ſeſe offert in epiſtola S. Joannis Damaſceni de Triſagio (quæ utinam Græce extaret) Joannes *beatiſſimus ſanctæ Chriſti Dei noſtra civitatis Patriarcha, bene Dei diviniſſimus*, de cujus ætate ne poſſimus dubitare, facit Damaſcenus in eadem epiſtola. Nam Anaſtaſio monaſterii Euthymiani Hegomeno, de ſolo Filio Triſagion intelligendum aſſerenti, ſuæque opinionis auctorem nominanti Joannem; *Quidnam eſt*, inquit Damaſcenus, *quod loquente & vivente ſancto viro hæc minime de eo dicta ſint?* quod autem ad ejus mentem attinet, *Quiſnam eam melius me novit? Nemo profecto: quippe qui, ut vere loquar, nullam unquam ſpiritualem doctrinam efflavit, quam mihi ut diſcipulo non communicavit*. Ubinam vero diſcipulo? & quando? Exiſtimo quod Hieroſolymis, idque aliquamdiu poſt habitum monaſticum aſſumptum a Damaſceno: hunc vero aſſumpſit ſub annum 730. (niſi fallor) quadragenario major; atque poſt paucos monaſticæ exercitationis annos acceſſitus *ab Hieroſolymitana eccleſia gubernacula tenente*, ordinatus eſt Presbyter. Atqui Epiſtola præcitata ſcripta fuit ex judicio Baronii circa annum 740. tunc enim putat ille ab Anaſtaſio ſuſcitatam fuiſſe Petri Cnaphei hæreſim, cui redarguendæ epiſtola iſta ſervit: nec diu ante obierat *Joannes*, Damaſceni magiſter: ipſe ergo fuit qui hunc ordinavit, & diſcipulum exinde ſeu domeſticum habuit.

qui eum Presbyterum ordinavit.

ordinatus ipſe an. 705.

157 Hæc chronotaxis non male cum ea convenit, quam auctor tabularum Theophani inſertarum ſecutus, *Joanni* huic (de quo nec verbum quidem in ipſo Theophane legitur) locum fecit juxta alios Patriarchas, Epiſcopatui ejus totos triginta annos adſcribens, eoſque exordiens cum anno quo imperium Juſtinianus recepit, qui eſt annus Chriſti 705. ſic enim obierit *Joannes* hic anno 735. Videntur autem Epiſcopi Orientales Saracenorum Imperio ſubjecti, quando hoc jam plane conſtitutum fuit firmatumque fœderibus, etiam cum Imperatore Conſtantinopolitano initis, licet infideliter ſæpe ſervatis; quemadmodum ex S. Joannis Damaſceni Vita & Leonis Iſaurici ad Damaſci Præfectum litteris apparet; videntur, inquam, Epiſcopi tam Syriæ quam Palæſtinæ, fortaſſis etiam & Ægypti, reſumpſiſſe uſum eligendi Patriarchas, electioniſque ſuæ confirmationem ab Imperatore poſtulandi, non invitis Saracenorum Principibus; ita tamen, ut, ſicut illi ſæpe ſibi arrogabant licentiam nominandi eum quem eligi vellent; ſic & hi non raro, maxime in Ægypto eamdem ſibi ſumebant licentiam. Atque id confirmari poteſt, non ſolum eo facto, quo, poſt amiſſam iterum ſeculo 12. exeunte Hieroſolymam, Iſacius Angelus miſit quos voluit Patriarchas (utique eo jure quo ſui majores fecerant ante dominatum Latinorum) ſed etiam ex proximiori hujus ſeculi exemplo, Conſtantini ſcilicet Copronymi circa annum 750. de quo narrat Elmacinus, quod *tempore Saffahi* 22. Caliſæ, *juſſit conſtitui Patriarcham Antiochiæ & Orientis Iſacum, mandans ut quicumque ei reſiſteret interficeretur: & occiſus eſt ejus cauſa Matrammas. Miſitque ipſe ſynodicam ad Abnachaelem Patriarcham Alexandrinum & epiſtolam, qua jubebat ut eum admitteret aut ad ſe veniret; verum is neque admiſit eum nec ad iter ſe paravit. Venitque rumor in Ægyptum Iſacum obiiſſe Antiochiæ, Sedemque occupaſſe quemdam nomine Athanaſium, idque ſubito factum fuiſſe ante ſolis occaſum. At hoc ſecunda die mortuo, conſtitutus eſt Antiochiæ alius nomine Georgius: quem aliquanto poſt, in gratiam Epiſcopi cujuſdam ſibi amici removit Abugiafar, Epiſcopo in ejus locum ſuffecto, atque hic non ſcripſit Synodicam ad Patriarcham Ægyptiacum.*

& verisimiliter confirmatus ab Imp. CP.

PARERGON IX.

An ex prætenſa Thema Florentini atteſtatione ſatis conſtet de antiquitate tituli B. Mariæ de monte Carmelo.

Ad abolendam ovulatis erutiſionem,

158 Atteſtationem in titulo propoſitam continet & examinat Pars 1. Propylæi antiquarii ante tomum 2. Aprilis: eadem hic iterare non eſt operæ pretium, ſed nec expendere ſingula quæ in defenſionem illius ſcripturæ vulgavit auctor Armamentarii. Faciendum hoc ſibi ſumpſerat Reverendiſſimus monaſterii Piſtorienſis Abbas Tiberius Petraccius, antea totius ſui Vallumbroſani Ordinis Procurator in urbe, ſcripſeratque Commentarium bene longum, quo ſuam meamque tueretur ſententiam: ſed occultis quibuſdam machinis abductus vel abſterritus ille a propoſito, differt exhibere promiſſam apologiam: nec lubet amico faceſſere moleſtiam importunius exigendo, quod forte commodiori tempore vulgaturus ipſe per ſe eſt. Satis habebo hoc Parergo oſtendere, quod Atteſtationis illius propugnatores, nihil minus egerint ac ne conati quidem ſint, quam quod operoſiſſime videntur velle, etiam cum ſtrepitu formæ judicialis & teſtibus coram Notario publico juratis.

ex quatuor capitibus probatur.

159 Rem paucis abſolvo. Argumentorum meorum ſumma ad hæc quatuor capita reducebatur. Primo, quod ſcriptura, quæ originalis & authentica eſſe prætenditur, atque adeo exarata anno 743. teſtimonio ejus qui vidiſſe ſe ſcribebat Petraccii, conſtaret litteris non Latinis, non Longobardicis, ſed plane barbaricis, id eſt prorſus talibus qualibus ſcripſiſſet advena quiſpiam intra hos ultimos centum annos. Secundo quod prætenſæ iſtius ſcripturæ antiquitati refragaretur quidquid tunc erat hominum eruditorum Florentiæ, qui ſane ſunt plurimi iique nobiliſſimi exemplo ſuorum Principum Magnorum Hetruriæ Ducum, ſcientiis omnibus

ca-

AUCT. D. P.

A eruditiſſimorum: quorum primarios nominabam, Ferdinandum Ughellum Italiæ ſacræ auctorem, & Carolum Strozzium Senatorem commune urbis iſtius oraculum, utrumque tota eaque longiſſima vita in patriis monumentis ſcrutandis verſatum. Tertio quod ſtylus ac diſpoſitio ſeu forma totius contextus prorſus ejuſmodi ſit, qualis hodieque in uſu eſt Notariis Florentinis, diſſimilis ei quem antiqua 8. ac 9. ſeculi inſtrumenta præferunt. Quarto quod eadem novitas deprehendatur in ſingulis pæne formulis ſeu phraſibus, prorſus aliis quam quibus utebantur antiqui, aut etiam uti poterant. Quid ad hæc TRIUMPHATORES?

oportuiſſet ſpecimen ipſorum litterarum exhibere, 560 Expectabam ego, nec putabam aliter facere poſſe, qui vellent ratione agere, ut ad ſpecimen litterarum in controverſiam adductarum primas ultimaſque lineas æri inciſas darent, cum aliis ejuſdem fere ævi ac loci comparatas, ſicut ego feci in prima parte Propylæi, prætenſi diplomatis Horreenſis ſpecimen comparans cum vero Dagoberti Regis privilegio: quo facto ſi convenirent ſpecimina, nec aliunde fraus appareret, victa eſſet prima primæ objectionis difficultas. Perfecto non oportuit certare verbis, cum rebus ipſis in conſpectum allatis finiri controverſia poteſt. Interim dimiſſa rei controverſæ ſubſtantia, maluit TRIUMPHATOR Franciſcus ad circumſtantiam illam venire, quam addiderat Petraccius, ſignificans nobis audiviſſe ſe D. Antonium Contalberti dicentem, quod Florentini Carmelitæ *diploma illud curaverant ſcribendum in membrana a quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo*, tunc ſcilicet, *cum lis eſſet inter Senenſes & Florentinos de primatu ſuorum conventuum*. Hoc teſtimonium ut evertant, ipſum qui allegabatur Antonium induxerunt, ut coram Notario ac teſtibus ſic

potius quã teſtimonio hominis, loqueretur: *Ego Antonius d'Alberto & ex Antonio de Comitibus Alberti, dico & confiteor, quod cum hic annis præteritis eſſem in converſatione quorumdam, qui profitentur & ambiunt antiquitatis intelligentiam habere; ſermoque fuiſſet inſtitutus de memoria collocata in clauſtris Eccleſiæ Carmelitarum Florentiæ, me dixiſſe, quod videram quemdam Patrem Polonum, qui Romam iter agens aliquamdiu in præfato conventu ſteterat, Bullam in dicta memoria ſpecificatam conſcribentem: & hoc dixi, quia ipſum videram, dum dictam bullam ſcriberet, ſicut etiam me nunc ipſum vidiſſe ſcribere, dico & affirmo. Verum non dixi quod Præfatus Polonus dictam Bullam compoſuerit.* Atqui hoc non dixerat de eo Petraccius. Fateatur autem nobis Antonius,

verba ſua in alium ſenſum torquentis.

C quo fine dixerit, quod ſcribentem vidiſſet? Numquid non ut aliorum confirmaret ſententiam, qui unanimiter judicabant novitium figmentum illud eſſe, de cujus auctoritate quærebatur? Ita certe intellexit eum qui adhuc ſupereſt Capitaneus Coſmus de la Rena, ita Petraccius, ita (niſi vehementer fallor) alii omnes. Præſumebant enim Antonium, ut ſapientem, loqui appoſite ad id quod quærebatur; adeoque de ipſo originali, quod jactatur eſſe annorum nongentorum, non vero de exemplo ſeu copia, quam ſcribi vidiſſe vel non vidiſſe, nihil ad rem faciebat.

[illegible] 561 Pergit Antonius: *Non etiam dixi quod id factum fuerit, quia lis erat inter Carmelitas Senarum & Florentiæ de primatu ſuorum conventuum, & quod ob hanc rationem Florentini compoſuere diploma: quia numquam audivi a dictis Patribus quod cum Patribus Senenſibus de dicto primatu litigarent, neque umquam vidi ullum proceſſum prædictum primatum concernentem &c.* Neque hoc de Antonio Petraccius dixerat. Unde hic ergo iſtud habuit? Ipſum interrogate: ætatem habet, neſcio an & libertatem dicendi quod novit. Dum ea adhuc plena potiretur, ſcribebatque Commentarium mihi promiſſum, ſignificavit per Illuſtriſſ. Antonium Magliabechium, quod controverſiæ iſtius teſtem eſſet adductu-

rus auctorem impreſſum ex ordine ipſo Carmelitarum. D Poſſitne id facere an non poſſit, ad ſubſtantiam noſtræ quæſtionis non attinet: quare non volo in argumentum ſumere diligentiam, a Senenſibus in contrarium factam anno 1573. qua ſub Notarii publici fide curaverunt ex Chronica Mag. Pyrrhi Landuccii, perducta uſque annum 1442. deſcribenda antiquiorum quarumdam Chronicarum Senenſium, lingua vulgari compilatarum, verba, pro Senenſis conventus antiquitate facientia; eaque ſic authenticata miſerunt Romam. Subſtantia quæſtionis noſtræ in eo verſatur, ut doceatur, ſcriptura, de qua agitur, eſſe vel non eſſe originaliter ſcripta ab annis nongentis. Hæc quæſtio non poteſt decidi certius, quam ipſamet ante oculos fideliter per ſculpturam producta. Producere ipſam ego non poſſum, quia poſtquam innotuit Patribus Florentinis rem habere ſuſpectam, fruſtra fuiſſet omnis amicorum conatus pro obtinenda illius fideli expreſſione. Reſtat igitur ut ipſi, quorum magis intereſt, hoc faciant: quod ut expectavi, ſic pergam expectare, priuſquam in hac tantæ conſequentiæ cauſa iis credam. *[illegible]*

ſed ipſe ſe-[illegible] Sollem-[illegible]

562 Ad ſecundum quod attinet, ipſorummet ſcilicet Florentinorum de re tota judicium, intelligo ex litteris inde ad me datis, non defuiſſe Patribus Florentinis curam hujus rei, ipſoſque eum in finem adiviſſe varios, quos ſibi ſperabant eſſe fautores, accedente præſertim Reverendiſſ. P. Generalis commendatione ſcripto exhibita. Nolim ego alienæ fidei præſtare me vadem circa hoc punctum, quia qui hæc ſcripſere nominari non volunt; ne videlicet maledicentiæ hinc ſibi paratæ gratis ſeſe objiciant ea in urbe, ubi cum dictis Patribus non ſolum pacem volunt, ſed etiam amicitiam, tum ſuarum uxorum ac filiarum cauſa, occaſione ſacri Scapularis ſacro iſti Ordini pie affectarum. Sed quanto ii magis amici ſunt & haberi volunt, tanto facilius eſſe debuiſſet permovere ſaltem aliquos eorum, qui doctrinæ & antiquariæ ſcientiæ fama excellunt, ut antiquam vere ſcripturam prædictam videri ſibi teſtarentur, contra Ughellum, Strozzium, Petraccium, & alios, quos ibi notos nihil hic attinet nominare. Omnem porro admirationem ſuperat, quod ne quidem potuerint adducere præfatum Dominum Contalberti, neſcio qua ratione perſuaſum ut verba ſua ad alienam voluntatem, ab obvio quem habebant alioque intellexerant ſenſu, detorqueret, etiam cum ſuæ æſtimationis jactura non levi. Mirum eſt, inquam, quod nec eum ſaltem potuerint inducere, ut antiquitatem prætenſam confirmando, ampliorem ſibi gratiam promereretur. F

Et audire ſcriptores antiquarios Florentinorum, E

563 Nonnemo illorum, quos ita dixi favere veritati a me productæ, ut ejus tamen cauſa nolint in contentionem venire cum viris ſibi alias caris, mihi ſuggeſſit, ingens præjudicium ad alias certiores rationes poſſe ex *Compendio Hiſtorico Carmelitani duci, tum indulgentiis & privilegiis ejuſdem Ordinis, compoſito ab Adm. R. P. Mag. Petro Lucio de Bruxellis, Sacræ Theologiæ Doctore, atque ex lingua Latina in vulgarem traducto per R. P. Franciſcum Minuccii de Radda S. Th. Curſorem in eodem Ordine, & dedicato Sereniſſimæ Magnæ Duciſſæ Hetruriæ, impreſſo denique Florentiæ apud hæredes Iacobi Iunctæ anno 1595. in duodecimo.* Ibi enim pag. 103. leguntur hæc verba, ex Italico a me Latine reddita: *Anno 1268. die ultima Iunii, in Sabbato mane fuit fundata eccleſia Carmeli Florentini, tempore Nicolai Gallici Generalis.* Pag. 135. ad Generalatum Joannis Groſſi: *Ejus tempore & anno 1422. in octava Paſchæ, quæ tunc cadebat in diem 19. Aprilis, Reverendiſſimus Amerigus Corſinus, primus Archiepiſcopus Florentinus, conſecravit noſtram eccleſiam Carmeli Florentini, aſſiſtentibus ſibi Reverendiſſimis Benozzio Federighi Epiſcopo Feſulano, & Antonio del Fede Carmelitano Epiſcopo Suanenſi.*

pro quibus ſunt Carmelitarum de tali antiquitate ſilentium

LI 564

A *poſt annos Sedis 7. & menſes 6.* æque ſcilicet falſo in ſeriem Epiſcoporum Hieroſolymitanorum intruſos, quam in numerum Conſtantinopolitanorum pro eodem tempore *Theodoſius*, loco Procli vel Flaviani, cujus *Theodoſii chirographum* ad idem judicium allatum ſit.

AUCT. D. P.

XLV. ANASTASIUS.

En S. Euthymii prophetia,

104 A*Naſtaſius quidam ſanctæ Reſurrectionis Clericus, idemque Sceuophylax & Chorepiſcopus, qui fuerat alumnus & ſodalis S. Paſſarionis, cupiebat S. Euthymium videre: & hoc ſuum deſiderium communicans cum Fide Epiſcopo Jamniæ & Coſma Staurophylace, cum ipſis alioque juniore Fido, Epiſcopi Fidi nepote, ſanctæ Reſurrectionis Lectore, ibat ad illum. Ipſis autem in via poſitis atque ad Lauram propinquantibus, eorum adventus revelatus eſt Sancto, qui Chryſippum Lauræ Oeconomum accerſens, ait ei: Paratus eſto: ecce enim cum Fratre venit Patriarcha. Cum autem advenissent, ſublatis mentis oculis magnus Euthymius Anaſtaſium excepit ut* B *Patriarcham: quod qui præſentes aderant mirabantur, accedenſque Chryſippus in aurem ei dixit: Reverende Pater, non eſt hic Patriarcha, ſed Sceuophylax Anaſtaſius, viden quod coloratis utatur veſtibus, quibus nefas eſt Patriarcham indui? Ad quæ in ſe reverſus Sanctus, Crede, inquit, fili, aſqueque locutus es vidi ipſam albis indutum. Cunctiſque audientibus dixit, Non erravi: ſed quod præſcivit Deus atque prædixit omnino fiet, ſine pœnitentia enim ſunt dona illius.* Ita Græcus noſter Euthymianæ vitæ textus, reſpondens num. 60. vulgatæ verſionis. Deinde vero, ut jam dicere cœpi, iſtic ubi incipit ejuſdem verſionis num. 96. *Octogeſimo tertio anno ætatis magni Euthymii*, id eſt Chriſti 458. *Juvenalius..... vitæ finem accepit; ANASTASIUS vero præmemoratus, conſenſu totius populi in D. Jacobi Thronum promovetur, initio menſis Julii. Qui eum aſcendens & recordatus prophetiæ magni Euthymii, Fidum Lectorem qui eum ipſo cum ad Lauram acceſſerat prædictionemque audierat, ſanctæ Reſurrectionis Diaconum ordinavit, & cum Staurophylace miſit, ſignificaturum impletionem prophetiæ, rogaturumque ut ſibi liceret ad eum venire ipſumque ſalutare.*

ordinatur an. 458. in Julio,

Huc uſque Vita illa, laudatiſſima *Anaſtaſii* principia nobis ob oculos ponens: cujus deinde anno 15. obiiſſe C Euthymium legimus in Vita S. Sabæ, ab eodem Cyrillo conſcripta, idque, ut in ſua vita dicitur, 22. *Januarii die Sabbathi, anno 16. Imperii Leonis*; quæ ſingula incidunt in annum Chriſti 473. non vero præcedentem, ut putavit Baronius; & egregie confirmant initium *Anaſtaſii*, conſtitutum in anno 458. menſe Julio. Sic enim adhuc in curſu erat ipſius annus 15. cum moriebatur Euthymius; ad cujus cadaver ſpectandum cum acceſſiſſet etiam *Anaſtaſius*, & congrua ei tumulando mandata dediſſet, *reverſus in Sanctam civitatem miſit opifices ad opus & materiam, ut beata illa reliquiæ convenienter ponerentur .... Poſtquam autem perfecta jam fuiſſent omnia* trimeſtri labore, ut ait genuinus Cyrilli textus, *venit in Lauram Archiepiſcopus & venerandum depoſitum ſuis ipſe manibus in præparatum locum tranſtulit ... 7. die Maji: conventumque abſolvens, Martyrium & Eliam*, quos ſucceſſores in Patriarchatu Sanctus prædixerat, *ſecum ſumpſit in ſanctam civitatem, eoſque Presbyteros ſanctæ Reſurrectionis ordinavit.*

Illius funus curat mortui an. 473.

105 Atque hactenus talia de eo omnia, ut horreat animus credere Evagrio, non optime Catholico, cum lib. 3. cap. 5. accuſat *Anaſtaſium*, quaſi is poſt obitum Leonis Imperatoris fugamque Zenonis, tyranni Baſiliſci litteris ſubſcribens, Leonis Papæ deciſionem & Chalcedonenſe Concilium abrogaſſet. Calumniam puto ſe refutaſſe Baronius allegata eadem S. Euthymii Vita, ubi dicitur, quod Tyrannidem invadens *Baſiliſcus, conciliabulum fecit adverſus divinam Synodum Chalcedonenſem: quo quidem utens pars eorum qui erant ſchiſmatici in ſancta civitate, cum ſibi Gerontium præfeciſſent Archimandritam, multa innovat adverſus eccleſiam, nec minora iis quæ prius auſus fuerat Theodoſius.* Ego in ea quam D vere Cyrillus ſcripſit Vita hoc non reperio; in alia autem, quam apud Lipomanum Latinam vidit Baronius, quamque etiam ex Florentina S. Laurentii bibliotheca deſcripſimus, non lego quod ſchiſmatici *Gerontium* iſtum *adverſus Anaſtaſium in Sedem Patriarchalem extulerunt* (ſicuti eam explicat Baronius) ſed quod eum *in Archimandritam* ſibi conſtituerunt, eoque duce haud leviora auſi ſunt contra Eccleſias, quam facta fuerant ſub *Theodoſio*. Monachorum ergo factio illa fuit, qui, rejecto jugo legitimorum ſuorum Abbatum, *Gerontium* ſibi conſtituerunt Abbatem, non vero etiam Patriarcham; qui erat manſitque *Anaſtaſius*. Hic vero (ſive in fide conſtitit, ſive ad extremum imbecillitate aliqua lapſus eſt), *quinto anno poſt iſta obiit*, ut habent Græca interpolata, vel (ut melius habet Vita per Cyrillum) E *ſexto anno poſt dormitionem magni Euthymii, conſummatus eſt Chriſto*, idque *initio Julii menſis*, non vero *Januarii*, ſicut habet eadem interpolata Vita: atque adeo anno 479.

& turbat paſſus a ſchiſmaticis.

obiit an. 479.

106 In quibus ne contradixiſſe ſibi Cyrillus videatur, operæ pretium fuerit genuinum contextum exhibere, qui eſt talis. Τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ πληρουμένῳ, ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου κοιμήσεως, ὁ εὐσεβέστατος Λέων ὁ βασιλεὺς, Λέοντα τὸν ἔκγονον αὐτοῦ, κομιδῇ νέον ὄντα, διάδοχον τῆς βασιλείας ἐπικλείσας, ἐτελεύτησεν· ὅντινα ἐπὶ ὀλίγους μῆνας τῇ βασιλείᾳ ἐπιζήσαντα, Ζήνων ὁ γεννήσας αὐτὸν διεδέξατο τελευτήσαντα. Τοῦ δὲ Βασιλίσκου τυραννήσαντος ἐπὶ τὴν Ἰσαυρίαν φυγόντος, τὴν βασιλείαν ἁρπάσας, ποιεῖ ἐγκύκλιον κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. Τῷ δὲ ἕκτῳ τῆς κοιμήσεως τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου χρόνῳ ὁ μὲν ἀρχιεπίσκοπος Ἀναστάσιος ἐτελειώθη ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ Ἰουλίου μηνός. Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν βασιλείαν ὑπέστρεψεν Βασιλίσκον χειρωσάμενος. *Exacto primo poſt Sancti obdormitionem anno, piiſſimus Leo Imperator nepotem ſuum Leonem, admodum juvenem, ſucceſſorem relinquens obiit: hunc vero paucis menſibus in regno ſuperſtitem mortuumque excepit pater ejus Zeno. Tunc Baſiliſcus quidam tyrannidem invadens regnumque in Iſauriam profugi rapiens, encyclicam contra Chalcedonenſem Synodum facit. Sexto autem poſt mortem magni Euthymii anno Archiepiſcopus Anaſtaſius obiit initio menſis Julii: Zeno vero ad Imperium rediit, redacto in ſuam poteſtatem Baſiliſco.* Quæ ſi ita accipias, ut prius obierit Anaſtaſius quam reſtitutus eſt Zeno, perplexam reddent Chronologiam: nam ex epiſtola F Simplicii Papæ ad eumdem Zenonem gratulatoria, data 8. *Idus Octobris poſt Conſulatum Baſiliſci & Armati*, conſtat eam reſtitutionem pertinere ad ann. Chriſti 477. ſin autem referas ad ea quæ ſequuntur de ordinatione *Martyrii*, ſolum ſignificabunt hanc eſſe factam, cum jam reſtitutus eſſet Leo. Sic ergo intelligo; atque *Anaſtaſio* in ſuo Patriarchatu aſſigno viginti integros annos, licet Nicephorus octodecim duntaxat numeret. Theodoricus de eo ſcribit, quod fuit *Vas omni virtutum chariſmate plenum, pauperibus munificus & caritativus, completoque miniſterio ſuo in pace quievit.*

poſt Zenonis reſtitutionem in Imperium

XLVI. MARTYRIUS.

107 C*Um Leo pius & Chriſti amans Marciani ſucceſſiſſet Imperio*, id eſt anno Chriſti 457. *Timotheus quidam cognomento Ælurus totam conturbabat Alexandriam.* Hac ergo occaſione, *duo quidam Anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius & Elias, annis quidem*

Anno 457 in Palæſtinam veniunt,

A *dem Cappadox, alter vere Arabs, profecti ex monte Nitria, ad magnum illum veniunt Euthymium, & unuſquiſq; illorum in cella ſeparata apud illum longo tempore ſuus verſatus..... Prævidit autem magnus Euthymius perſpicaci oculo ea quæ ventura ipſis erant, fore ſcilicet ut uterque eorum Jacobi, inter Apoſtolos præclari, Sedem obtineret. Poſtea Elias, cum deſcendiſſet in Hiericho ædificavit ſibi cellam ante civitatem, quæ acceſſionibus ab eo factis paulatim dilatata, transmutata eſt in ea quæ nunc cernuntur monaſteria,* inquit Cyrillus in Vita Euthymii n. 95. *Martyrius autem ſpeluncam quamdam ad Occidentem, quæ 15. ſtadiis diſtat a Laura, ingreditur; & cum ſatis temporis in ea manſiſſet, magnum quoddam & inſigne illic quoque conſtruit monaſterium.*

Et monaſterium ipſe condit.

108 Utrumque ut jam vidimus, Euthymio mortuo aſſumpſit Anaſtaſius Patriarcha & Presbyteros ordinavit: mortuo autem ipſo Anaſtaſio, *Sedi Hieroſolymitanæ ſucceſſit Martyrius, qui ad ipſum Imperatorem Zenonem & Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſcribit de ſchiſmaticis, & illorum vitanda blaſphemia.* Poſtea S. Euthymii Laura converſa in cœnobium eſt: cujus ædificio B abſoluto, *deſcendit illuc Archiepiſcopus Martyrius cum multo comitatu, & præclaram ibidem egit ſynaxim & cum lampadibus ac ſuffitibus copioſis ſplendidam Dedicationem fecit, deponens ſub ara quaſdam partes Reliquiarum Taraci, Probi, & Andronici Martyrum, 7 die menſis Maii: erat vero jam 12. annus poſt deceſſum Euthymii,* id eſt annus Chriſti 484. Interim ſchiſmatici ſub Gerontio Archimandrita monachi, S. Marciani induſtria ad Epiſcoporum, a quibus defecerant, communionem adducti ſunt: *Quos excipiens Archiepiſcopus juſſit faces accendi in ſanctæ Reſurrectionis eccleſia, & magnificam celebravit feſtivitatem, cum univerſa multitudine monachorum & civium, excepto Gerontio Archimandrita, qui jam 45. annum B. Melaniæ monaſteria gubernabat, atque Romano qui apud Thecuam monaſterium conſtruxerat: qui ambo veſana ſua pertinacia inhærentes, e ſuis denique monaſteriis ejecti, & hac illacque aberrantes, denique excommunicati obierunt.* Eo iterum prænominatum in Anaſtaſio *Gerontium*, abſque ullo invaſæ ab eo Cathedræ indicio.

Idem Patriarcha dedicat cœnobium S. Euthymii,

Reducit ad ſchiſmaticos,

109 Denique in Vita S. Sabæ c. 38. legimus, quod eodem *Saba jam quadrageſimum octavum ætatis ſuæ annum agente, Patriarcha Martyrius, anno ſui Pontificatus octavo, exceſſit e vivis;* & quidem, uti in Commentario prævio ad Vitam S. Euthymii Henſchenius, 13. *Aprilis indictione 9.* quæ nobis ann. Chriſti 486. denotant; nam & S. Sabas natus erat menſe Januario, *Theodoſio 17* C *Conſule* id eſt an. 439. Baronius ad an. 485. quo obiiſſe *Martyrium* ſtatuit, judicat non eſſe audiendum Evagrium, ex Zacharia Eutychiano aſſumentem, quod *Martyrius Epiſcopus Hieroſolymorum ad Petrum, Alexandrinæ urbis Epiſcopum* hæreticum, *Synodicas ſuas miſit.* At nondum hic Petrus pro tali ſe gerebat; cum autem Evagrius addat, quod *poſtea quidem ab ejus communione ſe abjunxerunt*, ac tum demum *Petrus Chalcedonenſem Synodum publice anathematizavit*; non magna Martyrio infamia fuerit eum ea qui adhuc latebat communicaſſe, ſi modo nequitia cognita ab eodem receſſerit, quod præſumere licet. Theodoricus ſic ſcribit: *Martyrius, ſanctus Patriarcha, admirandis virtutibus & miraculis late claruit, gregem ſanctum ſibi commiſſum devote regens; multoſque perfidos gentiles* (melius dixiſſet, hæreticos) *ſua prædicatione convertit: ad Chriſtum denique feliciter migrans a ſeculo, æternaliter cum Chriſto regnat:* quæ utinam ab antiquiori auctore haberentur!

Et moritur an. 486.

XLVII. SALUSTIUS.

110 S*Edem poſt Martyrium accepit* Salurtſus, inquit Cyrillus in Vita S. Sabæ, anno ut jam diaimus 486. ubi conſequenter legi poteſt, quomodo apud ipſum accuſatus a quibuſdam ſuis monachis Sanctus, quaſi præ nimia ſimplicitate ineptus ad regimen, juſto *Saluſtii* judicio defenſus fuerit. De eodem legitur apud Nicephorum Calliſtum lib. 17 c. 22. quod *minime credere volens quæ de Barſanuphio apud Gazam incluſo fama vulgabat, poſtquam perfodere domunculam ubi homo Dei habitabat juſſit, ignis alicunde exortus omnes combuſſiſſet niſi ſibi fuga conſuluiſſent.* Evagrius quidem multo antiquior ſcriptor Euſtochium nominat, annis poſt *Saluſtium* pluribus quam quadraginta inductum in Sedem, & conveniunt tempora Juſtiniani Imperatoris. Rationibus tamen chronologicis convictus ad 11. Aprilis, cenſui fieri non potuiſſe, ut uſque ad Euſtochii ætatem vixerit *Barſanuphius*, multumque fore quod Juſtiniani tempora, anno 527. regnare exorſi, attigerit centenario major. Neque adhuc mentem muto, ſolum cupio mutatos annorum numeros, quos *Saluſtio* Euſtochioque adſcripſi num. 3. deceptus per tabulas Theophanis inſertas. Licet enim eas ſuſpectas habendas noſſem, juxta Tractatum meum præliminarem ad tomum 3. Martii, ſequi tamen debui, quia alium nullum tunc habebam potiorem auctorem, & cum tabulis faciebant numeri annorum apud Nicephorum Conſtantinopolitanum ſingulis adnotati, atque a Sophronio qui obiit anno 638. ſurſum ducti,

B. dicatus an. 486.

D

AUCT. D. P.

Barſanuphii Saluſti propoſitâ explorat.

E

111 Idem Conſtantinopolitanus Nicephorus de *Saluſtio* ait, quod *ab eo ſeparatus eſt Romanus Epiſcopus propter Edictum concordiæ a Zenone editum.* Editum hoc fuerat anno 482. eique acriter ſe oppoſuit S. Felia Papa 811. anno mox ſecuto ordinatus, quamdiu in Petri Cathedra ſedit, id eſt uſque ad an. 492. Quod ſi verum eſt ab eo caeummunicatum fuiſſe eadem ea cauſa *Saluſtium*, neque id potius in *Martyrium* cadit; dicendum erit ſeparationem ejus haud diuturnam fuiſſe. Laudatur enim in Vita S. Sabæ Saluſtius, quod *cum Anaſtaſius poſt Zenonem ſuſcepiſſet Imperium*, ut fecit anno 491. *& ſchiſmata cum ſummo impudentia loquerentur adverſus Eccleſiam, volens liberare Fratres ab illa tempeſtate, primum quidem conſtituit ut S. Martianus eis præeſſet: aliquanto vero tempore interjecto ægrotans & corpore male affectus, communi ſuffragio omnium qui ad ſe convenerant ex ſolitudine, ſtatuit ut monaſteriis quæ erant circa ſanctam civitatem præeſſent Sabas & Theodoſius; atque hic quidem iis qui communiter vivebant, ille vero aliis qui* F *cum nullo omnino congrediebantur & erant prorſus ſeparati.*

monaſteriis contra ſchiſmaticos proſpicit,

112 Fuit hic extremus *Saluſtii* morbus, quo & obiit, *expletis Patriarchatus annis 7. ac 3. menſibus, 23. Julii, 1. ætatis S. Sabæ anno 56.* Chriſti 493. juxta Henſchenium noſtrum in prolegom. ad Vitam S. Euthymii. Theodoricus Pauli hujuſmodi elogium ei texuit: *Vir ſanctus & Catholicæ fidei extitit præclariſſimus propugnator, atque tam vita quam eruditione ſanctiſſimus: quique Jubilæum ſuo eccleſia cum omni humilitate & devotione celebrans, quemdam leproſum ſolo oſculo ſanavit, & tandem in Chriſto conquievit.* Credat de miraculo qui volet, de Jubilæo ſaltem nemo negaverit figmentum eſſe, ex poſteriorum ſeculorum uſu ſumptum.

& moritur an. 493.

XLVIII. ELIAS.

113 P*Oſtquam Saluſtius migravit ex hac Vita, in Sedem illius evehitur* Elias, *cujus in Vita S. Euthymii ſæpe memini*, inquit Cyrillus. *Ubi autem factus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus, ſtatim omni ſtudio contendit, ut circa ſe congregaret bonos Monachos ſanctæ Reſurrectionis, circa turrim David diſperſos in aliquibus cellis: monaſteriumque conſtruxit apud Epiſcopatum, & cellas ædificavit ad illos excipiendos, unicuique eorum, qui conveniebant, abunde ſuppedi-*

Vario ſtudio ſemet cloſtum Elias Euphemio &c. adhæret,

A ſolicitus quidem pro unione omnium Eccleſiarum, ſed *Hieroſolymitana imprimis, cui omnes favorem impendunt quaſi matri Chriſtiani nominis, ut nemo audeat ab ea ſeſe ſecernere.* Porro *cum magno Saba ad annos octoginta ſex proceſſiſſet ætas,* ageretur autem Chriſtianæ æræ annus 524. *acceſſit Joannes, relicto ſucceſſore Petro viro inſigni.* Deceſſit autem 22. Aprilis, juxta Henſchenium in Prolegomenis ad Vitam S. Euthymii n. 15. & *tertio poſt anno Juſtinus Imperator, valde jam ſenex & morbo appreſſus, Juſtinianum patruelem pro ſe conſtituit Imperatorem* anno 527. quæ uti in S. Sabæ vita habentur, ita cum omni temporis illius hiſtoria conveniunt optime, totamq; horum Patriarcharum ſucceſſionem & chronologiam reddunt undequaque indubitabilem.

Moritur an. 524.

119 Theodoricus Pauli, neſcio quo abreptus errore, in Chronico univerſali huic Joanni applicavit, *quod ſub ipſo facta eſt inventio Sanctorum Stephani, Gamalielis, Nicodemi & Abibon, quodque ex Regula S. Baſilii an. Domini 412. ſcripſit Capraſio Carmelita diſcipulo ſuo qualiter viveret.* Eadem de Regula repetit in libro Bellorum B Dei ad Joannem Cyrilli ſucceſſorem, quem etiam ſcripſerat ab Adriano Papa primo ordinatum. Ita vir optimus intricavit ſeſe, dum ſeſe aptare nititur eorum voluntati, qui de Joanne, ut volebant, ſuo, tam incongrua ſuggerebant. Multo ſane fuerat facturus conſultius, ſi de Carmelitis non fuiſſet locutus ante ſeculum 12. prout faciendum ei ſuggerebat Catalogus, ab ipſomet initio Chronici ſui fol. 20. deſcriptus. Eum non fuerit incongruum hic attexere, ut clarius appareat, hunc ſcriptorem nihil ſuo examine ac judicio diſcreviſſe, ſed ſimpliciter tranſcripſiſſe omnia quæcumq; putabat ſervire poſſe intento ſuo, quod erat Chronicon univerſale contexere. Multa quidem animadverſione & correctione eget Catalogus ille, ſed id hujus loci non eſt; quare eum, ut invenio, ſub ejuſmodi cautela accipe.

Circa eundem error Theoderici.

En hos Catalogus Ordinum religioſorum.

Ordo Eremitarum cœpit anno Domini 289.
Ordo Regularium cœpit A. D. 400. vel .....
Ordo B. Benedicti anno 531.
Ordo Cluniacenſis anno 1084. ſub Odone,
Ordo Ciſtercienſis A. D. 1121.
Ordo Templariorum anno 1010.
Ordo Præmonſtratenſis A. D. 1120.
Ordo Hoſpitalariorum anno 1121.
Ordo Joannitarum anno 1140.
Ordo Dominorum Teutonicorum 1190.
C *Ordo S. Trinitatis anno 1197.*
Ordo de Sepulcro Domini anno 1197.
Ordo Prædicatorum A. D. 1203.
Ordo Minorum A. D. 1216.
Ordo Cruciferorum anno 1216. ſed confirmatus anno 1247.
Ordo Carmelitarum anno 1176.
Ordo Auguſtinenſium anno 1223.
Ordo Vallis Scholarium anno 1223.
Ordo Paulinorum anno 1310.
Ordo Cœleſtinorum anno 1310.
Ordo Wilhelmitarum anno 1310.

Similis Catalogus dicitur eſſe impreſſus *Florentiæ an. 1513. die 20. Januarii per Philippum Giunti, impenſis totius Camaldulenſis Ordinis,* poſt Vitam S. Romualdi conſcriptam a S. Petro Damiano, ubi ſimiliter ſingulorum Ordinum notantur principia, & de Carmelitano hæc formalia verba leguntur. 1200. *Ordo Carmelitarum ab Alberto Epiſcopo Hieroſolymitano.* Apparet autem quod Catalogi auctor pro nihilo habuerit qualecumq; principium ante acceptam Regulam, quæ veluti *anima & forma* eſt *Ordinis* cujuſcumque, ut ipſi ſcriptores Carmelitæ loquuntur,

L. PETRUS.

D

AUCT. D. P.

Ordinatio an. 524.

120 JOanni, ut jam diximus, hujus nominis ſecundo ſuccedens PETRUS an. Chr. 524. necdum quartum in ea Sede annum expleverat, quando obiit S. Theodoſius Cœnobiarcha, de quo ad Vitam a Theodoro Petrarum Epiſcopo ſcriptam præfatur Cyrillus, quod mors ea contigit die 11. *Januarii Indictionis 7. 22. menſe regnantis Juſtiniani,* cum ille annum ferme centeſimum ſuæ ætatis *attigiſſet*: cœperat autem regnare Juſtinianus in cœna Domini Kalendis Aprilis anni 527. ita ut menſis ejus 22. recte nos ducat ad Januarium anni 529. *Petrus* autem Archiepiſcopus, intellecta ea morte, cum aliis quibuſdam aliarum civitatum Epiſcopis, tum forte in ſancta civitate præſentibus, feſtinavit ad monaſterium ut exequias celebraret, ſicut teſtatur Theodorus prædictus, πανάριστον, id eſt *Optimum* ſeu *Præſtantiſſimum,* appellans *Petrum.* Auctor vero alterius Vitæ, quæ Latine extat edita, laudat ut virum, *cujus magna quidem fuit fama, famam autem ſuperabat virtus.* E

ſepelit S. Theodoſii an. 529.

121 Poſt *Theodoſium* an. Chr. 531. moritur etiam *S. Sabas 5. Decembris Indictione 10. ætatis ſuæ an. 94.* cujus exequiis cur non dicatur nominatim idem Patriarcha interveniſſe, ſicut in genere dicitur de *omnibus quotquot erant Epiſcopis,* incompertum mihi eſt; honeſtius hoc certe ei fuiſſet, quam quod paulo poſt decipi ſe ſiverit ab Origeniſtis in præjudicium Sabaitarum; perſuaſus ab illis, *ut Petri Alexandrini, & Joannis, cui cognomen erat Strongylus, ſuſciperet communionem.* Quanta hinc mala obvenerint ſanctiſſimæ illi Lauræ pathetice ſatis deſcribit Cyrillus; neque iis finis obtigit quamdiu in vivis fuit *Petrus.* Qui iterum facilitate nimia adduci ſe paſſus eſt an. 535. ut Anthimum Trapezuntinæ civitatis Epiſcopum pateretur ad Sedem Conſtantinopolitanam transferri, contra quam Canones permittant; eoque meruit ab Agapeto Papa per epiſtolam quæ extat redargui, *quod iſtud opus, ita aperte contrarium decretis Patrum, non ſolum ad notitiam Apoſtolicæ Sedis adducere neglexit, ſed & reprehenſibili conſenſu confirmavit.* Vidit igitur, & pro ſua naturali bonitate etiam approbavit, depoſito Anthimo ſuffectum anno ſequenti 536. S. Mennam; ab eoque cum omni reverentia accepit Concilii Conſtantinopolitani Acta, & ſuam mox ipſe quoque Synodum coegit 13. *Kalend. Octobris Indict.* 15. jam inchoata, *aſſentientibus Sacerdotio ſuo ſanctiſſimis Epiſcopis trium Palæſtinarum ſub ſanctis locis venerabiliſſima Synodi exiſtentibus,* qui omnes ſubſcripſerunt Actis, hæreticorum damnationem continentibus, numero quadraginta quinque Epiſcopi. F

poſt an. 531 decipitur ab Origeniſtis.

Iterumque an. 535.

recipit Acta et hæreticos damnat an. 536.

122 Anno 542. *Baſilio V. C. L. Coſ.* cum Paulus Epiſcopus Alexandrinus, incautius agens, propter cædem, ipſius juſſu ut ferebatur patratam (quod tamen negabat ille, ſed negare non poterat occaſionem dediſſe) judicatus eſſet irregularitatem incurriſſe, & Gazam in exilium relegatus; per Pelagium Apoſtolicæ Sedis Legatum, Imperatoris mandata ferentem, juſſus eſt *Petrus* Gazam tranſire, unaque cum aliis duobus Epiſcopis *Pallium auferre Paulo, eumque deponere,* ut ſcribit Liberatus. Hoc ſine dubio mœſtiſſimus fecit ſi vere orthodoxus Paulus iſte fuit, uti credidit Liberatus: ſin autem hæreticus, eoque damnatus *quod Dioſcori hæretici prædeceſſoris ſui Depoſitionem celebraret,* ſicuti ſcribit Victor Tunenenſis, aut *Severi* Acephalorum Principis, ut habet Theophanes; non erat quod ei compateretur. Hac occaſione contigit Pelagio tradi a monachis Hieroſolymitanis excerpta quædam ex Origene Capita, quæ petebant Imperatori damnanda proponi: eoq; libenter annuente, quippe qui gaudebat in talibus cauſis ferre judicium, dictata eſt a Menna Archiepiſcopo CP. anathematis ſen-

an. 542. deponit Paulum Alex.

A eoſque ſubſcripſerit, incertum eſt: neque enim quiſpiam aut ipſius aut Romani Pontificis nomine ſignaſſe ait. Acta tamen Synodi accipiens, ſuam etiam ipſe Hieroſolymis coegit, in qua, uti dicitur Act. 1. Concilii Nicæni II. *quotquot erant Palæſtiniorum Epiſcopi, manibus & pedibus & ore ſententiam & ſtatutum Synodi confirmavere; niſi quod Alexander Epiſcopus Abyles contrarium ſenſit, quamobrem Epiſcopatu exutus Byzantium ſe recepit.*

& poſt ii. annos ſuæ Sedis,

127 Nicephori Chronologia, *Macario duos annos, Euſtochio unum, Macario iterum quatuor* aſſignat. Sed incredibile eſt duobus annis a *Macario* Epiſcopatum geſtum abſque aſſenſu Imperatoris, & hoc quoque dato, non potuiſſet uno ſolum anno ſedens *Euſtochius* perveniſſe ad tempora Synodi quintæ. Utramque difficultatem tollet levis mutatio, ſi *Macario* antequam expelleretur, pro duobus annis, *menſes duos*, μῆνας β', dones; ſic ut eodem quo electus eſt anno 544. expectarit confirmationem B ſuam menſibus Octobri & Novembri, deinde vero ſederit nova electione aſſumptus *Euſtochius*: ſederit autem non ἔτος ἕν, ſed ἔτη ἕνδεκα, *annos undecim*, ſitque primum anno 556. depoſitus, agente Theodoro Cæſarienſi prædicto, *qui* ut loquitur Evagrius, *cum Juſtiniano aſſiduus erat, eique fidus imprimis erat atque perutilis*, ſeu verius perniciosiſſimus, ut qui optimum alias Principem ad res fidei per ſe tractandas impulerit, unde Liberato teſte, *publice clamitavit* aliquando *ſe & Pelagium vivos incendendos, per quos hoc ſcandalum introivit in mundum*. Latinus Patriarcharum Catalogus a *Joanne II.* ad *Zachariam* tranſit, omiſſis ſex mediis. Theodoricus duos interponit, *Petrum* ſcilicet, de quo ſupra, & inferius nominandum *Joannem tertium*: quid porro huic *Euſtochio* factum ſit ignoramus.

depoſitus an. 556.

LII. MACARIUS II.

Sedit poſt reſtitutionem annis 14.

128 MACARIO *Hieroſolymitana Eccleſia Sacerdotium poſſidente atque in propriam Sedem reſtituto, cum poſt depoſitionem Euſtochii Origenem, Didymum atque Evagrium ſub anathemate damnaſſet; Juſtinianus ſcripſit id quod Romani Edictum vocant, in quo corpus Domini incorruptibile appellat, & naturalium atque inculpabilium etiam paſſionum capax fuiſſe negat.* Ita Evagrius lib. 4. cap. 39. non diſtinguens quanto tempore C *Euſtochii* depoſitio & *Macarii* reſtitutio præceſſerit publicationem impii Edicti, factam anno 563. Ego, ſi mihi liceat ſicut cœpi pergere, & *Euſtochium* Sedis ſuæ anno 11. expulſum dicere, poterò *Macario*, non ſolum 4. ſed 14. annos invenire, quibus ſederit, defunctus anno 570. Hoc modo nonum iſ egerit Patriarchatus ſui annum, quando prodiit Edictum, qui, qualiſcumque fuerit cum morienti Petro ſubrogatus primum eſt, nunc ſaltem in recta fide ſtetit. Evagrius enim neminem excipit; ſed cum dixiſſet univerſos Epiſcopos conſpiraviſſe, ut ad furorem Imperatoris tantiſper declinandum appellarent ad ſententiam Anaſtaſii Epiſcopi Antiocheni; ſubjungit, quod ad eorum depoſitionem proceſſurus ſacrilegus Rex fuerit, niſi plaga inviſibili præventus ex hac luce migraviſſet 14. Novembris anni 566. Eſt tamen unde ſuſpiceris, non omnes conſtantiam æqualem tenuiſſe ad extremum, atque inter infirmiores fuiſſe *Anaſtaſium*, ſolaque ſimplicitate animi Baronio excuſabilem. Hic enim putat ſuſpicionem ejuſmodi ſatis fundari in eo, quod auctor Prati Spiritualis cap. 19. & 96. aſſerit, Abbatem Eliam & Julianum Arabem communionem *Macarii* ſubterfugiſſe, interimque excuſari eum, quod S. Simeon in Monte-mirabili (cujus Vitam dabimus 24. Maii, quique hoc tempore vivebat) ab eodem Juliano quid agere deberet conſultus; *Ne recedas*, inquit, *neque teipſum a ſancta Eccleſia ſepares, neque enim illa habet male, gratia D. N. Jeſu Chriſti*. In D Vita quoque S. Gregorii Agrigentini, qui 23. Novembris colitur, crebra eſt *Macarii* mentio, veluti qui adventum ſancti adoleſcentis in Hieroſolymitanam eccleſiam divinitus cognoverit, ejuſque ac ſociorum nomina & vultum antea nuſquam viſum, ac denique Diaconum ordinaverit. Sed hæc Vita multæ fabuloſitatis ſuſpecta nobis eſt, neque in teſtimonium ſanctitatis pro *Macario* adducenda, donec ſevero examine diſcuſſa fuerit.

fidei an videatur bona

an ſolum ſanctus?

AUCT. D. P.

LIII. JOANNES III.

LIV. AMOS.

LV. ISACIUS.

Ab an. 570. Joannes ad 592.

129 HOs tres nobis ſuggerunt Catalogi Græci, apud Nicephorum & in membrana Rulæana, ſicut JOANNI aſſignentur anni 22. AMOS VIII. ISACIO etiam 8. qui ſimul ſumpti ſunt anni 38. junctique anno 570. quo mortuum ſtatuimus deceſſorem *Macarium*, pertingunt uſque ad annum 608. De JOANNE E ſcribit Theodoricus Pauli, quod *vir totus Eccleſiaſticus, devotus & juſtus, præfuit Eccleſiæ Hieroſolymitanæ in omnibus ſanctiſſime, anteceſſoribus ſuis æquandus: qui curſu præſentis vitæ feliciter peracto, æternam vitam meruit intrare*. Prætermittuntur ab eodem Theodorico *Amos* & *Iſacius*; ſed exiguo cum incommodo, quia elogia iſtæc ex conjectura ſola compoſita videntur. Interim certa eſt ratio ſucceſſionis. Etenim iſtius *Amos* (qui apud Nicephorum Calliſtum vocatur *Neamus*) epiſtolam a S. Gregorio Papa accepit, quæ eſt in Regiſtro ejus l. 7. ep. 7 data *menſe Novemb. Indict. I.* ideſt an. 597. de Petro Acolytho fugitivo, ſiſtendo, & Romam mittendo, atq; interim pro excommunicato habendo. Ipſo autem, quo *Amos* Patriarchatum iniit anno Chriſti 591. Guntramni regis Francorum 30. ſcribit Fredegarius, *inventam eſſe Tunicam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ eidem ſublata eſt & a militibus qui eum cuſtodiebant eſt ſortita, prodente Simone filio Jacobi: qui per duas hebdomadas multis cruciatibus affectus, tandem profitetur ipſam tunicam in civitate Zafad, procul a Hieroſolymis, in arca marmorea poſitum eſſe: quam Gregorius Antiochenus* (*tunc in ſuo Patriarchatu annum agens 21. ſecundum Theophanem*,) *& Thomas Hieroſolymorum* (quod nomen Fredegario pro *Amos* obrepſit) *& Joannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus* (ſcilicet *jejunator*, annum tunc 2. ſedens ſecundum eumdem Theophanem) *cum aliis multis Epiſcopis, triduanum facientes jejunium, exinde condigne cum arca* F *marmorea, levi effecta quaſi ex ligno fuiſſet, ordine pedeſtri Hieroſolymam cum devotione ſanctiſſima perduxerunt; & eam in loco ubi Crux Domini adoratur cum triumpho poſuerunt*. Ea Tunica nunc Treviris religioſe aſſervatur: ſed quia ignoratur quomodo vel quando allata, invaluit opinio, S. Helenam, quam Treviris quoque natam fuiſſe volunt, ipſam miſiſſe cum aliis Reliquiis: quod nequaquam crediderim. Qui enim inventæ ab ea Crucis Clavorumque adeo certam memoriam nobis reliquit Theophanes, non omiſiſſet puto etiam meminiſſe Tunicæ, ſi ea tunc pariter fuiſſet reperta; neque ignoraviſſet Fredegarius, ipſam jam pridem Treviris coli, celeberrimo totius Galliæ Germaniæque concurſu. De Patriarcha autem *Amos*, in Prato Spir. c. c. 199. hæc leguntur: *Cum deſcendiſſet Abbas Amos Hieroſolymam, & Patriarcha ordinatus eſſet, venerunt omnes monaſteriorum Eremi Abbates ut eum adorarent, inter quos adfui & ego, cum Abbate meo*, inquit Joannes Moſchus. *Cœpitque Patriarcha dicere Patribus: Orate pro me, Patres: magnum enim onus & intolerabile mihi in-*

tum Amos uſque ad an. 600.

AUCT. D. P.

A *junctam eſt, Sacerdotiique dignitas me terret immedice: Petri enim & Pauli ſimilium eſt regere rationales animas; ego autem infelix peccator ſum. Nam inveni ſcriptum, quod beatiſſimus & æqualis Angelis Papa Leo, qui Romanorum Eccleſiæ præfuit, per quadraginta dies perſeveravit ad ſepulchrum Apoſtoli Petri, vigiliis & orationibus inſiſtens, petenſque ab Apoſtolo, ut pro ſe apud Deum intercederet, ut dimitterentur ſibi peccata ſua: impletiſque diebus quadraginta, apparuit ei Apoſtolus Petrus, dicens; Oravi pro te, & dimiſſa ſunt tibi peccata tua, præterquam impoſitionis manuum: hoc enim ſolum abs te requiretur, ſive bene, ſive forſan etiam male egeris.* Videntur hæc indicare aliquam *S. Leonis I.* Vitam antiquam, quæ utinam adhuc uſpiam inveniatur, aut ſaltem inveniatur Auctor, unde viſio iſta eſt accepta!

530 Octennio poſt *Amos* ſucceſſit Isacius, neque diu cunctatus eſt quin ad Gregorium Papam ſcriberet, ſicuti apparet ex reſponſo quod Indictione 4. id eſt anno 601. expeditum extat in Regeſto Gregoriano, eſtque libri 9. Epiſt. 40. inſcripta *Iſicio* (vero eius Iſacio) *Epiſcopo Hieroſolymorum*. Hanc exordiens ſanctus Pontifex a myſtica ſignificatione fabricatæ in tempus diluvii arcæ; *in hujus*, inquit *arca*, id eſt Eccleſiæ, *ædificatione vos currere, relecta Fraternitatis* B *veſtra epiſtola, recta fidei compage gaudemus; magnaſque omnipotenti Deo gratias exolvimus, qui & in mutatis gregis ſui Paſtoribus, fidem, quam ſemel ſanctis Patribus tradidit, etiam poſt eos immutatam cuſtodit.... Tua Fraternitas rectam per omnia fidem excolit; & ſpiritualiter edocta, quæ quærenda erant ſubtiliter enarravit. Fides itaque veſtra, fides eſt noſtra: ea tenemus quæ dicitis, ea dicimus quæ tenetis. Quia vero pervenit ad nos, in Orientis Eccleſiis nullum ad ſacrum Ordinem niſi præmiorum datione pervenire; ſi ita eſſe veſtra Fraternitas agnoſcit, hanc primam oblationem omnipotenti Deo offerat, ut a ſubjectis ſibi Eccleſiis errorem Simoniacæ hæreſeos compeſcat.... Præterea pervenit ad me, quia in Eccleſia urbis veſtræ Hieroſolymorum, quæ Ælia dicitur, ſæpe jurgia naſcuntur: unde Sanctitas veſtra debet ſolicite cuncta penſare, & quædam manſuete corrigere, quædam vero quæ corrigi nequeunt æquanimiter tolerare..., ut in ſancta Hieroſolymorum Eccleſia pacem cohabitantium per omnia conſervet.... & de his quoque qui per jurgium perire poterant mercedis lucra colligat.*

PARERGON VII.

C

De Jacobo pœnitente, circa hæc tempora prope Carmelum vivente, an Carmelita cre[d]itus a Bollando.

531 PErtinet ad hoc ſextum, in quo verſamur, ſeculum *S. Jacobus Eremita, in Palæſtina apud Porphyreonem, qui poſt lapſum diu in ſepulcro pœnitentiæ cauſa latuit, & clarus miraculis migravit ad Dominum*, uti ſcribitur in Romano Martyrologio hodierno ad diem 28. Januarii. Hujus Vitam prælo pararat Henſchenius, illuſtratam Notis & Commentario aliquo prævio; quem more ſuo recognoſcens Bollandus, ibique legens *Porphyreonem* urbem, quæ & *Caiphas* dicitur, ſitam eſſe *ad mare, juxta radices Carmeli montis*, exiſtimavit optimam hanc eſſe occaſionem indicandi, quam non pro ſuo haberi vellet Zegeri Pauli Carmelitæ Commentarium de Vita S. Teleſphori Papæ, ad 5. Januarii ante annos circiter ſeptem excuſam (nam toto octennio primus iſte menſis ſub prælo fuit) cum novus ac rudis adhuc in opere, ipſe neſciret quid inchoaſſet, vix aliquid ultra nudam collectionem tunc cogitans. Ergo ſua ipſe manu inter num. 4. & 5. hæc quæ ſequuntur, joco potius quam ſerio collocavit; dicebat enim non ſine riſu, Qui cæteros omnes ſibi arrogant, non debent pœnitentem D peccatorem excludere. Sic ergo ſcripſit.

532 *Merito quis mirari poſſit, Sanctam hanc a M. Antonio Alegre Carmelita non inſertum eſſe Paradiſo Carmelitici Decoris, cum ſuo Ordini adſcribat quotquot non ſolum in Syria, Palæſtina & Ægypto, verum & reliquum per orbem monaſticam vitam primis ſeculis egerunt, aut aliquomodo adumbrarunt. At, ſive inſtitutum illud vivendi inde a priſcis illis temporibus aſſidua ſerie huc uſque eſt propagatum, probabilius eſt ibi viguiſſe, ubi prima dicantur a Prophetis poſita ejuſmodi diſciplinæ cunabula: ſive vere ſolum poſt ſubactam a Francis Syriam erecta ex Sanctorum hominum ſocietas eſt, quæ Fratrum S. Mariæ de monte Carmelo appellatur (ut multi de recentioribus exiſtimant, qui undecim ſeculis integris negant uſquam Carmelitarum vel nomen prolatum ab ullo eorum temporum ſcriptore; ac contra conſtare, ante S. Hilarionem nec auditum quidem in Palæſtina & Syria nomen monachorum, Hieronymi teſtimonia firmant) ſi igitur cœpit quidem ante quinque ſolum ſecula, ut illi volunt, ea Congregatio, ſed quo magis inflammaret in ſuorum animis ſtudium virtutum, earum voluit exempla proponere in iiſdem uſurpata locis, & convictus ſimilitudinem loci ac pietatis ſimilitudine aſſerere; non oportuit tamen veteres potius illos ante Chriſtum Prophetas aut alibi terrarum Monaſticen profeſſos adducere ſtatuereque imitandos, quam qui tanto propius ante noſtra tempora ad ipſius habitarant Carmeli confinia. Atque ad hanc claſſem pertinet non ſolum Jacobus, ſed & ſancta illa mulier, quæ antea ad ejus labefactandam pudicitiam allegata, ſed mox illius in profligandis voluptatum illecebris fortitudinis miraculo perculſa, dedit fidei manus, baptiſmoque abluta in Virginum deinde monaſterio reliquum vitæ ita exegit, ut & cara Deo eſſet & adverſus dæmones gratiam acciperet. Illud ergo cæteraque monaſteria certiori ratiocinatione ſuo poſſunt Ordini vendicare religioſiſſimi Patres Carmelitæ, circa ipſum ſita Carmelum.* E

533 Hæc ibi Bollandus, & quidem motu omnino proprio, moleſteque nonnihil ferente Henſchenio; qui maluiſſet iſtam chordam non fuiſſe tactam, offenſionem eo loco ac tempore importunam reformidans. Sed vanus profecto hic timor erat; Patres enim illos adeo ceperat Teleſphori Vita, ut ad hanc novam adeoque manifeſtam declarationem animi, nihil pro Carmelitica antiquitate aſſerenda ex ſuo illo permiſſo potius quam F facto deduci volentis, non modo non reſpexerint; ſed uſque hodie pergant blandiri ſibi, atque eo loco allegato in ſuo Armamentario Speculoque & utriuſque Indice, aſſeverare, quod *Bollandus admittit Carmelitam ſeculo 6.* Multis deinde exaggerant injuriam, quam Magiſtris meis Bollando & Henſchenio fieri a me dicunt, dum hæc in lucem effero; aut etiam occaſione oblata quædam eorum ſcripta retracto. Quaſi ſcilicet illi potuiſſent ac debuiſſent cœpto primum operi afferre omnem eam ſcientiam, ac variarum rerum cognitionem, verique a falſo ſecernendi experientiam, quam tot annis ſucceſſive acquiſiverunt, mihiq; communicare ſtuduerunt; quemadmodum adhuc facit (atque utinam diu pergat facere) P. Henſchenius, ſextum jam ſupra quadrageſimum annum in hac palæſtra exercitus, omniumque ſtudiorum meorum atque ſcriptorum moderator & arbiter, idemque certiſſimus teſtis ortus atque progreſſos totius operis & cunctorum Bollandi arcanorum atq; conſiliorum particeps per annos triginta. Hic non modo nullam ſibi ſuoque Bollando fieri injuriam exiſtimat a me, ſi quid ultra quam viderint, ipſorum humeris ſuffultus videam: ſed gaudet ſe eo rem adduxiſſe, unde non iners poſteritas haud difficulter poſſit progreſſus facere ampliores.

LVI.

A

LVI. ZACHARIAS.

Anno 614. a Perſis abductus in captivitatem

134 ZACHARIAS *ante captivitatem* Patriarcha haud dubie fuit, ſed quod additur in Nicephori Catalogo & membrana Rulzana *annis* 22. vel, ut Latinæ quædam verſiones habent, 24. non poteſt intelligi de tempore *ante captivitatem* tranſacto. Captivitas enim illa contigit anno 614. Indictione 11. ſicut conſtat ex Chronico Conſtantinopolitano, quod vulgo Alexandrinum nuncupatur, eo tempore ſcripto. Contigit autem una hebdomade, poſtquam in Laura S. Sabæ occiſi eſſent Sancti quadraginta quatuor Patres, quorum memoriam Græci recolunt & poſt eos juxta hodiernum Romanum Latini, 16. Maii, licet apud Antiochum monachum coævum notatus inveniatur dies 15. Rem paucis deſcribit in Chronographia Theophanes, ſed uno anno ſerias propter primum Heraclii annum in duos annos diviſum, quemadmodum pluribus demonſtravimus in Exegeſi Prælim. ad tom. 3. Martii cap. 4. Sic autem ſcribit ad annum Heraclii v. qui revera ſolum 4. fuit. *Hoc anno Perſæ Jordanis loca, Palæſtinam & ſanctam civitatem armorum vi ſubegerunt: & manibus, ut quidam aſſerunt,* B *Judæorum ad nonaginta Chriſtianorum millia trucidarunt. Capto vero Hieroſolymorum Patriarcha Zacharia, pretioſo etiam & vivifico Crucis ligno locis illis erepto, captivorum hominum multitudinem innumeram in Perſidem abduxerunt.*

Scribit reliquis gregis ſui in Jeruſalem,

135 Extat Franciſci Combefiſii opera, poſt libellum S. Joannis Chryſoſtomi de educandis liberis aliaque nonnulla, Pariſiis anno 1656. Græcolatine impreſſa epiſtola, quam *Viduæ ſponſæ, civitati Regis Magni liberis orbatæ, Hieroſolymitano gregi paſtorem non habenti, ſed & reliquis omnibus in Chriſto Eccleſiis, reſiduiſque in illis filiis orphanis, Paſtor humilis, ſolus, captivus, Zacharias minimus* e Perſide ſcripſit, ſuam aliorumque captivorum calamitatem commemorans, & meminiſſe jubens, quomodo ipſe quidem, quando cum illis erat in Galilæa, identidem dixerit: *Plane, filii, ingentem in vobis video incuriam, multam ſegnitiem, injuſtitiam, ignorantiam, fraternum odium, Apoſtolicorum Canonum tranſgreſſionem atque contemptum, nec ſcio quonam res noſtra evaſura ſint*: ipſos vero reſpondere ſolitos, *Bonus eſt Deus, nec nos creavit ut perderet.* Nunc ergo hortatur eos ad pœnitentiam, emendationem morum, miſericordiam erga captivos fratres, aut quibus non ſuppetit quod largiantur, ad preces, C jejunia, humicubationes & lacrymas.

Huic epiſtolæ Zachariæ ſuam addit Modeſtus,

136 Hanc epiſtolam prolixiori alia, planeque ad movendam compunctionem efficaci, ad omnes fideles exhortatione proſequitur *Modeſtus Zacharia Vicarius*; & tamquam ſuum teſtamentum condens, omnis conditionis, ætatis ac ſexus fideles officii ſui admonet, incipiens ab triſtibus iis, quæ reſidui in urbe Sancta fideles, poſt Crucem Patriarchamque & ceteros abductos, viderunt. Laudat imprimis Nicodemum ac conjugem Magdalenam, *qui poſtquam hoſtes exiiſſent atque in Perſidem rediiſſent, totam circum urbem ac vicos luſtrantes, fratrumque reliquias inſepultas jacere conſpicientes, projecta ſparſim cadavera coacervarunt in ſpecum, qua eſt ante portam, ad ſexaginta quinque millia.* Ab iis acquiri jubet, *qua forma atque habitu inveniebantur ſolo ſtrati Beati illi, qui ſub id tempus meruerunt Hieroſolymis occidi.* Quomodo ſcilicet, *alter a capite ad cor uſque vulnus acceperat, alter ab humeris ad uſque ventrem, alius quinque vel decem ictus in inteſtinis habebat, alius diſſectus medius inque duo diviſus erat, alii ventre enſe perfoſſo inteſtina omnia effuſa ſtabant, alium ovis inſtar in macello diri carnifices in fruſta plura conciderant.* His motus S. Joannes Eleemoſynarius Patriarcha Alexandrinus, ſicut dicitur in ejus Vita 23. Januarii num. 33. D *ad Hieroſolymorum relevationem & reædificationem miſit numiſmata mille, & mille ſaccos plenos frumento,* AUCT. D. P. *& mille legumina, mille libras ferri, mille reſtes ſiccatorum piſcium, mille vaſcula vini, & mille Ægyptios operarios, addens per litteras ad Modeſtum ſcriptas: Da mihi veniam, vere Chriſti operator, nihil dignum templis Chriſti mittenti. Vellem enim, crede mihi, ſi eſſet conveniens, & ego ipſe venire, & ipſe operari in domo ſancta Chriſti Reſurrectionis.* Et hic quidem *Modeſtus* per prolepſim *Patriarcha* nominatur a Vitæ iſtius auctore Leontio; ſed in Vita S. Anaſtaſii Perſæ, die præcedenti num. 11. *ſanctiſſimus Presbyter & Vicarius Apoſtolicæ Sedis* pro Patriarcha captivo, Græco ὁ Τοποτηρητὴς, *Locum-tenens.*

Vicarius Zacharia,

137 Sed tandem anno 627. Perſarum Rege Choſroe victo fugatoque, ac denique occiſo, paterni regni invaſor Siroes, pace cum Heraclio compoſita, *detentos cuſtodiis Chriſtianos & per univerſam Perſidem captivos reſtituit cum Patriarcha Zacharia & venerandis ac vivificis Crucis Lignis, quæ ex Jeruſalem abducta fuerant,* ut ſcribit Theophanes; qui deinde addit, quomodo ſequenti anno *Imperator ineunte vere, venerandis & vivificis lignis ſecum latis, Conſtantinopoli ſolvens Hieroſolymam perrexit ...... & Patriarcha Zacharia Sedi ſuæ reſtituta, ſacriſque Lignis ſuo loco redditis debitas grates Deo perſolvit.* Suidas ita rem narrat, quaſi præmortuo *Zacharia*, *Modeſtus* jam tunc Pontifex Crucem exceperit, ſed antiquiori Theophani, cui Latinæ Eccleſiæ traditio conſentit in lectionibus ad 14. Septembris conſignata, tutius creditur. Non tamen diu ſuperfuit Zacharias, defunctus 21. Februarii quo colitur, & nos de eo egimus, & annos Patriarchatus ipſius ab anno 619. ad 631. extendendos cenſuimus: quod hic iterum confirmamus. Addimus tamen ad 633. extendi eoſdem debere, ſi ſucceſſor ejus uno ſolum anno aut biennio non integro Sedem tenuit Patriarchalem. Ipſe vero ab initio ſuæ Ordinationis uſque ad obitum numeraverit annos 22. vel 24. quarum primi ſex captivitatem præceſſerint, tredecim in eadem acti, tres aut quinque ſecuti ſint.

anno 627. liberati, E

& defunctus an 631. vel 633.

LVII. MODESTUS.

138 NIcephorus, cui membrana Rulzana conſentit, nonum unum MODESTO aſſignat: auctor tabularum Theophani inſertarum duos numerat; ſed niſi deceſſor Zacharias plus quam 22. annis poſt ſuam Ordinationem vixerit, nec hi ſufficiunt; cum certo conſtet ſucceſſorem ejus Sophronium, *menſis Maji quarta die Indictione ſexta*, id eſt anno 633. interfuiſſe Synodo Alexandrinæ adhuc privatum monachum; ibique curſum ſua contra Monothelitiſmum naſcentem certamina, cum litteris Cyri Archiepiſcopi Alexandrini iviſſe Conſtantinopolim, ad ejus urbis Archiepiſcopum Sergium: adeo ut multum ſit, ſi ante Autumnum reverti potuerit in Palæſtinam. Hæc conſiderans aliquis, & quomodo jam inde a capta ſub Choſroe Hieroſolyma Patriarchæ vices geſſerit *Modeſtus*; fortaſſis volet opinari, quod primus Catalogi iſtius auctor, qui in Sophronio hæſit nullos ei annos definiens, voluerit totum tempus, quo Patriarchatum adminiſtravit *Modeſtus*, eidem ut vero Patriarchæ adſcribere, notatis annis κα, 21. quod alii non intelligentes, nimiumque eſſe videntes (ſiquidem poſt Zachariam brevi ſatis tempore ille vixit) omiſſo κ' retinuerint α; facile 21. annos reperturi, ſi numerare illos voluiſſent ab ineunte Majo anni 614. ad Decembrem anni 634.

F

Per annos 21. partim Vicarius partim Patriarcha,

obiit anno 634. 16. Decembris,

139 Sed nihil neceſſe erit huc recurrere, ſi Zachariæ velimus annos 24. relinquere. Tunc enim a

Mar-

A Martio anni 633. uſque ad Decembrem anni ſequentis, dici poteſt ſediſſe *Modeſtus*. Dico *uſque ad Decembrem*, quia tali menſe, *die* 24. colunt ipſum Græci, annua commemoratione & diſticho hujuſcemodi, in Menæis:

AUCT. D. P.

Φέρει, Μόδεϛε παμμάκαρ, ἡ γῆ σὸν τάφον
Ἡ τὸν τάφον φέρουσα γῆ τοῦ Κυρίου.
Habet ſepulcrum terra, ter felix, tuum
Modeſte, Domini continet quæ ſepulcrum.

LVIII SOPHRONIUS.

Anno 635. ordinatus.

140 Hujus Sancti Patriarchæ Acta dedimus 11. Martii, in quibus, præter ea quæ *Modeſtum* ſpectant, & annum mortis mutatum nihil velim. Si placet ejus annos circa initium anni 635. inchoaſe, uti exiſtimo faciendum, Hieroſolymitanæ urbis obſidio, quam Theophanes adſcribit anno Heraclii 26. (qui revera numerandus ſolum eſſet 25.) incidit in primum Patriarchatus ejus annum; ſic tamen ut ante eam celebraverit Synodum contra Monothelitas, cujus Acta miſit Sergio Conſtantinopolitano, appellans ſeſe *humilem ſervum ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis*, per epiſtolam Actioni 11. Synodi Oecumenicæ B 6. inſertam, hoc principio *Papa! Papa! Beatiſſimi, quam mihi nunc amabilis quies, & multo quam pridem amabilior, ex quo de iucarioſo ſilentio in confuſarum turbam decidi, & terrenis quibuſdam fluctibus opprimor? Papa! Deo honorabiles, quam ſuavis eſt mihi puſillitas, & non mediocriter quam pridem ſuavior, ex qua de ſtercore & humo ad Pontificale ſolium aſcendi!* Adſpirat deinde *ad menſes dierum anteriorum*, & quoniam in eum *ter afflictum* peracta eſt illa tam injucunda mutatio, *neceſſitate magna & vi Clericorum, monachorum, & laicorum omnium ſanctæ civitatis, qui violenta manu ipſum compulerunt & more tyrannico coegerunt*, petit ſe juvari precibus, conſilio, doctrina ſuorum Fratrum Epiſcoporum, ſuamque fidem prolixe exponit. Simili modo *Sophronius* Synodicam miſit Romam *Honorio*, τῷ ταύτης ὑπάρχοντι, quod feſtinabundus Interpres vertit *Imperatori*, cum debuiſſet ſcribere, *Pontifici*. Eam Epiſtolam Photius in Biblioth. Cod. 231. legiſſe ſe ait, atque in epitomen contrahit.

Synodum celebrat.

Anno 637. ſepelitur,

141 Neutro in ſcripto *Sophronius*, verbum ullum facit de *Saracenis*, quia ſcilicet nondum eos ſenſerat: advenerunt autem ea ipſa æſtate, & urbem ſanctam cinxerunt obſidione, quæ duravit annos duos, para C ab æſtate anni 635. ad æſtatem anni 637. quando *fide data* eam ingreſſus eſt Humar, ejus nominis primus, Dux Arabum ſive Saracenorum, nec in ea ſcitur aliquid crudeliter egiſſe; tantum abeſt ut (quod Latini Catalogi ex iiſque Theodoricus habent) *expugnantes urbem Saraceni ejecerint omnes Chriſtianos ex ea, excepto Patriarcha; quem*, inquit idem Theodoricus, *propter reverentiam Dominici ſepulcri, pacifice cum ſuis habitare permiſerunt: quique in multa patientia eamdem Eccleſiam diu regens tandem quievit.* Potius credimus, quod qui *ab Humaro fidem accepit pro totius Palæſtinæ incolumitate*, teſte Theophane, eamdem multo ſtudioſius exegerit pro incolumitate urbis & civium Chriſtianæque religionis. Ipſe tamen *in ea rerum calamitate*, juxta eumdem Theophanem *defunctus eſt, præclaris verbis & geſtis Hieroſolymorum eccleſiam amplificans, deque Heraclio & Monothelitarum ipſi addictorum pravitatibus & commentis, deque Sergio & Pyrrho confutatis clariſſima trophæa referens.* Teſtem certaminum iſtiuſmodi locupletem habemus Stephanum Dorenſem Epiſcopum, qui a Sophronio adjuratus ad Apoſtolicam Sedem proficiſci (eo quod *ipſe, propter incumbentem Saracenorum incurſionem id corporaliter, facere præpediebatur*) ſemel & bis, ac denique poſt mortem Patriarchæ

pergit contra Monothelitas auctore,

tertio, Romam venit, ſub Martino Papa ad Concilium Lateranenſe anno 649. atque in libello, qui recitatus fuit in 2. Secret. explicavit, quomodo beatæ memoriæ Sophronius, *non acquieſcens carni & ſanguini, ſed ſola quæ Chriſti ſunt excogitans..... temeratoribus* fidei orthodoxæ Monothelitis *in Oriente validiſſime contradixit, conteſtans & admonens ut ab hæreſi quieſcerent, danſque in duobus libris ſexcenta teſtimonia Patrum, ad evictionem impietatis eorum & veritatis oſtenſionem.* D

142 Baronius ad an. 636. quo mortuum *Sophronium* credidit, periiſſe hos libros dolet ex merito: ſed qui de *Sergio & Pyrrho trophæa retulit*, quo modo creditur obiiſſe, non tantum anno illo quo Baronius, ſed vel 638. quo ego olim ſtatui, ſecutus fidem tabularum, quæ ſolum tres annos Patriarchatui ejus aſſignabant; alium enim nullum invenio ejus numeri auctorem? Quomodo etiam potuit *Eccleſiam* ſuam *verbis & geſtis amplificaſſe*, qui non alio fere tempore vixerit, quam quo obſeſſa Civitas ſancta fuit? Quin igitur uno illo tam incerto calculatore contempto, laxamus ſpatium temporis quo *Sophronius* ſedit, ipſique aſſignamus ſex vel ſeptem annos? Sergius certo Conſtantinopolitanus, anno dumtaxat 639. promulgavit Ecthesim Heraclii, qua hæreſis Monothelitarum conſtituta eſt; & Pyrrhus E ei mox defuncto ſucceſſit; idemque Pyrrhus in Diſputatione cum Maximo habita, *menſe Julio Indictione* 111. id eſt anno 645. accuſans Sophronium, quod *tempore importuno ſermonem de operationibus excitans*, cauſa fuiſſet turbatum in Eccleſia ſubortarum; appellat eum τὸν μικρῷ πρόσθεν Πατριάρχην γενόμενον Ἱεροσολύμων, *paulo ante Patriarcham Hieroſolymorum*, quod recens defunctum videtur ſignificare. Proinde nihil hactenus cauſæ apparet, cur non potuerit, ac fere debuerit vixiſſe uſque ad Martium anni 644. cum decimum annum Patriarchatus ſui numeraret. Notabile omnino eſt; quod eo ipſo tempore, quo Chriſtiana res tantum detrimentum patiebatur in Syria, id eſt anno 636. eadem fides, quæ in vaſtiſſimum Sinarum Imperium primum invecta fuerat anno 239. incertum unde & per quos (ſicut monſtravit Crux ferrea ter mille librarum, inſcripta notis Sinicæ Æræ, quæ jam dictum Chriſti annum notabat) reſtituta felicior fuit anno præmemorato, per Epiſcopum & Apoſtolicos viros, ex Syria ſeu Judæa miſſos, quemadmodum teſtatur præclarum illud monumentum, anno 782. Sinicis Syriaciſque litteris inſcriptum, & anno 1625. repertum, ſtupente univerſa China atque agnoſcente, *Magiſtros magni Occidentis* (*ita Patres Societatis Jeſu appellant*) *eamdem prorſus legem apud ſe prædicare, quam decem retro ſeculis ipſorum majores, cum Imperatoribus multis, fuerant amplexati; quamque Sinici libri, a prædictis Patribus impreſſi, ante lapidem repertum exhibuerant.* Ita P. Benedictus Boym, in Epiſtola de ipſius Lapidis a ſe deſcripti inventione, ab Athanaſio Kirchero Chinæ illuſtratæ inſerta pag. 7. una cum inſcriptionis totius forma æri inciſa, ac plana tali, qualem nobis ante hos paucos annos videndam exhibuit P. Philippus Couplet, e China Romam procurator veniens. Narrat eadem inſcriptio, quomodo ſub annum 699. mota contra Chriſtianos perſecutione, quæ viginti annis duravit, iiſdem decurſis, reſtituta fuerit eadem religio; & anno 745. alius ex Judæa Sacerdos illuc appulerit, eaindeque egregie floruerit fides, quemadmodum adhuc florebat quando erectus eſt lapis, hanc ſuæ poſitionis memoriam Syriacis litteris exaratam continens, *Anno milleſimo nonageſimo ſecundo Regni Græcorum, Iſdabuſaid, Sacerdos & Vicarius Epiſcopi Cumdam civitatis regni Orientalis, Milis Sacerdos & Balab civitatis Tahurſtan, conſtituit tabulam hanc, & ſcripta eſt in ea adminiſtratio Redemptoris noſtri & prædicationis Patrum noſtrorum apud Reges* F

uſque ad an. 644.

Sub hoc anno 636. fides Chriſti reſtituitur apud Sinas.

(ut docet lapis anno 782.)

Sina-

A *Sinarum*. Huic autem Syriacæ inſcriptioni accurate reſpondet (ſicut idem Kircherus pag. 42. docet) Sinenſibus characteribus additus hujuſmodi titulus: *in aſtre potentata magni Tam anno ſecunde hujus Kienciam* (qui erat annus Domini 782.) *menſe Autumni ſeptima die, die Dominica exaltatus fuit hic lapis, Epiſcopo Nimcin Eccleſiam Sinenſem adminiſtrante*. Ubi annum Domini, veluti ab interprete Luſitano ea ſua calculatione adjectum, ſecrevi a contextu reliquo, quod Kircherus non fecerat; nixus teſtimonio R. P. Philippi præmemorati, quem operæ pretium putavi deſuper conſulere: nec enim credere poteram, Epocham annorum Christi Syro-Græcis fuiſſe uſitatam, cum Apoſtolici iſti viri ex Syria in Sinam venerunt; ideoque judicabam, nihil tale characteribus Sinenſibus exprimi.

poſt alteram aliam perſecutionem anno 742. verſus ſecto,

Sicut autem primi illi, quos veroſimile eſt Thomæ ea Meliapore vel Cranganore Eccleſiæ fuiſſe Presbyteros (id enim ad minimum evincunt teſtimonia, pro ipſiuſmet S. Thomæ apud Sinas prædicatione apud Kircherum allata) Sicut, inquam, iſti *Crucifixum Chriſtum* annuntiaſſe probantur, ea illis quas dixi Crucibus, & qui iis adjunguntur Characteribus, ſic etiam hodie

eadem quæ nunc quoque prædicatur a Patribus Soc. Jeſu,

B Cruces illæ, quarum alibi ectypon exhibebimus in Paralipomenis ad Pontificum Chronologiam; quas ſcilicet ea argento, ære, vel ligno confectas conſepeliri ſecum jubent converſi Societatis noſtræ opera Neophyti, ad perpetuum ſuſceptæ fidei monumentum; præbent teſtimonium, & quam diu ſtabit mundus præbebunt prædicatæ citra ambages ſimulationeſque Crucifixionis Dominicæ; contra quam hic in Europa aliqui voluerunt perſuadere, per evidentiſſimam calumniam, nec niſi apud ſimulatos Crucis Chriſti cultores, ſimilive odio præventos credibilem.

ut probant Cruces cum Neophytis ſolitæ ſepeliri.

PARERGON VIII.

De Humare Saracenorum hoc tempore Principe, eique aſſicta perſecutione Chriſtianorum.

143 PRæter Sanctorum quorumdam Vitas, in Palæſtina ſcriptas a coævis auctoribus, quæ nobis Hieroſolymitani Patriarchatus hiſtoriam tractantibus præcipuam certiſſimamque lucem attulerunt pro hoc & ſequenti ſeculo, alium de rebus in Oriente geſtis auctorem non habemus antiquiorem aut meliorem Theophane; cujus Chronographiam illuſtravi ante 3. Tomum Martii, Vitam vero ejuſdem, poſt egregiam Confeſſionem ſancte mortui anno 820. dedi 12. die

C menſis præfati. Hujus ergo narrationem, uti habetur ex Regia Pariſienſi impreſſione, ſecutus ſum, quando in Propylæo antiquario ante 2. tomum Aprilis examinans inſtrumentum quoddam Florentinum, ſcripſi, quod *Humar Hieroſolyma capta anno 636.* (ubi vellem ſuppleri typothetæ errorem & poni 637.) *nuſquam legatur Chriſtianos perſecutus, cum quorum Patriarcha S. Sophronio etiam perquam humaniter egiſſe invenitur*. Hoc vero ut *novitium commentum* explodit TRIUMPHATOR num. 465. conaturque eum facere auctorem ſævæ perſecutionis, quam per annos 463. uſque ad tempora recuperatæ a Godefrido Bullonio civitatis ſanctæ, paſſi ſint Chriſtiani in Syria. Idque eo fine, ut verificetur quod in prædicto inſtrumento legitur, Thomam quemdam Florentinum Epiſcopum, anno 743. poſuiſſe primum lapidem parvæ eccleſiæ, pro quibuſdam *Eremitis montis Carmeli, ex eodem ſancto monte ab Arabia iniquo Rege, Mahometi ſucceſſore & diſcipulo Humar, fugientibus*.

Ex Theophane adverſus ſucceſſionem & acta Principum Saracenorum

144 Grave fuiſſe Chriſtianis Saracenorum jugum, æque ac hodie eſt Turcarum, nemo negaverit, cui humanus, nedum Chriſtianus ſit ſenſus: ſed totum tempus dominationis eorum unam continuam perſecutionem vocari, & ſingulos Principes perſecutores nominari, non fert hiſtoriæ communis ſtylus. Sicut enim primis tribus Religionis noſtræ ſeculis, varias diſtinguimus perſecutiones: Imperatoreſque gentiles eos tantum vocamus tyrannos, qui paſſim omnes ſuos ſubditos cogebant ad immolandum idolis Chriſtumque negandum; ſic inter Saracenos ii ſoli videntur hac infamia notandi, qui ſimili utebantur violentia. Et talem quidem inveni ſecundum *Humar*, anno 721. regnare exorſum, atque poſt duos annos & menſes quatuor ereptum e vivis, non vero primum. Arguebam autem, quod utrumque confudiſſe viderentur ii, qui epiſtolam quamdam ſub nomine Cyrilli, & Florentinam chartam ſub nomine Thomæ compoſuerunt. Qui enim hic dicitur *Mahometi ſucceſſor & diſcipulus*, ibi appellatur *diſcipulus perfidi Mahometi atque regni ejus ſucceſſor tertius*: & qui in Florentina charta ſe *ab ejus iniquitate fugiſſe* proteſtantur, eum utique videntur formidaviſſe de quo in epiſtola dicitur, *alios ex Chriſtianis necaviſſe, alios ad ſuam perfidiam traxiſſe*; qui etiam Barrati pallii auctor creditus, ſub tabula Lovanienſi legitur, *Carmelitas, Chriſti & alba quam gerebant chlamydis odio, trucidaſſe; igne, ferro eorum monaſteria vaſtaviſſe; paucis e ſeptem millibus cœnobiis reſiduis, ſi vivere velint, barratas ex griſeo chlamydes geſtare coactis*.

non potuiſſe probari duos Humarus in unum confuſos,

D AUCT. D. P.

E

145 Ego vero de primo *Humaro* aliud nihil lego, nec invenit TRIUMPHATOR quidquam gravius apud Theophanem, quam quod ingreſſus urbem, *ciliciniis camelorum veſtibus iiſque laceris & ſordidis opertus .... templum, a Salomone conſtructum, in impietatis & blaſphemiæ oratorium illud converſurus, ſibi oſtendi poſtulavit*. Aſt hoc contra pacta conventa erat. Fuerit ſane (quamvis non erat quod eo nomine graviter quererentur Chriſtiani, ſi victor barbarus, omnia alia ipſis relinquens integra, unum ſolum locum ſuæ ſuperſtitioni petierit, & quidem tam humili ſpecie) fuerit hoc, inquam, contra pacta; non tamen erat Chriſtianos perſequi, eoſque vel ad negandum Chriſtum vel ad patriam deſerendam tormentorum ac mortis metu adigere. Concludens idem Theophanes ſcribit, Sophronium Patriarcham *in ea rerum calamitate ... defunctum eſſe*: ſcripſerat autem paulo antea, quod videns *Humarum* euntem ad templum, ingemuerit dicens; *Hæc eſt vere abominatio deſolationis, a Daniele prænuntiata, quæ modo ſtat in loco ſancto; multaque ſimul lacrymarum copia inſignis ille pietatis propugnator Chriſtianam gentem deflebat*. Habuit ſane quod fleret Sophronius fidelem populum, jugo infidelium ſubjectum, atque ſub oculis ſuis Saracenicas ſuperſtitiones cœptas vel in unico urbis ſanctæ loco publice exerceri: habuit quod gemeret, ſeque humiliaret ſub manu Domini, peccata ſuorum ſic caſtigantis, eamque calamitatem inducentis: ſed non habuit quod quereretur de *Humaro*, tamquam victoria ſua inſolenter atque crudeliter uſo. Numquid autem & humanum eum erga ſe eſt expertus, quando ægre exorari ſe paſſus a Patriarcha *ut acceptam ab eo ſyndonem ac veſtem indueret, eamque geſtaret donec ſolita indumenta lavarentur*, deinde vero *reſumptis propriis ſtatim ea reſtituit?*

& primo inſtans crudeliter eſſe oſtendit,

de quo nihil tale Theophanes

F

146 Audiamus nunc Georgium Elmacinum, qui Saracenorum hiſtoriam Arabice ſcripſit initio ſeculi 12. *Cum Omar cepiſſet Hieroſolyma, ſcripſit civibus ejus libellum ſecuritatis, cujus eſt hoc exemplum. In nomine Dei miſericordis miſeratoris. Ab Omare filio Achittabi populo urbis Æliæ conceditur ſecuritas, tum perſonarum, tum liberorum, tum uxorum, tum facultatum, tum omnium templorum, ne deſtruantur aut otioſa ſint. Ingreſſus autem in urbem ſedit in medio penetralium templi Reſurrectionis, dixitque Patriarchæ, Volo orare. Reſpondit Patriarcha: O fidelium Imperator, ora in loco tuo. At ille*

atque Elmacinus, ſed contrario omnino,

AUCT. D. P.

A *ille ait, Non. Et egreſſus e templo forat, oravit ad portam templi ſolus. Deinde ſedens dixit Patriarcha: Si oraſſem in templo, cepiſſent id poſt me Muſlimi, & dixiſſent, hic oravit Omar: ſcripſitque ei privilegium, ne oraret Muſlimorum quiſpiam ad gradum niſi ſolus, neque cogerentur in eo preces aut publicarentur ſuper eo.* Ecce, invitatus ad locum Imperatori proprium in templo, non modo eum non occupat; ſed ne liberari eccleſiæ tam ſanctæ præjudicet, in medio penetralium orando, ultro egreditur ad gradus templi ante fores: & hoc ipſum ne noceat cavet, vetatque ne Saraceni audeant illuc turmatim accedere, ſed ſinguli; ac ne prætextu quidem precum pro ſe indicendarum, voluit quidquam ibi fieri, quod Chriſtianæ religioni præjudicaret. Quid autem poſtea?

magnum ejus erga Chriſtianos clementiæ teſtimonium.

147 *Hinc dixit Patriarchæ, Indica mihi locum in quo extruam delubrum. Unde Patriarcha ei dixit de lapide, ad quem locutus erat Deus cum Iacobo. Ut autem Omar ad eum venit, invenit ſuper eo ſordes multas, deque iis in veſtem ſuam accepit. Cumque Muſlimi viderent Omarem ferre ſordes, non diſtulit unuſquiſque eorum ferre veſte ſua ſordes, unde mundatus illico eſt lapis: juſſitque Omar ut delubrum illic ædificaretur. Abiit & Bethleemum,*
B *atque ingreſſus templum ejus oravit ad arcum in quo natus eſt Dominus Chriſtus; ſcripſitque privilegium ne orarent in eo Muſlimi, niſi ſinguli poſt ſingulos, neque preces ibi cogerentur aut publicarentur.* Joachimus Cameſarius, vir Græcæ Latinæque linguæ ſcientiſſimus, & in omni prope diſciplina pluribus editis libris verſatus, qui ante ſeſqui ſeculum floruit, & S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani Chronologiam in lucem primus extulit, atque operoſis Appendicibus ſupplevit; cum narraſſet quomodo Heraclius Imperator, deſperans de conſervandis Hieroſolymis, Perſarum incurſione depopulatis, eaſdem deſeruiſſet occupandas a Saracenis; ita de his loquitur; *Sed neque reliquias incolarum abduxerunt, & Sophronio Patriarchæ, ſucceſſori Modeſti, perſiciendi opus inchoatum templi poteſtatem fecerunt: quam extructionem ſuarum etiam opum impenſis, Homarus adjuviſſe; atque etiam alterum eo loco, quo Salomonæum fuiſſe animadverteretur, extruendum curaſſe, traditur.* De anno quo hæc geſta ſint, turpe ſit non cedere auctori certo & antiquo, præ uno incerto, de cujus ætate & auctoritate diſputatur; quinoe licet fuiſſet ipſe qui dicitur Cyrillus, fuiſſet Theophane totis ſex ſeculis recentior. Non tamen vel in re tam levi cedere novit TRIUMPHATOR, neque voluit auctorem Pratenſum
C excuſare (ut facile potarat & feceram ego) ſed vult omnino recte ab eo ſcriptum, quod urbs ſit capta anno 639. quia inquit *duravit per biennium obſidio urbis, & Græci annum incipiunt numerare a Septembri.* Quid ergo? an non potuit dici biennium duraſſe, quæ ſecundo anno primum finita eſt? Aut ſi biennium ſumendum eſt integrum, numquid anno 635. vel 636. abſolvi non potuit ante Septembrem anni 638. unde annum ſequentem ex uſu ſuo erant Græci? Sed operæ pretium non eſt evaſiunculas iſtas diſcutere.

ad annum 637 quo captam dicis ſancta.

148 Reverſus ad Theophanem, dicentem de *Sophronio*, quod *Hieroſolymorum eccleſiam amplificans defunctus eſt*. Propter hæc verba, & libros contra Sergium ac Pyrrhum ſcriptos, prorogandam etiam vitam ejus cenſui. Numquid enim iſtud facere potuit *Sophronius*, invito & non favente *Humaro*? Certe ut contrarium fuiſſe demonſtres, efficaciori opus eſſe puto argumento, quam ſit traditio Carmelitarum, de violentia majoribus ſuis ab illo facta, ac ſeptem millibus cœnobiorum deſtructis ac deſolatis cum cæde plurima monachorum: Una altera ve monaſterii S. Sabæ invaſio, non auctoritate publica ſeu Principis mandato, ſed privato prædatoriæ unius turmæ latrocinio facta, cum cæde viginta vel quadraginta Religioſorum, annuam meruit D commemorationem apud Palæſtinos monachos, uti in Martio ac Majo vidimus; & tot millia monachorum cæſa, alia coacta ad veſtem mutandam, quæ veſtis deinceps in uſu manſerit per tria integra ſecula, non meruerit ab aliquo Græco vel Arabico auctore commemorari, ſed expectandus fuit externus aliquis, qui tandem iſtud ſcriptis Latinis mandaret? Quid? quod etiam hodie oſtendatur Sabaitarum Martyrum cœmeterium: Carmelitarum vero antiquorum, tanto majori numero eadem ætate cæſorum, nullum uſpiam veſtigium ſupereſt.

quibus potius credendum quam Latinis poſt annos 600

149 Quod ad Principes ſeu Amerumnas attinet Humarum ſecutos, æquum non erat allegato ſemel Theophane, qui TRIUMPHATORI æque ad manum erat ac mihi, quærere (uti is quæris num. 467.) *unde ſucceſſionem iſtam, annos & nomina habeam*. Multo iniquius eſt; Theophani opponere Theatrum vitæ humanæ a Laurentio Beyerlinck, hoc ſeculo compoſitum; aut Speculum Chronologicum Mathiæ Cheſneuf Auguſtiniani, illo forte recentius, cum Genebrardi Chronico paulo antiquiori; aut denique Blondi Flavii Forlivienſis decades, ſeculo 15. ſcriptas. Quod autem eos non curaverim inſpicere, ad diſcendam ab iis continuationem perſecutionis uſque ad annum 743. nullo meo merito viſum eſt num. 477. *redolere meram vindictæ paſſionem aut magnum literaturæ defectum*. At ſaltem Chriſtianos perſecutus eſt *Humar II.* perſecutus eſt etiam ſucceſſor *Izid*, imperii ſui anno quarto & ultimo, Chriſtianæ Æræ 724. cum eorum autem morte ceſſaſſe perſecutionem, incumbit mihi probare. Non magis certe, quam quod Chriſtiani a morte Neronis uſque ad annum Domitiani 15. nullam memorabilem perſecutionem ſint paſſi a quinque ſucceſſoribus ejus ipſoque Domitiano. Habendus enim tam diu eſt unuſquiſque probus, donec oſtendatur fuiſſe improbus (ſicut identidem, ſed loco non ſuo clamat, TRIUMPHATOR) adeoque ad excuſandos Saracenorum Principes ſatis eſſe debet, quod nulla eorum inſignis crudelitas legatur apud antiquos ſcriptores; haudquaquam eam prætermiſſuros notare, ſicut notarunt eam, quam in captivos, non vero promiſcue in quoſvis Chriſtianos, exercuit *Iſam* anno 740. regni ſui 17. ſicut narrat Theophanes: qui etiam non omiſerat narrare, quomodo *Valid* ante annos triginta *Chriſtianis eripuerit Damaſci eccleſiam, ob apparatum illius & amplitudinem*, licet excuſari hoc ipſum potuiſſet, & culpa in Chriſtianos quadamtenus referri, qui *oblatas pro ea 40. mille aureos noluerint acceptare*, ſicuti F ſcribit Elmacinus.

vel etiam nuper damnant ſcriptoribus

E

nihilque inter bonos et malos diſtinguentibus.

150 Juvat autem ex eodem Elmacino diſcere, quam non omnino factam hoc probarit idem ipſe ſecundus *Humar*; quem inter tyrannos patimur nominari: ſic autem habet. *Narrant Chriſtianorum hiſtoriæ ipſos inſtituiſſe querelam apud Omarum filium Abdulazizi, de templo S. Ioannis, quod deſtruxerat Walid, & adjunxerat delubro Cathedrali Damaſceno, & attuliſſe libellum Chalidis filii Walidis, & pactum quod templa eorum neque deſtruerentur neque otioſa forent. Sed obtulit iis Omar quam obtulerat eis Walid pecuniam, quadraginta nempe aureorum millia. At illi noluerunt, & obtinuerunt per querelam ut traderetur eis templum eorum in limitibus ſuis. Hoc cum ægre ferrent Muſlimi, dixit filius Idriſi Halwanani; Fœdus illud de templis eorum alteram tantum Damaſci partem, qua pacifice capta erat, reſpicere; partis vero alterius, qua gladio capta erat, templa omnia, tum in urbe tum extra urbem Damaſcenam, Muſlimorum eſſe. Poſt multas tandem altercationes convenit inter eos, ut templum S. Ioannis relinqueretur Muſlimis, neque hi prætenderent aliquid in reliqua. Et ſcripſit Omar Chriſtianis tabulas, ut nempe ſecure poſſiderent omnia Damaſci templa,*

Nam & Humar ſecundus a nobis ...

pla,

A *pla, tam partis illius quæ gladio capta erat quam alterius, item & monaſteria omnia & templa extra urbem, tam in viridario Gauta, tam in monte & alia, neque ea deſtruerentur vel vitioſa eſſent, aut alii Mauſama in ea fures penetrarent.* Idem Humar audita tyrannide, quam Præfectus Ægypti Aſama exercebat in ſubditos præſertim monachos, quorum omnium manus ſignari annulo juſſerat, quemque ſine eo ſigno deinceps conſpexiſſet, manus amputatione puniri; *in Ægyptum miſit & comprehendit eum, & collo ejus injecit torquem ferreum, manibus autem & pedibus compedes ligneas, atque ita cum portaretur ſub tormento in via obiit.*

151 Quid deinde *Humarum* egerit in tranſverſum ut perſequi inciperet Chriſtianos, neſcio: unum ſcio, cita morte impeditum ne ſævire pergeret, & hoc ipſo terreri ſucceſſores potuiſſe ne ſimilia auderent. Deinde cum *Iſam*, anno 740. injuria aliqua Græcorum veroſimiliter provocatus, eorum captivos per omnes ſui imperii urbes trucidari juſſit; ſi quibuſdam in Syria monachis ea re tantum incuſſit terrorem ut trans mare fugerint; non debuerunt dicere, ſicuti prætenduntur dixiſſe Florentiæ, ſe fugiſſe ab *Humaro*, ante annos fere viginti mortuo, ſed ab *Iſamo* tunc regnante. Quandu denique pro tuenda ſententia ſua placebat aliquid comminiſci, tolerabilius dicere potuiſſet TRIUMPHATOR, prætenſos illos ex Carmelo fugitivos toto intermedio tempore erraviſſe vagos, priuſquam venirent in Tuſciam, ibique ſtabilem obtinerent ſedem. Utatur ea excuſatione qui volet: hoc dumtaxat oſtendere nunc volui, quanta cum injuria arguantur primi illius ævi Saracenorum Principes paſſim omnes, tamquam crudeliſſimi & ſanguinarii planeque fœdifragi. Eſto quod unus alterve aliquando deſignaverit quidpiam contra promiſſam Chriſtianis libertatem, quæ non tota ſimul, ſed paulatim peſſumdata fuit a barbaris, rerum ſuarum ſucceſſo & imperii magnitudine magis magiſque inſoleſcentibus; quo factum, ut plane intolerabiles evaderent Chriſtianis, quemadmodum in progreſſu hiſtoriæ hujus Patriarchalis videbimus.

Et Iſam anno 740. captivos Græcos dicitur occidiſſe.

B

152 Elmacinus porro is, cujus auctoritate hactenus uſi ſumus, etſi non Chriſtianus, Chriſtianæ tamen hiſtoriæ ſtudioſus valde fuit, ipſique Religioni noſtræ non male affectus, & quod præcipuum eſt ſincerus ſcriptor, magna cum libertate exponens ſingulorum Principum male ac bene geſta, præſertim circa Chriſtianos. Hic autem de Iſamo prænominato ait, quod ſuccedens Izido, *qui Cruces fregerat & templa diruerat, cum Deum timeret, ſcripſit in Ægyptum, ut libertati ſuæ relinquerentur Chriſtiani in ritibus ſuis & iis quæ habebant fœderibus; miſitque in Ægyptum Abdallam, & commendavit ei Chriſtianos ac ſubditos:* paulo tamen poſt *imperio eum dimovit, cum reſcivisset, quod tyrannide etiam ſuperaret anteceſſorem* Aſamam, *duplicavit tributum, & ſignavit Chriſtianos nota quadam, figura ſcilicet leonis; ita ut quicumque invenirentur neque notam illam in manibus haberent, eorum manus amputarentur.* Tacet interim de captivorum cæde: quam videtur fama atrocior vero apud Græcos Conſtantinopoli auxiſſe ſupra modum. Adeo ut in his domeſtico ſcriptori, longe minores injurias Chriſtianis factas exponere ſolito, major etiam haberi fides poſſit, quam externo Theophani. Erit forte cum Alexandrinorum Antiochenorumque Patriarcharum hiſtoriam, eo quo hanc Hieroſolymitanorum elaboravi modo, deductam dabo; quando inſigni adjumento mihi erit hic auctor, præ aliis ejuſdem nationis ſcriptoribus accuratus in componendis Califarum Ægyptiorum & Imperatorum Græcorum annis, Hegiræ item apud Saracenos & Æræ Diocletianææ apud Chriſtianos uſitatæ numeris: multaque ad ædificationem fideliumque correptionem præclara adnotans, puta quomodo anno Diocletiani 466. Chriſti 749. Chriſtianorum hoſtis Merwan Ægyptum invadens deluſus eſt a ſanctimoniali quadam captiva, quæ ne violaretur, unguentum ei promiſit adverſus vim cujuſcumque gladii, idque in ſuo collo experiri juſſit, prout fecit; ſed eo ſucceſſu, qui monſtraret maluiſſe eam mori quam pollui: ipſe vero paulo poſt pœnas ultori Deo dedit, in eorumdem quos vexaverat Ægyptiorum manus incidens. Ab hujuſmodi ergo ſcriptore, quem habemus Arabico-Latine editum ſtudio Thomæ Erpennii anno 1625. & non neſcio quo Mathia Cheſneuſ, diſcere nos convenit, qui Saracenorum Principes fuerint, & quando Chriſtianis bene vel male fecerint.

Ægyptiis Chriſtianis valde ſævus,

C

Teſte Elmacino Hiſtorico accurato.

D

AUCT. D. P.

LOCUM TENENTES

LIX SERGIUS EP. JOPPEN. intruſus

LX STEPHANUS EP. DOREN.

LXI THEODORUS PRESBYTER.

153 PRælaudatus STEPHANUS, Dorenſis *Epiſcopus, & primus ejus, quæ ſub Archiepiſcopalis Hieroſolymorum throni juriſdictione eſt, diœceſeos*, in libello præmemorato Pontificem docet, quod hæretici, *attendentes perturbationem temporis, multos in Oriente per ambitionem decepiſſe noſcuntur:* aſſerit enim, quod SERGIUS, *quondam Ioppenſis Epiſcopus, poſt receſſum gentis Perſarum, Loci-tenentiam Throni* Hieroſolymitani *ſibi arripiens, non quidem per eccleſiaſticam auctoritatem, ſed per ſecularem poteſtatem, quoſdam earum, quæ ad* Hieroſolymitanam *diœceſim pertinent, Sedium Epiſcopos contra Canones præſumpſit ordinare, qui ipſe minime fuerat confirmatus.* Difficultas eſt tamen, quomodo dicatur id *Sergius* præſumpſiſſe *poſt diſceſſum gentis Perſarum*, qui ſaltem ante Heraclii in Perſidam irruptionem anno 622. non videtur accidiſſe; & quomodo ſic ordinati, poſt reſtitutionem Patriarchæ, non fuerint ſtatim amoti. Baronius videtur illegitimam illam ordinationem, poſt Sophronii mortem factam ſupponere, cui ſavet quod illi eam ſibi crediderint poſſe confirmari, *ſi ſe applicarent novitati quæ a Paulo CP. Epiſcopo defendebatur.* Sed tunc potius facienda fuiſſet mentio Saracenorum Hieroſolymas occupantium cum reliqua Palæſtina, quam Perſarum inde egreſſorum.

E

Mortuo Sophronio nullus Patriarcha ſuffectus eſt.

154 Ut ut eſt, conſtat ſaltem ex eo loco, nullum fuiſſe vere Patriarcham poſt mortem *S. Sophronii*: quare mutatum copio, quod ad Commentarium de eodem num. 41. inſinuavi, fieri potuiſſe, ut *Epiſcopus Theodorus*, pater *Theodori de Hieroſolyma Romani Pontificis* ordinati anno 649. fuerit ſucceſſor *Sophronii* mediatus vel immediatus, quemadmodum a Theodorico Pauli & Florario Sanctorum ſuggeritur. Nam id eo minus credi poteſt, quod prædictus Stephanus a prædicto Papa Theodoro conſtitutus fuerit Apoſtolicæ Sedis Locumtenens ſeu Legatus, ad illegitimas illas ordinationes; vel abolendas omnino, vel corrigendas reformandaſque, in gratiam eorum qui ſe orthodoxos probarent. Quis enim dubitare poteſt, quin ſi ipſius Theodori pater tunc Patriarcha fuiſſet, alio prorſus modo proceſſum foret. Quemadmodum vero ἡ Τοποτηρησία τοῦ θρόνου, *Locitenentia in throno*, a *Sergio Ioppenſi* præter jus uſurpata, *Stephano Dorenſi* attributa fuit a Romano Pontifice: ſic & deinceps credibile eſt alios atque alios inſtitutos fuiſſe Τοποτηρητὰς *Locum-tenentes*, uſque dum iterum reſumptus eſt titulus Patriarchæ, Saracenis pacificam totius Orientis poſſeſſionem adeptis per Imperatorum Græcorum ignaviam.

F

an Theodorus pater Theodori Papæ.

Locumtenentiam uſurpatam a Sergio geſſit Stephanus Ep.

155 Interim habemus anno 680. in Synodo Conſtantinopoli-

AUCT. D. P.

A excultiſſimorum: quorum primarios nominabam, Ferdinandum Ughellum Italiæ ſacræ auctorem, & Carolum Strozzium Senatorem commune urbis iſtius oraculum, utrumque tota eaque longiſſima vita in patriis monumentis ſcrutandis verſatum. Tertio quod ſtylus ac diſpoſitio ſeu forma totius contextus prorſus ejuſmodi ſit, qualis hodieque in uſu eſt Notariis Florentinis, diſſimilis ei quem antiqua 8. ac 9. ſeculi inſtrumenta præſeferunt. Quarto quod eadem novitas deprehendatur in ſingulis pæne formulis ſeu phraſibus, prorſus aliis quam quibus utebantur antiqui, aut etiam uti poterant. Quid ad hæc TRIUMPHATORES?

oportuiſſet ſpecimen ipſorum litterarum exhibere,

160 Expectabam ego, nec putabam aliter facere poſſe, qui vellent ratione agere, ut ad ſpecimen litterarum in controverſiam adductarum primas ultimaſque lineas æri inciſas darent, cum aliis ejuſdem fere ævi ac loci comparatas, ſicut ego feci in prima parte Propylæi, prætenſi diplomatis Horreenſis ſpecimen comparans cum vero Dagoberti Regis privilegio: quo facto ſi convenirent ſpecimina, nec aliunde fraus appareret, evicta eſſet prima primæ objectionis difficultas. Profecto non convenit certare verbis, cum rebus ipſis in conſpectum allatis finiri controverſia poteſt. Interim dimiſſa rei controverſæ ſubſtantia, malnit TRIUMPHATOR Franciſcus ad circumſtantiam illam venire,

B quam addiderat Petraccius, ſignificans nobis audiviſſe ſe D. Antonium Contalberti dicentem, quod Florentini Carmelitæ *diploma illud curaverant ſcribendum in membrana a quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo*, tunc ſcilicet, *cum lis eſſet inter Senenſes & Florentinos de primatu ſuorum conventuum*. Hoc teſtimonium ut evertant, ipſum qui allegabatur Antonium induxerunt, ut coram Notario ac teſtibus ſic loqueretur: *Ego Antonius d'Alberto & ex Antonio de Comitibus Alberti, dico & confiteor, quod cum hic annis præteritis eſſem in converſatione quorumdam, qui profitentur & ambiunt antiquitatis intelligentiam habere, ſermoque fuiſſet inſtitutus de memoria collocata in clauſtris Eccleſiæ Carmelitarum Florentinæ, me dixiſſe, quod videram quemdam Patrem Polonum, qui Romam iter agens aliquamdiu in præfato conventu ſteterat, Bullam in dicta memoria ſpecificatam conſcribentem: & hæc dixi, quia ipſum videram, dum dictam bullam ſcriberet, ſicut etiam me nunc ipſum vidiſſe ſcribere, dico & affirmo. Verum non dixi quod Præfatus Polonus dictam Bullam compoſuerit.* Atqui hoc non dicebat de eo Petraccius. Fateatur autem nobis Antonius,

potius quã teſtimoniũ hominis.

verba ſua in alium ſenſum torqueri.

C quo fine dixerit, quod ſcribentem vidiſſet? Numquid non ut aliorum confirmaret ſententiam, qui unanimiter judicabant novitium figmentum illud eſſe, de cujus auctoritate quærebatur? Ita certe intellexit eum qui adhuc ſupereſt Capitaneus Coſmus de la Rena, ita Petraccius, ita (niſi vehementer fallor) alii omnes. Præſumebant enim Antonium, ut ſapientem, loqui appoſite ad id quod quærebatur; adeoque de ipſo originali, quod jactatur eſſe annorum nongentorum, non vero de exemplo ſeu copia, quam ſcribi vidiſſe vel non vidiſſe, nihil ad rem faciebat.

neque de confeſſione dicenda alterutrum [illegible]

161 Pergit Antonius: *Non etiam dixi quod id factum fuerit, quia lis erat inter Carmelitas Senarum & Florentiæ de primatu ſuorum conventuum, & quod ob hanc rationem Florentini compoſuerint diploma: quia numquam audivi a dictis Patribus quod cum Patribus Senenſibus de dicto primatu litigarent, neque umquam vidi ullum proceſſum prædictum primatum concernentem &c.* Neque hoc de Antonio Petraccius dixerat. Unde hic ergo iſtud habuit? Ipſum interrogate: ætatem habet, neſcio an & libertatem dicendi quod novit. Dum ea adhuc plena potiretur, ſcribebatque Commentarium mihi promiſſum, ſignificavit per Illuſtriſſ. Antonium Magitabechium, quod controverſiæ iſtius teſtem eſſet adductu-

rus auctorem impreſſum ex ordine ipſo Carmelitarum. D Poſſitne id facere an non poſſit, ad ſubſtantiam noſtræ quæſtionis non attinet: quare non volo in argumentum ſumere diligentiam, a Senenſibus in contrarium factam anno 1573. qua ſub Notarii publici fide curaverunt ex Chronica Mag. Pyrrhi Landuccii, perducta uſque annum 1442. deſcribenda antiquiorum quarumdam Chronicarum Senenſium, lingua vulgari compilatarum, verba, pro Senenſis conventus antiquitate facientia; eaque ſic authenticata miſerunt Romam. Subſtantia quæſtionis noſtræ in eo verſatur, ut doceatur ſcriptura, de qua agitur, eſſe vel non eſſe originaliter ſcripta ab annis nongentis. Hæc quæſtio non poteſt decidi certius, quam ipſamet ante oculos fideliter per ſculpturam producta. Producere ipſam ego non poſſum, quia poſtquam innotuit Patribus Florentinis rem haberi ſuſpectam, fruſtra fuiſſet omnis amicorum conatus pro obtinenda illius fideli expreſſione. Reſtat igitur ut ipſi, quorum magis intereſt, hoc faciant: quod ut expectavi, ſic pergam expectare, priuſquam in hac tantæ conſequentiæ cauſa iis credam.

ſed ipſe ſe [illegible] *ſe nollem ſubeſſe.*

162 Ad ſecundum quod attinet, ipſorummet ſcilicet Florentinorum de re tota judicium, intelligo ex litteris inde ad me datis, non defuiſſe Patribus Florentinis curam hujus rei, ipſoſque eum in finem adiviſſe varios, quos ſibi ſperabant eſſe fautores, accedente præſertim Reverendiſſ. P. Generalis commendatione ſcripto exhibita. Nolim ego alienæ fidei præſtare me vadem circa hoc punctum, quia qui hæc ſcripſere nominari non volunt; ne videlicet maledicentiæ hinc ſibi paratæ gratis ſeſe objiciant ea in urbe, ubi cum dictis Patribus non ſolum pacem volunt, ſed etiam amicitiam, tum ſua tum uxorum ac filiarum cauſa, occaſione ſacri Scapularis ſacro iſti Ordini pie affectatum. Sed quanto ii magis amici ſunt & haberi volunt, tanto facilius eſſe debuiſſet permovere ſaltem aliquos eorum, qui doctrinæ & antiquariæ ſcientiæ fama excellunt, ut antiquam vere ſcripturam prædictam videri ſibi teſtarentur, contra Ughellum, Strozzium, Petraccium, & alios, quos ibi notos nihil hic attinet nominare. Omnem porro admirationem ſuperat, quod ne quidem potuerint adducere præfatum Dominum Contalberti, neſcio qua ratione perſuaſum ut verba ſua ad alienam voluntatem, ab obvio quem habebant aliique intellexerant ſenſu, detorqueret, etiam cum ſuæ æſtimationis jactura non levi. Mirum eſt, inquam, quod nec eum ſaltem potuerint inducere, ut antiquitatem prætenſam confirmando, ampliorem ſibi gratiam promereretur.

E *Iiſ andire fruſtra eſſet antiquariorum Florentinorum,*

F

163 Nonnemo illorum, quos ita dixi favere veritati a me productæ, ut ejus tamen cauſa nolint in contentionem venire cum viris ſibi alias caris, mihi ſuggeſſit, ingens præjudicium ad alias certiores rationes poſſe ex *Compendio Hiſtorico Carmelitani duci, tam indulgentiis & privilegiis ejuſdem Ordinis, compoſito ab Adm. R. P. Mag. Petro Lucio de Bruxellis, Sacræ Theologiæ Doctore, atque ex lingua Latina in vulgarem traducto per R. P. Franciſcum Minuccii de Radda S. Th. Curſorem in eodem Ordine, & dedicato Sereniſſimæ Magnæ Duciſſæ Hetruriæ, impreſſo denique Florentiæ apud heredes Iacobi Iuncti anno 1595. in duodecimo.* Ibi enim pag. 103. leguntur hæc verba, ex Italico a me Latine reddita: *Anno 1268. die ultimo Iunii, in Sabbato mane fuit fundata eccleſia Carmeli Florentini, tempore Nicolai Gallici Generalis.* Pag. 135. ad Generalatum Joannis Groſſi: *Ejus tempore & anno 1422. in octava Paſchæ, quæ tunc cadebat in diem 19. Aprilis, Reverendiſſimus Amerigus Corſinus, primus Archiepiſcopus Florentinus, conſecravit noſtram eccleſiam Carmeli Florentini, aſſiſtentibus ſibi Reverendiſſimis Bennozzio Federighi Epiſcopo Feſulano, & Antonio del Fede Carmelitano Epiſcopo Suanenſi.*

pro quibus facit Carmelitarum de tali antiquitate ſilentium

A 164 Notandum eſt autem quod Lucius iſte, licet origine Belga, multis tamen annis Florentiæ vixerit, ibique impreſſerit tum alia opuſcula, tum Bibliothecam Carmelitanam Trithemii, ſuis illuſtratam annotationibus & partibus pluribus auctam: *qui profecto*, inquit amicus iſte Florentinus, *uti & interpres ejus Franciſcus, ſi quid de prætenſa antiquitate & fundatione anni 743. recognoviſſent, non omiſiſſent illam: ſed magno eam apparatu & pompa voluiſſent Compendio iſti Hiſtorico inſertam. Quod cum non fecerint, illique vixerint ſub finem ſeculi præcedentis, merito præſumitur, nam tunc necdum fuiſſe notam; recteque feciſſe Reverentiam veſtram, quod parte 2. Propylæi antiquarii capite primo, propoſuerit examinandam Florentinæ fundationis antiquitatem, ut primum hoc ſeculo excogitatam: nec eſſe abſimile vero, quod circa idem tempus compoſita fuerit, quo ipſam ſcribi vidit Antonius Contalberti.*

165 In tertio quartoque puncto nihil repugnant Triumphatores; neque negare audent hujus omnino ævi eſſe ſtylum ac formulas: quod perito cuivis antiquario ſatis eſſe ad convictionem ſolet. Conſtat enim
B annorum decurſu, uti linguas & veſtes aliaſque res omnes humanas, quæ in perpetuo fluxu ſunt, ſenſim ſine ſenſu, ſic & notarialem praxim mutari; adeo ut intra lapſum paucorum ſeculorum ingens, ſi non in toto, ſaltem in parte appareat mutatio; quæ inter ſimilia longo uſu verſatis indicium pene infallibile præbeant ætatis ſuæ: ſic ut via poſſibile ſit aliquod vere antiquum ſcriptum produci, cui non inveniantur alia ejuſdem fere loci ac temporis in pleriſque ſimilia; unde probari poſſit illius ſinceritas. Tale nihil faciunt Triumphatores, ſed intricatiſſima gradientes via, ſibi lectorique ſuo offundunt tenebras (quas imputant mihi, & quibus diſcutiendis immorari non vacat) toti loco, ut meam criſin circa veri falſique diſcrimen ſuſpectam reddant Fratribus ſuis, & ſi poſſint etiam aliis quibuſcumque. Sed quoad alios adeo proficiunt nihil, ut vel nunc maxime viri in eccleſiaſtica ac ſeculari poteſtate eminentes, meum de ejuſmodi rebus exquirant judicium; quos inter nuper fuit Reverendiſſimus ſacri Palatii Magiſter ex Eminentiſſimi cujuſdam Cardinalis voluntate nunc Cardinalis etiam ipſe, Eminentiſſimus Capiſuccus ex Ordine Prædicatorum. Ego tamen eos mallem ad principia a me deducta recurrere, quam invidioſæ plenum opus aleæ, in quo conſultius ſæpe ſit veritatem tacere quam promere, mihi imponere conſulendo de ſingulis. Quo loco Triumphatores criſin meam habuerint, haud magni facio. Piæ memoriæ Petrus Anto-
C nius Peckius, Carthuſiæ Liranæ & Antverpienſis ac rurſum Liranæ ſucceſſiva Prior, Commiſſariuſque ad inſpicienda ſui Ordinis per Belgicas provincias viciniaſque Germanicas conſtitutus, idemque Cancellarii Geldriæ filius, atque a prima juventute verſatus in Juriſprudentiæ ſtudio & uſu forenſium rerum, poſt Aprilem editam ſic ad me ſcripſit Liræ 17. Aprilis: *Dum exemplarium in refugio noſtro Antverpienſi depoſitorum expectatur compactura, noſtra interim curioſitati fuerat licuit ſatis per inſpectionem exemplaris compacti P. Bolla miſſi: ubi mihi præ ceteris lecta jucunda fuit doctiſſima ſolidiſſimaque refutatio Florentinæ fundationis Carmelitarum, ab ipſis pro ſua antiquitatis aſſertione ridicule productæ; atque in poſterum ab eruditis (ut reor) omnibus pro fabula habenda, nec facile repertura inter illos ipſos Patres, qui ad comparandam ei fidem ſtringere calamum audeat.* Ita vir ille a ſingulari eruditione, virtute, prudentia, atque modeſtia laudatiſſimus in ſuo Ordine, qui modum poſſet videri exceſſiſſe, niſi excuſaret evidentia agnitæ falſitatis.

LXIII EUSEBIUS vel BASILIUS.

D AUCT. D. P.

166 PRæeuntibus hactenus antiquorum Patriarcharum Catalogis, & coævorum fere auctorum Orientalium ſcriptis, ſatis commoda progreſſi; ex primæ ætatis claritate deſcendimus in medii ævi tenebroſam caliginem: quia gementibus ſub duro Saracenorum jugo Eccleſiis Syriæ & Ægypti, atque imprimis Hieroſolymitana, nemo fuit qui Patriarcharum in hac ſucceſſionem inveſtigaret, niſi poſtquam victricibus Latinorum armis liberata urbs ſancta eſt, & ſacrorum Chriſtianorum cultus ibidem cœpit caput attollere. Ex hoc tempore turmatim effloruere Scriptores Belli ſacri, ex iis fere qui teſtes oculati aut etiam pars magna rerum agendarum fuerant, nec omiſerunt aliqui inter memorias, quas diuturna calamitas Hieroſolymis reliquas fecerat, ſcrutari notitiam præcedentium Patriarcharum, nonnullamque eorum ſeriem texere. Sed hoc non ita plene conſequi potuerunt, quin aliqui eorum diligentiam fugerent, quos aliud agentibus, fortuna non minus, quam ſedula curioſitas obtulit, quemadmodum in conſequentibus apparebit: eo enim profectum eſt, ut paucos deſiderari cre-
E dam qui ad notitiam noſtram non venerint. Catalogorum iſtiuſmodi unum habemus in Collegii noſtri Brugenſis Codice inſigni membraneo, ubi poſt Roberti & Fulcherii Hieroſolymitanam hiſtoriam, invenitur *Deſcriptio locorum circa Ieruſalem adjacentium*, & ad hujus calcem recenſentur *nomina*, primo *Epiſcoporum ac Patriarcharum* uſque ad *Fulcherium*, deinde *Regum Iudæorum ac Latinorum* uſque ad *Balduinum* III. tum *Principum Edeſſanorum, Galilææ ac Tripolitanorum*. Qui omnes cum finem habeant circa annum 1150. nihil mirum eſt, ſi in tota præcedente Terræ-ſanctæ deſcriptione de *Carmelitis* verbum ſit nullum, utpote non niſi ſub Amalrico, Fulcherii ſucceſſore, congregari cœptis. Atque hæc in tranſitu dicta ſint occaſione Catalogi Latini, ſæpe nobis appellandi indiſcreto Brugenſis aut Rubeæ-vallenſis MS. nomine, cujus ætatem neceſſe fuit deſcribere, & vel ex illo de Carmelitis ſilentio primum fuit confirmare. Nunc ad Patriarchas *Ioannem* 555. ſubſecutos progredior, prout eos potero undecumque corradere; corrigi & doceri petens a quocumque, qui forte invenerit aliquem vel prætermiſſum, vel non ſuo loco ac tempore poſitum.

167 Prædicti Catalogi, initia proſecutionis tentatæ, in noſtris illis MSS. perquam imperfecti ſunt: quippe qui præteritis *Locum-tenentibus*, & eo quem dixi *Ioanne*, *Damaſceni magiſtro*, ordinem ſuæ ſucceſſionis reſumunt in *Theodoro*, eique ſucceſſorem ſubjungunt *Eliam*: utrumque vero Theodoricus Pauli ad altiora quam par ſit tempora ſubvehens, primum quidem confundit cum patre *S. Theodori Papæ*, ſecundum vero dicit *adhuc tempore Heraclii præfuiſſe Eccleſiæ, cum magno incremento ſubditorum ſuorum*: quæ omnia ex jam poſitis refelluntur. Sed neque *Ioanni*, ſub annum 735. mortuo, immediate potuit ſucceſſiſſe *Theodorus*. Extat enim illius Synodica epiſtola de ſua fide & electione, probata in Actione III. Synodi II. Nicænæ, prout directa fuit ad Patriarchas alios Orientales duos, Coſmam Alexandrinum & Theodorum Antiochenum, qui non niſi circa annum 745. ordinationem ſuam ipſimet acceperunt. Huic ergo annorum 6. aut 7. hiatui ſupplendo *Euſebium* quemdam nobis offert Vita S. Madalvæi Virdunenſis Epiſcopi, qui colitur die 4. Octobris, quemque ab anno 735. ad 762. Cathedram illam tenuiſſe ſatis evidenter demonſtrat Richardus Waſſenburgius, libro 2. Antiquitatum Galliæ Belgicæ; quantumcumque alii aliter ſenſerint, quia ex Vita ipſa,

A ipſa, non valde accurate nec a coævo ſcripta, nihil certi elici quoad tempus poteſt. Dicitur enim quod Sanctus iſte, *poſtquam Sedem illam, diſſenſione Principum & turbine bellorum plurimum deſolatam, mirabiliter reformavit, ſepulcrum Domini in Hieruſalem devotiſſime viſitavit.* Hoc autem cum faceret, *intellexit Euſebius Patriarcha adeſſe virum Dei: quem ad ſe accitum cum magno accepit honore. Qui cum ſanctitatem converſationis ejus miraretur, & eum ſecum retinere cogitaret quamdiu maneret in vivis; revelatione divina eſt admonitus, ne propriis intentus, aliorum invideret utilitatibus; nec detineret peregrinum, cum jam ejus filii indies Patris ſui præſtolarentur recurſum. Dimiſit ergo eum Patriarcha, dans ei calicem cryſtallinum, opere mirifico ſculptum, in mutui pignus amoris, una cum multis aliis Reliquiis.*

vel Baſilius uſque ad 742.

168 Prædictus quidem Waſſenburgius iter iſtud S. Madalvæi uſque ad extremam fere ſenectutem ejus annumque circiter 757. differt; ſed nulla cur id faciat ratione allata, multo minus cur pro *Euſebio* velit ſubſti-
B tui *Baſilium*; & quidem ſic, quaſi ad id coactus ratione chronologica, quæ convicerit, Sanctum Epiſcopum multo citius e vivis exceſſiſſe, quam ſtatuat Hugo Flaviniacenſis Abbas, qui ſub finem 11. ſeculi ſcribens Chronicon Verdunenſe, mortem iſtam uſque ad annum 776. differendam contendit, atque ſub Hadriano Papa, adeoque poſt annum 771. peregrinationem iſtam factam dicit. Hujuſmodi *Baſilius* necdum mihi innotuit; qui ſi inveniatur Hieroſolymis ſediſſe ante *Euſebium*, locum ille ſuum per me non amittet: donec tamen aliter probatum fuerit, dicam *Euſebium* immediate ſucceſſiſſe Joanni. Cum autem jam inde ab anno 724. Leo Iſauricus cœperit imagines oppugnare, edito de iis abolendis decreto; eamque impietatem continuaverit filius ejus Conſtantinus Copronymus, & nepos Leo Chazares uſque ad annum 780. Oricotales Epiſcopi turpiſſimam hæreſim execrati, ab eorum ſe communione ſegregaverunt: unde conſequens fit, quod in eligendis Patriarchis eorumdem vel nullam vel exiguam habuerint rationem.

LXIV THEODORUS.

169 MOrtuo Leone Copronymi filio, ad abolendam Iconomachiæ labem, Conſtantino-
C politanus Patriarcha electus S. Taraſius, cujus Vitam deduximus 25. Februarii, ſub Chriſtianiſſimo Conſtantini & matris ejus Irenes imperio, cenſuit concilium Oecumenicum in urbem Nicæam convocandum, annuente Romano Pontifice: eumque in finem etiam ad Orientales Patriarchas direxit Legatos ſuos, non obſtante periculo vitæ quod eis poterat a Saracenorum nequitia obvenire. Sed monachi Syriæ, in quos primi inciderunt, ſibi ipſiſque & ſuis Patriarchis ab ea legatione metuentes, utpote facile datura anſam ſuſpicacibus & crudelibus Barbaris, ad novam aliquam afflictionem addendam ſatis ſuperque afflictis; conſilio inter ſe inito, ipſorum Patriarcharum nomine, cum Legatis remittendos ad Synodum cenſuerunt eorum Syncellos, quibus & litteras ſuas tradiderunt cum hac concluſione, ſicuti legi poteſt Actione III. prædictæ Synodi: *Ad munitionem humilium litterarum noſtrarum ſatisfactionemque Beatitudinis veſtræ atque Imperatorum noſtrorum, conſuimus etiam exemplar Synodicarum Theodori, ſanctæ memoriæ Patris noſtri & Patriarchæ Hieroſolymorum, ſubjiciendum his quæ ſcripta ſunt a nobis. Hunc autem libellum, ſecundum ſolitum Eccleſiæ ritum, idem ſanctæ recordationis ſcripſit beatis & almi termini Patriarchis, Coſmæ ſcilicet Alexandriæ & Theodoro Antiochiæ Theopolees, qui & reciproca Synodica eorum, dum adhuc viveret, accepiſſe noſcuntur.*

Monachi Syriæ ad Synodum 2. Nicænam

mittunt Synodicas Theodori ad Theodorum & Coſmam,

170 Hinc porro facile erit intelligere, quo anno D *Theodorus* ſedere cœperit. Etenim Elmacinus l. 1. cap. 17. *Anno*, inquit *Hegiræ* 118. *obiit Alexander Patriarcha Iacobitarum Alexandriæ, in cujus locum ſubſtitutus eſt Coſmas, qui ut menſes ſedit quindecim, vita quoque defunctus eſt die ultimo Banna*, id eſt 24. Iunii. *Dicitur quoque Patriarcha factus anno ultimo Leonis Regis Romanorum*, videlicet Iſaurici, defuncti 18. Iunii anno 741. cœpit ergo *Coſmas* circa finem Martii anni jam dicti, & ſedit dimidio anno ſequenti. Quod ad Antiochenum Patriarchatum attinet, dicit quidem Elmacinus, quod poſt mortem Ioannis, conſtituti anno 8. Iſami, id eſt Chriſti 726. manſit eccleſia ſine Patriarcha uſque ad tempora Abdallæ Safahi, qui cœpit regnare 749. & cum hoc convenit, quod deinde libro 2. capit. 2. dicitur Copronymus Antiochiam miſiſſe Iſaacum, tempore ejuſdem Safahi; ſed hoc non impedit, quo minus, ſicut ante hac Hieroſolymis, ſic & tunc *Antiochiæ* fuerit *Locumtenens ſedis Patriarchalis Theodorus*, quem Iconomachus Leo voluerit confirmare, quemque ni- E hilominus Epiſcopi Syriæ velut Patriarcham habuerint. Manet interim quod Hieroſolymitanus *Theodorus* ordinatus fuerit ſaltem 742. adeoque ad hujus Patriarchatus tempus pertinet alia Apoſtolici cujuſdam viri profectio ex Judæa in Sinam, cujus meminit ſupramemoratum Sinicum monumentum, tamquam illuc appulſi anno tertio *Tien pao*: qui fuit annus Chriſti 747. reſque eum ſucceſſum habuit, ut anno 757. Imperator novo edicto in ſex civitatibus fieri eccleſias juſſerit, ac porro res Chriſtiana optime proceſſerit uſque ad tempus erecti lapidis anno 782. Cui lapidi Syriacis litteris adſcripta nomina Apoſtolicorum virorum circiter 70. dicuntur etiam inveniri in hiſtoria cujuſdam Arabis Mahumetici, dicti Alfarage; aſſerentis, eos miſſos in Sinam a *Patriarcha Muſſul*. Sed quis hic? Hieroſolymitanuſne, an Antiochenus? Exiſtimo quod potius Antiochenus; quod tamen certo probare non poſſumus, deficiente apud Nicephorum Patriarchali iſta ſerie in Anaſtaſio, qui ſub Juſtino Juniore vivebat, ſeculo 6. Fuerit forſitan *Muſſul* iſte deceſſor *Patris Patrum Domini Ioannis Ieſuu, Catholici Patriarchæ, in* cujus *diebus* ſculptum lapidem concluſio Syriaca teſtatur, tunc autem Hieroſolymitanus Patriarcha erat Elias, licet forſitan exul, de quo mox: & Antiocheno, tamquam uni ex quatuor Patriarchis majoribus, potius competebat *Catholici* titulus, F id eſt *Univerſalis*. Quando autem obierit non æque facile eſt definire; ſicuti nec dicere, utrum qui tempore Synodi Nicænæ II. vivebat *Elias Princeps Paſtorum Æliæ*, ſicuti nominatur in Vita S. Taraſii, mediate vel immediate ſucceſſerit *Theodoro*. Quare hic etiam locus eſſet *Euſebio*, ſi hunc ſediſſe poſt *Theodorum* conſtaret, pro anno 771. ſicut vult Hugo Flaviniacenſis: & ante eumdem *Theodorum* dari poſſet locus *Baſilio* Waſſenburgii, ſi de eo etiam certius aliquid haberetur. Sit ergo tantiſper ad ſupplendum locum, forte alias vacaturum, & ſub reſtrictione gratioſa, Hieroſolymorum Patriarcha

AUCT. D. P. quorum ſic Alexandriæ an. 741. Epiſcopus

Iſte Antiochiæ ſedis Locumtenens fuit;

Altera

& tertia Miſſio in Chinam.

LXV BASILIUS vel EUSEBIUS.

LXVI ELIAS II.

THEODORUS intruſus, & ELIAS iterum.

171 MOnachi Syriæ, legatos ſuos (ut jam dicere cœpimus) ſub annum 787. miſſuri ad Taraſium Conſtantinopolitanum, in Epiſtola quæ fuit Nicænæ ſecundæ Synodo exhibita, ſic eos alloquuntur:

Elias fraude Theodori expulſus,

AUCT. D. P.

A *Noſtis, Fratres, qualiter, per puſillam accuſationem, exul factus ſit a nobis ad duo millia milliarium, is qui regendum Thronum Fratris Domini ſuſcepit*, videlicet *Elias*: quomodo autem id contigerit, narratur in Vita S. Stephani Sabaitæ, danda ad 13. Iulii. Hic enim Sanctus, conſultus a pſeudo-monacho quodam *Theodoro*, an ſucceſſurum ſibi eſſet votum, quod habebat in animo, nec tamen verbis volebat exprimere; quale id eſſet explicavit homini de ſuperbia increpito; ſed futurum quoque eidem prædixit, ut in occupato male Patriarchali Throno, nec requiem nec diuturnitatem haberet. Et ille quidem hoc contemnens, ea qua per fratrem medicum valebat apud Protoſymbolum Saracenorum gratia, tantum effecit, ut *Elias* relegaretur, ſubſtitueretur autem ipſe; ſed ad breve tempus. Quia, uti ſanctus Senex prædixerat, *Superbus ille atque arrogans Theodorus, ſuo jam voto potitus, ſeipſum in profundum peccatorum barathrum voluntaria præcipitatione dejecit; diriſque & execrationibus quas meruerat obnoxius, in Perſide male vitam finivit: ſanctiſſimus vero Patriarcha Dominus Elias ad proprium remeavit Thronum, feſtive honorificeque remiſſus; & Patriarchali dignitate mul-* B *tipliciter fruens per annos complures, ſancte ex hac vita migravit, ſucceſſoremque in Theadelphico Throno accepiſſet Syncellum ſuum Dominum Georgium.*

eodem dejecto reſtitutus

172 Sed ut cito commeritam pœnam retulerit *Theodorus*, non tamen etiam cito reſtitutus *Elias* fuit: antea enim in eadem Vita dictum fuerat, quod *beatus ille Pontifex per injuſtas fraudes falſaſque calumnias delatus ad Protoſymbolum fuerat: qui confeſtim eum in Perſidem transferens, vinculis & cuſtodia traditum ad multos annos*, ἐπὶ χρόνον ἱκανόν, *inclementer concluſit*. Ex Actis porro Martyrum Sabaitarum, datis & illuſtratis 20. Martii, conſtat, eumdem *Eliam*, cujus reditum prædixerat Stephanus anno 795. mortuus, biennio poſt, cum Lauras invaſerunt prædones barbari, adhuc in vivis fuiſſe. Dicitur enim num. 3. bellum civile inter Saracenos, quod iſtam latronibus occaſionem peperit, ſuſcitatum *anno ab orbe condito ſexies milleſimo ducenteſimo octavo ... indictione* 5. id eſt, anno vulgaris Æræ 797. *cum Hieroſolymitana eccleſia beatiſſimus Patriarcha Elias præſideret*: qui tamen aut eodem aut ſequenti non anno obiit. Ut igitur aliquam multis annis ſuæ reſtitutionis ſupervixerit, neque omnino breve exilium fuerit, videntur *Eliæ* tempora ſic ordinanda, ut Patriarcha factus ante annum 760. poſt ſeptimum vel octavum Sedis annum abductus in Perſidem ſit, ſubintruſo in ejus locum *Theo-* C *doro*, ibique manſerit uſque ad tempus Nicænæ Synodi, cui per Syncelium ſuum Joannem adfuit: mox autem reductus cum gloria, adhuc octo vel novem annis tenuerit Cathedram; annis ferme quadraginta partim in Patriarchatu partim in exilio expletis. *Theodorus* autem debet fuiſſe intruſus anno 767. ſiquidem Synodica ejus, ad Romanum Pontificem ſcripta ex more, miſſaque per Conſtantinum Presbyterum, non niſi mortuo Paulo (hic autem obiit menſe Iunio) perlata eſt Romam in manus Pſeudo-Papæ Conſtantini, ſicut ipſe ad Pipinum Francorum Regem ſcribit. Et hæc epiſtola ſcripta erat Græce & Latine, *ut qualis fervor eſſet in Orientalibus Eccleſiis pro Imaginum conſervatione cognoſceret* Apoſtolica Sedes, quemadmodum videre eſt apud Baronium ad eum annum num. 7. meminitque etiam iſtius Epiſtolæ Hadrianus Papa ſuper eodem argumento ad Carolum Magnum: quæ res *Theodori* intruſi nomen in hiſtoria eccleſiaſtica conſervat, licet in Latinis catalogis non habeatur expreſſum, uti nec merebatur.

Et mortuo post an. 797.

Theodori intruſio ſpectat ad an. 767.

173 Qualis autem abſente adhuc *Elia* eſſet Chriſtianorum ſtatus in Syria, præfatorum monachorum declarat Epiſtola, quam exordiuntur teſtando, quod legentes Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ libellos de extinguenda hæreſi Iconomachorum, quæ fuerat dominata, tremore & gaudio fuerint repleti, *Tremore quidem*, inquiunt, *propter timorem eorum quibus ob peccata noſtra ſervire decreti ſumus, quique vere ſunt impii ac per ſingulos dies occaſiones requirunt ut nos morti tradant: gaudio vero, propter veritatem orthodoxæ fidei, quæ fulget in eis ſolarium more radiorum, & luculentiſſimam explanationem Apoſtolicorum dogmatum & paternorum.* Narrant deinde qua ratione duo Legati, circumſpecte & prudenter agentes, quam ſecretiſſime ad ipſos acceſſerint, cauſamque adventus ſui ſignificaverint, præhabita ſilentii fide, *propter formidinem inimicorum Crucis*. Quibus intellectis, relatiſque Deo pro *miraculo tanta mutationis* gratiis; *Conſideravimus*, inquiunt, *contaminatæ nationis cognoſcentes contra nos infeſtationem, detinere eos qui miſſi ſunt, & prohibere appropiare his ad quos miſſi ſunt*, videlicet Patriarchis; *durentes eos in medium noſtrum, & admonentes plurimum ut inducerent turbationem, imo ut ſpecialius dicamus, exitium quieſcentibus & Dei gratia pacificatis Eccleſiis, vel populo mirabiliter juge ſervitutis afflicto, & importabilium illatione tributorum oppreſſo.* Erat ergo pax eccleſiis Orien- E talibus, quoad doctrinam, prout declarare juſſi ſunt, qui cum Legatis remittebantur, Patriarcharum duorum Syncelli; ſed afflicto populo, non quidem ab exercitio ſuæ religionis prohibito, ſed gravibus oppreſſo exactionibus & ſerviliter habito.

D

Miſer ſtatus Chriſtianorum in Syria hoc ſeculo 9.

LXVII GEORGIUS.

174 ITa nomen legimus certiſſime expreſſum in præcitata S. Stephani Sabaitæ Vita. MS. Brugenſe, vicino nomine & facile alternabili, *Gregorium* ſcribit, MS. Rubeæ-vallis *Sergium*, quod & Theodoricus ſequitur; addens quod fuit *vir magnæ ſanctitatis & litteratura, qui poſt multa ſanitatum & doctrina inſignia quievit in pace*. Certius nobis eſt ex Annalibus Francorum Metenſibus, ſæculo 10. ſcriptis apud du Cheſne, quod huic Patriarchæ, circa annum 799. ordinato, curæ fuerit Chriſtianos Principes ad Terræ ſanctæ liberationem excitare: nam eodem anno *Monachus quidam de Hieroſolymis veniens, Reliquias multas attulit Regi*, ſcilicet Francorum & Longobardorum Carolo, *ex parte Patriarchæ Hieroſolymitani*: quem anno 800. idem Rex *abſolutum remiſit, & cum eo Zachariam Presbyterum de Palatio ſuo, & per illum multam pecuniam, diſpertiendam per illa loca ſancta, ubi* F *Dominus noſter corporaliter eſt converſatus*. Revertens autem Hieroſolymis in Occidentem idem Zacharias, Carolum Romæ invenit, Idibus Decembris ejuſdem anni; adducens ſecum monachos duos, ſibi a Patriarcha adjunctos. *Erant autem monachi iſti, unus de monte Oliveti, alter de Bethleem; qui benedictionis cauſa claves ſepulcri Domini ac loci Calvariæ, clavem etiam civitatis cum vexillo detulerunt. Eos autem Rex benigne ſuſcipiens, aliquot dies ſecum detinuit, & menſe Aprili remuneratos abſolvit.*

Ordinatur an. 799.

a Carolo Magno petit ſubſidia.

175 Theodoricus Pauli poſt *Georgium* (ſive, ut ipſe appellat, *Sergium*, ſucceſſorem Eliæ, male ab ipſo relati ad tempora Heraclii, ut ad Caroli Magni ætatem perveniat) quatuor ex ordine Patriarchas numerat, *Leontinum, Athanaſium, Chriſtodulum, Agathonem*, quibus ſuus locus infra dabitur; tandemque longam texit de *S. Ioanne Patriarcha ex Ordine Carmelitarum* narrationem: quem ait ab Adriano Papa ordinatum, eadem ſcilicet hic omnia repetens, quæ antea minus apto tempore dixerat de *Ioanne* 44. & deinde addit, quod hic *Ioannes, perſæpe a Saracenis expulſus cum ceteris Chriſticolis, & reſtitutus ſit mediante pio Conſtantino* Impe-

Fabula de Ioanne Patriarcha, quem ordinaverit Adrianus.

AUCT. D. P.

A *Imperatore, qui ſepties expulerat ab Hieroſolymis Paganos, ſed ea recedente prævaluerant.. Tandem ex toto expulſus, venit Conſtantinopolim ad Conſtantinum & filium ejus Leonem, & cum eo Ioannes Neapolis Sacerdos, & David Hieroſolymitanus Archipresbyter, quos ille ad Carolum miſit ...qui Regem Pariſiis invenerunt.* Litteris vero lectis quas hi attulerant, per Turpinum Remenſem Epiſcopum Imperatoris, expeditioneque in Terram-ſanctam indicta, iviſſe dicitur Carolus cum exercitu Conſtantinopolim, & inde Hieruſalem, *ubi cum ad ultimum veniſſet, infidelibus partim occiſis & partim effugatis, S. Ioannem Patriarcham in Sedem ſuam recollocavit, & Terram-ſanctam Chriſtianis reſtituens in bonoſtatu eam reformavit. Prætera habita & victa Ieruſalem, Xenodochium ibi conſtrui juſſit, & bibliothecam ingentis expenſa compegit & inde repatriavit.* Meræ nugæ omnia, ea apocryphis Pſeudo Turpini ſcriptis accepta, quæ retuliſſe refutaſſe ſit. Quis enim non videat, ut cetera taceam, quam impoſſibile fuerit Joannem iſtum fuiſſe Patriarcham a tempore Conſtantini Copronymi (egregii ſcilicet pro Eccleſia pugilis, qui ſepties recuperaverit urbem ſanctam) uſque

*Carolus poſtliminio,

B ad tempora Adriani Papæ, per annos ut minimum quadraginta, quando noti certique ſunt quos deduximus tot alii Patriarchæ? Ignoſcimus tamen libenter Theodorico, ignoſcimus & Joanni Trithemio, Scriptores Carmelitas ſine examine ſecutis, ut dicerent quod iſtum *Ioannem Adrianus Papa I. propter eximiam doctrinam & vitæ excellentiam, de monaſterio Montis Carmeli ſuſtulit, & in Patriarcham ſanctæ urbis ſublimavit:* cui etiam Trithemius addit, iiſdem auctoribus eademque fide, quod *nonnulla præclara ſyntagmata edidit*, de quibus *exſtat volumen inſigne de Principio & profectu Ordinis Carmelitici, & claruit anno Chriſti* 770. Interim dubium nemini eſſe poteſt, quin Trithemius, ea mente & ſententia Carmelitarum ſui temporis, librum de Inſtitutione Monachorum adſcripſerit confinio ſeculi 8. & 9. quem etiam ſenſum fuiſſe Joannis Groſſi Generalis oſtendi num. 89. adeo tunc adhuc nemini inciderat cogitatio, da eo ad confinia ſeculi 4. ac 5. promovendo, uti nunc intenditur.

Et hoc ſenſu ad ſe ſeribatur liber de Inſtit. Monachorum.

LXVIII FORTUNATUS.

176 IN præcitatis Metenſibus Annalibus ad annum 802. narratur, quomodo *eodem anno* 13. *Ka-*
C *lendas Auguſti, venit Iſaac cum Elephante & ceteris muneribus, a Rege Perſarum miſſis, in præſentiam Imperatoris*, videlicet Caroli, a Leone Papa ante ſeſqui annum coronati. Anno autem 803 *venit quoque Fortunatus Patriarcha de Græcis, afferens ſecum inter cetera dona duas portas eburneas, mirifico opere ſcalptas.* Ran ille Perſarum ſive Saracenorum Califa erat *Abugiafar Haron Raſjidus, qui & dictus fuit Abu-Muhammed Haron*, & Califatum tenuit ab anno 787. ad annum 809. perquam amicus Principibus Chriſtianis, & humanus erga Epiſcopos ſibi ſubjectarum Provinciarum, uti ex Elmacini hiſtoria apparet. His autem inter ſeſe hoc modo congruentibus; veroſimilior fit prolixa de Fortunato Hieroſolymitano Patriarcha narratio, contenta in libello de ſucceſſoribus S. Hildulfi, ex Archiepiſcopo Trevirenſi Abbatis Mediolacenſis in Voſago, ubi dicitur, quod prædictus *Fortunatus, animadvertens apud Aaron Regem Perſarum pluris haberi amorem Caroli quam quorumcumque Principum (quod etiam patefecerat dirigendo ei* * *ſolum quem habebat Elephantum) per Diaconem Reliquias Ligni Paſſionis tranſmiſit, illique multa prece contestatus exegit, ut prædicto Aaron legationem per ſuos inferret hujuſmodi: Omnimodis tuam Clementiam precor, pro loco Reſurrectionis*

Anno 803. venient ad Carolum M.

* an ſummum?

Domini Dei mei & ſancta Sion, ne ino laxamenta a gentibus paſſim calcetur; neque Religionis Chriſtianæ Pontifici, debitum cultum ibidem exequenti, contradicatur. Qui cari ſibi Principis amicabili ſuggeſtione adeo delibutus eſt, quatenus diſpoſitioni ejus adſcribi reverendum locum juberet.
D

qui antea bis legatos miſerat.

177 *Hac de cauſa Diaconem ſuum ad Carolum iterato cum munuſculis deſtinavit: tertio autem ipſemet veniens mutua viſione ſatisfacere communi affectui, offendit Principem*, de ſedandis Mediolacenſis monaſterii turbis & electione Abbatis conſultantem: qui ob id divinitus ſibi deſtinatum illum exiſtimans, ſua ſuorumque Epiſcoporum qui aderant multa ſuaſione ac prece, eum inducit, *quatenus ſuſciperet curam iſtius monaſterii. Cujus ſanctitatis excellentia prioriſque Apicis reverentia ſtirpitus eſt ſopita clauſtralis diſcordia. Fuiſſe quidem dicitur retalvaſter hic Domini famulus, corpore gracilis & exiguus, facie & converſatione Angelicus, barba ſublonga caniſque reſperſa decoratus. Prædia in augmentum loci in diebus ejus collata ſunt numeroſa, chartarum monumentis hue uſque notiſſima ..... Beatus autem Fortunatus, meritis tandem & ætate conſumptus, huic temporalitati 4. Kalendas Martii eſt ſubtractus, atque ad perpetim flantium dierum infinitatem perductus. Hujus veneranda gleba poſt baſes altaris beati Papæ Gregorii decenti ſepultura eſt tradita: anni vero regiminis ejus Mediani monaſterii reperiuntur viginti.* Ita libellus iſte, paulo ante annum Chriſti milleſimum compoſitus; juxta quem Fortunatus in Galliam advectus anno 803. ſaltem uſque ad 823. vixit; exiſtimarique poterit factus anno 801. Patriarcha, Græco fortaſſis nomine *Eutychius* vel *Macarius*, ſumpto conſilio remeandi in Europam, quietique monaſticæ inhærendi, renuntiaſſe Clero Hieroſolymitano ut alium pro ſe Patriarcham eligerent.
E

ſuſcipit curam Mediolacenſis Abbatiæ.

deſunctus an. 823.

LXIX THOMAS.

178 ANnales Francorum ab anno 708. ad 808. deducti, & tomo 2. Francicorum du Cheſne ex Joannis Tillii MS. editi, confirmant nomen ſucceſſionemque hujus Patriarchæ, in Catalogis immediate poſt *Georgium* relati, prætermiſſo *Fortunato*; forte quia male Græcus habuit, eum a patriis ritibus ad Latinos tranſiſſe; niſi quis dubitare malit utrum vere Patriarcha fuerit, creditus tamen ſit, eo quod eſſet Patriarchæ Syncellus ſeu Chorepiſcopus. Dicitur autem in præfatis Annalibus, quod *anno 807. ad Imperatorem pervenerunt monachi de Ieruſalem, Georgius & Felix, qui legatione Thomæ Patriarchæ fungebantur.* Vix autem dubitamus quin hic idem ſit, qui in Actis Martyrum Sabaitarum laudator num. 24. ut *optimus medicus idemque pientiſſimus Abbas, poſteaque ordinatus veteris Lauræ Hegumenus.* Nam ab auctore Vitæ S. Stephani Sabaitæ, ſcriptæ intra decimum aut duodecimum ab obitu Sancti annum a Theoctiſto diſcipulo ejus, n. 136. dicitur is, *qui*, tunc cum Vita ſcribebatur, id eſt circa annum 805. *Theadelphici Throni gubernaculis præſidebat Dominus Thomas*, ante annos aliquot (cum vivebat Sanctus amicitamque Leontii infirmam non moriturum prædixit) *in civitate curam geſſiſſe infirmorum, utpote qui medicus eſſet peritiſſimus, doctrinaque & experientia plurima exornatus; quique ſecundum Deum vivens, Sanctorum Coſmæ & Damiani imitaretur converſationem, gradum obtinens Diaconatus.* Diu autem Patriarchatum *Thomas* tenuit, ſiquidem poſt Leonis Armeni mortem anno 821. pacata aliquantum Eccleſia & Iconomachorum furore tantiſper mitigato, regreſſus Conſtantinopolim S. Theodorus Studita, gratulatorias ab eo accepit litteras, ad quas ille reſpondens (ut eſt apud Baronium anno jam

Loco Fortunati ſubſtituitur.

F

legatos mittit an. 807.

A dicto num. 55.) *Quanto*, inquit, *nos humiles affecti fuerimus gaudio, ex ſapientiſſima qua nos per epiſtolam dignati eſtis allocutione, perſpicere licet ſuprema Beatitudini Tua, qui Apoſtolice gradu ſupereminentes & Fratris Domini per legitimam ſucceſſionem perſonam agentes, vel nudo affatu honorare nos inglorios poteratis.* Atque poſt alia; *Quid hoc rei eſt*, inquit, *quod fervente hæreſis perſecutione convenit ſublimium Sedium Antiſtites, tanquam Spiritus adjutores & Apoſtolicis Conſiliis plenos, fraterno animo commoveri, manumque pro veritate certantibus compatiendo porrigere?* Iudicat denique, quod non ſic eſſent res Conſtantinopoli, quemadmodum opinabatur Thomas, *quoniam hiems quidem tranſiit, nondum tamen ver exoptatum, ſed ſolum ſerenitas quadam affulget, & hac per nebulam ab aurora. Itaque* ait factum eſſe, ut *nec collecta quidem, quemadmodum cupiebat, facta ſint*, niſi admodum tenues. Hinc intelligitur quæ fuerit ſumma litterarum *Thoma*, qui non diu poſtea ſupervixit.

Ep. an. 835. ibus S. Theodoro ... [illegible]

LXX BASILIUS.

B

179 MOrtuo Michaele Balbo, qui Leonis Armeni tyrannidem extinxerat, non aboleverat hæreſim, ſuccedens filius ejus Theophilus anno 829. eamdem cœperat profiteri, ſicut & fecit quoad regnavit, totis duodecim annis ſacrarum Imaginum cultores perſequens; cum *tres ſimul Patriarcha Iob Alexandrinus, Chriſtophorus Antiochenus, &* BASILIUS *Hieroſolymitanus ipſi ſcripſerunt, longa diſſertatione divinas Imagines ſanctas adſtruentes ac venerationo habendas.* Teſtatur hoc Conſtantinus Porphyrogenneta in Oratione de Chriſti imagine Edeſſena, quam in Manipulo originum rerumque Conſtantinopolitanarum, poſt Allatii Diatribam de Symeonum ſcriptis, vulgavit Combefiſius: in quo etiam Manipulo dictam Orationem ſequitur jam indicata Sedium Orientalium Synodica ad Theophilum Imperatorem, male præferens nomen S. P. N. Joannis Damaſceni, pridem mortui: ſed initio mutila, ſic ut in ea non legantur ipſorum Patriarcharum nomina. Interim in ea legere eſt, quod *Divinus Apoſtolus atque Evangeliſta Lucas, divinam ac venerabilem caſtiſſima Dei matris Mariæ, adhuc in carne Hieroſolymis viventis, atque in ſancta Sione morantis, imaginem, temperatis coloribus manu & penicillo effinxit in tabula.* Hoc teſtimonio ægre invenias antiquius aliud ad vulgarem de S. Lucæ picturis credulitatem probandam; eſt autem minime contemnendum; æſtimandum

Scrib. Theophilo, an. 829.

pro cultu imaginum.

C tamen magis eſt, quod Epiſtolam concluſerint, *Ad ejus*, inquiunt, *quam docuimus divina doctrina confirmationem, venerandam quoque ſanctiſſima Dei genitricis Mariæ ex eaque incarnati atque infantis Dei-verbi imaginem, velut fidei gloriationem & coronam decoris ſceptrumque regium, in capite confeſſionis noſtra expreſſimus, ut divina veſtra atque a Deo docta Majeſtati divinum ac cœleſtem recta fidei ſenſum totius diœceſeos ſignificaremus.* Atque hinc conſtat, quo tempore ſederit *Baſilius*, etiam in Latino Catalogo nominatus, licet ignoretur quando præciſe cœperit finieritque, Theodoricus eumdẽ ignoravit.

LXXI SERGIUS.

LXXII SALOMON.

LXXIII THEODOSIUS.

180 HOs tres Patriarchas conſequenter Latini Catalogi ſuggerunt. De SERGIO & SALOMONE nihil alibi comperimus: THEODOSIUS notus eſt, tum ex vita S. Ignatii Conſtantinopolitani Patriarchæ, tum ex Actis Synodi œcumenicæ 8. ſub illo habitæ, ad abrogationem ſchiſmatis inducti a Photio, anno 869. cui cum Thoma Metropolita Tyri, pro Antiocheno Patriarcha Michaele; adfuit *Helias Presbyter & Syncellus Throni Hieroſolymorum, ſancta Chriſti Dei civitatis, locum & perſonam tenens Theodoſii Sanctiſſimi Patriarcha Hieroſolymorum*: quem deinde anno proximo 870. Hieroſolymis reperit Bernardus monachus Francus, cujus eo anno loca ſancta viſitantis Itinerarium ex Bibliothecæ Remigianæ MS. vulgavit Ioannes Mabillon, Seculi Benedictini 3. tom. 2. fol. 423. Hic cum Alexandriam appulit, erat in ea civitate *Domnus Michael Patriarcha, ſuper totam Ægyptum diſponens gratia Dei ordinem omnium Epiſcoporum, monachorum & Chriſtianorum*: Hieroſolymis vero *Patriarcha Theodoſius, qui ob meritum devotionis a Chriſtianis fuerat raptus de ſuo monaſterio, quod diſtat ab Ieruſalem 15. millibus, ibique Patriarcha conſtitutus, ſuper omnes Chriſtianos, qui ſunt in terra Promiſſionis. Dicendum autem*, inquit idem Bernardus, *quod Sabbato ſancto mane Officium incipitur in eccleſia; & poſt peractum Officium*, Kyrie eleiſon *canitur, donec veniente Angelo lumen in lampadibus accendatur, quæ pendent ſupra ſepulcrum Domini; de quo dat Patriarcha Epiſcopis & reliquo populo, ut illuminet ſibi in ſuis locis.* Vivebat adhuc *Theodoſius* iſte anno 879. extat ſiquidem ad eum Epiſtola Joannis Papæ VIII. poſt reditum a Trecenſi in Gallia Concilio, anno præcedenti Septembri menſe celebrato, data Romæ 6. *Nonas Maji*, hoc tenore: *Notum eſſe volumus Sanctitati veſtra, quia præſentes Monachi veſtri, Theodoſius, videlicet, David, & Sabo, venientes Romam ad limina ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, demorati ſunt ibi; eo quod nos, pro Eccleſia noſtra cauſis & utilitatibus Franciam perrexeramus. At ubi, Deo volente, reverſi ſumus incolumes, eis ad veſtram Paternitatem revertendi licentiam dedimus; per quos nimirum, cauſa caritatis, aliquam, licet modicam, B. Petri Apoſtoli benedictionem Fraternitati veſtra mandavimus, quam petimus ut, pro Dei & ipſius Apoſtolorum Principis amore noſtraque dilectione, benigne recipiatis: quoniam nimia Paganorum oppreſſione gravati, plura (ut volebamus) dirigere non potuimus. Rogamus præterea ſanctam veſtram a Domino Caritatem, ut in ſanctis orationibus noſtri ſemper memores exiſtentes, pro nobis preces Ieſu Chriſto D. N. quotidie fundere alacri animo dignemini.*

D

AUCT. D. P.

& 870.

& 879.

E

Ioann. PP. a Theodoſio honoratus.

LXXIV ELIAS III.

181 NOn ſolum in Catalogis Latinis nominatur hic ſucceſſor *Theodoſii*, cujus vicem veroſimile eſt eum geſſiſſe in prædicto Conſtantinopolitano Concilio: ſed etiam Epiſtola ejus extat *ad Carolum juniorem Imperatorem & ad cunctos Epiſcopos & Principes ac nobiles regni Galliæ, anno Dom.* 881. *Indictione* 14. in tomo 2. Spicilegii Acheriani pag. 372. Eſt autem hujuſmodi: *Tribulationes multas & magnas, quas a nefanda & Deo perosa gente perpetimur, neceſſe habemus ſcribere vobis: quas ipſi ſatis abundeque per multos hinc illuc venientes cognoſcitis. Sed unum eſt, quod nos nimium premit & vehementer excruciat, quodque caritati veſtra his noſtris litteris aperimus. Siquidem cum diuturna vetuſtate omnes eccleſias noſtras partim dirutas partim caſuras aſpiceremus; nec ullum penitus auſum ad has erigendas vel corrigendas haberemus, magnis gemitibus & aſſiduis votis Domini miſericordiam cœpimus implorare, ut nobis ad laudem ſui nominis magnifici aditum reſeraret, quod has poſſemus noſtris ſudoribus ac noſtro tempore reſtaurare. Tum divina providentia geſtum eſt, ut Princeps hujus climatis, ordine quem vobis iſti noſtri Miſſi poſſunt referre, Chriſtianus factus, hanc primitus legem dederit, ut eccleſia Dei a Chriſtianis readificaren-*

F

Scribit in Franciam an. 881.

quod ſponte ... Saracenorum in Syria Princeps,

A *rentur atque recuperarentur. Quam rem divinitus ordinatam atque decretam audientes, nec debuimus nec potuimus utcumque contemnere: quippe quæ nobis ſemper in votis erat, & quam cælitus poſtulatam & indultam luce clarius videbamus. Quapropter erecti & in Domino corroborati, ad has renovandas atque reſarciendas totius virtutis animum prorſus armavimus: & quoniam ſumptus, ad tantum perficiendum opus, nequaquam noſtros habere potuimus; alienos quæſivimus. Sed quia nemo pecuniam ſuam ſine pignoribus nobis mutuam dare conſenſit, & nos quod tribuere loco pignorum poſſemus aliud non habuimus, oliveta vel vineas, atque ipſa earumdem ſanctarum eccleſiarum ſacra vaſa, in pignora tradidimus; & adhuc tantam pecuniam non accepimus, unde ſaltem illas utcumque reſarcire valeremus. Quæ de re actum eſt, ut his qui tantam pecuniam commodaverunt, olivetis & vineis noſtris fruentibus, necnon & Deo ſacratis vaſculis abutentibus, oleum eccleſiis ad luminaria concinnanda deſit, & pauperes & monazontes fame tabeſcant, atque in captivitate multi non redempti deficiant.* B *Nos quippe nec tanto beneficio gratia Dei collato abuti potuimus, nec huic rei congruum ſeu tandem indultum tempus poſtponere, vel inaniter tamquam ingrati Dei muneribus præterire debuimus. Itaque auxiliante mundi totius Opifice, tam dirutas quam jam jam caſuras eccleſias noſtras, magna ex parte de commodatis nobis ſumptibus, utcumque reſtauravimus: ſed unde pignora noſtra, oliveta ſcilicet & vineas atque ſacra vaſa Eccleſiarum, quæ pro his dedimus, recolligemus, minime poſſidemus. Quapropter viſum eſt nobis pia in Chriſto generalitati ſeu cariſſimæ paternitati veſtræ dirigere, ut noſtris doloribus compatientes ...... veſtræ benignitatis viſcera circa nos pandatis, & pias manus veſtras & fæcunda largitate decoratas uſque ad nos extendatis.* Hactenus *Elias, ſervus Domini noſtri Jeſu Chriſti & Patriarcha Hieroſolymorum.* Subnectens deinde rationes ac preces, quales putabat ad perſuaſionem valituras, mittit Epiſtolam per *Giſpertum & Rainardum venerabiles monachos, qui ad hoc recipiendum pro Chriſti amore miniſterium compulſi ſunt, dum illi quietam vitam ducere, Deoque famulari remotius elegerunt;* ad huc ſcilicet ex Galliis (quod & nomina Francica indicant) in Palæſtinam advecti, cum animo iſtic remanendi: ſed *qui nihilominus, ponentes animas ſuas in manibus ſuis pro Fratribus &* C *ſancta Chriſti Eccleſia, nullum recuſaverunt laborem.* Teſtatur autem, quod eis credere poſſint *quæcumque placent: fideles enim eſſe, quibus nimirum Chriſtus etiam nec dedignatus eſt ſua credere Sacramenta, ſeu ſanctiſſima loca:* unde colligas eos, licet exteros & Latinos, ad aliquod in Eccleſia Hieroſolymitana officium fuiſſe aſſumptos, in qua ſcilicet Monachos miniſtrare frequentiſſimum erat. *Precamur autem*, inquit concludens, *ut mercedis veſtræ augmenta, dum ſe occaſio tribuit, multiplicetis,* multiplicando eleemoſynas, ab ipſis in ſubſidium locorum ſanctorum referendas; *& hos Fratres a vobis citius abſolvatis, quoniam in arcto ſitæ ſunt animæ noſtræ, & ſola nobis ſpes de miſericordia Domini noſtri Jeſu Chriſti remanſit.*

reſtauratis eccleſiis,

oppignoratis eorumdem bonis,

ad quæ redimenda juvari petit,

per legatos Monachos,

ultra montes ea cauſa ex Francia Hieroſolymam tranſvectos,

Porro *Elias*, de quo agimus, ille eſt, qui exemplo, parum in Oriente laudato, probavit quartas Leonis Imperatoris Philoſophi nuptias, circa annum 901. contractas, invito Nicolao Myſtico Patriarcha Conſtantinopolitano. Cum enim is Leonem propterea arcuiſſet ab ingreſſu eccleſiæ, *Scripſit Imperator*, inquit Elmacinus lib. 2. cap. 7. *ad Patriarchas in omnibus Chriſtianorum regnis, & rem iis ſignificavit, ac reſponſum accepit ut uxorem duceret.* Potius dixiſſet, ut jam ductam, filioque Conſtantino genito matrem, Zoen ſcilicet, haberet ut legitime ductam. Erant autem Patriarchæ, Romanus quidem, Joannes Papa IX. Alexandrinus vero, Michael jam ab anno circiter 878. ordinatus, nam hic 25. annis ſediſſe dicitur. Antiochenus quis fuerit, needum comperi. *Plures quoque doctiſſimos viros ad id opem contuliſſe, ut Imperator legem perferret, qua viro etiam tres quatuorve uxores,* ſucceſſive ſcilicet, *ducere liceret*, teſtatur Leo Grammaticus; non ideo tamen minus *hæreſim* vocat, eo quod tertium quoque matrimonium, nedum quartum, apud Græcos illicitum crederetur. Vide quæ 15. Maii diximus ad Vitam ipſius Nicolai Myſtici, inter Sanctus relati.

Probat quartas nuptias Imperatoris an. 901

D

Auct. D. P.

Quod autem *Elias* tunc adhuc ſuperfuerit; adeoque unus ex prædictis Patriarchis fuerit, probatur ex commendatitia epiſtula, qua inſtruxit *Malacenum, in Sede S. Baſilei gentis Iberorum Epiſcopum*, id eſt Amaſenum in Helenoponto, Cappadociæ parte. Hunc enim cum ejuſmodi commendatitiis excepit *Benedictus Papa IV.* anno 900. primum creatus Romanus Pontifex; & ad pecunias colligendas, pro redemptione ſuorum concaptivorum apud Turcos, commendat fidelibus etiam ipſe, eo Brevi, quod ex Mſ. Laudunenſi Mabilius recitat tom. 3. Analectorum ſuorum pag. 436. eruditeque monet, ſcriptoris mendo imputandum videri, quod loco *Helenopontanæ*, dicatur *Malacenus* iſte, *Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopus.* Præmittitur ibidem ipſiuſmet *Eliæ* epiſtula encyclica, ſic Latine ſcripta:

& Malacenum Amaſiæ Epiſcopum commendat,

E

Tempus adjutorii: conſurgite. Tempus compaſſionis: non deliberetis. Inclinate ad me obſecro mentem veſtram, & cum compunctione verbis meis intendite; dicente Domino Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter cæleſtis miſericors eſt. Qui propter miſericordiam, ex Virgine Maria ſine ſemine viri, incarnari pro nobis immutabiliter dignatus eſt: qui, cum dives ſit & omnipotens, permanendo quod eſt Deus, noſtra paupertate abſque peccato pauper factus eſt, ut nos ſua ditaret bonitate: & qui ipſe dives exiſtens, pauper factus eſt pro nobis, ut nos divites exiſtentes in peccatis, pauperescamus ſpiritu, ut ſimus comparticipes bonorum ejus, qui dicit, Eſurivi & dediſtis mihi manducare, ſitivi & dediſtis mihi bibere, in carcere fui & viſitaſtis me, & maxime ſuper præſenti negotio. Scitis enim multi, & maxime qui aliquando detenti ab impiis inimicis (barbarorum dico) ſcilicet eorum ab invicem tribulationem, ferri duriſſima onera & contritiones, famem, ſitim, nuditatem, illiſionem ſcilicet, & qui ex carne generantur vermes, & quæ ab inimicis mittebantur minas, & fremitus, & plagas, & crudelem mortem: & hæc omnia juſte eveniunt pro peccatis noſtris. Hi autem qui in requie & deſidia vivunt, non facientes Chriſti mandata, hoc tradit impiis ad mortem; ſicut multos invenimus bonos, detentos ab impiis: veruntamen & ipſi pro peccatis noſtris, ut & noſtris temporibus accidit.

per epiſtolam, quo exponit

fidelium apud barbaros captivorum ærumnas,

F

Advenit autem mihi, fratres cariſſimi, Malacenus Epiſcopus, ſede S. Baſilei in regione Iberorum (Ipſe vero Malacenus habebat ſecum quinquaginta fratres Monachos) qui ſupervenientes gente qui vocantur Turci, in Iberorum regionem, in monaſterio quod detinebatur ab eodem Malaceno Epiſcopo, & effoderunt eum, & interempſerunt de prædictis fratribus viginti, eo quod non potuerunt cogi, ut calcaretur ab illis armatura pretioſa & vivificatricis Crucis. Ceteros autem triginta cum eodem Malaceno Epiſcopo deligantes, ſub omni cuſtodia ferreo vinculo deduxerunt eos in Turciam. Viri autem philochriſti currentes congregaverunt Byzantios centum viginti, & eos tranſmiſerunt ad Primatem illius ſpurcæ gentis, & eripuerunt ipſum Malacenum Epiſcopum, & alterum cum illo, alii autem uſque nunc detinentur a Turcis. Hic Malacenus Epiſcopus, liberatus ab illis, curam geſſit de aliorum ereptione, dicens ad ſemetipſum; Quia non dabo ſomnum oculis meis, nec palpebris meis dormitationem, donec & alios qui mecum fuerunt, Deo auxiliante liberem de tenebroſa illa gente. Ego vero peccator Helias, Hieroſolymitanus Papa, hunc ſuſcepi flentem & lugentem, in his quæ ei acciderunt

et quomodo Epiſcopus ille, amiſſis 20. monachis ſuis pro fide cæſis,

abductos redempturus

A ſub Regula S. Pachomii, prout indicat Conſtantinus Acropolita in ſermone de S. Joanne Damaſceno, Græcolatine edito a nobis num. 46.

LXXXI. CHRISTODORUS II.

LXXXII. THOMAS II.

LXXXIII. JOSEPH.

185 ETiam Christodorum hunc, Catalogis præteritum, ſuggerit Theodoricus, *Chriſtodolum* vocans hujus nominis *Secundum*, eo quod *Chriſtophorum* vel *Chriſtodorum* nullum noverit. Dicit autem de eo, quod *rexit Eccleſiam ſuam feliciter, infinitas tribulationes a Paganis ſuſtinens: nam ſua melliflua prædicatione multos convertebat, & tandem felici fine quievit.* *Quid de his Theodoricus?* De Thoma vero, quem Catalogi immediate ſubjiciunt
B unico (quem nominant) *Chriſtodoro* vel *Chriſtophoro*, ait Theodoricus; quod ſub eo inventa eſt Tunica Domini, verbis acceptis e Fredegario: quæ conſtat ad longe antiquiorem Thomam pertinere, cum res geſta ſit anno 30. Guntramni Regis, ſeculo Chriſtianæ Æræ 7. & ſeculo 8. floruerit ipſe Fredegarius. Adeo infelix Chronologus Theodoricus eſt. De Joſepho autem ait quod fuit *vir ſanctus, & in maxima perſecutione rexit Eccleſiam Hieroſolymorum in multis bonis, floribus in largiendis eleemoſynis. Fuit in negotiis eccleſiaſticis valde fervidus & egenis largus, tandem plenus virtutibus migravit.* Sed hæc tempeſtas in magnam tranquillitatem eo moriente mutata videtur, per ſucceſſorem, gratia maxima in aula pollentem.

LXXXIV. HIEREMIAS ſeu ORESTES.

186 DIverſis hiſce nominibus, quorum altero Elmacinus, altero utuntur Catalogi, unum eumdemque hominem ſignificari vix ambiges. *Cur unus idemque videatur eſſe uterque nomine,* Et Elmacinus quidem lib. 3. cap. 5. ſic loquitur de Azizo Ægypti Soldano, *Azizus Billa, Dominus Ægypti, uxorem duxerat Chriſtianam Melphiticam, ex qua & filiam*
C *ſuſceperat: erant autem ei mulieri duo fratres, quorum alterum, nomine Hieremiam, conſtituit Patriarcham Hieroſolymitanum; alterum autem Arſenium nomine, Patriarcham Melchitarum Alcahira & Muzra: atque hi cum Azizo aliquam habebant familiaritatem, quod avunculi filiæ ejus eſſent.* Regnavit Azizus (quem Glaber Rodulfus infra ait *occulte Chriſtianum fuiſſe*) ab anno 976. ad annum 996. & moriens filium reliquit tredecennem, Hakemum nomine: hoc enim colligitur ex prædicto Elmacino, qui cap. 6. ejuſdem lib. 3. ait, quod *anno* Hegiræ 411. (quem intepres Erpeonius cum anno Chriſti 1020. comparat) *occiſus fuit Hakemus, cum regnaſſet annos viginti quinque & dimidium menſem, & natus eſſet annos triginta ſeptem.* Cum igitur in Latino Catalogo lego Joſephi ſucceſſorem Oreſtem, *tempore cujus Achim Soldanus nepos ejus, Hieroſolymam veniens, Eccleſias deſtruxit & quatuor millia hominum avunculumque ſuum Patriarcham duxit in Babylonem & occidit,* inducor ut credam, non niſi unum hominem utroque nomine ſignari, cujus apud Theodoricum Pauli, ex neſcio quo auctore, hoc extat elogium veroſimillimum:

& Oreſtes Martyr circa an. 1006.
187 *Oreſtes ſanctus & Martyr pretioſus, illuſtris genere, qui converſus ad fidem Chriſti ex Saraceniſmo, profecit in omnibus virtutibus, ita ut ad ſummum gradum Sacerdotii proveheretur. Erat enim filius præpotentis Ducis Abellinæ, qui defuncto S. Joſeph prædeceſſore ſuo, electus in Patriarcham Hieroſolymitanæ urbis, ſtrenue vixit; exemplum dans cunctis ſubditis ſuis bene vivendi. Cum igitur*
D *gradatim de virtute in virtutem indies iret, iratus Soldanus Achim nepos ejus, Jeruſalem potenter irruvit; ac* AUCT. D. P.
ipſum S. Oreſtem Patriarcham nolentem fidei Chriſtianæ renuntiare, flagellatum, lampadibus uſtum & ad trochleas tormentorum, tandem poſt diverſa tormenta conſtanter toleraca crudeliter martyrizatum, decollavit: cujus feſtum celebratur 17. die Maii. Florarium autem *ſub Achemo nepote ſuo,*
Sanctorum manu ſcriptum, eodem quo Theodoricus ſcribebat tempore, 15. Maji habet hæc: *Hieroſolymis Oreſti Ep. & Mart.* Babylonem autem, quo abductum Patriarcham dicunt Catalogi, non aliam intellexerim quam Ægyptiam, Alcairam Saracenis, Cairum Europæis vulgo dictam: nam & Rodulphus Glaber infra, *Ammiratum Babylonis* eum vocat, cujus ut mox dicetur juſſu everſa eſt eccleſia Dominici ſepulchri; & matrem ejus ait fuiſſe *Chriſtianiſſimam mulierem*, utique ſororem *Oreſtis* ſeu *Hieremiæ*. Onophrius Panvinius in *Chriſtianorum hoſte infenſiſſimo;*
Chronico refert ejus martyrium ad annum Chriſti 1006 ſed veroſimilius eſt ipſum differri poſſe ad 1009. quando Tyrannus ille, in quo (ut paucis Elmacinus abſolvit) *concurrebant atheiſmus & inſania*, ſævire cœpit. *Affli-*
E *xit* autem non ſolum *Chriſtianos ſed & Judæos, & templa* horum ſeu Synagogas potius, æque ac illorum Eccleſias *diruit, unde multi ex iis Islamiſmum ſunt amplexi.* Et Judæi quidem maximo ſuo merito eumdem paſſi ſunt perſecutorem, quem ad divexandos Chriſtianos calumnioſis delationibus & proditoriis commentis ſuſcitaverant, Aurelüs ex Gallia per occultas literas ei ſignificantes, *quoniam niſi celerius domum Chriſtianorum venerabilem ſubverteret, ſciret ſe in proximum, Chriſtianis regnum ipſius occupantibus, omni penitus dignitate carere;* uti refert Glaber Rodulfus, iſtius ſeculi ſcriptor, lib. 3. c. 7. Nec Achemum tantum perſecutorem paſſi ſunt Judæi, ſed omnes pœne Europæ Principes. Totam autem rei in Oriente & Occidente geſtæ ſeriem deſcribit loco præcitato Glaber, narrans qua occaſione, *anno nono poſt milleſimum, eccleſia, quæ apud Hieroſolymam ſepulcrum continebat Domini ac Salvatoris noſtri, everſa eſt funditus, juſſu Principis Babylonis:* a quo miſſi cum imperata feciſſent, *ipſum quoque concavum ſepulcri tumulum ferri tuditibus quaſſare tentantes, minime valuerunt ......* *& ad templi Hieroſol. everſionem Judæi a Judæis [illegible] puniti;*
Everſo autem *templo*, inquit Glaber, *poſt paululum patuit, quoniam Judæorum nequitia tantum nefas ſit patratum: atque divulgatum eſt per orbem univerſum, communi omnium Chriſtianorum conſenſu decretum eſt, ut omnes Judæi ab illorum terris vel civitatibus funditus pellerentur; ſicque univerſi odio habiti, expulſi de civitatibus, alii gladiis trucidati, alii fluminibus necati, diverſiſque mortium generibus interempti, nonnulli etiam ſeſe diverſa cæde interemerunt: ita ſcilicet, ut digna de iis ultione peracta, vix* F
pauci illorum in orbe reperirentur Romano.

188 Ceterum Chriſtianorum perſecutio maxima fuit in Ægypto ſub ipſius Achemi oculis: nam ut ſcribit alius quidam Chronologus Arabicus, natione Cophtita, ſeculo circiter uno quam Elmacinus junior (quem Abraham Ecchellenſis Maronita Latinum fecit vulgavitque) *Zacharias ſuffectus eſt* apud Alexandrinos Patriarcha, *anno 728. Martyrum* (Æra hæc Diocletiani eſt, cujus Epocha conſtituitur in anno Chriſti 285. adeo ut hic ſignetur annus Chriſti 1013. *hunc vere crudeliter perſecutus eſt Albachemus* (idem hic eſt quem alii, omiſſa articula *Achim & Hakem* nominant) *ut ſeptennio latere coactus fuerit*, quamdiu ſcilicet vixit tyrannus. *Aliquando leonibus fame laborantibus projectus eſt, nullam tamen ipſi intulerunt noxam: eccleſia vere ſub eo clauſa ſunt multo tempore, nec quiſquam Miſſam celebrare audebat niſi in eccleſia S. Macarii: & plurimis ærumnis affecti ſunt Chriſtiani ab Albachemo: qui etiam appendi juſſit cruces collis Chriſtianorum, & vituli caput collis Judæorum.* Juvat autem hic pariter deſcribere ex eodem Chronologo *ſub quo & Zacharias Patr. Alex. multa paſſus an. 1013*
im-

A immediate ſequentem hiſtoriam, ſpecimen fervoris Chriſtiani, etiam tunc Alexandriæ ardentis, quæ talis eſt. *Tandem comprehendit Albachemus Scribas aulæ & nobiles Chriſtianorum, eiſque propoſuit aut fidem amplecti Moslemanicam aut neci ſe parare. Qui reſponderunt ei, Omnes ſequemur ſeniorem Abunagiahum: quoniam ipſe eſt noſter primas & major. Cui accerſito Moslemanicam propoſuit Albachemus religionem. Reſpondit ipſi ſenior Abunagiahus: Permittat mihi Calipha concedatque hanc noctem, ut animum meum conſulere poſſim: cras autem dabo reſponſum. Ille autem ad ſuam profectus domum, valedixit uxori ac liberis, & quas eleemoſynas ac ſacrificia poſt ejus obitum eſſent facturi commendavit, totamque noctem illam in orationibus perſolvendis tranſegit. Illuceſcente die ſeſe Albachemo ſiſtit. Cui ait ille: Quid tibi, ſenior Abunagiahe, dixit animus tuus? Domine mi, reſpondit, animus meus aptimus ac fortiſſimus eſt in mea fide, & religione patrum meorum. Tunc præcepit Albachemus ut lorris bubulis mille ictus acciperet abſque ulla intermiſſione. Cum itaque ſeptingentis ictibus percuſſus eſſet, dixit, Sitio. Tunc milites id ad Caliphum retulerunt, qui ait ipſis;*
B *Si Moslemanicam amplectatur fidem, date ei bibendum. Qui dixerunt ei: Moslemanicam amplectere fidem, & dabimus tibi bibendum. Qui reſpondit eis: Non. Jam Dominus meus Jeſus mihi bibendum dedit. Et viderunt milites barbam ejus & labia aqua madentia; ſtatimque tradidit ſpiritum. Quod cum relatum eſſet Caliphæ, dixit: Percutite illum donec compleantur mille ictus: & percuſſerunt eum trecentis ictibus poſt ejus mortem.*

LXXXV. THEOPHILUS.

LXXXVI. NICEPHORUS.

189 ORaſti proximus ſucceſſor in Catalogis ponitur THEOPHILUS, de quo ait Theodoricus quod *rexit feliciter ſanctam ſuam Eccleſiam, in grandi preſſura & paupertate: cujus tamen vita, virtutibus & miraculis plena, per totam Terram-ſanctam refulſit*. Poſt *Theophilum* NICEPHOROS, in Mſſ. catalogis perperam *Nichipolas* & *Achiophilus*: qui ſimiliter laudatur ut *vir præclarus, qui Eccleſiam rexit in magna ſanctitate, ac multos gentiles ad fidem perduxit*. Memorabilius & certius etiam eſt, quod in utroque Catalogo dicitur, quod
C *Hic reædificavit præſentem Dominici ſepulchri Eccleſiam, Achim Soldano favente*. Etenim Elmacino teſte, erat Soldanus *inconſtans in omnibus ſuis negotiis: præcipiebat rem aliquam, & diligentiſſime in eam incumbebat: mox autem ab ea recedens, pari diligentia deſtructioni ejus inſiſtebat*. Et ſimiliter agens circa Chriſtianos ac Judæos quos vexaverat, *mutata deinde ſententia dedit eis qui ad Islamiſmum defecerant, fidem renuntiare, & permiſit eis reſtaurare templa ſua*. Cum autem Rudolphus Glaber ſcribat, quod *eodem anno* 1009. deſtructa fuerit ſancti Sepulcri Eccleſia, & cœpta reædificari; recte dicetur *Theophilus*, qui Oreſti ſucceſſit, perquam brevem habuiſſe Epiſcopatum, paucorumque annorum; ſic ut ſub eo cœpta reſtauratio, a ſucceſſore *Nicephoro* potiſſimum promota perfectaque fuerit, unde huic etiam tota adſcribitur. Quomodo autem id factum ſit, deſcribit hiſce verbis Glaber. *Eodem anno divina propitiante clementia cœpit mater ipſius Principis, videlicet Ammirati Babylonis, mulier Chriſtianiſſima, nomine Maria, reædificare Chriſti templum, juſſu ejus filii everſum, politis & quadris lapidibus: nam & vir ipſius, quaſi alter Nicodemus, pater hujus ſcilicet de quo præſens ſermo eſt habitus, occulte Chriſtianus dicitur fuiſſe. Tunc quoque de univerſo terrarum orbe incredibilis hominum multitudo exultanter Hieroſolymam pergentes, domui Dei reſtaurandæ plurima detulerunt munera.*

LXXXVII. ARSENIUS.

D AUCT. D. P.

LXXXVIII. JORDANUS.

190 DEſunt hi duo Latinis Catalogis, æque ac Theodorico, non ideo tamen minus nobis conſtat de eorum ætate: ſiquidem, proxime poſt reſtauratam Hieroſolymitanam Eccleſiam, ſediſſe in ea debuit *Reverendiſſimus Arſenius Hieroſolymorum Patriarcha* ante annum 1016. Tali anno etenim *ſub ſeptimo Kalendarum Auguſti, Indictione* 14. Mutinæ obiit S. Symeon Armenus, poſt eremiticæ vitæ ſub S. Baſilii Regula exercitationem in Palæſtina, paulo ante tranſgreſſus in Europam, cum ipſius Arſenii Formatis, ut vocabant, hujuſmodi tenoris, *In nomine D. N. Jeſu Chriſti Nazareni, atque ſanctiſſimi ejus Sepulchri, a me indigno famulo ſuo cuſtoditi. Ego Arſenius, non meis meritis Patriarcha Hieroſolymitanus, firmo ſigno ſancti Sepulcri, omni Eccleſiæ Catholicæ ſalutem & pacem: precor autem ad quorum partes Symeon iſte, monachus &*
E *ſanctiſſimus Chriſtianus atque Eremita iverit, ut ei benefaciat, quia bonus atque electus eſt. (Ad Sepulcrum enim Domini ivit, inde venit ad Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, poſt hinc ad limina B. Jacobi Galliciam perrexit, atque ſic more Apoſtolorum Deo ac Domino noſtro Jeſu Chriſto ſervientium circuit totum orbem, & non habuit comitem niſi Jeſum Chriſtum. Ut magis ſtupeas panem non manducavit, nec carnem, nec adipem, neque caſeum, nec ova.) Quicumque ergo Imperator ſive Rex vel Regina, ſive Epiſcopus ſive Abbas, ſeu Comes ſeu Marchio, vel quicumque Chriſtianus, amore Chriſti ſibi benefecerit vel eum defenderit & viam ei oſtenderit, quia non ſcit linguam, ſit benedictus a Patre, Filio, ſanctoque Spiritu. Conſervet eum Dominus in omni opere bono, benedicat, & ſanctificet Pater; in die judicii ad dexteram Chriſtus collocet cum electis, quatenus poſſit audire, Venite Benedicti Patris mei &c. confirmet Spiritus, & verbum Dei corde perceptum atque incommutabiliter teneat, ut ab iniquiſſimo diabolo non poſſit avelli. Qui vero ſibi malefecerit, vel eum injuriaverit, cum damnatis pereat in æternum.*

191 Has litteras credo Symeonem Græco ſermone ſcriptas habuiſſe apud ſe, cum moreretur; quas qui deinde Latine reddidit, videtur de ſuo adjeciſſe peregrinationis ab eo ſuſceptæ ordinem ac modum, quem propterea ſecrevimus a contextu reliquo per hæc ſigna().
F Cum autem ille jam clareſceret miraculis, ac dignus videretur cujus canonizationem Mutinenſis Epiſcopus Varinus & Boniſacius Marchio apud Boniſacium VIII. poſtularent; unus ex iis, qui cauſam Romæ egerant peregerantque, Vitam conſcribens, *Parentes*, inquit, *Sancti non novimus, ſed ſicut reverendiſſimus Arſenius, Hieroſolymorum Patriarcha, ſibi notus & familiariſſimus nobis per epiſtolam retulit, Magiſtri militum filius fuit*. Et caput primum finiens, *Huc uſque*, ait, *de beati viri Symeonis digna converſatione, qualiter imprimis hujus ſeculi pompas deſeruit, vel qualiter monaſterium petiit; referente nobis per epiſtolam venerabili viro Arſenio Hieroſolymitano Patriarcha compendioſe digeſſimus*. Vixit ergo poſt Symeonis mortem, fortaſſis & poſt canonizationem *Arſenius*: ſed cujus *venerabilis Vita* laudatur, hunc ſuſpicari poſſis ex ſunctum fuiſſe, cum auctor ſcriberet.

192 Porro ſicut *Arſenium* hunc ex S. Symeonis vita eruimus, ſic ex Glabri Radulphi coævi hiſtoria lib. 4. c. 6. habetur indubitata notitia JORDANI. Verba ejus ſunt: *Anno incarnati Verbi* 1033. *ex univerſo orbe tam innumerabilis multitudo cœpit confluere ad ſepulcrum Salvatoris Hieroſolymis, quantam nullus hominum prius ſperare poterat. Primitus enim ordo inferioris plebis; deinde*

vero

A *vero mediocres; poſt hæc permaximi quique Reges, Comites ac Præſules; ad ultimum vero, quod nunquam contigerat, mulieres multæ nobiles cum pauperioribus illuc perrexerunt . . . . Eodem tempore Odolricus Aurelianorum Præſul illuc pergens, quid viderit nobiſque narraverit non prætermittendum videtur miraculum. Die igitur magni illius Sabbati, quo ignis mirabili Dei potentia veniens ab univerſo populo præſtolatur, ibi cum cæteris idem Præſul adſtabat. Jamque die ipſa in veſperum tranſeunte, repente penes horam qua ſperabatur ignis adfuturus, unus Saracenorum, ſcurra impudentiſſimus, ex plurima illorum multitudine, quæ annuatim una cum Chriſtianis ſemper adeſſe ſolet, exclamavit, ut Chriſtianis mos eſt cum primum videtur, Agios Kyrie eleiſon, & cavillanter cachinnum emiſit, extenſaque manu arripuit cereum de manu cujuſdam Chriſtiani, aufugere tentans. Qui illico arreptus a dæmonio, turpiter nimium vexari cœpit: quem proſequens Chriſtianus cereum abſtulit: ille vero tortus*

Sacro ignis cultui impetratur.

B *acerrime, protinus inter Saracenorum manus expiravit. Quod factum omnibus in commune terrorem immiſit, Chriſticolis tamen gaudium, & exultationem præbuit. Statim vero, ut aſſolet, Dei virtute erumpens ignis ex una lampaderum, quæ ſeptem ibidem pendere cernuntur, curſim eructuando cæteras inflammavit. Quam etiam cum ſuo oleo præfatus Epiſcopus emens auri libra a Jordane, qui tunc præerat Patriarcha, ſecum detulit, atque in ſede propria reponens plurima infirmis contulit beneficia.*

Ad hujus *Jordani*, vel ſequentis *Sophronii* tempora pertinet, quod Hieroſolymitis, in favorem Patriarchæ, præſtitum ab Imperatore Conſtantinopolitano, Conſtantino Monomacho, narrat Guilielmus Tyrius, lib. 9. de Bello ſacro cap. 17. & 18. regnavit enim Conſtantinus iſte ab anno 42. uſque ad 54. ſeculi 11. in quo verſamur. Tyrii autem narratio hujuſmodi eſt. *Certum eſt Hieroſolymorum Patriarcham, quartam civitatis partem, tamquam propriam a multis retro temporibus poſſediſſe: quod qualiter acciderit, & unde initium poſſidendi habuerit & cauſam, breviter aperiendum eſt: nam nos ſtudioſius hæc inveſtigantes, frequenti inquiſitione tandem ad hujus rei pervenimus indaginem. Habent veterum traditiones, dum civitas illa ab infidelibus detineretur, numquam pacem continuam, vel ad tempus modicum, habuiſ-*

Sub eodem vel ejus ſucceſſore,

C *ſe; ſed frequentibus bellis & crebris obſidionibus, finitimis Principibus eam ſibi vindicare volentibus, perpetuo fuiſſe fatigatam; unde ejus & turres & mœnia, tum vetuſtate, tum obſidentium opera, in ruinam collapſa, hoſtium inſidiis locum late patere cogebant. Cum igitur ea tempeſtate Ægyptiorum regnum, viribus & divitiis, ſed & prudentia ſeculari, cæteris quæ vel in Oriente vel in Auſtro erant regnis eſſet præſtantius; volens Ægyptius Calipha Imperii ſui fines porrigere, & ſuam longe lateque propagare ditionem, miſſis exercitibus, univerſam Syriam uſque Laodiciam, quæ Antiochiæ contermina Cœle-Syriæ limes eſt, violenter occupavit: deſignatiſque Præſidibus, qui urbibus tam maritimis quam mediterraneis præeſſent, vectigalia conſtituit, & univerſam regionem fecit tributariam: præcipiens ſingulorum civibus locorum, civitatis ſuæ muros reædificare, & turres validas per circuitum erigere. Hac communi lege, Procurator, qui Hieroſolymis præerat, ejuſdem loci compulit habitatores legibus parere communibus, & mœnia cum turribus in ſtatum reformare priorem.*

ut Calipha juſſu civitatum muros ac turres inſtaurari,

Quibus cum partes futuri deſignarentur operis, contigit, ex malitia magis quam ex æqua comparatione, quod quarta pars ſtructuræ illius, miſeris Chriſtianis, qui in urbe degebant, deſignaretur. Erant autem prædicti fideles, tot angariis & perangariis, tributis, vectigalibus, & aliorum ſordidorum munerum præſtatione attenuati adeo, quod omnium opes vix ſufficerent, ut una vel duæ de prædictis turribus reſarcirentur. Videntes ergo quod occaſiones quærerent adverſus eos, non habentes aliud refugium, ad

& Hieroſolymitanis Chriſtianis quarta pars operis fuiſſet injuncta;

Præſidem accedunt, cum lacrymis ſupplicant, orantes, ut juxta eorum poſſibilitatem onus eis imponatur; nam quod injunctum eis fuerat, omnino inſufficientes erant portare. Qui cum a ſua præſentia eos excludi præcepiſſet, ſub gravi interminatione dixit: Edicta ſummi Principis ſacrilegium eſt violare; aut ergo opus injunctum conſummabitis, aut ultoribus gladiis, tamquam læſæ Majeſtatis rei, vos oportet occumbere. Tandem multiplicatis interceſſoribus, & munerum interventu, apud Præſidem ferias obtinent, quouſque miſſis legationibus, ad Dominum Conſtantinopolitanum Imperatorem, ejus ad peragendum opus prædictum, implorent eleemoſynam. Deſtinati ergo nuntii ad prædictum Principem accedentes, gemitus & lachrymas fidelis populi, non ſine ſuſpiriis audientium, quantum poſſunt exprimunt diligentius; pandentes ex ordine, ſputa, colaphos, vincula, carceres, bonorum direptiones, cruces, ſupplicia, quæ miſer ille populus pro Chriſti nomine inceſſanter pateretur, & nunc quas de novo adverſus eamdem plebeculam, ad perdendum eos, quærerent occaſiones. D

AUCT. D. P. *pecuniam ſuſfert Imp. CP.*

Porro tunc agebat in ſceptris, vir prudens & magnificus Dominus Conſtantinus, qui cognominatus eſt Monomachus, Conſtantinopolitanum Imperium ſtrenue & viriliter adminiſtrans. Is lacrymoſis Chriſti fidelium petitionibus gratuitum impendens aſſenſum, pecuniam promittit, unde opus injunctum poſſit abſolvi, eorum moleſtiis & continuis afflictionibus plena caritate compatiens. Adjicit tamen conditionem, quod ea lege prædictam ſit eis pecuniam largiturus, ſi apud regionis Dominum id obtinere poſſint, ut infra prædictum muri ambitum, quem de Imperialibus eleemoſynis erigere propoſuiſſent, nulli niſi Chriſtiano habitare liceret. Scribit igitur ad Cyprios, ut ſi Hieroſolymitæ fideles id poſſent impetrare, de vectigalibus & fiſci debitis, tantam eis ſummam miniſtrarent, quæ prædicto operi ſufficere poſſit. Illi vero ad propria reverſi, Domino Patriarchæ & plebi Dei, quomodo egerint, pandunt ſeriatim. Qui gaudenter verbum amplexi ſunt, & ad implendam legem paſtorum, quam Dominus adjecerat Imperator, omni ſtudio fideliter elaborant. Miſſis igitur nuntiis ad magnum & ſupremum eorum Principem, Ægyptium videlicet Caliphan, proſequente eos divino favore, apud eumdem prædictam impetrant poſtulationem; & munimentum, ejus ſubſcriptione & ſigillo corroboratum, inſuper obtinent. Tandem feliciter conſummato negotio, ad propria reverſi, deſignatam muri partem auctore Domino compleverunt, anno ab incarnatione Domini M. LXIII. regnante apud Ægyptios, & id fieri permittente, Bomenſor Elmoſtenſab, anno triceſimo ſexto ante urbis liberationem. Habitaverunt ſane, uſque in illum diem, promiſcue cum fidelibus Sarraceni: ſed ab ea hora, audita juſſione Principali, ad alias civitatis partes de neceſſitate ſe contulerunt, quarta prædicta fidelibus ſine contradictione relicta. In quo ſervi Chriſti conditionem ſuam videntur feciſſe longe meliorem: nam de cohabitatione virorum Belial multa ſæpius oriebantur ſcandala, & multiplices eis accedebant moleſtiæ: tandem ſeorſum habitantes, ſine admixtione zizaniorum, degebant quietius: ſi quas habebant quæſtiones, ad cognitionem referebant Eccleſiæ, &, mediante Domini Patriarcha qui pro tempore erat arbitrio, controverſias inter ſe decidebant. Sic ergo ab ea die, & ea ratione qua prædiximus, prædicta pars civitatis quarta, alium non habuit Judicem vel Dominum, niſi Patriarcham; & eam quaſi propriam Eccleſia ſibi perpetuo vindicavit. Diſtinguitur autem quarta prædicta hoc modo. A porta Occidentali, quæ dicitur David, per turrim angularem, quæ cognominatur Tancredi, uſque ad portam Septemtrionalem, quæ dicitur Protomartyris Stephani, eſt ambitus muri exterioris: interius vero, limes eſt via publica, quæ ab ea porta uſque ad menſas nummulariorum directe protenditur, & inde iterum ad portam Occidentalem. Continet autem intra ſe venerabilem locum Dominica

Conſtantinus Monomachus,

E

ea conditione, ut pars ſic refecta ipſis ſolis relinqueretur,

F

Sic annuenti Calipha, perfectum eſt opus anno 1063.

& quarta pars urbis manſit Chriſtianis ſub Patriarchæ ſui juriſdictione.

ea

Digitized by Google

AUCT. D. P. *ea Paſſionis & Reſurrectionis, ac Domum Hoſpitalis; utrumque monaſterium, Virorum videlicet & Sanctimonialium, quorum utrumque cognominatur de Latina; Domum etiam Patriarchalem, & Canonicorum Dominici ſepulchri clauſtrum, cum ſuis pertinentiis.*

LXXXIX. SOPHRONIUS.

XC. EUTHYMIUS.

Sub Sophronio an. 1076. Jeruſalem capitur a Turcis.

193 SOPHRONIUS, inquit Theodoricus, *rexit Eccleſiam Hieroſolymitanam in omni perfectione ſanctitatis. Sub ipſo efferbuit graviſſima perſecutio Chriſtianorum in Hieruſalem & Terra ſancta.* Sed ea res non ceſſit impune Saracenis: ſiquidem (ut Catalogi Latini expreſſe hic ſcribunt) *hujus* Patriarchæ *tempore, Turci expugnantes Jeruſalem Saracenos occiderunt, Chriſtiani remanſerunt.* Elmacinus, huic cladi teſtis coævus, ad annum Hegyræ Saracenicæ 469. qui Chriſtiano 1076. reſpondet, ſcribit quod Iſarus, Emiſſa Damaſcoque & ſubjectis regionibus potitus, in Ægyptum ipſam magno auſu moverit; *ſed populus Alcahiræ, cum militaribus copiis junctus, contra Iſarum prodiit, eumque ſuperatum in fugam vertit, etiamſi multa ſecum agmina duceret. Graſſatus tamen fuit in itinere Ramula, & quemcumque ſuperare potuit, occidit. Tum Hieroſolymas conceſſit, ubi tria hominum millia peremit, & ex improviſo Judicem & Notarios, cum coram eo veniſſent, interfici juſſit, indeque Damaſcum profectus rediit.* Pari ergo quo prior *Sophronius* fortuna, etiam hic ſecundus vidit mutatum Urbis ſanctæ ſtatum, neque diu videtur ſuperfuiſſe: ſiquidem poſt eum adhuc duo ſederunt, priuſquam Latini Principes ſacra arma intulerunt in Syriam, ſeculo hoc 11. exeunte, ductu Godefridi Bullionii. Succeſſit autem *Sophronio* mortuo primus juxta Catalogos EUTHYMIUS; de quo merito & veriſſime dixerit Theodoricus, quod *in grandi tribulatione rexit Eccleſiam ſuam.* Atque hic & Theodoricum & Catalogos tantiſper quiſſus facimus pro ſequenti *Simone*, Græcorum ante Latinos ultimo, & octo primis Latinorum, eorumdem Patriarchis, liquidiorem veritatem ex ipſis hauſturi fontibus, bellorum ſcilicet ſacrorum ſcriptoribus ſimul & actoribus: qui tamen quia unicuique ad manum ſunt, ſolam fere chronologiam proponentes ob oculos, abſtinebimus a prolixiore rerum a ſingulis geſtarum conquiſitione.

XCI. SIMON.

Simone Græcorum ultimo abſceſſo an. 1097.

194 CErtabant inter ſe Saraceni ac Turci de imperio Orientis, interim dum Occidens conſilia, pecunias, arma, viros conferebat certatim ad natalem Chriſti terram a turpiſſimarum gentium ſervitute liberandam. Sed tantorum apparatuum fama diſſiculter potuit conſolari eos, quibus propter id ipſum majores indies fiebant anguſtiæ, omnia ſuſpectantibus barbaris: maxime cum jam non fama audiri tantum, ſed ipſa Principum Chriſtianorum virtus ac fortitudo videri coram & ſentiri cœpit; debellataque Nicæa & Antiochia, Hieroſolymis immineret; uti ea fuſe deſcribuntur ab illius belli hiſtoricis coævis & plurium rerum teſtibus oculatis. Quibus recentiſſime addendus venit, ex bibliotheca Caſinenſi a diligentiſſimo Joanne Mabilione erutus, & Tomo 1. Muſæi Italici p. 2. pag. 131. ac ſeqq. inſertus, Anonymus Auctor hiſtoriæ, *de via Hieroſolymis, qualiter recuperata ſit; qualiterque etiam Antiochia & eadem Jeruſalem ab invaſione Gentilium per fideles Chriſti liberata fuerint.* Hæc ſane Hiſtoria, ſi prius in lucem protracta fuiſſet, merebatur inter *Geſta Dei per Francos* primum obtinere locum; potius quam, quod eorum nunc initium facit, ipſius Compendium. Dum autem iſta ibi inciperent per Crucesignatos in Syria geri, anno ſcilicet 1098. Patriarcha Hieroſolymis erat *Simon*: ſed, uti mox videbitur, abſens in Cypro. Abſente ergo illo contigit miraculum, quod præcitata Hiſtoria refert, poſt narratam Babylonii Soldani profectionem in Urbem Sanctam, cauſa illius contra adventantes Chriſtianos muniendæ: Adduxerat is eo ſecum captivos aliquot ex Francis Chriſtianos Epiſcopos, interque eos *Guilielmum* quemdam *Eremitam*, virum ſanctiſſimum, qui paulo ante juſſus Evangelio fidem præſtare, montem fecerat in altum tolli & procedere ad locum deſignatum. *Cum ergo Solemnitatis Paſchalis dies appropinquaſſet; Rex, prædictos captivos advocans, ait illis: Non poſſum credere, quod Sabbato vigiliarum Paſcha ignis ille, ut fertur, apud Sepulcrum Dominicum per ſemet ipſum in lampadibus accendatur. Ad hæc Guilielmus Eremita, ſocii ejus, aliique Chriſtiani indigenæ, verum eſſe illud firmiter aſſeverabant. At Rex: Si verum eſt, inquit, quod dicitis; volo ut rei ipſius probatione, me adſtante atque cernente, verum eſſe monſtretur: ita tamen ut lampades a me ipſo præparatæ ignem illum recipiant, ſin autem, a me nunquam alio modo verum eſſe credetur. Cumque Guilielmus ac ſocii ceterique fideles, rem ipſam, per virtutem Chriſti, ſe penitus opere probaturos pollicerentur; Rex appropinquante ſolemni die Paſcha, lychnos tenues, de ferri arte fabrefactos, lampadibus, quas ipſe ante ſe aptari oleoque repleri fecerat, mitti juſſit. Ceterum Chriſtiani, cognoſcentes quod lychnos ferreos in lampadibus Rex poni juſſerit, in infidelitatem quamdam modice demerguntur. At Guilielmus Eremita, vir fide plenus Deoque devotus, intuens eos in fide paululum haſitare, in ipſius firmitate fidei illorum animum verbis exhortatoriis conſolidavit. Cumque omnes plus ſolito Dominum precarentur, ut ſolitus ignis, in lampadibus præparatis, ad gloriam nominis ſui accenderetur; repente hora nona cœlitus ignis adveniens, per omnes lampades in lychnis ferreis accenſus eſt, atque ita in eis clariſſime ardere cœpit, ac ſi papyri depilati fuiſſent. Tanto itaque miraculo divinitus oſtenſo, & Rex ingenti ſtupore atque admiratione excipitur, & omnis plebs Chriſtiana ut vidit dedit laudem Deo.* Aberat, interim, ut dixi, *Simon* ultimo in Catalogis nominatus, ut Albertus Aquenſis lib. 6. §. 39. ſcribit, *Vir ſanctiſſimus, audito adventu Chriſtianorum & ſedio circa mœnia Antiochiæ, profectus eſt ad inſulam Cyprum, propter minas Turcorum & importunitatem Saracenorum. Fuit quippe vir grandævus & fidelis Chriſti ſervus: qui a prædicta inſula plurima caritatis dona Duci Godefrido ceteriſque Principibus miſit, initio obſidionis Jeruſalem ... ſperans ſub eiſdem adhuc pacifice & ſecure ad Sepulcrum Domini noſtri Jeſu Chriſti præeſſe ac deſervire. Sed illo, tempore obſidionis, in prædicta inſula ex hac luce ſubtracto, Eccleſia ſuo Paſtore viduata remanſit. Quapropter conſilio inter Chriſtianorum Principes habito, & ſæpius diſcuſſo quis tanto viro ſuccederet, non eſt repertus aliquis tanto honore & tam divino regimine dignus: ideoque dilatio facta eſt. Tantum Arnolfum de Robes, Cancellarium ſanctæ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, Procuratorem ſanctarum Reliquiarum & Cuſtodem eleemoſynarum conſtituerunt.* Ceterum *Simon* præfatus, quantumvis Latinorum captaret gratiam, juvari ab iis & reſtitui ſperans; quantamcumque etiam motum honeſtatem ac vitæ ſanctitatem præferret; erat tamen, ſaltem initio Patriarchatus, ab eorum ritibus tam alienus, ut hos quoque erroris ſuperſtitioniſque damnarat. Compoſuit enim (teſte Allatio in Diatriba de Simeonum ſcriptis) opuſculum *de Azymis adverſus Latinos*, ſic exordiens: Ἀκηκόαμεν, ὦ φιλοχριστότατοι Λατῖνοι, τὸ συνακτικὸν γραμματεῖον ὃ ἀζύμων θυσίας ὑμῶν, ὃ παρ' ἡμῶν αὐτῶν διακομισθὲν ὅμως, ξ ὁ ἐπισταλεὶ διά τι αὐτὰ

Curam Soldani Babylonis.

Qui lampadibus lychnos ferreos imponi jubet.

Ignis cœlo demiſſus accenditur.

Urbs a Chriſtianis recepta.

Hic autem a Latinis alienus.

Τοῖ-

A Ῥώμης γραφεῖσαν, ὡς ἐδήλου παρά τινος Πάπα Σιλβέστρου, πρός τινα Κληρικὸν Λατῖνον ἐν Κωνσταντινουπόλει διάγοντα· ἐξ ἧς ἐγνώκαμεν ἐξ αὐτῆς, μηδὲν καίριον, μηδὲ ἀληθὲς μηδὲ πάγιον κεκτῆσθαι ὑμᾶς, εἰς σύστασιν τῆς παρ' ὑμῶν προσφερομένης ἀζύμου λατρείας Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. *Legimus, o Chriſti amantiſſimi Latini, ſcriptum confirmatorium veſtri abſque fermento Sacrificii, quod a vobis ipſis allatum nobis eſt; ſicut Epiſtola, cauſa cujuſdam negotii ſcripta Romæ, ut præſeferebat, a quodam Silveſtro Papa, ad quamdam Latinum Clericum Conſtantinopoli commorantem: cognovimus autem ex illo, nihil congruum, nihil verum, nihil ſolidum habere ordinationem cultus ejus, quem ſine fermento defertis Chriſto Deo noſtro.* Silveſter ille, cujus allegatur epiſtola, non alius fuiſſe potuit, quam hujus nominis Secundus, ſeculo 10. exeunte creatus Pontifex. Sub hoc autem tempus maxime incaluerat diſputatio ac deinceps viguit, ſic ut Græci Latinos *Azimitas* per contemptum vocarent, ut ait Leo IX. annis 40. poſt. Cum autem Patriarchæ & Epiſcopi Græcorum D medio ævo fermè acciperentur ex Monachis, & hi ut plurimum ejuſdem eſſent cum ſuis Prælatis ſententiæ, atque alienationem ſuam a Latinis multo manifeſtius & liberius profiterentur; videant Religioſi quidam Ordines, inde in Europam traducti, utrum tantopere laborandum ſibi ſit, ut ab antiquis in Syris & Palæſtinæ Monachis ſe proceſſiſſe perſuadeant; & an non honeſtius aſſeverarent; Primos ibi Latinos, vel Eremitas vel Clericos regulares, nihil cum Syro-Græcis commune habuiſſe; omneſque coaluiſſe ex Europæis, qui vel nulli antea vel aliis Religioſis inſtitutis obſtricti, religioſam vitam iſtic ducere elegerunt: ita dicturi aliquid de origine ſua, quod veroſimilitudinis plus, contradictionis multo minus haberet. De iſta autem Græcorum & Syrorum a Latinis alienatione tamquam ab excommunicatis hæreticis, vide quæ diximus in Vita S. Angeli, in Reſolutione Hiſtorica ad Præfationem n.7.

Scripſerat contra nos librum de Azymis,

D. P. AUCT.

B

PATRIARCHÆ LATINI. E

I DAYBERTUS.

195 VAriant de *Arnulfi* principiis, uti affectus, ſic & judicia ſcriptorum, quæ nolumus examinare. Hoc certum eſt, vitio natalium & itineris non ſatis pudice facti nota diffamatum, etſi ab aliis protruderetur ut Patriarcha legitime electus, a pleriſque tamen toleratum dumtaxat, tamquam Vice-patriarcham, donec Romanus Pontifex Eccleſiæ illi provideret; poſtmodum autem ita ſe geſſit, ſuſcitandis inter Reges Patriarchaſque diſcordiis, ut omnium linguis calamiſque perſtringi meruerit. Chronicon Melleſcenſe tomo 2. Bibliothecæ Labbeanæ, non ultra annum 1034. perveniens, narrata Urbis Sanctæ expugnatione, hæc ſubdit. *Octava poſtquam civitas capta eſt die*, id eſt 22. Julii, *celebraverunt feſtivitatem ereptionis per omnem civitatem Jeruſalem, & elegerunt Principem Godefridum, qui expugnaret Paganos & cuſtodiret Chriſtianos. Similiter* C *in loco Patriarchæ elegerunt Arnulfum, in feſtivitate S. Petri ad vincula* 1. Auguſti. Abſit igitur ut primum inter Patriarchas Latinos locum demus ei, qui utinam neque tertium tenuiſſet! Primus nobis erit *Daybertus*, aliis *Daimbertus*, aut etiam *Dagobertus*, Piſanus Epiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus: qui ut eligeretur, auctorem fuiſſe ipſum Arnulphum, ſcribit Guibertus, Abbas monaſterii S. Mariæ Novigenti, hiſtoriæ ſuæ Hieroſolymitanæ lib.7. §. 13. Sub hoc, ut idem Chronicon aſſerit, *ignis qui venit in Jeruſalem in Sabbato Paſchæ extinxit; & poſt paululum, miſerante Domino, veniens iterum lætificavit Chriſtianos, quos extinctione triſtaverat.* Celebratum fuit Paſcha iſtud 1. Aprilis, anno autem ſequenti 21. die menſis ejuſdem, quando *ignis qui venit in Sabbato ſancto non venit uſque in ipſo die Paſchæ: & tunc tribus vicibus venit.* Ab eodem *Dayberto* Hieroſolymitani Regni inveſtituram ſuſcipiens, qui coronari tamen auro nunquam ſe paſſus eſt ea in urbe, ubi Dominus ſpinis fuerat coronatus, Rex Godafridus conſtituit novo Patriarchæ dotem, eidem a ſua morte conſignandam; cujus cauſa Daybertus adverſarium nactus Baldoinum, Godefridi fratrem & ſucceſſorem, compulſus in montem Sion ſe privatim recipere. Idem, conciliata utcumque pace, honoratus fuit illuſtri illo accepti divinitus luminis miraculo, quod ſacra Paſchali die propemodum deſperatum, tandemque multis lacrymis ac precibus fuſis in ſacri Sepulcri eccleſia obtentum, prolixe deſcribit qui adfuit, Fulcherius Carnotenſis.

Primus conſecratur Daybertus,

196 Recrudeſcentibus poſtea inter Regem & Patriarcham ſimultatibus, tandemque in apertas inimicitias & mutuas accuſationes erumpentibus, Antiochiam ad Boamundum profugit Daybertus anno 1103. *Rex autem, prædicti Arnulfi ſedulus malitia, appoſuit ut pejus faceret. Quemdam enim ſimplicem & religioſum circumveniens Sacerdotem, Ebremarum nomine, in Sedem intruſit Epiſcopalem; cunctis quidem honeſtæ converſationis merito acceptum, sed qui in hoc craſſam nimis & ſupinam inventus eſt habuiſſe ignorantiam, quod vivente Domino Patriarcha licere ſibi credebat ſedem ejus uſurpare.* Ita Willelmus Tyrius, lib. 10. §. 26. Navigat interim Romam *Daybertus*, & Pontificia ſententia reſtituendus revertitur anno 1105. Quo audito *Ebremarus* quoque Romam properat: ubi aliud impetrare non potuit, quam ut ſecum mitteretur Gobelinus Arelatenſis Archiepiſcopus, tamquam Legatus Apoſtolicus, de tota cauſſa cogniturus. Qui quidem Legatus, miræ *Ebremari* ſimplicitati indulgens, Cæſarienſem Eccleſiam ei habendam conceſſit: Patriarchatu autem illum voluit omnino cedere, licet Daybertus in itinere mortuus F Meſſanæ nuntiaretur.

1103; poſtea anno 1105. intruditur Ebremarus

& hoc depoſito anno 1105.

II. GOBELINUS.

III. ARNULFUS.

197 P*Oſtmodum vero, cum de ſubſtituendo Hieroſolymitana Eccleſia Patriarcha Clerus ac populus diſceptaret, in Dominum Gobelinum unanimiter conveniunt. Hoc etiam malitioſe prædictus Arnulfus dicitur conſtruxiſſe, ut homo ſenex & decrepitus in illa Sede diu vivere non poſſet*, quemadmodum ſcribit idem Willelmus Tyrius lib. 11. §. 4. Moritur ergo anno 1111. *Gobelinus* aliis *Gibelinus*, eique *Arnulfus* ipſe ſubſtituitur. Hic una quidem parte religioſi zeli laudem captans, *Ordinem, quem primi Principes ſtudioſe & cum multa deliberatione conſtituerant in Eccleſia Hieroſolymitana, Regulares Canonicos* loco ſecularium *introducendo, commutavit*: ex altera parte hypocriſim ſuam manifeſtam fecit, *nepti ſuæ*, nupturæ Euſtachio Grener, Sidonis ac Cæſareæ Domino *tribuens eccleſiaſtici patrimonii optimas portiones, Hiericho cum omnibus pertinentiis ſuis, cujus reditus quinque millium dicitur aureorum: Regem etiam adhuc impellens, ut vivente uxore ſua aliam duceret.* Ita malis artibus

ſuccedit Gobelinus;

tum Arnol. fui an. 1111

A quæſitum Patriarchatum, pejoribus ſtabilivit. Licet enim ab Arauſicenſi Epiſcopo, cum poteſtate Legati a latere ad vitam ejus examinandam miſſo, judicialiter depoſitus fuerit anno 1115. tamen, *in ſuis ſolitis præſtigiis fiduciam habens, ad Romanam perrexit Eccleſiam: ubi Domini Papæ religionem blandis circumveniens verbis, remeanſque ad propria, Sedem obtinuit Hieroſolymitanam, eadem vivendi licentia, qua prius meruerat depoſitionem*, inquit Tyrius lib. 11. §. 26. Obtinuit autem eam uſque ad obitum Balduini 1. cujus mortem anno 1118. obitam ſua ægritudine ſubſecutus, *ſpatio trium hebdomadarum male habens*, & quamvis æger, ipſa Reſurrectionis die Balduinum II. conſecravit in Regem, paucoſque poſt dies expiravit, ut plenius exponit Albertus Aquenſis lib. 12. cap. 29. & 30. Ex dictis apparet, regnante *Balduino I.* nullum inter Patriarchas Latinos locum eſſe *Henrico*, de quo litteræ Capituli Antuerpienſis, ſignatæ anno 1416. & a nobis prolatæ 2. Januarii; ubi de Præputio Domini, num. 24. ſic loquuntur; *Tradiderunt nobis ſeniores noſtri, quod olim regnante in Ter-*

B *ra ſancta felicis recordationis illuſtriſſimo Chriſtianiſſimoque Principe, fundatore noſtro, Godefrido de Buillon, Hieroſolymitanorum Rege, erat cum illo generoſus quidam vir, Antuerpienſis oppidanus, Henricus Noeſe, Presbyter & ejuſdem Domini Godefridi Capellanus; qui deinde eorumdem Hieroſolymitanorum factus Epiſcopus, videns ſuccedente Balduino, præfati Regis Godefridi fratre, ſævitiam infidelium reinvalere Paganorum; natalis patriæ nimirum affectus amore, conquiſitum ante & ſufficienti documento probatum Domini noſtri Præputium, per manus cujuſdam noſtratis Capellani ſui & noſtri, Arnoldi Heerbrant, priuſquam morte corporali illic præveniretur, ut rem tam ſacram indignis fidelibus ſubtraheret, ad noſtram præfatam eccleſiam Antverpienſem, memoriale ſui perenne, fideliter tranſmiſit.* Facile fuit decurſu ſeculorum trium, in hac per traditionem accepta relatione, variare quidpiam ſalva rei ſubſtantia, quam perpetua ſeculorum omnino quinque poſſeſſio, variis documentis teſtata, indubitabilem facit. Omnia autem conſideranti mihi, veroſimillimum fit, quod *Daybertus* Patriarcha, cum decretum haberet ob infenſi ſibi Regis Balduini faciem Antiochiam declinare, Vicarium pro ſe re-

C liquerit *Henricum* iſtum, unum fortaſſis ex Suffraganeis Epiſcopis ſuis: & ſic traditio Antuerpienſium *Epiſcopum* dixerit, qui ſolum erat *Epiſcopi* Hieroſolymitani Locum-tenens: cui etiam additum cognomen *Noeſa* poſterioris forſitan inſtitutionis fuerit, quia ſeculo 15. ſic appellabantur, qui *Henricum* iſtum inter propatruos ſuos numerabant.

Auct. D. P. quamvis indignus, — *In hic ſuis locus Henrico;* — *qui forſan Præpoſitus Antverpienſis fuit;* — *& veroſimilior forſan fuit ob ſenile Dayberti Vicarius.*

IV. GORMUNDUS.

V. STEPHANUS.

198 MOrtuo *Balduino & Arnolpho Patriarcha*, ſic ut idem Albertus proſequitur, *Gormundus, vir bonæ converſationis, ab omni Clero & populo in Patriarcham eligitur: & conſecratus a ſanctis Pontificibus, Cathedram Epiſcopalem Jeruſalem meruit obtinere.* Tyrius quoque lib. 12. cap. 6. *Mortuo Arnulfo Hieroſolymorum Patriarcha, viro inquietiſſimo & officii ſui ſanctimoniam negligente, ſubſtitutus eſt vir ſimplex ac timens Deum, natione Francus de Epiſcopatu Ambianenſi, de oppido Pinqueniaca: cujus diebus & meritis etiam, ut creditur, multa magnifice ad Regni conſolationem operari dignatus eſt Dominus:* inter quæ merito cenſeri debet Ordinis Templariorum inſtitutio, ab ipſo facta & a Tyrio deſcripta ejuſdem libri cap. 7. *Guarimundum* vocant aliqui: ipſe ſe *Gormundum* propria manu ſubſcribit pactioni inter Venetos & Principes Hieroſolymorum, initæ anno

dele an. 1118. Gormundus;

1123. quæ apud Tyrium in fine libri 12. extat. Mortuus D eſt autem quinto poſt anno, ſcilicet 1128. ex morbo, contracto in obſidione cujuſdam caſtri, quod prædones quidam, Eccleſiæ ereptum, violenter tenebant, *cum Hieroſolymitana quaſi per annos decem præfuiſſet Eccleſia*, inquit Tyrius. Ad ipſius ergo Patriarchatum attinet, quod (ut eſt in Chronico Malleacenſi) *anno 1120. in Jeruſalem venit ignis ſicut in Paſcha, in die Aſſumptionis S. Mariæ*.

199 Odoricus Vitalis, lib. 12. Hiſt. eccleſ. ſub finem, ejus mortem & duorum ſucceſſorum Patriarchatum ita ſignatum reliquit. *Anno ab Incarn. D. 1128. Indictione 6. Gormundus Patriarcha Hieruſalem obiit: Stephanus autem Carnotenſis poſt illum, ſanctam Sion duobus annis rexit: quo migrante Guilelmus Flandrenſis ſucceſſit.* Aſt Tyrius lib. 13. c. 25. Gormundo *ſubſtitutus eſt, vir quidam, ſecundum carnem nobilis, ſed vita & moribus multo nobilior, Stephanus nomine, Abbas S. Joannis de Valleja, qui locus in Carnotenſi urbe habetur*, Ordinis D. Au- E guſtini, ab Ivone Epiſcopo inſtitutus anno 1099 ſub primo Abbate Alberto, cui mortuo ſuffectus hic *Stephanus*, per Urſum Abbatem S. Dionyſii D. Bernardo ſcripſerat, *ſuggeri ſibi a cogitationibus, deſerere patriam domumque cui præerat, pergere Hieroſolymam, vacare deinceps Deo, vivere ſibi*. Ideoque vir ſanctus, ſcribens epiſtolam 82. fruſtra ſuadere conatus erat, ne putaret a Deo eſſe deſiderium tantum, neve vellet *ſpe incerti boni certum inire malum, & atque certum deſerere bonum*. Nempe ut Michaeli Archangelo, liberationem populi Judaici petenti, reſtitit coram Deo Angelus Perſarum, populi ſibi commiſſi utilitatem attendens; ita & ſanctis viris non raro accidit, diverſis utroſque ferri ſtudiis, ſed eventu demum ipſo monſtrari, utrius conſilium deſtinationi divinæ conformius fuerit.

1120 Stephanus,

VI. WILHELMUS.

VII. FULCHERIUS.

200 ANno deinde 1130. mortuo Stephano, *ſucceſſit D. Wilhelmus, Prior eccleſiæ Dominici ſepulchri, vir ſimplex, modice litteratus, forma decorus, moralitate commendabilis, Flamingus natione, de loco qui dicitur Mecine, Regi regnique Principibus & populo univerſo plurimum carus*, uti eum deſcribit Tyrius libri præcitati c. 26. Hic eſt ille Wilhelmus, de quo Hiſtoria F Prælatorum monaſterii de Fontanis, anno 1200. ſcripta a Peregrino ibidem Abbate, & nuper in Tomo 10. Spicilegii Acheriani edita, narrat, quomodo ipſe *vir religioſus ac Clericus, & Lambertus quidam Miles Flandrenſis*, aliique nonnulli ibidem nominatim expreſſi, adhærentes Gaufrido cuidam, primo ad Fontanas Eremitæ in Turonia, dederint initium loco illi, in quo an. 1134. inſtituta eſt Ordinis Ciſtercienſis Abbatia. Dicitur autem ibidem de eo quiddam *dignum ſolenni recordatione*. Quod ſcilicet *inſpiratione divina, tactus amore cordis intrinſecus, petivit licentiam a Domino Gaufrido & a Turonenſi Archiepiſcopo eundi Hieroſolymam; & ſicut petiit habuit & abiit. Quando venit ergo ſacri celebratio ſabbati Paſcha, acceſſit cum ceteris fidelibus ad Sepulcrum Domini, volens intereſſe conſueto miraculo, quo datus ignis divinitus illa die præſentes ſolebat omni anno recreare: & cunctis videntibus qui aderant & præ gaudio mirantibus, cereus ejus divina virtute ardens & lucens apparuit. Inquiſitus autem a majoribus, quis eſſet & unde adveniſſet, confeſſus eſt & non negavit, ſe eſſe de Gallia, & huc adveniſſe a Turonia, & quod eſſet de Fontanis eremita.* Hæc Peregrinus, utique ex relatione eorum, qui viventibus Gaufredi ſociis fuerant ad religionem admiſſi. Corrigi

1130 Wilhelmus, qui antea Eremita cum Gaufrido, — *In primo Hieroſolymas adventu, in miraculo honeſtatus,*

pot-

A porro debet quod ſequitur: *quia vero nuper obierat Patriarcha, & adhuc vacabat Sedes illa, tanto miraculo commoti Clerus & populus, unanimi concordia eum in Patriarcham protinus elegerunt*. Si miraculum prædictum immediate præceſſiſſet electionem, nulla illud hiſtoria tacuiſſet. Exiſtimo ego illo miraculo factum eſſe, ut a Canonicis Regularibus Sepulcri Dominici ſuſciperetur, inter quos Sacerdotio initiatus, primum eorum Prior, deinde poſt annorum aliquot ſpatium factus ſit Patriarcha. *Quo audito Fratres de Fontanis gaviſi ſunt gaudio magno valde. . . Poſt hæc prædictus Lambertus, cauſa viſendi ſancta loca, adiit Hieroſolymam, cum deſiderio videndi Dominum Wilhelmum Patriarcham*: a quo cum Reliquiis muneribuſque ad Fontanas redire juſſus, rediit paulo ante quam ſolicitantibus Fratribus acquievit Gauſridus, *ut ſe & ſuum locum transferrent ad aliquem Ordinum* tunc diſciplina florentium, quod (ut dixit) anno 1134. factum, confirmat, prædicta omnia intelligenda eſſe de noſtro *Wilhelmo*, ſed ſub ea quam indicavi correctione.

Canonicis S. Sepulcri ſe adjungens, &c.

B

201 Porro ſecundo hujus Patriarchæ anno, Balduinus II. Rex *decidit in gravem nimis infirmitatem, & habitum religionis aſſumens & vitam regularem profeſſus ſi viveret, tradidit ſpiritum. Succeſſitque in regno Dominus Fulco gener ejus, Comes Turonenſium, Cenomanenſium & Andegavenſium, cui prædictus Rex filiam ſuam primogenitam Meliſendem dederat uxorem*, & cum eadem, *in die Exaltationis ſanctæ Crucis in eccleſia Dominici ſepulcri, a Domino Wilhelmo ſolenniter & ex more coronatus & conſecratus eſt*: ita Tyrius in fine lib. 13. & initio 14. Cum autem ejuſdem libri cap. 26. narraſſet quomodo Rex Fulco, poſt exercitus Chriſtiani cladem, in caſtro Montis-Ferrandi obſeſſus a Sanguino Saraceno, undique auxilia evocarit, *Dominus*, inquit, *Hieroſolymorum Patriarcha Willelmus, collectis univerſis copiis, quas in Regno potuit invenire, aſſumpto ſibi Dominicæ Crucis venerabili ligno illuc properat*. Eadem prolixius etiam narrat Odoricus Vitalis lib. 13. ad annum 1137. ſed quod mireris *Radulphum Hieroſolymitanum Præſulem* appellat, neſcio quo errore. Nam quod tunc adhuc viveret *Willelmus* ſupponit Tyrius reliquo iſto libro 14. & initio libri 15. ubi dicit quod per hujus ejuſdem *Wilhelmi* Patriarchæ manus, anno 1142. Rex Fulco tumulatus; ejuſque filius Balduinus III. annorum tredecim

Bis Fulconem Regem coronavit 1132.

Et Balduinum juniorem 1142.

C adoleſcens, fuerit cum matre coronatus. Denique ipſe *Wilhelmus*, ut dicitur cap. 17. *Obiit 5. Kal. Octobris, Pontificatus ejus anno 15. cui poſtmodum, ſubſequente Januario, anno 1145. ſubſtitutus eſt Dominus Fulcherus, Tyrenſis Archiepiſcopus*. Hujus conſiliis adhortationibuſque effectum potiſſimum eſt, ut Chriſtiani rem aggreſſi arduam ac pœne impoſſibilem, Aſcalonem urbem, per annos 50. & amplius, poſtquam Dominus Terræ promiſſionis partes reliquas eis tradiderat, adhuc reſiſtentem & æmulam, obſederint, & ſeptimo demum menſe, die Auguſti 12. ceperint anno 1154.

Succeſſit Fulcherius an. 1145.

VIII. AMALRICUS.

202 ANno Patriarchatus ſui 12. Chriſti 1157. viam univerſæ carnis ingreſſus *Fulcherius* vacuam morte ſua ſedem fecit. *Convenerunt ergo Hieroſolymam Eccleſiarum Prælati, ut de ſubſtituendo tantæ Sedis Antiſtite, ſecundum ſtatuta Canonum, tractaretur. Factum eſt autem ut dicitur, quod contra Juris regulas, tam per interventum Dominæ Meliſendis quam Dominæ Flandrenſium Comitiſſæ Sibyllæ*, ſororum Regis, *electus eſt D. Amalricus, eccleſiæ Dominici Sepulcri Prior, natione Francus, de Epiſcopatu Noviomenſi, de oppido Neella; vir commode litteratus, ſed ſimplex nimium & pæne inutilis. Promotus eſt autem contradicentibus & appellantibus voces exhibentibus Cæſarienſi Archiepiſcopo & Epiſcopo Bethleemito; tandemque Sede potitus, D. Federico Acconenſi Epiſcopo negotium committit qui ad Romanam accedens Eccleſiam, apud D. Hadrianum, abſentibus adverſariis, ... eidem gratiam Romanæ Sedis obtinuit; & Pallium, plenitudinem videlicet Pontificalis officii, ſecum retulit rediens*. Hæc Tyrius lib. 18. cap. 20. Sed ſi ad majora Eccleſiæ & Regni negotia tractanda vel promovenda parum idoneus fuit *Amalricus*, fuit in parvis ſuæque tenuitati congruentibus miniſter fidelis. Nam inter epiſtolas Principum, quæ inter Geſta Dei per Francos excuſa Hanoviæ typis Wechelianis fol. 1172. inchoantur, duæ inveniuntur, ſcilicet 5. & 6. quas A. *Dei gratia ſanctæ Reſurrectionis eccleſiæ Patriarcha*, ſcribit *cariſſimo in Chriſto filio Ludovico, eadem gratia illuſtri & victorioſo Francorum Regi*; jam inde ab anno 1147. quo hic Hieroſolymis fuerat, ſibi noto; apprecans illi *ſervari ab eo qui dat ſalutem Regibus, & cunctorum hoſtium triumphum*. Et per primam quidem dictarum Epiſtolarum commendat Fratrem, *quem pauperes leproſi extra muros Jeruſalem pro ſua neceſſitate tranſmittunt*: altera vero I. Epiſcopum Paneadenſem, ad genua Regis accedentem, *ut calamitatem & mendicitatem tantæ & tam reverendiſſimæ Eccleſiæ eidem inſinuet*. Sed & decimam nonam dictarum epiſtolarum ipſi *invictiſſimo Francorumque piiſſimo Regi* ſcribit ipſe A. *Sanctæ Dominicæ Reſurrectionis eccleſiæ Patriarcha, una cum N. Priore & univerſo Canonicorum inibi Deo famulantium Conventu, ſalutem & debitas orationes in Chriſto* offerens, roganſque ut S. Canonico epiſtolæ latori, ob reverentiam Dominici Sepulchri, auxilium largiri dignaretur; eique concedere Hoſpitale quoddam, ſub protectione alarum ſuarum, ubi ipſe Patriarcha ſuique Canonici refugium habere poſſent. Poſtea anno 1163. pro Balduino abſque liberis extincto, Regem coronavit ejus fratrem & ſibi cognominem Amalricum; eumdemque cum Maria conjuge Conſtantinopoli adducta, rurſum inunxit an. 1167. Hujus Regis Amalrici variæ etiam epiſtolæ extant una cum epiſtolis ipſius Patriarchæ: qui rurſum, prædicto Rege defuncto, Balduinum IV. illius filium ex priori conjuge, propter affinitatem priuſquam ille Rex fieret ſeparata, annorum 13. adoleſcentulum conſecravit anno 1073.

Et an. 1157 Amalricus.

D AUCT. D. P.

In promovendis piis operibus fidelis,

E

atque Balduinum 4. coronat.

F

PARERGON X.

Latinorum in Carmelo Priorum initium, ad principia hujus Patriarchæ referendum.

203 SEu verum ſit, quod Sacer Ordo Carmelitarum ab Elia Propheta inſtitutus fuerit, & ad hæc uſque tempora per ſucceſſivas generationes propagatus, ſicut volunt ipſi & ego libenter probarem ſi poſſem; ſive, quod pleríque malunt credere cum Cardinali Baronio, ſuum exordium ſumpſerit ſeculo 12. extra controverſiam eſt, quod ſtatus is, quem Ordo habere cœpit in Terra-Sancta ſub Latinis Prioribus, ad hanc ætatem omnino pertineat. Quæritur annus & Patriarcha, cui tale initium adſcribi debeat: & utrum ego in Aprili recte Chronologiam ordinarim, incipiens ab anno circiter 1155. quando Antiochia pulſus Antiochenus Patriarcha Aymericus, cujus auxilio rem actam ſcribunt Carmelitæ, honoratum exilium ducebat in Patriarchatu Hieroſolymitano, carus Principibus & Prælatis omnibus. Si Joanni Groſſo in Viridario credimus, nimis ſerum id fuerit. Nam ſecundum ipſum, in ſuo genuino contextu Francofurtenſi lectum, *ſextus Prior*, poſt Bertholdum, Brocardum, Cyrillum, Bertholdum alterum, atque Alanum, *fuit F. Simon Stok natione Anglicus, qui (anno Domini 1200. tempore Innocentii Papæ III. anno ſuo 3. Ordinem incepit*

Jo. Groſſus dum 6. Priorem Simonem

anno 1200. adjiciens,

A *regere, quem) quinquaginta laudabiliter rexit annis, & in ætate centum annorum obiit, multis clarens miraculis in vita & in morte.* Obiit autem anno 1265. die 16. Maii, quando pluribus de eo agendum erit ſi ad manus noſtras perveniat Vita quæ dicitur, ſcripta a ſocio Joanne Swaninghtono, in tablino Conventus Burdegalenſis extare. Idem porro Groſſus, ſicut Simoni dat annos regiminis 50. ita Alano deceſſori adſcribit annos 6. Bertholdo ſecundo annos 26. Cyrillo 27. Brocardo 33. Bertholdo primo 45. quibus ſimul ſumptis & ab anno 1200. ſurſum ductis, habetur numerus 176. annorum ante Simonem: itaque perducitur initium Bertholdi primi ad ann. 1024. quod jam eſt cogitatu abſonum, quam conſonum ipſius Groſſi Chronologiæ, qua ſtatuit Carmelitas uſque ad annum 1023. manſiſſe in priori eo quem deſcripſerat ſtatu, & ſub regula S. Baſilii, quam *tempore Adriani Papæ I. ſervandam eis dederat Fr. Joannes Eremita montis Carmeli, Pontificatus anno 8. id eſt Chriſti 779. ab eodem* Papa *aſſumptus in Patriarcham Hieroſolymitanum.*

Initium om nium rerum ... ad ann. 1023.

B 104 Omitto cetera infelicis iſtius hiſtorici & chronologi errata, ſed omittere non poſſum, quin moneam Lectorem, nihil fere illorum comparere in Novo Speculo R. P. Danielis a Virgine Maria, ſed in tota 2. Viridarii Clave multa alterata, multa omiſſa, omnia fere diſſimulata, quæ offendiculo eſſe poterant. In quo utrum ſecutus ille ſit editionem Venetam anni 1507. equidem neſcio, quia hæc mihi ad manum non eſt; unum ſcio quod Francofurtenſe MS. ipſemet nobis laudavit ut *magis integram*, proinde non potuit ignoraviſſe ea omnia ibi haberi quæ dixi. Neque ſatisfacit quod, ad excuſandam numerorum omiſſionem in quatuor Simonis deceſſoribus, dicat, *irrepſiſſe* in eos *menda, quæ non conſtet qualiter emendari debeant ex mente auctoris*; de hac enim ſatis conſtat per annum 1023. ab eo aſſignatum, & ceterorum numerorum ab anno 1200. uſque illuc accuratam partitionem, ita ut nullus hic locus ſit accuſandi librariorum ſocordiam. Multo minus placet, quod verba Groſſi, annos quinquaginta tribuentis Simoni, ſic torqueat, ut velit tanto tempore fuiſſe partim Vicarium Generalem in partibus Occidentalibus, partim Generalem totius Ordinis. Nam (ut de aliis regionibus nihil

quo tempore in editione nova diſſimulata,

C dicam) de Anglia certe probari poteſt (quidquid alii dicant) nullos ibi fuiſſe Carmelitas, ſaltem ſtabiliter fixos ante annum 1211. alibi vero nullus ſic fixos invenire potui, niſi (ut ſummum anno 1235. adeoque nec eorum Ordini adjunctum eſſe Simonem, ante annum 1240. Nam de illorum adventu primiſque fundationibus antiquos hoſce verſos legimus, ſub nomine unius ex fundatoribus ſcriptos, & forte in lapide ſculptos pro titulo:

Anno milleno ducenteno quadrageno,
Olim Carmelitæ capiunt ad tempora vitæ,
Carmis ceſſi primis, in Borea loca Veſci:
Richard. in clauſtra Grei prima fixit in Auſtro.*

Vetuſtiſſimi verſus ... annos 50. Simoni attribuit.
** Lex Conceſſit, Ricardus*

Indicantur ſcilicet *Alnewicum*, in Northumbria, Anglicanarum Provinciarum ad Boream ultima, ubi Joannes Veſci collocavit Fratres, qui primi navibus advecti fuerunt in Angliam; & *Aylesfordia* in Cantia, Auſtralium Provinciarum prima, ubi alios, tunc pariter advectos, collocavit Richardus Grey, & ubi anno 1245 celebratum eſſe Capitulum, ac Simonem Priorem Generalem electum, nemo nunc dubitat. Fuerit tunc quidem hic, juxta illum calculum ſolum ab annis quinque factus Carmelita; ſed hoc non obſtante, potuit homo, ætate grandævus ac fere octogenarius, idemque eximiæ ſanctitatis fama toti Angliæ notiſſimus & adhuc vegetus (nam ad extremum vitæ Provincias luſtrans Burdegalæ defunctus eſt) quaſi cœlitus Ordini ad hoc datus videri, ut noviter traductum in Europam ſua ſapientia & auctoritate promoveret. De Vicariatu autem quem antea geſſerit nullum extat argumentum, niſi quod auctoritas Groſſi nequeat aliter ſalvari; quod nobis curandum non eſt: qui credimus hunc ideo ſolum dediſſe Simoni annos quinquaginta, ut poſſet pertingere ad annum quem ſibi præſcripſerat 1023.

D
AUCT.
D. P.

105 Moderatior Groſſo Palæonydorus, verumtamen tempus etiam ipſe prævertens, Capitulum in quo electus Generalis eſt Simon anno 1215. conſtituit, & Alano annos v. Bertholdo ſecundo annos 7. Cyrillo ſolum 3. aſſignat; itaque cum annis Brocardi 33. & annis 40. Bertholdi primi, pertingit ad annum 1120. *quo*, inquit, *anno tempore Calixti Papæ II. Aymericus de Samiliaco Apoſtolicæ Sedis in Terra-ſancta Legatus a latere, Antiochenus Patriarcha factus eſt, & ſequenti anno venit in montem .... & quia univerſalis Fratrum Rector ab hac vita diſceſſerat, de omnium conſenſu præpoſuit Fr. Bertholdum.* Hunc deinde mortuum dicit tempore Eugenii Papæ III. ſuffectumque Brocardum, qui anno 1166 Regulam acceperit ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, & obierit anno 1197. Sed etiam hic (ut alia diſſimulem) Regulæ datæ tempus ad annos ut minimum quadraginta prævertitur; quemadmodum demonſtravi ad diem 8. Aprilis, in Vita prædicti Alberti, & R. P. Daniel ſociique ultro concedunt. Errorem hi omnem correctum putant, ſi inter Bertholdum primum atque Brocardum, perplexos annis aliquot Fratres teneant circa ſucceſſorem inſtituendum, Alanum vero faciant ordinem regere annis 14. atque ita pertingant ad annum 1141. quo cœperit Bertholdus. Verum quæ ſine teſte ac ſine evidenti neceſſitate aſſeruntur gratis, ſine cujuſquam injuria negantur; maxime ſi alia via commoda ſuppetat, qua poſſit omnis difficultas tolli.

oppoſitum ... Palæonydorus in aliis moderatior

E

annis 40. prævertit tempus datæ Regulæ,

106 Hanc vero inveniſſe me credideram, a noto jam confeſſoque Simonis principio, per eos ipſos annorum numeros, quos Palæonydorus prænotaverat, aſcendens ad Bertholdum I. Per hos enim veniebam ad annum 1155. quo tempore, ut dixi, Antiochenus Patriarcha Aymericus in Patriarchatu Hieroſolymitano vivebat, magnæ vir auctoritatis & opulentiæ; quæ utraque multum conferre poterat ad inducendum Bertholdum, non conſanguineum ea familia de Malafaida in Francia, ſed e *Calabria oriundum* & Antiocheni Principis conterraneum, in poſſeſſionem Fontis Eliani in Carmelo, quem ille ex *Prophetæ revelatione vallo perparvo cingerat, temploque non ingenti extructa, Fratres ferme decem colligeret*: cum quibus ibi repertus eſt anno 1185. *etiamnum ſanctum illum ambitum colens*. Repertus eſt autem a *Joanne Sacerdote pientiſſimo Phoca*, ad videnda loca ſancta veniente; qui quæ, non dico audivit diu poſtea ab aliis, ſed fuit ipſe oculis conſpexit, deſcripta reliquit, ſicuti ea dedimus ante Tomum ſecundum hujus Maii, *tam ante aliquot annos in montem appuliſſet is*, quem ipſe deſcribit *monachos*; quemque eſſe *Bertholdum*, primum Carmelitarum Priorem, neque P. Daniel neque diſcipulorum quiſquam negare auſit; licet indignentur Joanni, & tamquam nullius fidei Græculum contemnant; quod contra tot recentiorum ſcriptorum torrentem, procedentem ex Epiſtula quadam, Cyrilli Prioris 3. nomen, ſed falſo, præferente, tam exiguum fecerit numerum ſociorum; cum illi plura ac numeroſa per Terram ſanctam monaſteria eidem velint ut Priori generali fuiſſe ſubiecta a prædicto Aymerico, Apoſtolici Legati auctoritate, quam habuiſſe alius nemo dixit, ad id uſo.

Ego a vero ſine noto Simonis principio,

F

ad eo circiter 1155 Bertholdi adventum,

107 Interim *arguor* ego *Chronotaxim Generalium inſtituiſſe non bonam*; moneorque, quod *non poſſet ipſa opportunitas locum offerre opportuniorem*, quam ſit *S. Simonis Stockii vita*, ut poſtulatam *palinodiam* canam,

depravata chronologia arguor;

præ-

A *preſſemque fidem preteſtarianibus meis*, ante ſingulos Aprilis tomos recurrentibus, de prompte corrigendo, ſicubi monitus fuero deviaſſe a veritate. Quod ſane non de qualicumque monitione, ſed ea quæ veritate ſubnixa eſſet, volui debetque intelligi. Videamus ergo quid iſti meæ Chronotaxi deſit, ob quod debeat retractari. *Dic*, inquit auctor Armamentarii num. 242. *Aymerum Epiſcopum Podienſem, Bertholdum, & Aymericum Antiochenum fuiſſe tres fratres, quorum medius ſimul cum primogenito Pariſiis lauream doctoralem accepit, & ad terræ ſanctæ expeditionem ivit, uti ante annos trecentos ſcripſit Boſtius (etſi in Chronologia turpiter erraverit)* .... alioquin enim, *natus anno circiter* 1073. *fuiſſet octogenarius, tum factus eſt montis Carmeli incola, & vixiſſet ad annum* 1200. *cum tamen obierit anno circiter* 1287. *Quæ omnia ſpeciem veritatis non habent.* Sic argumen-
B tator *R. P. Franciſcus Bonæ Spei, Ord. FF. B. Mariæ Virginis de monte Carmeli Provinciæ Flandrobelgicæ bis Exprovincialis, ejuſdem Provinciæ primus Definitor, & in alma univerſalitate Lovanienſi S. Theologiæ Profeſſor emeritus.* Reſpondet *veterano atque in iſto argumento optime exercitato pugili*, jamque etiam TRIUMPHATORI declarato, *Novellus hallucinator* Papebrochius, quod iſta *omnia vere nullum habent ſpeciem veritatis*: quodque ſuo hallucinanti oculo nullam etiam ſpeciem videat æquitatis in eo quod hypotheſes facere jubeatur, quibus debeant everti quæ dixit omnia; quodque a ſe exigatur, ut ſequatur auctoritatem Boſtii, in chronologia turpiter errantis & hypotheſes iſtas ponentis annis plus quam trecentis poſt rem geſtam; obiit enim anno 1499. ut ait Lezana ad dictum annum: non etiam videt quare fidem iſtius Boſtii debeat præferre fidei teſtis oculati Joannis, in cujus toto opuſculo nihil hactenus inventum ab adverſariis, quod auctorem faceret ſuſpectum, præterquam quod fuit Græcus, quodque ſit excuſus in Hollandia; licet interpretem nactus Leonem Allatium, poſtea Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtodem; editorem Bartoldum Nihuſium, probum doctumque Sacerdotem. Nihil hæc omnia *Joannem* juvant apud auctorem Protreptici, ante Speculum Carmelitani po-
C ſiti, quin concepta contra me ipſumque bilis in hos verſus erumpat.

valaverat helpterem ſequi malo quam 300. annis juniorem,

Quis pudor ELIAM *Carmelo auferre Parentem,*
Ipſius & QUEMDAM *ſubdere velle loco?*
Indignor referens, QUEMDAM? *Sine nomine* QUEMDAM
Carmelitarum dicere velle Patrem?
Quis pudor auctores tot, qui prajere, negare;
Proque illis unum ſubſtituiſſe Phocam?
Suſpectumque Phocam? Batavis, qui excuſus in oris,
At Graju fors quid neſcio mentis habet.
An non, Bellarmine, doces, Ne fidite Grajis:
Commaculant, rodunt, falſificantque libros?
Tolle Phocam, Papebrouk; non tanti Graculus unus,
Auctores ut tot, qui prajere, premat.

Auctores iſtos expendimus, nec invenimus qui in explicanda Carmelitarum origine Phocam præceſſerit.

208 Arguor præterea, *Chronologiæ difficultates non minuere, ſed augere; dum Generalatuum exordii & finis annos, ſeu primos & ultimos, non determino; cum in his determinandis pæne tota ſit difficultas; licet hanc bene excuſem dicens, quod contingat ſæpe, idque in Romanorum Pontificum Catalogis viderimus; de annorum quo quiſque rexit numero firma haberi documenta, ſed in iiſdem ad Æram communem applicandis fluctuare opiniones.* Quid ergo? An divinare me volunt? Aliter certe nequeo definire, quantum quiſque Generalium acceſſerit vel defuerit a pleno qui nominatur annorum numero, quotque inter diem mortis unius & electionis alterius interceſſerint dies. Id quidem magnam adderet chronologiæ claritatem, ſi ab antiquioribus proditum memoriæ fuiſ-

Arguor ergo non præciſe definiſſe, quo anno cujuſque initium & finem,

ſet: ſed hic tacentibus, quid facerem? *Davus*, inquiebat ille, *ſum, non Oedipus*: & audio Poetam monentem, quod ſit etiam ponendus diligentiæ modus: quia D

AUCT. D. P.

Eſt aliquo prodire tenus, quo non datur ultra.

Neque vero magni mea intererat, habere iſtæc tam præciſe definita. Satis videbatur, ſi ſubducta numerorum aſſignatorum ſumma, annus inde exurgens quam minime excederet annum 1185. ſic ut vere dici tunc potuerit, in deſertum ac deſolatum pridem Elianæ anachoreſeos locum veniſſe *Bertholdum ante aliquot annos*: quod fere tantumdem eſt ac ſi dicat *non multos*. Hoc vero de triginta annis, a quibus *Bertholdus* cœpiſſe videbatur, commodius dicitur, quam de multo pluribus. Quod ſi propter exceſſum vel defectum menſium dierumque, apud auctores plenis numeris uſos notari neglectum, contingeret uno alterove anno citius vel ſerius id accidiſſe; manebat tamen verum id quod mea chronotaxis intendebat. Nec erat mihi curandum, quomodo id congrueret cum eo anno, quo natum fuiſſe Bertholdum deberet dici, juxta Boſtium ceteroſque auctores, de ætate, proſapia atque familia Bertholdi æque contraria veritati ſcribentes, quam de patria & E domo natalibuſque Alberti Hieroſolymitani Patriarchæ legislatoris ſui; certe non majori fide circa unum quam circa alterum dignos.

licet aliſque ſingulorum;

209 Iſtis ſic poſitis probatiſq; nulli propius certiuſque videntur mihi attigiſſe initia Carmelitani Ordinis, ſive (ut phraſi minus ingrata utar) Latinorum in Carmelo Priorum, quam auctores illi, quos ſecutus Continuator Belli ſacri Joannes Heroldus li. 5. cap. 3. ſcripſit, quod *Almerico Hieroſolymitano Patriarcha, Anachoreta, qui ſparſim circa montem agitabant, tandem convenerunt ad fontem qui Eliæ dicitur. . . . uni qui honeſta parebat humiliter parendo.* Unus ille *Bertholdus* fuit, nominatim quidem non expreſſus a Joanne Phoca, ita tamen clare deſcriptus, ut nequeant de alio verba ejus intelligi. Qui licet advenerit adhuc vivente Fulcherio; longiori tamen tempore opus habuit, ut aliqua ſanctioris eo loco converſationis opinionem adeptus ſocios colligeret, & ſic melius omnia *Almerici* ſeu *Amelrici* Patriarchatui adſcribuntur. Sub hoc enim ſtatum aliquem cœpit habere cœtus iſte. Forte etiam intercedente Aymerico Antiocheno, idem Patriarcha eumdem recepit & approbavit ut veram Religionem, cum facultate recipiendi novitios eoſque ad religioſæ obedientiæ F profeſſionem admittendi. Hoc enim ad illius jus ſpectabat tunc temporis, quo necdum erat lege cautum, *ne quis* abſque Apoſtolicæ Sedis licentia *novam Religionem inveniret* &c. quod poſtea in Lateranenſi IV. eſt conſtitutum. Idem jus deinde agnoſcens in *Alberto* Patriarcha Bertholdi immediatus ſucceſſor Brocardus, poſt dimidium circiter ſeculum, eidem cœtui, jam veroſimiliter auctiori, Regulam ab eodem popoſcit & impetravit: prout alibi plenius eſt explicatum. Primos Bertholdi ſocios decem fuiſſe ait Joannes Phocas: de quibus eorumque ſucceſſoribus Jacobus de Vitriaco, in Hiſtoria Hieroſolym cap. 52. dicit, quod *ad exemplum & imitationem ſancti viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ, in monte Carmelo, & maxime in parte illa quæ ſupereminet civitati Porphyriæ, quæ hodie Cayphas appellatur, juxta fontem qui fons Eliæ dicitur, non longe a monaſterio beatæ Virginis Margaretæ, vitam ſolitariam agebant in alveariibus modicarum cellularum, tamquam apes Domini dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Ita ille, pie juxta ac eleganter deſcribens varios devotorum hominum cœtus, per quos, poſt Hieroſolymitanum regnum conſtitutum, *cœpit Orientis Eccleſia reviriſcendo floreſcere, & cultus religionis in partibus Orientis ampliari.* Quod tamen in eo, qui Hiſtoriam ſcribendam non vero Annales deducendos ſuſcepit, non

quod ſub ipſo Priorum Latinorum

compoſuerit eam Patriarchatu Amalrici,

alibi reperiuntur Vitriaco,

Mm 3 debet

A debet ità accipi, ſicut accipere video aliquos, quaſi omnes iſti aut ſimul inceperint, aut ſtatim ſuam perfectionem habuerint: ſed paulatim ac ſucceſſive. Et ſic non repugnat Jacobus dicentibus, quod ex iis qui *antea ſparſim circa montem agitabant*, aliqui *ſub Almerico Patriarcha ad fontem Eliæ tandem coiverunt*. Imo vero, inquit TRIUMPHATOR num. 94. quia, *auctore Ceria in ſuo Elucidario lib. 1. cap. 25. tempore Gregorii VII. circa annum 1080. edidit Sigibertus Gemblacenſis Hiſtoriam Hieroſolymitanam, in qua ſic ſcribit: Cum Carmelitæ a tempore SS. Eliæ & Eliſæi Prophetarum, tandem Chriſtum prædicantem audierunt &c.* Reſpondeo, quod Chronicon Sigeberti Gemblacenſis noverim, ſcriptum poſt tempus Gregorii VII. quod ſe ad imitationem Euſebii digeſſiſſe a loco intermiſſionis ejus uſque ad annum 1111. dicit ipſe in ultimo ſuo de Scriptoribus eccleſiaſticis libro, ubi & cetera ſua ſcripta enumerat; ſed nuſquam ejuſmodi Hieroſolymitanam hiſtoriam, ignotam ſimiliter Sixto Senenſi, Conrado Geſnero, Joſiæ Simlero, Auberto Miræo, Gerardo Voſſio, Roberto Bellarmino

B & Philippo Labbe, qui omnes catalogum operum ejus texuerunt. Sed nec alicujus *Sigiberti Hieroſolymitanam hiſtoriam* invenerunt uſpiam, qui compilarunt ingens illud opus, ex auctoribus coævis undique conquiſitis, quod inſcribitur *Geſta Dei per Francos, ſive Orientalium expeditionum & regni Francorum Hieroſolymitani Hiſtoria* incluſive uſque ad Marinum Sanutum, ſeculi 14. ſcriptorem. Nullius igitur fidei eſt teſtimonium hominis, qui, quando, ubi, & quid ſcripſerit ignoratur. Ubi autem ſuum *Sigibertum*, quem male cum *Sigeberto* confudit, invenerit Coria, viderint ii qui æque ac ipſe ædificent ſine palea, & parietem liniunt abſque temperatura.

nec invenit. ut ſuppoſititio Sigeberto; — *AUCT. D. P.*

210 Atque hic eoſdem monitos velim, cum iraſcuntur Joanni Phocæ, quod primum eorum Priorem deſignans, non addito nomine, dicat, *Monachus quidam*; pari omnino jure, id eſt nullo, eos poſſe ſuccenſere Jacobo, qui ſic eos comparat apibus, ut tamen nec hoc quidem indicet, utrum in ſacris illis alvearibus pro Rege fuerit aliquis, tantum abeſt ut eum vel ſuo nomine exprimat, vel ſaltem genere, ætate, dignitate deſigniat. Rogatus aliquando Ex. P. Mag. Jacobus Emens Carmelita Colonienſis, quod fuerit nomen illius Patris ex cujus ore ſcripſeret miraculoſam gratiam, conceſ-

ſuccenſent autem Joanni Phocæ;

C ſam nobili viro Gaudentio Botſch, invocato B. Simone Stok, Bolzani in Tyroli; reſpondit *Pater, qui mihi hiſtoriam illam de Nobili ſacelli illius fundatore narravit, fuit Ordinis S. Dominici & gremialis conventus Bolzanenſis, ad quem hoſpitii cauſa divertimus. Oblitus ſum vero dicti Patris nomen inquirere, ideoque quo nomine vocatus fuerit ignoro.* Idem reſpondiſſet credo *Joannes* jam ſæpe dictus, ſi quis eum interrogaſſet, quo nomine vocaretur iſte *quidam monachus*, quem invenit Eliaci anachoreſeos inſtauratorem; neque credidiſſet indefinito illo appellandi articulo *quidam*, injuriam a ſe factam viro Sacerdoti, abundeque a ſe pro inſtituta brevitate laudato. Et vero familiaris iſtæc excuſatio hominibus eſt, quæ peregre viderint commemorantibus, ut rerum potius quam nominum veſtigia menti impreſſa referant, raro etiam quærant vel quæſita curent mandare memoriæ nomina eorum, quos ſemel viſos, numquam amplius a ſe videndos confidunt. Quare vehementer miror R. P. Danielis diſcipulos adeo acerbo animo ferre, quod fidem Joanni habeam. Quid enim? An Exim. P. M. Emans fidem non obtineret, ſi, uti oblitus eſt interrogare nomen Patris Dominicani Bolzanenſis, ſic neque nomen ejus, cui contigit narratus ab eo favor, audiviſſet, ſimpliciterque ſcripſiſſet, *Vir quidam nobilis, Archiducis Leopoldi Mareſcalcus Tirolenſis, ante aliquot annos votum fecit?* Ego vero exiſtimo

cui male objicitur non expreſſiſſe nomen Bertholdi.

apud æquos judices tanto plus fidei habiturum *Joannem*, D quanto perſona ejus minus poteſt eſſe ſuſpecta de favore aut odio: quippe qui Carmelitas antea nullos noverat, neque poſtea reverſus in patriam Cretam, nociturus erat, proinde ab iis nihil ſperabat, formidabat nihil; quemque pronius erat, conſueto peregrinis res a ſe viſas narrantibus more, augere potius laudando, quam minuere aliquid detrahendo: in laudem certe tam Carmeli montis quam incolentis eum Monachi tota propendet & inclinat narratio, ſi oculis minime malignis legatur.

IX. HERACLIUS.

TAndem, ut habet Marinus Sanutus lib. 3. parte 6. cap. 14. anno 1180. *Patriarcha Amalricus moritur: cujus ſimplicitas parum Eccleſiæ profuit: cui ſucceſſit Heraclius, tam pernicioſi vir exempli, ut in ejus electione publice dictum fuerit, ſub Heraclio amittendam eſſe Crucem, ſicut ſub Heraclio Imperatore recuperata fuerat.* Hic juſſu Balduini Regis leproſi, ideoque uxorem ducere recuſantis, anno 1181. inunxit Balduinum puerum, Regis ex ſorore majori Sibylla nepotem: deinde anno 1184. mare tranſgreſſus *Heraclius cum Priore Hoſpitalis tranſmarino*, inquit Guilelmus de Nangis in Chronico apud Dacherium tom. 11. Spicilegii, *venit in Franciam ad Regem Philippum pro ſuccurſu Terræ ſanctæ: quos Rex multum honoravit; & quia tunc heredem non habebat, conſilio Prælatorum & Principum miſit ad Terræ ſanctæ ſubſidium ingentem multitudinem tam militum quam peditum armatorum, ſufficientes ſumptus eiſdem propriis redditibus adminiſtrans.* Anno ſequenti 1185. in Angliam trajecit Patriarcha, ubi, ſicut in alio Chronico inter monumenta tomo 8. Spicilegii prædicti ſcribit Nicolaus Trivettus Dominicanus. *Baldewinus Cantuarienſis Archiepiſcopus, convocatis per Regem Prælatis & Proceribus, ad præſentiam Heraclii Patriarchæ Hieroſolymitani, nuper ad ipſum Regem miſſi pro ſubſidio Terræ ſanctæ, verbum exhortationis propoſuit coram eis: quorum multi corde compuncti Crucis characterem acceperunt. Rex vero per manum Patriarchæ & Militum Templi in ſubſidium Terræ-ſanctæ tria millia marcarum dicitur tranſmiſiſſe, promittens nihilominus Patriarchæ ſuccurſum celerem affuturum.* Deinde idem *Rex Anglorum cum Patriarcha, Epiſcopo Dunelmenſi & Magiſtro Hoſpitalis mare tranſiens, diem Paſchæ Rotomagi celebravit.* Rex in Francia hæſit, Patriarcha in Terram ſanctam rediit, ibique mortuis Balduino leproſo ejuſque nepote Balduino puero, anno 1186. ſecundum Sibyllæ prænominatæ maritum Guidonem ſublimavit in Regem. Secundo autem ab hujus coronatione anno, qui fuit Chriſti 1187. menſe Julio, capta a Turcis Hieroſolyma eſt; ſecutæque ſunt clades, quas deſcribit & deplorat Marinus Sanutus libri 3. parte 9. *Heraclius* autem, ut ſcribit Theodoricus Pauli, *Clerusque univerſus & de monaſteriis diverſorum Ordinum profeſſores, turbaque cujuslibet ætatis & ſexus miſerrima, ab Jeruſalem receſſerunt: univerſiſque pene Latinis urbem deſerentibus, Suriani & diverſarum ſectarum homines, utpote Georgiani, Jacobitæ, Armeni remanſerunt ibidem ſub Turcorum dominio.* Addit Guilielmus de Nangis, *Sybilla Regina: cum Heraclio Patriarcha Templariis & Hoſpitalariis, ac immenſo exulantium cœtu apud Antiochiam eſt profecta: alii vero apud Alexandriam, vel in Siciliam navigaverunt.* Longe tamen atrociorem cladem fecit Europæis credi fama. Nam Chronologus Saxo hic finem imponens Chronico ſuo, quod apud nos in membranis manuſcriptum extat, rem ita narrat: *Res omni Chriſtianitati lamentabilis Orientali accidit Eccleſiæ. Siquidem Rex Sala-*

Succedit an. 1180. Heraclius, — E

qui cum ſubſidiis ex Europa reverſus.

F — *an. 1186. Guidonem Regem coronat.* — *et Hieroſolymam amittit an. 1187.*

di-

A *dinus, Rex trium regnorum, Damaſci, Ægypti & Siriæ, cum multitudine infinita Paganorum, terram Hieroſolymorum, per fraudem quorumdam Principum Chriſtianorum, infra Octavam Apoſtolorum Petri & Pauli, intravit: cui occurrit Patriarcha Hieruſalem cum Templariis & Hoſpitalariis Militibus, & aliis Epiſcopis de terra & omni exercitu Chriſtianorum, Crucem Dominicam habentes in comitatu. Sed Domino Deo a populo ſuo avertente faciem, & iram miſericordiæ non recordante, Chriſtiani victi ſunt, Crux Dominica capta; Patriarcha, Rex, & Epiſcopi multi occiſi, cum omni exercitu. Saladinus victor totam terram cum civitatibus & caſtellis invaſit; & furore barbarico ſæviens eccleſias Clericorum, Monachorum, Virginum, martyrio coronatis qui erant in eis, deſtruxit. Solam civitatem Tyrum Conradus Comes, filius Marchionis de Monteferrato, de Conſtantinopoli veniens, ſalvavit.*

212 Captus ſane non occiſus Rex Guido fuit; Patriarcha etiam fuga elapſus Hieroſolymam eſt. Rex autem intra annum dimiſſus, cum ſe transferre Tyrum otteretur a prædicto Conrado, ſuam eſſe civitatem aſſerente, exclusus eſt portis. *Ut ergo vidit quia ſibi in ſua civitate non licebat hoſpitari, & quod in toto Hieroſolymitano Principatu nec unum habebat caſale, ubi caput reclinare valeret..., oſtendit quam potens res ſit deſperatio; ipſaque eſtate, qua ſancta Ieruſalem amiſſionem ſecuta eſt, cum admodum paucis, quos colligere potuit, Ptolemaidem civitatem obſedit, cum eſſent in ea pro uno Chriſtiano quatuor Saraceni.* Ita Marinus Sanutus lib. 3. parte 10. cap. 2. Erat autem Ptolemais ſive Accon totius barbarici imperii munimentum. Ibi Chriſtianorum reliquias, obſeſſas magis quam obſidentes, cum ſubito poſſet opprimere Saladinus; maluit exſpectare adventum fratris ſui, interimque occupare urbes & loca munita Antiocheni Principatus. Sed brevi, ſero tamen, expertus eſt, quantum noceat differre paratis. Etenim cum eſſet in Europa auditum quanti animi ſupereſſent victis; tam ſtupendæ fortitudinis exemplo ſtimulata virtus Chriſtiana, paravit ſubſidia; quæ primum Fridericus Imperator collegit, in ipſoque victoriarum curſu moriens, filiorum ſuorum uni Sueviæ Duci commiſit porro perducenda. His acceſſere novæ Flandrenſium, Brabantinorum ac Friſionum copiæ, demum Philippi Franciæ & Richardi Angliæ Regum claſſes; quibus id effectum eſt, ut anno 1191. 12. Julii, C coacti ſint ad deditionem barbari.

X. SULPITIUS.

213 PRofuit prædicta victoria non tantum Epiſcopo Acconenſi, per eam ſuæ Sedi reſtituto; ſed etiam Hieroſolymitano Patriarchæ, tutum quærenti receptum, ubi juxta ſuæ dignitatis eminentiam reſideret tantiſper, & ſupremum reliquæ Chriſtianitati jus diceret, donec placeret Deo ſanctam urbem reſtituere Eccleſiæ. Itaque die 26. præfati menſis, expiatis eccleſiis, Patriarchium Accone deſignatum eſt. Sed cui? De *Heraclio*, ubi vel quando obierit, incompertum eſt, propter auctorum ſilentium: Catalogus MS. Rubeæ-vallis cum ipſo clauditur; Brugenſis Codex jam pridem cum Fulcherio deſierat. Solus nobis ſupereſt Theodoricus Pauli, SULPITIUM ſuggerens, *Heraclii* ſucceſſorem. Palæonydorus, in Vita S. Cyrilli, tertii Prioris Carmelitarum (magna quidem correctione egente, a nobis tamen, quia melius offerebatur nihil, data ad 6. Martii) ſcribit num. 4. quod *Cæleſtinus Papa anno Domini 1191. anno ſuo primo, audita Cyrilli fama, admonitum habuit, ut Patriarchatum ſuſciperet Hieroſolymitanum: quod ille omnino renuit, ſic reſcribens; Beatiſſimo Patri Cæleſtino, pedum oſcula Cyrillus famulus Chriſti. Sufficit mihi theſaurum Domini mei, id eſt, animam, pro qua magnus ille mercator advenit, proprium ſanguinem fundens, portare in hoc vaſe fictili.* D Quæ veremur ne æque incerta debeant haberi, atque magnifica illa geſta Iconii & in Armenia: quæ quidem hanc famam potuiſſent Romæ conciliare Cyrillo, ſi vera fuiſſent, ſed etiam vix potuiſſent propter magnitudinem ſuam ab illius ævi ſcriptoribus præteriri: ideoque optavimus ut ea poſſent haberi confirmata ab auctore antiquiori. Eo deficiente faremur ſuſpecta nobis manere omnia; ſicut etiam ſuſpecta nobis eſt, tum epiſtola ejuſdem ad Abbatem Joachim, qua petit interpretationem Oraculi ſibi per Angelum traditi, tum reſponſio ejuſdem ad jam dictum Cyrillum hoc exordio, *Stellæ manenti in ordine ſanctitatis, in formula honeſtatis, in nidulo paupertatis, orbem opacum, deformem & ſqualidum virtutibus illuſtranti, moribus informanti, exemplis ornanti, Cyrillo Presbytero in monte Carmelo &c.* Quæ Joachimi ſtylum, ex ejus operibus cognoſcendum, nullatenus ſapiunt, neque congruunt ſanctæ ſimplicitati; ut de ipſo, quod ad Cyrillum delatum dicitur oraculo, nihil pronuntiem. E

AUCT. D. P.

XI. MONACHUS.

214 EXulantium Hieroſolymis Patriarcharum, ſeriem Theodoricus Paulus ſic proſequitur. *Anno 1194. Michael, Pariſienſis Decanus, vir in regendis ſcholis Pariſienſibus eximius, & in largiendis eleemoſynis & in aliis pluribus bonis floridus, in Patriarcham Hieroſolymorum eſt electus: ſed poſt quindecim dies a Clero Senonenſi electus & in Archiepiſcopum Senonenſem eſt conſecratus: & ſic alius electus in Patriarcham fuit; cujus nomen non reperi.* Ita ille: ſed forte reperiſſe ſe ignoravit, quando *Monachum* reperit; non intelligens id proprium ei nomen fuiſſe. Hujus tamen, ut Cæſarienſis Archiepiſcopi, plus vice ſimplici mentionem repertas in citatis jam ſæpe Scriptoribus. *Monachum* natione Etruſcum, patria Florentinum fuiſſe Joannes Villanus hiſtoriæ Florentinæ auctor ſcripſit, & Eccleſiæ illi, in qua Clericus ſervierat legaſſe brachium S. Philippi Apoſtoli. Dedimus 1. Maji tranſlati brachii hiſtoriam, noſtra manu deſcriptam ex antiquis Eccleſiæ Cathedralis membranis, ubi tota Monachi Patriarchæ vita compendio exponitur, atque inter cetera hæc habentur. *Cum videret Patriarcha ſibi diem mortis, ſuperveniente ſunere, imminere; Rainerio, olim eccleſiæ ſanctæ Reſurrectionis in Hieruſalem, tunc autem Joppenſis Priori, qui de Florentina diœceſi fuerat, & Capellanus ſteterat in eccleſia de Palmeto, in virtute Spiritus ſancti & obedientiæ vera præcepit, ut beati Apoſtoli Philippi brachium, juxta ſuum votum, Florentiam deſtinaret, & in famoſo Joannis Baptiſtæ templo faceret magnifice collocari. Poſtmodum autem reverendæ memoriæ Patriarcha, Domino vocante, debitum humanitatis exolvit...* Hactenus MS. iſtud, unde etiam intelligitur mors illa accidiſſe anno 1203. F

XII. ALBERTUS.

215 T*Umulato corpore tanti Patris*, inquit idem qui ſupra ſcriptor Florentinus, *Cardinalis Offredus* (imo *Goffredus*, vel *Giffredus*) *qui tunc in partibus ultra marinis Legationis officio fungebatur, fuit in Patriarcham electus: ſed ille poſtea electioni renunciavit. Verum univerſi ad quos ſpectabat electio, de conſenſu Regis elegerunt Epiſcopum Vercellenſem, ad quem reducendum jam dictus Prior fuit Legatus principaliter conſtitutus.* Multa de hujus ALBERTI, ex Regulari Canonico Vercellenſis Epiſcopi, priori vita & vocatione ad Patriarchatum, rebuſque in eo geſtis dicenda forent, niſi id accuratiſſime factum eſſet ad 8. Aprilis diem. Sufficiat

A ciat ergo paucis verbis dixiſſe, annum 1206. fuiſſe ei primum in Patriarchatu; & hunc anno 1214. concluſum eſſe per mortem, martyrio comparandam, 18. Kalendas Octobris.

AUCT. D. P.

PARERGON XI.

De cultu hujus Sancti Patriarchæ apud Carmelitas & Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis in Italia.

216 LIcet de hoc argumento ſatis etiam videamur egiſſe ad prædictum diem 8. Aprilis, in Commentario de ipſo *Alberto* cap. 4. eſt tamen aliquid quod hic inſuper animadverſum, aliquid etiam quod correctum mutatumque velim; non quia id mereatur expoſtulatio TRIUMPHATORIS, occaſione inde pta immodice efferentis ſeſe; ſed quia propoſitum mihi ſemper fuit, atque etiam nunc eſt, & (ſicut ſpero) erit ſemper, nihilo indulgentius mecum ipſo quam cum aliis agere, quoties, ut homo, fuero vel proprio ratiocinio lapſus, vel informatione aliena in errorem pro- B tractus. Ut autem ab iis exordiar, a quibus cultus prædictus ſumpſit exordium, iterum dico; quam certum eſt Carmelitanum Ordinem vitæ Regula informatum eſſe ab *Alberto*, tam æquum fuiſſe, ut eum, ſi in eccleſia Hieroſolymitana aliquando habitus eſt ut Sanctus, colerent etiam Ipſi ut talem, & quidem ſpecialiori cultu; maxime ſi id liceret per ſacram Congregationem Rituum, per quam id ipſis licuit ſub Ritu officii duplicis de Communi Confeſſoris Pontificis, ſaltem ab anno 1609. Cur autem tunc etiam poſtulatum non fuerit, ut de eo velut de Martyre facere liceret, quod ſane æquius fuerat, quam id faciunt de S. Petro Thoma 29. Januarii, non alia facile dabitur cauſa, quam quod famæ crediderint, hunc, *dum Religionis Catholicæ propaganda & contra infideles propugnanda conatu fortius inſtaret, telis infidelium vulneribus multis confoſſum* eſſe: de illius autem obitu, qualis fuerit, nemo ipſis certius indicarit.

Quod Carmelitæ non petierint officium de Martyre

217 Accidit quidem ut eodem tempore, quo iſtæc Romæ agitabantur a Patribus Diſcalceatis, ſuum Bononiæ Menologium ederet ex Ordine veterum Carmelitarum Fr. Petrus Thomas Saraceni de Bononia, profeſſus ſe *Sanctorum originaria proprio ſtylo recudere, robuſta & conſtanti fide, e genuinis fontibus, apocryphis omnino exulare juſſis*: ſed hic conatus Diſcalceatos la- C tuit. Cum autem in eorum venit manus, cœptaque ſunt vulgo legi & examinari quæ ſcripſerat, licet non ſint agnita omnia illa graviſſima errata in *Alberto*, quorum aliqua poſtea Lezana in Annalibus correxit, ego longe plura adnumeravi toto Capite 2. apparuit tamen relatio tota adeo male conſuta eſſe, ut nihil ſinceri poſſet ex ea ſperari. Itaque ſexto poſt anno, cum Patres Antiqui cuperent propriarum Lectionum defectum ſuppleri, horum generalis Theodorus Stratius, ab Auberto Miræo Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis Decano, qui in opuſculo de Origine Tereſianarum capit. 5. nonnullam Alberti mentionem fecerat, auxilium conſiliumque petiit per litteras, datas anno 1634. quarum hic erat tenor.

& apud Antiquos an. 1634.

218 *Controvertitur his diebus in hac alma Urbe, apud ſacram Congregationem de Ritibus, de officio B. Alberti, Hieroſolymitani Patriarchæ, jam pridem ab eadem ſacra Congregatione nobis Carmelitis conceſſi: & principalis ratio controverſiæ eſt, quia non bene conſtat, quæ aut qualis perſona ſit iſte Albertus, quem colimus. Si etenim dixerimus iſtum Albertum illum fuiſſe qui nobis Regulam tradidit; premimur hac difficultate, quod Regula noſtra tradita nobis eſt anno 1171. quo tempore nullus erat Albertus Hieroſolymitanus Patriarcha, quia iſte inthronizatus fuit 1204. Prædicto autem anno 1171. ſolum in Syria vigere poterat Albertus Bethleemita Epiſcopus, qui cum Guilielmo Tyrio venit poſtea ad Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. ut ipſe Guilielmus & Baronius referunt. Vidimus quæ Perilluſtris & Reverenda Dominatio veſtra de hoc puncto ſcribit in ſuo illo tractatu de Origine Carmelitani Ordinis, & veram credimus eſſe hujuſmodi ſolutionem; quod ſcilicet eadem perſona fuerit Albertus ille, Bethleemita primum, & poſtea Patriarcha Hieroſolymitanus, ut a veſtra Rev. Dominatione, in prædicto tractatu edocti ſumus: veruntamen quia nonnullis non placet hæc opinio, nec ſatis conſtare poteſt, quomodo ille Bethleemitanus, Hieroſolymitanus poſtea effectus fuerit (cum conſtet ex tabulis Eccleſiæ Vercellenſis, quæ habentur in libro a Joanne Stephano Ferrerio de Vitis Epiſcoporum Vercellenſium, Albertum illum, qui Patriarcha Hieroſolymitanus conſtitutus eſt, fuiſſe primum Bobienſem & poſtea Vercellenſem Epiſcopum, patriaque Parmenſem) propterea humiliter exoramus Perill. ac Rev. Dominat. veſtram, quatenus pro ſua benignitate velit ſcribere nobis ea quæ circa hoc habet in mente, cum teſtimoniis aut monumentis ad confirmandum cum ſanctitatem prædicti Alberti, tum identitatem perſonæ in prædictis Epiſcopatibus, tum etiam aliqua (ſi in promptu habuerit) pro corroborando quod prædictus Albertus ex Ordine noſtro Carmelitico aliquamdiu fuerit. Quæ ſi feceris, ut ſperamus, majori vinculo adſtricti erimus pro V. Rever. Dominationis in utroque homine felicitate Deum enixe deprecari.*

quam ibi ſcribunt Miræo.

D

optans aliquid certi diſcere;

E

219 Quid ad hæc reſponderit Miræus neſcio, unum ſcio, quod epiſtolam prædictam communicarit cum noſtro Bollando, per eidem tempus magnum ſuum opus exorſo; qui 12. Maji ad illum Bruxellis agentem reſcripſit, nullam ſe idoneam expedire poſſe ſolutionem propoſitæ quæſtioni: Trithemium dicere, quod Regula condita ſit anno 1122. Theodoricum Pauli ſic habere; *Albertus Patriarcha* Hieroſolymitanus, *Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſuccedit anno 1206. tempore Innocentii Papæ III. & Frederici Imperatoris II. Iſte certam vitæ Regulam tradidit obſervandam Fratribus Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, & Ordinem Carmelitarum inſtituit in monte Carmeli.* Addebat Bollandus, eſſe qui *Albertum* iſtum velint Patriarcham Syrum fuiſſe, cum alius eſſet Latinus, alius Græcus ſchiſmaticus: ſed nullum ab eis auctorem proferri, nec veroſimile id eſſe, cum Regula ſit Accone ſcripta, ubi Latinus Patriarcha reſidebat: denique nihil certi occurrere quod pronun- F tiet. Ita tunc ille: qui ſi habuiſſet, uti quarto demum poſt anno habuit, Vitas Patrum Occidentis impreſſas anno 1625. Lugduni opera & ſtudio Benedicti Gononi, haud dubie ex relata ibidem fol. 217. S. Angeli Vita adjeciſſet, Enochum Hieroſolymitanum Patriarcham, S. Angeli illius ſocium (ut ſe ſert) ita loqui, ac ſi dictus S. Angelus ac frater ejus *ſtatuant Regulam obſervare; quam S. Albertus fecit Carmelitis, prædeceſſor* Nicodemi Patriarchæ, nutritoris eorum, *annis jam elapſis* 412. id eſt (juxta rationem temporis quo illud ipſi ſtatuiſſent) an. Chriſti 792. quodque mox in eadem Vita, conformiter conſilio jam ſumpto, dicantur Sancti *recepti in Fratres Ordinis Eremitarum de monte Carmeli, ſecundum Regulam S. Alberti Patriarchæ.*

qui Bollandum conſuluit,

qui difficultati propoſitæ nec ipſe reperit idoneam ſolutionem,

220 Sed nihil hic præſidii inveniſſent boni Patres ad ſuæ perplexitatis ſolutionem; multo autem magis fuiſſent confuſi, ſi intellexiſſent *Albertum* Vercellenſem, primum ipſo anno 1204. quo ſic locutus foret S. Angelus, poſtulatum Patriarcham fuiſſe, & ante 1206. vix perveniſſe in Palæſtinam, attentis iis quæ poſt nominationem ſuam in Italia egit. Fortaſſis etiam incidiſſet iis cogitare, ex Trithemii, annum 1122. ſignantis, errore, verum datæ Regulæ annum elici poſſe, unius litteræ

propter male notatum annum datæ Regulæ,

A teræ haud incongrua mutatione, ſcribendo 1212. Sed necdum eo uſque profecerant, ut auderent falſificationis ſuſpectam habere notam anni 1171. quam ſub Regula ſua inveniebant; neque etiam hoc ſuſpicantes, fuiſſent auſi ſuam iſtam ſuſpicionem indicare Sacræ Congregationi Rituum. Nam cum circa annum 1667. R. P. Daniel a Virgine Maria ſuaſiſſet, antiquum S. Petri Thomaſii cultum ut Confeſſoris in Ordine reſumendum, omiſſo titulo Martyris; reſponſum ei Romæ eſt, ſicut P. Henſchenio fatabatur, quod minime expediat movere quidquam, & occaſionem eo motu dare Congregationi ſacræ plura alia ad examen vocandi. Acquieſcimus libenter rationi huic; ſed viciſſim nobis indulgeri petimus, quod iſta ſic agi ſcientes, non adhibeamus tam certam fidem ſingulis officiorum Ordini conceſſorum verbis, quam aliqui optarent.

AUCT. D. P. qui ſuſpe-ſuis 1212.

221 Quod interim ad Lectiones proprias de *S. Alberto* obtinendas attinet; poſt prima illa tentamenta irrita, nihil porro actum eſt, quia nulla ſatis ſecura via ad id ſe offerebat; donec alii, quibus per ſua Privilegia licebat independenter a ſacra Congregatione Rituum B componere & in uſum adducere Officia propria quorumcumque Ordinis ſui Sanctorum, præirent exemplo; prout anno 1666. fecerunt Canonici Regulares Lateranenſes, impreſſo Mediolani libello propriorum Officiorum enormiter aucto. Numerus enim Sanctorum, qui tempore Pii V. anno 1570. proprium de iis fieri concedentis, ſolum quindecim fuerant, excrevit ad nonaginta circiter; interque eos etiam Albertus comparuit, cum Oratione & Lectionibus propriis, ex Menologio Carmelitano acceptis: quod quia totius Ordinis Carmelitani aſſenſum habere præſumebatur, earum auctori nulla fuit cura conſulendi Annales Lezanæ vel Epiſcopos Vercellenſes Ferrerii, ex quibus diſcere potuiſſet, quam nulla fidei habenda eſſet Menologio iſti circa *Albertum*. Sic autem compoſita omnia, impreſſa ſunt Mediolani, ac deinde Venetiis, tamquam *ex ſpeciali Sanctiſſ. D. N. Pii Papæ V. conceſſione* recitanda; exemplo ceteris ejuſdem Ordinis Congregationibus in Gallia, Belgio & Hiſpania, eadem quæ Lateranenſes Privilegia habentibus, neutiquam probato; prout patet ex earumdem Officiis, ſimiliter propriis, & ejuſdem Pii V. conceſſionem præferentibus, juxta poſtremas earum editiones factas Pariſiis, Montibus, Conimbricæ, ac noviſſime anno 1672. Bruxellis: quarum editionum curatoribus viſum fuit parcius utendum eſſe Pii V. nomine, jam ab annis centum vita functi. Viennæ autem in Auſtria, ac reliqua forte ſuperiori Germa-C nia propinquiori Alpibus, intelligo eadem uſurpari ex recentiori Brixinenſi editione in Tyrolenſi Comitatu anno 1675. curata.

Cum autem Regulares Later. an. 1666. per ſe aſſumpſiſſent Officium Alberti,

cum Lectionibus ex Menologio acceptis,

222 Ut ut erat, novis illis & qualitercumque compoſitis Lateranenſium Officiis inſertum fuiſſe *Patriarcham Albertum*, perquam commodum fuit Patribus Carmelitis: quibus jam non foret neceſſe ancipitem ſubire aleam coram ſacra Congregatione novum aliquid petendo; liceret autem declinare periculum, id ſolum poſtulando, quod jam aliis indultum videbatur. Id ergo poſtularunt anno 1671. ſub hac forma: *Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. Domini. Fratres Carmelitæ recitant officium S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani die 3. Aprilis, ex conceſſione facta ab hac ſacra Congregatione 12. Junii anno 1628. quod etiam recitant Canonici Regulares Lateranenſes. Et quia Carmelitæ non habent Orationem nec Lectiones proprias ſecundi Nocturni, humillime ſupplicant ut VV. EE. eis velint concedere facultatem recitandi Orationem & Lectiones annexas, deſumptas ex Officiis propriis dictorum Canonicorum Regularium, auctoritate felicis recordationis Pii Papæ V. compoſitis.* Indultum facile, quod petebatur: ſed Patres illi, optime ſcientes, Lectiones eas, quas Lateranenſes recitant, multipliciter D repugnare veritati hiſtoriæ, certius ſibi aliunde cognitæ; non eas, quas ſibi poſtulaverant concedi, Lectiones induxerunt in novum ſuum Breviarium; ſed alias, multo prudentius veraciuſque conceptas, eidem inſeruerunt, quas hodieque recitant; optimo jure, ut quibus illius ſic mutati Officii uſus, una cum reliquo prædicto novo Breviario, conceſſus eſt a ſacra Congregatione referente Eminentiſſ. Cardinale Bona.

petierunt Carmelitæ antiqui eas etiam ſibi concedi an. 1672.

ut edita ex Mo-lirato Pii V.

223 Nihil equidem hic reprehenſum volo, vel in ſuſpicionem fraudis adductum: ignoſcendum tamen mihi puto, quod procul ab Italia, eodem quo iſta agebantur tempore, ſcribens Commentarium de B. Alberto, opponendum primæ parti Armamentarii editi anno 1669. gravius quam par fuerat judicaverim de iis, per quos credebam in errorem inductos Carmelitas. Videbatur enim ſine alicujus fraude fieri non potuiſſe, ut in manus veniſſent Lectiones de Alberto, velut auctoritate Pii V. compoſitæ ad uſum Lateranenſium, cujus nomen nec in illius Pontificis Bulla apparebat, nec in tot quot habebamus editionibus, etiam Romæ per annos ſexaginta poſt mortem Pii curatis. Accedebat, quod, cum ſuper ea quæſtione hæſitaremus ego & R. E P. Daniel a Virgine Maria, & ambo bis terve ſcriberemus Romam, ipſe ad ſuos Tranſpontinos Patres, ego ad P. Carolum Alexandrum a Manderſcheidt, Pontificium in S. Petri Baſilica Pœnitentiarium; ille nullum congruum Congregationis Lateranenſis in ejuſmodi rebus a ſacra Rituum Congregatione independentis; mihi vero ex ore Procuratoris Generalis Canonicorum Regularium identidem reſponſum fuit, hos de *Alberto* nihil ſcire, nec nomen quidem, nedum ejus Officium recitare.

Hoc ego tunc ſcire non potui,

quia Romæ ... Regulares nil ſcire de Alberto,

224 Sed denique poſt Aprilem editum, multamque ultro ac citro quæſtionem, patuit erroris mei cauſa. Procurator ille, ut ſcribebatur, Generalis Regularium Canonicorum, Congregationis erat, non Lateranenſis, ſed Gallicanæ, de Aſſelina, vel Aſſelinius nomine; annum quidem circiter vigeſimum in Urbe & officio illo agens, ſed diverſo a Lateranenſibus recto habituque utens, & (quod bonus Pater Carolus neſciebat) etiam Officiorum propriorum diverſo libro. Mirum ergo non fuit eum ignorare, quid procul ab Urbe in Lombardia non ita pridem innovatum eſſet in Officiis, quibus etiam in Urbe Lateranenſes utebantur; & excuſabilis videtur culpa P. Caroli, cui nec minima quidem cogitatio ſuggerebat, eos, qui dicebantur uti Officiis a Pio V. conceſſis, iiſdem uti tam diverſis, ut alius ignoratos Sanctos colerent alii. De me, ut quiſque volet, ſic ſtatuat: ſi cui videor feciſſe injuriam, reparatam eam omni modo cupio, ſincera & candida ſicut acta eſt declaratione, & in prædicto Commen- F tario meo expunctam vel mutatam bonam partem numeri 38.

nunc intelligo illum alterius Congregationis fuiſſe.

225 Reſtat ut de Vercellenſi Eccleſia, cujus Epiſcopus *Albertus* fuit, priusquam ad ordinem Patriarchalem eveheretur, verbum addam, ex inſtructione Lezanæ tomo 4. Annalium edito ſub annum 1656. ſic ſcribentis pag. 208. *Si dicatur, Cur Eccleſia Vercellenſis, de aliis Epiſcopis ſuis feſtum agens, B. Albertum non colit? Dicimus hujus negligentiæ forſitan cauſam fuiſſe, quod extra Epiſcopatum Vercellenſem, in Patriarchatu ſcilicet Hieroſolymitano a vita deceſſerit. Deinde dicimus Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Jacobum Gorinum, modernum Vercellarum Epiſcopum, prædeceſſorum negligentiam corrigere volentem, proximis his annis petiiſſe a ſacra Congregatione Rituum, liceret ſibi addere Officiis propriis Eccleſiæ & Diœceſis ſuæ Officium S. Alberti Epiſcopi & Confeſſoris; qui de Epiſcopo Vercellarum factus Patriarcha Hieroſolymitanus, primam Regulam compoſuit & dedit*

Vercellen. ſedit circa an. 1185.

Carme-

A *Carmelitis, qui propterea illius Officium de Communi recitant ritu duplici. Ad quod reſpondit ſacra Congregatio, Doceatur quod S. Albertus fuerit Epiſcopus Vercellarum. Quod cum evidenter conſtare poſſit ex dictis, intentum ſuum idem Illuſtriſſimus habere potuit, etſi an de facto habuerit mihi nondum conſtet.* Mihi conſtat, non habuiſſe, & hoc quoque anno ſcriptum inde eſſe, quod nihildum ibi de Alberto fiat. Viderint ii, quorum intereſt iſtud curare, Deoque & Sancto de tam facile parabili ipſi honore neglecto reddere rationem. Deſiderio pro ipſis meo magis officit, quod Epiſcopii iſtius archivium adeo conturbatum ſit, ut nemo velit magno incertoque labore ſcrutari tantum chaos, ad requirendas originales de Vita S. Alberti membranas, hiſtoriamque miraculi in liberatione Principiſſæ Parmenſis patrati, cujus epitomen dedi num. 6. integram hic daturus, ſi ſæpius petitam potuiſſem nanciſci.

Alberti cultum optantes, deinde ego- cunt negli- gentius.

XIII RODULPHUS.

XIV LOTHARIUS.

B

226 MAtinus Sanutus, lib. 3. Secretorum fidelium Crucis, parte 11. cap. 5. cum dixiſſet, quod anno 1214. *Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus in Proceſſione mortuus eſt* (hoc autem Italica phraſi idem eſt ac Latina, *occiſus*) addit, quod ei *ſucceſſit* RODULPHUS, pro quo *Thomam Agni* nominat Heroldus in Continuatione belli ſacri lib. 3. cap. 2. velut unum ex duobus nobiliſſimis Patriarchis, qui adfuerunt Lateranenſi Concilio, quod anno 1215. die 11. Novembris celebratum eſt. Sed cum neſciamus unde nomen iſtud habere Heroldus potuerit, non extantibus uſpiam Concilii ſubſcriptionibus; potior nobis eſt Sanuti auctoritas, qui proximo poſt hæc ſeculo floruit ac ſcripſit, & per ſeipſum res Terræ ſanctæ ſcrutatus eſt. Sed nec diuturnus Rodulpho Patriarchatus fuiſſe potuit, cum Ferdinandus Ughellus tom. 3. Italiæ ſacræ in Archiepiſcopis Piſanis, agens de LOTHARIO, quem abiturus Albertus pro ſe Epiſcopum Vercellenſem conſecrarat, facto ſub annum 1209. Archiepiſcopo Piſano, ſcribat, quod *cum demum in Orientem, illic bellantibus Chriſti fidelibus opem laturus, cum fuit Piſanis tranſiit, Patriarcha Hieroſolymorum creatus eſt anno 1216.* Hic autem annus vel inde confirmatur, quod apud eumdem Ughellum mox refertur inſtrumentum, ipſo eodem anno confectum ſcilicet *Honorii Papæ III. anno 1. menſe* C *Decembris die 16. Indictione 5.* per Archipresbyterum & Canonicos Piſanos duos, *apud Apoſtolicam Sedem conſtitutos, pro confirmatione electionis Domni Aleprandini, facta ad Eccleſiam Piſanam*: unde neceſſario conſequitur illo ipſo anno vacuam Sedem Piſanam fuiſſe per *Lotharii* prædicti promotionem. De Rodulfo nihil magnopere dignum relatu inveniri haud equidem miror: de Lothario omnino: ſiquidem uſque ad annum 1224. neminem reperio, quem dicam ei ſucceſſiſſe.

Alberto Rodulfus an. 1214. ſuccedit;

& huic an. 1216 Lotharius.

XV GERONDUS vel GIRALDUS.

227 FUit hic Valentinus in Gallia Epiſcopus, & anno 1224. adhuc præſens Valentiæ, acceptavit donationem, ſuæ iſti Eccleſiæ factam a Guidone Adamaro, cujus donationis Sammarthani in Gallia Chriſtiana meminerunt. Anno deinde ſequenti expeditæ ſunt eidem, jam ad Patriarchatum promoto, commendatitiæ ab Honorio III. litteræ illæ, quæ lib. 9. epiſtolarum ejus notantur num. 319. 320. 321. & 363. apud Odoricum Raynaldum. Ipſe autem iis egregie uſus, ad concitandos pro inducendis armis juventutis Gallicæ animos, tranſmiſit in Syriam; indeque anno 1227. miſit Gregorio IX. Epiſtolam, ab aliis ſeptem Prælatis D ſignatam, pro accelerando ſubſidio. Hunc Epiſtolam ipſe Gregorius omnibus Chriſti fidelibus communem fecit, & Matthæus Paris integram tranſcripſit. Idem *Gerondus* anno 1229. ſcripſit aliam, querens de treuga cum Soldano inita ab Imperatore Friderico, cum maximo Chriſtianitatis damno atque dedecore: quam epiſtolam apud eumdem Matthæum Paris legere eſt. Capitula autem turpis treugæ, a jam dicto Patriarcha ad Pontificem miſſa, vide ſis apud Odoricum Raynaldum. Satis hic fuerit indicaſſe, primum, quod fuit in ſpeciem glorioſum, reipſa impiiſſimum, propter adjectam conditionem de relinquendo Saracenis templo Salomonico, aliaſque haud minus probroſas pactiones: ſcilicet, quod *Sultanus Hieroſolymam Imperatori ejuſque Præfectis tradat, ut de ea quomodocumque pro arbitrio diſponat communiatve.* Communire autem eam tantum abeſt ut curaverit Imperator, ut omnia in eo relinquens ſtatu ad quem Turci redegerant, imo reſtaurari prohibens atque impediens, totam Terram ſanctam Saracenorum furori expoſitam dimiſerit. Itaque non tantum nequivit *Gerondus* Sedem Patriarchalem ſuo loco reſtituere; ſed etiam ipſam civitatem, propter Imperatorios eam obtinentes, coactus fuit ſubjicere Interdicto. E

An. 1224. ordinatur,

AUCT. D. P.

an. 1229. queritur de treuga cum Saracenis facta,

228 Quamdiu deinde & ubi *Gerondus* vixerit, incertum eſt. Conſtat ex Regeſto Epiſtolarum Gregorii IX. lib. 14. ep. 54. *vacante dudum Hieroſolymitana eccleſia ad eam fuiſſe poſtulatum bonæ memoriæ Tuſculanum Epiſcopum*, videlicet Jacobum de Vitriaco: ſed quod is Romæ neceſſarius putaretur, merito non conceſſum. Venerat ſanctiſſimus hic Prælatus Romam anno 1227. poſt ſcriptos Ognaci in Belgio Hiſtoriæ Occidentalis hiſtoriæ libros: in quos cum forte incidiſſem eo tempore, quo multiplicatis prælis & operis abſolvebatur editio Aprilis, jamque imprimebatur Propylæum antiquarium pro ſecundo Tomo, certis de cauſis reſervatum ad finem totius impreſſionis; vidi plurimos religioſos Ordines ſigillatim deſcribi, nulla facta Carmelitani Ordinis mentione. Hoc in eam rem quæ ſub manu ac prælo erat credens vehementer convenire, raptim ſcripſi partis 2. numerum 31. ultimumque, & argumento jam jam imprimendo ſubjunxi; non animadvertens, non ſolum Carmelitarum Ordinem, de quo erat mihi quæſtio, iſtic præteriri; ſed etiam Ordinem Prædicatorum, qui juxta Ordinem Minorum ævo iſto ſurrexerat, nec poterat ignotus fuiſſe Jacobo. Affertur deinde recens a prælo folium, a mendis typographicis emaculandum: lego nomina religioſorum Ordinum, F ſicut ex libro ipſo deſcripſeram: video deeſſe *Prædicatores*: miror ſi ſint a Jacobo præteriti, neque in auctore defectum, ſed in me fuiſſe cogito, cui feſtinanti nomen unum exciderit. Recurro nihilominus ad ipſum librum; & compendium facturus temporis requiro indicem; pro quo offertur pag. 471. ab Andrea Hoyo deſcriptus ſyllabus eorum *Ordinum, quorum meminit auctor.* Quid plura? Celeri oculo paginam percurrenti offertur ultimus *Ordo Prædicatorum*: neque pluribus opus putavi, ut defectum animadverſum mihi ipſi imputarem, atque ante *Minores*, in averſa pagella notatos, ſcriberem Prædicatores. Infelici profecto caſu! Nam ſi tantillum ultra legiſſem, totum illum de Vitriaci ſilentio paragraphum aboleri juſſiſſem. Vidiſſem enim ſic ibi ſcribi: *Ordo Prædicatorum a B. Dominico inchoatur in Toloſatibus anno 1203. ſub Innocentio III. confirmatus eſt ab Honorio III. anno 1216. cujus nullam fieri ab auctore coævo ſynchrono mentionem, eſt cur miremur.*

eo mortuo, eligitur de Vitriaco;

qui in Hiſt. Occidentali enumerans Ordines Religioſos

non ſolum Carmelitas, ſed & Prædicatores omiſit.

229 Habes Lector ingenuam confeſſionem cauſamque erroris, propter quem omni occaſione ac loco proſcindor

quod me latuit.

A ſcindor ab adverſariis, ut *Mendax & Falſarius*, nullaque fide dignus in cunctis quæ circa Ordinem Carmelitanum ſcripſi. Tu, ut affectus es, ita judica. Interim obſerva ingens eſſe inter Ordinem utrumque, a Jacobo prætermiſſum, diſcrimen. De Prædicatoribus, qui tunc ſuerunt, via ullus iſtius temporis hiſtoricus tacet; de Carmelitis, qui pariter in Europa, non in uno nec paucis, ſed plurimis locis fuerint, nec unus quidem auctor tunc vivens adducitur. Scribebat Jacobus, abdicato Acconenſi Epiſcopatu ſolitariam fere vitam ducens, apud ſepulcrum B. Mariæ Ogniacenſis filiæ quondam ſuæ ſpiritualis, in Brabantia noſtra Gallicana; ſcribebat autem circa annum 1220. cum adhuc ipſum Prædicatorum nomen ignotum fere eſſet in Belgio, conventus certe vel nulli vel pauciſſimi incheati: Carmelitas vero in Oriente & viderat & laudaverat, ut ſupra diximus; prætenditque TRIUMPHATOR parte 2. Armamentarii n. 685. ex inſtrumentis ante a ſe productis ſatis eſſe probatum, quod Ordo ſuus, diu ante ibidem fuerit multiplicatus quippe qui (ut prætenditur) anno 1230. in Provincias diſtinctus in Alemannia (ſub qua & Belgium comprehenditur) *domos* habebat

B *longe lateque diffuſas*.

Obiit ille, non an. 1244. ſed poſt 1256.

230 Atque hæc occaſione *Iacobi de Vitriaco*, ad Patriarchatum Hieroſolymitanum poſtulati, licet non conceſſi, dicta ſunto; quem qui anno 1244. primum viſa functum fuiſſe ſcribit Andreas Hoyus, hiſtoriarum ejus ex Ogniacenſi MS. acceptarum evulgator Duaci, Ciacconium quidem, Ughellum atque alios ſequaces habuit in eodem anno notando: ex præcitata tamen Gregorii Papæ IX. epiſtola corrigendus eſt: illo enim ejus, ut jam mortui, meminit per titulum *bonæ memoriæ*. Eſt autem, teſte Odorico Raynaldo in Annalibus, epiſtola data 11. *Idus Maji anno Pontificatus* 14. atque adeo æræ vulgaris anno 1240. Itaque jam obierat *Iacobus*, de quo poſt annum 1237. nihil in Eccleſiæ Romanæ monumentis Ciacconius potuit reperire. Brocardus Argentinenſis, in deſcriptione Terræ Sanctæ anno 1282. a ſe luſtratæ, aliquoties utens auctoritatibus ex Vitriaci hiſtoria Orientale ſumptis, Patriarcham Hieroſolymitanum abſolute appellat: quod alii forte ea ætate pluribus uſu venit: licet eam dignitatem Vitriacus numquam ſciatur reipſa tenuiſſe.

C

XVI ROBERTUS.

231 IDem qui ſupra Gregorius Papa IX. in eadem Epiſtola: *Cum*, inquit, *proceſſu temporis ad nos fuiſſet profata Hieroſolymitana Eccleſia proviſio devoluta, ne diutina vacationis deprimeretur diſpendiis, venerabilem Fratrem noſtrum Patriarcham Hieroſolymitanum, tunc Epiſcopum Nannetenſem* (*Robertum* vocant Albertus le Grand & San-Marthani) *eidem providimus in Paſtorem*. Sed hic anno 1244. irruentibus ſuper Chriſtianos ex improviſo Choraſminis, *perfida gentis metu, de civitate Hieroſolymitana, una cum Magiſtris domorum Hoſpitalis & Militiæ templi & univerſis habitatoribus civitatis ejuſdem, tamquam de humano præſidio deſperatis, verſus Ioppen abſceſſit* (ut ſignificat ſuis in litteris Fridericus Imperator) Acconemque delatus, inde die 25. Novembris dedit lamentabiles ad Cypri Regem & Principes Europæos litteras, quæ apud Matthæum Paris extant: eam cladem meritus, ſi ipſius quoque negligentia factum eſt, ut Innocentii Papæ IV. mandatum, de reſtaurandis Urbis ſanctæ mœniis anno præcedenti directum, executioni non daretur. Anno 1245. celebratum Lugduni ab eodem Papa Innocentio eſt Concilium univerſale, ad quod de *Terra ſancta, quæ multo patebat diſcrimini* nullus potuit advenire, ſed nec advocari: occaſionaliter tamen illuc advenit Epiſcopus

Ordinatus, obiit an. 1240.

Berytenſis, totius Syriæ Nuntius generalis, mandatum bajulans lugubre de exterminio ibidem patrato. An D etiam Patriarchæ Roberti nomine, tunc adhuc viventis, neſcimus divinare. Anni certe ab hac legatione, uſque ad tempus electi ſucceſſoris *Iacobi Pantaleonis*, decem effluxerunt. Cumque nemo alius ſit, qui intervallo illo ſediſſe dicatur, præſumi poteſt, quod *Robertus* vixerit uſque ad æſtatem anni 1255. miſſus enim *Iacobus* primum in Syriam eſt menſe Decembri.

AUCT. D. P. moritur an. 1255.

PARERGON XII.

De uſu zyfrarum numeralium, hac primum ætate Europæ communicato.

Zyfrarum notarum Originalis,

232 PUlcherrimum arithmeticæ artis commodiſſimumque ad ſupputationes quantumvis numeroſas inſtrumentum, ſunt notæ illæ decem, quas quia primi Arabes pertulerunt ad nos, *Arabicas* dicimus, proprio autem nomine vocamus *Zyfras*, eo ipſo ſignificantes, Orientalium illas eſſe inventum. Siquidem jam inde a tempore Joſue in Palæſtina notum erat vocabulum iſtud, licet in ampliori ſignificatu; quando E *litteræ* univerſim nominabantur *Sepher*, unde *Cariath-Sepher id eſt Civitas litterarum* redditur Joſue 15. Uſum illarum apud nos minime antiquum eſſe, ita notum eſſe credebam omnibus, ut non eſſet opus nominare auctores qui id docent; neque vel per ſomnium ſuſpicatus fueram unquam, aliquem inveniendum tam imperitum, ut multorum ſeculorum ætatem audeſet velletve arrogare ſcripto, in quo illæ reperirentur. Sed mea me fefellit opinio. Inventus eſt qui non antiquas tantum, ſed antiquiſſimas in Europa zyfras eſſe ſuſtineret, & ab initio Chriſtianæ Eccleſiæ uſitatas (pudet dicere, quo argumento) atque pro ea qua valebat auctoritate ſuis etiam diſcipulis perſuaderet. His ergo melius inſtruendis cum forte ad manum libri non ſint, unde poſſint diſcere veritatem, quam mihi nolue runt ſimpliciter aſſerenti credere; ex Athanaſii Kircheri noſtri Arithmologia, excuſa Romæ anno 1665. non gravabor tranſcribere partis 1. Caput ultimum, *de zypbrarum ſive numerorum hodierna die uſitatorum origine*, omiſſis iis quæ ibidem *de earum fabrica* apta innexuit; eo quod id parum faciat ad noſtram quæſtionem, & ab originaria illa ac prima forma, valde deflexerit uſus noſter, F ut in communibus alphabeti litteris aliiſque rebus omnibus, ſic in numeralibus zyfris nonnihil mutationis jure ſuo inducens. Sic autem diſſerit.

ſicut docet Ath. Kircher in Arithmologia,

233 Brachmanis vicini Arabes, advertentes inſigne numerorum compendium, quibus illi veluti arcanis notis utebantur, ſucceſſu temporis id ſuum fecerunt. Ita Abenragel in ſuo de introductione ad Aſtronomiam libello, ubi loquitur de zyfris: *Et hi*, inquit, *ſunt numeri Indiani, a Brachmanis, Indiæ ſapientibus ex figura circuli ſecti inventi*. Id quomodo factum accurate explicas & ad oculum oſtendit Kircherus, deinde ait: Zyfras itaque Arabum, quas illi *Horuph el End*, id eſt, *Litteras Indicas* vocant, ab Indis proceſſiſſe, non ſolum dicti Arabes, ſed & Græci fatentur, uti poſtea videbimus. Quo autem anno hæc tranſlatio facta ſit, magnum eſt omnium ſilentium: quantum tamen conjecturis aſſequi poſſum, contigit id Hegiræ 300. anno vero Chriſti 912. quo annorum circulo, ſicuti Arabes, juxta Saracenicam hiſtoriam, totam illam Perſiæ, Carmaniæ, Indiæque oram ſuo ſubjiciebant imperio, ita ex Indorum ceterarumque regionum commercio haſce notas ſeu zyfras primum ſuſcepiſſe putamus: quæ poſtea per Ægyptum, Lybiam ceteraſque Africæ regiones ad Occidentalem uſque oceanum propagatæ, inter Arabes nullo non tempore viguerunt; donec irruptio-

a Brachmanis Indis,

ad Arabes traducta an. 900.

ne

AUCT. D. P.

A ne in Græciam & Hiſpaniam facta, intra terminos proprios contineri neſciæ tandem ad dictas nationes traductæ, non Europæ tantum, ſed & toti orbi publici juris factæ ſunt. Quod ut exactius comperirem, vetuſtiſſimos codices tum Græcos tum Latinos Arabicoſque conſulendos duxi, quibus diſcuſſis, certe nullum unquam harum notarum ante annos 430. comperire veſtigium licuit.

Græcorum primus iis uſus Planudes

234 Inter Græcos primus fuit, qui hoc numerorum genus in ſua quam edidit Arithmetica uſus eſt, Maximus Planudes; cujus liber etiamnum in Bibliotheca Vaticana, ſub antiquiſſimi codicis forma, continetur, ubi & has notas *zyfras* vocat, & ab *Indis* profectas dilucide oſtendit. Libri titulus eſt, Τοῦ φιλοσοφωτάτου μονάχου Κυρίου Μαξίμου Πλανούδου ψηφοφορία, κατ' Ἰνδοὺς λεγομένη, μετ' ἄλλων οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι κατὰ νόησιν ἐξευρόντες· εἰσὶ δὲ τὰ σχήματα ἐννέα. *Sapientiſſimi Philoſophi monachi Domini Maximi Planudis calculatoria, nuncupata ſecundum Indos, quã præ aliis periti Aſtrologicarum diſciplinarum illam ſubtiliter excogitarunt. Sunt autem figuræ novem*, non adnumerata ſcilicet decima O, quæ non tam zyfra eſſe cenB ſetur, utpote per ſe nihil ſignificans, quam cyfrarum in decuplum multiplicandarum complementum. Dixi primum inter Græcos, quantum nobis conſtare potuit, celeberrimi nominis Maximum Planudem fuiſſe, qui Arithmeticam ſuam hiſce ziſtarum notis deſcripſerit; cum ante eum nec Pſellus, nec Plethon, neque Ptolomæus, neque Diophantus, nec alii antiquiores Arithmetica & Aſtronomica ſua opera iis adornaſſe comperiantur. Cum vero Planudes nonnulla ſua opera Michaeli Palæologo Orientis Imperatori inſcripſiſſe legatur, ex eo luculenter ſane patet tempus quo vixerit, quodque pereruditus Leo Allatius invenit fuiſſe circa annum 1270. cui & hiſtoriæ tum Græcorum tum Latinorum conſentiunt. Hi itaque anni ſubducti a præſentis anni curriculo 1665. relinquunt annos 395. quibus abhinc ſupradictus Planudes vixit. Illo videlicet tempore, quo declinante paulatim monarchia Græcorum, Saraceni & Turcæ, qua data porta, uti in alias, ita & in Græciæ Africæque maritimas provincias ſub Bajazete irruperunt. Joſephus Scaliger, uti curioſiſſimus hujus rei indagator fuit, ita hanc quoque veritatem evolvit in epiſtola quadam, ad Marchum Freherum da-

Obiit an. 1270.

C ta, nummum Conſtantini Magni ſibi oblatum, multorum inſtinctus precibus explicans, his verbis. Nummus ingens argenteus clariſſimi viri Marquardi Freheri, quam recenſuit, argumento ſunt characteres arithmetici 1. 3. 4. 2. 3. 5. qui ante trecentos aut paulo plures annos ad nos tranſierunt: ac primo quidem diſſimiles his noſtris hodiernis, poſtea memoria proavorum hac forma interpolati quæ hodie in uſu eſt. Itaque nummus hic cuſus aut conflatus eſt, non illo ſeculo, quo ii a Chriſtianis recepti ſunt, ſed illo quo interpolati, hoc eſt memoria proavorum .... Characteres autem illos primi omnium Chriſtianorum Hiſpani a Mauris, ab Hiſpanis reliqui Latini Chriſtiani, ab illis Græci acceperunt, ... Nobis igitur conſtat recentiſſimam quidam nummi conflaturam eſſe, formas autem incluſas & veteres eſſe & ex aliquo vetuſto libro aut pictura eccleſiæ alicujus deſumptas, cujuſmodi multas hodie videmus in gemmis, novitiæ quidem cælaturæ, ſed vetuſtiſſimi argumenti. Ex notis itaque zyfrarum, poſticæ nummi faciei inſcriptis, colligit Scaliger illum Conſtantini Magni tempore minime cuſum fuiſſe, ſed poſteris temporibus, jam dictis zyfris communi omnium Chriſtianorum conſenſu acceptatis. Et in epiſtola quadam ad Albertum Pighium expreſſe dicit, ſe diſcuſſis omnibus veterum manuſcriptis, nunquam haſce zyfrarum notas 350. annis ſuperiores comperiſſe. Cum

Eaſdem Hiſpani acceperunt a Mauris

vero Scaliger tempus annumque, & qua occaſione hæ zyfræ primum Europæ innotuerint, præciſe non determinet; noſtrarum partium eſſe rati ſumus, negotium paucis notum ex Chronologia Aſtronomica, eo quo fieri poteſt ſtudio, quantumque comperire licuit, exacte enodare. D

235 Anno ſalutis noſtræ 1240. Alphonſus Princeps Hiſpaniæ, & Ferdinandi ſanctiſſimi Regis Caſtellæ filius, cum litterarum tum potiſſimum Aſtronomicarum diſciplinarum, ad quas veluti naturæ quodam pondere ferebatur, amore ſtimulatus, uti jam incredibiles in iis progreſſus fecerat, ita quoque animos omnium in admirationem ſui traxit. Interim confluentibus ad eum, tanquam ad oraculum, undique & undique Aſtronomis Mathematiciſque, cum jam a multis annis de ſiderum motibus, a Ptolomæi temporibus in eum uſque diem interruptis & oppido defectuoſis, tum per ſeipſum tum per alios certior factus, errores cognoſſet; intenta mentis applicatione eos ponderans, de remedio quantocius adhibendo deliberavit. Quoniam vero inaudierat ſummos in Africa Aſtrologos tum Arabes tum Judæos florere, qui & emendatiſſimas de ſiderum motibus tabulas poſſiderent; ut concepta jam dudum animo molimina E educeret, quotquot eo tempore in Aſtronomica facultate magna nominis celebritate florerent, ingentibus ſumptibus evocavit: quos inter fuiſſe dicuntur, ut in Aſtronomica Hiſtoria Chriſtmanni traditur, & Auguſtinus Riccius in præfatione ad Almageſtum Ptolomæi fuſe proſequitur, Alfarabius, Abenragal, Profatius, Mabumed, Hoamar & inter ceteros princeps Iſaac Hazan, Synagogæ Toletanæ Cantor Hebræus. Qui omnes, allatis ſecum tabularum Aſtronomicarum codicibus, emendationis veterum tabularum initium fecerunt: quorumque opera poſtea celeberrimum illud opus, quod Tabulas Alphonſinas vocant, primum in lucem exiit; tantæ apud omnes æſtimationis, ut ex eo Rex Alphonſus immortalem nominis ſui gloriam non immerito comparaverit, Sapientis titulo apud poſteros obtento. Atque hujus Aſtronomicæ Synodi occaſione zyfras arithmeticas, quibus Arabum tabulæ conſtabant, quaſque jam ante nonnulli ex Hiſpanorum Aſtronomis & Mathematicis a Mauris acceperant, primum in Latinas tabularum deſcriptione introductas fuiſſe, omnes fere Aſtronomicarum rerum ſcriptores conſentiunt; cum ante harum editionem tabularum, non niſi Latinis notis tabulæ conſcriptæ reperiantur. Tẽpus vero, quo Rex Alphonſus hoc opus inchoavit, Mariana teſte, fuiſſe dicitur annus poſt F Chriſtum natum 1240. & anno 1252. quo patre Ferdinando fatis functo Hiſpali, ipſa regni gubernacula adiit, in lucem editum fuiſſe, Chronicum Aſtronomicum P. Joannis Riccioli ſcite oſtendit, queis & Arabum hiſtorici conſonant. Opus itaque vere Regium, utpote in quo quadraginta aureorum millia expenſa dicuntur, uti novitate ſua omnium Latinorum animos vehementer accendit, ita ex novitate curioſitas, famam operis identidẽ per Europam crebreſcentem ſecuta, hoc præſtitit, ut beatum ſe quiſpiam diceret, cui deſcribendi copia concederetur. Itaque intra paucos annos multiplicatis exemplaribus manuſcriptis (nam typographia necdum inventa fuerat, ſed anno 1450. Moguntiæ primum per Joannẽ Fauſtum orbi innotuit) factum fuit, ut novæ hæ numerorum notæ, tum ad ſcribendum faciliimæ, tum ad computandum aptiſſimæ, ab omnibus acceptatæ, non ad privatum dumtaxat, ſed ad publicũ bonum convertarentur.

per Alph. [illegible] an. 1240.

tabulas ſuas compoſuit

236 Quotquot ſcriptores, 70. abhinc annis, harum notarum mentionem fecerunt, earum ad Hiſpanos tranſlationem intra 300. aut 400. abhinc annos præter propter conſtituunt. Scaligeri verba ſupra allegavimus, quem ſecuti Gruterus & Hermannus Hugo; ille in ſuis, quos Fax artium vocat, inſcriptis libris; hic in ſuo de

Ita aſſerunt quotquot de hoc ſcripſerunt.

ſcribendi

A ſcribendi origine libello his verbis, *Barbaricæ Arithmeticarum notæ, quibus hodie utimur, ante trecentos circiter annos tantum ad nos venere ab Arabibus: & Hiſpani quidem primum eas acceperunt a Mauris, Latini denique omnes ab Hiſpanis.* Quibus non abnuit Matthæus Hoſtius in libro de recta numerandi ratione. Theatrum Vitæ humanæ tomo N fol. 64. *Notæ barbaricæ, quas zyfras vocamus, recentiores ſunt, quam quidam exiſtimare poſſent; a Mauris in Hiſpaniam primo introductæ, & ab his ceteris Europæ provinciis communicatæ.* Certe a Mauris primum communicatas vel ipſæ notæ oſtendunt: idque inſtituta characterum tam Latinorum nunc quam barbarorum collatione accurate oſtendit Kircherus. Deinde ſibi objicit typos tres, qui noſtris 4. 5. 7. reſpondent, ante annos 300. in Anglia inventos, a modernis nonnihil diſcrepare; & reſpondet, has notas nullam ſpecificam differentiam involvere. Addo ego tres illas, quas ille Anglis tribuit notas ſpeciales, in noſtro quoque Belgio fuiſſe uſitatas; illæ enim, pro ſignando quaternario

Scaliger, Grotius, Hugo, Hoſtius.

Beyerlinck.

B quinario ac ſeptenario numero, reperiuntur in libris apud nos ſeculo quinto ſupra decimum exaratis, quos multos in bibliothecis Belgicorum monaſteriorum vidimus, varios habemus ipſi, ac nominatim in Florario Sanctorum Mſ. ſæpius nominato ac nominando. Omnium vero, quos ſic notatos poſſidemus, vetuſtiſſimus Codex membraneus, continet Polychronicon Ranulphi Ceſtrenſis, perductum uſque ad obitum Eduardi Regis hoc nomine primi, id eſt uſq; ad ann. 1337. cujus Polychronici non niſi epitome hactenus habetur excuſa.

237 Pergit deinde Kircherus ea quæ dixerat pluribus teſtimoniis ſtabilire, atque audiri in primis jubet Petrum Ramum l. 4. Scholarum Mathematicarum fol. 117. quæ huc uſque de barbaricis notis dicta ſunt, veluti anacephalæoſi quadam confirmantem his verbis: *Numeri ſeu notæ, quæ hic deſcribuntur, recentes ſunt: his enim Euclides vel Theon nunquam uſi ſunt, nuſquam Archimedes aut veterum quiſquam. Denique apud veterum neminem notare potui has notas 1. 2. 3. Alii eas referunt ad Phœnices, alii ad Indos. Joannes a Sacrobosco, cujus ſepulcrum eſt Lutetiæ in comitio Maturinenſi, refert ad Arabes; nec opinio a vero eſt .... Quicumq; autem fuerit inventor decem notarum, laudem magnam meruit. Res ipſa certe tantum placuit, ut omnium gentium conſenſum meruerit.* Huc uſq; Ramus: ubi nota, Joannem de Sacrobosco primum fuiſ-

Ramus,

C ſe qui in Franciæ libros ſuos hiſce notis inſignierit, & ſphæram ſuam vulgavit Pariſiis an. 1256. Confirmat hæc eadem Lucas Gauricus, in oratione quadam de laudibus Aſtronomiæ Ferrariæ habita. Verba ejus ſunt: *Nec minus nobis in ſcribendo profuerunt Arabes cum pleriſque recutitis Sabbatariis, qui ſuas ad nos inventiones induxerunt: quorum plerique in Hiſpania Alphonſo Regi auxiliares in Aſtrologia inſtauranda manus porrexerunt.* Petrus Nonius in præfatione ad ſphæram Joannis de Sacrobosco, haſce in Occidentem ab Arabibus translatas his verbis confirmat. *Nam etſi*, inquit, *Arabes deſertam a Græcis poſſeſſionem magna vi invaſerunt, adeo ut has artes in Occidentem & Hiſpaniam uſq; propagarint; tamen eorum ſcripta oſtendunt, curioſam gentem non tam laboraſſe in obſervandis motibus quam in divinationibus per numeros. At noſtri, numeroſis Arabum ſuffulti præſidiis, poſt modum multo excellentius Aſtrologiam tractaſſe cenſeri debent.* Atq; hæc abunde puto ſuffectura cuivis non pertinaci, ut deinceps ſciat, pro veris originalibus & ante ſeculum 13. confectis non eſſe habenda, quantamcumque ſpeciem vetuſtatis præferentia monumenta, ſcripta vel ſculpta, in quibus ejuſmodi zyfras reperiet. Quod ſi de ſepulcralibus titulis aliiſve ſimilibus, deque Notarialibus inſtrumentis eſt quæſtio, longævos omnes Notarios & curioſos epitaphiorum inſpectores credo in hoc conventuros unanimiter, ut dicant multo etiam ſerius irrepſiſſe illas in

Gauricus;

Nonius;

Exdiſt multo ſerius aſſumptæ a Notariis publicis.

ſtylum curialem & eccleſiaſticum, in quo etiam hodie D Latinarum litterarum numeralium frequentior quam zyfrarum uſus eſt. Ego certe ſuperiori anno Hoogſtratanæ inſignis parochiæ tumulos omnes otioſe perluſtrans, nullos reperi ante ann. 1460. inſculptos zyfris, præter duos, quos apparebat olim extritos recentiori ſculpturæ fuiſſe reformatos, ita ut ex iis nullum ſumi argumentum poſſit. Alibi non vacavit rem minime dubiam examinare ſolicitius, cum mihi eſſet quæſtio de ſolo ſeculo 13. & annis famoſam Carmelitarum migrationem prægreſſis; ante quam nullas alias migrationes eorum agnoſco, nedum tales quæ integris Provinciis conſtituendis ſufficerent.

AUCT. D. P.

XVII. JACOBUS PANTALEON

poſtea URBANUS PP. IV.

238 HIc Trecenſis origine atque per omnes eccleſiaſticorum Ordinum gradus ſucceſſive provectus, primum non Laudunenſis (ut vulgo ſcriptores) ſed Leodienſis Archidiaconus, nominatus in Vita S. Julianæ E Cornelienſis 5. Aprilis, occaſione operæ quam illi contulit ad promovendam Leodii inſtitutionem novæ feſtivitatis in honorem venerabilis Sacramenti; deinde Virdunenſis Epiſcopus anno 1252. cum a Pomeranica Legatione feliciter adminiſtrata reverſiſſet ad Alexandrum Papam IV. creatus eſt ab eodem Hieroſolymitanus Patriarcha an. 1255. miſſus in Orientem, & Chriſtianis ibidem degentibus commendatus per Epiſtolam, anno 1. Pontificatus, 7. Idus Dec. datam, hoc principio: *Venerabili Fr. noſtro I. Patriarchæ Hieroſolymitano, viro utique morum honeſtate conſpicuo, litterarum ſcientia prædito, & providentia circumſpecto, quem carum habemus ſuorum exigentia meritorum, plenæ Legationis officium tam in Provincia Hieroſolymitana, quam etiam in exercitu Chriſtiano, ubicumque pro ſubſidio Terræ ſanctæ in dicta Provincia fuerit, de Fratrum noſtrorum conſilio, duximus committendum: ſpe nobis firma propoſita, quod cum ei adſit puritas conſcientiæ, & præſto ſit judicium rationis, malitiam odiat & innocentiam tueatur, quod recta regens & dirigens indirecta, aſpera convertet in plana.* Sexto poſt hæc anno, cum prædictus Patriarcha *Viterbium acceſſiſſet ad Curiam pro ſuæ Eccleſiæ negotiis promovendis*, dum iſtic de ſucceſſore Alexandri IV. eligendo conſultarent Cardinales, *concorditer ad apicem Apoſtolicæ dignitatis aſſumptus eſt: itaque factus de petitore conceſſor, de ſubdito dominus, de filio pater, Urbanus IV. meruit nominari*; ut ſcribit Siculorum rerum F auctor anonymus Mſ. cui de eadem electione conſentiunt auctores ceteri, novi vetereſque, ad annum 1261.

Ordinatur Patriarcha an. 1255.

fit Papa an. 1261.

XVIII. GUILIELMUS.

XIX. BARTHOLOMÆUS AGNI.

239 CUjus rei cauſa ad Curiam venerit *Jacobus Patriarcha*, utcumque colligere poſſumus ex eo quod fecit mox atque creatus eſt Papa, providens futuro poſt ſe Patriarchæ, ne in ſubjecti ſibi Epiſcopi diœceſi diutius velut hoſpes agere cogeretur & vivere. Quomodo autem id fecerit & quem ſubſtituerit ſibi, utcumque docebunt nos Sammarthani Fratres in Archiepiſcopis Arelatenſibus tom. 1. Galliæ Chriſtianæ, ubi agentes de Florentio, ſub ann. 1261. ab Acconenſi in Syria Epiſcopatu ad Arelatenſem in Gallia Archiepiſcopatum translato, addunt, quod ejuſdem *Acconenſis Eccleſiæ in partibus Orientalibus Paſtore vacantis cura commiſſa fuit Guilielmo, Epiſcopo Agennenſi, Patriarchæ Hieroſolymitano.* Cujus ſui aſſerti utinam antiquum aliquod proferrent teſtimonium! tenebras enim ſibi & nobis faciunt, cum deinde in tomo 2. agentes de Epiſcopis Agennenſibus de-

Ex Agennenſi Ep. factus Patriarcha & Adminiſtrator Eccl. Acconen.

N n que

A quæ hoc Guilielmo, nullam ejuſmodi promotionis faciunt mentionem; imo dicunt, ipſum *in membranis tabularii Regii memorari ad annum 1263. eodemque anno obiiſſe, humatum apud S. Martinum de Campis*. Interim de translatione Florentii e Syria in Galliam cum nullum ſit dubium, neque obſit aliquid quo minus hinc illuc Agennenſis tranſierit GUILIELMUS, locum ei hic facimus, credimuſque cauſa negotiorum Terræ-ſanctæ veniſſe Pariſios, ibidemque ſuum diem obiiſſe. Succeſſorem requirens, nec alium inveniens, quam, quem ſciebam anno dumtaxat 1272. fuiſſe huc promotum, F. THOMAM DE LENTINO, facile mihi perſuaſi, quod Abrahamus Bzovius, ad annum 1264. allegans Epiſtulas Urbani IV. in Regeſtu illius anni relatas ſub num. 13. 120. 121. 122. tamquam datas ad *Thomam de Lentino Hieroſolymitanum Patriarcham*, erraverit in ſolo cognomento; quodque tunc revera fuerit aliquis Patriarcha *Thomas* cognominatus THOMAS AGNI, & a Lentinenſi diverſus; quamvis viderem quod S. Antoninus aliique Scriptores Ordinis Prædicatorum, cum Panvinio & Roccho Pyrro, eos non diſtinguerent, ſed THOMAM AGNI DE LEN-

B TINO pro uno eodemque homine ſumerent. Verum poſtea, in Hiſtoria Vicentina Barbarani, reperi Epitaphium B. BARTHOLOMÆI DE BRAGANTIIS, qui longe commodius ſupplere poſſet vacuum ſpatium, inter *Guilielmum* & *Thomam Lentinenſem*, & excuſare Bzovium ut lapſum, non circa perſonam *Thomæ*, ſed circa titulum, præpropere cum vocando *Patriarcham*, qui, quando ad ipſum ſcripſit Urbanus Papa, ſolum erat Epiſcopus Bethleemita, Apoſtolicæ Sedis Legatus, & abſentis in Gallia ac deinde mortui Guilielmi Patriarchæ Vicarius; interim dum in Europa quæritur dignus tanto muneri ſucceſſor. Epitaphium iſtud, bona ſui parte attritum conſumptumque, haud prorſus infeliciter integratum a quodam conventus Vicentini Religioſo, apud Barbaranum legitur pag. 148. duplicis generis charactere, quorum alter reſidua in lapide verba, alter ſupplementa exprimit. Sunt autem verſus hexametri univerſim viginti ſex, quorum primus & ſecundus, decimus nonus, vigeſimus primus & vigeſimus tertius prorſus integri manſerant, quos hic referre ad intentum ſatis ſit:

obiit anno 1263.

Succedit ei non Thomas Agni,

ſed Bartholomæus,

cujus lemma aliquo in veteri Epitaphio,

Hac lapidum compage jacet venerabilis, urbe
Bartholomæus in hac Paſtor, dans dogmata turbæ,
In civitate Patri par vixit hic Ordinis hujus:
Hieruſalem Patriarcha fuit, dilexit & omnes;
Schiſmaticumque ſuo confudit dogmate Gallum.

Nuper vero renovatum marmor renovatum eſt & Epitaphium; quod quia Barbaranus exhibere non potuit,

C hic lubet apponere, ſicut ipſum mihi deſcripſit anno 1681. Collegii noſtri Vicentini Rector Octavius Zenobrius.

D. O. M.

prolixior in eodem nuper innovato,

Clauditur hoc tumulo venerandus Bartholomæus,
Vicentinus olim Præſul, de ſtirpe Breganza.
Dominici ex manibus veſtem capit Ordinis almi:
Pallatii ſacri Romæ eſt veneratus Magiſtrum:
Inde fit Paſtor Paſſenſis Nemonicenſis;
Et Vicentinus, patria plaudente, creatur.
Dogmata ſancta dedit, miracula plurima facit
Vivens, atque graves morbos tumulatus abegit.
Nuntius ad Gallos titubantes miſſus, & Anglos
In fide confirmat, velut alter Apoſtolus, atque
Hæreticas frangit ſcriptis vertitque phalanges,
Schiſmaticumque ſuo confudit dogmate Gallum.
Hieruſalem Patriarcha fuit, loca ſancta reſtaurans.
Francorum Regem Ludovicum viſitat, & Rex
Particulam ſanctæ Crucis ſanctaque Coronæ
Donat ei: remeat ſanctum portando theſaurum.
Tunc templum hoc amplum pro Spina ſtruxit honore,
Qua Dominus fuerat pretioſo tincta cruore;
Et ligno Crucis Cathedralem ornavit & ædem.
Baſſanum patriæ ereptum ſine ſanguine reddit,
Et Paduam patriæ jungit cum fœdere pacis,
Gaudentumque Scholam fundat viduaſque tuentum.
Per tres octoginta annos transfertur, & ecce
Integrum corpus viſum eſt cum veſtibus. Ejus
Concives grati ſtatuam poſuere perennem,
Æternumque vivat, vireat, laudetur, ametur.

Monumentum, vetuſtate ferme collapſum,
Hac forma, huic marmori reddidit
Fr. Baſſanus Brixienſis, S. T. M.
hujus cœnobii Prior, anno Domini
MDCLXIII.

D

Hanc epitaphii veteris ex conjectura ſuppleti paraphraſim, ſi conferas cum altera apud Barbaranum, vetera quæ ſupererant verba ſuo quæque ordine nativo exhibentem; invenies, Auctorem hoc ſolum curaſſe, ut ſenſum veterem daret, ubi poſſet; ubi non poſſet, novum aliquid & huic argumento aptum ſubſtitueret, ex hiſtoria Vicentina aliiſque memoriis. Nihil enim in antiquo eſt de ſacri Palatii Magiſteriatu, nihil de Epiſcopatu ejus in Cypro, nihil de recuperato Baſſano, Padua reconciliata, Gaudentum & Cheradochorum inſtitutione, ſtatuæque erectione. Ordinem etiam rerum immutatum reperies, & inventionem corporis integri, ibi in principio, hic in fine ſic poſitam, ut cum illud hic dicatur *Poſt tres octoginta annos* translatum; ibi appareat ex parte notatus numerus fuiſſe annorum Chriſti, quo id factum ſit, *mille trecentum*: pro reliquis autem numeris, ævo extritis, ſuggeruntur apud Barbaranum ſupplenda verba, *quinquagenus quartus*. Itaque ſi geminam hanc ſententiam in unam conferas, fuiſſet anno 1271. mortuus, qui repertus in tumulo eſt integer anno 1354. anno poſt obitum 83. mortuus autem juxta Barbaranum die 1. Junii, translatus 21. Maji. Hieroſolymitanus quoque Patriarchatus, & Galli ſchiſmatici confutatio, hic inter primas laudes ponuntur, ibi ad ultimas differuntur, ordine magis naturali: *Patriarcha* enim *Hieroſolymitanus* ſi fuit *Bartholomæus* (uti fuiſſe utrobique & clariſſime dicitur) fuit extremis vitæ annis. De his ergo ſolis nobis hic quæſtio, cetera vitæ Acta apud Barbaranum leges prolixe deducta, eademque nos dabimus 1. Junii, jam enim Vicentia accepimus, quæ M. Antonius Thienæus in ſuo Sanctorum ac Beatorum Catalogo, ſeu verius Hiſtoria per libros digeſta, de *B. Bartholomæo* ſcripſit, ſuiſque heredibus inedita dimiſit, conferenda cum Commentariis Barbarani, ſcriptis illis plurimum (ut præſumitur) uſi.

illis autem inter ſe collatis,

E

intelligitur is obiiſſe an. 1271. 1. Junii,

ubi dando Vita;

F

Ut tamen ad Patriarchatum *Bartholomæi* perveniamus commodius, conſtituenda nobis eſt vitæ ab eodem traductæ chronologia. Ac primo, ſuppoſito quod fuerit ſacri Palatii Pontificii Magiſter (hoc autem videntur collegiſſe ex verſu decimo nono, ſic intellecto quaſi dicatur, quod *In civitate Romana par vixit*, S. Dominico, *Patri Ordinis Prædicatorum*, primoque dicti Palatii Magiſtro) illo inquam poſito, ſunt qui id factum velint immediate poſt S. Dominicum anno 1221. alii differunt uſque annum 1243. *In Cypro* poſtea fuiſſe Epiſcopum certiſſimum eſt, & aliud nihil in noviſſima Epitaphii paraphraſi ſignificare poteſt vox *Paſſenſis* quam *Cyprius*: nulla enim veroſimilitudine poteſt ſuſtineri, translatum *Bartholomæum* eſſe ab Epiſcopatu Paphi, urbis poſt metropolim primariæ, ad aliam ignobiliorem Sedem. Dicit autem ipſe apud Ughellum tom. 3. Italiæ ſacræ col. 1130. quod *Nemonicenſis civitatis, quæ in regno Cypri eſt, Pontificatum Apoſtolica Sedes ſibi contulit, quo tempore Rex Chriſtianiſſimus* Ludovicus, *cum Regina & tota fere domo regia, Chriſtianæ Religionis amore tranſiit*, id eſt anno 1248. In teſtamento

Hic deveniens Magiſter ſacri Palatii,

Nemonicenſis Epiſcopus in Cypro, an. 1248.

etiam

Digitized by Google

A etiam ſuo dicit; quod ex Ordine S. Dominici *ad Nemonicenſem & Vicentinum Epiſcopatum* fuit *promotus*.

Verum hic interrogabit aliquis, quænam ſit illa *civitas Nemonicenſis*, novis antiquiſque Geographis ignota? Miræus aliique in Notitia Eccleſiarum, Latino Archiepiſcopo Nicoſienſi in Cypro tres ſubjiciunt ſuffraganeos, etiam Latinos; quorum duo *Paphenſis* & *Famaguſtanus*, paſſim hodieque noti; tertius apud Miræum *Minorienſis* vel *Limothomenſis*; apud Caroluma S. Paulo, *Limochienſis* vel *Limichomienſis* ſcribitur; adeo ut appareat admodum varie efferri hujus Epiſcopatus nomen; cujus ſi locum hodie requiras in tabula, aliud non invenies quam *Limiſſum*, littoralem urbem inter Paphum & Famaguſtam, cui verſus mediterranea adjacet vicus, *Limiſſi antiqui* nomine, ut ejus reſpectu potuiſſet urbs *Neo-Limiſſus* vocari. Si autem potuit *Minocium* in *Limochium*, & hoc in *Limiſſum* uſu depravante commutari; cur non etiam ex *Neominocio* potuit fieri *Nemonitium*, & ſeculo 13. in uſu frequentiori fuiſſe, pro quo denique *Neolimiſſum* & abſque addito *Limiſſum* ſucceſſerit. Quid quod Barbaranus pro

Ipſis ubi nunc Limiſſum nominatur,

B *Nemonicenſi* ſemper ſcribat *Nimonicenſem*? nihil autem eſt facilius, quam *Nemonicenſem* converti in *Nimonicenſem*, & contra; & *Limochienſis*, proxime ad *Nimonichenſem* accedit.

Idem poſt obitum an. 1254. Syriam,

Sub annum deinde 1254. *navigans in Syriam* Bartholomæus, *Regem atque Reginam viſitavit, & in Ioppe atque in Sidone, atque ultimo in Accone, benigniſſime ab eis receptus, & tanto amore receptus fuit, ut in Franciam profecturi eum inſtanter rogarent, quod eos Pariſiis viſitare curaret; ſpem ei tribuentes, quod ibidem Sacra Dei ipſi communicarent.* Deinde anno 1257. ex Cypro in Italiam traductus ab Alexandro IV. & Vicentinæ Eccleſiæ Epiſcopus conſtitutus, haud multo poſt hæreticæ factionis principem, nomine *Gallum de Burgo S. Petri*, diſputando confudit, eoque incurrit odium Eccelini tyranni, & actus ab eo in exilium eſt. Poſtea *de regno Angliæ, quo pro fidei negotiis profectus erat, cum ipſo Rege Angliæ pariter & Regina* Pariſios *venit.* Tunc autem, ut ipſe ait, *ſpes noſtra deſideratum cepit effectum. Nam piiſſimus Rex Francorum de ſpinea Domini Corona ſpinam unam excludi fecit, & nobis Regio poplite flexo, noſtris ex oppoſito flexis genibus, devotus obtulit .... Cum ergo anno 1260. perfido Eccelino mortuo, ad Civitatem Vicentiæ propinquaremus, Clerus & populus univerſus obviam nobis venit ... Erat in civitate locus, qui Collum dicebatur, ubi ſedes fuerat Satbana.. in quo, univerſitate civitatis favente, ad honorem Dominica Corona fundavimus eccleſiam Ordinis Fratrum Prædicatorum, cujus alumni fuimus, ibique Sacra, ad collum noſtrum dependentia, quæ detuleramus, devote depoſuimus.*

factus an. 1257. Ep. Vicentinus,

an. 1260. Legationi fungitur ad Anglum & Gallum,

C Ughellum conſule, ſi totam videre libet narrationem *Bartholomæi*; qui dum intendit reſtaurandis rebus, per Eccelini tyrannidem miſere labefactatis; venit in Europam Jacobus Pantaleon, & anno (ut dictum eſt) 1261. fit Romanus Pontifex Urbanus IV. qui mox approbavit Ordinem Equeſtrem *Fr. Gaudentium* ſeu B. Mariæ Matris Dei, *a Bartholomæo* inſtitutum, confirmata Regula quam pro iis ſcripſerat Fr. Rufinus de Placentia, Pœnitentiarius Apoſtolicus. Primæ etiam Sponſæ ſuæ ante omnia conſulens, ei quidem de optimo Paſtore providit, *Guillelmo* videlicet; ſed hoc fortaſſis numquam tranſgreſſo in Syriam, certe in Gallia mortuo ſub annum 1263. neceſſe habuit alterum quærere; nec invenit aptiorem *Bartholomæo*, in negotiis Regni, poſt tot annos in Cypro tranſactos, perquam bene verſato. Hunc vero illuc ſtatim promptèque migraſſe, eo credimus facilius; quod Ughellus reſtetur, reperiſſe ſe in antiquo MS. cœnobii S. Salvatoris de Septimo, Florentinæ diœceſis, *Rodulphum quemdam Vicentinum Epiſcopum, anno 1264. die 3. menſis Octobris,*

Circ. an. 1263. factus Patriarcha,

eccleſiam Caſtrocari in Hetruria reconciliaſſe, cui S. Reparata titulus eſt. Nec refert, quod hiſtorici Vicentini æque hunc *Rodulphum* ignorent, ac tranſitum *Bartholomæi* in Syriam: ſunt enim recentiores omnes, & confuſa eſt tota ejus temporis Vicentina hiſtoria, nihilque certi habet de obitu *Bartholomæi*; ſolum autem hoc dicere potuit ex iis Ughellus, anno 1269. vacaſſe Sedem, & ea duorum partiae electorum diſcordia vix demum anno 1281. conquieviſſe, lite dirempta. D

AUCT. D. P.

Vicentiam ſedit Rodulphus Ep.

Quomodo autem vacavit tunc vel antea Sedes? Non per mortem *Bartholomæi* (utpote cujus adhuc invenitur teſtamentum, anno 1270. conditum, excuſumque a Barbarano) ergo per dimiſſionem Epiſcopatus, propter ſuſceptum Patriarchatum, ſicuti pluribus ſimili in caſu exemplis firmari poteſt. Aſſumpti confirmationem, valde prægnantem, ſuggerit Vicentinum Chronicon Nicolai Smeregi, Notarii Vicentini, ab anno 1200. uſque ad 1279. quo obiit, recenſentis eos qui cum ſummo imperio & titulo Poteſtatis civitati annue præfuerunt, eo quo vixit & ſcripſit tempore. Hic cum dixiſſet, quod anno 1264. *cum D. Gabriel exiviſſet de regimine, D. Epiſcopus Bartholomæus convocavit ipſum in prandium*; nulla amplius facta *Bartholomæi* mentione ut Epiſcopi, ait anno 1269. quomodo *D. Bugamans de Luſchis interfecit Abbatem de S. Juſtina: quia cum D. Bugamans fuit ambaſciator ad D. Patriarcham pro Communi Vicentiæ, occaſione quæſtionis Epiſcopatus Vicentiæ; & D. Abbas de S. Felice, qui erat frater D. Abbatis de S. Juſtina, volebat eſſe Epiſcopus Vicentiæ, familia dicti Abbatis de S. Juſtina vulneravit dictum D. Bugamantem.* Vivente ergo adhuc *Bartholomæo*, erat in quæſtione Epiſcopatus Vicentinus; & lis coram D. Patriarcha Aquilejenſi, ut capite omnium Epiſcoporum Marchiæ Tarviſinæ, agitabatur. Neque poteſt de Smeregi teſtimonio dubitari, ne forte anno non ſuo iſta ſcripſerit; utpote tunc cum res fieret vivens, & ſcribens in ipſa urbe Vicentina. E

Bartholomæus in Syria obiiſſe,

de Vicentino Epiſcopatu diſceptatur,

Difficultas tamen, quæ Barbaranum coegit a Smerego diſſentiri, ſolvenda ſupereſt; videlicet, quomodo potuerit *Bartholomæus*, anno 1267. *Bononiæ die nona intrante Junio*, cum titulo Epiſcopi Vicentini, ſignare Indulgentiam de licentia Archiepiſcopi Ravennatis, & Bononienſis, Imolenſis, Humanenſis, ac Torcellanenſis Epiſcoporum, quibuſcum celebraverat tranſlationem corporis S. Dominici in die Pentecoſtes, die 5. ejuſdem Junii. Supereſt, inquam, difficultas, quomodo potuerit *Bartholomæus*, ut Epiſcopus Vicentinus, ſcribere Indulgentias obtinendas ab omnibus, qui prædictum Corpus in feſto Tranſlationis ipſius & per Octavas annuatim viſitaverint: quomodo item potuerit, anno 1270. die 23. Septembris, Teſtamentum condere, quod æque ac prædictam Indulgentiarum Bullam ex parte refert Barbaranus lib. 2. cap. 50. & 52. Solutionem utriuſque difficultatis videor mihi poſſe ſumere ex ipſo Teſtamento, quod factum dicitur, *facultate teſtandi accepta a ſanctiſſimo Patre DD. Clemente, univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifice.* Atqui Clemens IV. obierat anno 1268. nec tamen hic additur ullum ex conſuetis tali caſu ſignis, quo intelligatur, talis facultas data a Pontifice, tunc cum Teſtamentum ſcriberetur mortuo. F

& ipſe tum ſummus Epiſcopus interfuit an. 1267 tranſlationi S. Dominici.

ac teſtamentum condidit an. 1270.

Vel igitur fictitium illud Teſtamentum eſt, & hoc admiſſo non valde urgeret difficultas prior, ubi præſumi poſſet nomen Epiſcopi per ſolam initialem litteram ex more ævi illius ſcriptum, ab auctoribus illud extendentibus, & prædictum *Rodulphum* ignorantibus, perperam converti in *Bartholomæũ*, propter affinitatem litterarum R. & B. vel, ſi verum eſt Teſtamentum, vivente adhuc Clemente Papa ex Syria in Italiam rediit *Bartholomæus*, ſenio gravis; deq; imminenti ſibi morte cogitans, non ſolum petierit condendi Teſtamenti facultatem,

jam anno in Vicentina Eccleſia redactus,

A ſed etiam in manus Papæ reſignaverit Patriarchatum, cujus onera & curas nequiret amplius ſuſtinere: cumque eodem tempore obiiſſet *Rodulfus*, & Vicentina Sedes per diſcordiam Canonicorum vacare pergeret, fortaſſe ab anno 1266. potuit idem Clemens *Bartholomæo* reſtituiſſe jus ac titulum Epiſcopi Vicentini. Vicentinis autem non recipientibus *Bartholomæum*, tamquam contra Capituli jus reſtitutum, manſerit ille in Bononienſi Conventu, uſque dum turbarum pertæſi Vicentini ipſum reciperent, poſt prædictam Abbatis Juſtinenſis cædem: atque ita potuerit ille Vicentiæ Teſtamentum condidiſſe, & anno eodem 1270. vel ſequenti ibidem obiiſſe; atque anno 1354. reperto corpore integro fuiſſe translatus. Ceterum ſive Epiſcopatum ſuum Vicentinum abdicato Patriarchatu receperit *Bartholomæus*, ſive non; vacavit Patriarchatus aliquanto tempore, propter vacationem Apoſtolicæ Sedis; ſiquidem Clemente IV. ut dictum eſt, pridem mortuo, non ante 1. Septembris anni 1271. electus eſt ſucceſſor Gregorius X. a quo mox videbimus novum Patriarcham inſtitutum, quod morte præventus Clemens facere non potuerat.

& an. 1354. repertus integer.

XX THOMAS DE LENTINO.

B

XXI ELIAS.

Creatus a Gregorio X.

240 THomæ & Eliæ creationem, priorisque de Acconenſi Eccleſia diſpoſitionis confirmationem indicat Nicolaus Papa IV. conſtitutum a ſe Patriarcham Nicolaum infra nominandum alloquens his verbis, per epiſtolam quæ eſt 50. in ejus regiſtro: *Cum felicis Recordationis Urbanus Papa IV. primo de Fratrum ſuorum conſilio Eccleſiam Acconenſem, de qua bonæ memoriæ Mag. Florentium ad Arelatenſem Eccleſiam tunc vacantem duxerat transferendum, Patriarchæ Hieroſolymitano, qui erit pro tempore, decrevit committendam; & ab eo una cum dicta Hieroſolymitana Eccleſia tamdiu in temporalibus & ſpiritualibus gubernandam, donec eadem Hieroſolymitana Eccleſia, bonis ejus recuperatis, poſſeſſionem habuerit eorumdem: & poſtmodum etiam piæ memoriæ Gregorius X. primo Thomæ; & ſubſequenter Nicolaus III. Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, Eliæ, Patriarchis prædeceſſoribus tuis, de Fratrum ſuorum conſilio duxerint committendam; prout hæc in Regeſto ipſius prædeceſſoris noſtri Nicolai plenius continentur. Nos eamdem Eccleſiam Acconenſem, ſimiliter* C *nunc etiam vacantem, tuæ circumſpectioni committimus, per te, una cum dicta Hieroſolymitana Eccleſia, plene in omnibus gubernandam; donec eadem Hieroſolymitana Eccleſia, bonis ſuis recuperatis, de adepta ipſorum poſſeſſione lætetur. Datum Romæ apud S. Petrum 11. Kal. Maji anno 1.* id eſt Chriſti 1278. Habemus hic ergo, præter non nominatos qui ſub Urbano IV. fuerunt, ſub Gregorio Papa X. THOMAM, ſub Nicolao III. *Eliam.* Scimus deinde *Thomam de Lentino* a patria dictum fuiſſe ex Ordine Prædicatorum: in quo cum eſſet Prior Conventus Neapolitani anno 1242. teſte Bernardo Guidonis, ſuſcepit ad Ordinem S. Thomam Aquinatem. Idem, fortaſſis Provincialis Lombardiæ, anno 1253. vel paulo poſt, ſcripſit Vitam & Paſſionem S. Petri Martyris ex eodem Ordine, anno ſuperiori ab hæreticis occiſi, prout ad 29. diem Aprilis vidimus, eamdemque dedimus, ſed miraculis aliunde acceptis auctam. Deinde in Terram ſanctam profectus, & Bethleemiticus factus Epiſcopus, functus ibidem eſt munere Apoſtolicæ Legationis, quo durante acceperit, præmemoratas a Bzovio, Urbani IV. Epiſtolas tres, hoc mandantes, *ut deferentes prohibita Saracenis anathemate percelleret, utque una cum ſuis Epi-*

ex Ordine Prædicatorum,

ſcopis (Bzovius ex præconcepto errore *Suffraganeos* nominat) *feſtivitatem corporis Chriſti celebraret, atque pacem inter Cruce-ſignatos ac non reliquos Chriſtianos in Syria procuraret.* Hæc autem aliaque quomodo egerit, & quanta cum Romanæ Curiæ ſatisfactione, apparet tum ex Epiſtola Gregorii X. de eo jam Patriarcha Hieroſolymitano ſcripta ad Philippum Regem, quæ apud Ughellum extat tom. 7. col. 297. ubi laudatur, *ut vir profundi pectoris, alti conſilii, virtutum claritate conſpicuus, & multa experientia probatus; in cujus manibus alias virtus Altiſſimi ſtatum Terræ ſanctæ direxerit;* tum quod Romam reverſus aſſumptus ſit ad Coſentinum in Calabria Archiepiſcopatum a Clemente IV. anno Pontificatus ejus 3. Chriſti 1267. in locum Bartholomæi Pignatelli ad Meſſanenſem in Sicilia Archiepiſcopatum translati. Hoc autem brevi Vita functo, ab iiſdem Meſſanenſibus hunc quoque *Thomam* fuiſſe poſtulatum, ſcribit Ughellus, ſed pro eo datum fratrem ejus, ex eodem Prædicatorum Ordine, tunc Epiſcopum Marſicanum, nomine Reginaldum ſive Raynaldum. Quidquid autem ſit de illa Meſſanenſium poſtulatione, certum eſt Gregorium Papam X. (cui, antequam Pontifex fieret in Syriam peregrinato, alte inhæſerat cura juvandi rem Chriſtianam, ibidem in maximo conſtitutam diſcrimine) neminem potius habuiſſe, quem vacanti Patriarchatui Hieroſolymitano cum Legati Apoſtolici auctoritate præficeret, quam hunc *Thomam*, in rebus ad ſtatum Terræ ſanctæ ſpectantibus apprime verſatum. Ex præcitata autem Epiſtola ad Philippum, quæ anno Pontificatus primo ſignata invenitur, conſtat ipſum eo directum fuiſſe anno 1272.

D AUCT. D. P.

Nominatus Archiepiſcopus Coſentinus,

E

241 Mortem ejus Ferdinandus Ughellus accidiſſe ait anno 1276. adeoque vacavit Patriarchatus uſque ad electionem Nicolai III. exeunte anno ſubſequenti factam. Huic Pontifici cum inter primas curas eſſet Terræ-ſanctæ neceſſitas, caſſata *Aiglerii* (*Angelum* vocat Spondanus) electione (fortaſſis quia Archiepiſcopatus Neapolitanus, quem jam inde ab anno 1265. feliciſſime probatiſſimeque regebat, non poſſet tali viro carere) nominatus continuo ad Patriarchatum Hieroſolymitanum eſt, non *Fr. Hieronymus Aſculanus* Minorum Miniſter Generalis, ut quidam perperam credidere; cum hunc Nicolaus fecerit Cardinalem anno 1277. (niſi hunc quoque petitum, non tamen conſentire perſuaſum exiſtimemus) ſed *Ioannes de Vercellis*, Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis. Neque Papa, poſt longiorem reſponſi moram, oneroſum iſtum honorem recuſanti, omnique ad eum juri renuntiare volenti, principio acquievit; ſed datis ad eum litteris die Kalend. Octobris anno 1277. quas apud Odoricum integras vide, vehementer exiguum ejus zelum obedientiamque redarguit, omninoque mandavit, *ut pro Electo Hieroſolymitano ſe gerens, ipſum regimen & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ proſequeretur diligentius, ad ipſius & terræ prædictæ utilitatem; etiam, dum ab illis eum abeſſe contingeret, ſollicitus, quantum pateretur abſentia, operas impenſurus.* Tandem tamen importunius inſtanti, miſſio indulta eſt, per Breve quod allegat Bzovius, ut anno Pontificatus 2. pridie Nonas Februarii datum: & in Patriarchatus Hieroſolymitani jure atque Acconenſis Epiſcopatus adminiſtratione confirmatus fuit ELIAS, de quo ſupra, & de quo alibi nihil legimus. Quoniam autem a Nicolao IV. nominatur, tamquam Patriarcharum antecedentium ultimus, credimus eum uſque ad annum 1287. vivendo pertigiſſe.

Obiit an. 1276.

F

XXII. NICOLAUS DE ANAPIIS.

242 ANno ſequenti, 1. Kalendas Maji, dedit Pontifex prænominatus Bullam, n. 240. citatam,

Firma

A *Firma credulitate tenens* (ut ibidem ad novum Patriarcham loquitur) *quod per tua virtutis miniſterium Hieroſolymitana eccleſia in proſperitatem optatam conſurget, & brachio tua conſolationis ſubnixa, ſpiritualibus & temporalibus, auctore Domino, proficiet incrementis.* Huic fiduciæ occaſionem & fundamentum dederat, Tartarorum Regis Argonis ad Catholicam fidem recens converſio: qui Pontifici per ſuos legatos ſignificaverat, *quod ſi regnum Hieroſolymitanum de manibus liberari contingeret impiorum, in civitate Hieroſolymitana renaſci deſideraret lavacro baptiſmatis.* Nam licet baptiſmi dilationem providus Pontifex diſſuaderet, excitabatur tamen promiſſione auxilii grandis, ab eodem potentiſſimo Rege ſibi facta, promptaque illius voluntate ad rem continuo aggrediendam: cujus viribus ſi Armeniæ Rex Catholicus ſuas vires junxiſſet, & Occidentales Principes bene gerendæ rei occaſioni non defuiſſent, poterat inſignis aliquis de Saraceno hoſte triumphus referri. Sed his in mutuas cædes verſis, propter diſſenſionem ex Siculorum perfidia ortam; iſti quoque bene cogitata dimiſere; & ſpes illa grandis in fumos abiit. Nomen novo Patriarchæ, *Nicolao de Anapiis* fuit: quem ex Ordine Prædicatorum *Provincia Francia, Remenſis diœceſis*, extitiſſe ſcribit Leander Albertus libro 3. de viris B illuſtribus Ordinis Prædicatorum; & hunc quo electus eſt modum narrat. *Cum eſſet in Romana curia Pœnitentiarius, & ab omnibus ob ejus vitæ integritatem, modeſtiam & ſanctimoniam dilectus; Nicolao IV. Pontifice Maxima ſingulis Cardinalibus imponente, quod poſtridie ejus diei tres viros, pro dignitate prædicta idoneos quilibet proferret, non ſine divino nutu is venerandus Pater a ſingulis prolatus fuit: ſicque per eumdem Pontificem ad præſidentiam ſanctæ civitatis Hieroſolymæ evectus eſt. Mortem obiit plenus bonis operibus anno Domini* 1288. Imo tunc fuit creatus Patriarcha: obiit autem anno 1291. die 8. Maji in excidio urbis Acconenſis. Genus mortis Marinus Sanutus l.3. parte 12. cap. 21. explicat, poſtquam narraſſet, quomodo oppugnata & tandem capta a Saracenis urbe, Rex & Capitanei & quotquot fugere potuerunt, galeas aſcendiſſent: explicat autem ut ſequitur. *Patriarcha ſolus, quaſi paſtor bonus, ſolicitus erat de ovibus: & cum propinqua illi eſſet galea ad recipiendum parata, ut gregem ſalvaret commiſſum, cunctos per aquam ambulantes ad ſe in parvo ſuo navigio recolligere cu-* C *piebat, donec nimia fuit repletione ſubmerſa: ſic animam pro ovibus ſuis, & ſimul cum ovibus ſuis dedit; ſolusque evaſit, qui portabat Crucem & Crucifixi imaginem ante eum.*

243 Pergit deinde ſequenti capite deſcribere Sanutus, quomodo Tyrus, Sydon, Berytus ab incolis Chriſtianis deſertæ, & reliquæ munitiones omnes fuerint a Saracenis occupatæ: ac denique concludit: *Tunc omnis Syria amiſſa eſt, cunctique Chriſtiani habitatores Terræ Promiſſionis aut morte extincti ſunt, aut profugi exuleſque ſuis demeritis, inde ad inſulam Cyprum habuere refugium: illicque ſecum habentes, quam ſecum in conſcientia portaverant, ſarcinam peccatorum & cauſam deſolationis præfatæ, in multa anguſtia, multoque tremore miſeram vitam agunt.* Inter eos qui capta urbe evaſerunt, ſe quoque fuiſſe ait *Guilielmus de Sanvice, Eremita montis Carmeli*, cui ea quæ vidit ſcribenti major habenda fides, quam aliis, totalem exterminationem Ordinis, ex prima ſua præcipuaque commoratione imo ex tota Syria, adſcribentibus anno 1285. ſicut facit Belli ſacri Continuator Heroldus: cum Guilielmus ſolum id factum dicat poſt urbem captam. Adde quod nec ſubſiſtere poſſit chronologia Heroldi, ſi vere propter cappæ mutationem ex Barrata in albam, juſſu, ſeu potius permiſſu Honorii Papæ IV. factam, iratus Melechſaitis odiſſe cœpit, quos ante coluerat; ſicut ipſe narrat, conformiter Villanio & S. Antonino. Etenim de illa mutatione primum fuit actum in Capitulo Mun-peſſulano anno D 1287. nec ſcio an ea, licet permiſſa ab Honorio, plenæ fuerit executioni data ante annum 1295. quando Bonifacius VIII. Honorii decretum confirmavit. Viderit igitur, ſi quis volet tali cauſæ adſcribere Carmelitarum expulſionem, an etiam velit decennio ſerius, factam credere, & decennii omiſſionem ſupplendo Heroldum excuſare.

244 Nos quoad principale punctum auctorem habentes coævum, nihil curamus quid ille dixerit; ſicuti nec ad definiendam aliter formam barratæ cappæ, quam ex definiatur in epiſtola Cyrillo 3. Priori attributa, induci poſſemus ullis auctoritatibus longe poſteriorum ſcriptorum, niſi ipſamet manifeſtæ ſuppoſitionis ſe damnaret, de nomine *Carpita*, tamquam jam exoleto, loquens pro eo tempore, quo illud maxime in uſu erat; aliaque multa in modo ejus conficiendæ peccans contra certam & notam uſurpationem vocum, in tali materia antiquitus uſurpatam. Sed curſum cum circa proceſſionem Ordinis ab Elia, primorumque in Syria conventuum initia ea lego in Sanvico, quæ vel antiquitatis totius ſilentio refutantur vel Joannis Phocæ certiori relatui repugnant; non tanti ipſum diu poſtea ſcribentem facio, ut ejus cauſa putem dimittendos illos, qui melius ſcire potuerunt. Cujus E diſcriminis arbitrium ut lectori liberum ſit, non gravabor opuſculum huic loco Sanvici intexere: idque eo minori cum ſcrupulo, quam proferrem alia collecta a Riboto, aut Venetiis edita in Speculo, quod illud habeatur ſeorſim manuſcriptum in conventu Gandavenſi, cumque eoque diligenter collatum exhibeat P. Daniel, annotata ad marginem lectionum varietate, quam ſatis eſt ibi invenire. Abjicerem autem ſcrupulum omnem, ſi in Viridario Groſſi P. Daniel accuratiorem ſe probaſſet, nec diſſimulaſſet graviſſimorum punctorum omiſſiones & diſcrepantias editionis Venetæ ab antiquioris Ms. magiſque integri ac ſinceri contextu: ſic ergo nobis.

PARERGON XIII.

Chronica Guilielmi de Sanvica, Eremita montis Carmeli, de multiplicatione Religionis Carmelitarum per Provincias Syria & Europa, & de perditione monaſteriorum Terra ſancta. F

245 RElgioſi Carmelitæ, ſicut in Terra ſancta exordium ſuæ Religionis ſumpſerunt, ita in ſula illa patria dudum habitare conſueverunt, tam in urbibus quam in eremis. Anno autem Domini ſexcenteſimo nono, quidam profanus Rex Arabiæ, nomine Humar, diſcipulus perfidi Mahometi, dominium Terræ-ſanctæ a Chriſtianis abſtulit, & eam poteſtati Saracenorum ſubjugavit. Quamobrem dicti Religioſi, propter graves moleſtias quas patiebantur a Saracenis, compulſi fuerunt tunc manſiones, quas in urbibus habebant, dimittere, & ſolum in monte Carmeli & in quibuſdam aliis Terræ-ſanctæ ſolitudinibus reſidere *a*. Poſt hæc autem anno Domini milleſimo nonageſimo nono, Godefridus de Bulyon Dux Lotharingiæ, & Exercitus Chriſtianorum Cruce ſignatus, civitatem Jeruſalem de manibus infidelium recuperaverunt, & eam totamque Terram-ſanctam, infidelibus hominibus paulatim excluſis, ad dominium & poteſtatem Chriſtianorum reduxerunt: propter quod cœpit tunc cultus hujus Religionis iterum in Terra-ſancta dilatari. A diverſis enim mundi partibus multi devoti Chriſtiani, deſiderantes Terram illam videre, in qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus fuit conceptus, natus, converſatus, baptizatus, tentatus, transfiguratus, paſſus, mortuus, ſepultus,

Nn 3 reſu-

A ſeſaſcitatus, & in cœlum aſſumptus; accedebant ad nam, luſtrantes tunc ſecure, non ſolum loca ſancta in quibus ſancti Patres veteris Teſtamenti magnifica egerunt, ſed præcipue illa in quibus Chriſtus Jeſus ſacramenta redemptionis generis humani adimplevit. Hos itaque devotos diverſarum nationum advenas ſancta converſatio & abundans juſtitia illorum Religioſorum montis Carmeli ita ædificabat, & ad contemplationem cœleſtium trahebat, ut multi ex ipſis advenis intuentes dictos Religioſos, in pulchritudine pacis internæ, & in mentis ſeque virtutibus opulentos, in antris Carmeli montis reſidere, ſe felices putarent, cum per devotionem, relictis mundi oblectamentis, poterant eorum conſortiis aggregari. b

AUCT. D. P.

mulbis ex peregrinis,

247 Qui cum ita multiplicati fuiſſent, ut in monte Carmeli omnes commode recipi non poſſent, repleverunt deſertas Terræ ſanctæ ſolitudines, in quibus prædeceſſores eorum antiquitus habitaverant, quarum famoſiores hic commemorabo. Aliqui enim eorum ſequentes veſtigia ſanctorum Patrum hujus Religionis, videlicet beati Joannis Baptiſtæ, & Filiorum Prophetarum, conſtruentes ſibi modica tabernacula, in ſolitudine Jordanis latuerunt: quidam autem ipſorum deſertum montis Quarentenæ elegerunt, ut illic vitam ſolitariam in modicis cellulis Domino ducerent prope fontem, cujus aquas ſteriles & amaras Eliſæus Propheta ſanavit, & in quo deſerto Dominus Jeſus Chriſtus quadraginta diebus & quadraginta noctibus jejunavit. Alii vero eorum, in eremo illa quæ adjacet mari Galilææ, in qua Jeſus frequentes turbis prædicavit & ex quinque panibus hordeaceis duobuſque piſcibus multitudinem magnam hominum ſaturavit, & variis miraculorum ſignis illuſtravit, ſolitariam ſibi elegerunt habitationem. Nonnullos quoque eorum duxit Aymericus Patriarcha Antiochenus in ſolitudinem montis Neroi, qui alio nomine Montana nigra appellatus, ubi in antris abſconſam vitam Domino ſervabant. Qui omnes, quamvis eſſent locis ſejuncti, eamdem tamen vitam ſolitariam ſervare ſatagebant, quam ſervabant Eremitæ montis Carmeli.

alii in eremis cum in Palæſtina ſuſcipiunt.

B

c

CAP. II.

248 Tempore autem procedente cum dicti Religioſi a Domino Alberto Patriarcha Hieroſolymitano Regulam vivendi monaſtice ſuſcepiſſent; dictus Patriarcha Albertus anno Domini 1199. d in monte Carmeli prope fontem Eliæ Prophetæ monaſterium, quod Aymericus inceperat, eis ædificavit, ſecundum formam figuræ in prædicta Regula deſcriptæ. Propter quod ex tunc, juvante munificentia virorum nobilium & largitate hominum fidelium, cœperunt dicti Religioſi in diverſis eremis & urbibus Syriæ monaſteria ſuæ Religionis ſimiliter conſtruere, apta & commoda ad vitam ſolitariam in eis obſervandam ſecundum memoratam Regulam. Horum autem monaſteriorum nobiliora nunc exprimã. Quippe in Provincia Syriæ, quæ appellatur Phœnicia, a monte Carmeli procedendo verſus mundi partem Aquilonarem, ad quatuor milliaria eſt Accon, civitas magna ſupra mare ſita, quæ alio nomine in ſacra Scriptura vocatur Ptolomaida, in qua dicti Religioſi ædificaverunt & habuerunt monaſterium ſui Ordinis. De Ptolomaida vero procedendo ulterius ad decem leucas, eſt Tyrus, civitas munitiſſima in corde maris ſita, cujus exterior planities rigatur rivis procedentibus ex Puteo aquarum viventium, cujus meminit Salomon in Canticis canticorum, qui nec per leucam diſtat a Tyro. In hac civitate ædificaverunt etiam dicti Fratres, & habuerunt monaſterium ſuæ Religionis. Porro de Tyro procedendo ulterius ad quinque leucas eſt Sarepta Sidoniorum, ſupra mare ſita, civitas quondam glorioſa, nunc autem vix habet octo domos; ante cujus portam auſtralem Fratres hujus Religionis olim ædificaverunt cappellam quamdam ad honorem Virginis Mariæ, quæ adhuc exſtat in eodem loco in quo Elias obviavit mulieri viduæ, apud quam in Sarepta manſit, & cujus filium e Jonam a mortuis reſuſcitavit. Ulterius autem procedendo de Sarepta, ad viginti ſex leucas eſt Tripolis, civitas nobilis in corde maris ſita, cujus planities rigata eſt flumine procedente de Fonte hortorũ, cujus etiam meminit Salomon in Canticis canticorum: eſt enim paradiſo voluptatis aſſimilata. In hac etiam civitate ſimiliter ædificaverunt, & habuerunt monaſterium ſuæ Religionis prædicti Fratres. Sed de Tripoli procedendo ulterius quaſi contra Orientem ad tres leucas, occurrit mons Libani, in cujus pede ibidem oritur abundanter Fons hortorum, fluens impetu de Libano: ex quo fonte ſubito naſcitur invaleſcens flumen magnum, quo rigantur horti, & tota planities civitatis Tripolitanæ, cujus aquæ ſunt lympidæ, dulces, frigidæ, & optimæ: & ibi in ſolitudine prope montem Libani ædificaverunt dicti Fratres, & habuerunt juxta Fontem hortorum monaſterium appellatum Belli loci, propter pulchritudinem dicti loci.

d

Albertus Regulam Carmelitis tradit.

C

qui ſecundum habe varia monaſteria condunt,

D

In Phœnicia,

249 Prædicta autem omnia monaſteria fuerunt ædificata in Provincia Syriæ Phœnicia. In Provincia autem Syriæ, quæ Comagena dicitur, eſt Antiochia, civitas nobilis & glorioſa, diſtans a monte Carmeli per duodecim diætas verſus Aquilonem, in qua profeſſores hujus Religionis ædificaverunt ſolenne monaſterium ſui Ordinis, & habuerunt. In eadem quoque Provincia, ab Antiochia procedendo verſus Aquilonem, occurrit mons dictus Neroi, id eſt aquoſus, qui eſt rivis & fontibus totus irriguus: Neros enim Græce, dicitur Aqua Latine: ſed quia vulgares Neros interpretantur Neyre, id eſt nigra, ideo dictus mons vulgariter appellatur Montana nigra. In hujus montis ſolitudine ædificaverunt Fratres noſtri Ordinis, & habuerunt ſuæ Religionis monaſterium. Quoniam autem hæc provincia Comagena eſt extra terminos Terræ ſanctæ, ideo Fratres noſtri plura monaſteria non ædificaverunt in ea; neque prædicta ædificaſſent, niſi quoque Aymericus Patriarcha Antiochenus aliquos eorum duxiſſet in ſolitudinem montis Neroi. In provincia autem Syriæ quæ Palæſtina nominatur, habuerunt dicti profeſſores antiquitus in omnibus pœne locis manſiones ſuæ Religionis. Sed duplici ratione non potuerunt hoc noviſſimo tempore monaſteria conſtruere in locis & urbibus, in quibus ſolebant olim habitare. Primo quia propter diſſipationes crebras hujus provinciæ, aliquæ dictarum urbium ſunt funditus everſæ, ut Samaria; & aliæ ſunt quaſi ad nihilum redactæ, ut Bethel, & Galgala, & Jericho, quæ vix habent octo domus numero. Secondo quia Saladinus Turcus, Rex Syriæ & Ægypti, nuper, anno Domini ſcilicet milleſimo centeſimo octuageſimo ſeptimo, poſt celebrem victoriam quam de Chriſtianis obtinuit in bello apud Cephorum commiſſo, in quo fuit ſancta Crux amiſſa, & Rex Jeruſalem Guido captus, cum Magiſtro Templi & innumeris Chriſtianis, occupavit fere omnem Palæſtinam, auferendo a Chriſtianis ejus dominium. Propter quod ex tunc difficile fuit dictis Religioſis in hac provincia ædificare monaſteria ſui Ordinis, vel diruta reædificare. Verumtamen, juvantibus devotis peregrinis Chriſtianis, Sepulchrum Domini viſitantibus, ædificaverunt ipſi in eadem provincia in Regione Judææ, & habuerunt monaſterium ſuæ Religionis in civitate ſancta Jeruſalem, quæ a monte Carmeli diſtat per triginta duas leucas verſus Auſtrum. In eadem quoque provincia in Regione Samariæ inter Galgalam & Jericho, & deſertum Quarentenæ, diſtans a monte Carmeli per viginti leucas verſus Nothum, ubi dicti Religioſi ædificaverunt prope fontem Eliſæi, & habuerunt monaſterium ſuæ Religionis, quod fuit appellatum

Cœleſyria,

E

f

& Palæſtina.

F

A pellatum Domus in eremo Quarentenæ. In eadem etiam provincia in Regione Galilææ ad duodecim leucas de monte Carmeli contra Orientem eſt eremus illa, in qua Chriſtus frequenter prædicavit, de qua dictum eſt ſupra, ubi prædicti Religioſi ædificaverunt & habuerunt monaſterium ſui Ordinis, quod fuit appellatum monaſterium Valim; quia fuit conſtructum ſumptibus cujuſdam nobilis viri, qui dicebatur Valim. Omnia autem prædicta monaſteria ſumpſerunt inſtitutionem & Regulam a monaſterio montis Carmeli, & fuerunt ſubjecta dicto monaſterio & ejus Priori *g*.

g CAP. III.

249 Præſciens autem Dominus Deus, de meritis nefandorum Chriſtianorum, ſuis ſceleribus Terram-ſanctam ſordidantium, ſacram hanc Religionem de Terra-ſancta eradicandam, immo totam Terram a Chriſtianis auferendam, & in dominium & poteſtatem Saracenorum penitus reducendam, providit Religionem iſtam non delere, ſed eam alibi tranſplantare. Propterea
B quidem voluit Deus, ſicut revelavit B. Cyrillo Eremitæ montis Carmeli, quod in noviſſimis diebus iſtis viri diverſarum nationum profiterentur ſacram hanc Religionem; ut cum adveniret perſecutio, propter quam oporteret eos de Terra-ſancta fugere, tanto patientius tolerarent Religionem iſtam de Terra illa eradicari, quanto amplius ea hoc viderent eam in diverſis mundi Regionibus, & maxime in ſuis propriis nationibus, copioſius multiplicari; ſicut per B. Cyrillum eis prophetice prædixit. Igitur cum Joannes Rex ultimus Hieroſolymitanus unicam filiam ſuam, dicti Regni heredem, dediſſet, cum omni jure Regni ipſius, in uxorem Imperatori Romanorum Frederico II. mortuo dicto Joanna Terra-ſancta non habuit ſuccurſum conſuetum a Sede Apoſtolica, impediente dictum ſuccurſum Imperatore Frederico II. qui adverſus Romanam Eccleſiam graſſabatur, & Concilium generale, quod Papa Gregorius nonus volebat inter cetera pro ſubſidio Terræ-ſanctæ celebrare, conatus fuit modis omnibus impedire. Quamobrem cœperunt Pagani Terram-ſanctam efficacius ſolito invadere, pleroſque milites, & aliquot nobiles, multoſque alios Chriſtianos, anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo, prope Gazam interfecerunt & ceperunt.

C 250 Propter quod aliqui infirmiores profeſſores hujus Religionis conturbati, & perterriti de frequentibus incurſibus Paganorum quos patiebantur, maxime in monaſteriis quæ erant in eremis, optabant Terram-ſanctam deſerere, &, ſi fieri poſſet licite, ad regiones proprias, unde venerant, redire: deſiderabant enim in ſuis regionibus monaſteria hujus Religionis conſtruere, in quibus poſſent ſecure Domino Deo, & ejus Matri Virgini Mariæ jugiter deſervire. Super qua re, an licita, congregatum fuit Capitulum in monaſterio montis Carmeli, & habitum concilium ibi. Et quamvis eſſent ex Fratribus qui dicerent, nullo modo illo tempore Terram-ſanctam fore ab aliquo Fratre deſerendam, neque extra eam manſiones hujus Religionis eſſe conſtruendas: oppoſitum tamen horum eſſe licitum, fuit tunc in Concilio oſtenſum, tam Chriſti præcepto, quam ejus & fundatoris hujus Religionis exemplo; præcepto quidem quo Chriſtus ait: Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam (melius enim eſt perſecutionem fugiendo Catholicam fidem ſervare incorruptam, & valde malum, perſecutionem incidendo, ex timore perſecutionis, negare fidem Chriſtianam) exemplo autem, quo Chriſtus, qui non erat miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael, dum Herodes eum perſequeretur, Terram-ſanctam deſeruit, & in Ægyptum fugiens ibidem uſque ad Herodis obitum morabatur; exemplo denique fundatoris hujus Religionis Eliæ,

Matth. 10.

D qui propter perſecutionem Achab & Jezabel Terram-ſanctam dereliquit, & ad montem Oreb fugiens, illic in ſpelunca manſit. Prior itaque monaſterii montis Carmeli, attentis rationibus iſtis, & conſiderata perſecutione quam in Terra-ſancta Pagani inferebant huic Religioni aſſidua, admonitus a Chriſto & a Beata Maria Virgine ejus genitrice in ſomnis, licentiam aliquibus Fratribus conceſſit Terram-ſanctam deſerendi, & ad proprias regiones redeundi, illicque monaſteria hujus Religionis ædificandi.

AUCT. D. P.

251 Anno ergo Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo octavo, aliqui ex dictis Fratribus natione Cyprii, ad inſulam Cypri transfretaverunt: alii vero natione Siculi, ad inſulam Siciliæ navigaverunt: quidam autem natione Provinciales, apud Maſſiliam Civitatem Provinciæ applicuerunt. Qui omnes, & poſt eos alii, hac intentione Terram-ſanctam deſerebant, & ad illas ac varias regiones accedebant, ut Religionem iſtam in illis regionibus noviter plantarent. Igitur qui ad Cyprum transfretaverant, manſionem huic Religioni congruam in Eremo Frontaine conſtruxerunt. Qui vero E ad Siciliam navigaverant, habitationem huic Religioni commodam in ſuburbanis Meſſanæ erexerunt. Sed illi, qui apud Maſſiliam applicuerant, domum iſti Religioni opportunam in Eremo Aquælatrom, diſtantem per unam leucam a Maſſilia, ædificaverunt. Denique anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, Chriſtianiſſimi milites Dominus Joannes Veſci, & Dominus Richardus Grey, natione Anglici, cum Richardo Comite Cornubiæ, Fratre Henrici Regis Angliæ, ad Terram-ſanctam transfretaverant; poſt multos vero actus bellicos in Palæſtina contra infideles ſtrenue peractos, de Terra-ſancta ad Angliam remeantes, quoſdam hujus Religionis Fratres Anglicos, de licentia Prioris monaſterii montis Carmeli, ſecum ex devotione ad Angliam duxerunt. Quibus Fratribus Dominus Joannes Veſci in Silva de Holne juxta Alnewicum, & Dominus Richardus Grey apud Eyleſfordiam in Cantia, manſiones huic Religioni commodas ædificaverunt.

CAP. IV.

252 Conſiderantes autem Fratres prædicti, regiones ad quas pervenerant eſſe aptas & idoneas ad multiplicandum in ipſis ſacram hanc Religionem, plures viros ad eam receperunt. Sed priuſquam præſumerent F eam quoad monaſteria in dictis regionibus notabiliter multiplicare, prudenti ducti conſilio, ad ſummum Pontificem Innocentium quartum, tunc Lugduni commorantem, acceſſerunt: cui rationem fugæ eorum de transmarinis partibus, & cauſam adventus eorum ad prædictas varias regiones & remotas expoſuerunt: atque ſupplicaverunt, ut dignaretur eis impendere favorem, quo poſſent in dictis regionibus multiplicare ſuam Religionem. Pontifex autem prædictus, adverſitatibus eorum compatiens, & de multiplicatione hujus Religionis per cunctas fidelium partes gaudens, litteras eis duodecimo Kalendas Julii anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto conceſſit, per quas univerſis Chriſti fidelibus ſcripſit, ut dictos Fratres benigne reciperent, & eis de opportunis locis, in quibus poſſent ſecure Domino famulari, liberaliter, & caritative provideret *h*. Obtentis itaque a ſummo Pontifice Innocentio quarto litteris præmiſſis, cœperunt dicti Fratres per regiones ad quas pervenerant, juvantibus eos Chriſti fidelibus, loca Religioni eorum opportuna in diverſis civitatibus & villis per incrementa temporum conſtruere, in quibus poſſent Domino Deo & ejus Matri Virgini, ſicut deſiderabant, ſecure deſervire: Qui enim ex eis ad Cyprum acceſſerant, in quibuſdam civitatibus & locis Cypri monaſteria huic Religio-

h

gio-

A gioni commoda ædificaverunt. Qui vero ad Siciliam perrexerant, non ſolum per civitates Siciliæ hanc Religionem plantaverunt, ſed inde per Apuliam, & per ceteras Regiones Italiæ ſenſim in diverſis civitatibus, & locis eam auxerunt. Qui autem ad Provinciam profecti fuerant, nedum per civitates & loca illius regionis, ſed per Narbonenſem provinciam & Aquitaniam atque Hiſpaniam, in diverſis civitatibus & villis ac locis, Religionem iſtam paulatim multiplicaverunt. Illi vero qui ad Angliam ſeceſſerant, non tantum per Inſulam Angliæ, ſed per Scotiam & per Hiberniam, in multis civitatibus & villis ac locis, Religionem pedetentim dilataverunt.

AUCT. D. P.

CAP. V. *a Curatis gravati*

253 Interea dum hæc prædicta a Fratribus agerentur, invidens diabolus bono eorum operi, & hujus Religionis multiplicationi, niſus fuit eam impedire. Quamobrem incitavit Rectores & Curatos Parochialium Eccleſiarum adverſus Fratres prædictos: qui Fratribus non permittebant in eorum monaſteriis divina celebrare, nec ſepulturam Fratrum ſui Ordinis habere. Cumque Fratres ad Dominos Diœceſanos, pro compeſcendis Rectoribus & Curatis a gravaminibus prædictis, recurrerent, B ſupplicantes eiſdem, ut de licentia eorum & gratia poſſent in locis ſuæ Religionis divina celebrare, & ſepulturam Fratrum ſui Ordinis habere, reſpondebant Prælati: quod, cum hæc Religio eſſet eis ignota, gratiam poſtulatam Fratribus non concederent, donec ſuper præmiſſis intentionem ſummi Pontificis ſcirent. Ea propter dicti Fratres iterum ad ſummum Pontificem Innocentium quartum acceſſerunt, cui humiliter ſupplicaverunt, ut dignaretur Prælatis ſcribere, ſibi non eſſe diſplicibile, ſed placibile, ſi licentiam Fratribus concederent celebrandi divina in eorum locis, & habendi liberam ſepulturam Fratrum ſui Ordinis. Pontifex autem prædictus, humili Fratrum petitioni annuens, ſuper præmiſſis, ſexto Kalendas Auguſti anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, Archiepiſcopis & Epiſcopis ſcripſit. Cum autem prædictas ſummi Pontificis litteras Fratres Dominis Diœceſanis oſtenderent, quidam Prælatorum renuebant eis concedere licentiam celebrandi divina in locis quæ habebant in ipſorum Diœceſibus, & habendi in dictis locis ſepulturam Fratrum ſui Ordinis. Alii autem ex Prælatis, compatientes Fratribus, hujuſmodi licentiam celebrandi C divina, in locis de quibus erat Fratribus proviſum in ipſorum Diœceſibus, & habendi in dictis locis liberam ſepulturam Fratrum ſui Ordinis, eis favorabiliter concedebant.

ab eodem remedium obtinent.

CAP. VI.

254 Beatus autem Ludovicus, Francorum Rex Illuſtriſſimus, dilatationem fidei Chriſtianæ ardenti deſiderio cupiens, anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo contra gentem incredulam Cruce ſignatus, cum magno exercitu transfretavit. Qui cum apud Ægyptum applicuiſſet, famoſam illam civitatem Ægypti quam Damiatam vocant, anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono cepit. Ulterius autem procedens, ipſe cum ſuis captus fuit a Saracenis. Reddita itaque eis Damiata, & copioſa pecunia pro ſui & ſuorum redemptione data, de captione liberatus, ad Terram-ſanctam peregre eſt profectus. Qui ſepulcrum i Domini viſitans, & cetera religioſa Terræ-ſanctæ loca perquirens, ad montem Carmeli aſcendit, & propter laudabilem converſationem Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli ibidem commorantium, eorum monaſterium ex devotione viſitavit. Poſtmodum vero audita morte Reginæ matris ſuæ, Baronum ſuorum conſilio redire in Franciam acquievit. Et dum eſſet in mari, tertia nocte prope diluculum, navis deferens Regem, retrocedendo ad Biralaſſum, juxta montem Carmeli,

S. Ludovicus Rex.

i

rediturus in Franciam periclitatur circa Carmelum,

D bina impulſione tam fortiter eſt colliſa, quod a nautis & aliis fracta & protinus ſubmergenda credebatur. Tanta ergo concuſſione excitati & perterriti Clerici & alii, ſanctum Regem genibus flexis Deum devote orantem invenerunt: cumque omnes ſubmergi indubitanter crederent, campanam monaſterii Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli, pro Matutinis dicendis ſonantem, in auribus ſuis reſonare ſenſerunt. Qua audita, pius Rex, cujus loci campana eſſet navarchum diligenter interrogans, eam eſſe monaſterii Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli, ex navarchi reſponſo percepit. In devotione ergo Genitricis Dei accenſus Rex, ejus monaſterium tunc viſitare promiſit, ſi ipſa ab illa gravi tempeſtate eum cum aliis liberaret. Tranquillitate ergo ejus meritis & precibus in mari ſubito facta, B. Maria eos a prædicto mortis periculo liberante, mox mitis Rex in montem Carmeli aſcendens, Matutinas Fratrum magna cum devotione audivit. Quibus dictis, pius Rex locum illum humiliter contemplans, ac prædictorum Fratrum, titulo Beatæ Mariæ Virginis in toto orbe terrarum quoad Ordines approbatos ſingulariter inſignitorum, fama laudabili & religioſitate permotus, E quoſdam eorum natione Gallicos a Priore dicti monaſterii poſtulavit; qui ideo deſiderabant ſanctum Regem ſequi, & fugere de loco illo ante faciem perſequentium Paganorum; quia propter graves Paganorum incurſus frequenter oportuerat eos hactenus monaſterium illud deſerere, & ſe interdum in ſaltu montis Carmeli abſcondere, interdum vero in civitate Cayphas ſe includere. Quos numero ſex, a Priore ſibi conceſſos, Rex ſecum in Franciam duxit, & eis in civitate ſua Pariſius monaſterium ædificavit. Qui alios ad ſuam Religionem recipientes, in diverſis Franciæ & Alemaniæ partibus monaſteria ſui Ordinis paulatim conſtruxerunt.

ſignis B. V. Mariæ admonitus;

Indeque ſex Religioſos aſſumit,

CAP. VII.

255 Videns itaque diabolus, quod quanto plus multiplicationem hujus Religionis impedire conabatur, tanto magis ipſa in diverſis mundi regionibus multiplicabatur, ſæviens ille acrius adverſus eam, concitavit fortius Rectores & Curatos parochialium eccleſiarum contra ipſam. Aliqui enim ex dictis Curatis non permittebant quod in eorum parochiis Fratres ædificarent eccleſiam, nec haberent campanam, neque cœmeterium ad opus ipſorum. Alii autem ex Curatis, qui præmiſſa non poterant Fratribus vetare, exigebant ab eis & ab eorum monaſteriis ſervitutes graves & inſupportabiles, quas numquam Fratres in monaſterio montis F Carmeli nec etiam in aliis Terræ-ſanctæ monaſteriis conſueverant exhibere. Cum Fratres ad Dominos diœceſanos recurrerent, ut a prædictis gravaminibus Curatos compeſcerent; e contra plures Diœceſani partem Rectorum foventes, quaſdam ſophiſticas rationes allegabant, quibus Curatos ducere cauſam juſtam adverſus Fratres aſſerebant. Videntes ergo Fratres, quod ſuper præmiſſis non poterant cum Prælatis favorem invenire, Virginem Mariam eorum Patronam humiliter deprecabantur, ut quæ ipſos ad regiones illas pervenire fecerat, a præmiſſis diabolicis tentationibus eos eriperet. Virgo itaque Maria Priori eorum revelavit, ut ad ſummum Pontificem Innocentium intrepide Fratres ſui accederent; quia ab eo ſalubre remedium contra præmiſſa gravamina reportarent. Ad ipſum ergo tunc Peruſii commorantem accedentes Fratres, ipſi expoſuerunt gravamina quæ Curati eis inferebant, & favorem modicum quem ſuper præmiſſis Prælati eis impendebant. Pontifex autem prædictus Fratribus compatiens, ſcripſit Prælatis Idibus Januarii anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, mandans eis, ut ſuper præmiſſis pium favorem Fratribus impenderent, & moleſtatores eorum per cenſuram Eccleſiaſticam appel-

Curatis iterum vexantibus Ordinem,

iterum rogatur Pontifex

A pellatione poſtpoſita compeſcerent. Dum autem Fratres Innocentii Papæ quarti litteras Dominis Prælatis præſentabant, Prælati illi qui Fratribus fuerant prius favorabiles, multo magis tunc ſe eis favorabiles reddebant: & ſubditos ſuos, qui præſtabant Fratribus impedimentum ædificandi in eorum parochiis eccleſiam, & habendi campanam & cœmeterium ad opus Fratrum, dicti Prælati a præmiſſis gravaminibus efficaciter compeſcebant: cohibebant etiam Curatos illos, qui a Fratribus & ab eorum monaſteriis ſervitutes graves & inſupportabiles exigebant. Similiter Prælati, qui fuerunt prius Fratribus duri, viſis prædictis litteris dicti ſummi Pontificis, ſubditos ſuos a præmiſſis gravaminibus ceſſare faciebant. Propter quod Fratres, a prædictis diabolicis tentationibus liberati, in monaſteriis, quæ jam receperant, Divina in pace celebrabant; & nihilominus nova monaſteria ſparſim hinc inde facienter, recipiebant: ſicque paulatim hanc Religionem in B diverſis fidelium regionibus per Europam multiplicabant.

Tempeſtatem ſedat.

CAP. VIII. 256 Quando autem hæc ſacra Religio incepit de Terra-ſancta ad ciſmarinas partes per modum prædictum transplantari, tunc etiam cœpit ipſa in Terra-ſancta de Palæſtina eradicari. Propter quidem frequentes incurſus, quos in Chriſtianos Saraceni, & Chriſtiani in Saracenos tunc in Palæſtina exercebant, aliqui ex Fratribus hujus Religionis fuerunt a Paganis interfecti in monaſteriis eremorum, & maxime in monaſteriis Quarentenæ & Valim. Idcirco oportuit Fratres hujus Religionis totaliter illa monaſteria deſerere; quia non poterant ibi ſecura habitare, quæ poſtmodum ab infidelibus penitus diruta fuere. An. Dom. milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto Pagani Chorasmiani, poſt triumphum quem in Terra-ſancta de Templariis & Hoſpitalariis aliiſque innumeris Chriſtianis obtinuerunt, ad ſanctam civitatem Jeruſalem acceſſerunt, & tam intra quam extra eam plurimos Chriſtianos occiderunt. In diebus autem illis nulla audebat fieri peregrinatio Chriſtianorum ad Sepulcrum Domini: propter quod Fratres hujus Religionis, qui in monaſterio Hieroſolymitano ſolebant de eleemoſynis peregrinorum ſuſtentari, tunc fame periclitabantur. Ea igitur neceſſitate compulſi, monaſterium illud Hieroſolymitanum dereliquerunt, & ſe ad monaſteria Phœnicis C tranſtulerunt, dimiſſis monaſteriis Palæſtinis; & ſic Religio iſta fuit de Palæſtina prorſus eradicata. Poſt hæc autem aſcenderunt vehementius ante conſpectum Domini Sabaoth ſcelera neſandorum Chriſtianorum, Terram-ſanctam ſordidantium, quorum corda Deus effeminavit, & animos infidelium adverſus eos corroboravit. Qui cum poteſtate magna contra nobilem civitatem Antiochiæ venientes, & eam obſidentes, tandem anno Domi 1267. eam vi armorum ceperunt: in qua innumerabilium Chriſtianorum ſanguinem effundentes, non ſolum ſolenne monaſterium quod Fratres hujus Religionis in ea habebant, ſed totam civitatem in ſolitudinem redegerunt. In eadem quoque tempeſtate perdiderunt Fratres hujus Religionis monaſterium Montanæ nigræ, quod ab infidelibus fuit dirutum. Et ſic Religio iſta fuit de Provincia Comagena penitus eradicata. Cum autem Dominus Deus Chriſtianos Phœniceos ad pœnitentiam diutius expectaſſet, quos ſtudia profana dilacerabant; videns quod illam agere renuebant, iratus in eos, induxit ad Phœnicem innumerabilem Paganorum multitudinem: qui glorioſam civitatem Tripoli obſidentes, tandem eam anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo nono obtinuerunt, & tam monaſterium, quod Fratres hujus Religionis in ea habebant, quam ipſam civitatem diruerunt, captis in ea & interfectis infinitis utriuſque ſexus Chriſtianis. Tunc quoque temporis Pagani per planiciem Tripolitanam diſcurrentes, pervenerunt ad monaſterium Belli-loci hujus Religionis prope Fontem-hortorum, quod etiam funditus ſubverterunt. Proinde contra Tyrum aſcendentes, munitiſſimam civitatem illam eodem anno cœperunt: in qua multorum Chriſtianorum ſanguinem effundentes, civitatem illam, cum monaſterio hujus Religionis quod in ea erat, deſtruxerunt. D AUCT. D. P.

An. 1244. multa poſſi a Chorasmianis

& amiſſo an. 1267. Antiochia

dein Tripoli & Tyro

257 Biennio autem fere lapſo, Saraceni contra opulentiſſimam civitatem Accon venerunt, & poſt multos actus bellicos a Saracenis peractos qui eam deforis impugnabant, & a Chriſtianis qui eam intus defendebant, tandem Saraceni in menſe Majo, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, civitatem obtinuerunt: In qua fuerunt ultra triginta millia Chriſtianorum cæſa & capta, præter eos qui per mare evaſerunt, ex quibus fui ego unus: multi enim Chriſtiani E de civitate Accon, & de civitatibus Tyri & Tripolis, per mare fugerunt. Saraceni autem civitatem Accon, cum ſolenni monaſterio hujus Religionis quod in ea erat, ita devaſtaverunt, ut eam totaliter inhabitabilem redderent. De qua egredientes, & ad ſanctum montem Carmeli, qui ab ea non longe diſtat, aſcendentes, monaſterium Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli ibidem commorantium, de quo ego nuper ad Accon perrexeram (quod frequenter invaſerant, ſed nunquam deſtruxerant) tunc igne cremaverunt, & omnes Fratres, ibidem repertos & Salve Regina cantantes, gladio trucidaverunt. Et ſic Religio iſta fuit de Provincia Phœnicea, & per conſequens de tota Terra-ſancta, prorſus eradicata. Profeſſores itaque hujus Religionis, qui in monte Carmeli tempore Eliæ & Eliſæi Prophetarum continue & inceſſanter, in contemplatione Dei perſtiterunt per annos circiter bis mille ducentos viginti unum, in hac perſecutione montem illum ex toto amiſerunt. Quod ideo totum factum puto, ut adimpleretur, quod vaticinatum fuerat per Jeremiam Prophetam dicentem: Aſpexi, & ecce Carmelus deſertus, & omnes urbes ejus deſtructæ ſunt a facie Domini, & a facie iræ furoris ejus. Jam enim lætitiam & exultationem, quibus contemplationis dulcedine in eodem monte profeſſores hujus Religionis recreabantur, non eſſe perpetuo ibidem permanſuras, Iſaias dudum prophetaverat dicens: Auferetur lætitia F & exultatio de Carmelo. Ab illo tamen monte dilatati fuerunt profeſſores hujus Religionis, ſicut dictum eſt, in diverſas mundi partes. Qui etiam noviſſime, ſcilicet a diebus beatiſſimi Papæ Innocentii quarti & ſanctiſſimi Regis Francorum Ludovici, ab eodem monte Carmeli in partibus Occidentalibus multiplicati ſunt in multas provincias, provinciæque in domus, in perſonas multas ſufficientes & idoneas, per orbem virendo florent, & florendo multum fructum afferunt, ad augmentum fidei Catholicæ, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui cum Patre & ſancto Spiritu eſt honor, virtus, & gloria, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

ac denique an. 1291. Accone,

Ordo in Terra-ſancta eradicatur.

AN-

A AUCT. D. P.

A N N O T A T A

AD SANVICUM.

Ex Vita S. Angeli patet quod intra ſeſqui ſeculum,

257 Vita ſancti Angeli, ſub nomine Enochi Patriarchæ Hieroſolymitani edita, & a nobis in Appendice ad 5. Maji examinata, ad hoc ſaltem prodeſſe ſpero, ut, ſi ab ægris pridem animis non abſtergatur amaritudo omnis contra me contracta, tamen haud obſtinatiſſimis perſuaſum fiat, non omnia ſine cauſa mihi eſſe ſuſpecta, quæ ad firmandas prætenſiones ſuas zelatores ſummæ antiquitatis tam ſecure jactant, ac ſi nihil illis optari poſſit convincentius. Fecit etiam eadem Vita (ut exiſtimo) palam, quam non B multis ætatibus opus fuerit, ut Ordini, primo poſt Bertholdi initia ſeſqui ſeculo nullam vel exiguam curam litterarum habenti, nec niſi confuſam præteritarum rerum memoriam, imponeretur fictione aliqua, eatenus veroſimiliter excogitata, quatenus id patiebatur iſtorum temporum ignorantia. Etenim a morte S. Angeli fortaſſis vix effluxerant anni centum & quinquaginta quando talis Vita conſcripta eſt, & in hunc uſque diem a Carmelitis habita pro hiſtoria uſquequaque certiſſima. *primævæ aliquæ fictiones in Ordine receptæ,* Cum igitur Sanvicus pari temporis intervallo abfuerit a Bertholdi initiis, circa annum 1300. aut etiam ſerius ſcribens; nec mirum nec grave videri poteſt, quod Fratres, nihil certi ſcientes quod requirentibus de inſtituti ſui auctore reſponderent, Eliam Prophetam peculiari quadam ratione ad ſe pertinere voluerint; neque hoc tantum, ſed etiam perſuaſerint ſibi, ab ejus ad ſua uſque tempora, in Carmelo viguiſſe aliquam religioſioris vitæ formam: quæ qualis medio illo ſpatio fuiſſet, continuane an interpolata, non deberet exquiri ſcrupuloſius. *tolerabiliter, quamdiu moderatæ,* Hanc opinandi loquendique moderationem ſi tenere omnes potuiſſent, credo neminem futurum fuiſſe, qui voluiſſet eis contradicendo ſe opponere, quamdiu nemo propterea cogeret vel nominis monachos in Syria & Palæſtina ante Hilarionem agnoſcere: & quamdiu credi poſſent Eremitæ illi, Syri C aut Græci, qui forte ante Bertholdum in Carmelo habitare cœperint, poſt monachiſmum in illis regionibus exemplo Hilarionis propagatum; tunc cum Bertholdus cœpit, aut penitus deſiiſſe, aut nihil novis incolis communicaſſe præter locum. Sic enim non obligaremur antiqua omnia totius Orientis monaſteria cum ſuis Sanctis adſcribere ei, quem nunc habemus, & ut ceteros veneramur, Ordini Carmelitano: ſaltem non diceremur huic injuriam facere, ab ea appellatione abſtinendo iſtic, ubi ea uſi antiquiores ſcriptores non ſunt. Eamdem moderationem ſi non teneat, ſaltem non operoſe prohibet *Sanvicus*; quem vel propterea amo; &, ſi quid in illo ſuo ſenſu abundantius dixit, quam per ſummum examinandi rigorem probari poſſit; dignum venia judico, ac præ ceteris Carmelitanarum originum ſcriptoribus lectu dignum. Pauculas tamen Annotationes ſubjungo, quibus intelligi commodius poſſit.

a Varias ac graves moleſtias a Saracenis paſſos Chriſtianos omnes, ac ſingulariter monachos, jam ſatis patet ex hac noſtra hiſtoria. Sed quod ii ſe pro majori parte ad Carmelum receperint, gratis aſſumitur; & verum non eſſe ſatis probatur ex continua illa deſolatione Carmeli, quam demonſtrat perpetuum omnium in Terra-ſancta peregrinatorum ſilentium. Sicut nihilominus aliud videatur, ſuum ſibi ſenſum habeat, mihi meum relinquat: nec moveat D quæſtionem de cappa Barrata, de cujus origine ad Humar referenda forte necdum cogitaverat quiſquam, cum ſcriberet Sanvicus.

b Similia ſcribit de adventantium peregrinorum frequentia Jacobus de Vitriaco, ex cujus hiſtoria Orientali hæc & quæ ſequuntur accepta fuere, & applicata Eremitis, ſparſim in Carmelo habitantibus; ſed (ut exiſtimamus) abſque ullo alio inter ſe vinculo, quam ſimplicis propoſiti vitæ in ſolitudine degendæ; nihil alter curantes de altero, adeoque abſque forma alicujus religioſi Ordinis. Gratis etiam puto aſſumi, quod ab advenientibus in Terram-ſanctam Latinis inventi ſint ibi aliqui, a quibus ceteri formam ſumpſerint vivendi: ſed hos potius eam ex Europa attuliſſe, qualem viderant obſervari a ſolitariis Europæis, tunc quam nunc frequentioribus, & nulli certe Religioni E adſtrictis.

c Cum hic *Aymericus* plurimum contuliſſe credatur ad ſtabiliendum in Carmelo Bertholdum, qui forte eum fuerat ab Antiochia ſecutus, ipſius Prophetæ Eliæ, iſtam ei ſedem deſignantis, admonitu; perquam veroſimile ſit, quod ille, poſt quinque vel ſex annos exilii, revertens Antiochiam, ex noviter adunatis ſub Bertholdo Eremitis unum alterumve duxerit ſecum, qui ex Latinis advenis ſimile ibi eremitorium colligeret, ad normam Carmelitani. Huic præfectus poſtea Euſebius aliquis, propter memoriam communis originis, potuit petiiſſe & accepiſſe a Cyrillo Priore III. Regulam, quam iis ab Alberto traditam audierat; licet non cum ea quæ prætenditur epiſtola.

d Si jam tunc ita varie varii ſupputabant tempora Alberti & Regulæ datæ: quid mirum tam confuſam eorumdem notitiam ad hoc uſque ſeculum perduraſſe in Ordine, qualem ex litteris Stratii Generalis cognovimus? Nempe, ut (meo quidem judicio) rectiſſime & ingenue inter cauſas tenebrarum, Carmelitanas origines involventium, fatetur Joannes Hildeshemenſis, *Incolæ vetuſti montis Carmeli fuerunt eremitæ ſimplices, non litterati, pauperes, membranas forte non habentes, nec ſcriptores, orare potius quam ſcribere conſueti; de quibus non eſt dubium, quod juxta doctrinam Pauli anteriorum & præteritorum obliti, præſtantiori cura tendebant ad futura*, Loquitur ille F quidem de Syro-Græcis, quos jam olim putat ſub Saracenis fuiſſe; ſed nec excludit Latinos poſteriores, de quibus nos agimus: alteram enim cauſam petit a deſolatione monaſterii poſt captam Acconem, in qua perierint ſi quæ erant ſcripturæ, una cum pallio Eliæ, ad id uſque ſervato ſcilicet. Sed hanc cauſam non recipio: cum ab annis quinquaginta & amplius ante cœperint Carmelitæ migrare in Europam, per otium & citra feſtinationem; qui, ſicut ſervaverunt Regulam & Brevia quædam a Romanis Pontificibus obtenta, ſic etiam poterant ac debebant, prævisa imminenti perditione totius Terræ-ſanctæ, ceteras quoque majoris momenti ſcripturas transferre in tutum, imo & earum exempla pluries ſibi tranſcribere in varias deferenda provincias, ſi talium cura apud illos fuiſſet.

e Non puto injuriam facturum Prophetæ, qui noluerit credere ipſum fuiſſe filium viduæ Sareptanæ: ſed videri poſſunt quæ in Commentario de Vita & ſcriptis ſancti Epiphanii 12. Maii diximus num. 58. & 59. ubi docuimus quam parvi facienda ſint iſtæc commenta Rabinorum: quibus non magis credimus de Jona; cum eum faciunt origine Sidonium, quam aliis qui ex diverſa longe regione Philiſthæum nobis fingunt, *ex Cariathmao gentilium urbe, prope Azotum ad mare*, &

pa-

Digitized by Google

A patre ejus *Amathem* ſimiliter fuiſſe Philiſthæum ex *Geth*: ſicut habent Menæa, utramque ſententiam inepte combinantia. Tutius fuerit, quamdiu aliud Scriptura non dicit, Judæum aut ſaltem Iſraelitam credere hunc Domini Prophetam.

f Sicuti Joanni Hieroſolymitano in libro de Inſtitutione monachorum infeliciter ceſſit Græcæ linguæ notitiam affectaſſe, reddendo etymon nominis *Melana*; ita etiam huic ſcriptori accidit. Græci, ut ex Joanne Phoca apparet, τὸ μαῦρον ὄρος vocabant, id eſt *Montem nigram*; id ſua lingua Italica exprimebant Europæi, *Nero*. Sanvicus vocem, non ſenſum, a Græcis petendam putavit; & neſcio quo docente, credidit, quod νηρὸς ſit *aqua*, rem Lexicographis omnibus ignotam. Horum præcipui dicunt, voce adjectiva νηρὸς, *cavum* aut *humilem* ſignificari, aut etiam *humidum*; non ita tamen, ut probent dici νηρὸν ὕδωρ, *humidam aquam*: & ſic dicuntur *Nereus* & *Nereides*, marina numina

B apud Gentiles, ac νηροὶ ἰχθύες; quæ omnia, una cum adjectivo νηρὸς, quidam derivare malunt ἀπὸ τοῦ νεῖν *natare*.

g Utrumque credo veriſſimum eſſe: ſed non propterea recedo a mente, quam explicui in Vita S. Alberti num. 110. ſcilicet uſque annum 1230. Montis Carmeli Priori alios ſubditos non fuiſſe, quam quos ibi habebat; uſto ex Carmelitis, Albertina Regula informatis, aliqui traduces accepti fuerint ad propagationem Inſtituti. Id enim mihi probant Pontificum Bullæ, de ſola *Carmeli eremo* ſingulariter uſque ad id tempus loquentes. Libenter autem hanc gloriam dederim S. Cyrillo, quod unius Regulæ Eremitoria, in unius etiam Ordinis compagem adunarit; & ſic potuerit non jam ſolum *Prior*, ſed *Prior Generalis* vocari. Id certe ad Religionis conſervationem gubernationemque magnam habuit utilitatem, etſi primi videantur fuiſſe Cluniacenſes, per quos tam utile inventum apud Latinos incepit: & ſic credo eos etiam, qui in Antiocheno Patriarchatu erant, fuiſſe ad eamdem cum ceteris unionem invitatos, facileque adductos. Notandum eſt autem, quod juxta Sanvicum, omnia fere hæc monaſteria excitata fuerint poſt annum datæ Regulæ.

C h Hic vel ipſe auctor vel Philippus Ribotus Innocentii Bullam inſeruerat, quod & deinceps fecit: ſed cum ex Bullæ minus neceſſariæ ſint, & alibi poſſint inveniri, brevitatis cauſa tranſilire malui.

i Voluiſſet quidem id facere Pius Rex, nec prohibuiſſent Saraceni qui urbem tenebant; ſed quia præter ejus majeſtatem eſſe videbatur, ut qui pro recuperatione illius arma ſumpſerat, eo ingrederetur ante quam id effeciſſet, cohibuit ipſe ſe, uti ſcribunt coævi auctores rerum ab eo geſtarum.

D AUCT. D. P.

A P O L O G I A

PRO SANVICO

Contra prætenſam Ordinis in Europa diffuſionem ante tempus ab eo notatum.

258 Nihil ambigo, Lector, quin obſtupueris, tertium quartumque Caput hujus Chronicæ legens; ſimulque commemorans, quam vehementer adverſum me inſurgant TRIUMPHATORES, eo quod negaverim, Carmelitanum Ordinem, ante tempus a Sanvico ſignatum, in Europa noſtra fuiſſe diffuſum. *Tot his & tam claris aſſerunt Sanvico,*

E Fieri etiam vix potuit, quin conſiderata Sanvici ætate, judicaveris alia documenta quæcumque contrarium probantia, contemnenda tibi eſſe, licet ad ea erroris fictioniſve convincenda deeſſent alia argumenta omnia. Quid enim haberi certius, quid diſtinctius poteſt, quam quod narrat, qui forte eo ipſo tempore, quo cœpta migratio, jam vivebat, aut etiam Novitius erat in Ordine? quique prænotatum argumentum quam diſtinctiſſime tractandum ſuſceperat? Excuſat primum hic cap. 2. quod in *Provincia Comagena non plura monaſteria ædificarunt Fratres: neque prædicta*, inquit, *ædificaſſent, niſi Aymericus aliquos eo duxiſſet: quoniam* ſcilicet *hæc Provincia eſt extra terminos Terræ-ſanctæ*. *Traditioni Ordinis de ſua migratione tot...* Eoſdem Fratres Cap. 3. facit dubitare, ſitne *res licita* inde emigrare; & aliquos eorum inducit ſentientes, *nullo modo extra eam manſiones hujus Religionis eſſe conſtruendas*. Rurſum Cap. 4. ipſos laudat, quod *prudenti ducti conſilio* Pontificem ſibi adeundum ſtatuerunt, *priuſquam præſumerent Religionem ſuam quoad monaſteria notabiliter multiplicare*. Denique Cap. 5. ait, querentibus contra Curatos Fratribus reſpondiſſe Prælatos, *quod cum hæc Religio eſſet eis ignota, gratiam poſtulatam non concederent*. Dictis autem conſonat utraque Innocentii Papæ Bulla. Iſtis tamen omnibus non obſtantibus, jam non amplius paucos aliquos ac raros Conventus, qui antea fuerint, nobis objicit TRIUMPHATOR, ſicut in prima parte Armamentarii fecerat; ſed tam multos,

F ut oportuerit eos dividere in Provincias. Tali aſſumpto etiam iſtud conſonat, quod *B. Simon Stock*, mortuus anno 1265. dicatur (ſicuti ſupra vidimus) totis quinquaginta annis Ordinem gubernaſſe. Cum enim id non potuerit cœpiſſe in Oriente ab anno 1215. propter eos qui tunc & deinde nominantur Carmeli Priores; additur explicatio, quod uſque ad annum 1245. id fecerit, *tamquam Vicarius Generalis, ſeu Generalis quaſi ſecundarius in Partibus Occidentibus*, ut ait P. Daniel parte 1. num. 579. *opponuntur fundationum prætenſiones*

259 Idem P. Daniel prolixiſſimas Annotationes texit ad Sanvici Chronicon, ita ut ſimul cum ipſo contextu impleant totas viginti columnas: nec tamen quidquam hic invenit difficultatis, quæ diſcuſſione indigeat: ſed ſatis habet num. 423. paucis dixiſſe, quod *præteritis quidem temporibus, olim & nuper, ad varias Europæ partes tranſmigraverant (videlicet in Italiam, juxta fluvium Arni haud longe a Florentia, atque etiam Senis; in Germaniam, prope Rhenum Boppardia; & in Galliam, Burdigala) ſed hæc*, inquit, *tranſmigratio, univerſalis fuit, ad omnes fere Europæ partes*. Ita ille, ſub annum 1670. imprimens Speculum, quod poſtea multiplici additamento auctum, hoc primum anno in lucem venit: utique vel ſecurus de veritate atque evi-

den-

A dentia inſtrumentorum, quibus nihil poſſe opponi credidit; vel exiſtimans futurum neminem, cui talia lubeat examinare, aut ſaltem publice confutare. Quod poſtremum omnino factum non fuiſſet (quantum quidem ad nos attinet) ſi humiliter amanterque rogatus abduxiſſet auctorem Armamentarii, a nobis nominatim trahendis in controverſiam, *quod*, inquiebam, *nec lubet nobis*, *nec vobis expedit*. Sed ea fuit fiducia cauſæ licet adeo paratam in Sanvico contradictionem habentis, ut quaſi nullus foret hic auctor, omnium fortaſſis Carmelitarum primus qui aliquid circa hiſtoriam ſcripto mandarit, eadem nobis multo diſtinctius permiſerit objici in prima parte Armamentarii. Nihilque moderatior factus evidenti ſatis Florentinæ atque Boppardienſis prætenſionis inanitate, ante ſecundum rumum Aprilis demonſtrata; in ſecunda quoque parte ejuſdem Armamentarii voluit eadem aliaque offendicula operoſius explicari, atque in rationibus meis refellendis per ſe aliuſque multipliciter fatigari.

AUCT. D. P.

2. Florentina

B 260 De Florentina Atteſtatione, quam ſine examine ullo in Appendice poſt Riborum adjecerat num. 506. ſicuti anno 1662. fecerat in Vinea Carmeli num. 469. jam vidimus, quid actum ſit, & quam nihil reſponſum ad cauſam quæ præcipue agebatur. Senenſis Conventus probationem aliam pro ſe non allegat, quam tranſſumptum quoddam Notariale, anno 1573. acceptum *ex quibuſdam antiquis Chronicarum libris & codicibus*, qui tunc reperiebantur *penes & in manibus magnificorum virorum D. Franciſci de Thomaſiis*, *D. Orlandi de Malavoltis*, *D. Alexandri de Biringucciis*, *& D. Pyrrhi de Landucciis*, *nobilium civium Senenſium*, *collectarum per ſe & eorum antenatos*: idque vulgari Italica lingua: in quibus, tamquam ex uno aliquo communi fonte, iiſdem ubique Italicis verbis, nec niſi ætatem ſeculi 15. referentibus, ſcribitur, quod *anno 797. redierunt omnes Fratres S. Mariæ de monte Carmelo prima vice ad eccleſiam S. Nicolai*, *ubi antea habitaverant Eremitæ*: item, quomodo iidem *Fratres*, *anno 1187. Senis laborantes penuria aquæ*, puteum foderint eo ſucceſſu, qui fuſe narratur. Cum producti fuerint iſtorum temporum annorumque ſcriptores, ex quibus Magnifici iſti Domini talia acceperunt; tum licebit examinare, an æque certum ſit tales eſſe, quales prætenduntur,

a Scala pro an. 797.

an 1187 ex Chronicis ſeculi 16

C quam certum eſt in Chronica Sanvici nihil inveniri ob quod contrarium aſſerens debeat eſſe ſuſpectum. Si vero ſuſpectum eum non habent Carmelitæ, de illis non poſſunt non merito dubitare; cum palam ſit pro illis non adferri teſtimonia ſeculum 16. excedentia; fieri autem facillime potuerit fiatque centies, ut eum locus aliquis inquilinos mutavit, ut nihil perpetuum eſt ſub ſole, traditio vulgi (qua nihil incertius) poſtremis notiſque ſibi incolis applicet, quæ olim contigerunt aliis alterius conditionis ordiniſque.

3. Boppardienſe Epitaphium nihil ad rem facit,

261 Ex Boppardienſi prope Rhenum epitaphio, qua ſcripto qua ſculpto, nihil hactenus extundi potuit, quod probaret Carmelitam eſſe, qui ſub eo olim ſepultus fuit: ſed nec ex ulla Boppardienſium antiqua ſcriptura verificari, quod fuerit ibi conventus hujus Ordinis anno 1220. id eſt multo prius, quam ille Metis Treviriſque (in Lotharingia, & in Franconia Francofurti atque Moguntiæ) ſuos inſtituiſſet conventus, quorum mutuæ inter ſe communicationi opportuna Boppardia erat. Ita ſcripſeram 2. parte Propylæi num. 29. ſed ſocors typotheta, & non ſatis attentus inter urgentiſſimas tunc occupationes oculus meus, non niſi a puero D ſimul legente adjutus, inobſervatum dimiſere defectum, quem hic appoſitis ſignis ( ) ſupplen, quique nonnullos haud immerito conturbavit, verba (ut videbatur) clara legentes, nec tamen valentes credere, quod ego qui per Rhenum navigans Boppardiæ fui, & cum Boppardienſi Priore tum ipſe per litteras immediate tum mediate per noſtros Patres Confluentini Collegii non multum remoti a Boppardia ſæpe egeram, adeo fuerim hebes; ut oppidulum iſtud collocarem Treviros inter ac Metas, Moſellæ adſitas civitates. Sed hoc dictum ſit cauſa erroris undecumque nati: quid ad poſtulatum meum TRIUMPHATOR, rogatus probare id quod quærebatur? Non enim puto ſatis probationis eſſe in eo, quod locus ſit Carmelitarum, quodque non poſſit poſitive doceri quo præciſe anno illi eo advenerint: nam ſi contingeret ibidem nummos aliquos ſervari ante Chriſti nativitatem cuſos, vellentne dicere, ſe quoque ibidem tam antiquos eſſe? E

262 Quid ergo ad quæſtionem TRIUMPHATOR? Æque ac ad primam de Florentina Atteſtatione, de ſubſtantia nihil: ſed dilabitur ad explicationem Epitaphii, in cujus lectione fruſtra laborantem Generalem Sylvium, cum ſocio Provinciali Neapolitano Provana, conatus fueram juvare, pro nonnulla quam habeo rerum talium experientia, cum docui unde incipienda lectio, quo ordine eſſet pertexenda. Deinde (1) quia iidem ſibi erant imaginati, Henricum Priorem ibi ſepultum, ex ſepulcri elegantioris honore dignum habitum velati Sanctum; addidi, quod mihi ad manum erat, Venerabilis Yolandæ tumbam, ſimili lamella expreſſam, unde intelligi poſſet, quid potuiſſet ex antiquitatis more addi, ſi ſanctitatis titulum eo epitaphio denotatum voluiſſent auctores; effigies ſcilicet animulæ diadematæ, & ab incenſantibus utrimque Seraphinis ſubvectæ in cœlum. Ne ergo obmutuiſſe videretur, quæ ego, a ſupremæ oræ centro incipiens, docueram legere, apices nonnullos extremo margine attritos ſupplendo, juxta exigentiam verſus rhythmici ſeu Leonini, in talibus iſto ſeculo uſitatiſſimi, in hunc modum: F

ſive legatur vel ego legendum docui,

Floribus ornatam virtutum fac tibi gratum,
Rex pie, ſic ratum facies ejus famulatum.
Henricus, dictus Prior Hein, non crimine victus,
Horrens conflictus fit, dum mitem necis ictus
Anno milleno tum viceno nonageno
Et trino pleno, proſtravit corde ſereno,
Octobris fine ſalis memor eſto ruina.

Hæc, inquam, quæ ego ſic haud incongrue legeram, a ſigno manifeſte notato lapidem circumiens, & congrua metaphraſi proſaice explicueram; ille, nullo indicio apparente, curſus ſub finem dextri lateris, neque metri neque rhythmi rationem ullam, habens, ſic invertit:

ſive vel aliter ſine omni apto verſu

Henricus decennis Prior hibi, non certamine victus,
Horrens conflictus fuit, dum mitem necis ictus
Anno milleno tum Boppardiis viceno, nonageno
Ætatis terno pleno, proſtitus corde crucifixo:
Floribus ornatum virtutum fac tibi gratum,
Rex pie Henrici Salvator; ratum facies ei famulatum:
Sereno Octobris fine, ſalis memor eſto ruina.

Tum

(1) Sequentia uſque ad *Ne ergo* dele, quia intelligo, ejuſmodi animulas, in antiquis monumentis eſſe communes Pariſiis, & alibi quoque eaſdem reperio, etiam in Svecia. *Ex Append. Tom. VII. Maii pag. 705.*

Digitized by Google

A Tum lineamenta corporis exhibet, fortaſſe accuratius quam ego illa accepi, & in epitaphio ſupplet aliquas litteras, ſane opportunas, quæ fuerant omiſſæ in eo quod ad me miſſum eſt ectypo, quodque alias fidelius eſſe quam ſit ectypon ipſius præſumere poſſum; eo quod qui meum pinxit, litteras dedit quales reperit, nec præſumpſit exeſos apices ſupplere; ſicut is, qui pinxit ectypon novum, fecit in litteris variis. Addidit etiam ciſras, ut poſſit inveniri ordo verborum a ſe excogitatus, quaſi non eſſent verba legenda naturali ſuo ordine, quemadmodum leguntur in aliis omnibus epitaphiis, quæ nemo hactenus ænigmatica eſſe credidit, uti credi vult ille.

Lectionem meam improbans, 263 Juvat ergo iterum exhibere ectypon illud noſtrum, in nonnullis ectypo ſecundo aptatum: quo inB ſpectu, atque ad meam ipſiuſque lectionem collatu, tuum erit, Lector, conſiderare ſingula, & definire utra lectio ſit melior. Deinde, quia TRIUMPHATOR, dum non poteſt ex verbis, ea forma veſtitus conatur eruere probationem ſententiæ ſuæ, & perſuadere quod lineæ per veſtem ductæ exprimant barras ſeu ſtrias Cappæ Carmeliticæ, perpendiculariter ductas; vide, obſecro, an illæ aliud notent, quam plicas ipſius veſtis, qualiter eæ exprimuntur in aliis quibuſvis iſtius generis D ſculpturis, quas plurimas vidiſſe potes, omni conditioni ſexuique poſitas. Item an propter H & I, quæ extrito angulo imo nunc ſuperſunt, tantum plauſum meruerit, qui legi juſſit *Henricus Decennis Prior hîc*: ego vero tam grande vituperium, quia conjectavi quod legi deberet *Henricus, dictus Prior Hein*: & utrum uſque adeo inſulſum ſit, in epitaphio addere Latino nomini nomen vulgare, quod etiam in Notarialibus inſtrumentis haud inſolitum eſſe ſcimus. Tale quid certe exigunt litteræ DCS, quæ ut rhythmum faciant cum ſequenti voce VICTUS, non poſſunt aliter quam DICTUS legi, maxime cum hujuſmodi abbreviatio ſatis nota per ſe ſit. Si tamen omnino id nolis, legatur, ut alii ante nos legerunt, PRIOR HIC, licet in apice recto ſuperius poſito nullum ſit veſtigium litteræ C; vel, quod facilius capi poteſt, legatur PRIOR HIL, ut intelligatur, Prior iſte, dictus ſeu nominatus fuiſſe HENRICUS HIL, E id eſt *Henricus a Colle*. Fiat denique aliquid, quod neque metri menſuram neque rhythmi conſonantiam tollat: mihi enim perinde eſt, dummodo ſenſus & verſus ſubſiſtant.



C

F

nec tamen paraphraſim Boppardiæ factam probans, 264 Sed cur ego hæc? Nihil (ut dixi) ad principalem cauſam facit, recte ego an ſecus legerim epitaphium antiquum, ſi nihilo plus ipſe, quam ego, potuit in eo reperire quidpiam, unde doceretur illud ad Carmelitas ſpectare, vel continere ſenſum hujus paraphraſis, quæ ſola in Vinea Carmeli legitur, velut ſi ipſummet vetus Epitaphium foret.

Dum ſol mille ſuo curſu compleverit annos
Virgineo a partu; centum ſimul & duo luſtra
Et tres excellos; fatalis terminus inſtat;
Octobris, nigro vere ſignanda lapillo,
Ultima lux. Rapuit virtutum luce coruſcum
Parca ſevera virum. Rara virtute Priorem
Ordinis agnoſcit ſacri ſententia, nomen
Qui ſibi Carmeli divino munere poſcit,
Atque urbs ſancta colit ſancta Boppardia. Saxum
Oſſa tenet. Jacet hic gelida tumulatus arena
Virtutum exemplar fulgens Henricus: at aſtra
Mens tenet, & Superum felici ſede iocatur.

A Hanc paraphraſim, cum abſque ulla vetuſtioris epitaphii mentione legiſſem in jam dicta Vinea Carmeli num. 476. tamquam idoneum tantæ vetuſtatis teſtimonium; ſcripſi num. 26. *quod nulla hic appareret forma epitaphiorum, ſeculo 12. uſitatorum; quodque non dubitarem quia periti rerum judicaturi forent, ipſum hoc ſeculo primo eſſe compoſitum.* TRIUMPHATOR autem cenſuram iſtam refert, ſub finem num. 709. tamquam de ipſo veteri epitaphio, de quo nondum loqui cœperam, ut mea legenti palam eſt. Hoc interim ſit ſpecimen exiguæ attentionis, ſeu magnæ in animo perturbationis, cum qua meum Commentarium ille legit, quando eum confutandum ſumpſit: & poſſem infinitas hujuſmodi verborum meorum alterationes, toto Armamentario ſparſas, proferre; ſed non id ago; quin & libenter excuſo, ſi factum non poſſim, fidem bonam, qua eum credo proceſſiſſe, & alia aut aliter quam ſcripſeram legiſſe.

AUCT. D. P.

265 Supereſt ex quatuor locis Sanvico objectis, Burdigala in Gallia: pro qua Lezana in Annalibus ex *Archivis Conventus Burdegalenſis Carmelitarum*, nec non *ex monumentis lapideis eccleſiæ dicti Conventus* indicat B extracta ſequentia. *Conventus Burdegalenſis Carmelitarum tribus vicibus conſtructus eſt, in diverſis locis civitatis Burdegalenſis, intra tamen ambitus ejuſdem Parochiæ, quæ dicitur ſancta Eulalia Virginis & Martyris. Prima fundatus fuit anno Domini 1100. ex voti facti, in honorem Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo per Illuſtrem D. de la Lande, eo fine ut victoriam obtineret contra gigantem ſeu hominem proceræ ſtaturæ, qui ex parte inimicorum Burdegalam obſidentium, ad ſingulare certamen cum aliquo Burdegalenſi ineundum, deſtinatus erat, ut de ſumma belli diſceptaret. Obtenta victoria ope Deiparæ, Conventum Carmelitarum extruxit: quem deinde alius ejuſdem familiæ Gagliardus de la Lande reædificavit in alio loco, anno Domini 1257. Tandem tertio extructus fuit dictus Conventus anno Domini 1497. liberalitate D. Catherinæ de la Lande.* Poſtremæ fundationis tempus ex dictis monumentis probari efficaciter poſſe, facile credam, etſi ea non exhibeantur. Landenſi quoque familiæ deberi principium iſtius conventus, admittam libenter. Potuit etiam Gagliardus de la Lande, ipſo quo dicitur anno, ſacellum aliquod intra urbem condidiſſe: cujus adminiſtratio ſucceſſu temporis Carmelitis ceſſerit, ad Miſſas, ibidem fundatas, ſtatis diebus temporibuſque dicendas. Verum debellatus ille gigas, ex vi voti facti *B. M. Virgini* C *de monte Carmelo*, tanto prius quam hoc nomine noſci ac coli cœpit Deipara, cumque adhuc deſolatus ſine incola mons ſacer ſqualeret, nec niſi *ſtructurarum, quæ eo loci antiquitus fuerant, veſtigia commonſtraret*, ut ſcribit Joannes Phocas: ille, inquam, ab Anonymo Landenſi debellatus anno 1100. Gigas, ſi eſt ex Annalibus Burdegalenſibus hauſtus, eodem Annales iſti apud me loco ſunt, quo Romani de Ænea & Turno, ſive (ut aliquid notitiæ noſtræ vicinius dicam) quo Clivenſes illi a Teſchenmakero memorati, deſcripti autem a Theodorico Pauli in Chronico univerſali, ubi Ducum & Comitum iſtius nominis hiſtoria inchoatur hoc modo: *Elias de paradiſo veniens, ut fertur, in navicula (trahente illam cygno, aurea catena navi connexa colloque cygni circumdata, per Rheni fluenta ſic ducente) ad caſtrum appulit Noviomagium, in quo virgo unigenita, Beatrix nomine, reſidebat; quam duxit in conjugem, & ex ea genuit tres filios &c.*

a Burdegala, ut Romantia familiæ Landenſis,

quaſi an. 1100. B. M. V. de Carmelo votum factum,

quidam D. de la Lande

266 *Datur hæc venia antiquitati*, inquit Livius Annales ab Urbe condita exorſurus, *ut miſcendo humana divinis, primordia urbium auguſtiora faciant.* Eam licentiam Romani a Græcis, a Romanis provinciæ paſſim & civitates atque familiæ illuſtriores mutuatæ ſic D ſunt, ut paucas reperias de quibus non quædam *poeticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis tradantur.* Atque utinam id in rebus ſacris, ad ſuas origines revocandis, non etiam ſæpe locum haberet! Nobis ea, ſi *affirmare* jubeat nemo, *refellere in animo* plerumque *non eſt*; ne ſcilicet imperitæ multitudinis clamores contra nos Opuſque noſtrum gratis ſuſcitemus. Sed cum viri, opinione hominum prudentes ac graves, temeritatis impietatiſque nos arguant, quia ſimilibus non credimus, neque recipimus ut ſolidas Carmelitanæ antiquitatis probationes, uti facit auctor Armamentarii parte 1. num. 160. quomodo poſſumus non reſpondere, patentemque fictionem vanitatis non redarguere? Quod igitur gigantomachiam prædictam attinet, nihilo veriorem ea, quæ noſtræ Antverpienſi urbi nomenclaturam dediſſe narratur; quæro, quæ ſit illa urbis Burdegalenſis obſidio, antiquis & modernis Francorum hiſtoricis ignota? Ipſi etiam qui Burdegalenſe Chronicon compilavit Joanni Darnal, & hiſtoriæ E Aquitanicæ ſcriptoribus ejuſdem nominis Beſlyo & Buchetto? Tantis eo tempore, quo urbs ſic dicitur fuiſſe obſeſſa, pollebat Aquitania viribus, ut (teſte Oderico Vitale ad annum 1101.) *vexillum Guilielmi Ducis ſecuta ferantur trecenta armatorum millia.* Malmesburienſis lib. 4. cap. 2. *ſexaginta millia militum*, id eſt equitum, *& multo plura peditum* numerat. Vetus auctor apud Urſpergenſem Abbatem pag. 237. *Aquitanos, quibus Guilielmus Pictavienſis præerat*, ait, fuiſſe *præter vulgus ad triginta millia loricatos.* Niſi hic mea me vehementer fallit conjectura, fabulator aliquis, volens Familiæ Landenſis Romanciam verius quam hiſtoriam texere, cum aliquid intellexiſſet de Normannica invaſione, qua conſtat anno 848. captam concrematamque Burdegalam, ſimilem aliam poſteriorem commentus eſt, quæ fuerit, a Landenſis familiæ progenitore per miraculum coercita: quod quidem miraculum ideo retulerit ad Beatam Mariam Virginem de monte Carmelo, quoniam ſciebat ab hujus familiæ heroe aliquo, ex Terra-ſancta regreſſo, adductos Burdegalam Carmelitas.

obſeſſa urbs inſolita ...

b gigantem debellaris

267 Finieram: ſed aurem rurſum vellicat Sanvicus, monetque in 2. parte Armamentarii a num. 681. ad 697. multa dici de conventu Colonienſi: quæ niſi refellantur, ægre poſſit ſubſiſtere clauſula ultima ſui Capitis 6. ubi ait, quod Fratres, a ſancto Ludovico Pariſiis fundati, *alios ad ſuam Religionem recipientes, in diverſis Franciæ & Alemanniæ partibus monaſteria ſui Ordinis conſtituerunt.* Ad tempus etiam redeuntis ex Syria ſancti Regis, conventus ſui originem videntur retuliſſe ipſimet Colonienſes Patres, qui totam Hiſtoriæ Carmelitanæ ſeriem, novemdecim diſtichis in camera Hoſpitum deſcriptis intexuerunt, hoc modo concludentes poema:

5 Colonia

F

Victores Aſia, patriam plerique petentes,
E ſacro ſecum monte tulere viros:
Miles, Agrippinam deductis, Bruno reverſus
Atria fundavit, auſpice, noſtra, Deo.
Sicque Palæſtinis remeans Ludowicus ab oris,
Gallica noſtrates regna per uſque locat.

Cur ultimum diſtichon omiſerint omnes, qui priora duo ubique efferunt, non eſt difficile judicatu: credebant enim Brunonis iſtius & Ludovici tempora nimium enormiter diſtare ab invicem, neque ex re ſua erat compoſita legi. Unde autem probatur tanto ſenior fuiſſe Bruno, Carmelitarum Coloniæ fundator? Ex quodam,

A dam, inquiunt, libro Germanico, cujus initium Latine verſum fol. 4. pag. 1. eſt hujuſmodi: *Liber Proviſorum pauperum domeſticorum ſancti Jacobi, Originis Parochialis eccleſiæ ſancti Jacobi pariter & fundationum ac duarum monaſteriorum conventuumque in ea ſituatarum*. Immediate autem poſt in eadem pagina ſequitur: *In anno poſt Nativitatem Jeſu Christi, cum in Romana regna inſcriberetur ſexcenteſimus quadrageſimus primus, tempore Dagoberti Chriſtianiſſimi Regis Franciæ & Auſtriæ, qui tunc temporis civitatem & Colonienſem diſtrictum obtinebat.* Tum eodem fol. 4. pag. 2. continetur hæc clauſula: *Cum inſcriberetur annus 1220. Carmelitarum Ordo, civium ope & cujuſdam Equitis dicti Bomerhoff, ædificavit domum unam Dei & cœnobium: ac Ordinis Fratres cœperunt in eodem variegatas, albas & nigras cappas aut pallia deferre, fueruntque nuncupati Variegati Fratres B. V. Frawen-Bruder.*

ex Chronicis quadam;

268 Licetne videre librum ejuſque auctoritatem ex antiquitate æſtimare? Toto biennio hoc jam egerunt
B Colonienſis urbis Notarii quidam ex ſenioribus, jam ſæpe antea ab Apoſtolico Nuntio ad ſimilia judicia in tranſumptis ejuſmodi Romam mittendis adhibiti: ſed quidquid per ſe alioſve egerint, orando, ſuadendo, numquam potuerunt ab iis qui Archivium illud ſervant obtinere, ut librum exhiberent, aut etiam faterentur eum ibi eſſe. Habent ergo ipſi ſuſpectam rem totam; cenſentque, ex grandi illo ſaltu ab anno 641. ad annum 1220. in eodem folio, veroſimile reddi, quod alius iterum fiat in ſequenti annorum ducentorum aut trecentorum; nihilque dubitant, quin reliqua quæ librum complent inſtrumenta ac documenta finem habeant poſt annum 1500. & tunc primum conſcriptus ſit liber. Sic enim eorum unus argumentatur: *Erhardus Winheim in ſuo Sacrario Agrippinæ ſacellum ſancti Jacobi erectum fuiſſe ait a ſancto Annone poſt annum 1004. Ut illud in eccleſiam Parochialem excreſceret, quæ ſuos jam Proviſores haberet, videtur fieri non potuiſſe, niſi multarum annorum decurſu. Quam multa interim ſcriptu digna debuerunt accurriſſe, quorum cauſa mutatum eſt ſacellum in Parochiam, circa fundationem dotationemque illius & contractus varias ea cauſa initos, legata, obligationes, anniverſaria & ſimilia alia? Qui igitur omnia iſta paucis lineis decurrere potuit, ut*
C *veniret ad Carmelitanæ eccleſiæ fundationem, nihil magnopere ad eccleſiam ſancti Jacobi pertinentem; profecto debuit ſcripſiſſe ea ætate, qua iſta omnia, multas alioqui paginas impletura, abolita erant a memoria hominum. Fortaſſe nec myſterio vacat, quod cum aliorum extracta appareant apud auctorem Armamentarii in ſua originali Italica lingua; non etiam hic producatur in ſua Germanica, unde facillimum fuiſſet de ætate ſcribentis judicium ferre. Recentioris enim elegantia eſt τὸ* Frawen Bruder, *& ſuperioribus ſeculis, quibus lingua noſtra plurimum Weſtphaliſmi habebat, ſcriptum fuiſſet* Frauwen-Broeres; *aut accuratior aliquis poſuiſſet* Frauwen-Broiders *vel* Frauwen-Brueders. *Quid? quod nec tunc quidem, cum huc advenerunt Carmelitæ, vulgo ſic vocati ſint; ſi vera eſt, quæ præ anno 1231. obtruditur, donatio Alexandri de Ripa, ſed* Fratres Stripetien; *id eſt (quantum ego conjicio) virgulati ſeu ſtriati, a voce Teutonica* Strepe, *ſtriam notante, unde verbum* Streipen, *ſtries ducere, virgulare, & participium* Geſtreipte. *Denique, ſi numerus anni, ſive in hujus donationis inſtrumento, ſive in libro ſancti Jacobi, expreſſus eſt per zyfras, uti nobis offertur; nemo Notariorum Colonienſium, in Protocollis antiquis aliquamdiu verſatorum, dubitabit, quin utraque ſcriptura ſit recentior eo qui prætenditur anno ad duo vel*
D *tria ſecula.*

quam ferunt ſeculo 16. ſcriptam eſſe

per varia inditia colligunt Notarii periti

& cum fidem derogant ipſi Patres Carmelitæ,

AUCT. D. P.

269 Hactenus vir Religioſus, in ſeculo Notarius & Notarii filius, non ex ſuo tantum, ſed & ex patris ſui jam valde ſenis expertiſſimique judicio; cujus tamen nomine abſtineo, ne cum ipſo totum ejus monaſterium objiciam indignationi eorum, quibus parum favet ejuſmodi judicium. His interim ipſum, quod nunc pro ſe allegant, teſtimonium ex libro ſancti Jacobi, adeo ignotum fuit ante annos triginta, cum Admiranda Coloniæ ſuæ ſcriberet Ægidius Gelenius, ut eidem ſuggeſſerint, quod *Bruno de Bonnerhoff anno* MCXCVIII. *Religioſos Carmelitani montis incolas ſecum in Agrippinenſem Coloniam deduxit*, quodque anno MCCXIX. *temporibus ſancti Engelberti Archiepiſcopi extructa eſt eis eccleſia*. Factum id fuerit tempore *Engelberti* alicujus, ſed non *Sancti*, verum *Falkenbergici*, anno MCCLXI. ordinati: & conſueta interemitas hominum, ex pluribus ſynonymis conſuetorum
E ordinarie accipere famoſiorem, quem plerumque ſolum noverunt, occaſionem dederit opinioni, fundationem Carmeli Colonienſis juſto antiquiorem facienti. Sed quid agimus? *Frater Joannes de Lemnia Prior Generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, univerſis Prioribus & Fratribus ejuſdem Ordinis in Provincia Alemanniæ exiſtentibus .... longe lateque diffuſis .... pro Fr. Brunone ejuſdem Ordinis Profeſſo nec non & ejus uxore D. Jutta, Ordinis matre & filia*, propter collata in Ordinem beneficia indicit Collectam, *Deus qui caritatis dona*, quoad vivent; & poſt mortem, *Inclina Domine*, aliaſque preces & ſacrificia, per litteras datas *in Domo noſtra Colonienſi anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo in die Trinitatis*.

cum an. 1198. veniſſe Coloniam ſe dicunt.

et allegant inſtrumentum anni 1230.

270 Eſt hic Bruno diverſus a priori, ſicuti ex proprio ejus ſcripto patet, in quo ſe appellat *Brunonem de Ruwregaſſen*: ſed nullo appoſito anno, ut prætenſi Vicarii Generalis epiſtola nequeat hunc vel confirmare vel infirmare. Objectioni tamen contra Sanvicum hinc ſumptæ facilis datur ſolutio, ex illo communi ſcholarum effato, *Quod nimium probat, nihil probat*. Erat tempore Honorii Papæ III. ad Pontificatum Romanum evecti ſub annum MCCXVI. *ignotus Ordo in Europa, & ob id apud eum non pauci pro illius extinctione inſtabant*, uti legitur in Officio Commemorationis ſolennis Beatæ Mariæ de monte Carmelo; in Officio,
F inquam, reformato, cum antea legeretur nomen *Honorii quarti*, primum creati anno MCCLXXXV. Tempore Innocentii Papæ IV. anno MCCXLVI. Carmelitarum e Syria tranſmigrantium adhuc *eo aſpirabat affectio, ut per Apoſtolicæ pietatis auxilium ſtatum conſequi valeret*; ſicut habet Bulla, ex ipſorummet ſupplicantium verbis de more formata, atque ad hoc petita, ut haberent quod reſponderent Prælatis, dicentibus, *quod cum hæc Religio eſſet eis ignota, gratiam poſtulatam Fratribus non concederent, donec ſuper præmiſſis intentionem ſummi Pontificis ſcirent*: & tu mihi dicis fuiſſe eum *longe lateque diffuſum per Alemanniam*, diviſum in *Provincias*, *Capitula Provincialia* celebraſſe &c.? Nimium hoc eſſe, adeoque nihil, fatearis neceſſe eſt. Præterea quid de Beati Simonis Stockii Vicariato generali fiet, ſi anno MCCXXX. Vicarius Generalis fuit *Joannes de Lemnia*? Non eſt, mihi crede, nec poteſt eſſe ejuſmodi epiſtola Joannis autographa, ſed apographa, in qua *ducenteſimus* annus pro *treceteſimo*, vel ſuppoſitus ſit per fraudem, vel (quod malim) obrepſerit per errorem. Pateret hic, ſi ad *diem Trinitatis* additus eſſet etiam *dies menſis*, & pro

jacta quod jam tum fuiſſet longe lateque dilatatus Ordo in Alemannia.

 18. Maii,

A 18. Maii, quem annus 1231. requireret, legeretur 16 Maii, quem requirebat ſeculum alterum. Sed id forte *Au ct. D. P.* taſſis omiſſum de induſtria a tranſcribente, prodi metuente.

271 De fundatione Gedanenſi, quam feciſſe dicitur *Subiſlaus Dux Gedanenſis, Pomerania &c. anno Domini* 1186. juxta copiam authenticam, *ſecundum verum originale privilegium ex protocollo de verbo ad verbum transſcriptum Stetini, anno* 1556. *die* 26. *Septembris:* *t Gedani & Viennæ.* deque fundatione Viennenſi, quam Joannes Cuſpinianus in Auſtria ſua, impreſſa Baſileæ anno 1553. & excuſa Francofurti adſcribit Henrico I. Duci Auſtriæ, ſancti Leopoldi filio, ſub annum 1178. vita functo: de his, inquam, duabus fundationibus aliud non habeo nunc quod pro Sanvico reſpondeam, quam quod Cuſpiniano æque facile imponi potuerit poſt tria & dimidium ſecula ſcribenti, quam Geleoio; & quod Protocollon præfatum, licet in arcis Bothorienſis regiſtro ſervatum, ſuam in fronte damnationem præferat, ſi eſt B per zyfras, ut præfertur, notatum. Scilicet ſeculi 16. auditai ad fraudes ejuſmodi dignoſcendum, facile tres illos Philippi Ducis Pomeraniæ Secretarios excuſabit, quod vitiatum apographum in anni numero, pro vero originali acceperint; vitiandi autem numeri occaſionem dederit aliquis poſterior *Subiſlaus*, ſicut in *Engelberto* Colonienſi factum vidimus. Denique cario certiora & meridiana luce clariora deberent eſſe teſtimonia, quæ in hoc puncto averterent coævi Sanvici auctoritatem. Abſtineo ab aliis in Hiſpania, Italia, Cy- *9 in aliis provinciis.* pro originibus examinandis, quia nec tanto cum apparatu objiciuntur, neque difficile eſt ex jam refutatis cognoſcere, qua ratione poſſit contra illas excipi. Quædam etiam nobis antea per expoſtulatorias litteras indicata, nec producuntur quidem in Armamantario, nominatim Bononienſis membrana de anno MCCII. quia qui eam mihi laudavit Reverendiſſimus Pater Mag. Ludovicus Torallus, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Hiſtoriographus, velut *de qua nullatenus dubitandum ſit* (*utpote ſimillima ſcripturis iſtius temporis, quarum plurimas viderit*) ingenue mihi faſſus per epiſto- C lam, *numerum milleſimi non litteralem ſed arithmeticum* aſſe, videtur, mutata ſententia etiam Carmelitis Bononienſibus ſuaſiſſe, ne ſuum iſtud inſtrumentum examini exponerent: quod comparentibus in eo zyfris defendi non poſſet pro originali, quantumvis ad vetuſtatis ſimilitudinem belle confictæ ſint litteræ. Ex hactenus dictis apparet, annum MCCXXXVIII. tamquam annum cœptæ, in Europam migrationis, catenus ſolum a me defendi, quatenus nullus fide dignior Sanwico auctor profertur, aut rei geſtæ vicinior, & prolata in contrarium exempla ſatis commode refutantur. Alias cum *ſanctus Cyrillus* faciendam migrationem prædixerit, ante obitum ſuum, qui juxta meum calculum contigit 6. *Martii* MCCXXXIII. congruentius videtur futurum fuiſſe, ſi ea res tractata ſit ipſo eo anno, congregatis ad novi Prioris electionem Fratribus; & ſic nullam difficultatem faciet Valencenenſis in Belgio fundationis tractatio, de qua dicuntur fidelia ſatis inſtrumenta haberi pro *anno* MCCXXXV. *menſe Martio*. Neque gravis hic error fuerit in *Sanwico*, annis LXX. aut pluribus poſt rem factum ſcribente. Sed qui tabulis, nuper in lucem datis, haud illibenter habebimus fidem, etiam contra Sanwicum, utpote aſtius quod prætenditur ævi ſtylo ac lingua ſcriptis, nec aliunde ſuſpectabilibus; earumdem editorem Patrem Gregorium a ſancto Martino exoratum volumus, ne indignetur nobis, quod Burdegalenſibus quibuſdam Magiſtris alphabetariis, hominibus nihil ultra præſentis ævi litteraturam aut doctis aut docere aptis, quan- D tumvis juratis, fidem dare recuſemus, dum aſſerunt, verſus illos, quos laudant, 1212. ac 1111. eſſe ſculptos. Etenim in iis nihil apparet vetuſtioris idiomatis, ſed lingua pure Francica quali nunc loquimur. Ad hæc autem quam diverſa fuerit iſtorum ſeculorum lingua, patet ex poematis de Vita & morte ſancti Ludovici ab Eruditiſſimo Cangio editis; ut de Vaſconicis monumentis apud Catellium legendis taceam; cum tamen Burdegalenſes eo tempore in publicis privatiſque ſcripturis Vaſconice dumtaxat loquerentur ac ſcriberent, quod etiam fere hodiedum obſervant. Poteram differentiam veteris hodiernæque linguæ etiam imperitis aurum demonſtrare, poematum exempla adducendo; cum iiſque conferendo inſcriptiones quas illi jurant tam eſſe antiquas, veri autem antiquarii judicant vix habere ætatem annorum centum: ſed eædem ratio- E nes quæ perſuaſerunt multa prælo parata ei ſubtrahere, iſtis etiam ſuadent in præſentiarum ſuperſedere: maxime cum non deſperem fieri poſſe, ut quos nunc adverſarios patior, aliquando mihi habeam iſto ſaltem in puncto conſentientes; cum iis vacaverit ea monumenta per ſe conſulere, in quæ nunc obiter digitum intendi.

PATRIARCHÆ TITULARES.

172 CApta anno MCCXC. Ptolemaidi, Latinorum reliquiis a tota Terra-ſancta exterminatis, non diu ſuperfuit Nicolaus Papa IV., ſed infra undecimum a ferali nuntio accepto menſem expiravit, ſequenti anno, die 4. Aprilis. Nec ibi malum ſtetit. Nam ſicut uno præcipuo corporis membro violenter avulſo, totus periclitatur homo; ſic amiſſo tam inſigni Pontifice, languere videbantur omnia. Certe inteſtino diſſidio, tamquam letifera febri occupati ii, quorum erat novum Eccleſiæ Pontificem ſufficere, toto biennio peregerunt nihil: donec tandem ſuos miſeratus Deus, Cardinalibus cunctis mentem inſpiravit unam, ut ſanctum Petrum de Morono, cujus feſtum agitur 19. Maii, ex eremo ſua protractum, anno MCCXCIV F die 7. Julii extollerent in Cathedram ſancti Petri, & Cœleſtinum V. nominarent. Hic inter primas curas aſſumens recuperationem Terræ-ſanctæ, Patriarcham pro eadem ordinari fecit, qui comitaretur novas Chriſtianorum copias illuc mittendas. Sed ut ipſe brevi ſex menſium Pontificatu perfunctus, eo ſe munere abdicavit; ſic novo Patriarchæ ordinatio ſua nihil profuit, quia ut ſcribit Guilielmus de Nangiis, RADULFUS DE GRANDIVILLA, *Frater Ordinis Prædicatorum, qui juſſu Cœleſtini Papæ apud Pariſius in Patriarcham Jeruſalem conſecratus fuerat, Romam veniens fuit, a Bonifacio Papa degradatus*; eique ſuffectus *Guilelmus Eſtendardus, Magnus Conſtabilis Regni Siciliæ cis Pharum*, ſeu Neapolitani, ſub Rege Carolo Andegavenſi, nominatur a Lelio Marino in Vita ſancti Patri Cœleſtini, quem in fuga deprehenſum, ipſe juſſus a Rege ſuo eſt, ex urbe Veſtia, ubi attinebatur, Anagniam adducere ad Bonifacium Papam: quod & fecit, ac deinde ad octo vel ſeptem annos titulum Patriarchæ geſſiſſe potuit.

A Cæleſtino V ordinatus Radulfus an. 1294.

degradatus Bonifacio 8.

273 Bonifacio Benedictus XI. octimeſtris Pontifex, Benedicto ſucceſſit Clemens V. qui anno MCCCV. ANTONIUM Dunelmenſem Epiſcopum, cum Cruce ſignatis aliis militiam ſacram profeſſum, Patriarcham Hieroſolymitanum creavit, eximium ejus zelum multis com-

An. 1305. ordinatur Antonius,

A commendans, & tam ipſius quam ſociorum bona, interim dum abeſſet, in clientelam Apoſtolicam ſuſcipiens, variiſque eum privilegiis ornans. Idem ex decreto Viennenſis Concilii Crucem prædicari juſſit; ad quam ex omnibus nationibus multitudo magna confluxit anno 1313. ſed ab eodem Pontifice voto ſuo abſoluta eſt, tamquam inutilis eo tempore, quo Principum Chriſtianorum vires animique ad alias longe curas diſtrahebantur.

an. 1314. Petrus, Cum autem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ titulus mortuo *Antonio* iterum vacaret, anno 1314. Pontificatus ſui penultimo menſe, idem Pontifex eam dignitatem PETRO Rothenenſi Epiſcopo contulit: cui, ob Hieroſolymas ab infidelibus oppreſſas, Ruthenenſis Eccleſiæ vectigalibus potiri, ejuſque adminiſtrationem gerere permiſit.

an. 1324. Raymundus, Erepto quoque e vivis Petro, Clementis V. ſucceſſor Joannes XXII. anno 1324. RAIMUNDUM, Dominicanæ familiæ virum religioſum, eo titulo decoravit, eique contulit Nimoſienſis Eccleſiæ adminiſtra- B tionem, cum Hieroſolymis ob infidelium tyrannidem ſedere non poſſet. Atque hæc ſucceſſio innoteſcit nobis iiſdem fere verbis, ex Annalium Baronianorum Continuatore diligentiſſimo Odorico Raynaldo, ad præcitatos annos.

an. 1329. Petrus de Palude. Poſt *Raymundum* anno 1329. ut ſcribit Continuator Guilielmi de Nangis *Fr. Petrus de Palude de Ordine Prædicatorum, vir utique magnæ vitæ & famæ, Doctor in Theologia, Avenione exiſtens, Patriarcha Hieroſolymitanus per ſummum Pontificem ordinatur:* qui *circa principium Julii una cum Epiſcopo Mimatenſi & nuntiis Regis Cypri, ducentes ſecum filiam Comitis Claromontis, filio Regis Cypri deſponſandam, cum multis aliis peregrinis, accepta licentia a Domino Papa, per portum Marſiliæ ad inſulam Cypri tendunt, ſperantes, D. N. Jeſu Chriſti auxilio, ab illo loco uſque ad Jeruſalem transfretare, ut D. N. Jeſum Chriſtum verum Deum adorarent in loco ubi ſteterunt pedes ejus.* Ivit deinde Legatus ad Ægypti Soldanum Petrus, *ad ſciendum, utrum via poſſet inveniri, qua Terra-ſancta recuperaretur,* ſin minus indiceret bellum Philippi Regis nomine: indeque reverſus accepit a Pontifice litteras, inſcriptas ſibi univerſiſque Archiepiſcopis & Epiſcopis per regnum Franciæ conſtitutis, datas Nonis Decembris, anno Pontificatus XVI. ad prædicandam Crucem pro expeditione ſacra, poſt biennium ab inſtanti menſe Martio compu- C tandum. Quibus litteris etiam ordinatur ſpecialis Miſſa, ad eum finem dicenda, cujus hæc eſt Collecta: *Deus qui admirabili providentia cuncta diſponis, te ſuppliciter exoramus, ut terram, quam Unigenitus tuus proprio ſanguine conſecravit, de manibus inimicorum Crucis eripias, & eam in Chriſtiana religione tuo nomini deſervire concedas.*

274 Sed in fumum abiit etiam hic conatus, per bellum quod Rex Angliæ Eduardus Franco intulit anno 1336. & maximus, ſi alias umquam apparatus, cui Aragoniæ, Majoricarum, Cypri & Hungariæ Reges, Reſpublicæ item Veneta ac Genuenſis vires jungendas promiſerant, inutilis hæſit; neque deinceps de Terra-ſancta recuperanda cogitatum eſt: ſed de obſtruendo totius mali fonte, per occupationem Ægypti. Quæ res feliciſſime cœpta, anno 1365. occupata Alexandria, infeliciſſimum habuit exitum. Poſt hunc vero unice curandum fuit, quomodo averteretur Ottomannicæ potentiæ torrens, poſt occupatam anno 1453. a Mahometo II. Conſtantinopolim, Hungariæ, Græciæ, Italiæque formidabili ſucceſſu imminens. Quæ gens deinque ab Europa converſa in Aſiam, victo Soldano Babylonis, occupavit Syriam anno 1516. eamdemque ſuo ſub jugo continet uſque in diem hodiernum. Quare non eſt operæ pretium perquirere ſtudioſius omnes, quibus

Poſt hæc abjecta ſpe Syriæ recuperandæ,

manſit tamen titulus nudus in Eccleſia Romana,

deinde nudus titulus, abſque ſpe recuperandæ poſſeſſio- D nis, datus eſt in Eccleſia Romana, prout uſus obtinet uſque in tempus præſens. Etenim a tempore amiſſi Orientis, Apoſtolica Sedes jus, quod ſemel aſſumpſerat, providendi Eccleſiis ibidem conſtitutis, tam Patriarchalibus quam Archiepiſcopalibus & Epiſcopalibus, perrexit uſurpare; & ſicubi vel Chorepiſcopo opus erat, vel Epiſcopo Apoſtolico ad infidelium converſionem ordinando, eidem conferre titulum alicujus Eccleſiæ in partibus infidelium conſtitutæ, donec hi ſibi ipſis Sedem certam conſtituerint in iis ad quas mittuntur nationibus.

AUCT. D.P.

275 Ad *Petrum* quod attinet, aſſerit Michael Pio lib. 2. de viris Illuſtribus ſui Ordinis §. 17. obiiſſe in Cypro, miraculis clarum; & Nicoſiæ, ubi requieſcit, haberi colique ut Sanctum. Operæ pretium fecerit Ordo ſi in illius cultus diem ac modum inquiri faciat; etſi enim ſub Turcis Cyprus ſit, non deſunt tamen in ea Chriſtiani, qui docere aliquid ex traditione poſſint. Quod E autem non defuerit ei ſucceſſor aliquis, poteſt vel ex Sixto Senenſi probari; qui in Chronico ad ann. 1330. nominat tres conſequenter Archiepiſcopos Tyrenſes, omnes ex Ordine Prædicatorum, *Nicolaum, Bonacurſium & Petrum de Conflictu.* Si enim hujus Eccleſiæ titulus non eſt permiſſus vacare, multo minus permiſſus ſit vacare titulus ipſius Eccleſiæ Patriarchalis. Quapropter facile credimus Ughello, aſſerenti, quod Philippus Alenzonius titulum illum geſſerit, una cum titulo Archiepiſcopatus Rotomagenſis; cui Sammarthani etiam jungunt Adminiſtrationem Archiepiſcopatus Avenionenſis. Porro ex ea cauſa quod titulus Hieroſolymitani Patriarchæ ſic eſſet occupatus, factum puto, ut S. Petrus Thomaſius Carmelita, ad Orientalem Legationem cum Crucesignatis profecturus ſub annum 1364 non Hieroſolymitanus, ſed Conſtantinopolitanus Patriarcha ſit creatus. Interim occaſionem præbuit talis titulus Menologii Carmelitani auctori Saraceno, comminiſcendi, quantum vir ille Sanctus in urbe Byzantina laboraſſit, quinquennio toto: qui Byzantium in vita ſua numquam vidit, fortaſſis nec videre cogitavit; ubi nec pilum capitis ejus aut fimbriam veſtis ſtrinxerunt ſagittæ Saracenorum, quibus eum in foro Alexan- F drino confixum idem ſcribit, de hoc & de aliis quibuſdam Ordinis ſui Sanctis æque *portentoſas narrationes,* ac de Alberto Patriarcha, contexens eo in opere, in quo ſummam fidem accurationemque adhibitam profitetur. Quare mirum eſt ab iis ipſis, qui pridem hæc agnoverunt, adeo ægre ferri, quod errores iſtius Menologii paulo enucleatius expoſuerim, eo ſolum fine, ut fidem detraherem aliis quibuſdam ejus aſſertis, ipſum ſolum auctorem habentibus, & tamen, velut ſi exploratiſſima forent, in Lectiones proprii Officii relatis, atque (ut mihi videbatur) nequaquam veris.

vel & alii aliorum eccleſiarum amiſſarum tituli.

276 Porro quamvis ejuſdem & ſuperſtitionis & originis fuerint Saraceni, qui Ægypto occupata ex ea ſeſe in Aſiam univerſam ac potiſſimum in Syriam effuderunt & qui per Africam tranſgreſſi in Europam, Hiſpaniam, Siciliam, Corſicam atque Sardiniam ſeculis aliquot obtinuerunt, nonnullam etiam Italiæ partem & aliquam Galliæ; ingens tamen inter utroſque diſcrimen fuit reſpectu Chriſtianorum. Illi enim plerumque poſitis ſub imperio ſuo religionem, eccleſias, Epiſcopos relinquebant, civitatibus autem etiam opera nova munitioneſque addebant non raro: iſti vero omnem Religionis noſtræ cultum proſcriptum abolitumque cupiebant, & neque Sacra neque Præſides tolerantes, ſubruebant, quas ſuperſtitioni ſuæ non addicebant, eccleſias; urbes

Saraceni in Aſia victoribus favorabiliores iis qui ex Africa in Europa venerunt.

A bes etiam pleraſque aut deſtructas funditus transfera-bant alio, aut ſemel everſas non patiebantur reſurgere. Hinc fit ut in Provinciis & Regionibus Occidentalibus, quas nominavi & in quibus illi Sedem fixerunt, toto miſerabilis illius ſervitutis tempore nullos invenias fuiſſe Epiſcopos, niſi quos nuper in Hiſpania confinxerunt Dextrinarum fabularum continuatores. Imo nec ſi alio aliquo caſu contingebat Epiſcopales urbes aliquas exſcindi deſolarique ad notabile tempus, diſperſo fugatoque penes quem ſolum tunc jus electionum erat Clero populoque, mortuo Epiſcopo ſub quo clades contigerat non prius ſubſtituebatur ſucceſſor, quam illa eſſet quadamtenus reparata: ſed ipſa diœceſis manebat vicinis Epiſcopis commendata. Ita Genuenſis civitas, quinto ac ſexto æræ Chriſtianæ ſeculo, Archiepiſcopi Mediolanenſis curæ derelicta, ſub eodem adhuc diu manſit, etiam cum jam iterum civibus opibuſque pollebat; & B circa annum 569. Alboino Liguriam ingrediente refugium præbuit Fortunato Archiepiſcopo, fugienti a ſervitate Longobardorum, & Mediolanenſibus primum quidem invitis, deinde & conſentientibus, Sedem ibi habuit; adeo ut non ipſe ſolum ſed etiam ſucceſſores ejus quatuor, Laurentius, Conſtantius, Deuſdedit, atque Aſterius ibidem ſederint atque ſepulti ſint, non niſi poſt octoginta annos relata Mediolanum Sede: quo facto civitas quidem Genuenſis cœpit proprios habere Epiſcopos, ſed a Rothari Longobardorum Rege deſolata everſaque, rurſum iiſdem aliquamdiu caruit.

AUCT. D. P.

non permiſſum tamen Chriſtianis habere Epiſcopos,

qui etiam paſſim ... urbibus

277 Ferdinandus Ughellus, Italiæ ſacræ auctor, longa tot annorum, quot operi illi ſuo impendit, experientia perſuaſus, negavit anno 743. fuiſſe Florentiæ (quæ tota pœne tunc jacebat diruta populuſque diſperſus) Epiſcopum *Thomam*, qui potuerit, *ad totius Florentini populi placitum & concurſum*, poſuiſſe (uti prætenditur) primum lapidem eccleſiæ Carmelitanæ, idque coram *Raynerio Simeonis a Signa, Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notario* (eo ſcilicet tempore, quo nulla apud Hetruſcos, Longobardis ſubjectos, auctoritas agnoſcebatur niſi *Regia*) qui potuerit, inquam, ſignaſſe Atteſtationem prætenſam, *Florentiæ, in Palatio Epiſcopali*. Dederat ille quidem, ante annos 20. inter Epiſcopos Florentinos locum *Thomæ* iſti, reperto in C antiquiſſimo Codice MS. Abbatiæ S. Salvatoris Montiſamiatæ, continente Canones Concilii Romani ſub Zacharia Papa, cum attexta eidem hiſtorica relatione: ſed hanc, uti in omnibus codicibus mendoſiſſimam reperiſſe ſe teſtatur Baronius, ſic nihilo ſaniorem in Montis amiatæ MS. reperiri prudenter poſtea judicans Ughellus, optaſſet ea illius hiſtoriæ fide minus fidenter a ſe poſitum *Thomam Florentinum*, forſitan ſcriptum pro *Ferentino*. Quidquid tamen de hoc eſſet, certum ei videbatur ejus eſſe non poſſe Atteſtationem prædictam, in quam tot indubitabiles ſuppoſitionis notæ confluxiſſent, atque imprimis ea quas modo attigi, ad nonnullam dumtaxat defenſionem illius, qui, propter ſententiam de jam dicta Atteſtatione clare diſtincteque perſcriptam ad me, exploditur velut delirus ſenex, cui diuturna ſtudia multaque negotia memoriam excuſſerint.

ut multis Ughellius notitiam de Florentino Thoma Epiſcopo an. 743.

D

PATRIARCHÆ GRÆCI

Poſt ejectos Latinos, capta iterum a Saracenis urbe.

278 REmanentibus in Urbe ſancta Syro-Græcis Chriſtianis, poſt urbem anno MCLXXXVII. captam, uſque adeo benigne uſi ſunt Saraceni, ut excepto Templo Salomonis, eccleſias eis ſuas, ac nominatim eccleſiam Patriarchalem ſanctæ Reſurrectionis cum Sepulcro Domini, reliquerint liberas; quin etiam poteſtatem fecerint more antiquo Patriarcham petendi ab Imperatore Conſtantinopolitano (erat is ab an. MCLXXXV. Iſacius Angelus in ſchiſmate pervicax) aut ſaltem electo Hieroſolymis confirmationem ab eo poſtulandi. LEONTIUS hic fuit, a Niceta Choniate laudatus, tamquam *vir eruditus & virtute celebris: poſt cujus obitum Hieroſolymitanus Patriarcha deſignatus eſt monachus quidam Studienſis; Doſitheus nomine, genus trahens ex Venetis*, id eſt Ceruleis (quibus oppoſita factio altera, *Praſinorum*, id eſt Viridium, dicebatur) *ſummo apud Iſacium honore florens, utpote cui privato adhuc Imperium prædixerat*. Hic autem cum eſſet ab Hieroſolymitana Cathedra ad Conſtantinopolitanam contra Canones traductus, tumultuantibus contra eum primariis ex Clero, ſemel iterumque ejectus, *eodem modo quo canis Æſopicus, & Pontificatum quem tenuerat amiſit* (*nam alius Hieroſolymis electus erat*) *& majori Sede excidit, magno Vaſorum cuſtode Xiphilino Georgio Patriarcha Conſtantinopoli deſignato*. Ita Nicetas: qui utinam etiam nominaſſet Hieroſolymitanum, pro Doſitheo jam dictu Electum! Dum tamen nemo nominatur, licebit gratioſe ſupponere, eos qui nominantur in Vita Sancti Angeli Carmelitæ, Doſitheo ſucceſſiſſe; videlicet NICODEMUM; ONUPHRIUM, JOANNEM atque ENOCHUM: ſed ſucceſſiſſe primum anno MCXCII. non autem ante annum MCLXXXV. cum adhuc urbem Latini tenerent; quod tamen ſequeretur ea prædicta ſancti Angeli Vita, ſi ea fideliter eſſet deſcripta, & auctorem haberet, quem titulo præfert, *Enoch Patriarcham*. F

Anno 1187 ... Patriarcha ab Imp. CP. petitus datus,

Leontius. E

cum alii, forte Nicodemus &c.

279 Vix equidem dubito, quin ex eo deducta Series Patriarcharum inveniatur Hieroſolymis: ſed eam inde ad me mitti facilius poſſum optare, quam curare. Si quis tamen habere ipſam nos fecerit, poterit alias pertexi hiſtoria, quam hactenus deduxiſſe ſatis eſt intento nunc a nobis fini. Ferdinandus Ughellus tom. 4. Italiæ ſacræ col. 1098. allegat ſuum *Hieroſolymitanorum Epiſcoporum Catalogum, quem in libello Orientalium Epiſcoporum concinnavit*. Sed hic libellus publicam lucem neque vidit adhuc, neque viſurum ſperari poteſt, quia latet inter manus ignotas, aut inter eas fortaſſe jam periit. Interim non vacat ſtudioſius perquirere illorum nomina, qui forte erui poſſent ex auctoribus Græcis ſeculi XIII. ac XIV. LAZARUM tamen, quem Joannis Cantacuzeni, ex Conſtantinopolitano Imperatore monachi facti, hiſtoria ſuggerit, eo minus poſſum præterire, quod initio quidem pertinax in ſchiſmate, in fide tamen Chriſtiana conſtantiſſimus, denique in unionem Eccleſiarum cum aliis duobus Patriarchis conſenſerit an. MCCCLXVII. ſicuti patet ex Epiſtola, ab Urbano IV. ad ipſos directa, ſub hac epigraphe, *Prudentibus*

deſideratur ſeries reliquorum;

In quibus Lazarus an. 1367. a ſchiſmate reductus.

A *tibus viris, Philotheo Conſtantinopolitanam, Niſon Alexandrinam, & Lazaro Hieroſolymitanam Patriarchales Eccleſias more Græcorum regentibus.*

ordinatus an. 1338.

280 *Hic Patriarcha* (ut lib. 5. cap. 14. Cantacuzenus narrat) *adhuc Andronico Imperatore ſuperſtite*, circa annum MCCCXXXVIII. *a Coepiſcopis in ſancta civitate, ut mos eſt, electus, Byzantium venit ab Imperatore confirmandus. Tum Geraſimus monachus, cum aliis quibuſdam audacia ſua ſatellitibus Patriarcham in eis calumnioſe accuſat, ob quæ loco movendus videbatur.* Dum cauſa diſcutitur, moritur Imperator; Lazarus Cantacuzeno favere creditus, a Joanne Conſtantinopolitano Patriarcha degradatur, & ordinatur *Geraſimus*. Ille non tantum

extruſus a Geraſimo,

ignominioſe dejectum ſe, ſed extrema rerum omnium penuria preſſum videns, Peram fugit ad Genuenſes. Ab his, quia Romanam unionem, cum multa honoris ac commodorum pollicitatione oblatam, acceptare recuſabat, Præfecto urbis Conſtantinopolitanæ eumdem repoſcenti vinctus traditur, ac pro conſtantia in ſchiſmate admirationi etiam habitus laudatuſque, inde ad Cantacuzenum ſe recipit: qui ei Bizyenſis Eccleſiæ adminiſtrationem commiſit, ab eodemque viciſſim Adrianopoli coronatus Imperator, poſtquam in Regiam receptus eſt, inter alias curas hoc ſibi ſumpſit, ut cum Sedi ſuæ reſtituendum curaret, miſſa legatione ad Ægypti, Syriæ & Judææ Sultanum, *aliter quippe non erat licitum quemquam Epiſcoporum, per urbes hiſce barbaris ſubditas, reſtituere.* Annuit benigne poſtulatis

agente Cantacuzeno reſtituitur,

Sultanus, mandavitque *Lazarum* Hieroſolymis recipi, & velut anteceſſores Patriarchas obſervari. Ceterum *Geraſimus* (ut cap. 15. dicitur) *throno ejectus, ad Sultanum ire, mendaciiſque perſuadere depoſitionem Lazari properavit: ſed decimo quo Urbe ſancta egreſſus erat die, ſpiritum in itinere edidit.*

281 *Ita diu ſatis Patriarcha ſuos honores geſſit*, donec auctore quodam Sichunte, Infeſtiſſimo Chriſtianorum hoſte, Sultanus, alioqui minime malus, conſenſit in eorum perſecutionem: a qua ſoli Jacobitæ excuſabantur, propterea quod illius ſectæ eſſent Abyſſini omnes, alioque evertere Nilum poſſent ſi gravius irritarentur. Tum ſcilicet comprehenſus Patriarcha eſt, cujus exemplum ad ſeducendos reliquos valde poſſet conducere. Cumque is nec minis nec promiſſis cederet, dictata quidam in eum mortis ſententia eſt, ſed Sultani juſſu commutata in plagas; quas Sichuntes juſſit nudato corpori quinquaginta inferri nervis bubulis, ſub iis expiraturum credens. Carnifices, poſtquam ſeductum flagellarunt, defecerunt illi quidem, non tamen athleta Christi, nihil abjectum dicens aut faciens ob

& pro fide Chriſti ad mortem flagellatus.

verberum acerbitatem. Quare *tyrannus, majori ſuccenſus ira, totidem alias plagas infligi mandavit. Quod cum dicto citius fieri cœpiſſet, totum pavimentum rubeſcebat ſanguine, & carnes dilaceratæ diffluebant, fatiſcentibuſque compagibus patebant oſſa. Inter hæc deficiens Patriarcha & paululum adhuc ſpirans, interrogatur a barbaris, num Sultani mandatis obtemperans, Chriſti fidem deſerere & cum ipſis communicare velit. Libereque recuſantem ac dicentem, Nihil me a fide in Chriſtum ſeparare poterit, in carcerem quemdam, morte damnatis deſtinatum, aſportantes projiciunt, ſi non ex plagis, certe poſt gladio periturum.* Sed Jacobitarum Epiſcopus, ab odio in amorem Patriarchæ tanta ejus conſtantia verſus, miniſtrare ei in vinculis cœpit, ſoliciteque eum fovit, *& poſt intervallum longius*, Sichunte extincto, eumdem *a Sultano impetratum e carcere eduxit, donatum etiam poteſtate colenda religionis Chriſtianæ .... Lazarus porro, cum poſt flagellationem creditum ſibi Gregem diu paviſſet, a Sultano poſtea ad Joannem Palæologum Imperatorem legatus miſſus eſt.* Hactenus Cantacuzenus, verbis partim ſuis partim meis compendii cauſa expreſſus.

AUCT. D. P.

Euindem credi poſſunt ſatis Catholicos fuiſſe,

282 Lubet credere, *Lazarum* quod religioſe propoſuerat, quoad ſubjectionem Romanæ Eccleſiæ præſtandam, fideliter executum eſſe; maxime poſtquam ipſe Imperator Ioannes anno MCCCLXIX. Romam profectus, Latinam fidem profeſſus eſt; & Cantacuzenus, in monaſterio dictus Joſeph, Catholicæ unionis cœpit præconem agere. Quamvis eutem ea non habuerit ſucceſſum, nihil tamen eſt quod nos credere cogat *Lazari* ſucceſſores fuiſſe in ſchiſmate pertinaciores, quam fuerint Conſtantinopolitani Patriarchæ, identidem in hoc puncto vacillantes cum ſuis Imperatoribus, ſaltem Turcarum metu & ſpe ſubſidiorum e Latinis contra eos impetrandorum. Nolim igitur e numero Catholicorum excludere tres illos, quos nobis pro xv. ſeculo Theodoricus ita ſuggerit: in fine ſui Catalogi. *Abraham vir Chriſtianiſſimus præfuit Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Patriarcha, in maxima preſſura paganorum tempore Pii Papæ, ſcilicet anno MCCCCLXVIII. Tandem feliciter migravit.* Jacobus, *Doctor ſacræ paginæ, Abrahæ ſuccedens, & in magna egeſtate regens Patriarchatum, ceteris Chriſtianis, in Terra ſancta tum ſub tributo degentibus, erat magnum ſolamen, adjutorio Regalis Ducis Philippi de Burgundia: qui pridem conſenſu Soldani renovavit eccleſiam ſancti Sepulcri, & annuatim magnam gazam iſti Patriarchæ tranſmiſit. Iſtius tempore Turcorum Imperator, quo parte Arabiam occupavit: quare neceſſitate coactus Epiſcopus monaſterii montis Sinai, in quo corpus requieſcit ſanctiſſimæ Catharinæ Virginis & Martyris, debuit dare annuatim trecentos ducatos in tributum, & aliam ſummam pecuniæ in xenium. Quare præfatus Patriarcha miſit quemdam monachum ejuſdem monaſterii ad Reges & Principes Europæ, cum magnis Reliquiis & cum uno dente ſanctæ Catharinæ, ad congregandam illam ſummam pecuniæ. Tandem iſte Patriarcha obiit anno Domini MCCCCLXXXII. Marcus Catholicus & pius, miſeratione divina Archiepiſcopus Bethleem, & Patriarcha ſanctæ urbis Hieroſolymorum & ſanctæ Sion, Syriæ & Arabiæ & trans mare Jordanis præfuit ſalubriter*, quando ſcilicet ipſe Theodoricus Pauli ſuo univerſali Chronico iſtum adſcribebat; ſicuti ego nunc poſſem ultimum, & adhuc (niſi nuperrime obiit) viventem ſcribere DOSITHEUM: qui anno MDCLXXII. Synodum Provincialem celebravit, pro aſſerenda contra Calviniſtas reali præſentia Chriſti in Euchariſtia, unde Acta Pariſiis impreſſa Græcolatine habentur. Certe anno MDCLXXV. Antuerpiæ excepi mercatorem Armenum, qui ab eodem Patriarcha exhibebat impreſſas litteras, peractæ Confeſſionis & Abſolutionis receptæ teſtes, cum facultate cuivis Sacerdoti confitendi. Erat harum litterarum tenor impreſſus typis Græcis, quales Menæorum Venetiis excuſorum typi ſunt, ſub hoc titulo:

Abraham an. 1468.

Jacobus, 1482.

& Marcus.

Nunc Doſitheus ſedet.

ΔΟΣΙΘΕΟΣ ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΠΟΛΕΩΣ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ
ΚΑΙ ΠΑΣΗΣ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ,

Ti-

Digitized by Google


GODEFRIDVS HENSCHENIVS S I.
OBIIT AN. MDCLXXXI. ÆT. LXXXI. XI .SEPTEMB.
Sic dedit Henſchenium Pictor, ſe pulchrius ipſe
Pinxit, Sanctorum quo dedit Acta, ſtylo.

Google

D

AD TOMUM QUARTUM DE ACTIS SANCTORUM MAII TRACTATUS PRÆLIMINARIS R. P. GODEFRIDI HENSCHENII DE EPISCOPATU TUNGRENSI AC TRAJECTENSI,

Ante annos 30. primum editus in lucem Diatriba ſingulari, ante mortem vero recognitus ab Auctore, & varie innovatus.

Nec non de populis ei diœceſi ſubjectis, ac Chronologia primorum Franciæ Regum, ad ejuſdem Monarchiæ initia ſpectantium.

PRÆFATIO EDITORIS

B DANIELIS PAPEBROCHII. E

De vita, operibus & virtutibus τῦ Μακαρίτυ.

§. 1. *Prima P. Godefridi ætas & ſtudia, in Seculo & Religione.*

DAturus in novam lucem, Henſchenianam de Trajectenſibus ad Moſam Epiſcopis Lucubrationem, diſtractis pridem editionis Meurſianæ exemplaribus deſideratam pluries; congruum cenſui præfari nonnulla de Auctore, poſtquam ille jam ſuis Sanctis, quorum Nomina illuſtravit & Acta, per mortem (ut confidimus) additus, ampliorem ſuperſtitibus reliquit facultatem de ſe rebuſque ſuis loquendi abſq; adulationis nota. Quamvis enim vivens dicere conſueverit, nulla ſibi mortuo alia vitæ hiſtoria opus fore, quam quæ de Vita Operibus atq; Virtutibus R. P. Joannis Bollandi, a me primis fere annis hujus mei ſtudii conſcripta fuit, præfixaque Martio, cui inchoando is erat immortuus; in eorum tamen gratiam, qui publicæ utilitatis intereſſe credunt, non ignorare quomodo per hos ultimos octodecim annos promota fuerit præſens tot grandium voluminum molitio, placet ea quæ huc faciunt elucidare expreſſius; vitæ autem Henſchenianæ primordia virtutumque encomia delibare C ſtrictius, ne prolixiori encomio ornans Magiſtrum diſcipulus, privatu affectui pluſculum videar indulſiſſe.

natus in Geldria an. 1600. 2 Reverendus Pater *GODEFRIDUS HENSCHENIUS*, ineunte hoc quod decurrimus ſeculo 17., die 12. Kalendas Februarii, natus Venradiæ eſt, populoſo Geldriæ adhuc Catholicæ municipio, piis honeſtiſque & in lanei operis vendendi quæſtu ſatis opulentis parentibus. Is prius quam naſceretur, cœpit vitam debere Sanctis, quibus erat ipſam impenſurus pene totam; utpote præſervatus S. Luciæ patrocinio, cui ſe fœtumque ſuum gravida devoverat mater, ea dyſenterica lue periclitans. Patre orbatus circiter quinquennis, a matre, caſtæ viduitatis conſtanter tenaci, una cum fratribus duobus educatus, *pie educatus,* inter divina beneficia ſemper numeravit, habuiſſe ſororem, annis aliquantis majorem ſe natu, quæ matris, ob negotia familiaria ſæpe domo abſentis, tam ſolerter ſupplebat vices, ut eam omnes juxta atq; ipſam amarent ac vererentur. Perſeveravit autem hæc in eo officio, uſque dum primam pueritiam exceſſiſſet etiam natu minimus; deinde ſeculo domeſticiſq; valefaciens, monaſterium, ſicut pridē habuerat conſtitutum, adiit: ubi non paucis annis laudabiliter vivens, credi poteſt fratri utriq; juniori impetraſſe similē, ad vota religioſa, vocationem.

3 Apparebat in puero *GODEFRIDO* capacius quam in fratribus ingenium diſciplinarum quarumcumque, & plurima ſciendi cupido ingens: quare hunc præ aliis ad litteras diſcendas applicuit mater: profectuſq; minime vulgares paucorum annorum ſpatio facientem, cum intelligeret in vicinis patrii municipio ſcholis ultra Grammaticam haud multum edocendum; Poetica porro ac Rhetorica informandum miſit ad Silvaducenſe Societatis Jeſu Collegium, ea ætate numero & diſciplina inter Brabantica gymnaſia florentiſſimum. Hic magiſtrum nactus *IOANNEM BOLLANDUM*, ætate quidem non integro quinquennio ſe majorem, ſed ea doctrinæ politioris excellentia juvenem, qualem in proprio de vita ejus tractatu deſcripſi, ſpectabiles omnino ac celeres habuit in virtute & litteratura progreſſus. Erat ibidem Silvæ-ducis vicinum Collegio noſtro Virginum Sanctimonialium monaſterium: ad quod cum *GODEFRIDUS* iraret frequenter, illectus pietate atque prudentia Religioſæ unius communicipis ſuæ, Beatricis nomine, ab eadem, delectata viciſſim adoleſcentis docili vividoque ingenio, conſilium ſuſcepit expetendæ Societatis, ad cujus inſtituta illum velut a natura factum ipſa haud temere judicabat, eoque ſtudioſius illum & commandabat Deo, & piis monitis inſtruebat ad cultum probitatis. Hujus ergo maternæ quodammodo pro ſe ſolicitudini acceptum poſtea ſemper retulit, tum quod alia multa lubricæ ætatis diſcrimina ſuperaverit, tum quod conſtantiam in ſuſcepto vitæ religioſæ propoſito tenere potuerit inter illecebras male tuti hoſpitii, ubi materfamilias, domo abſente marito, ad flagitium identidem ſolicitabat adoleſcentem. Et illa quidem pellacibus ejus blanditiis reſtitit generoſe; veritus tamen ne aliquando vinceretur, excogitavit mutandæ domus cauſam ejuſmodi, quæ ipſam quidem ac ſociorum nonnullos diſcrimini propiores in tutiorem locum transferret, nemini tamen cur ita fieret poſſet ingerere ſuſpicionem; uno eodemq; prudenti conſilio & alienæ famæ & propriæ conſulens pudicitiæ.

post Grammaticam domi peractam,

Poeſim & Rhetoricam Silvæducis audit Magiſtro Bollando,

F

animum applicat petendæ Societati,

4 Interim ad finem ei ſpectabat rhetoricę exercitationis annus, ſub quem petita impetrataque Societate, tirocinium ejus ingreſſus Mechliniæ eſt 1619., 15. Kal. Novembris. Philoſophiæ deinde operam biennio dedit Lovanii, *In quam receptus 1619 ſtudet Philoſophiæ,*

A vidiique juniorem fratrem ſuum Petrum, Societati noſtræ ſimiliter adſcriptum in gradu Adjutoris temporalis: in quo is fidelem operam diu navavit, tandemque in bona ſenectute ſpiritum reddidit, inter manus ſui dilectiſſimi R. P. GODEFRIDI, hanc fratri operam extremam præſtantis, ut ultimam ei Abſolutionem impenderet. Audita & propugnata publice Philoſophia, miſſus eum ſocius ad recolendas humaniores litteras, inter eos non ſolum diſcipulum Latinitatis egit, ſed etiam magiſtrum linguæ Græcæ, tantum ejus jam antea ſub BOLLANDO didicerat. Utque animos ad eam faceret, laborem diſcentibus minuendo, epitomen praximq; facilem Grammaticæ Græcæ concinnavit primus; quæ poſteris exinde omnibus familiariſſima fuit, utpote idonea Philellenas non hebetes paucos intra dies promovendo ad Græcorum librorum lectionem, quod mihi quoq; uſu veniſſe memini, cum antea ab eo ſtudio abſterritus fuiſſem faſtidioſa Grammaticalium præceptorum tam multorum ſpinoſitate.

5 Sic inſtructus, magiſterio tum alieno tum proprio, ad regendas Latinas ſcholas per varia Collegia Flandriæ gradatim promotus, annis quinque litteras docuit; ſolia in novis identidem praxibus excogitandis, quibus pueri facile ſimul ac jucunde non minus Græca quam Latina perdiſcerent; quin etiam integram aliquando ac numeroſam claſſem ſic habuit exercitatam in lectione Demoſthenis, ut totam unam Orationem parati eſſent ſuſtinere fere ſinguli, ſeque examini publico ſiſterent, de quocumque interrogare libuiſſet verbo vel nomine, deq; ejus accidentibus omnibus, promptam rationem redditur. Ipſe vero, minime ſuperficialiter tinctus litteratura Græca, eam exinde tam promptam ſemper habuit, ut non ſolum quoties opus erat ex Græco in Latinum converteret facili calamo, quamlibet ſolutam orationem; ſed etiam verſus utraq; lingua haud invenuſte pangeret, quorum ſpeciem habes in libro cui titulus: Imago primi ſeculi Societatis Jeſu.

6 Accidit interim, dum ſtudioſam juventutem erudit, venire in Belgium ex iis Patribus unum, qui juxta noſtræ Societatis uſum ab Indicis provinciis identidem diriguntur in Europam, de tranſmarinarum Miſſionum ſtatu edocturi Præpoſitum Societatis, & operarum ſupplementum reducturi in illos procul ſemotos agros, jam albeſcentes ad meſſem. Ad ejus conſpectum exarſerunt illico plurium animi, juniorum præſertim Magiſtrorum, ut ſua certatim darent nomina, ad excolendas vineas Orientalium Provinciarum. Exarſit etiam MAG. GODEFRIDUS: ſed diſpari valde ratione. Miranti itaq; Rectori ſuo, quod, quem præ ceteris fervere noverat ad eudium inſtructionem, videret non etiam ambire Indias, & quo ſuus zelus fugiſſet quærenti; graviter prudenterque reſpondit; Illuc quidem ſat multos ferri; ſibi vero in animo votoq; eſſe Septemtrionem, tam indigum auxilii, quam expetitum a paucis; ubi ampliſſima Regna Nationeſque complures ab orthodoxæ Religionis cultu manerent abjunctæ, per inopiam idoneorum fidei magiſtrorum. Ex eo tempore ſua illuc cœpit dirigere ſtudia, ut quam aptiſſimum ſe faceret reducendis heterodoxis: cumque, vertentibus alio ipſum Superioribus, ea ſpes ipſum poſtea defecerit, non deſiit in noſtris ubicumque poterat ſimilem excitare zelum, & eos qui illuc dirigebantur conſilio auxilioque juvare.

§. II *Bollando ſocius additus Henſchenius, cum eodem perficit & vulgat Acta Sanctorum Ianuarii & Februarii.*

SPectabat Theologici curriculi metam jam Sacerdos ordinatus P. GODEFRIDUS, quando R. P. IOANNI BOLLANDO, Acta Sanctorum, quorum expectationem magnam Roſweidus fecerat, elucubrare pollicito, quærebatur Socius, ad multos annos ſuffecturus: jam enim ſenecere cœperat ille, & urgere cœperant Superiores, non adeo celeris expeditionis fore opus, quod erat præ manibus. Multis circumſpectantibus viſus eſt idoneus præ cunctis GODEFRIDUS, vetus BOLLANDI diſcipulus, linguæ utriuſque haud exigua præditus facultate, ad libros quaſi a natura factus, totuſque in illis, & firma corporis habitudine par ſtudio cuicumque & quantumcumque continuando. Nec fefellit conceptam de ſe opinionem, ſed multum etiam ſuperavit. Venit enim Antuerpiam, & juſſus a BOLLANDO Februarium exordiri, interimdum ipſeque cœperat abſolveret Ianuarium; non primum elegit facilia quædam Sanctorum Acta, levi manu apparanda ad prælum; ſed in SS. Amandum atque Vedaſtum conjecit oculos: in iiſque ſui ipſius facturus experimentum, cœpit amplos illos Commentarios moliri, correctis priorum ſcriptorum plurium etiam illuſtriſſimorum erroribus, qui nunc ad diem 6. iſtius ſecundi menſis leguntur: Annotationibuſque copioſis & operoſis quæcumq; loca obſcuriora illuſtravit. D

Initium facit a difficilioribus.

8 Nihil tam grande hactenus cogitaverat BOLLANDUS; ſed cuique Vitæ contentus præmittere Martyrologiorum veterum verba, de eo qui tractandus veniebat, perquam modico Commentariolo de Feſtis, Reliquiis, Actorum ſcriptoribus aucto; adjecerat ad calcem Annotata quædam breviſſima, nec quidquam fere niſi variantes plurium codicum lectiones repræſentantia, nulla initio, deinde nimis crebra facta Capitum diviſione: adeo ut opus tali ratione continuatum, haud multum fuerit aſſurrecturum ſupra prima cogitata Roſweidi; & collectionem Surianam, ſolo fere Actorum Sanctorumq; numero, ſuperaturum. Aſt ubi vidit, qua ratione cœpiſſet HENSCHENIUS graviſſimas quaſque chronologicarum quæſtionum difficultates, ad Sanctorum hiſtoriam ſpectantes, enodare; rerum perſonarumque examinare & illuſtrare circumſtantias; & ad diligentis Collectoris officium, etiam prudentis Commentatoris induſtriam adjungere; non dubitavit Diſcipulum imitari Magiſter, & eamdem methodum etiam ipſe ſequi, exorſus ab Actis S. Symeonis Stylitæ, die 5. Ianuarii. Etenim priores quatuor dies, ea quam dixi ſimplicitate jam habebantur excuſi. Sed hi ne nimis eſſent deformes ceteris, curatum eſt foliorum aliquot iterata impreſſione, & Actorum quorumdam inutiliter replicatorum omiſſione, novorumque poſt allatorum Sanctorum ſubſtitutione. Quoniam vero ſatis videbat BOLLANDUS, fieri non poſſe, quin nova hæc in opus conferenda diligentia, & alia quaſi forma inducenda, plus temporis requireret, quam imprimando Ianuario ipſe ſibi præſtituerat; neq; ſe ſolum diu ſuffecturum occupandis in eo typographicis operis, quantumcumque lente progreſſuris: nonnullam ceſſationem indixit prælo, donec digeſtam melius materiam haberet; & HENSCHENIUM voluit, dimiſſo Februario, ad Ianuarium recognoſcendum ampliuſque illuſtrandum accedere ſibi. E F

9 Cepit ergo in die 7. Januarii (hactenus enim ſolus BOLLANDUS utcumq; rem promoverat) ſuam etiam ille conferre ſymbolam, exorſus a S. Witekindi Weſtphalorum Ducis, Vita, ex variis Auctoribus colligenda: deinde in S. Canuto, Obotritorum Rege ac Duce Sleſwicenſi, laboravit ſucceſſu ſimili; ac denique in S. Raymundo de Pennaforti, Inſtitutore Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemtionis captivorum, poſteaque Ordinis Prædicatorum Generali III. Tum in die 8. Januarii, de S. Attico Epiſcopo Conſtantinopolitano operoſum valde texuit Commentarium; Beatiq; Laurentii Juſtiniani, Protopatriarchæ Veneti, Vitam illuſtrandam ſuſcepit. In die quoq; 9. a SS. Juliani & Baſiliſſæ Actis exorſus; in proprium penſum a BOLLANDO accepit quidquid erat Sanctorum Orientalium, e Græcis ſcriptis accipiendum; & pro die 10. elucubravit, quæ habemus, de S. Domitiano Mitylenes in Armenia Epiſcopo; de S. Marciano, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Oeconomo: de utroque Theodoſio, altero in dice-

Exorſus a Ianuario

ceſi

A ceſi Antiochena Abbate, altero omnium Terræ-ſanctæ monaſteriorum Cœnobiarcha: quorum omnium Acta expedivit ad prælum accuratione tanta, nec celeritate minori; ut Græcos Sanctos, pleroſq; etiam Francicos & Italicos commendandos ei putaverit BOLLANDUS; ipſo ſibi Germanos, Hiſpanos, Britannos & Hibernos reſervans.

nihil tamen privatim ſibi adſcribi, 10 Erit, ut ſpero, cum abſoluto Iunio, Supplementum adornabo priorum quinq; menſium, & quid BOLLANDUS, quid HENSCHENIUS potiſſimum elaboraverint, adjectoque cujuſque lucubrationibus nominis ſui litteris initialibus. I. B. vel G. H. indicabo, ea relicta mihi ab Auctoribus notitia. Id ut ab initio factum fuiſſet, tunc ſcilicet optare cœpit BOLLANDUS, cum vidit ad ſe unum omnium undecumque confluere epiſtolas, etiam propter ea, quæ, non ipſe, ſed Socius ſcripſerat. Ergo ne idem ſibi eveniret cauſa Februarii, atque ut volentes percunctari quidquam de Sanctorum eo contentorum aliquo, ſcirent uter de duobus appellandus ſibi eſſet; ſuos Sociique labores inſtituit litteris iſtiuſmodi diſtinguere. Hoc tamen ne etiam fieret in ſequenti Martio, HENSCHENII erga Magiſtrum obſervantia fecit, nolentis ea ratione notum facere, quem exiguam partem in menſe prænominato haberet is, cui cupiebat adſcribi laudem majorem. Tanta enim erat P. GODEFRIDI modeſtia, ut nomen quoq; ſuum præfigi libris communibus nollet; ſatis ſibi eſſe dictitans, ſi Sanctis probaret, quem conſecraverat iis, laborem ſuum. *ut ne quidem in titulo nominari ſe paſſus.* B Sed cum id non probaretur BOLLANDO, eatenus dumtaxat permiſit nomen ſuum in fronte Januarii legi, ut iſte Acta Sanctorum collegiſſe, digeſſiſſe, Notis illuſtraſſe diceretur; ipſe ſolum operam ac ſtudium contuliſſe. Voluit nihilominus BOLLANDUS, quod non fuerat permiſſus in titulo, facere plenius in Præfatione Generali; & quam minime ſecundariam operam ſibi navaſſet HENSCHENIUS Cap. I v. §. 2 ſic explicare: Cum menſis Januarius paratus eſſet prælo, & legitime approbatus, cœptuſque adeo jam excudi; datus eſt mihi ſub an. 1635. Adjutor. Hic cum aliis in rebus ſtrenuam mihi navavit operam; tum etiam, quod ad Januarium ſpectat, fideli conſilio juvit. Nam cum videret Vitarum quæ jam excuſæ erant quaſdam in Capita diſtributas, at non omnes, auctor fuit ut & reliquas ita partiret. Annotationes etiam ut ſingulis Capitulis adderem perſuaſit. Cumque ea cauſa univerſum recognoſcere menſem cœpiſſem, operam quoq; tam ſeriam & conſtantem contulit, ut Vitas etiam bene multas ipſe recenſeret ac divideret in Capita & variarum rerum explicatione ornaret; quas habebam ego quidem antea, ſed raptim quandoque congeſtas, ſaltem non ita perſpicue diſtinctas & explanatas.... Ejus quoque ſtudio & induſtria confecti ſunt Indices omnes, tum inſigni judicio, tum multo ſane labore plenoq; faſtidii.

licet laude commendationis tantam partem ut Bollandus. 11 Ut igitur ſua utrique laus propria detur, intelligat Lector, quod Acta quidem Januarii primus ac ſolus in ordinem dierum BOLLANDUS digeſſit; ſed ut ea induceretur forma, quę apud Eruditos tantam attulit commendationem operi univerſo, primus conſilio ſuo effecit C HENSCHENIUS, & prærivit exemplo. In illis porro, quæ poſt primos, quos dixi, imperfectiores dies, ſimili ambo ſpiritu modoq; peregerunt ſinguli; elegantia cultioris Latinitatis ſuperare forſitan BOLLANDUM dixeris, ſed prærogativam acrioris ingenii firmioriſq; judicii dubites utri concedere debeas. Non defuerunt certe, qui circa Sanctorum Hibernicorum Acta & alias ſequioris notę hiſtorias indulgentiorem fuiſſe BOLLANDUM quererentur; quod tandem etiam ipſemet agnovit, multa ſeveriori lance expenſurus jam ſenior, nonnulla etiam prorſus abolitурus, ſi res iterum ſibi agenda ab initio fuiſſet: quemadmodum plenius & fide integra aliquando explicabo. Sed & ipſa hoc idem ſatis oſtendit in repudiandis Actis S. Suiberti, magno licet præjudicio ſubnixis; laudans interim quod HENSCHENIUS jam inde a principio cautius ſibi agendum propoſuiſſet, nihil cujuſdam D gratia præpeditus ab eo ſolo, quod verius eſſe ſentiebat, ſcribendo. A. D P.

12 Ita poſt acceſſum P. GODEFRIDI cœptus reformari Januarius, cui antea ſolus BOLLANDUS quinquennium impenderat, octo adhuc annis hæſit inter manus Auctorum & typothetarum, priuſquam abſolveretur, præmature in duos diviſus Tomos, qui in tres commodius fuiſſet partitus. *Is poſt VI annos menſis primus prodiit duobus Tomis,* Vulgata enim per BOLLANDI epiſtolas quaqua verſum operis futuri fama, multa multi ſubmiſere, quæ eum, cœpta ſecundi Tomi impreſſione, primo necdum ad medietatem perducto, ſatis tempeſtive adventabant ut ſuis quæque locis insererentur, in molem juſto majorem fecerunt utrumq; excreſcere; ſecundum vero adhuc amplius extendiſſent, niſi placuiſſet prolixiora Acta S. Joannis Chryſoſtomi, cujus ſolum Tranſlatio feſtiviori cultu in Ianuario agitur, differre in Septembrem, quando ſancti obitus ejus memoria die 14. recolitur. Nunc vero ſi menſis ille primus, aliis plurimis Sanctis Actiſque augendus, ad eam exigeretur perfectionem, ad quam denique ſuum hunc Majum perduxit HENSCHENIUS; poſſet ille juſtos ſex Tomos implere, etiam expunctis illis quæ tali loco & opere non ſatis digna, aut præter neceſſitatem geminata eſſe demonſtravit poſteriorum temporum experientia, optima conſiliorum priorum arbitra. *qui nunc forte ad ſex excreſcerent.* E Non enim iſti operi idem accidit, quod aliis pluribus; quorum Auctores, cum primas forte partes longiori ſtudio curaque perpolitas excipi gratanter viderent, reliquas autem cupidius poſtulari, jam ſecuri de fama judicioque lectorum, tantum fere inveniuntur remittere de ſollicitudine, ſingula quam poſſunt optime elimandi, quantum addunt ad proſequendi cœpti celeritatem. Progreſſus ſcilicet operis majorem majoremq; indies doctrinam adferebat BOLLANDO HENSCHENIOQUE, & hæc faciebat animum advertere ad multa conſideranda, quæ inobſervata alias prætermiſiſſent: unde etiam GODEFRIDUS, gratulantibus ſibi, quod poſt tam longam de Sanctis tractationem, prona ac facilia jam haberet omnia; ſolebat reponere illud Eccleſiaſtæ I., Qui addit ſcientiam, addit & laborem. Nam qui parum norunt, parum dubitant; tantoq; plura quivis ſe deprehendit ignorare, quanto plurium acquirit notitiam: unde ei crevit cum neceſſitate cupiditas alia atq; alia indagandi, præſertim in rebus hiſtoricis, quæ hoc ſeculo novæ novæq; identidem evocantur e tenebris oblivionis præteritæ; & plurima faciunt, aut incerta, aut etiam falſa judicari, quę citra controverſiam fuerant paulo ante recepta.

Cauſa lentioris progreſſus, F 13 Ianuario tamen (quem unus intra pauciores annos potuerat abſolviſſe BOLLANDUS, ſi quo cœperat modo eumdem fuiſſet proſecutus) cauſa lentioris progreſſionis non fuit ſola, quam cum Socio adhibuit, diligentia major; ſed occupationes inſuper quam plurimæ aliæ, quibus latiſſimæ caritatis vir occupari ſe ſinebat, ut eſt in ejus Vita explicatum. Exemplum imitabatur HENSCHENIUS, cum ſimul & ampliſſimum procuraret Confeſſionale, ſimul domeſticam inſtrueret Bibliothecam, adeo ut vix tertiam laborioſiſſimæ juventutis ſuæ partem, Actis Sanctorum fuiſſe impenſam ſero poſtea doluerit; ac denique perſuaſerit Superioribus, ut me, quem ſimiliter videbat unius jam pluribus diſtrahi, juberent proſequendo operi unice inſiſtere, ab omni alia cura liberum, ſicut ipſum fecerant poſt editum Februarium. Moram quoq; edendo in lucem menſi primo haud parvam attulerat ille utriuſque graviſſimus morbus, quem in eadem BOLLANDI Vita cap. 5. explicui, quique tum inſigni documento probavit, tum Dei erga cœptum opus providentiam paternam, tum eximiam Diſcipuli erga Magiſtrum caritatem, qua pro hoc ille ſuccedaneam ſe morti victimam obtulit, voto tantum non impleto. *tum in Ianuario,*

A poſt ſyncharistica quædam vota, ipſum Jubilæi annum ſequentibus ſignaverunt Chronoſtichis.

& Typographiæ Gratiæ,

VItas CœLItVM arVDerantI
GoDefrIDo HensChenIo sVo pLaVDVnt typI,
præLo DICatI qVotqVot Me VrsIanæ.
gaVDent LaborIbVs DeserVIre DoCtIs;
In LVCeM DIVos eVehentes, arIs
qVotqVot reLIgIo DICat parentVM,
AVt noMen saCrIs InDere VVLt fastIs.
AVCtorIs naM IVbILæVs aDest,
Magno qVI soCIVs VenIens aVLaoDo,
DoCtVrVs orbeM LIbrIs, VetIore
tot DIVos styLo Dat DabItqVe, VnICo
qVot IVoCtos neMo VIDerIt Labore.
sIC DVos IanVs est toMos LargItVs,
ut tres De sanCtIs FebrVVs IMpLeVIt;
VtI & MartIVs, seD VnICo-LatInVs.
NVnC noVos totIDeM Vrget AprILIs,
noVo saCera DIgnVM IVbILæo
Vt VaLeat operIs VstI ConDItoreM:
DoneC aLII qVI sVpersVnt Menses,
orDIne VenIant sVo In LVCeM.
qVos pLenos VtInaM DIV Cernat orbIs
B prIVs, qVaM poLI Choro gaVDeat Is,
IVbILæI VtVs seMper, aDsCIere.
qVoD sI taM Longe IaCta respVIs Vota,
aLVCIDasse saX erIt Menses satIs,
tantVnDeM Vt soCIIs post te reLInqVas.
In Deo InterIm CoeXVLtantes,
pariter hoc gaVDeaMVs IVbILæo.

Ita illi, nihil excuſantes præſumptam metri ſolutioris licentiam, quia litterarum typis ordinandis, non verſibus ad Poetarum præſcripta pangendis, obligati intendere ex officio, negabant ſe aliis numeris valle quam Jubilæis anni adſtringi. Sic hilariter actus dies ille, ſic annus idem decurſus totus *HENSCHENIO* eſt, inter publicos privatoſque plauſus quadantenus reflореſcenti, & alacriter perficienti Acta Aprilis; cum ipſo anni ſequentis initio, nova illi indicta eſt a ſtudiis ceſſatio, hoc qui ſequitur caſu, quique ad Acta S. Franciſci Paulani, tunc inter manus verſantia, num. 154. Supplementi Hiſtorici, his a me verbis expreſſus legitur.

Inde iterum periculoſius æger,

20 Accidit 8. Januarii anno 1669., ut meum in hiſce ſtudiis Anteceſſorem *R. P. GODEFRIDUM HENSCHENIUM* lecto affigeret ventoſa in latera ſiniſtro paſſio, quæ octavo poſt die in alterum tranſiliens latus, pleuritidis inſtar illud affecit; exundans etiam per omnes venas bilis, totum quidem corpus magnis implevit doloribus, caput tamen imprimis tam horribili cruciatu diſtendit, ut diſſilire in partes cranium ægro videretur. Hic, nocte inter 17. & 18. Januarii media, cum ſuſtinere vim mali non poſſet amplius, ſeque e ſtatu aut mentis aut vitæ abiturum formidaret; accerſitum me de periculo monuit, deque extremis Sacramentis mature ſibi procurandis. Ego vero, cui ingentia *S. FRANCISCI DE PAULA* quæ transcribebam miracula multam de eodem fiduciam fecerant, accepto quod tunc erat ad manus autographo Proceſſus Turonenſis, ſimilem fiduciam ægrotanti aggreſſus ingerere, librum ei exoſculandum præbui capitique ſuppoſui; promittens me primo mane votivum de Sancto Sacrum dicturum in templo noſtro, iterumq; aliud in templo Minimorum, ſi ad Dei Sanctorumque gloriam promovendam ab illo periculo evaderet æger. Ea tunc mitigari cœpere dolores: & qui antea ab iterata phlebotomia, hirudinum applicatione, clyſterum potionumque medicarum uſu, auxilii nihil expertus fuerat; poſtero die viſus ſibi eſt minus periculoſe ægrotare: exindeque quotidie ad ſanitatem proficiens, menſe tandem Februario una mecum ſe exolvit voto, ſacrum de S. Franciſco Paulano in ipſo Minimorum templo faciendo. Deinde paulatim recuperatis viribus, ad intermiſſa ſtudia feliciter rediit; interceſſioni dicti Sancti, & piis Religioſorum per omnes fere Conventus precibus pro ſe fuſis, vitam diuturniorem acceptam referens: quem in gravi 69. annorum ætate evaſurum e morbo, tam periculoſo & vehementi, vix prudens aliquis audebat ſperare.

convaleſcit invocato S. Franciſco Paulano.

C

D

A. D P.

§ VI *Editio Aprilis tentata Amſtelodami, facta Antverpiæ ſub alio Typographo.*

Imprimendo Aprili quærens alibi Typographum,

21 TUm vero per annos ſolidos duos incubitum operi promovendo; & jam prælum ſpectabat Aprilis, quando virum honeſtiſſimum D. Jacobum Meurſium, extenus tantis animis opus proſecutum, nec ſine notabili ſuo (ut proteſtabatur) emolumento; oblata aliunde nonnulla rei familiaris damna, tum rupta infelici caſu tibia, domeſticus denique mœror ex filiorum ignavia, recuſantium negotio librario applicari, ſic affligit; ut decerneret ſubducere ſeſe novis in novos libros faciendis impendiis, quorum fructum fortaſſis ipſe percepturus non eſſet: rebatur enim cito ſe moriturum, melancholia magis quam ætate gravis, heredem autem, qui percipere poſſet, deſperabat ſe habiturum. Videbatur rationabilis excuſatio eſſe: quod autem non pœniteret eum expenſæ in priores tres menſes pecuniæ, ut ipſe non ſolſſet chirographo ſuo teſtatus, res ipſa loquebatur; cum conſtaret, impreſſi ultimo Martii exemplaria mille, minori quam trienniſſi ſpatio, ultra medietatem diſtracta fuiſſe; Januarios autem ac Februarios ſupereſſe tam paucos, ut citius omnes defecturos appareret, quam menſis Junius perveniret ad prælum. Nemo tamen Bibliopolarum inventus tunc Antverpiæ fuit, qui auderet ſuſcipere tam ſumptuoſam provinciam, eo tempore, quo lacerati Belgii exiles reliquiæ dolebant nihil remiſſius ſibi in pace eſſe quam fuerat in bello, acciſis vel impeditis undequaque commerciis, & aggravatis onere tributorum domi ac foris pendendorum: nobis vero nondum ita compoſitus erat menſis iſte, quin multæ ac magnæ ejus partes, & totus fere Tomus tertius, adhuc componendus ſupereſſet.

E

eum invenit Amſtelodami.

22 Placuit igitur feſtinare lentius, & ſuſpenſo reſumendæ mox impreſſionis conſilio, compoſitioni ſoli eo uſque inſiſtere, donec abſoluta haberetur res tota, etiam alibi (ſi ita publicarum rerum ſtatus exigeret) facile Typographum inventura. Neque noſtra nos fefellit opinio, ut enim in Hollandiam fama pertulit, edendo Aprili jam perfecto nihil niſi impreſſionem deeſſe, cujus commoditas tunc non inveniretur Antverpiæ; ſuam hanc eſſe fortunam ratus vir Amſtelodami Senatorius, Joannes Blavius, cupide obtulit prela ſua: novam enim moliebatur Typographiam, quam optabat inſigni aliquo ad poſteritatem monumento dedicari. Non abnuit *HENSCHENIUS* ea de cauſa privari præſentia mea ad tempus aliquod, Ipſe interim aggreſſus præparare Majum; itaque dimiſſus ab eo ſum in Autumno anni 1671. ſed procedente lentius quam dominus crediderat novæ Typographiæ inſtructione, neceſſaria ad aliquid magni operis exordiendum, nihil inchoari potuit ante Januarium anni ſequentis. Ecce autem, impreſſo jam primo die menſis Aprilis, ac pene etiam ſecundo, contigit ut nova iſtæc fabrica, nocte diem 23. Februarii ſubſequente, tota deflagraret cum omni Typographico inſtrumento; ſed (quæ Dei Sanctorumque protectio ſingularis fuit) cum exiguo autographi noſtri detrimento (nam mox atque impreſſa erant folia quæque, mihi afferebantur exempla, quæ autographi vice deinceps eſſent) ut facili paucorum dierum ſtudio reparari potuerit damnum quorumdam, Commentariorum, minime prolixorum, inter typothetarum manus tum forte verſantium; quia necdum ad illos delatus erat proliſſiſſimus ille Commentarius, qui potiorem ſecundæ dici partem facere debebat, de S. Franciſco Paulano,

F

ſed orto ibi incendio diſturbantur res compoſitæ.

Digitized by Google

A
A. D. P. ex antiquiſſimis de illo monumentis, ex Canonizationis proceſſibus voluminoſis, ex Hiſtoricis antiquis recentioribuſque, operoſe collectus,

23 Licuit hic profecto cognoſcere, quam incertæ ſint (ut Sapiens loquitur) providentiæ noſtræ; quamque homini melius Deus, quam ipſe ſibi conſulere noverit. Angebar & triſtabar ego, quod impreſſio, cujus celerrimus ſub tribus pariter prælis progreſſus mihi fuerat promiſſus, & cujus cauſa Amſtelodami commorabar, adeo procederet lente, ut ſpatio ſeptem hebdomadarum, non plus efficeretur, quam unico expedito prælo poſſet intra duodecim dies abſolvi. Sed, ſi tantillo magis feſtinaſſent operæ, periiſſet annuæ lucubrationis fructus, vix unquam, aut non abſque grandi impreſſionis alibi iterandæ impedimento, recuperandus. Quod beneficium ipſi Sancto libenter acceptum referimus; &, ut cetera Sanctorum Acta, adhuc inedita & ſucceſſive paranda prælo, a ſimili conſervet infortunio, enixe deprecamur.

abſque notabili detrimento operis,

24 Acceſſit autem & prioribus duobus beneficium tertium. Cum enim intra privatum unius familiæ damnum impatiens ſtare fortuna, poſt menſes ab inde paucos totius pene fœderati Status accumularet ruinam, ſub victricibus Regis Chriſtianiſſimi armis; atque adeo minime conſultum cenſeretur denuo tentare impreſſionem apud eumdem aut alium typographum in Hollandia, ad quam ſola facilioris in omnes partes diſtractionis ſpes invitarat; cumque nihilo expeditiora quam antea facta eſſent Brabantiæ noſtræ cum aliis regionibus commercia, quin etiam certo a Gallia bello magis etiam impedienda proſpicerentur; placuit conſilii incertis moram unius anni indulgere, partim operi maturius recognoſcendo, partim typographiæ aligendæ, partim proſequando qui jam pridem ſub *HENSCHENII* manibus verſabatur Majo. Sed ea mora, quam utilis ac neceſſaria nobis, tam moleſta & importuna amicis viſa eſt, undequaque efflagitantibus promiſſum Aprilem. Horum ergo querelis fatigatus, nec tamen in tanta rerum publicarum incertitudine, certi conſilii quidpiam evolvere valens; rogavi Deum, ut in proxima menſtruorum Patronorum ſortitione is mihi pro Aprili menſe Sanctus obtingeret, qui diuturnæ fluctuationi finem imponeret. Et ecce Sanctus Franciſcus Paulanus obvenit, ſimulque injecta eſt utrique noſtrum certa voluntas, Antverpiæ potius quam alibi reſumendi impreſſionem, ipſa, ſi fieri poſſet, æſtate aut vere. Quam mentem ut ſciremus eſſe ab eo, qui daturus erat ſucceſſum deſideratum, factum eſt, ut eodem decimo die Aprilis an. 1673., & celebraretur a nobis Sancti feſtus dies, propter Paſchalia ſolennia tranſlatus; & Michael Knobbarus, Antverpienſis Bibliopola atque Typographus, numquam rogatus, ſed perquam idoneus, ſecum decerneret, prælum vacaturum brevi & gratuitam operam offerret poſtridie; eo id expectantibus minus, quod pergebat excuſare ſe ob temporum anguſtias alter, quem prudentior certiorq; majoris emolumenti ſpes credebatur denuo inclinatura ad proſequendum opus, cujus priores partes ſibi fructuoſiſſimas fuiſſe fatebatur. Et tum quidem inchoandæ impreſſioni decretum fuit initium Maji: ſed Sanctus integrum eſſe beneficium ſuum volens, providit ut ob urgentem aliquam neceſſitatem, ſuſpenſo opere quod verſabatur ſub prælo, ipſum citius vacare contingeret, atq; ita quinto infra Octavam ejuſdem Sancti die res noſtra principium non interrumpendum caperet.

Sanctoque ſpecialiter favente,
B

magno cum commodo ſuo,
C

25 Non ſumus nos adeo leves ac temerarii, ut, quidquid Cælitum aliquo ad opem invocato nobis obtingit boni, id ſtatim & propria auctoritate adſcribamus operibus naturæ ordinem prætergredientibus. Id ſolum ſpectamus iſta obligationis noſtræ qualiſcumque profeſſione, ut omnibus Paulani Thaumaturgi cultoribus conſtet, quomodo nos ab eo adjutos exiſtimemus, teſtante ad ejus interceſſionem Deo, ſibi ſuiſque Sanctis curæ eſſe progreſſum operis, alieno maxime tempore tam mirabiliter & præter expectationem celeriter promoti. Etenim novus ille Typographus, quamvis eodem tempore alia duo grandia opera ſub prælo haberet, infra biennium tamen & hebdomadibus aliquot citius quam promiſerat, impreſſit tres prægrandes Tomos Aprilis, Menſemque abſolvit, ad omnium Antverpienſium bibliopolarum ſtuporem. Nempe, ſicut ejus tunc adhuc vivens uxor, Maria Graet, lætanter prædicabat; ab eo die quo maritus Sanctorum Acta imprimenda ſuſceperat, tam large in officinam inſuderat ſe benedictio divina; ut quamdiu durabat impreſſio illa, tantum quot hebdomadis & amplius inferretur, quantum in operarum typothetarum mercedem opus erat; cumque alibi ceſſarent nonnumquam præla, deficiente quæ invehi prohibebatur charta, Knobbariana tamen procederent ſemper.

reſumitur Antverpiæ impreſſio,
D

§. V *Dimidii Maji deproperata editio, patrocinante Ferdinando Furſtenbergio, Paderbonenſi & Monaſterienſi Epiſcopo ac Principe.*

Editionem porro menſis Aprilis, anno 1675. factam in Majo, ſecutus ſucceſſus eſt tam promptæ lucroſæque diſtractionis, non obſtante quantacumque difficultate temporum, ut eo animatus Michael, nullam in ſe moram eſſe profiteretur, quominus ſtatim ſuſciperet imprimendum Majum. Sed hunc facilius erat ſuſt depoſcere, quam exhibere nobis: nam & ego, æſtate illa graviſſimo correptus morbo, geminum ex relapſu periculum ægre evaſi; & aucta naturæ intuitu diuturniori expectantia, non minuebat, ſed augebat examinis accuratioris laborem. Hoc tamen inceſſanter progrediente, per incredibilem *P. GODEFRIDI* ea ætate diligentiam, & additum nobis recentem Socium *R. P. DANIELEM CARDONUM*, ante initium anni 1677. adduci ad prælum potuit menſis quintus. Provehebatur is ventis ſecundis; quando ſub autumnum anni 1678. nova calamitas Belgium univerſam, ac ſpecialiter urbem Antverpienſem involvit; quæ & Typographi familiam totam occupavit, nemini omnino inea parcens; & me, contracto intra viſcera morbo, Lovanium expulit; ac maximæ ſpei adjutorem prænominatum, de medio ſuſtulit morte immatura. Opus ergo Maji, quod jam pene videbatur in tuto collocatum, repente apparuit deductum ad deſperationem extremam: cum ille mortuus nunciaretur; mihi ſpes vitæ longioris perquam exigua ſupereſſet; *HENSCHENIUM* fere octogenarium ſua ſatis ſenectus urgeret, appareretque deſolatione tam ſubita præcipitandum in ſepulcrum, ſi ſolus relinqueretur ſub mole tam grandi; quam nec poſſibile eſſet, transferri mox in alterum impoſitum; neque integrum erat, retinere ſuſpenſam, duobus primis Tomis jam fere impreſſis. Itum ideo ſu vota eſt ad *S. FRANCISCUM XAVERIUM* a Lovanienſibus ac Mechlinienſibus Sociis pariter omnibus, ut mihi vita ſervaretur, jam propemodum a medicis deſperata; & Thaumaturgo illo, ut pie creditum eſt, intercedente, reſpexit Deus lacrymas boni Senis, ſeipſum pro me offerentis in mortem, tantum ne præſcinderetur filum tam bene jam procedentis operis. Itaque diſpulſo celeriter periculo, cœpi ipſo Sancti feſto, intra valetudinarium, ubi decumbebam, erecto altari extemporali, quotidie ad peragendum ſacrificium ſurgere; paulatimque robuſtior, Antverpiam cum ipſo *R. P. GODEFRIDO* redii, 11. Februarii ſubſequentis.

Aprilis feliciter editus an. 1675.
E

additur ad prælum Majus.

morbiſque mortibus retardatur
F

27 Ibi circa Paſcha novus ſe nobis Socius junxit, ex Mechlinienſi Gymnaſio, ubi Græca docebat, ad temporales ſaltem ſubſidium electus, *CONRADUS JANNINGUS*; eo conſilio, ut mecum reſumaret impreſſionem Maji, ſeptem menſibus intermiſſam, ac deinde Theologico curriculo abſoluto Sacerdos ordinatus, ſi ita viſum

tandem dimidius datur in lucem anno 1680.

Supe-

A Superioribus eſſet, veniret in locum ipſius *P. HEN-*
A. D. P. *SCHENII*: non longam quidem ſibi poſt hac vitam pollicentis, Acta nihilominus menſis Junii cœpiſſi digerere, tam feliciter, ut per ipſos ſtudii tam ardui labores videri poſſet iterum juveneſcere. Interim ipſa longioris temporis mora ſic creverat moles ejus qui ſub manibus verſabatur Maji, ut non modo quatuor, ſed ſex omnino Tomos (nunc autem etiam ſeptem ſunt, præter Propylæum ſuperadditum) exigeret uſus præſentis ſeculi, ſpiſſiora quam ut commode tractari poſſint volumina improbantis. Quapropter cupiens *HENSCHENIUS*, ſi forte totum Majum non poſſet ſaltem dimidium videre luci datum; juſſit illuc omnia apparari, anno tum currente 1680, idque eo ſolicitius quod noſtri tunc præcipui Mæcenatis, Celſiſſimi Principis *FERDINANDI FURSTENBERGH*, Paderbornenſis ac Monaſterienſis Epiſcopi, juſſio urgeret; volentis quam primum videre Tomos illos, quos ſuo fratrumque duorum nomini inſcribi tantiſper indulgebat, donec impreſſa parte etiam altera, totus menſis poſſet *ROMANO PONTIFICI* ea more dedicari. Uſque adeo autem cupiebat pientiſſimus Princeps, quocumque remoto impedimento, promoveri reliquorum menſium abſolutionem; ut cum
B *HENSCHENIUM*, Romæ ſibi familiarius cognitum, exindeque tenerrime dilectum, evocandum ad ſe in Weſtphaliam non pateret, grandi ejus ætate itinerum moleſtias excuſante; pro eo me venire cum *IANNINGO* juberet.

fovente inſigniter Ferdinando Ep. Paderborn. ac Monaſterienſi;

28 Ivi ego, & optimum Principem, quamvis cum acutiſſimis calculi doloribus conflictantem, inveni de promovendo opere noſtro paterne ſolicitum; eaque animo volventem conſilia, quæ executioni mandata rem totam in perpetuum ſtabilivissent: ſed ne ea continuo in actum deduceret, fieri ajebat duobus multitionis ſumptuoſiſſimæ cœptis; Xaveriani videlicet templi Paderbornæ extruendi cura; & conſtituenda fundatione octodecim Miſſionariorum Apoſtolicorum, excolendæ per Septemtrionem Orientemque rei Chriſtianæ deſtinandorum. Rediremus ergo, inquiebat, liberali, quod in præſentiarum largiebatur, ſubſidio donati, & intermiſſi Maji impreſſionem reſumeremus; pro ſua interim longiori vita Deum orantes, tamquam nobis plurimum profutura: oraret etiam bonus Senex, ad quem revertebamur, ſciretque nihilo magis ipſum quam ſe optare ut prius quam tranſiret ad plures, Sanctorum Acta quam longiſſime provecta relinqueret. Ita ille in ſuo Principali prope Paderbornam Palatio Nihuſii die 15.
C Octobris, minime nos iterum viſurus nec alteram Maji partem. Cum enim chirurgi manum ſubeundam ſibi decreviſſet, qua liberaretur a calculo, jam pridem mortem per cruciatus minante; peractum id quidem feliciter eſt, ſerius tamen factum apparuit; ſerpente per exulceratam veſicam incurabili gangræna, quæ Principem optimum, Muſarumque delicium, immaturo funere mundo abſtulit, die, ſicut prædixerat, Sabbatho, ipſum honori Deiparæ matris ſingulari ſemper devotione ſolitus obſervare.

qui valde ſolicitus de progreſſu operis;

pie cogitat[illegible]

29 Epitaphium mortuo poſitum placet hic interere.

D. O. M. S.

FERDINANDUS

EPISCOPUS PADERBORN. ET MONASTERIEN.
BURGGRAVIUS STROMBERGENSIS,
S. R. I. PRINCEPS,
COMES PYRMONT. DOMINUS IN BORCKELO,
LIBER BARO DE FURSTENBERG,
NATUS ANNO SALUTIS MDCXXVI. *DIE* XXI. *OCT.*
MAGNÆ NOBILITATIS MAXIMUM DECUS
AC FULCRUM, D
PRINCIPUM HOC SECULO ERUDITISSIMUS,
ERUDITORUM PRINCEPS AC MAECENAS
LIBERALISSIMUS.
HUJUS ET ALIORUM TEMPLORUM,
COENOBIORUM, SACERDOTIORUM,
ELEEMOSINARUM INGENTIUM FUNDATOR
MUNIFICENTISSIMUS.
ARGENTEORUM AD ARAS APPARATUUM ET
SUPELLECTILIUM LARGITOR
PROFUSISSIMUS;
SUMMORUM PONTIFIC. REGUM, PRINCIPUM
CONCILIATA BENEVOLENTIA,
PACE DIOECESIBUS PARTA et CONSERVATA,
MONASTERIENSI ETIAM RECUPERATO
WILDESHUSIO.
Et 23. *M. ARGENTEA PRO ABACO SUPELLECT.*
DONATO CAPITULO PADERBORNENSI,
XXV. *MILLIBUS MONASTERIENSI,*
XXXIII. *MILLIBUS IMPERIALIUM LEGATIS;*
CLERI AC PATRIÆ PATER;
EXPENSIS IN APOSTOLICAS PER SEPTENTR.
ET EXTREMAM ASIAM MISSIONES
PLUS QUAM CENTUM IMPERIALIUM MILL.
PIETATIS ET CATHOLICÆ FIDEI
PROPAGATOR APOSTOLICUS,
TANDEM CRUCIATIBUS CALCULI, E
FRACTIS IAM VIRIBUS SERO NIMIS EXSECTI,
FORTITER ET SUAVITER,
UT OMNIA FECERAT, TOLERATIS;
ANIMAM DEO,
CORPUS HUIC SARCOPHAGO,
NOMEN IMMORTALI MEMORIÆ
TRADIDIT, ANNO VITÆ SUÆ LVI.
EPISCOPATUS PADERBORNENSIS XXIII.
MONASTERIENSIS V.
PARTÆ SALUTIS MDCLXXXIII.
VI. KALENDAS IULII.

eruditorū verus Mæcenas.

confectus calculi doloribus an. 1683.

Non erat amplius in vivis *HENSCHENIUS*, ut ea jactura dolere poſſet; ſed illuc, quemadmodum confidimus, ante ſeſquiannum præceſſerat, ubi Patronum & Amicum gratulabundus exciperet, videretque repoſita tot benefactorum præmia a ſupremo Judice recipientem. Morbi is extremi principium, ut ad ipſum redeam, hujuſmodi, habuit.

§. VI. Gravi unius anni paralyſi impedita, ſed non prorſus depoſita ſtudia, extremus morbus & pius obitus.

F

ANno 1680. 5. Nonas Octobris, dum Paderbornæ inter Patres noſtros præſtolamur tempus ſalutando Principi opportunum, redibat ſub veſperam ad Muſæum ſuum, gravis moleſtiis quibuſdam a recenti trium Tomorum editione curis, per abſentiam meam in ſe devolutus *P. GODEFRIDUS*; cum ſubito deficere ſibi tibias ſentiens, ægre in pedes tam diu conſtitit, proximo adhærens parieti, quoadusque e propinquo accurrentes quidam ex domeſticis, exciperent brachiis ne laberetur, deferrentque in lectum proximum aliquem; unde poſtridie delatus in valetudinarium, plenioremque formidans paralyſim, petiit, ad cautelam magis quam quod medici periculum præſens ullum agnoſcerent, extremis Sacramentis communiri. Litteræ R. P. Præpoſiti noſtri *ANTONII GRANDON*, quibus id nuntiabatur, non niſi 15. Kalendas Novembris, traditæ nobis ſunt Monaſterii, Paderbornam lætanter revertentibus. Tum nulla interpoſita mora, & relictis ibi impedimentis, accelerare reditum inſtituimus: ſciebamus enim, quantum optimo Seni ſolatium allaturus eſſet conſpectus noſter, & favor Principis tam benevoli, pene ſupra ſpem major.

30. Mſ ſcribit poſt edit. partē Maj

correptus paralyſi,

Digitized by Google

A major. Certe non aliter illi, quam recepto filio ſeniori Tobiæ, revixit ſpiritus, cum in amplexus ejus venimus 5. *Kalendas* ejuſdem Novembris: brevique præter tibias nihil languidum vel marcidum habuit: & hæ etiam ſperabantur, adhibitis fomentis balneiſque, uſui priſtino quadamtenus reſtituendæ, lentius licet, propter inſtantem hiemem. Hanc ne incomitatus tetricam haberet, cœpi opportunis horis apud eum relegere, quæ prælo paraveram needum ipſi viſa; quædam etiam coram eo parare, aut ipſo dictante ex originalibus membranis deſcribere, puta S. Yvonis Acta, Vitas S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, S. Petri Cœleſtini, S. Philippi Nerii, ſubeunte per intervalla Janningo, & quæ commentari cœperat de SS. Symeone Stylita Juniore ac matre ejus Martha, Sanctoque Andrea Salo, Latine ex Græcis a ſe reddita Acta. Adventante vere, fomento foci carere ſenex potuit, & in ſella ſubditis rotulis trahi a lecto ad menſam ſcriptoriam transferri, ubi exorſus eſt iterum recognoſcere omnia quæ in Majo reſtabant imprimenda; & ſiquid præteritum videretur aut dubie explicatum, notare diligenter.

Studiis nihilominus proſequitur ut poteſt.

B 31 Neque hic ſtetit progreſſus melioris valetudinis, quin menſe Martio tripes gradi inciperet, ac tandem etiam ad aram Infirmariæ Miſſam facere, atque Muſæum reviſendum aſcendere; quin etiam grandiora nonnulla moliri pro menſe Junio, quam fere totum ordinatum reliquit, ſingulis, quæ perficienda dimittebat, accurate notatis. Verum cum perveniſſet ad decem Millia Militum Martyrum, in monte Ararath (ut fertur) crucifixorum, ac die xx. Junii Romano hodierno adſcriptorum; cum plurimum ſeſe torqueret, in narratione, multimodis vacillante, ad aliquam veroſimilitudinis ſpeciem adducenda; expertus fuit, cum dolore noſtro, ſuarum tunc virium non fuiſſe applicationem animi tantam, quantam requirit difficilium quæſtionum, olim ipſi tam prompta, diſcuſſio. In his ergo fruſtra laſſatum, regreſſumque ad cubile, quod jam inde a principio morbi in valetudinario communi acceperat, iterum defecerunt greſſus, non jam amplius ſcipione fulciendi, reliquo tamen corpore adhuc valente, & vegeto ſatis cerebro.

jamq; ſperat reſtituendum ſibi,

32 Cogitabam igitur quid iſtic occupationis ei ſuggerem, dum ipſe in Muſæo utilius occuparer: nec quidquam aptius comminiſci poteram, quam id, in quo minime verſatus multum fuiſſem laboraturus, & quod ipſe varia praxi facillimum ſibi, quin & jucundum fecerat, licet alioqui jejunum ac tetricum; ordinare videlicet Martyrum eorum claſſes, quorum, præter C nomina locumque Martyrii, nihil nos docere poſſent Hieronymiani (ut appellamus) Martyrologii ecgrapha quatuor, cum aliis vetuſtioris notæ Martyrologiis collata. Prius autem quam id faceret pro ultimo ſacri anni ſemeſtri; oravi ut Januarium ac Februarium ſuppleret, nulla magis parte quam iſta deficientes: unicum enim Epternacenſe MS. vetuſtius quidem, ſed & mendoſius aliis, *BOLLANDO* præluxerat. Hoc agenti neceſſe fuit multos occurrere, quorum commemoratione augeri poſſent claſſes ad dies ſingulos Prætermiſſorum, & in alia parte operis tractandorum copioſius: circa alios quoque eorumdem primorum menſium Sanctos, fideliſſima ad extremum viri memoria infinitam ſuggerere poterat copiam notitiarum, poſt illos editos acquiſitarum, nec hactenus ſcripto mandatarum, magnoque uſui futurarum poſteris, iuſtius bimeſtris ſupplementum laboraturis.

cum pro ſupplemento adhuc priorum menſium utiliter laborat,

33 Et videbatur ille aliquantis adhuc annis ejuſmodi laborem continuaturus, conſtanter firmo judicio ac memoria utens; ſed futurorum providus, & tamquam mox migraturus, de Succeſſoribus poſt ſe relinquendis ſollicitabatur, non libenter in meo unius capite periclitari operis reliquum paſſurus diutius. Permovit itaque D Superiores, eodem etiam per ſe inclinatos, ut, quem ipſi jam pridem cogitatione deſignaverant ſua ſententia aptiſſimum (neque enim delectum ſibi volebat relinqui, jam ſemel iteſumque ſpe ſua fruſtratus) ut eum, inquam, quem ipſimet cenſuiſſent nobis aptiſſimum fore ex junioribus Sacerdotibus, mihi quam primum jungerent Adjutorem; *CONRADUM* autem *IANNINGUM*, duorum & ſemis annorum experientia inſigniter probatum, Romam mitterent, ſcientia Theologica ibi imbuendum, ubi cum omnium ex tota Europa nationum Patribus firmare amicitiam poſſet, perpetuo deinceps uſui futuram; multaque coram per ſe videre, quæ vidiſſe plurimum gaudebamus ipſi, propter inſignes fructus ex Romana peregrinatione relatos. Sane vix poſſim explicare verbis, quantæ per hos annos quatuor utilitates ex illo conſilio nobis emerſerint, & quantæ porro accreturæ prævideantur. Jam enim ille ad hæc ſtudia revertit; quibus ut omnem vitam ſe devoviſſe profiteretur, elegerat anno 1684. ipſum feſtum Sanctorum omnium, primitiis Sacerdotalibus offerendis.

Interim Succeſſorem Romā deſtinat, A. D. P.

34 Iſtis ſic ordinatis, cum etiam Lovanio adductum vidiſſet *HENSCHENIUS*, qui ſibi promiſſus fuerat, *P. FRANCISCUM BAERTIUM*, & mores indolemque probaſſet; cœpit cum Symeone dicere. Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, in pace, quia viderunt E oculi mei ſucceſſuros poſt me. Certe pauciſſimis poſt hujus adventum, & illius diſceſſum diebus, id eſt die 5. Septembris, cum pridie adhuc more jam ſuo aliquot Martyrum claſſes ordinaſſet, deſcripſiſſetque pro die 27. Januarii, & pro die ſequenti deſignaſſet nominibus collectis materiam; noctem inquietiorem expertus, ſenſit febricula aliqua ſe teneri, eademque omnino qua ante menſes undecim infirmitate. Quapropter omnino judicans de lecto non ſurrecturum ſe amplius, & inde brevi efferendum; aliud nihil deinceps voluit cogitare aut loqui, niſi de morte oppetenda quam religioſiſſime poſſet. Itaque de tota vita ſua mihi, cui uni fidebat plurimum, ſolicite confeſſus accurateque; ac deinde exomologeſi quotidiana, ante ſuſcipiendam Euchariſtiam, ſupplens quidquid forte præteriiſſe ſe putabat, aut minus diſtincte explicuiſſe, animo quoad cetera plane tranquillo, jacebat ultimum agonem operiens. Habebat autem magnam in Dei miſericordia Sanctorumque interceſſione collocatum fiduciam: & quod antea, infirmis aſſiſtens ipſe, iis ad ſpem bonam erigendis frequentius præcinere ſolebat verbum Pſalmiſtæ, Miſericordias Domini in æternum cantabo, nunc quoque identidem oc- F cinebat ſibi ipſi; crebris amoris actibus voluntariæque oblationis præludens egreſſui ſuo, quem etiam noſtrorum externorumque ſe viſentium precibus ſolicite commendabat.

pro quo ſibi tertiū adoptat.

Iterum correptus, & propinquā mortem præſagiens:

35 Inter externos, pridie quam moreretur, fuit Reverendiſſ. *DOMINUS LAMBERTUS BOVILLON*, Letienſis Abbas; quem advenientem verbis tam apte meditatis excepit, ſuo ac Societatis nomine agens gratias pro beneficiis, quibus deceſſores ejus *BLOSIUS*, *VVINGHIUS*, & *LUTTENUS*, tum utramque provinciam Belgicam affecerant plurimis, tum ipſum de Actis Sanctorum opus primi juverant; ut optimus Prælatus, ad extremas benedictionem poſtulantis voces, non potuerit ſibi temperare a lacrymis, amoris potius quam doloris; audiendo ea ætate Senem, deque Eccleſia tota tam bene meritum, tali in articulo, fracta jam voce, adeo præſentem habere præteritorum memoriam; tamque humiliter polliceri preces ſuas, pro felici monaſterii Letienſis ſtatu fundendas ad Deum, ſi quando in hujus conſpectum venire mereretur. Eo digreſſo cœpit magis magiſque deſtitui viribus, pleni nihilominus ſenſus compos uſque poſt meridiem diei ſequentis, quando intelligi deſierunt

excipit Abbatem Letienſem,

& moritur 11. Septembris 1681.

Digitized by Google

A fierent quæ loqui ſubinde nitebatur: ac demum ſub horam, qua veſperi ad ſalutandam Deiparam ſignum datur, placidiſſime exſpiravit, in frequenti noſtrorum corona, feria 5. die 11. Septembris; viginti circiter horis citius, quam annus a morte Magiſtri ſui *BOLLANDI* decimus ſextus totus effluxiſſet; ut poſthac utriuſque anniverſariam memoriam continuata dierum ſerie recolere poſſemus ſucceſſores, ingreſſi in ejus tot annorum labores ſtudiorumque copioſiſſimum inſtrumentum, ab eodem dimidio fere ſeculo collectum.

A. D. P.

magno cum ſenſu eruditorum,

36 Nuntiatam mortem, quo ſenſu exceperint eruditi per omnem Europam amici, haud facile dixerim. Teſtati eumdem meæque orbitati compaſſi per litteras multi, aliqui etiam pangendo carminibus variis leſſo; quorum tamen nihil hic referam, ne in tanta eorum multitudine, alios aliis prætuliſſe arguar invidioſo delectu. Unus pro cunctis ſit Adm. Reverend. Pater *CAROLUS DE NOYELLE* diſcipulus aliquando *P. GODEFRIDI*, humaniores docentis litteras, Cortraci in Flandria, tum vero *ASSISTENS* Generalis Præpoſiti pro Germanicis provinciis, ac paulo poſt ipſemet *GENERALIS* electus; qui ad geminas meas diverſiſſimi plane argumenti litteras, in hæc verba reſcripſit: Magnum B ex prioribus Rev. veſtræ litteris ceperam ſolatium, quod renuntiarent mihi valetudinem bonam *R.P. HENSCHENII*; ſed illud brevi poſt ademerunt aliæ, indicantes mortem inexſpectatam ejuſdem venerandi & amantiſſimi Magiſtri mei. Inſperato nuntio perculſus fui eo quo par eſt ſenſu doloris: quamquam non eſt quod condoleam optimo Patri: gratulatione potius proſequendum cenſeo, utpote ex hac miſera translatum ad vitam felicem & immortalem in glorioſa beatorum ſocietate. Ita eſſe firmam facit nobis fiduciam vita ipſius religioſiſſime acta. Nihilominus diſcipuli non ingrati officio functus ſum, parentando ſacrificiis cariſſimo meo Magiſtro.

& Adm. R. P. Generalis noſtri, ejus quondam diſcipuli.

§. VII. *Animi corporiſque dotes ſingulares, in Henſchenio notatæ.*

37 *Vir corpore robuſtus,*

Habitudine corporis, ut ſupra dicere cœpi, firma atque robuſta imprimis erat *P. GODEFRIDUS HENSCHENIUS*, & ad quoſcumque labores ſuſtinendos comparata: nam licet ægrotare ſic aliquando, etiam primo horum ſtudiorum vicennio; morbi tamen (ut ille quem contraxit Lovanii, vitam ſuam pro *P. BOLLANDO* offerens) in exercitio caritatis, quibuſcumque infirmis ſe impendentis, ei advenerunt; unde C etiam peſtilentem contagionem bis hauſiſſe creditus a Medico eſt: ſed maturato remedio expuliſſe, prius quam ad domeſticos perveniret notitia mali, ſolum Superiorem, Infirmarium, ac Medicum conſcios habentis. Complexio ejus, ſanguinea magis quam cholerica, ita primo illo humore abundabat, ut ad extremam uſque ætatem opus haberet annua uti phlebotomia ſemel iterumque: qui autem e venis educebatur ſanguis, talis etiam tunc apparebat ac ſi fuiſſet pueri duodennis. Toroſa membra & nervis magis quam adipe ſuffulta caro, etiam ſenis: unde non ſolum junior itinera prolixa obire pedes, ſed & adultior amabat: in Romana autem peregrinatione, ſexagenario major licet, haud minus viæ emenſus eſt pedibus per hiberna quandoque frigora & æſtivos calores, quam ſi e Belgio Romam ſic eſſet peregrinatus. Ita Faventia Ravennam ivit, intervallo milliarium Italicorum 30. die 14. Kalendas Decembris; & Prumia Treveros tendens, quod octo leucarum iter futurum erat, felici per ſilvas errore abductus Biburgo, unde ei propter graſſantem iſtic peſtilentiam invia fuiſſent cetera, neceſſe habuit, decem omnino leucas die illa per valles monteſque conficere, licet ſeptuagenario propinquus, ut ſaltem Hemelradium perveniret: & tamen nihilo inde minus die ſequenti valuit. D

ſed magis animo;

38 Animi vigor, robori corporis par, fecit ut inde a principio tractandorum Actorum in difficillimas quaslibet quæſtiones audenter ſe immergeret, nec niſi ſalebras eluctatus remitteret ſtudium, mirante & plaudente ad ſucceſſus inſperatos *BOLLANDO*: nulla tamen ae alia rerum ſubito famæ ſibi Societatique Belgicæ acquiſivit inter eruditos Francos, quam retectione Dagoberti II. Auſtraſiæ Regis ſatis diuturni, & ingrata pluſquam mille annorum oblivione apud Hiſtoricos ſepulti, quem primus docuit a primo ejus nominis ultimoque diſtinguere. Ad hæc aliaque, noviter ab eo producta, Hiſtoriæ univerſalis ordinandæ adjumenta invenienda, conferebat multum memoria excellens, adeoque tenax ſuſceptarum ſemel ſpecierum, ut longo poſt tempore fideliter repræſentaret quidquid auditus viſuſve impreſſerat. Hinc fiebat ut domeſticis fere omnibus pro indice bibliothecario eſſet; de quacumque interrogaretur materia, prompte ſuggerere ſolitus Auctores eam tractantes, ſignando inſuper librorum colorem, formam, pluteum, quo eſſent exquirendi. Imprimis autem ea res commoda erat *P. BOLLANDO*, graviori corporis [illegible] mole difficilius ſe commoventi ab eo loco, quem ſemel ad ſtudendum occupaverat; dum afferret referretque *HENSCHENIUS* libros, quoſcumque petiiſſet ille, magnum ea ratione faciens compendium temporis ſui alienique. E

memoria perquam tenaci,

39 Neque privatim tantum, ſed etiam publice aliquando profuit Profeſſæ huic Domui felicitas illa, quidlibet facile recordantis memoriæ. Regebat eam Præpoſitus *P. IOANNES TOLLENARIUS*, cum circa donationem quamdam ab heredibus donatoris lis adeo gravis perplexaque eſt mota, ut extremum in cauſa reſponſum ſcribens Advocatus, alias verſatiſſimus, capitalia quædam puncta diſſimulanter tranſiret, quibus ab adverſario reſumptis, neceſſe erat ſequi ſententiam contrariam nobis. Animadvertit hoc *TOLLENARIUS*, jamque non tam de pecunia ſatis grandi, quam de futuro in omne tempus præjudicio æſtimationeque Societatis ſollicitus, reſponſum ipſe meditabatur, ut erat forenſium rerum juriſque civilis bene peritus; ſed temporis brevitas multa ſcrutari prohibebat. Interim accidit, ut, ſolatii potius quam conſilii cauſa, rem communicaret cum *P. GODEFRIDO*. Bono hic animo eſſe jubet; eumdem aut ſimilem caſum inter Romanæ Rotæ Deciſiones notatum ſibi ait, qui fuerit in favorem Domus Profeſſæ reſolutus. Igitur ad Bibliothecam, exhibetur liber, *TOLLENARIUS* in cubiculum ſe recludit, F poſcit allegatos ibi auctores, intraque duodecim horas ea colligit reſponſionis formandæ capita; quæ poſtridie cum Advocato digerenda traderet, obſtupuit ille tam cito perfectam videre rem, quam negabat ſe plurium hebdomadarum ſtudio conſecuturum fuiſſe. Quid plura? Producitur in judicium formata reſponſio; hæret adverſæ partis Advocatus attonitus, deſperat exitum cauſæ felicem quem jam manibus tenere credebat: compoſitionem amicam ſuadet, ſæpe fruſtra a Societate petitam: & hac de ſummo jure libentius decedente, quando jam ſalva æſtimatione licebat, atque honeſtiſſimæ familiæ amicitiam præferente pecuniario majori emolumento, concordia initur. Tum vero libuit Præpoſito interrogare *HENSCHENIUM*, quomodo occupatus ſtudiis, toto, ut dicitur, cælo diverſis, animum in ſimilia notanda intenderet; ille vero reſpondit, moris ſibi eſſe, quemcumque novum librum emebat, Bibliothecæ majori inferendum, prius ſaltem curſim evolvere per titulos præcipuos: itaque notaſſe caſum de Domu Profeſſa, quem alias credens poſſe prodeſſe, memoriæ commendarit. Ex eadem etiam penu concionatoribus quibuſdam, occupatioribus erga proximos, & minus

qua etiam aliquando rem domeſticam ſingulariter juvit,

ſub difficili labore [illegible]

cum ejuſdē fere totos ſibi notatos recordaretur.

moroſis

A moroſis ad alienos conceptus uſurpandos, quandoque A. D. P. ea libris ita curſim evolutis deſignabat integrarum Octavarum vel Adventuum argumenta, præconcepta a ſe ac mente digeſta. Tantæ tamen memoriæ, quoties allegandus locus quiſpiam ipſi in ſuis Commentariis erat, fidebat nihil; quin ad librum recurreret, indeque immediate transcriberet: quod quanti in re noſtra momenti ſit, frequenti comperi in utramque partem experientia.

Par et ad ſtudia & labores aſſiduitas

40 Illis ingenii memoriæque prærogativis adjungebat aſſiduitatem tantam, ut BOLLANDUS ſæpe diceret; Ferreum videri, qui etiam rigidiſſima hieme ad quinque aut ſex horas continuaret ſtudia abſque ſolatio foci; ſiquidem nec aliæ ullum iis ponebat intervallum, niſi obedientia vel caritate avocante. Quamvis autem Societatis indulgentia ſoleat ſuis, & potiſſimum iis qui occupationibus intellectus applicantur, unum aut dimidium per hebdomadam diem concedere laxando animo, ambulatione, colloquio, vel alia honeſta ratione; ea aut numquam aut rariſſime utebatur HENSCHENIUS; quinimmo meridianæ recreationis communem omnibus horam, quamdiu Bibliothecæ curam geſſit, impendebat ordinandis diſponendiſque in ea libris; in eamdemque horam librariis ac bibliopegis condixerat, ne quid ſcilicet detraheret temporis quod optabat Actis Sanctorum

omnem Bibliothecæ impenſa opera,

B impenſum. Atque utinam ſolum hoc curaſſet etiam primis viginti annis, neque ita ſe occupaſſet emergentibus ex frequentatiſſimo Confeſſionali curis & crebra exterorum ad Bibliothecam ſpectandam venientium deductione, ut iis duas fere temporis ſui partes impenderet, cum via alius (ſi unum alterumve exceperis) noctu diuque ſæpius accerſeretur ad ægros; domi vero aſſiduus alias, identidem accerſeretur a portario pro Bibliotheca advenis monſtranda. Sane, ſi hæc non fuiſſent, poterat Auguſtus menſis ſub prælo jam eſſe; ſed eximia caritate omnibus factus omnia, nemini nullique obſequio negare ſe poterat: unde numquam ſic immergebatur ſtudio, quin hora quavis prompte aſſurgeret, ſiquis domeſticorum appellaret eum pro libro aliquo ſibi inveniendo.

& aliis collegiis in re libraria;

41 Neque his tantum, ſed etiam aliorum Collegiorum Rectoribus ac Bibliothecariis (ut tunc erant tempora) ſatis largis ad augendam librariam ſupellectilem, obſequebatur tam ſedulo, ac ſi unus omnium hoc in genere procurator fuiſſet; opera a rerum peritis tanti æſtimata, ut R. P. FERDINANDUS DEL PLANO, pluries in hac noſtra Provincia Rector, aliquando dixerit, eam judicio ſuo comparandam videri integræ unius C Collegii fundationi. Erat enim non minus aliis quam ſibi induſtrius, ut quam optimos, quamque commodiſſimo pretio libros emeret; in quo ne falli forſan poſſet, nolebat uni alicui bibliopolæ obſtringere ſeſe; ſed malebat per officinas diſcurrere diſcernendo licitandoque, neque inconſulte prodigus, neque ſordide parcus; ſemper autem ſolicitus, necubi crearet debita, curam ſucceſſoribus relictura. Hoc vero quia notum Superioribus erat, minime anxie requirebant ab eo accepti expenſique rationes; maxime cum ex domeſtico ærario acciperet aut requireret nihil; imo nec a perſonis ejuſmodi, quarum liberalitas alias fuiſſet ad propriam Domus noſtræ paupertatem ſublevandam derivata.

Quam largus etiam erga alios liberalis & beneficus,

42 Mirantibus porro unde ei ſemper ſufficeret pecunia, ſive ad emendos tam copioſe libros, partim Muſæo ſuo, partim communi Bibliothecæ inſtruendis, ſive ad præſtandas mercedes conductis ubique ad tranſcriptionem veterum codicum ac monumentorum librariis, ſive etiam ad itinera ſubinde prolixiora eumdem in finem ſuſcepta; Deus, inquiebat, & Sancti, valde divites ſunt, nec eorum unquam exhauritur ærarium. Addebat inſuper ad aliorum, præſertim Superiorum inſtructionem, Evangelicum illud: Date & dabitur vobis. Etenim, ut erat cordis ampli ac liberalis, de libris quos duplicatos triplicatoſve inveniebat, vel quos accipiebat D aliunde donatos, licentiam diſponendi generalem habens, largiebatur Collegiis tenuioribus corbes quandoque plenos: & fuit cum Hibernis noſtris, ad conſtituendum Dublini Collegium proficiſcentibus, de integra bibliotheca proſpexit. Similiter largus erat erga Indicarum Miſſionum Procuratores, huc forte appellentes, ſive per ſe ſive per externos; ad quos viſendos ipſe eos deducebat, nequaquam timide pro iis ſubſidia ſolicitans, neque exiſtimans aliquid ſibi per hoc decedere: unde factum ut HENSCHENII caritas apud Indos quoque & Braſilos celebraretur, indeque ad eum ſcriberetur a variis, gratanter commemorantibus beneficia ab ipſo in ſe ſuoſque profecta, & nova obſequia poſtulantibus. Eadem præſtare gaudebat noſtris in Hollandia vel Anglia Miſſionariis, tamquam eorum in rebus Agens Antverpiæ conſtitutus, donec ſuos illi proprios hic habere cœperunt.

Ipſe gratus omnibus, & quo poterat grato.

43 Nullus fere appellebat ab externis Provinciis hoſpes, quem non gratioſe libenterque deduceret ad ſpectabiliora quæque hujus ornatiſſimæ urbis viſenda: quapropter cum & ipſum contigit Romam peregrinari, ubique fere inveniebat notos, quos & facillime recognoſce- E bat, beneficio tenacis memoriæ, nomina, tempus, & occaſiones ſuggerentis, per quos ipſos coram viderat juveratque. Erat proinde gratiſſimus omnibus & expectatiſſimus hoſpes; cavebat tamen ne cui eſſet Collegio gravis mora longiori: cumque ea forte opus ſibi erat, ut fuit Tridenti, Venetiis, Romæ, Florentiæ, Mediolani, atque Pariſiis; ultro præſtabat proportionatos tempori ſumptus: non diſcedebat autem ex tenuioribus Collegiis, ubi vel diebus paucis diverſatus erat, ita exigentibus quæ viſenda deſcribendaque occurrebant Sanctorum monumentis, niſi relicta eleemoſyna aliqua. Nempe qui omni vita ſua ſemper fuerat erga benefactores ſuos gratiſſimus, etiam poſt annos triginta aut quadraginta commemorare ſolitus quid quiſque ſibi præſtitiſſet, ſolicituſque ut ſingulos religioſo aliquo, prout tempus ferebat, remuneraretur donativo; in iſto itinere vel maxime laxabat ſeſe, ad minima etiam officiola compenſanda.

Ejus in ſuſtinendis ſumptibus magnanimitas,

44 Toto eo tempore, quod viginti novem menſium fuit, fateor equidem obſtupuiſſe me ſæpius, neque capere potuiſſe, unde hæc ei afflueret copia. A Domo quippe præter veſtem extulerat nihil, pollicitus citra illius aut Societatis gravamen iterum rediturumque ſeſe: nec tamen niſi in annum unum (non opinatus diutius ſe abfuturum) proſpexerat ſibi ex liberalitate amicorum F ſtudiis ejus privatim faventium. Quo autem major eidem Romæ meſſis, quam animo poterat præconceperat; eo ſumptuoſior erat ibidem & mora, occupatos habenti amanuenſes, quandoque ſenos ſeptenoſque. Ipſe tamen petendo in eam rem ſubſidio abſtinens, ac ne Pontifice quidem, qui Romam invitaverat, appellato, fidebat Deo; fortuitiſque ac fere ultro oblatis, vel ex Belgio ſubmiſſis eleemoſynis ſuſtinens quidquid id oneris fuit; ſuæ in Deum Sanctoſque fiduciæ fructum referebat minime pœnitendum. Nam etiam reduci ſatis fuit, ut ſequenti ſeptennio toto occupatum Romæ haberet Græcum quemdam Abbatem, ex Codicibus Vaticanis tranſcribentem nobis, quæ deſignaveramus excipienda, Sanctorum plurium ſæpe prolixiſſima Acta, uti in Martio, Aprili, ac Majo videre eſt.

Fiducia in Deum ſublimis.

§. VIII. *Grata & utilis cum ſummis infimiſque converſatio P. Godefridi.*

Cum externis & convictoribus gratioſe,

MAximam HENSCHENIO gratiam apud omnes, quibuſcum vel ſemel ageret, potiſſima ſi viri eſſent litterarum librorumque amantes, conciliabat ſin- 45

cerus

A cerus quidam animi candor, quo eruditi ſui pectoris theſauros aperiebat, minime moroſus communicator eorum quæ noverat. Sin autem in alterius conditionis perſonas inciderat, etiam illas devinciebat ſibi, ſuoque tenebat ex ore ſuſpenſas, dum exempla Sanctorum, aut viſa per iter eorumdem monumenta explicaret facundo hilarique ſermone, identidem eorum admiſcens nomina, quorum obſequiis ſacer aut benevolentia uſus; ut nemo non gauderet ſimile quidpiam præſtare ei, quem videbat tam gratanter recordari ſingulorum, quin & ſcripto excipere plurium benefacta, in ipſis Sanctorum Actis, quando ſic res ferret, etiam a poſteris commemoranda. Id vero non faciebat, fortuito effundens quidquid primo in buccam veniſſet; ſed præmeditabatur ſolicite puncta aliqua, quæ tali loco, tempore, atque conſortio poſſet adducere, quod & dexterrime faciebat: totius enim itinerarii noſtri rationem deſcriptam ſibi in memoria habebat, certius quam ego in charta, (cum diſtinctiſſime recordaretur, quid Romam vadens rediensve quolibet die feciſſet, & ubi fuiſſet) non deerat idonea apud hoſpites qualeſcumque materia, loquentem a menſa audire vel ſuper ea cupientes. Nihil in eo B fucatum, nihil affectatum apparebat; ſed neque inconditum aut ruſticum quidpiam: quæ eadem res magnos infimoſque ei pariter adjungebat; unde eo tempore, quo publicum in eccleſia noſtra Confeſſionale tenuit, ab utriſque æqualiter ſtipabatur: & licet pauperibus ſe impenderet prolixius, æſtimabatur tamen requirebaturque a primoribus civitatis; quorum cum viginti quatuor annue legantur ad gerendum Magiſtratum, ficbat aliquando ut ex ſolis *P. GODEFRIDI* Pœnitentibus, uno anno duodecim ſupremum illum in republica gradum tenerent.

& utiliter ſodiens,

46 Cum vitis Principibus tam diſcrete graviterque ſe habebat, nec minus reverenter, ſive dum itinera faceret peregrinus, ſive dum morabatur Antverpiæ, eoſque illic in Muſæo vel Bibliotheca exciperet Hoſpites; ut ejus ſæpe poſtea meminiſſent, ſi forte in aliquem noſtrum incideret. Id non ſemel contigit experiri Germanos Patres, agentes cum Principibus ſuis, etiam heterodoxis: quamquam cum his agens, numquam eos dimitteret, quin libere, ſed ſuaviter, infigeret aculeum admonitionis ſalubris, ad Catholicam Religionem, ſaltem fovendam in ditionibus ſuis. Accidit ergo ut quidam Electorum Germaniæ, diſſimulata apud vulgus perſona C ſua in Belgium appulſus, & cum uno alterove comite ingreſſus Muſæum, dum curioſius luſtranti ſingula importunus aliquis mentionem intuliſſet de ſectis a Catholica religione diverſis, diceret ſe credere in Deum & Chriſtum, cetera relinquere Monachis Prædicantibuſque diſputanda. Tum Pater *GODEFRIDUS*, aſſumpta dextere occaſione, ſic ei fecit ſatis, ut haud cunctaretur agnoſcere, credendum inſuper in Eccleſiam eſſe; eamque viſibilem, ac ſub viſibili in terris capite Chriſti Vicario teneri ſecotius, licet putaret excuſari ſe poſſe, quod eam ipſe non ſequeretur. Hic deinde cum reverſus in propria eſt, noſtrum mox ſui Patrem ad menſam voluit habere convivam, pluſimamque locutus de Patre quodam Sene, Acta Sanctorum ſcribente (nomen exciderat e memoria) magna cum viri laude, ſubridens addidit, In paucis quoque me ſuaſiſſet Papiſtam fieri. Sane tam dilucidus, tam peremptorius erat, cum Principe illo magno per paucas interrogationes ultro citroque habitas, ſermo; ut cum eumdem aliquando (quod ſæpe apud heterodoxos ſe inviſentes faciebat) iteraſſet Venetiis audiente me, coram juvene quodam Amſtelodamenſi Bibliopola, aliter quam Catholice educato, & de capeſſenda Religione tum forte deliberante; idem ſtatim in animo ſuo ſtatuerit (quemadmodum poſtea faſſus eſt) Catholicus fieri: quod & alii plures uſu ſibi veniſſe profeſſi ſunt. Monita ſcilicet nervoſa ac brevia, ſibi Bibliothecam Antverpienſem viſitantibus gratioſe a Patre Bibliothecario data, fatebantur tam altas in animis ſuis fiaiſſe radices, ut denique poſt annos plures optatos ſalutis fructus tulerint.

etiam heterodoxos Principes,

adverſarios devincit.

D

47 Cum Catholicis tamen Principibus ſi ſibi agendum eſſet, agebat familiarius liberiuſque; ſed non niſi de Deo, vel de rebus ad ſacram hiſtoriam libroſque ſpectantibus: magis tamen cum Excellentiſſimo Alberto Dalembergio Principe Barbançonio, quem arce Antverpienſi detentum, Spiritualibus S. P. N. Ignatii Exercitiis excoluerat; & ut ſuum ſpiritualem filium, quamdiu iſtic fuit, perrexit viſitatione hebdomadaria ſulari. Hic, ut erat inſigniter eruditus, nec alios fere quam eruditos viros vel religioſos ad ſe recipiebat; pro conſuetudine nonnullorum, quempiam ex antiquis quaſi proprium ſibi deligentium, L. Annæum Senecam, ut præſenti ſuæ fortunæ congruentiorem, cœperat legere & admirari, ejuſque ſententias uſurpare inter familiares cum litteratis diſcurſus; uſurpandoque dicere, Meus Seneca. Hoc eum ei aliquando apud *P. HENSCHENIUM* excidiſſet, iſque præter morem in ſubitum erupiſſet riſum: interrogavit Princeps, Ecquid ita rideret. Reſpondit ille: Quo devenimus Chriſtiani? *PRINCEPS BARBANZONIUS* ſuum nominat Senecam! Quin ſua Excellentia dicit? Meus Chriſtus. Nec pluribus opus fuit. Vera monere dixit Princeps, ignoſci ſibi vanitatem hanc petiit, nihil ejuſmodi ex ore ſuo poſthac audiendum promiſit: quin & ipſam Senecæ lectionem abdicaturum ſe, quando unica ſententia Evangelii Chriſti plus veræ ſapientiæ ſolidæque conſolationis poſſet animo Chriſtiano adferre, quam aurea Stoici Philoſophi dicta omnia. E

Cum Principe Barbançonio familiariter agit,

de rebus ſpiritualibus;

48 Extat etiamnum apud me una Epiſtolarum ejus ad *P. GODEFRIDUM*, data poſt liberationem a carcere, Bruxellis anno 1655. 2. Kalendas Maji; qua declarat quanti hunc virum ſemper fecerit, & quam religioſa ſimplicitate fuerit ab eo cultus. Epiſtula tua, inquit, data 4. Idus menſis hujus Aprilis, iterata amicitiæ noſtræ teſſera fuit. Quia amas, ſcribis: & quam ſemper amaverit, oſtendis. Tam bonum affectum pro beneficio habeo, & inde maximas rependo grates. Quocumque demum res meæ devenerint, ſive fortuna riſerit, ſive noverca vultum verterit; beneficiorum, quæ in me contulit ſanctiſſima veſtra Societas, memoriam numquam deponam: eam univerſam magis ac magis ſemper ſuſpiciam; ſed maxime Antverpienſem familiam, ex qua moleſtiarum mearum tempore tam multa conſolationum genera recepi, libentius ac religioſius colam. Benevolentiæ tuæ fontes in me perennes fuerunt, & tam copioſo latice fluxerunt, ut abundarim. Utinam tam facile gratus ſim, quam libenter agnoſco me obligatum! Dabit Deus publicis ærumnis aliquando finem, ut quemadmodum amor noſter nulla temporum injuria impediri poteſt, ita in quiete rerum plenos liberoſque amicitiæ fructus capiamus. Munus veſtrum gratiſſimum fuit: illud familiæ meæ diſtribui, unde ego & uxor mea cum liberis gratias agimus, rogamuſque ut nos Deo commendes. Ut fælices facias, vale: & perge, ut ſcribis, me amare. F

eumque ſibi mirifice obſtringit;

49 Quale fuerit munus iſtud, cujus tam gratanter meminit humaniſſimus Princeps, quodque uxori ac liberis commune fecerit, haud difficulter conjecto, cum memini ex ipſo audiviſſe me ſæpius, etiam Ducibus Luneburgenſibus, quamvis profeſſione Lutheranis, expetitas aliquoties fuiſſe Cruculas Caravacanas, cum forte alicui eorum domeſtico Catholico, Antverpiam patriam ſuam reviſenti, unam dediſſet, cum epitome hiſtoriæ explicationeque virtutis, quam divinitus habent contra fulmina atque alias aereas intemperies. Ita, quæ Religionis noſtræ & ſuæ profeſſionis erant, libere cum quibuſvis,

eidem & aliis Caravacanas Cruculas commendabiles reddit

citra affectationem obſequioſus,

A bus ſvis, etiam primæ notæ viris, tractabat *HENSCHENIUS*; alienus ab aulicismo & affectata urbanitate, qua arbitrabatur gratiam Magnatum amitti citius quam obtineri: cum illi nihil niſi ſeria & pia a nobis exſpectent; in aliis, quæ ipſimet percallent, noſtram rideant infantiam. Tali autem libertate maxime utebatur apud illos, cum infirmos reperiebat; quando ajebat eos, æque ac alios, eſſe Dei captivos; proinde audire libenter ea quæ ſalutis ſunt. Sic in omnem vitam obſtrinxit ſibi Ampliſſimum *D. STOKMANS*, ſacri Concilii Regii Senatorem, unum ex nominatiſſimis; quem intelligens Antverpiæ Paſchali tempore graviter decumbere apud amicum; eumdem, numquam alias ſibi viſum, adivit fidenter & ultro; ſuaſitque eo tempore, ſaltem ſecreto, petere ſanctiſſimam Euchariſtiam: nam publice adminiſtrari quaſi de vita deſperatum (quod necdum erat, Bruxellas tamen continuo pertuliſſet rumor) non expediebat. Ille vero tam gratanter admiſit conſilium (id ipſum quippe ſummopere cupiebat, ſed modum non inveniebat) ut numquam deinde Antverpiam veniret, quin Patrem ſuum *GODEFRIDUM* viſeret, Bruxellis autem apud Collegas ſuos omnes commendaret virum, ut cujus primum ſinceram expertus pietatem, deinde & doctrinam cognoſcere cœperat.

B 50 Denique erat *P. HENSCHENIUS* ſummis & infimis, domeſticis & externis percarus: quia omnibus largiſſima caritate impendebat ſe; ſub extremos vero D vitæ annos adeo non moroſus ſenex, ut infirmus quoque A. D. P. jucundiſſimus eſſet, ſuaque amabili hilaritate laborem levaret ſe curantium infirmariorum, quorum nemo ei non libentiſſime miniſtrabat. Etenim humillimo gratiſſimoque affectu obſequia eorum excipiebat, eadem apud Superiores & alios inviſantes prolixe prædicabat, orationibus etiam addicendis remunerabatur. Factus autem paralyticus, cum interim annum octogeſimum explesſet, amœno joco ſeipſum vocare ſolebat puerum menſium trium, quatuor, quinque (prout ſcilicet procedebat annus) qui inſtar pueri cubitum locari, rurſumque relevari per alium deberet, in aliiſque corporis neceſſitatibus ſimili modo juvari: unde & confidimus cœlorum eſſe regnum aſſecutum, quod ad infantilem innocentiam reverſis appromiſit Chriſtus, & talium omnino eſſe aſſeruit. Atque hæc de externa *P. GODEFRIDI HENSCHENII* vita, cujus teſtes eſſe poſſunt quotquot noverunt, dixiſſe mihi ſatis: Internas virtutes, quarum arbitrum ſolum Deum, & ex parte Confeſſarios ſuos habuit, meum non eſt commemorare: ſed oranda benedicta illius anima, ut coram Deo Sanctiſque aſſiſtens, earum partem aliquam conſequi faciat ſucceſſores ſuos; ſimulque gratiam impetret non indigne gerendi, quod nobis decedens reliquit onus. E

& minime moroſus ſenex,

etiam cœlorum æternum ...

PRIMORUM TRIGINTA EPISCOPORUM
TUNGRENSIUM
AC
TRAJECTENSIUM
SERIES.

I s. Maternus, *ob. ſeculo* I.
II. s. Navitus, *ſeculo* 2.
III. s. Marcellus.
C IV s. Metropolus.
V s. Severinus.
VI s. Florentius.
VII s. Martinus, *ob.* 276.
VIII s. Maximinus.
IX s. Valentinus, *ob. ante* 344.
X s. Servatius, *ob. anno* 384.
XI s. Agricolaus.
XII s. Urſicinus.
XIII s. Deſignatus, *ſeculo* 5.
XIV s. Reſignatus.
XV s. Sulpitius.
XVI s. Quirillus.
XVII s. Eucharius I.
XVIII s. Falco, *ſeculo* 6.
XIX s. Eucharius II.
XX s. Domitianus, *circa* 560. E
XXI s. Monulphus.
XXII S. Gondulphus, *ſeculo* 7.
XXIII s. Perpetuus.
XXIV s. Ebregiſus.
XXV s. Joannes Agnus, *circa* 628.
XXVI s. Amandus, *renuntiat.* 649.
XXVII s. Remaclus, *renuntiat.* 660.
XXVIII s. Theodardus, *ob.* 676.
XXIX s. Lambertus, *ob.* 707.
XXX s. Hubertus, *Sede Trajecto Leodium translata, obiit* 727. 3. *Novembris.*

GODE-

A # GODEFRIDI HENSCHENII D

EXEGESIS HISTORICA

DE EPISCOPATU TUNGRENSI AC TRAJECTENSI

PRÆFATIO.

Poſt edita ante hos triginta ſex annos Sanctorum Januarii Acta, progrediens ad Februarium, cum S. AMANDI, Epiſcopi Trajectenſis *geſta ac miracula, a pluribus, etiam coætaneis ſcripta auctoribus, recenſerem, ut ea ad recepta nunc Chronologiæ modum, per annos Chriſti procedentem, ſed iis temporibus nondum uſurpatum, accommodarem; ac ſi quid obſcuram videretur, mutuiſque cum aliis hiſtoriarum veterum monumentis conſentiens, explanarem; mirari cœpi, cur tam acriter depugnarent recentiores quidam, ut oſtendam, nunquam* TRAIECTI *Cathedram Epiſcopalem fixam fuiſſe, ac nullos vere* Epiſcopos Trajectenſes *extitiſſe. Quare viſum mihi tunc fuit faciendum,* B *ut veterum ſcriptorum minime obſcura teſtimonia colligerem, cumque imbecillibus eorum argumentis conferrem; idque feceram in Commentario prævio ad eamdem S. Amandi Vitam § 7. Quia autem operis noſtri moles vaſta, ut nulla alia morarum cauſa inter venirent (quæ tamen poſtea intervenerunt plures) non promittebat lucem commentationi iſti tam cito atque amici optabant, & quædam tunc incidens neceſſitas exigebat; placuit ſingulari* Diatriba *haud paulum diffuſiori idem tractare argumentum, eique ad juſti libelli modum augendo duo alia vicina argumenta præmittere, partim ex jam dicto Commentatione prævia, partim ex ſimili altera prælucſura Actis* S. SIGEBERTI *Auſtraſiæ Regis: atque ita anno 1653. lucem ſeorſim vidit* Diatriba, *illa diſtributa in tres partes ſeu libros: quorũ Primus ipſum velati corpus Epiſcopatus Trajectenſis oſtendebat,* Populos *videlicet ad eum pertinentes eique ſubjecto; Secundus* Antiſtites *enumerabat, atque eorum annos (quod obſervare potueram) ad aſſtata nunc æra calculos adaptabat; Tertius denique liber* TRAIECTO *vetuſtum Cathedræ Epiſcopalis decus vindicabat. Sub hac primum mihi velut per nebulam viſus, denique in clara luce apparuit* DAGOBERTUS, S. Sigeberti *præmemorati filius,* C *non ſolum a morte ſui patris exul, ſed etiam reſtitutus in regnum, occaſionemque dedit alteri* Diatribæ, DE TRIBUS DAGOBERTIS FRANCORUM REGIBUS, *biennio poſt vulganda. Hic libellus quoniam cupidiſſime per manus eruditorum diſtractus pridem deſierat venalis haberi; nec parum novæ lucis, annis ſtudiiſque progredientibus, acceperam; primam quidem* Danieli Papebrochio, *ad elucidanda Sanctorum Martii Acta collega dare, commiſi* Genealogicum ſtemma Regum Francorum primæ ſtirpis, per tres *jam dictos* Dagobertos deducendum, *quod ille fecit in Exegeſi præliminari* II. *ad Tomum* III. *Martii: deinde ipſemet* Stemma Genealogicum poſteriorum Regum ſtirpis Merovingicæ, recognitum & emendatum, *præpoſui Tomo* III. *Aprilis; itaque effeci, ut ſingularem iſtam* De tribus Dagobertis Diatribam, *nemo jam amplius requirere debeat extra Sanctorum Acta, a nobis ſucceſſive jam edita. Idem ut facerem de prima, quam initio nominavi,* Diatriba, *& cujus pridem etiam exempla requiruntur, ſuaſit occurrens hoc menſe memoria* S. SERVATII, *ejus qui* TUNGRIS *Sedem tranſtuliſſe* TRAIECTUM *creditur; & ſaltem, ſepulcro ibi delecto, illius eo transferendi occaſionem dedit, miraculis poſt mortem incluteſcens ſimul & clarificans locum. Hanc ergo novam Exegeſim habe, non jam de Trajectenſibus tantum* S. SERVATII *ſucceſſoribus Epiſcopis, & poſterioribus ſtirpis Merovingicæ Regibus; ſed & de Tungrenſibus ejuſdem Sancti deceſſoribus, ac primis Francorum ante Dagobertos Principibus: ſicque hæc veluti coronis opera in hiſtoria Francica, per annos quadraginta quinque examinanda & illuſtranda a me collocata, eidem impoſita anno 1680.*

CAPUT I.

Urbs Tungrenſis antiqua. Ejus Epiſcopi priores decem.

Urbs Tungrenſis olim ſplendida. E

EPiſcopalis S. Servatii *Sedes fuit* urbs Tungrenſis, *Ammiano libro* 15. ampla & copioſa, *cujus murorum veſtigia imo & turrium per intervalla poſitarum etiamnum in agro vicino reperiuntur, quorum (ſicut Godefridus Wendelinus, in Natali ſolo Legum Salicarum, capite 7. teſtatur, dimenſa craſſities in imo extenditur ad pedes quinque, ſuperne ad quatuor; ibidemque tam intra quam extra illos muros inveniuntur quotidie numiſmata Romana varia, & cimelia rariſſimi operis: ipſa autem urbs fuit quadrata, & in ambitu habuit ſupra tria millia paſſuum ſeu leucam horariam; præterea ſtupenda machinationis naumachiam ibi videre eſt, quam mare dixerunt rudes; aliique inde ſumpſerunt occaſionem fingendi, Oceanum alluiſſe ad ipſa urbis mœnia: denique ex hac urbe viæ militares ſaltem tres proceſſerunt, prima nempe quæ ducit Bavacum Nerviorum, ſecunda quæ fert Coloniam Agrippinam, tertia quæ Noviomagum & in Tabula itineraria exhibetur. Populi vicini olim* Tungri *&* Advatici *appellati fuerunt. Julius Cæſar* Advaticos *ſemper nominavit, nunquam* Tungros: *at Plinius,* Tacitus, *aliique* Tongros *ſemper dixerunt, nunquam* Advaticos: *Ipſam vero Tungrenſem urbem antiqui* Atvatucum, *ſive* Advaticum Tungrorum, Advacam *ſive* Atvacam: *quæ videntur majoribus noſtris valuiſſe & forte magis integre pronuntianda fuiſſe,* Antwattich, *vel* Andwak, *id eſt* Ad-vadoſum *vel* Ad-ulliginoſum *ſecus fluminis tractum.*

Advatica dicta, & Advatica Tungrorum

2 *Obſcurioris etiam originis* Tongrorum *eſt appellatio: nam cum* Advaticos *quidem noverit Cæſar,* Tongros *ignoraverit; veriſimile ſit, quod Procopius aſſerere videtur, eos fuiſſe* Toringos, *qui ex interiori Germania in has partes venerint ſub Auguſto, eorumque nomen a* Torn *dictum (quæ vox* ſpinam, turrim, iram, *pro varia acceptione ſignificat) commutatum in* Tungros. *Horum longe olim patentem juriſditionem æſtimari aliqui ex eo jubent, quod dicta ab eis loca complura in varias longinque diſſitas procurrunt regiones. Sic* Tongerlo, *ſive* Tungrorum locus *in intimam procurrit Taxandriam, Antverpiæ quam Tungris multo vicinior Abbatia; & duplo quam hæc longius Boream verſus diſcedit Pelandia, paluſtris regio, ubi* Tongrenheim, Tungrin *&* Tungerlee S. Martini *dicuntur inveniri; in Comitatu, denique Namurcenſi* Tungrein *&* Tungreville; *atque in ulteriori Hannonia* Tungre Dominæ noſtræ *ac* Tungre S. Martini; *ut* Tungerlo *prope Moſacum prætereant. Sed hæc omnia non puto eſſe veterum liminum eo uſque protenſorum argumenta; ut ſummam enim hinc datur intelligi Capitulum Tungrenſe ſua iſtis locis habuiſſe prædia, indeque ea manſiſſe nomina, quod ad præſentem quæſtionem nihil facit. Ut ut eſt,*

F

hoc vero nomen poſt Julium Cæſarem captum audiit

hodie Tongeren,

A *abolite* Advaticorum *&* Thoringorum *vetuſtioribus nominibus, ſub hactenus nominantur* Tongri, *vulgo* Tongeren, *oppidum non magnum, quod noſtro adhuc tempore celebre aliquoties vidimus, anno autem 1677. funditus everſum doluimus, ab amicis ne dicam an hoſtibus? non eodem fortaſſis quo veterem illam* Advaticam, *ſed vicino & editiore ſitu, qui majoribus pro arce fuiſſe potuit. Situm vero eſt Tongereo in hodierna Hasbania, vulgoque (ut diſtinguatur ab alio ejuſdem nominis oppido, inter Gemblacum & Lemeppam ſito) dicitur* Heidens-Tongeren, *id eſt,* Tungri Paganorum, *ſive a viis militaribus quas a Gentilibus ſtratas, ut* Heidens-wegen, Paganorum vias *appellarunt (ut ſit dicta* urbs Tungrenſis ad vias Paganorum) *ſive a ſuperſtitionibus paganicis ac præſertim profana & diabolica divinationum diſciplina, quæ ibidem etiam poſt Evangelii prædicationem viguit; quam qui vagi quidam homines per chiromantiam exercent* Heid-heiden *vulgo appellantur, id eſt* Pagani homines. *Ut autem* Gentiles *cœperunt* Pagani *dici, poſtquam per Leges excluſi ab urbibus, ſolis in pagis permittebantur profana ſacra exercere; ſic iidem apud nos acceperunt nomen*

B ab Heide, Mirica, *quales in noſtra Belgia plurimæ, in quibus ſimilium hominum conventus agebantur. Floruiſſe autem apud veteres Tungros [illegible] illam artem, auctor eſt Vopiſcus in Numeriano ſub finem, ubi Diocletianum memorat,* cum apud Tungros in Gallia, *ſcilicet Belgica,* quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans, & cum Druide muliere rationem convictus ſui quotidiani faceret, ex ea audiſſe, Imperator eris, cum Aprum occideris. *Quod ipſemet poſtea avo Vopiſci retulit, Imperioque tandem, cum Aprum Præfectum Prætorii occidiſſet, potitus eſt, anno Æræ Chriſtianæ 284. Cernuntur vero etiam hodie, in miricis circa* Tungros, *ſoli, crebra conculcatione antiquitus depreſſi, orbite majores minoreſque, veſtigia referentes diabolicarum chorearum, quas iſtic viguiſſe fama memorat.*

Mylaeus Tung. 184

Quin & alia cauſa, cur Tungri Paganorum *nobis appellentur, ut recentior, ita forſitan verior adferri poteſt; quod urbem ab Hunnis deſtructam occupantes Franci, etiam tum Pagani, eamdem diu tenuerint. Nam & circa annum* 400. S. Evergiſus, *patria Tungrenſis, Coloníenſis Epiſcopus, eodem excurrit* Idololatriæ ſordes eliminaturus; *& poſt annos plures quam centum, S. Cunibertu ibidem habitante fideique reſtauranda incumbente,* vir nobilis nomine Sigobardus, *poſtea S. Heleris pater,* ſecundum ritum Paganorum in omnibus excrevit in Tungrina urbe,

C *uti in eorum Vitis legetur ad 24. Octobris, quo S. Evergiſus; & 16. Julii, quo colitur S.* Helerius.

3 *Sed ut ad anteriora reflectamur tempora, quibus Trevirenſi urbi vix quidquam concedebat Tungrenſis; ſuos hæc non minus quam illa videtur habuiſſe Epiſcopos: qui ſecundum antiquam ibidem traditionem hoc ordine ſedisſent,* 1. Maternus, 2. Navitus, 3. Marcellus, 4. Metropolus, 5. Severinus, 6. Florentius, 7. Martinus, 8. Maximinus, 9. Valentinus, *ac poſt hos decimus* Servatius. *Verum quia horum nomina, ut infra dicemus, videntur etiam intruſa in Catalogos Epiſcoporum Trevirenſium; Ægidius Bucherius, qui* antiquiſſimæ Sedis Tungrenſium dignitatem tueri ſe *profitetur, in Diſputatione hiſtorica de Primis Tungrorum ſeu Leodienſium Epiſcopis cap. 3. ita pronuntiat:* Si quis conjecturæ locus eſſet, longe potior Trevirenſium conditio foret. Quotquot enim Sanctorum Natales ſuis diebus adſcripſerunt, Beda, Ado, Uſuardus, Molanus, ac Romani potiſſimum Martyrologii tabulæ, dum Natales eorum memorant, ad Treviros referunt, ac Trevirorum appellant Epiſcopos. Eadem, *inquit idem Bucherius lib. 5. Belgii Romani cap. 8 num.* 7. ante annos quadraginta, diſputatione noſtra de primis Tungrorum Epiſcopis ad Chapeavillum adjunctis, probavimus, ad quam ſe remitti, Lector gra-

Ante S. Servatium fuerunt 9. Epiſcopi Tungrenſes;

vate non ferat, ut in re jam vulgatiſſima; *ut dein numera* S. *citantur* adſtipulantes, Beda, Uſuardus, Ado.

D *Verum ſplendidius quam verius iſti allegantur auctores. Nam neque Ado, neque Uſuardus ullum horum Sanctorum Præſulum in ſuis Martyrologiis recenſent, uti neque genuinum Beda Martyrologium. Sed quod ſub ejus nomine ſuppoſitum eſt, ad diem 14. Septembris habet iſta:* Treviris depoſitio S. Materni Epiſcopi & Confeſſoris. *Quæ tamen hic in Martyrologio, ſecundum morem Romanæ curiæ ab Uſuardo ſcripto & a Belino aucto, nulla illius mentio erat. At Baronius, citato Beda, ſed ſuppoſito, & recentioribus, iſta inſeruit:* Treviris S. Materni Epiſcopi, diſcipuli B. Petri Apoſtoli, qui Tungrenſes, Colonienſes, & Trevirenſes, alioſque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit. *Ecce, primo loco* Tungrenſes *nominantur, apud quos* S. Maternus *Eccleſiam Cathedralem erexit, eo tempore quo* SS. Eucharius & Valerius, *quibuſcum a S. Petro Apoſtolo ad haſce Belgicas regiones miſſus fuerat, Trevirenſes & Colonienſes in fide Chriſti inſtruebant. Potuit iſte poſt horum obitum aliquam iſtorum populorum curam ſuſcepiſſe, & ſic dicitur Coloniæ obiiſſe, ac Treviris eſſe tranſlatus. Ejus certe non meminerunt, qui ecto proxime ſecutorum Epiſcoporum reliquias, a* S. Servatio *Trajectum delatas ſcribunt: & Treviris in majori altari Cathedralis Eccleſiæ corpus* S. Materni *cum capite inventum, ſcribit Scheckmannus pag. 45.*

videlicet S. Maternus qui Cathedralem erexit,

E *Habemus pervetuſtum Breviarium Eccleſiæ Tungrenſis, in quo feſtum* S. Materni *ſolenni ritu cum octava celebratur 25. Septembris: at in antiquo Breviario Eccleſiæ Trajectenſis colitur 19. Septembris.*

4 *De octo Epiſcopis, qui* B. Materno *in Sede Tungrenſi ſucceſſerunt apud Chapeavillium, Harigerus, Abbas Laubienſis anno 990. creatus, cap. 17. ſic ſcribit.* Poſt ejus, *S. Materni ſcilicet,* deceſſum, in Pontificio ſibi per ordinem ſucceſſerunt, Navitus, Marcellus, Metropolus, Severinus, Florentius, Martinus, Maximinus, Valentinus. *De quibus Ægidius Aureæ-vallis, qui floruit anno 1240. iſta addidit:* Poſt deceſſum B. Materni in Pontificio ſibi per ordinem ſucceſſerunt. Vir pretioſus & omni laude digniſſimus B. Navitus, factus ſecundus Epiſcopus. Hic multos convertit ad fidem, videntibus ſigna & miracula, quæ per eum Dominus faciebat. Qui poſtquam Sacerdotium multis gubernaſſet annis, ſcilicet ſexaginta & amplius, in ſenectute bona migravit ad Dominum, ſepultuſque eſt in urbe Tungrenſi.

Navitus;

F Floruit ſub Apoſtolicis Evariſto, Alexandro, Teleſphoro, Hygino & Pio, cujus anno tertio obiit. Poſt ejus deceſſum, tertius ſucceſſit S. Marcellus, vir omni ſanctitate conſpicuus. Poſt deceſſum S. Marcelli Epiſcopi, B. Metropolus, cum digna vitiatum moderatione, quartus Epiſcopus ſucceſſit. Quintus Epiſcopus, quinque pollens talentis, S. Severinus Antiſtes extitit..... Perfectione ſui Ordinis ſextus, Tungrenſis Eccleſiæ floruit S. Florentius. Loco ſeptimo a B. Materno, ſeptiformi ſpiritu Dei redimitus, contra vim dæmonum Martem agebat B. Martinus Epiſcopus. Octavo numero ordinatur B. Maximinus Epiſcopus, magnaliter octo beatitudinum ſanctitate perfectus. Nonus Tungrenſium Epiſcopus B. Valentinus, novem Ordinum Angelorum valenter amicus. *Similia habemus in Chronicis MSS. Eccleſiæ Trajectenſis. Dein dictus Ægidius iſta adnectit:* Et hi quorum Imperatorum vel Conſulum claruerint tempore, vel quos vita ſingulorum habuerit exitus, quotque annis ſinguli adminiſtraverint officium Pontificatus, nullus a nobis requirat exactio, cum Eccleſiarum totius Galliæ memoriam aboleverit facta per Hunnos ſubverſio. *Hæc Ægidius, quæ fere eadem apud Harigerum leguntur.*

Marcellus; Metropolus; Severinus; Florentius; Martinus, Maximinus, Valentinus;

5 *Inter alia prædictos Epiſcopos præcipuus poteſt cenſeri* S. Martinus, *olim ſub vita triplici, ut vocabant, celebrari*

A brari ſolitus; licet ejus non meminerit in Belgio Romano Butherius, ne cogeretur revocare, quod ante ſtatuerat, omnes illos Epiſcopos a Molano & in Romani Martyrologii Tabulis ad Treviros referri, ac Trevirorum appellari Epiſcopos. *Audiant, ſi qui Butherium propugnant; audiant, inquam, aut legant hæc in Martyrologio Romano ad 21. Junii:* Apud Tungrenſes S. Martini Epiſcopi. *Ubi Baronius in Notis, Molani ad Uſuardum Additiones citat, quæ ita eum referunt:* Eodem die S. Martini, Tungrenſis Epiſcopi & Confeſſoris, qui convertit Haſbanos, & multis claruit miraculis. *Addit in ſuis Notis Baronius:* In tabulis Epiſcoporum Tungrenſium, ſeptimus hic ponitur ordine, Haſbanorumque Apoſtolus appellatur, eumque obiiſſe tradunt anno Domini 276. *Iſta Baronius & cum eo Bartholomæus Fiſen, plane eſtuſo noſtro & ex traditione Eccleſiarum Tungrenſis ac Trajectenſis. Licet autem de ſingulis non poſſint aſſignari tempora Conſulum vel Imperatorum; habemus tamen* S. Navitum *ſub Pio Papa vita functum, & poſt centum inde elapſos annos obiiſſe* S. Martinum, *ita ut intra dictos centum annos quinque Epiſcopi rexerint Eccleſiam Tungrenſem: eoſque ſufficere mox oſtendemus.* S. Martino *ſucceſſit* Maximus, *poſt quem, ob ardues perſecutiones Diocletiani & aliorum, videtur Sedes Tungrenſis vacuiſſe uſque ad an. 308., aut ſerius; quando* Va-

B lentinus *creatus Epiſcopus præfuit uſq. ad tempora S. Servatii. Iſte autem* Valentinus honorifice juxta ſuos collegas, ſcilicet Tungrenſes Epiſcopos, ſepultus *dicitur ab Ægidio: ſed hic poſt obitum* S. Valentini *hiatum Sedis vacantis collocat, quem ante ipſum ſub perſecutionibus collocandum arbitramur: quia & ipſe ait tunc* urbi Romanæ præfuiſſe Conſtantinum Auguſtum, ſuccedentibus & Conſtante & Conſtantio filiis, *uti latius deducimus 7. Junii ad Acta S. Valentini. De horum vere Epiſcoporum ſacris Reliquiis, Trajectum translatis, agimus ad Vitam S. Servatii.*

Ex his S. Martinus ad Tungrenſis inſcriptus ex Martyr. Rom. & Molani.

Singulis tamen tempus aſſignatur.

6 *Hactenus relata videntur nobis magis certa: atque hos Epiſcopos arbitramur inſerendos Catalogis Epiſcoporũ Trevirenſium, uti valde inepte eſt factum ab Auctore Chronici Trevirenſis, quod habemus ex codice Trevirenſi tranſcriptum, unde Hiſtoria Trevirenſis excerpta extat apud Lucam Acherium Tomo 12. Spicilegii. Is in margine annotat,* initia hujus hiſtoriæ mendis futilibus & fabulis reſperſa fuiſſe. *Iacobus Maſenius, in notis & additamentis ad Preparaſceven Annalium Treverenſium a Chriſtophoro Browero editorum, refutat fabulas, ab aliis exploſas, & ad caput 6. ait,* ante annos amplius trecentos a laudatiſſimo Trevirorum Archimyſta Balduino archivum Epiſcopale excuſſum, & quæ ex illo producuntur fidem me-

C teri, *ſcilicet,* Trebetam, Nini conditoris Aſſyriorum Monarchiæ filium, conditę Trevirorum urbis auctorem *fuiſſe: quæ ſcripta fuerunt ſeculo Chriſti 12., & ab otioſis hominibus excogitata. In hoc Chronico ſive hiſtoria, poſt* Eucharium, Valerium *&* Maternum *relatos, iſta adjiciuntur:* Deinde Auſpicius quidam regimen tenuit, dein inſignes, per legitimas ſucceſſiones, ſanctitate & gloria pollentes extiterunt Felix, Manſuetus, Clemens, Moyſes, Martinus, Anaſtaſius, Andreas, Ruſticus, Auctor, Mauritius, Fortunatus, Caſſianus, Marcus, Navitus, Marcellus, Metropolus, Severinus, Florentius, Martinus, Maximinus, Valentinus, quorum octo ultimi etiam Tungrenſi Eccleſiæ præfuiſſe noſcuntur. *Hæc ibi. Verum arbitramur octo ultimos ſoli Eccleſiæ Tungrenſi præfuiſſe cum S. Servatio, in dicta hiſtoria omiſſo: & loco illorum domus Eccleſiæ Trevirenſi* S. Celſum, *in hoc Chronico & in Hiſtoria prateritum, cujus Acta, hiſtoriam inventionis, & miracula edidimus die 23. Februarii, eumque cum Browero ſucceſſorem S. Auſpicii ſtatuimus.*

qui tamen in Chronico Trevirenſi, circa initium fabuloſo,

Catalogo Trevirenſi inſerti ſunt;

7 *Sammarthani Tomo 1. Galliæ Chriſtianæ, acturi de Epiſcopis & Archiepiſcopis Trevirenſibus, in S. Euchario primo Epiſcopo, iſta præfantur:* Videtur porro obſcura admodum primis ſeculis uſque ad Agricium, vel parva omnino in Eccleſiaſticis diptychis mentio Epiſcoporum Trevirenſium, quo ſucceſſio legitima comprobetur. D

Vitam S. Agricii dedimus 13. Januarii. Interfuit is & ſubſcripſit Concilio Arelatenſi, habito Voluſiano & Anniano Conſulibus, anno Chriſti 314., at quamdiu ante fuerit Epiſcopus creatus non conſtat: ex numero tamen Epiſcoporum, qui poſt illum tamquam ſeniorem ſubſcripſerunt, videtur colligi, eum pluribus annis Sedem tenuiſſe. Proinde a morte S. Materni *(quam Browerus retulit ad an. 128., aliqui etiam ad an. 130.) uſque ad Ordinationem S. Agricii, fluxerunt anni circiter centum & octoginta. In hoc annorum ſpatio aſſignamus Trevirenſibus Epiſcopos omnino quatuordecim, etiam remiſſis ad ſuos Tungrenſes octo ultimis Epiſcopis. Talem numerum raro in ullo Epiſcopatu reperire quis poterit intra tempus tantillum. Ut enim maneamus in ipſo Archiepiſcopatu Trevirenſi, ultimis mille annis a S. Baſino (cujus Vitam illuſtravimus die 4. Martii, & diximus cum Browero videri Epiſcopum conſtitutum an.* 680. *) uſque ad Eminentiſs. Electorem Carolum Caſparum a Petra, qui nuper eidem Eccleſiæ præfuit, fuerunt e calculo Broweri & Maſeni ſolum quinquaginta duo Epiſcopi ſive Archiepiſcopi, proinde ſingulis ſeculis ſive centum annis quinque & duobus ſeculis ſex tribuendi ſunt: quis igitur rationabiliter nos arguet, imminuiſſe numerum Epiſcoporum, quando dicimus intra annos circiter 180., præfuiſſe quatuordecim? Imo, etiamſi in Catalogo Trevirenſi relatus* Manſuetus, *conſeretur primus Epiſcopus Tullenſis,* E *uti &* Clemens *Metenſis; adhuc abſque illis reliquorum 12. numerus ſufficiens foret, qui dictos annos compleret. Browerus, ut annos reperiret aliquos pro Epiſcopis Tungrenſibus inſerendis in Catalogum Trevirenſium, rejecit initium Epiſcopatus* S. Agricii *ad an. 327: quem ſaltem viginti annis citius præfuiſſe dictæ Eccleſiæ non dubitamus. Hæc propoſuimus conſideranda viris in antiquitate apud Treviros eruditis, qui ſi poſſint contrarium evidentibus argumentis evincere, libenter certiorem viam ab iis monſtrandam ingrediemur proximo menſe Junio, quo tres ex dictis* Epiſcopis Tungrenſibus *coluntur, & in his* S. Martinus *relatus die 21., ad quam hic dicta ſtabilimus in Actis jam prælo paratis, uti etiam 7. & 20. Junii, quo coluntur* SS. Valentinus *&* Maximinus, *dicti* Martini *ſucceſſores. Browerus eos rejicit ad annum 308. & ſequentes, quaſi* S. Martinus, *in antiquis Chronicis & a Baronio relatus ad præcedens ſeculum, & poſt Apoſtolatum in converſione Haſbanorum peractum* traditus obiiſſe anno Domini 276., *fuiſſet unico ſolum anno 308. Epiſcopus, quo jam tempore* S. Agricium *videri Eccleſiæ Trevirenſi præfuiſſe inſinuavimus: & Acta* S. Martini *habent, eum* ſuum Epiſcopatum ad metas longævi ævi pertranſiviſſe, ac tandem curſum ſuæ vitæ feliciter peregiſſe. *Quæ non* F *unicum, ſed plurimos annos indicant, ei in Epiſcopatu tribuendos.*

Tamen his infra 180. annos videtur 14. Epiſcopi ſuffeciſſe debeant.

Aut etiam 22. alias acta remiſſo.

CAPUT II.

An S. Servatius amitinus S. Joannis Baptiſtæ & cognatus Chriſti Domini fuerit.

8 F*Uimus anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo primo Romæ, & quæ ad inſtitutum noſtri operis pertinebant ibi conquiſivimus, curavimuſque deſcribi, tanto favore Alexandri VII. Summi Pontificis, ut ille nobis ultro dixerit, velle ſe ut omnia monumenta, quæ Romæ nobis profutura extarent, haberemus, quod ſi aliqui eſſent inviti, ſuum fore eos efficere voluntarios. Quo etiam tempore, dum familiares ei viri eruditi, poſt prandium ex more colloquentes, de longævis hominibus ſermonem intuliſſent, interque eos nominaretur* triſeclis Servatius; *ſub-*

Quo anno dato 9. Dagoberto.

A *ridens Pontifex; Adeſt, inquit, nunc Romæ Godefridus Henſchenius, qui ut Francis oſtendit tres Reges Dagobertos, ita forte tres demonſtrabis Servatios, perperam in unam eamdemque perſonam conflatos. Dagobertos tres primi dedimus, ſed ex authenticis documentis: poſſemus & tres Servatios dicere, ſi vellemus narrationi a ſeptingentis annis procreatæ, aut aliis nuper excogitatis aurem præbere. Verum cum noſtrum ſtudium eo tendat, ut ab hiſtoria eccleſiaſtica fabulas quaſcumque eliminemus, his rejectis unicus verus reſtabit Servatius, iſque ſeculo Chriſti eodem natus quo & mortuus.*

tam falſo numerari- tur S. Ser- vatii.

9 *Harigerus, cujus monaſterium non integris triginta leucis diſtabat Trajecto, geſta Pontificum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodienſium texens, cum de hæreſi Ariana aliiſque miſeriis ſeculi quarti late egiſſet, capite 23. de S. Servatio iſta ſcribit:* Eo tempore S. Servatius Tungrenſi Eccleſiæ decimus præſidebat, vir omnium virtutum honeſtate præclarus. Cujus quidem ortum & proſapiam, licet quidam putent ex Domini Salvatoris cognatorum deſcendiſſe familia; quia tamen locum nativitatis ejus nequaquam accepimus, nec adventus ejus cauſas aliunde uſpiam audivimus, idcirco nec faciles ad credendum eſſe poſſumus, nec tantæ opinioni, quæ fortaſſe ex pietate ingeritur,

B judicamus omnimodis derogandum: cum juxta Tullium non debeat pudere nos fateri neſcire, quæ neſcimus; & hujus opinionis aſſertoribus conveniat ignorantiam potius verecunde fateri, quam irreverenter pro pietate mentiri. *Ita Harigerus, defunctus anno circiter 1007. cujus ætate, circa annum forte 940. primum audiri cœperat ejuſmodi de S. Servatii proſapia narratio, quemadmodum conſtet ex Vita ejuſdem S. Servatii, a Iocundo Presbytero, compoſita annis minimum octoginta poſt Harigeri mortem, in qua hujus credulitatis fundamentum deſcribitur hiſce verbis.*

Satis eſt unus, qui per ... ſimplicitatem crediderit fuiſſe cognatos Chriſti,

10 Ante annos aliquot, ſed non multos (*ſcilicet reſpectu ſeculorum decem, quæ ab ortu Servatii fluxiſſe prætendebantur*) quidam Hieroſolymitanus Clericus, nomine Alagræcus, homo ille juſtus & religioſus, Latinæ quoque haud ignarus linguæ, ad ſepulcrum excellentiſſimi hujus Confeſſoris Chriſti ſupra memorati, quibuſdam vitæ beatiſſimæ cum famulis, Trajectum Domino ducente pervenit, & dies plurimos apud eum quievit. Comperto autem quod Patronus ille peregrinus eſt, & de Armenia; Armenia, inquam, illa, in cujus montibus arca Noe poſt diluvium remanſiſſe agnoſcitur, de

a Iocundo Presbytero

C qua ſe ortum eſſe ajebat; cognito etiam quod nomen illi Servatius; quiſnam ſit vehementius mirari cœpit: ſed poſt puſillum, quaſi de gravi evigilans ſomno, audacter proſilit in medio, ipſum in tranſlatione nominis, quem diu quæſivit, quem ſemper optavit, procul dubio ſe inveniſſe exclamavit. Nec amplius moratus, univerſum convocavit Clerum ac populum; & unde, & quis, & quantus ſit Paſtor amabilis iſte, evidentiſſimis oſtendit indiciis. Generationem quoque ejus in medio ponens; Erant, inquit, illis in diebus, Judæorum in partibus, juxta legem ſanctam mulieres ſanctiſſimæ, Anna videlicet & Eſmeria, & hæ etiam ſecundum carnem ſorores. De Anna qui deſcenderint vel qui exorti fuerint, nemo eſt apud nos, ſi fidelis, ſi ſpiritualis (quæ vero ſunt Dei, homo non percipit carnalis) qui neſciat, quin ſit ejus filia ſacratiſſima Virgo Maria. De Eſmeria vero matre B. Joannis Baptiſtæ Eliſabeth, & Eliud ejus frater: cujus filio videlicet Emiu B. Memelia hunc glorioſum peperit Servatium. Hæc dixit, hæc ſine mora coram omnibus ſcripſit. Quod profecto apud monumentum ejus, uſque in hodiernum diem, eſſe repoſitum, agnovimus. Profecti quippe fuerunt ante hos dies quidam ex nobis beatæ memoriæ Fratres, qui eadem ſcripta viderunt, legerunt, & ad noſtram tranſtulerunt notitiam. Per omnia benedictus Deus,

ex veteri relatione cujuſdam Armeni,

qui & nos, longo terrarum ſpatio remotos, tam pii Paſtoris, tam glorioſi Præſulis memoria & benedictione dignatus eſt illuſtrare. *Hæc Iocundus Presbyter, procul Trajecto diſſitus, ex nuda, ut fatetur, aliorum relatione, ſubnixa teſtimonio unius Armeni, quæſtum facientis pietatem, & ſimplices uti Trajectenſium proterve illudentis: cujus verba ut oracula bonus ille ſcriptor excipiens, non dubitavit ea pro evidentiſſimis indiciis ignota per annos mille veritatis habere. Quis unquam dictam* Eſmeriam *appellavit ſororem S. Annæ, & matrem Eliſabethæ? Hippolytus apud Nicephorum Calliſtum l. 2. c. 3 duas S. Annæ tribuit ſorores,* Mariam matrem Salomes, & Sobem matrem Eliſabethæ. *Sed hæc erunt ad Vitam S. Annæ examinanda, imo etiam ad Vitam dictæ Eliſabethæ, cujus frater fuiſſet Eliud pater Emiu & ſocer Memeliæ. Sed demus iſta aliquam umbram probabilitatis habuiſſe, quomodo ex Emeu & Memelia natum filium, in Armenia ſeculo Chriſti primo degentem, evincent ſeculo quarto adhuc ſuperſtitem, factum fuiſſe Epiſcopum Tungrenſem? Si enim conſtaret Servatium aliquem tunc vixiſſe in Armenia, hunc multo rationabilius foret a Trajectenſi poſt tria ſecula Epiſcopo diſtinguere: & ſic corrueret tota illa machina Iocundi Presbyteri.* D

11 *Sed hic confugit ad Concilium Moguntinum,* ſuit fere diebus *habitum, ſub* S. Leone IX. Papa *anno Chriſti* 1049. *ut diximus ad hujus Vitam* 19. *Aprilis* §. 2. *num.* 12. *Ibi, inquit Iocundus Presbyter,* de memoranda B. Servatii genealogia quæſtio orta eſt eorum in medio, quia uterque & Apoſtolicus *Leo IX.* & Imperator *Henricus II. filius Conradi Salici*, textum ejuſdem generationis legerat, ſed neuter fidem adhibebat. *Sed ecce dubietati eorum ſolvenda nova adornatur inventio:* Ex voluntate, *inquit,* Omnipotentis aderant tunc quidam Græci, omni ſapientia pleni, ipſa etiam qua venerant legatione regia viri digniſſimi: miſſi quippe fuerant ab Imperatore Conſtantinopolitano. Adducuntur & requiſiti ſuper hoc dilecto Domini Servatio, quod Pater piæ recordationis Alegræcus olim ſcripſerat, idem, & alia multa mira atque admiranda, abſque mora referebant, & in magna conſtantia, nec ſine auctoritate magnorum confirmabant. Unde Apoſtolica majeſtas, unde Regalis dignitas, Deo altiſſimo & huic Viro ſanctiſſimo condignas agentes gratias, quanto certiores, tanto in gloria devotiores, quo ibant, quo divertebant, eum magnificabant, eum honorificabant, utpote virum Angelicum & totius Imperii ſolatium: & niſi eos maturius præveniret vitæ præſentis exitus, omnis Eccleſia & Romana celebraret hodie ſuper mel & favum dulciorem, ſuper ipſas Paradiſi delicias deſiderabiliorem, ejus natalitii feſtivitatem. *Hæc Iocundus, ſtylo magis exuberante, quam veraci. Nam illud Concilium Moguntinum ſubito habitum eſt primo anno S. Leonis, cum ſolis Archiepiſcopis & Epiſcopis Germaniæ, & ſi ulli adveniſſent miſſi a Conſtantinopolitano Imperatore Legati, non ſiluiſſet Sigibertus in S. Leonis Vita, non etiam Adamus Bremenſis in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica, ubi accurate hanc Synodum deſcribit. Dein illud Concilium habitum eſt in autumno, a quo S. Leo verſus Italiam ivit, & anno 1050. Romam regreſſus ſuperfuit uſque ad annum 1054. Nihil igitur obfuit quin potuerit feſtivitatem* S. Servatii *Romanis indicere, & ipſum apud Germanos promovere Henricus Imperator, qui uſque ad diem 5. Octobris anni 1056. vixit, ſi tale quid inter eos diſcretum fuiſſet. Præterea S. Leo ſub autumnum anni 1050. regreſſus ad haſce partes, Tulli elevavit corpus S. Gerardi Epiſcopi, dedicavit in Voſego eccleſiam Romaricenſem, Catalogo Sanctorum inſcripſit Romaricum, Amatum & Adelphum, varias in Germania Eccleſias conſecravit, Herſangiæ corpus S. Aurelii Epiſcopi elevavit: quidni ad S. Servatii eccleſiam, ſi tam mira credidiſſet, voluiſſet accedere? Omitto alia minutiora, quomodo qui prius ſcripſerat* ante annos non multos Trajectum Alegræcum veniſſe, *jam* Alegræcum Patrem piæ recordationis olim ſcripſiſſe, *ait; aſſeruitque, quod* nomen Servatii, in noſtra lingua non incongrue notetur, Renatus in Chriſto. *Nec mora.*

cujus dicta dicuntur eſſe ...

E

Græci in Concilio Moguntino

F

ſed tales ibi nulli adfuerunt

Digitized by Google

A 13 *Hic tamen non acquieſcens Iucundus, poſt vitam & obitum* S. Servatii *relatam, inſurgit contra eos, qui negant* S. Joannem præcurſorem & S. Servatium ea ejuſdem geeminis radice deſcendiſſe, quia diviſo tempore vitam agebant: *ideoque exemplis rem confirmaturus aſſerit* Judam, qui Crucem ſanctam invenit, filium fuiſſe Simonis, fratris S. Stephani Protomartyris, & ſub Juliano apoſtata cum matre, poſt ducentos aut fere trecentos vitæ annos, interfectum. *Sed hanc fabulam rejecimus quarto die hujus menſis Maji, agentes de S. Iuda-Cyriaco. Dein affirmat*, homines ſub Zona torrida & frigida ad annos ferme quadringentos ſubſiſtere: *quod non indiget refutatione. Inviſit nos aliquando in hac domo Profeſſorum Antverpienſi Comes Ulevelitius cum uxore, ſorore Regis Daniæ, pro quo fuerat is Prorex Norwegiæ & Finmarchiæ, aſſeruitque pro re magna, multos iſtic vivere annis octoginta aut nonaginta, & cauſam jocunddebat, quod nulli iſtic eſſent Doctores medicinæ. Pergit nihilominus Iucundus.* Hæc mirantur, qui ſcripta nulla rimantur. Nos vero, ſecundum quod audivimus, quandoque & vidimus, ſalva, inquam, pace & gratia omnium veſtrum, fatemur & teſtamur. Quapropter nec incongruum videtur, ſi

Eadem fide addaſta longævitatem exemplo.

B a tempore Domini noſtri uſque in dies Athanarici Regis Gothorum & Valentis Romanorum Imperatoris, cum patre ſuo Emiu & avo ſuo Eliud, B. Servatius vixiſſe credatur. Vixit utique (& iis regnantibus, ut majorum conſtat etiam noſtrorum ſolerti induſtria conſcriptum) ſanctam Tongrenſem Eccleſiam regebat. ..... Ab illa ergo generatione præfata, generatione profecto regia, quia Davidica, B. Servatium deſcendiſſe negare non poterit, quiſquis antecedentia diligenter attenderit. *Hæc Iucundus, utique talia ut ea retuliſſe, refutaſſe ſit, qui tamen, quod ſumme mirandum, plurimos habuit ſequaces, atque imprimis Sigebertum Gemblacenſem, in Chronico ad an. 399. iſta ſcribentem.* Servatius X. Tungrenſium Epiſcopus, Domini noſtri Jeſu Chriſti conſanguineus, non ſolum ex eo, quod voluntatem Dei Patris faciebat, ſed etiam ſecundum carnem. Qui natus quidem in Perſide, filius fuit Emmiu, cui pater fuit Eliud, frater Eliſabeth, quæ peperit Joannem Baptiſtam. Mater vero Eliud & Eliſabeth Emmeria, ſoror fuit Annæ, quæ genuit Mariam matrem Domini. *Hæc Sigebertus. Iucundus autem urbem Perſidis appellarat* Peſtiam, *aliis ignotam, ne quid deeſſet. Secuti ſunt Ægidius Aureæ-vallis Monachus, Petrus de Natalibus, & alii qui Vitam* S. Servatii *poſt Iucundum ſcripſerunt, quorum non lubet Catalogum texere. Dederunt hi nobis occaſionem accuratius*

Iucundo omnes ſtrenue adhærent Sigebertus & alii.

C *quærendi in originem hujus opinionis. Iucundus autem miracula* S. Servatii *a ſe deſcripta finit anno* 1088. *quo vivebat.*

CAPUT III.

Commentum novum de duobus Epiſcopis Servatiis, uno altero Servatio, altero Arvatio.

13 VIr clariſſimus & eruditiſſimus, deque re litteraria in multis bene meritus, *Hadrianus Valeſius, in Præfatione ad duos poſteriores Tomos Rerum Francicarum an.* 1658. *a ſe editos, hanc ſibi gratiam apud Tungrenſes, Trajectenſes-Moſanos, ac Leodienſes deberi gloriatur, quod unum de primis Tungrenſis Eccleſiæ Antiſtitibus primus omnium e tenebris vetuſtatis ac oblivionis eruerit: monetque, ut ſeorſum* Servatium & Arvatium *debito honore colant ac venerentur: atque omni Eccleſiaſtica antiquitate ſuſque deque habita, ſuum* Servatium *Trajectenſibus eripit,* Aravatio *ſive* Arvatio *multo juniore in ejus locum ſubſtituto. Omnia ejus verba propono, ut ſincerum a*

Hadrianus Valeſius Arvatium

D *quolibet veritatis amante poſſit judicium ferri. Ita ergo ſcribit.*

14 Gregorius in lib. 2. Hiſtoriæ Francicæ cap. 5. ſcribit, cum dicerentur Hunni in Gallias erupturi, *Servatium Tungrorum Epiſcopum*, virum eximia ſanctitate Romam petiiſſe, & ad tumulum B. Petri fruſtra Deum orâſſe, ut talem terris Galliæ peſtem averteret; nec multo poſt domum reverſum obiiſſe, ac non procul ab urbe Trajecto juxta pontem aggeris publici ſepultum eſſe: cujus corpus Monulfus Epiſcopus Tungrorum magnam in Baſilicam, ab ſe ædificatam tranſtulerit: Hunnos vero, quos Gregorius Chunos vocat, profectos Pannonia, veniſſe in Gallias, urbemque Mettenſem in ipſa Paſchæ Vigilia intraſſe, ac direptam oppidanis jugulatis incendiſſe: inde egreſſum Attilam Hunnorum Regem, poſt multas Galliæ urbes everſas, Aurelianos oppugnaviſſe. Hunce *Servatium* Joannes Molanus Theologus, vir doctus, in Natalibus SS. Belgii, credidit eſſe Servatium Tungrorum Epiſcopum, qui Concilio Agrippinenſi, poſt Conſulatum Amantii & Albini, ſeu Conſtantio 4. & Conſtante 3. Coſſ. Chriſti 346. interfuit, Euphratamque Coloniæ Agrippinæ Epiſcopum, poſtquam eum Chriſtum Deum negantem, nunc privatim, nunc publice coram Athanaſio Epiſcopo Alexandriæ, & pluribus aliis

Trajecti mortuum,

alii ſtatuit eſſe ab eo qui interfuit Concilio Colon. nienſi.

E ſæpe arguerat, hæreſeos damnavit, Epiſcopatuque indignum cenſuit: & anno inſequenti Synodo Sardicenſi adfuit, ac ſeptimo inter 34. Galliæ Epiſcopos loco, Epiſtolæ ad omnes Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos a ſancta Synodo miſſæ, ſubſcripſit: quem & Athanaſius laudat, & Sulpicius Severus Servationem appellat, atque in Synodo, Euſebio & Hypatio Coſſ. anno Domini 359. Arimini habita, ultimum cum Phœbadio tandem, infracta conſtantia, conſcriptæ ab Arianis pravæ fallacique fidei ſubſcripſiſſe.

Sardicenſi,

& Ariminenſi,

15 Sed quoniam a Conſtantio 4. & Conſtante 3. Coſſ. ad Valentiniani ſeptimum & Avieni Conſulatum, qui Attilæ in Gallias adventum proxime præceſſit, hoc eſt, ab anno Chriſti 346. ad annum 450., per annos 105., Tungris *Servatium* ſediſſe minime veriſimile erat; Molanus perſuaſit ſibi, aut ſaltem omnibus perſuadere voluit, a Gregorio Turonenſi Epiſcopo indicari Vandalorum, Hunnorum, aliarumque ſimul nationum eruptionem in Gallias, ab Hieronymo in Epiſtola ad Ageruchiam memoratam, quæ Arcadio 6. & Probo Coſſ. anno Domini 406., aut (ut quibuſdam placet) biennio poſt, Baſſo & Philippo Coſſ. facta eſt. At Gregorium in libro locoque ſupra laudato non de alia expeditione quam Attilæ Hunnorum Regis ſcribere, legentibus patet, ita ut id confirmari opus non ſit. Gregorio Fredegarius Auctor ſuper accedit, qui in libro 4. Chronici memoriæ tradit, cum Vandali Gallias deceſſiſſent, non multo poſt Hunnos eas ingredi conſtituiſſe. Quo audito, *Servatium* Tungrorum Epiſcopum Romam petiiſſe, ut jejuniis, vigiliis ac precibus Deum iratum ad limina B. Petri placaret, adjunctis ſibi Apoſtoli patrociniis: mortuo autem mox *Servatio*, Hunnos intraviſſe Gallias, & cum Aetio pugnaviſſe: quod eſt prælium Catalaunicum, ab Aetio cum Attila Hunnorum Rege commiſſum. Omitto Bedam, Adonem, Rabanum, & Notkerum, Hunnis Germaniam vaſtantibus, vel potius provincias Galliæ in primis, Germaniam vero primam & ſecundam brevi vaſtaturis, Servatium Tungrenſis Eccleſiæ Epiſcopum, 3. Idus Maji, in vico Trajectenſi defunctum, in Martyrologiis ſuis memorantes. Gregorium & Fredegarium ſecutus eſt Joannes Aventinus, qui in libro ſecundo Annalium tradit Advacam Tungrorum ab Attila Hunnorum Rege expugnatam, direptam, ac incenſam eſſe: quam *Aravatius* Epiſcopus, vir ſanctus (ita *Servatium* vocat) precibus ſuis ſervare non potuerit. Euſdem ſecutus eſt & Carolus Sigonius

poſt ultra annos centum diſperſiſſe poſt ponitur a Gregorio Turonenſi,

F *Fredegario,*

Martyrologiis,

Aventino,

& Sigonio

A veros, quæ emendatione non indigebant, mutando corrumpere; eo confidentius, quod *Servatium* apud Athanaſium non aliter quam *Caſſorius* vocari videbant; *Servatium* autem, & *Aravatium* una tantum litera differre: ſic ex duobus Tungricanæ Eccleſiæ Sacerdotibus unus eſt factus: ſic denique error latiſſime evagatus, ad recentiores Scriptores, Herigerum Lobienſem Abbatem, *Antiquos Scriptores,* Ægidium, aliosque manavit, accideretque, ut *Servatium* tantummodo Tungri Epiſcopum, *Aravatium* vero nullum inter Antiſtites ſuos agnoſcerent; & quæ de duobus, nimirum de *Servatio* deque *Aravatio* relata erant, uni *Servatio* cum multis fabulis attribuerentur.

reſtitui debere Aravatium; 19 Proinde ita perſuaſum ſit, apud Gregorium, & Fredegarium, præterea in veteribus Martyrologiis 3. Idus Maji, *pro Servatio Aravatium* reſtitui oportere; duosque fuiſſe Tungrorum Epiſcopos ſanctitate celebres alterum ab altero, tempore nomineque diſtinctos, qui in unum criticorum culpa coaluerint: priorem, videlicet *Servatium*, Athanaſio atque Sulpicio Severo laudatum, qui Conciliis Agrippinenſi Sardicenſique interfuerit, ac pro Magnentio ad Conſtantium Auguſtum cum Maximo Epiſcopo aliisque legatione functus ſit, Ariminique fidei

B Catholicæ profeſſionem ediderit, & ſub Conſtantio Maximi liberis floruerit; poſteriorem nomine *Aravatium* vel *Arvatium*, Placidi Valentiniani & Attilæ Hunnorum Regis æqualem, a Gregorio primum, deinde a Fredegario, & a Martyrologiis, Beda, Uſuardo, Adone, Rabano, & Notkero memoratum, qui Roma reverſus Valentiniano 7. & Avieno Coſſ. anno Domini 450. in oppido Trajecto ad Moſam, 3. Idus Majas obierit, ſepultusque juxta aggerem publicum; poſtea in Baſilicam ſui nominis a Monulfo Epiſcopo translatus ſit, magnisque virtutibus claruerit; cujus nomen in omnibus fere editis libris corruptum reperiatur; *Servatii* autem & natalis & tumulus ignoretur: quam ego in Sede ſua Tun-

Servatii dies obitus ignoratur, gris deceſſiſſe, ac ibidem humatum eſſe non dubito; ſed poſt everſam hancce urbem ab Attila Hunnorum Rege, ſepulcrum beati Antiſtitis, una forſitan dirutum, noſci deſiiſſe. De quo *Servatio* cum Martyrologi veteres referant, nihil tamen ipſi conveniens, ſed omnia ad *Aravatium* pertinentia ſub alieno nomine commemorant. Imperante adhuc Fl. Julio Conſtantio videtur mihi *Servatius* finem vivendi feciſſe, propterea quod poſt Concilium Sacerdotum, Euſebio & Hypatio Coſſ. anno

C Chriſti 359. Arimini habitum, nulli uſquam Synodo interfuiſſe, nullis Epiſcoporum congregatorum decretis ſubſcripſiſſe uſpiam dicitur. Nemo ex Auctoribus Gregorio noſtro vetuſtioribus ullam uſquam de eo, tamquam poſt id tempus vivo, mentionem fecit: quod minime contigiſſet, ſi tantæ vir ſanctitatis & auctoritatis, tantæque doctrinæ, & inter Gallicanos ætatis ſuæ Epiſcopos principem fere locum tenens, diu poſt Concilium Ariminenſe vixiſſet.

Et ſibi gratias deberi putat de hac diſtinctione. 20 Hæc ego fuſius ſum perſecutus, ut ſuum *Aravatio* nomen, hactenus ignotum, famam ſuam, ſuam Sedem, velut poſtliminio redderem; aperteque demonſtrarem eum a *Servatio*, quocum pridem confuſus eſt, diſtingui oportere. Habebunt mihi gratiam, ut ſpero, Tungrenſes, Trajectenſes Moſani, ac Leodicenſes, quod pro uno duos ipſis beatos Epiſcopos, & ſua utrique geſta ſeparatim paucis aſſeruerim, atque unum de primis Tungrenſis Eccleſiæ Antiſtitibus primus omnium a tenebris vetuſtatis ac oblivionis eruerim. Supereſt, ut deinceps ſeorſum *Servatium* & *Aravatium* debito honore colant ac venerentur. Et hanc quidem obſervationem veteris membranis Claudii Joly V. C. ac Jacobi Sirmondi debeo, atque acceptam libens grato animo refero. *Hæc omnia Valeſius.*

D

CAPUT IV.

An ad illam perſonarum & nominum diſtinctionem recte procedat Auctor, ex S. Gregorio, ſolum in duobus MSS. lectio.

21 *Accuſat Valeſius S. Gregorium* E*Xtra hujus controverſiæ erit Lectori indicare, quem dignitatis locum, quodve auctoritatis pondus habeat apud Valeſium Hiſtoria Francorum, a S. Gregorio Turonenſi ante annos circiter mille & ducentos ſcripta, unde novam hoc ſuum commentum ſumpſit. Exorditur Gregorius Hiſtoriam a mundi creatione, ac librum primum cum morte S. Martini Epiſcopi Turonenſis finit. In libro ſecundo, poſt relatum Epiſcopatum S. Briccii, nonnulla de Wandalis proponit, de quibus e ſenſu Valeſii ad Vitam S. Servatii egimus. Poſtea Francorum originem indicat cap. 2. qua occaſione Valeſius lib. 2. pag. 87. & ſequente, ſic loquitur de Gregorio:* Sulpitium Alexandrum, *antiquum ſcriptorem*, cum nequaquam intelligeret Gregorius, & apud *errores circa originem Francorum* eumdem ſcriptorem legiſſet, Arbogaſte Francorum agros depopulante, paucos ex Anſivariis & Cattis Marcomere Duce in ulterioribus collium jugis apparuiſſe; E haud dubitavit affirmare, Francis Duces, non Reges, ea tempeſtate fuiſſe: hocque non ſolum veteribus noſtris Fredegario, Aimoino, Roriconi, Adoni, Sigeberto, ac Ivoni, ſed etiam Nicolao Viguerio, aliisque recentibus nimis credulis, auctoritate ſua perſuaſit. Tanta omnium vel ſecuritas vel linguæ Latinæ ignoratio fuit, ut quod cujuſquam ductu geſtum ſit, id eo Duce actum eſſe Latine dici neſcierint. *Hæc ille, neſcio an ſatis modeſte ignorantiam linguæ Latinæ tot ac talibus ſcriptoribus objiciens. At lib. 3. pag. 120. propter primos Francorum Reges, non ex ejus ſenſu deductos, acrius in Gregorium inſurgit his verbis:* Ceterum Gregorius, ex quo nos *ſilentium circa primos Reges,* primorum Franciæ Regum res geſtas diſcere oportebat, non modo Faramundi acta, ſed etiam nomen ipſum prætermiſit. Chlodionem quoque, Merovæum, ac Childericum fere indictos reliquit: nec illi deerant libri, ex quibus multa deſcriberet. *Quinam obſecro ſunt illi libri, ex quibus poterat Acta Faramundi ſcire? An vel nomen ejus notum fuerit aliquot etiam poſt Gregorium ſeculis, dubitari poteſt, ut infra cap. 10. de primis Regibus Francorum oſtendemus. Contra Valeſius, ut Faramundum exstitiſſe Regem defendat, inter Addenda & Mutanda ad dictam paginam 120. quærit,* An Gregorius & Fredegarius aliis, F *qui eum memorant*, diligentius ſcripſerunt? An nuſquam & numquam errant? Numquam fabellas nobis enarrant, *fabellas ſcripſiſſe ejus inſertio* ad conciliandum pueris ſomnum, quam ad docendum Lectorem aptiores? *Hæc Valeſius de S. Gregorio, qui teſte Cointio ad annum 417. num. 9.* parens Hiſtoriæ Franciæ dici meruit. *Verum, ne abutar Lectoris patientia, paucis indicabo acerbiora in S. Gregorium dicta in Tomo 1. & 2. & ſubinde in Mutandis ſub calcem Tomi 3. In Tomo primo, uti ex Indice colligitur, S. Gregorius tertio arguitur, & his quidem verbis:* Ex quo judicari poteſt, quæ fides (*parva ſcilicet aut forte nulla*) Gregorio credere nos *contradictiones manifeſtas,* oportet, qui ſic Auctores intellexerit: *item*, An Gregorio credi oporteat neſcio. *Et vere neſcit: nam locis aliis eum arguit erroris, dicitque falſa eſſe quæ ſcribit*, veluti dictorum immemor & parum ſibi conſentiens; *quippe qui ſui oblitus, eumdem modo laudare, modo adulterum &* ſuperbum appellare invenitur. *In Tomo ſecundo, ejuſdem Gregorii in ſcribendo* negligentia & ſecuritas *ſugillatur, & pag. 139.* Illa Gregorii, *inquit*, negligentiam miror, qui de prima Francorum in Vaſcones expeditione tam breviter & obſcure locutus eſt, ut intelligi *& adulterum ſuperbum.* noluiſſe videatur. *At pag. 183.* ſatis mirari non poteſt historicum in cæde Chilperici enarranda adeo negligen-

tem,

A tem, & quaſi conſulto ſecutum fuiſſe: *& pag. 500. aſſeris*, *eamdem* pleraſque res eo anno 585. geſtas, ſurſum deorſum vertiſſe, nec ſuo quamque ordine retuliſſe. *Quibus ſimilia pagina frequentes repetuntur. Et ulterius pag. 502.* Omnia, *inquit*, fere aut ſaltem pleraque falſo Gregorium, in arctum pauculorum hebdomadum ſpatium, cumulaviſſe; & in anni Childeberti Regis 10. extremos dies, velut in ultimum agmen, conjeciſſe. *Dein iterum pag. 516. eum errasse non dubitat.*

Juncta Arvatium abstrahit Trajectenſibus,

22 *Sic de Gregorii hiſtoria loquens ac ſentiens Valeſius, hic (veluti ſi mera ab eo proferri oracula crederet)* aerumnam fere inextricabilem, *inquit*, mihi omnem diſſolvere duo Joliana exemplaria Hiſtoriæ Francicæ Gregorii, antiquiſſima diligenter ſcripta. Quippe in utroque codice non, ut vulgo, apud Tungros oppidum *SERVATIUS* eximiæ ſanctitatis Epiſcopus; ſed, apud Tungros oppidum *ARAVATIUS* eximiæ ſanctitatis Epiſcopus, reperitur. *Actum eſt, concluſum eſt contra omnem antiquitatem. Jucundus Presbyter*, ut Servatium *Chriſti cognatum aſtrueret, poſt annos ab obitu illius ſexcentos & plures, protulit teſtimonium peregrini Armeni & legatorum Græcorum, & necdum fidem reperit re bene diſcuſſa; ita nec Valeſius aliquid perſuadebit, poſt annos bis ſexcentos, nobis* B *MSS. Jolianos duos codices objiciens, & librariis ſæpe oſcitantibus credere nos jubens, interim dum ipſi eorum auctori Gregorio fidem detrahit: quaſi non ſit æquius, nos recipere lectiones, quæ hunc poſſint excuſare, ſiquidem tales ſuppetant; eſto antiquiores aliqui aut etiam plures codices id habeant, quod tibi videtur errorem continere. Quid autem Valeſius?* pag. 26. *& ſeqq. ait, narrari* inter ſe pugnantia *de mora Chilperici in urbe Sueſſionenſi obſeſſo, & exercitu ab eo ad eum obſidione liberandum adducto:* Et tamen, *inquit*, hæc lectio ſcriptorum codicum, inprimis Jolianorum, auctoritate confirmatur, *& pag. 32.* In ambobus codicibus Thuanicis ſcriptum reperitur, ut in vulgatis libris, de morte Chilperici Regis. Et nihilominus tamen arbitror, Gregorium vitio memoriæ erraſſe, ac Chilpericum pro Childeberto ſcripſiſſe. *Sed, quia Præfatione ſupra citata habet, ſunt potiſſimum conſideranda.* Fuere, *inquit*, mihi & cauſæ, cur ab ipſiſmet codicibus veteribuſque membranis nonnumquam recederem: nimirum Gregorii nimia ſecuritas & negligentia, dictorum oblivio, interdum etiam errores, nunc de eadem re duobus in locis aliter atque aliter ſcribentis, nunc ſecum aperte pugnantis, quandoque & rerum ordinem turbantis & C temporum. *Hæc Valeſius, qui in eadem Præfatione aſſerit*, bis nomen Gunthramni pro Chilperico poſitum eſſe a Gregorio, nec opinante; & ita reperiri in quatuor aut quinque veteribus codicibus. *Quomodo ergo auſus eſt fidere Gregorio, etiamſi omnes codices manuſcripti & libri excuſi proferrent Arvatium, quando mille trecentorum annorum auctoritas Eccleſiæ deberet prævalere? Vere, Valeſi, quæ Gregorio imputatur, mutato nomine, de te fabula narratur. Tua illa, tua eſt* nimia ſecuritas, dictorum oblivio, ne dicatur negligentia. *Videris mihi cum Juvenale clamare:* Hæc mirantur, qui nulla ſcripta examinant, *& dicta* negare non poterit, quiſquis antecedentia diligenter attenderit. *Imo vel ſolum iſtud quale eſt? quod relato obitu S. Gregorii addis, a te errores Gregorii ſefelli, ne quis poſthac tam veteris hiſtorici auctoritate deciperetur. Præclara enimvero reverentia eſt tua erga tantæ auctoritatis virum, & Hiſtoriarum Galliæ antiquiſſimum ac primum parentem, & ob vitæ probitatem inter Sanctos ab Eccleſia relatum.*

an ejus duobus ſolum MSS. exemplaribus;

quidquid in aliis MSS. Servatium tantum alii omnes;

23 *Nunc quoniam Codicibus Gregorianis majorem quam Gregorio fidem dat Valeſius, inſpiciamus, qua auctoritate codicum, omnes ante ipſum ſcripſerint* Servatium. *Hanc lectionem vicide præfert editio Aſcenſiana, quam Jodocus Badius anno 1512. Pariſiis procudit, dicavitque Guilielmo Petit Confeſſario Regis profeſſus ejus auſpi*cio, ducto, exemplariumque impendio *curatam editionem. Succeſſit editio Pariſina anni 1561. quam præſtitit Guilielmus Morelius, uſus* duobus codicibus, uno antea impreſſo, altero vetuſtiſſimo manuſcripto e Bibliotheca S. D Martini Turonenſis, *ubi S. Gregorius ſcripſit, ac propterea dicavit* Simoni a Maillé Archiepiſcopo Turonenſi. *Tertia editio eſt etiam Pariſina typis Chevalerii anno 1560. quam adornavit Laurentius Bochellus, profeſſus ſe dare* Greg. Turonenſem, ad Antonii Oiſeli viri doctiſſimi & integerrimi membranas, litteris majuſculis ſcriptas, collatum. *Quarta editio, inſerta corpori Francicæ hiſtoriæ, Hanoviæ typis Wechelianis excuſo, facta eſt an. 1613. ex collatione cum MS. Palatino. Quinta & ultima curata eſt opera & ſtudio clariſſimi & diligentiſſimi viri Andreæ du Cheſne, & Tomo 1. Scriptorum Hiſtoriæ Francorum, Pariſiis anno 1636. excuſo, inſerta, ubi pag. 252. præmonet,* ſe uſum quinque MSS. codicibus iiſque peroptimis: horum duos ſervari in Bibliotheca Thuana, reliquos ſubminiſtratos Alexandri Petavii Senatoris humanitate; ſe etiam alterum vidiſſe penes Guidonem Loiſelium, omnium antiquiſſimum, utpote litteris uncialibus, quas Gothicas dicunt, exaratum, verum duos ibidem tantum priores libros contineri. *In horum autem ſecundo* E *cap. 5. continetur indicata* de S. Servatio *hiſtoria. Vidimus & nos inter libros Chriſtinæ Reginæ Sueciæ duos codices Mss. quorum alterum olim fuiſſe dicti Petavii arbitramur. Quis igitur prudenter abjudicabit tot antiquitati* S. Servatium, *ut barbarum & ignotum nomen* Arvatii *ſubſtituat, propter duorum Mss. codicum ineptam ſuppoſitionem, contemptis tot illuſtribus quæ jam indicavimus exemplaribus? vel quis omnes præmemoratarum editionum curatores conſpiraſſe dicet, ut aliter ponerent quam in melioribus codicibus inveniebant? nam hoc Valeſius videtur ſupponere, cum* veterum hiſtoricorum editores, infelices criticos, *fugillat*, quæ corrigere volebant depravaviſſe.

24 Cum in veteribus monumentis, *inquit*, Arvatium ſcriptum invenirent, corruptos eſſe codices putaverunt. *Cur non potius ſuorum duorum Codicum ſcriptores credidit, oculo aut manu exerrante, legiſſe vel ſcripſiſſe* Arvatium *pro* Servatio, *cum fateatur omnes Martyrologos aliosque ſcriptores vetuſtos ſcribere* Servatium, *non* Arvatium. *Inter Martyrologia, quæ apud nos ſunt, eminent apographa S. Hieronymi Corbejenſe & Blumianum, tum monaſterii S. Cyriaci, quo uſus Baronius in Romano illuſtrando; Trevirenſe triplex, S. Maximini, S. Martini, & S. Paulini; Colonienſe duplex, S. Mariæ ad Gradus, & quod apud Carmelitas adſervatur: aliquod Reginæ Sueciæ, quod videtur* F *pertinuiſſe ad diœceſim Moguntinam; Aquiſgranenſe; Leodienſe duplex, S. Lamberti & S. Laurentii; Centulenſe, Lobienſe, Bruxellenſe, aliaque noſtra. Item quæ pluris æſtimanda, Bedæ, Flori, Rabani, Adonis, Uſuardi, Notkeri, Belini, Maurolyci, Galeſinii, Molani, aliorumque cum hodierno Romano, & olim Coloniæ & Lubecæ an. 1490. excuſa. Aliquorum elogia dantur ad diem natalem* S. Servatii, *cujus nomen proferunt, non* Arvatii. *Addantur Breviaria propria, non ſolum Eccleſiarum Tungrenſis, Trajectenſis, Leodienſis, Antverpienſis, Bruxellenſis, Brugenſis, Inſulenſis, Ultrajectina, Colonienſis, & ſimilium olim in Belgio ſeorſim excuſa; ſed etiam antiqua in membranis exarata, Montenſis S. Waldetrudis, Harlemienſis in Hollandia, imo & alia Eccleſiarum Germanicarum procul diſſitarum, ut ſunt Lubecenſis, Hildesheimenſis, Raceburgenſis, Caminenſis, Erfurtenſis, Mindenſis, Oſnabrugenſis, Wormatienſis, Spirenſis, Ratiſponenſis, Paſſavienſis, quæ omnia olim excuſa penes nos ſervantur, uti etiam aliquod Ms. cujus uſus fuit ad partes Rheni. Ejus etiam memoria celebratur Uratiſlaviæ in Sileſia, Meldis in Gallia, Sarisberiæ in Anglia, Eboræ in Luſitania, Capuæ in Italia, cujus Breviarium anno 1489. fuit excuſum. Et in his omnino nominatur* S. Servatius, *nuſquam* Arvatius. *Conſentiunt omnia antiqua*

Martyrologia antiqua,

& breviaria,

A *tiqua monumenta, templa, oratoria, altaria, diplomata Imperatorum ac Regum, bulla, charta, epitaphia, inſcriptiones; de quibus agimus ad Vitam S. Servatii.*

25 *Reſtat ut oſtendamus, qua ratione in aliquos Codices error irrepſerit ſcriptionis, idque contra mentem S. Gregorii Turonenſis. Hic dicto capit. 5. libri 2. narrata S. Servatii migratione Trajectum, ejusque ibi obitu & ſepultura, iſta addit:* Cujus beatum corpus qualiter poſt multorum temporum ſpatia ſit translatum, in libro Miraculorum ſcripſimus, *ſcilicet cap. 72. de Gloria Confeſſorum; qui liber annectitur alteri inſcripto, Miracula Martyrum: & ſunt ambo ſimul excuſi Coloniæ anno 1583. & Pariſiis 1640. nullo citato Mſ. quale nos aliquando habuimus valde antiquum, quod Reginardus I. Epiſcopus Leodienſis anno 1034. cum conſecraretur eccleſia S. Laurentii, pro ſingulari dono obtulit dicto monaſterio. In eo Mſ. codice dictum caput 72. ſic incipit:* Servatius vero Trajectenſis Epiſcopus. *Solebant olim nitidiores codicum membranaceorum ſcriptores primam librorum & capitum litteram, relicto majore ſpatio, omittere, eamque poſtea politiſſima arte depingere, ac colorum varietate colluſtrare: quod etiam, rudi adhuc librorum excudendorum artificio, a typographis primis obſervatum eſt. Et plurimi etiamnum extant libri ſeu manu exarati, ſeu typis cuſi, in quibus hæ priores tractatuum ſingulorum littera necdum ſunt appicta: atque ita in prædicto capite, omiſſa lit-*

B *tera prima,* Ervatius *manſit, quod in* Arvatium *&* Aravatium *detorſerunt, quibus pro ſuo idiotiſmo erat familiare, at, loco ee, pronuntiare ac ſubinde etiam ſcribere, prout totis Galliis præpoſitio* Per *in* Par *commutata hodie perſeverat. Sphalma hoc librariorum ſtupidiorum, e multiplici ſcriptione lucrum majus ſpectantium eoque feſtinantium, ſecuti ſunt etiam typographi aliqui, magis τὸ κέρδος quam τὸ κρίνον ſpectantes, a quorum prælo prodierant a Valeſio citatæ editiones. Alii, in iſto libello* Arvatium *legentes, id etiam margini alterius tractatus potuerunt appoſuiſſe, quod tandem in textum, ut ſæpius fieri ſolet, ſit inſertum. En totam eorum contra quos agimus, errorum fundamentum. Maneant ergo conſtantes in ſua per mille & trecentos annos continuata traditione Trajectenſes-Moſam, ac cum iis Tungrenſes, Leodienſes, & alii vicini, imo & procul diſſiti populi; ac S. Servatium Patronum ſuum pergant debito honore, quem illi tot ſeculis progenitores tribuerunt, colere ac venerari. Nullus fuit* Arvatius, *nulla illi templa aut altaria erecta: nullius etiam hac in parte auctoritatis cenſendus Valeſius, dum illi cultum & venerationem adſcribit, quem fatetur nullis faſtis hactenus eſſe inſcriptum. Præclare in rem noſtram monet S. Auguſtinus libro de vera Religione his verbis;* Non ſit nobis religio in phantaſmatibus noſtris:

C melius eſt enim qualecumque verum, quam omne quidquid pro arbitrio fingi poteſt. *Reliqua quæ circa ætatem* S. Servatii *hic objiciuntur, ad ejus Vitam explicantur. Habuit Iucundus Presbyter creditiæ ſe deſcriptique commenti laudatores, Sigebertum, Petrum de Natalibus, & alios: quid mirum ſi Valeſius etiam habuerit novæ inventionis æſtimatores aliquos? Talis poſſet cenſeri Carolus le Cointe, qui in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum ad annum 450. num. 6. aſſerit,* Servatium ſepulturæ mandatum eſſe Tungris; ſed Aravatium, qui Sedem Pontificiam Tungris Trajectum ad Moſam tranſtulit, ibi obiiſſe & ſepultum fuiſſe hoc anno quadringenteſimo quinquageſimo. *Nam hic cognita rationum mole velit retractare ſuam ſententiam, an vero de novo nos oppugnare (ut paſſim ſolet) ex proſecutione operum ejus intelligetur. Interim explicanda hic mihi venit alia quæſtio, in qua non jam agitur utrum Trajectenſes Patronum ſuum ſub nomine* Servatii *recte colant: ſed iidem de graviori arguuntur errore a Leodienſibus nonnullis; propter Epiſcopalem Cathedram, quam hi Trajecti poſitam fuiſſe negant. Ita* Henſchenius, *fruſtra præſtolatus proſecutionem Annalium prædictorum: prius enim obiit, quam vel Proſecutio illa vel hæc Exegeſis prodire in lucem potue-*

rint; obiit etiam ipſe Carolus, neque ex nunc editis poterit quidpiam probare vel improbare. D

CAPUT V.

Quæſtio adverſus Trajectenſes Epiſcopos Leodii mota. S. Servatius ejuſque ſucceſſores 24. ſic ob antiquis nuncupati.

26 S*Upra memoratus capite primo Ægidius Bucherius, primus illius quæſtionis Auctor, Eccleſiam Tungrenſem ſuo antiquitatis ſacro ſplendore nudavit, negans ante* S. Servatii *tempora Sedem Epiſcopalem in eorum urbe fuiſſe, & quotquot ſolent hujus Eccleſiæ numerari Epiſcopi eos omnes ablegat Treviros, ac ſoli iſti Eccleſiæ tranſcribit. Nos contra eoſdem omnes, a S. Navito, ad S. Valentianum uſque, vindicavimus ſoli Eccleſiæ* Tungrenſi, *eorumque ſacras Reliquias tribuimus Eccleſiæ* Trajectenſi, *tum dicto capite primo hujus tractatus proœmialis, tum capite ſecundo Vitæ S. Servatii. Idem nihilominus Ægidius Bucherius ſuam Diſputationem inſcripſit,* de primis Tungrorum ſeu Leodienſium Epiſcopis, *ac, veluti gratificari eidem Eccleſiæ Tungrenſi volens, quotquot poſt* S. Servatium *fuerunt Epiſcopi Trajectenſes ad* S. Hubertum *uſque, eos ex Cathedra & Sede Epiſcopali Trajectenſi ablegat ad dictam Eccleſiam* Tungrenſem, *egregia ſcilicet compenſatione damni, per ſpoliationem Trajectenſium æque injuſtam. Scripſit Di-* E *ſputationem iſtam Bucherius, cum Leodii conciones ad populum haberet; ejuſque dein collegii Rector, habuit aſſertores ſuæ ſententiæ noſtros ibidem Patres Robertium & Fiſen, qui Trajectenſes vicinos ſuos omni modo conati ſunt illo honore privare. Erant nobis omnes amicitia juncti, potiſſimum Bucherius & Fiſen, quibus alios libros conſcribentibus theſaurum noſtrum liberaliter aperueramus, & animo promptiſſimo communicaveramus undecumque collecta antiqua monumenta, utenda pro libitu. Interim menſem Februarium prælo apparans, examinavi Vitam* S. Amandi, *a variis antiquis ſcriptam, reperique ab omnibus ac denique a Romano Martyrologio appellari* Epiſcopum Trajectenſem, *a Fiſeno autem, loco urbis* Trajectenſis, *ſemper poni urbem* Tungrorum; *imo abjici Trajectenſibus jugum Hollandicum, prius ſcilicet excutiendum, quam de ſuis Sanctis aliquid præſumant efferre. Sed hac ratione etiam præſcribi Theologis poſſet, ne de Chriſto & Deipara Virgine dicant quidquam, niſi ante Terram ſanctam e manibus Turcarum eripuerint.*

27 *Indignati ad hæc plures, qui tunc aut ortu aut longa habitatione Trajectenſes hic nobiſcum reſidebant, regimine & doctrina illuſtres; extorſeruntque a me* Diatribam de F Epiſcopis Trajectenſibus. *Huic Follonius Leodienſis, ſub nomine Nicolai Fiſen Canonici Ultrajectenſis nomen ſuum diſſimulans, oppoſuit* Vindicias Eccleſiæ Tungrenſis *lateque vulgavit. Inter hæc Laurentius Ludovici, Michael Seneſchal, & Iacobus Platel noſtri, in Duacenſi Academia ſacræ Theologiæ Profeſſores, ad quorum judicium provocaverat adverſarius, voluerunt meam Diatribam videre: qua lecta & collata cum dictis Vindiciis, tulerunt ſententiam, eamque nominibus ſuis ſubſcriptam me non rogante miſerunt ultro, quam penes me ſervo, cum grata recordatione eorumdem. Interim excudebantur Acta Februarii, in quibus ad ſextum diem ante Acta S. Amandi* § 7. *vindicavi Cathedram Epiſcopalem urbi Trajectenſi, quod res ipſi Sancto aptiſſima id exigeret. Quæſivit opportunitatem reſpondendi Follonius, & in eruditiſſimo Commentario ad caput 3. libri 1. Machabæorum, occaſione arrepta ex loco ad orandum Hieroſolymis Maſpham translato, digreſſus eſt* ad translationem Epiſcopatus Tungrenſis, ac ſtatum quæſtionis hunc poſuit: Utrum Tungrenſis Eccleſia unquam ex vero & proprio Trajectenſis appellari debuerit, & utrum Trajectenſes appellari debeant, non Tongrenſes, quot-

A quotquot, medio Divos inter Servatium & Hubertum tempore, Trajecti habitaſſe perhibentur. Ait, *inquit*, Diatribarum ſcriptor. Ego cum noſtris omnibus Leodienſibus, exacte ea de re loquentibus, contra ſentio. *Hæc Fullonius. Quid parte prima velit non curamus. Si pro altera parte paucis Leodienſibus opponerem omnes Trajectenſes, exſibilaret illos Fullonius*, ſicut Echonis, *ut ait*, vocem. *Nunc quando in eodem cui Leodienſes ſuccenſentur Gallo-Belgica provincia, viri noſtra Societatis eruditi plures, quos nihil attinet ſingulos nominare, expenſis utriuſque noſtrum ſcriptis, pronuntiarunt*, vere fuiſſe Epiſcopos Trajectenſes, & appellari debere, *nec hactenus præterquam Leodii inventus eſt aliquis qui contradiceret (ut noſtros Flandro belgas taceam) contemnendus videtur ejuſmodi ſibilus, tamquam ulteriori indignus reſponſo. Quia tamen illius Diatriba exemplaria omnia ſunt jam pridem diſtracta, adeo ut recudi eum poſtularent nonnulli, congruum duxi huic loco præcipua ejus capita, novo ſtudio recognita inſerere, incipiendo a libro tertio, in quo Cathedra Epiſcopalis ſingulorum demonſtratur; dein de tempore quo ſinguli eorum præfuerunt Eccleſiæ Trajectenſi dicere, & quia res dependet a Chronologia primorum Regum Francorum, eadem opera ſtabilire noſtram de illis ſententiam; ac demum ex primo* B *libro aliqua ſuggerere de Populis huic Sedi ſubjectis, eorumque vicinis.*

Expetuntur nonnulla ex Diatriba de Epiſcopis Trajectenſibus

28 *Ordimur a* S. Servatio, *cujus res geſtas, translationes, & miracula dedimus 13. Maji. S. Gregorius Turonenſis Epiſcopus, lib. 2. Hiſtoriæ Francorum cap. 5. aliqua ab illo Tungris acta narrat hoc exordio:* Erat tunc temporis apud Tungros oppidum Servatius, eximiæ ſanctitatis Epiſcopus. *Ubi autem miracula narrat ad ejus tumulum facta, c. 72. libri de Gloria Confeſſorum, licet ante Francicam hiſtoriam ſcripti, ita loquitur:* Servatius vero Trajectenſis Epiſcopus, tempore Chunorum, cum ad irruendas prorumperent Gallias, fuiſſe memoratur. *Hæc ipſa forma eſt & ratio loquendi, qua & ab aliis obſervatur; ut ſcilicet, cum de Epiſcopatibus, ab una in aliam urbem eradictis agunt, poſteriorus titulum Epiſcopis tribuant. Ita Noviomenſes dicti, quorum decesſores fuerant Viromandenſes. Bartholomæus Fiſen lib. 2. Hiſtoriæ Leodienſis ſect. 46. omiſſa hac S. Gregorii Turonenſis auctoritate, aſſerit*, paſſim Neotericos ſcribere, auctore nullo antiquiore, niſi Sigeberto, Sedem Epiſcopalem a Servatio Trajecti collocatam. *Neſcio utrum etiam aliis ſit Sigebertus, cujus triplex teſtimonium pro ſe adducit Joannes Roberti, idque inter* antiquiores auctores. *Quis autem ille Sigebertus? Qui* C *nimirum* morum probitate & ſcientiæ multiplicitate laudabilis, & gratus ſui temporis ſapientibus, in cœnobio S. Vincentii Martyris juxta Metas diu converſatus, ſapientiæ fons patens erat, non ſolum Monachis, ſed & Clericis undique confluentibus. Quem reverſum ad proprium cœnobium Gemblacenſe frequentabant majores natu, excellentiores gradu, acutiores ſenſu, qui erant in urbe Leodienſi; ſi quid quæſtionis occurreret eis, ad hunc deferre & cum eo conferre ſoliti, *ut referunt antiqua Geſta Abbatum Gemblacenſium apud Miræum, in Proœmio Chronici ipſius Sigeberti. Eum ergo in hac quæſtione audiamus, ſententiam ferentem ad annum 453.* Excidium, *inquit*, impendere Servatius Tungrenſis longe ante in ſpiritu prævideerat, & Romæ a beato Apoſtolo hoc judicium Dei inevitabile fore didicerat: ideoque, relicta Tungrenſi urbe, quæ evertenda erat, ad Trajectum *SEDEM* Epiſcopalem tranſpoſuit. *Eadem quæ Sigebertus, tradit Vincentius Bellovacenſis, ex Ordine Prædicatorum ſcriptor antiquus & illuſtris, lib. 20. Speculi Hiſtorialis c. 39. non ex Sigeberti Chronico (quod paſſim toto opere, atque illo etiam capite, ſed in re prorſus diverſa, allegat) ſed ex Vita S. Servatii: ut Auctor hujus Vitæ, quocumque is tempore vixerit, præiverit tam Sigeberto quam Vincentio. Idem Fiſen loco dicto, inculcat* productam a Joanne

S. Servatius appellatur Epiſcopus Trajectenſis a S. Greg. Turonenſi.

Sedem Epiſcopalem translatiſſe aſſeritur a Sigeberto,

Vincentio Bellovacenſi,

Roberti centuriam teſtium. In his, *inquit hic auctor pagina 397.* primum merito locum obtineant ipſa Eccleſiæ D Tungrenſis & Leodienſis Chronica, quæ cum varia paſſim viderim, nulla fideliora judicavi, quibus uſus Auctor Magni Chronici Belgici, Canonicus Regularis S. Auguſtini prope Nuſſiam, a Piſtorio editus Francofurti 1607. Ex hoc igitur primo loco pauca depromam. *Ita Joannes Roberti. Hic Chronici auctor pagina 15. verſu 50. ita ſcribit:* Iſtud excidium Galliis impendere Servatius Tungrenſis Epiſcopus longe ante in ſpiritu præviderat, & Romæ a B. Petro Apoſtolo hoc judicium Dei inevitabile fore didicerat: ideoque relicta Tungrenſi urbe, quæ evertenda erat, ad Trajectum Sedem Epiſcopalem migravit, *& addit:* Hæc Sigebertus: *Conſtare autem ſua, neque ea exigua, Sigeberti auctoritas debet, dum alia non obſtant antiquiorum monumenta.*

auctore Chronici Belgici.

29 *Qui* S. Servatio *proximi ſucceſſerunt Epiſcopi Trajectenſes, minus noti ſunt: quia res ab iis præclare geſtæ aut literis non fuerunt commendatæ, aut certe injuria temporum perierunt. Auctor Chronici Belgici, quem magni Joannes Roberti (ut videmus) facit, & inter antiquiores locat, pag. 18. verſu 26. ait, ab* Epiſcopis Galliæ inſtitutum eſſe ſanctum Epiſcopum Agricolaum, habiturum E Sedem Trajecti, ob deſtructionem Tungrorum civitatis. *Et verſu 32.* Agricolaus Epiſcopus Tungrenſis 11. & Trajectenſis poſt B. Servatium primus, cum in vinea Domini feliciter laboraſſet, anno ſui Præſulatus 7. Nonis Februarii in Chriſto in pace quievit, & in eccleſia SS. Petri & Pauli Trajecti ſuperioris, quæ nunc S. Servatii dicitur, juxta S. Servatium tumulatur. Hæc ex Geſtis Epiſcoporum Tungrenſium: *his vero nulla fideliora extare judicat Joannes Roberti. Ægidius a Leodio, Aureæ-Vallis Monachus, qui inter auctores antiquiores meliore jure ab eodem Joanne Roberti numeratur, ad Harigerum cap. 30. ita ſcribit:* Convenit ergo digniori Eccleſiarum gradui, & vir vitæ venerabilis Agricolaus, agrum Dominicum excolturus eligitur, conſecratur Præſul, juxta magnanimum Servatium Sedem in Trajecto habere dirigitur; quoniam quidem Tungris dignitate Pontificali ſemetipſam indignam fecerat, ex quo dementer illum abjecit, quem ſingulari quondam miraculo per Angelum viſibiliter acceperat. Annuntiatum eſt verbum hoc Trajecto. Placuit plebi Senatuique univerſo. Gaudenter electus Domini S. Agricolaus ſuſcipitur, & in baſilica S. Servatii digno ſucceſſuri digna Cathedra locatur. Huic inter cetera virtutum inſignia, quæ per eum Dominus operari dignatus eſt, conceſſum eſt reſtaurare tectum F ſepulcri B. Servatii, ventorum violentia pridem dejectum: quod nemo ante eum poterat. Sicque poſt aliquantos annos Domino ſerviens nocte & die, recepturus ab eo coronam gloriæ, quievit in pace. *De ſucceſſoribus ita Auctor Magni Chronici Belgici eadem pagina* 18. B. Urſicinus, poſt obitum S. Agricolai, 12. Tungrenſis, & 2. Trajectenſis Epiſcopus ordinatur ...... Migravit a præſenti ſeculo Kalendis Octobris in Trajectu, ſepultus ſuper Moſæ fluvium. S. Deſignatus, 13. Epiſcopus Tungrenſis ..... ſepultus in Trajecto ſuperiori. B. Reſignatus, 14. Tungrenſis Epiſcopus, ab omni populo & Clero in Trajecto ſua benignitate eligitur ...... in Eccleſia Trajectenſi tumulatur. S. Sulpicius, 15. Epiſcopus Tungrenſis & 5. Trajectenſis poſt S. Servatium .... quievit in Domino, appoſitus in Eccleſia Trajectenſi. S. Quirillus, 16. Epiſcopus Tungrenſis, & 6. Trajectenſis ... S. Eucherius, hujus nominis primus, Epiſcopus 17. Tungrenſis, & 7. Trajectenſis .... ſepultus Trajecti. B. Folco, frater germanus prædicti Eucherii, alias Eucharii, communi aſſenſu omnium factus eſt Tungrenſis Epiſcopus 18. .... Trajecti tumolatur. *Hæc Auctor Magni Chronici Belgici, inter* auctores antiquiores primo loco *ſupra relatus, idque* ex Chronicis Epiſcoporum Tungrenſium,

Poſteri Trajectenſes Epiſcopi dicuntur S. Agricolaus,

& 7 ſequentes,

&

Digitized by Google

A *& quidem, teſte Ioanne Roberti*, fidelioribus. *Nomen* Tungrenſe *retentum ab eo ob numerum Epiſcoporum, quos a S. Materno uno tenore percenſet, ſed addit ſemper Epiſcopatu Trajectenſi, ob Sedem* Trajecti, *ut ante ex eo diximus, locatam. De iiſdem Ægidius a Leodio hæc tradit c.* 31. Poſt deceſſum B. Agricolai Epiſcopi, Cathedram Epiſcopalem in Trajecto duodecimus Epiſcopus B. Veſicinus ..... ſuſcepit. Loco tertiodecimo a Materno beato, Trajectenſium Epiſcopo, ſucceſſit B. Deſignatus .... poſt hunc 14. B. Reſignatus Epiſcopus.... Quo defuncto 15. B. Supplicius Epiſcopus: poſt quem 16. Epiſcopus ordinatur B. Quirillus. Loco 17. B. Eucherius extitit. Poſt hunc 18. Epiſcopus B. Falco extitit. *Ita Auctor iſte, nulla uſpiam urbis Tungrenſis facta mentione*, Cathedram Epiſcopalem in Trajecto *agnoſcit tunc fuiſſe, licet eodem Epiſcoporum numero etiam Tungrenſes complectatur. Sed paulatim ad certiora progredimur, quibus jam relata & aliquantum obſcura, debent illuſtrari.*

Item 11. Eucharius & Domitianus.

30 *Poſt Falconem, ſeculo Chriſti ſexto, præfuit Eccleſiæ Trajectenſi* S. Eucherius, *alias* Eucharius, hujus nominis ſecundus, in Trajecto ſuperiori ſepultus, *ut tradit ſæpe memoratus Auctor Magni Chronici Belgici. Sequitur* S. Domitianus, *in cujus Actis 7. Maji relatis, ex Mss. Hoienſi & Rubeæ-Vallis, ita legitur*: Tempore illo
B
contigit ut venerabili Euchario Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopo defuncto, S. Domitianus, jam ſcientia, virtute, nec non & ſanctitate celeberrimus, in eadem Sede, populi ac Principum electione, ſubrogaretur Epiſcopus. *Deinde ubi de ejus obitu agit, ita loquitur Auctor anonymus*: Tandem revelata eſt ſancto Præſuli Domitiano proxima corporis ſui de hac vita reſolutio: qui Sanctorum per circuitum viſitans limina, ad tumbam S. Servatii pervenit; ubi convocatis Eccleſiæ ſuæ Clericis & ceteris fidelibus, ac eis ſermonem faciens, pacemque & communionem omnibus tribuens, omnes, ut pro eo Deum deprecarentur, admonuit, & remanens in eccleſia rogavit Dominum. *Narrata deinde Chriſti inter Angelos apparitione, addit*: Et Præſul glorioſus, viſione Dominica conſolatus, in exultatione permanſit: ac tandem ibidem, inter religioſorum Sacerdotum manus, Nonis Maji, ad cœlos migravit. *Hactenus Mss. Acta, quibus in*
C *codice Hojenſi præponitur Præfatio, hoc exordio*: Ad confirmandam fidei Catholicæ veritatem, in diverſis terrarum nationibus, ſub diverſis temporibus, diverſos divinæ religionis Cultores & præclaros Doctores providentia & pietas ſuperna elegit. Ex quibus glorioſæ memoriæ B. Domitianum plebs & patria Trajectenſium Pontificem & Paſtorem, ſicut Eccleſia Hoienſis Patronum & meritis præclarum, accepit. *Hæc ibi, abſque ulla urbis Tungrenſis mentione. Fiſen 7. Maji*, Vitam *dat* S. Domitiani, ex Tomis Conciliorum, *ut ait*, Harigero, Mss. Hoienſi & Rubeæ-Vallis, *atque ita incipit*: Euchario Tungrorum Epiſcopo vita decedenti eum ſucceſſor quæreretur *&c. Interim in Ms. utroque*, Eucharius Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopus *appellatur. Silent Concilia: Harigerus nudum nomen exprimit: nem qui titulum hunc adjecit*, De S. Remigio & novem Tungrenſibus Epiſcopis, *poſt Ægidium a Leodio vixit. Sed quamvis ita ſcripſiſſet Harigerus; idem ab obitu* S. Servatii *hiatum centum & amplius annorum induxit, quem nec ipſe Fiſen admittit; eoque oſtendit non omnia ſe Harigero credere, quem & in ſucceſſoribus clare loquentem manifeſtum patitur adverſarium.* S. Domitianum *quatuor Conciliis in Gallia interfuiſſe tradit Bucherius cap. 6. Diſpuſationis hiſtoricæ, ſcilicet* Arvernenſi, Aurelianenſi 5. Pariſienſi 2. & Turonenſi 2. *Verum ad hoc ultimum, Turonibus anno 6. Chariberti Regis Pariſiorum habitum, ſolum qui in ejuſdem Chariberti regno degebant Epiſcopi convenerunt: inter quos qui aderat* Domitianus, *ita ſubſcripſit*: Domitianus peccator, Epiſcopus Eccleſiæ Andegavenſis, conſenſi & ſubſcripſi. *Idem Pariſienſi 3. quod Bucherius ſecundum appellat, interfuit, atque omiſſa Sede*, Domitianus peccator *ſubſcripſit. At* S. Domitianus *Epiſcopus Trajectenſis interfuit Concilio Arvernenſi ſub Theodeberto I. Rege Auſtraſiorum, ubi procul a patria exiſtens apud Aquitanos (quos tum Lege Romana Theodoſiana uſos, ac* Romanos *fuiſſe appellatos, conſtat) in clariorem ſuæ Sedis cognitionem daret, ſubſcripſit juxta Notitiam antiquam Provinciarum ac Civitatum Galliæ, cui tamen Sedis, quam tunc tenebat, nomen adjunxit, hac formula*: Domitianus in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Tungrorum, quod eſt Trajectum, ſubſcripſi. *Ita habent editiones Conciliorum Petri Crabbei, Laurentii Surii, Severini Binii, & Sixti V. Pontificis Maximi: additurque hæc antiqua interpretatio*: A Tungris Sedes Epiſcopalis in Trajectenſem tranſlata eſt, atque inde ad urbem Leodienſem. *Idem de Concilio 5. Aurelianenſi judicium eſto: ubi in omnibus prædictis editionibus, itemque in editionibus Sirmondi & Labbei ſubſcribit* Domitianus Epiſcopus Tungrenſis: *qui quod in prædicto Arvernenſi Concilio ſubſcribatur*, Domitianus in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Colonienſis, *certiſſimum mendum æſtimari debet.* D

31 *Secutus* S. Monulphus 12. *Epiſcopus Trajectenſis*, E *de quo, ut ante diximus, S. Gregorius Turon. cum ageret de ſepulcro S. Servatii, hæc habet*: Procedente vero tempore adveniens in hanc urbem Trajectenſem Monulphus Epiſcopus (*ſcilicet Trajectenſium Epiſcopum uti ante appellaras S. Servatium*) templum magnum in ejus honorem conſtruxit, compoſuit, ornavitque: in quod multo ſtudio & veneratione tranſlatum corpus magnis virtutibus pollet. *Addit Harigerus cap.* 22. Sedem Pontificalem illic (*in extructa eccleſia*) deinceps eſſe conſtituit, in cujus eccleſiæ medio corpus ſuum humari mandavit. *MSS. ejus Acta, 16. Julii danda, ſic incipiunt*: Beatus Monulphus per ſolam Evangelicæ caritatis monadem, omnium gratiarum profeſſione pleniter ſuffultus, B. Servatio, aliquantis Pontificibus intermediis, in Trajectenſi Sede ſalubriter ſucceſſit. *Multa, quæ in hac Vita referuntur, eiſdem verbis leguntur in Additionibus Ægidii ad Harigerum: qualia hæc ſunt*: Dictus quoque Monulphus Pontifex, omnium prædiorum ſuorum S. Servatium fecit heredem, *& ſub finem*: Regreſſus vero Pontifex glorioſus, ſuper univerſis Chriſti beneficiis circa ſanctum & inclitum Servatium, etiam ſuo tempore frequentius factis, lætatus eſt valde: &, ſicut dignum erat, mirabiliter glorificabat eum in auro & argento, in univerſis etiam quibus in miniſterio opus erat divino, addidit familiam, addidit & prædia, quibus in his terrenis poſſeſſionibus erat ditiſſimus. Qui tandem videns ſibi imminere finem vitæ, non timuit, non expavit; ſed confortatus in Domino, omnem Clerum, omnemque populum, per triduum ſine intermiſſione docuit & monuit, ut ſemper parati eſſent occurrere Chriſto, quaſi venienti ad judicium. Omnibus vero digne peractis, in medio eccleſiæ, in qua fere 40. annis fuerat Epiſcopus, deſignavit locum ſuæ ſepulturæ: ubi vitæ hujus termino feliciter tranſacto, ſepultus eſt cum magno honore. *Ita MSS. Qui in illis ſunt* anni fere 40. *eos Ægidius exprimit* per 39. circiter. *Alia Acta MSS. habemus hoc exordio*: B. Domitiano humanis rebus exempto, Fratres cariſſimi, S. Monulphus, cui nobilitate & ſanctitate non erat ſecundus, in Pontificali regimine ſanctæ Trajectenſis Eccleſiæ jam 21. F ſucceſſit. *Reliqua utcumque cum altera Vita & additionibus Ægidii conveniunt.* B. Monulphum ſequitur electio pretioſiſſimi Confeſſoris Chriſti & Antiſtitis B. Gondulphi, qui moribus, continentia, & eruditione, nullo priorum inferior, nullo ignobilior, digne ſanctam regebat Trajectenſem Eccleſiam multorum temporibus annorum. *Ita Acta MSS. & Ægidius in additionibus*

S. Monulphus.

S. Gondulphus.

ad

A ad Harigerum. Et hæc de ejus electione: dein additur, B. Monulphu de medio ſacto, ille ab univerſis civibus electus, ipſe ab univerſo regno in ſolium Pontificale erectus, conſacratus Epiſcopus; omnique depoſita temporalium diligentia rerum, totus fertur in Deum. Hic dicitur reſtauranda Tungrenſi eccleſiæ & civitati applicuiſſe animum; & additur, quod graſſantibus in novos incolas lapſi, in ædificia recentia flammis, intelligens difficillimum ſibi fore divinis decretis obviare, reverſus ad ſuam Sedem, quod inſcius fecerat contra Dei voluntatem, pœnitendo ſtuduit abolere. Non poterat diſertius expreſſiuſque deſignari Sedes Epiſcopalis Trajecti collocata. Hæc vere ſi ſcripſit Joannes, ab ipſo S. Goudulfo Epiſcopus tertius, ut habent membranæ quædam ad 56. Julii examinanda, fidem facerent prorſus indubitabilem: ſi autem membranæ illæ, quæ in principio atque in fine prædictæ Vitæ hujus Auctorem Joannem faciant, ideo tantum ſic ſcriptæ fuerunt, ut fides adderetur figmentis, Tungrenſium everſæ fortunæ injurioſis; quiſquis tamen earum Auctor fuit, veroſimiliter Leodienſis (nam in hujus Eccleſiæ Legendario veteri ſunt repertæ) ipſe a quinque vel ſex ſeculis ſcri-
B bens, nihilominus idoneus omnino eſt, cui credamus, neminem tunc Leodii dubitaſſe, aut ſaltem plurium fuiſſe opinionem, de Sede Epiſcopali vere Trajecti conſtituta. Denique de ejuſdem S. Gondulfi obitu hæc traduntur: Ad ſupernæ repromiſſionis gaudia, ad æternæ beatitudinis præmia, tandem illum Domino vocante, 7. Kalendas Auguſti migravit. Et quia non impar eſt meritis, juxta ſuum prædeceſſorem Monulphum ſepelitur in medio eccleſiæ viri glorioſiſſimi Servatii. Auctor magni Chronici Belgici, ex fidelioribus, ut volunt, Chronicis Tungrenſium, & 12. Trajectenſem Epiſcopum ſtatuit, & Trajecti juxta S. Monulphum ſepultum. Quem etiam illic locum ſepulturæ habuiſſe, ſcribit Harigerus. Eodem modo SS. Perpetuus & Ebregiſus, qui ſeculo 7. floruerunt, in magno Chronico Belgico & Additionibus Ægidii dicuntur Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopi. Quorum ille Dionanti, iſte Trajecti eſt ſepultus. Conſentiunt S. Perpetui Acta in MSS. Rubeæ Vallis hoc exordio. Poſt diſceſſum B. Gondulphi Epiſcopi Trajectenſis Eccleſiæ, B. Perpetuus ordinatur Epiſcopus.

SS. Perpetuus & Ebregiſus,

32 Lubet hic nonnihil gradum ſiſtere, & prius quam ad ſequentes progrediar (quos ex ſcriptorum veterum monumentis certum fiet Trajectenſes Epiſcopos dictos eſſe & reipſa) expendo in præcedentibus allata duo, paris omnino auctoritatis documenta, quæ nequeant in
C dubium revocari. Primum eſt, ipſiuſmet S. Domitiani ſubſcriptio, qua dicitur Epiſcopus Eccleſiæ Tungrorum, quod eſt Trajectum. Quid enim poteſt eſſe evidentius, ad comprobandum quod Tungrorum Eccleſia, adeoque & Epiſcopalis Sedes, etſi ab aliquibus adhuc antiquo vocaretur nomine, non tamen ibi concipi deberet, ubi Tungri fuerant; ſed ubi tunc erat & dicebatur Trajectum? Cum igitur Harigerus de S. Monulpho, Domitiani ſucceſſore, ſcribit, quod in eccleſia Servatiana a ſe ædificata Sedem Pontificalem deinceps eſſe conſtituit; hoc ut ſummum voluit dicere, quod ab alia quadam Trajecti Eccleſia, quæcumque illa fuerit, de quo infra videbimus, tranſtulerit Cathedram ad novum hoc templum; non quod eam quæ Tungris utcumque manſiſſe forſan videbatur, Epiſcopis prioribus Trajectenſem urbem velut refugium duntaxat habentibus, primus hic expreſſe & ſolenniter Trajectum tranſpoſuerit. Itaque vel hoc ſolum ſatis eſſet ad convictionem adverſariorum, qui univerſim negant Trajecto Sedem Epiſcopalem. Adeo autem id notum erat tempore illo quo vivebat S. Gregorius Turonenſis (unde ſecundum ſumo irrefragabile documentum) ut hic non dubitaverit S. Servatium, poſt quem paſſim incipiunt Trajectenſes Epiſcopi nominari ac numerari, communi ſucceſſoribus omnibus appellatione vocare Epiſcopum Trajectenſem: etſi D ille fortaſſis nihil egerit, per quod aſſerit Tungris eſſe Sedes Epiſcopalis, aut eam ſolo verbo deſignaverit Trajecti. Vide quantum adverſariis largiar, neque tamen præter ſolidam rationem quidquam. Si enim S. Gregorii contextũ conſideres, nihil ibi de Sede tranſlata leges: ſolum videbis de ſepultura ſua ſolicitum Sanctum, efferre Tungris quæ eo ſacerent; non Clerum, non familiam ſecum trahere; utque ut Trajectum advenit, modica pulſatum febre recedere a corpore, atque a fidelibus ſepeliri; nulla utique mora interpoſita, quæ tamen neceſſaria fuiſſet ad ordiendam vel leviter novi Epiſcopii formam. Cum autem prius quam alius Tungris inſtitueretur Epiſcopus in locum defuncti, ſupervenientes Hunni intuliſſent cladem a Sancto præviſam, incenſa veroſimiliter urbe, Cleroque & populo trucidato, aliquammulti fluxerunt anni prius quam cogitaretur de reſtituenda Epiſcopatu, idque non in priori loco, qui Francis idololatris obnoxius ac fere deſertus, minus jam erat ad ſuſtinendam Cathedræ dignitatem idoneus ac parum tutus, uti ex S. Ebergiſi Colonienſis Epiſcopi cæde ibidem tunc patrata conſtat, ſed in Trajecto bene munito, & nihil adhuc barbaris debente ac ſolide Romano, eodemque integro, & per S. Serva- E
tii miracula magis magiſque clareſcente, quemque corporis ſui depoſito ad id velut ominatus erat ipſe Sanctus. Atque ideo fortaſſe ſapienter eſt proviſum a poſteris, ut in numerandis Epiſcopis Trajectenſibus primus decerneretur, non S. Servatius, ſed S. Agricolaus; ſicuti Mediolanenſis Eccleſia (quæ initium ſuum ad S. Barnabam Apoſtolum refert, atque ut Trajectenſis ad dictum S. Servatium) primum Epiſcopum ſuum nominat S. Anathalonem.

ſed ex morte ejus poſt aliquantos annos id factum fuiſſet,

33 Exempla multiplicare, neceſſe non puto: potius addo, ex ipſa creandi Epiſcopi poſt mortem Servatii & Tungrorum excidium mora, ab omnibus admiſſa, etiam cum exceſſu, vehementer confirmari opinionem, quæ cenſet ab illo vere ac proprie non fuiſſe tranſlatam Cathedram, ſed ſolum ejus transferendæ datam occaſionem. Si enim Trajecti Eccleſiam ordinaſſet Sanctus ex Clero, vel ibi reperto vel Tungris adducto; non apparet cur idem Clerus, cum eadem qua olim Tungris poteſtate tunc Trajecti reſideret, diſtuliſſet in defuncti locum ſufficere aut poſtulare Epiſcopum alterum: juſta autem moræ cauſa eluceſcit, ſi ponas Clerum, qui id facere potuiſſet, Tungrorum ruina fuiſſe involutum, alium autem non extitiſſe Trajecti penes quem tanta dignitas ac poteſtas foret, ut proinde expectanda fuerit nova nova Eccleſiæ inſtitutio a Synodo aliqua aut Romano Pontifice. Quod ſi forte aliquando prodeant vera ſeculi 5. monumenta, quibus probetur S. Agricolaum, & qui ei proxime ſucceſſerunt uſque ad alteram Hunnorum ſub Attila vaſtitationem, F
Tungrenſes Epiſcopos ſeſe ſcripſiſſe, non Trajectenſes, etſi alias Trajecti habitarent; id tamen ceſſaſſe dixerim, everſis denuo Tungris, ita ut ſeculo 6. veriſſime ac propriiſſime dicti ſint Trajectenſes Epiſcopi; aliorum vero nonnulli ſaltem per prolepſim; eodem jure, quo Leodienſes Epiſcopi dicuntur, quotquot poſt S. Hubertum, ſub reſuſcitato Eccleſiæ Tungrenſis titulo, Leodii habitaſſe & Sedem habuiſſe infra dicentur. Ego, ut quam certiſſima ſcriberem, neque vel ſtudio partium, vel prius edita contentioſius retinendi affectu abreptus viderer, a prætenſo Trajectenſium in S. Servatium & proximos etiam ſucceſſores jure tantum reſcidi, quantum per ſummum judicandi rigorem in partis debilioris favorem reſcindi poſſe videbatur: quo evidentior fiat iniquitas eorum, qui principali cauſa tam irrefragabiliter evicta, & deinceps irrefragabilius evincenda in poſterioribus Epiſcopis, volunt uti contra certam atque incontestabilem poſſeſſionem Trajectenſium; evidentiſſime ſuperiorum & Epiſcopos Trajectenſes, quaſi nulli unquam fuerint, exſibilare.

quando eri... S. Agricolano,

qui vere cenſendi Epiſcopi Trajectenſes agnoſcendi ſunt,

etiamſi S. Servatius Tungris non tranſtuliſſet Sedem,

C A-

CAPUT VI.

SS. Joannes Agnus, Amandus, Remaclus, Theodardus, Lambertus, Hubertus, Epiſcopi Trajectenſes dicti ab antiquis Scriptoribus.

34 *S. Joannes Agnus.* E*Piſcopus decimus ſextus Eccleſiæ Trajectenſis fuit* S. Joannes Agnus, *in cujus Actis ſcribit Harigerus, quomodo* peregrinus transmarinus, viſione Angelica admonitus, *inter alia dixerit illi*: Oppidum Trajectenſe ſuo viduatum eſt Paſtore, ſtatuit Dominus eo officii te ſublimari honore. . . . . . Vulgatum eſt hoc celebre in omnium aures, prolatum eſt ad plurimos regni totius Proceres; non latuit Regem fama hæc, in Trajectu congregatam occupavit plebem. Confeſtim properatur, legatio Hoyum dirigitur. Beatus Joannes cum transmarino invenitur. Trajectum non ſine admiratione omnium ambo perducuntur. . . . . . Regia præcepta edicuntur, Beatum Joannem Trajectenſem fore Epiſcopum a cunctis acclamatur. E Conſentiunt omnes, univerſi lætantur, rapitur, inthronizatur. *Hæc Harigerus, quæ accuratius elucent in Actis* S. Amandi *ſucceſſoris, per antiquos Auctores conſcriptis.*

S. Amandus. 35. *Baudemundus, diſcipulus Sancti Amandi dein Abbas Blandinienſis, de morte Sancti Joannis Agni, ſuffectoque ei Sancti Amando, ita ſcribit*: Trajectenſium Epiſcopus migravit ad Chriſtum. Rex ad regendum Trajectenſium Eccleſiam Amandum propoſuit. *Auctor Aquitanus ex Mſ. Andreæ Cheſnaei*; Contigit, *inquit*, ut Trajectenſium Epiſcopus moreretur. Tunc vir Dei Amandus, a Rege coactus, & a Sacerdotibus juſſus, & a populo electus, Trajectenſium Eccleſiam regendam ſuſcepit. *Milo Poeta lib. 3. ſub hoc titulo*. Ubi Sanctus Eccleſiam Trajectenſium ad regendum ſuſcepit, *ita cecinit ante annum Chriſti* 840.

Angelus evexit celſi trans ſidera cæli
Pontificem, cujus Sedem Trajectus habebat.
Quo Rex comperto, Sanctum accerſivit Amandum:
Plurima Pontificum conducens agmina ſecum,
Præſulis ad tanti ſolennia, jungit honores.
Interea Sanctus ſacra ſublimis in arce
Ducitur ac trahitur, jam dicta in Sede locatur.

Similia habent Harigerus & Philippus ab Eleemoſyna Ab- F *bas Bona-Spei in Actis S. Amandi. Eumdem* venerabilem virum Amandum, Trajectenſium urbis Epiſcopum, *appellant Monachus S. Dionyſii in Geſtis Dagoberti Regis cap. 24. & Aimoinus lib. 4. Hiſtor. Franc. cap. 20. Eumdem* Amandum Trajectenſium Epiſcopum *dixerunt Hucbaldus, Monachus Elnonenſis, in Vita S. Aldegundis, 30. Januarii cap. 1. Stephanus, Abbas Leodienſis ad S. Jacobum, in Vita S. Medoaldi Epiſcopi Trevirenſis 12. Maii; Raînerus, in Vita S. Gisleni Abbatis 10. Octobris, aliique. Uſuardi omnia exemplaria typis excuſa, & manu exarata, ad 6. Februarii, conjungunt SS.* Vedaſtum & Amandum, quorum prior Adartenſium, ſequens vero Trajectenſium rexit Eccleſiam. *Verba Uſuardi hactenus retinet in Martyrologio Eccleſia Romana, ſed* Atrebatenſium Epiſcopum *facit, qui Uſuardo* Adartenſium *eſt, mutata voce ana claritatis cauſſa; ea retenta, qua priſca auctoritas Eccleſiaſtica ſtabilitur. Ipſa Martyrologii* Romani *verba hæc ſunt*: Eodem die ſanctorum Epiſcoporum Vedaſti & Amandi, quorum vita & mors plurimis miraculis extitit glorioſa, e quibus prior Atrebatenſium, alter vero Trajectenſium rexit Eccleſiam. *Eadem leguntur in Adonis Mſ. exemplaribus monaſteriorum S. Laurentii Leodii & Lobienſis, & in antiquo Martyrologio monaſterii* Elnonenſis, *ubi ſepultus Amandus eſt*.

36. *Bartholomæus Piſeu lib. 3. Hiſtoriæ Leodienſis & in* A *Floribus Eccleſiæ Leodienſis 6. Februarii, in Vita S. Amandi, ſtudioſe nomen urbis Trajectenſis declinat; cujus nec in titulo quidem meminit, & ubique ſubſtituit* Tungros, *citatis etiam hiſce auctoribus, qui* Tungrorum *non meminerunt. Sed proferatur, qui integris quatuor ſeculis ab obitu S. Amandi, eum aliter quam* Trajectenſem Epiſcopum *ſcripſerit. Nos e contra accumulavimus & porro pergimus accumulare teſtimonia gravium, integrorum, & tantum antiquorum Auctorum, quorum nullus (quod ſciatur) Trajecti vixit. Hi autem non ſolum appellant* S. Amandum Epiſcopum Trajectenſem, *ob ſolam in ea urbe habitationem, ſed clare pronuntiant eumdem* in Trajectenſi Cathedra ſublimatum & collocatum fuiſſe; *&* in Sede dicta locatum, in Pontificio Trajectenſi ſucceſſiſſe; Cathedræ Trajectenſium præſediſſe; *&* Trajectum Sedem Pontificii habuiſſe. *Denique* S. Amandum Trajectenſium rexiſſe Eccleſiam, *poſt Baudemundum, Miloaem, Uſuardum, alioſque, confirmat Eccleſia Romana, quam propugno: a cujus ſenſu qua cauſa alii diſcedant, ipſi viderint*.

37 *Amando ſubſtitutus eſt* S. Remaclus, 18. *Epiſcopus* *S. Remaclus.* *Trajectenſis, cujus Vitam, 3. Septembris dandam, ſcri-* B *pſit Notgerus Epiſcopus Leodienſis, ordinatus anno 971., vita functus* 1007. *Eodem auctore Notgero habemus Vitam S. Landoaldi Archipresbyteri ad diem 19. Martii illuſtratam, cujus etiam nomine Epiſtolam dedicatoriam ad Warinfridum Abbatem Stabulenſem edidit Harigerus Abbas Lobienſis, ante Hiſtoriam ſive Geſta Epiſcoporum Tungrenſium & Trajectenſium, ubi eamdem S. Remacli Vitam ex Notgero deſcribit. Et quamvis hi duo Auctores tribus ſeculis a S. Remaclo diſtent, tamen excerpemus quid de hac re ſenſerint ipſi, alter Leodienſis Epiſcopus, alter ejuſdem Epiſcopi domeſticus. Apud Notgerum ergo*, inclitus Rex S. Amandum fecit in Trajectenſium cathedra ſublimari. *Surius*, in Trajectenſi cathedra collocari. *In Vita S. Landoaldi, Trajectenſium Cathedra* præſidere fecit. *Harigerus*: B. Joanne a corpore decedente, B. Amandus ei in Pontificio Trajectenſi ſucceſſerat. *Notgerus etiam in utraque Vita*; Plebs Trajectenſium, cum electione communi Sacerdotum, cum frequentia & audientia Magnatum, cum vociferatione etiam & acclamatione omnium Ordinum, obtulit tale precum ſuarum votum, neminem ſibi debere, niſi Beatum præeſſe Remaclum. *Eadem habet Harigerus*: quod multorum victus inſtantia, viceſimus ſeptimus Trajectenſium ſubſtituitur Epiſcopus. *Apud Reinerum, Monachum Leodii ad* C *S. Laurentium, in Vita S. Lamberti*, Landoaldus, a Martino Papa S. Amando Trajectenſium Epiſcopo ad auxilium deputatur, poſt quem Remaclus Cathedram Eccleſiæ Trajectenſis ſuſcepit. *Harigeri Hiſtoriam, in S. Remaclo finitam, Anſelmus Canonicus Leodienſis, illo annis quinquaginta junior, continuavit, hoc exordio*: Huc uſque Geſta Tungrenſium Trajectenſiumque ſunt digeſta. *Unde toti operi utriuſque auctoris, Harigeri & Anſelmi, in omnibus Mſ. codicibus recta præfixus eſt, atque a Joanne Chapeavillo Canonico & Vicario Leodienſi editus ejuſmodi titulus*, Geſta Pontificum Tungrenſium, *ſcilicet uſque ad S. Servatium*, Trajectenſium, *uſque ad S. Hubertum, & deinceps* Leodienſium. *Codices illuſtriores Mſ. allegat Chapeavillus pagina 3. in monaſteriis Aureæ-Vallis, Alnenſi, & Cruciferorum repertos. Interim Joannes Roberti*, certo ſibi conſcius, *ut aſſerit*, ſe ſine affectu ſcripſiſſe, *cauſis Trajectenſibus, notatione 15., hæc ſcribit*: Tres Tomi Epiſc. Tungrenſium & Leodienſium, a Joanne Chapeavillo Canonico Vicario Leodienſi ex aliquot Auctoribus antiquis editi, qui cum Mſſ. quibus uſus ſum, nec omnia belle conveniunt. *Si, per omnia,*

ergo & in titulo, in quo etiam, ut apud Chapeavillum, Epiſcopi Trajectenſes exprimendi erant: quid autem eos amittere ſuaſit, niſi affectus alteri parti obnoxius?

38 Ramaclo ſucceſſit in Sede Trajectenſi S. Theodardus 28. *Ita Anſelmus, connumerans novem priores ante S. Servatium, poſt quem hic Epiſcopus Trajectenſis 19. fuit. Conſentiunt Acta Mſs. ejuſdem, danda 10. Septembris. In antiquioribus Actis S. Lamberti Sedes Trajectenſis S. Theodardo ſatis perſpicue attribuitur: atque hæc pro Theodardo abunde ſufficiunt.* S. Lambertus, *urbis Leodienſis totiuſque Diœceſis primarius Patronus, fuit Epiſcopus Trajectenſis 20. Hujus Vitam primus ſcripſit Godeſchalcus, Eccleſiæ Leodienſis Diaconus, juſſu Agilfridi Epiſcopi anno 761. ordinati. Godeſchalcum ſub Regibus Pepino & Carolo Magno claruiſſe, teſtantur infra citandi Nicolaus & Renerus. Extat ea Vita, a Chapeavillo poſt memoratam Anſelmi hiſtoriam edita, cui* Taodoenum, *qui* in obſequio S. Lamberti *etiam* exulis permanſit, vitam & opera ejus enarraſſe, *teſtatur ipſemet cap. 3. Hic autem cap. 1. ita ſcribit:* Eodem tempore Divinæ diſpenſatione providentiæ, ſummus Pontifex Theodardus, oppidi Trajectenſis Cathedræ Pontificali præſidebat: pater ejus (*S. Lamberti*) commendavit eum præfato Antiſtiti, Divinis dogmatibus & monaſticis diſciplinis in aula regia

E erudiendum. *Hujus deinde electionem cap. 2. ita proſequitur:* Interfecto autem prædicto Antiſtite Theodardo, copioſa multitudo virorum in regione illa habitantium, & cognoſcentium fidem, opera, & converſationem nobiliſſimam S. Lamberti, cum de eo mutuo loquens, eligere eum ad Pontificalem Sedem diſponebat...... Tunc per totius plebis in Spiritu ſancto unum conſilium, & ſimul Regis imperium, favente Domino, a quo jam dudum electus erat, ſubrogatus eſt, ut præeſſet Eccleſiæ Trajectenſi. *Et aliquibus interpoſitis, narrata etiam Childerici Regis cæde, ac depoſitione* S. Lamberti de Sede Pontificali, Pharamundum, *inquit*, in Cathedra illius conſtituerunt. *Dein cap. 4* Poſt ſeptem vero, *ait*, annos expletos, Pharamundus de Sede Pontificali & de provincia Trajectenſi depoſitus atque repulſus eſt...... In illo tempore Princeps Pipinus, in plurimis regionibus & civitatibus Europæ regnans, auditis operibus beati viri, ſub unius diei articulo juſſit eum cum magno honore ad propriam Sedem revocari. *Et indicata omnium de ejus reditu exultatione, pergit:* Regreſſus autem Dominus Apoſtolicus ad Urbem propriam, inſtitutionis ſuæ nor-

F mam quotidie in bono promovebat, *uti ſequentibus capitibus refertur. Ac tandem poſt cædem ejus narratam, cap. 10. de ſacro corpore Trajectum devecto ſepultoque, hæc tradit:* Pauci itaque, qui evaſerant hoſtium manus, raptum corpus exanime, vili operimento contegunt, & navigii evectione Trajectum deferre diſponunt, quæ urbs Epiſcopalis Sedis apud ſe eum repoſcebat ex debito humandum. *Et cap. 14. acturus de Tranſlatione corporis Sancti Lamberti, ita incipit:* Suffragante Deo, narrare volumus, quod nuper, *ipſo (ut probabile eſt) vivente Godeſchalco ſcriptore*, poſt aliquot annos S. Lambertus cuidam viro venerabili apparens dixit, corpus ſuum Leodium transferri oportere .... Sanctus autem Hubertus, quondam illius diſcipulus, Pontificatum procurans .... veneranda membra Chriſti Martyris, odore ſuaviſſimo fragrantia, ſalva & intemerata invenit: quæ cum timore & honore, imo de ſepulcro elevans, pretioſis veſtimentis involvit....... Et populus Trajectenſis concentu & gemitu, antiphonarum quoque lugubri proſecutione concrepuit, præ magnitudine mœſtitiæ vix hæc ſequentia lamenta proſequens: O Paſtor bone, cui hanc plebem ſervandam commiſiſti! O dulcedo pauperum! O fortitudo debilium! O lumen oculorum! O ſuſtentaculum nutantium, noli deſerere eos, quos divinis verbis, & exhortationibus ſpiritualibus, more patris filium corrigentis, conſolabaris. *Habemus Godeſchalcum, Diaconum Leodienſem,* A *qui eodem, quo S. Lambertus Martyr occubuit, vixit ſeculo: adeo ut hujus unius teſtimonia ſufficiant, quibus* Trajectum *appellatur* Urbs Epiſcopalis Sedis, Urbs propria & Sedes propria Epiſcopi Sancti Lamberti; *& vice verſa*, Cathedra & Sedes Pontificalis Urbis & oppidi Trajectenſis. *Eodem modo* S. Lambertus *vocatur* Epiſcopus Eccleſiæ Trajectenſis, Paſtor Trajectenſium, *&* populi Trajectenſis, *ejuſque diœceſis* provincia Trajectenſis.

39. *Si qua tamen Godeſchalco, quia Diaconus ſolum Leodienſis nominatur, deſit auctoritas, eam firmabit ſuſtentabitque* Stephanus, conſanguinitati Caroli Simplici Regis Francorum affinis, *ordinatus* Epiſcopus Leodienſis *circa annum 903., vita functus anno 920., & ipſe ſcriptor Vitæ Sancti Lamberti Epiſcopi Trajectenſis, a Chapeavillo edita. Ejus Vitæ cap.* 1. Sanctus Lambertus Trajectenſi vico extitit oriundus: *& cap. 2.*, Pontifex Theodardus & clariſſimus Chriſti Martyr futurus, vir Sacerdotali reverentia plenus, & coram Divinis conſpectibus Sacerdos beatificandus, in memorato ſuperius vico Epiſcopalem adminiſtrabat dignitatem. Huic memorabilis adoleſcens Lambertus, nobilitate cluentiſſimus, B forma corporis elegantiſſimus, commendatur in aula regia educandus. *Godeſchalcus ſupra Trajectum vocarat Urbem, quam Stephanus* Vicum *nominat, quia pars ejus Tranſmoſana proprio nomine* Wyk, *quod hodieque retinet, appellabatur. At cap. 3.* Poſtquam vero ab impiis interfectus, palmam beatitudinis Sanctus percepit Theodardus, fidelis Trajectenſium caterva, pio Paſtore viduata, cœpit vehementer perquirere alium ſimilem ſanctitate, quem in ejus loco poſſet ſubrogare. Diu quæſitis ſcrutatiſque omnibus diligenter, ſanctior nemo inventus eſt Lamberto. Hunc itaque ditatum honoribus ſanctimoniæ, illuſtratum commerciis parſimoniæ, Spiritus ſancti præeunte clementia, plebs Trajectenſium pariter congregata, Epiſcopum fieri elegit, & in loco Magiſtri ſuccedere acclamavit. Regalis quoque Celſitudo, ac Palatinorum Procerum multitudo, ejus opinione cognita; illum, in Solio Pontificali conſtituerunt ſublimari. *At Sancto Lamberto omne illud detrectante*, Trajectenſium caterva, *ac dein* omnes ſimul dixerunt: Lambertus civis noſter, operum plenitudine celeber, oportet ut fiat Epiſcopus noſter. Sic voluntas eſt Dei, ſic Principes ſtatuunt ergo. Illum omnis eligit Clerus, C univerſus acclamat populus: Non nos, Lamberte, diutius protrahas; ſed pro certo ſcias, quia, velis nolis, noſter Epiſcopus eris, & Trajectenſium Paſtor vocaberis....... Ita Dei decreto exaltatus, & Epiſcoporum benedictione conſecratus, in Trajectenſis Eccleſiæ faſcibus venerabilis Lambertus Pontifex eſt inſtitutus. *At cap.* 4. longe lateque ejus ſanctitatis diffuſa opinione, pervenit ad notitiam Regis Childerici, qui eo tempore inter Francigenas ſceptrum obtinebat regni, quod Lambertus Eccleſiæ Trajectenſis Paſtor, in famulatu ſummi Creatoris ſupereminens haberetur mortalibus cunctis. *Ac nonnullis interpoſitis*, Lambertus, Sacerdos Chriſti inclitus, debitis honoris privatur dignitatibus, ac de Pontificali Cathedra vir celebris ejicitur: & Suggeſtum Trajectenſis Eccleſiæ latro Pharamundus invaſit inepte. *Verum, ut cap. 7. dicitur*, infelix invaſor Eccleſiæ Trajectenſis, Pharamundus videlicet, filius iniquitatis, falſo nuncupatus Paſtor ovium, appellandus merito Angelus tenebrarum, ſuis exigentibus culpis, plurimorum criminatus convitiis, expulſus eſt a Pontificali Cathedra, & ab

eadem

S. Theodardus

S. Lambertus juxta Acta ſcripta a Godeſchalco Diacono Leodienſi

Stephano Epiſcopo Leodienſi

A eadem ejectus provincia, *id eſt, diœceſi. Dein cap.* 8. Venientes illi, qui a Rege fuerant miſſi, Lambertum Sacerdotem hujoſcemodi verbis ſunt allocuti: Te, Pater, Rex obſecrat, omniſque populus flagitat, ut a monaſterio exeas; gregem, quem non ſponte dereliquiſti, recipias; & opus Domini, ut inchoaſti, perficias . . . . . . Hinc ergo beatiſſimus Confeſſor Lambertus, ſella commercium aggreſſus, ad propriam Sedem eſt reverſus. Sic exul ſacratiſſimus, ac inenarrabili patientia pleniſſimus, Gregem ſuum recepit, magnifice protexit, & indefeſſe cuſtodivit . . . . . . Ita miles emeritus, vir permaxima tribulatione purgatus, omnium ſuorum vocibus attollitur, & in Cathedra Trajectenſium decenter relocatur. *Hæc Stephanus Epiſcopus Leodienſis, in quo agnoſcitur* Trajecti Pontificalis Cathedra, Solium Pontificale, & propria Sedes S. Lamberti, Trajecti Epiſcopalis dignitas, Plebs Trajectenſis Epiſcopum eligit. *Ipſe* Pontifex Eccleſiæ Trajectenſis, Paſtor Trajectenſium, & Noſter Epiſcopus *a civibus compellatur*, relocatur in Cathedra Trajectenſium. *Vocatur &* *Pharamundus*, *invaſor* Eccleſiæ Trajectenſis; *ejuſque*
B *Cathedra*, Suggeſtum Eccleſiæ Trajectenſis.

Renero Monacho Leodienſi.

40 *Tertiam Vitam S. Lamberti ſcripſit Renerus, ad S. Laurentium Leodii Monachus, a Chapeavillo ſimiliter editam. In hac cap.* 2. Landoaldus a Martino Papa Romanorum, S. Amando Trajectenſium Epiſcopo, ad auxilium exercendæ pietatis deputatur . . . . Remaclus Cathedram Trajectenſium Eccleſiæ ſuſcepit: *& cap.* 4. S. Theodardo Trajectenſium Epiſcopo ſubſtituto, commendatur etiam huic Lambertus a ſuo patre: *ac relata martyria S. Theodardi, additur cap.* 7. Qui Trajectenſium Eccleſiæ ſubſtitui deberet Epiſcopus, multum deliberabatur in Eccleſia Dei . . . . . . Jamque paulatim ſermo de palatio ad Eccleſiam, ab Eccleſia ad populi frequentiam diſcurrebat, nullum Lamberto meliorem eſſe, ac per hoc, nullum Epiſcopatu Trajectenſium eſſe digniorem. *Ac multis interpoſitis, cap.* 10. Fertur Colonienſis Epiſcopus . . . . . . Clericum Eccleſiæ ſuæ Pharamundum ad Epiſcopatum Trajectenſem contra jus & fas paſſus promoveri. *Verum evoluto ſeptennio, ut cap.* 13. *dicitur*, Trajectenſis mercenarius Pharamundus, tandem juſta Cleri & populi abdicatus ſententia, non tantum ab Eccleſia Trajectenſi, ſed etiam a tota Provincia expellitur. Illico omnium ad cœlum tollitur oratio, omnium ad Principem Pipinum legatio dirigitur, ne amplius Trajectenſes pii Patris Lamberti careant fulcro. Placet juſta petitio Principi, & edicit Paſtorem ovibus ſuis reſtitui. Ita miles emeritus, permaxima tribulatione purgatus, omnium ſuorum vocibus attollitur, & in Ca-
C thedra Trajectenſium decenter relocatur. *Hæc Renerus, apud quem hæ voces eminent*: Cathedra Eccleſiæ Trajectenſis, Cathedra Trajectenſium, Epiſcopatus Trajectenſis; & SS. Amandus, Remaclus, Theodardus, Lambertus, Epiſcopi Trajectenſium.

Anſelmo Canonico Leodienſi.

41 *Renero antiquior eſt Anſelmus ante memoratus, Canonicus Leodienſis, qui ſuam a S. Theodardo hiſtoriam exorditur; & hæc cap.* 2. *tradit*: Beatus igitur Theodardus, ſub B. Remaclo eccleſiaſticis diſciplinis informatus, Magiſtro Pontificatus honorem, arctioris vitæ deſiderio, ſponte declinanti, in Sede Trajectenſi 28. ſuccedit: *& cap.* 5. Huic ſucceſſit ſemper memorandus venerabilis noſter Patronus Lambertus . . . . . . *cujus narrata origine ex* nobiliſſima Trajectenſium ſtirpe, *atque a* Sede Cathedrali expulſione, *vitaque Stabulai acta, hæc refert cap.* 8. Non multo poſt devotio filiorum Eccleſiæ Trajectenſis, commiſſi Paſtoris damnum ſerio reminiſcitur; tandemque detrectans impiiſſimi jugum ſupplantatoris, qui per ſeptem jam annos oves Dominicas indigniſſime tractaverat, venerabilem virum Lambertum vehementiſſime reluctantem, maximo conamine de monaſterio extractum, ad Sedem Epiſcopii reducunt; exceptumque egregio, hinc Deo ſervientium, D hinc pauperum Chriſti triumpho, rurſus in Cathedra Pontificali ſublimant. *Denique cap.* 21. ſucceſſit S. Lamberto venerabilis Pater Hubertus in ordine Epiſcopali 30. . . . . . . Hic cum oſſibus B. Lamberti Leodium tranſtulit Sedem Epiſcopii, quæ hactenus habebatur Trajecti. *Hæc ille*. En Eccleſia Trajectenſis, Sedes Trajectenſis, Cathedra Pontificalis, Sedes Cathedralis, Sedes Epiſcopii hactenus Trajecti. *Quid clarius dici poteſt? Ægidius a Leodio, in additionibus ad Anſelmum, ſimilia habet; e quibus pauca excerpo. Cap.* 2. B. Theodardus in Sede Trajectenſi ſucceſſit: huic *cap.* 5. venerabilis Patronus Lambertus, *quem cap.* 8. filii Eccleſiæ Trajectenſis ad Epiſcopii Sedem reducunt: *& cap.* 21. venerandus Præſul Hubertus a Clero & populo Trajectenſi honorifice ſuſcipitur, & in Cathedra Pontificali inthronizatur. Ipſe eſt, *inquit cap.* 27. qui ab oppido Trajectenſi tranſvexit Leodium Sedem Epiſcopii. *Hactenus hi quinque Auctores. En iterum, ut jam diximus,* Urbs Epiſcopalis Sedis, Urbs propria, Sedes propria, Cathedra, Solium, Epiſcopium, Pontificium, Provincia, Eccleſia, dignitas Epiſcopalis, *urbi Trajectæ attributa; & Epiſcopi a Clero civibuſque Trajectenſibus electi*, *illique* Epiſcopi Paſtoreſque Trajectenſes *appellati: ac denique ſententia noſtra comprobata teſtimonia eorum, qui Epiſcoporum Trajectenſium temporibus propinquiores fuere, aut cum illis vixerunt, dignitate, doctrina & ſanctitate, in illa antiquitate, illuſtres: ſcilicet tres Epiſcopi*, S. Gregorius Turonenſis; *& duo Leodienſes*, Stephanus & Notgerus; *tres Abbates*, Baudemondus *Blandinienſis*, Harigerus *Lobienſis*, Philippus *Bonæ-Spei*; Anſelmus *Canonicus Leodienſis*, Godeſcalcus *Diaconus item Leodienſis*: *Monachi quatuor*, Milo *Elnonenſis*, Sigebertus *Gemblacenſis*, Ægidius *Aureæ-Vallis*, Renerus *Leodienſis*: *qui omnes ferè non fortuito in eam rem inciderunt, ſed horum Epiſcoporum res geſtas ex profeſſo tractarunt.*

Ægidio a Leodio.

E

CAPUT VII.

Teſtimonia Imperatorum de Eccleſiæ Trajectenſis Sede Epiſcopali.

De inſtrumentis Imperatorum indicantibus Epiſcopi Trajectenſes.

42 P*Lacet his ſubjungere publica Imperatorum inſtrumenta, ut, quis totius orbis ſenſus fuerit ſæculo Chriſti undecimo & decimo tertio, inde evidens manifeſtumque reddatur. Cum nos anno* 1668. *biduo ſubſiſteremus Trajecti, experti fuimus ſummam Ampliſſimi Domini Gulielmi Lipſen Decani, Alardi Laurentii van Eyll, aliorumque Canonicorum humanitatem, qui nobis totum archivium exhibuerunt, & quia hæc in-* F *ſtrumenta optabamus habere, curarunt accurate deſcribi, atque a publico Notario ſubſignari. Imo ex primo Henrici quarti Imperatoris privilegia exhibuerunt initium deſcriptum ſuis antiquis litteris, una cum fragmine ſigilli, & monogrammate nominis, prout ea accurate ſculpta lector reperiet in Propylæo antiquario ante Tomum ſecundum Aprilis, in eadem charta cum Privilegio Dagoberti I. Regis Francorum, poſt paginam* 12. *primo loco. Ipſum autem Henricianum Privilegium eſt hujuſmodi.*

A Henrico Quarto

43 In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, & victorioſiſſimæ Crucis, & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, Henricus, Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, tam poſteris quam præſentibus, gratiam Dei perpetuamque pacem. Quoniam Regibus & Imperatoribus, a Deo in pacem Eccleſiarum conſtitutis, ſolicitudo eſſe debet, ſibi commiſſis prudenter & ſtrenue providere Eccleſiis; neceſſarium duximus, ut, ſicut in ſtatu honoris ſui & integritate libertatis adhuc poſitæ, ſunt conſervandæ;

A ita dominatione iniqua oppreſſæ, in pauperiem redactæ; libertatis honore deſtitutæ, ſint reformandæ. Talis ergo & tantæ ſolicitudinis ſtudio benignitas noſtra Eccleſiam B. Servatii in Trajecto reſpiciens, iniquæ & gravi ejus ſervituti condoluit, nec paſſa eſt ulterius eam debita libertate deſtitui. Pia namque Conſectalis noſtræ & Conjugis Bertæ petitione; & Principum Regni noſtri judicio, iniquæ dominationis jugum, & omne jus beneficialis ſervitii prædictæ Eccleſiæ remiſimus, nulliquе eam ulterius ſervituram, niſi Romanis Regibus vel Imperatoribus, & reſpectu libertatis perpetuæ ad Sanctum Petrum & Romanam Sedem, quæ jure Regalia omnia reſpiciunt, amplius habituram, Imperiali Auctoritate & Banno confirmavimus: Dominium vero Præpoſituræ ejuſdem Eccleſiæ nulli conceſſimus recipiendum, niſi ei, quem Regia vel Imperatoria manus in Curia & Capella ſua Cancellarium ſuum ordinaverit: Advocatiam quoque altaris prædicti Sancti, omnibus, niſi ſolis Imperatoribus & regibus & Prælatis, donec eorum Eccleſiæ præſidentibus, tandem Imperiali Auctoritate & Banno contradicimus; B Hanc igitur libertatis confirmationem, quondam a Domino Karolo Imperatore factam, & multorum Epiſcoporum tunc præſentium Anathemate firmatam, nos quoque ob meritum Sancti & Venerabilis Servatii, & dignitatem Cleri & familiæ, quæ fere omnis ex ingenua parentum propagine libera traditionis conditione ad proprietatem Eccleſiæ proceſſit, quaſi neglectam & violentia quadam deſtructam, conditione prædicta renovavimus.

redditur libertas Eccleſiæ S. Servatii,

44 Sit ergo Præpoſitura iſta, cum altaris ſui Advocatia, ſoli Regali vel Imperiali libertati adſtricta, ab omni proprietate alterius Eccleſiæ aliena. Et hoc merito; quoniam ipſa quondam viginti Epiſcoporum Sedes ſimul extitit, & Regalis & Imperialis Curia: Ducibus quoque & Comitibus & ceteris perſonis numquam beneficium ſit, ſed perpetuo exiſtens libera, Regalis tantum vel Imperiali Aulæ deſerviat. Hujus autem libertatis conſilio aut opere violatores, ab Epiſcopis tunc præſentibus excommunicatos, reos Majeſtatis noſtræ, & Apoſtolica feriendos ſententia, Regum & Imperatorum perſequendos gladio, quaſi hoſtes Imperii pronuntiavimus. Acta ſunt hæc Aquiſgrani Palatio, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogeſimo ſeptimo, Indictione decima, Regnante Henrico Imperatore, Conrado filio ipſius Duce, anno Regni ejus triceſimo ſecundo, Imperii quarto; Henrico Epiſcopo Leodienſi, C Godeſchalco Trajectenſi Præpoſito, Dudekino Decano. Hi affuerunt teſtes, Sigewinus Colonienſis Archiepiſcopus, Limarus Bremenſis Archiepiſcopus, Conradus Trajectenſis Epiſcopus, Erpo Mimmengardeſurdenſis Epiſcopus, Theodoricus Werdunenſis Epiſcopus, Burchardus Lauſanenſis Epiſcopus, Fulmarus Mindunenſis Epiſcopus, Henricus Paderbrunenſis Epiſcopus, Heinricus Leodienſis Epiſcopus. Hi prædictæ libertatis violatores excommunicaverunt. Hi quoque Regni Principes affuerunt teſtes, Dux Saxoniæ, Magnus Dux Lothariorum, Conradus Marchio, Godefridus Adelbertus Comes, Henricus Frater ejus, Cono Comes, Arnoldus Comes, Henricus Comes de Lacho, Godafridus de Keteklo Comes, item G. filios ejus cum multis aliis. *Sic ſubſcriptum longis & magnis litteris*, Signum Domini Henrici quarti Regis & Imperatoris. *Et erat ſubimpreſſum magnum Sigillum, ex parte pro vetuſtate confractum*.

ſcriptis 20. Epiſcoporum qui ibi ſederunt,

anno 1087.

aſſiſtentibus novem Epiſcopis,

multis Ducibus & Comitibus,



45 Præſentem Copiam cum originali diplomate Cæſareo, diligenter collatam, reperi concordare cum eodem de verbo ad verbum hac 8. Octobris 1668. Chr. van Vreſtraten, Adm. Reverendorum ac Nobilium Dominorum meorum Decani & Capituli præfatæ Eccleſiæ Secretarius & Notarius publicus, per Regiam Majeſtatem D Catholicam in Supremo ſuo Ducatus Brabantiæ Concilio admiſſus, Trajecti ad Moſam reſidens.

Cujus Privilegii exemplū authenticavit Notarius publicus,

Capitulum Eccleſiæ Beatæ Mariæ in Trajecto Leodienſis diœceſis Univerſis præſentes litteras inſpecturis ſcire veritatem. Noverit Univerſitas veſtra, quod nos Privilegium, ab Illuſtri Domino Romanorum Imperatore Henrico quarto Eccleſiæ Beati Servatii renovatum & confirmatum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum vidimus in hæc verba: In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Tenor ſequitur. In cujus rei teſtimonium ad preces Decani & Capituli ejuſdem Eccleſiæ beati Servatii, Sigillum noſtrum præſentibus fecimus apponi. *& hujus atteſtationis exemplum, ſimiliter in forma authentica probatum accepimus, ſubſignante eodem qui ſupra Notario, anno 1672. die 19. Ianuarii. Verum majoris longe auctoritatis certitudinem prædicto inſtrumento jam olim contulit Fridericus Imperator hujus nominis ſecundus, ipſum innovans hoc, quod ſequitur, diploma.* E

& Capitulum B. Mariæ,

46. In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Fridericus ſecundus, divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex, Inter cetera pietatis opera, quæ Imperialis munificentia jugiter operatur, illud magis futurum fore creditur ad ſalutem, quod ſacro-ſanctis Eccleſiis, in quibus Chriſti ſervitium militat indefeſſe, de affluenti miſericordia elargitur. Inde eſt quod Præpoſitus & Capitulum S. Servatii in Trajecto, fideles noſtri, per Joannem Canonicum eorum, fidelem noſtrum, quoddam Privilegium, indultum eidem Eccleſiæ a quondam Henrico quarto Romanorum Imperatore Auguſto, divæ memoriæ prædeceſſore noſtro, noſtro Culmini præſentarunt; ſupplicantes nobis attente, ut Privilegium ipſum innovare, & ea quæ continentur in ipſo eidem Eccleſiæ confirmare de noſtra gratia dignaremur, cujus tenor talis eſt. *Dein inſeritur verbatenus ipſum inſtrumentum Henrici Imperatoris jam datum, & additur hæc concluſio.*

olim etiam Fridericus 2. Imper.

Nos autem pia moti conſideratione, quod Eccleſia ipſa a noſtris prædeceſſoribus recordationis inclitæ eſt fundata, volentes eam tamquam noſtram Cameram ſpecialem ſuis bonis & libertatibus regere & favore; attendentes inſuper fidem puram & devotionem ſinceram, quam Præpoſitus & Capitulum Eccleſiæ memoratæ fideles noſtri erga Majeſtatem noſtram hactenus habuerunt ac inceſſanter habere noſcuntur; Privilegium F ipſum de verbo ad verbo ad verbum tranſcribi juſſimus, & ea quæ continentur eo, præfatæ Eccleſiæ, de benignitate noſtræ gratia, perpetuo confirmamus. Ut autem hæc tranſcriptio & confirmatio noſtra robur perpetuæ firmitatis obtineat, præſens Privilegium ſcribi & Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt, Panormitanus & Capuanus Archiepiſcopi, Ravellenſis Epiſcopus, Thomaſius Comes Acerrarum, Marchio Lance, Riccardus Camerarius, & alii quam plures: *Sic ſubſcriptum alia littera.*

Atteſtantibus tribus Epiſcopis, & aliis Comitibus anno 1232.



Signum Domini Friderici ſecundi Dei gratia Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jeruſalem & Siciliæ Regis, *& communi littera ſequebatur*, Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo ſecundo, menſe Decembri ſextæ Indictionis, Imperante Domino noſtro Friderico ſecundo Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Rege, anno Roma-

m

A ni Imperii ejus tertiodecimo, Regni Jeruſalem octavo, & Regni Siciliæ tricesimo quinto, feliciter Amen. *Et paulo poſt*. Datum apud Pirinam, anno, menſe & indictione præſcriptis, *& appendebat Sigillum magnum*.

47 *Epiſcopi hic indicati tunc fuerunt, Panormitanus* Berardus, *Capuanus* Jacobus, *Ravellenſis autem in Piceno quo proprio nomine dictus fuerit ignoratur: qua enim ad eum extat Gregorii Papæ IX. Epiſtola, ab Ughello indicata cum nota anni 1237. pro ſtylo tunc uſitato Curiæ ſolam initialem nominis, litteram N. præfert*, Nicolaum *poſſumus interpretari. Soliciti porro Canonici Trajectenſes pro perpetua hujuſmodi inſtrumentorum conſervatione; & cuique caſui proſpicere cupientes, curaverunt eorumdem authentica exempla, publica fide transcribenda, eaque in archivo aſſervant ſub triplici vidimatione (uti appellant) quarum atteſtationum ipſis exemplis ſubjectarum hic eſt tenor*. Cujus reſcripti authenticum ego Decanus & Capitulum B. Mariæ in Aquis-Grani vidimus & diligenter perlegimus, & per omnia idem in authentico quod in reſcripto eſt invenimus, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua parte ſuæ formæ vitiatum. Et quia ipſa Authentica ſine magno periculo per longum B iter deferri non poſſunt, Ego Decanus B. Mariæ in Aquiſgrani nec non meum Capitulum, rogati a Capitulo B. Servatii in Trajecto, præſens reſcriptum noſtris ſigillis roboravimus. Actum anno Domini 1235. in craſtino Matthei. Vidimus & prædicti Authentici confirmationem, a Sereniſſimo Domino Frederico Romanorum Imperatore, Jeruſalem & Siciliæ Rege, ſuper hoc conceſſam. *Eadem deinde formula & iiſdem plane verbis utuntur* Cantor & Capitulum B. Adelberti in Aquiſgrani. *Nec non ſimiliter omnino ſubſignavit* F. Dei gratia Abbas Indenſis cum ſuo Conventu, *dicti vulgo monaſterii* S. Cornelii ad Indam, *cui nomen fuiſſe Florentii, habetur ex Abbatum Indenſium Catalogo apud Gabrielem Bucelinum. Ex iſtis diſcimus, præcipuum finem, ob quem exempla talia reſcribebantur fuiſſe, ut ad externa tribunalia & quocumque exigeret uſus translata, eſſent vice originalium, cautius cuſtodiendorum in archivo, neque viarum periculis exponendorum. Imperio denique poſt varia ſchiſmata ad Rudolphum Habſpurgium devoluto, iterum curaverunt Trajectenſes priora illa Privilegia* C *confirmanda, quod ſub hoc tenore factum*.

Reſcripto autem ſubſcribentibus ſidem Capituli Aquiſgranenſibus anno 1235.

48 Rudolphus, Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus in perpetuum. Dum loca divino cultui dedicata benigno favore proſequimur, & eorum intendimus commodis ac honoribus ampliandis, & temporalis vitæ remedia nobis profutura confidimus & æternæ. Sane dilectorum Capellanorum noſtrorum Venerabilium, Decani & Capituli Eccleſiæ ac Imperialis Capellæ ſancti Servatii Trajectenſis nobis porrecta petitio continebat, ut Privilegium quoddam, a divæ memoriæ quondam Henrico quarto, Romanorum Imperatore & prædeceſſore noſtro, eidem indultum Eccleſiæ, ac per claræ recordationis Fridericum ſecundum Romanorum Imperatorem ipſi Eccleſiæ confirmatum, innovare ac etiam confirmare de noſtræ benevolentiæ gratia dignaremur, cujus utique privilegii, prout liquet inferius, is eſt tenor.

Rurſus confirmatur utrumque inſtrumentum.

Hic inſertum erat inſtrumentum Friderici II & Henrici Imperatorum.

Nos igitur pia conſideratione penſantes, quod prænotata Eccleſia Servatii Trajectenſis ab inclitæ recordationis Imperatoribus Romanis & Regibus noſtris prædeceſſoribus, eſt fundata magnifice, ac munifice prædotata; ſincerum quoque fidei zelum & puræ devotionis affectum, quem Eccleſiæ prætaxatæ Collegium ad nos & Romanum Imperium gerere noſcitur gratioſius intuentes; privilegium memoratum, & univerſa & ſingula quæ in ipſo continentur, apertius, prout lucide ſunt D expreſſa ſuperius, ea benignitate Regia & ex certa ſcientia liberaliter approbamus, innovamus, confirmamus, & hujus ſcripti patrocinio communimus. Nulli itaque liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis & confirmationis infringere, vel eidem in aliquo auſu temerario contraire. Quod qui forte facere præſumpſerit, gravem indignationem noſtram ſe noverit incurſurum. Signum Domini Rudolphi, Dei gratia Invictiſſimi Romanorum Regis ſemper Auguſti.

a Rudolpho Imperatore anno 1282.

Hujus rei teſtes ſunt venerabiles Maguntinus, & Treverenſis, Archiepiſcopi; Fredericus Spirenſis & Babenbergenſis Epiſcopi; Illuſtris Ludewicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ; Eberhardus de Catzenellenbogen, Eberhardus de Marca, Joannes Hannoniæ, Joannes de Spanhem, Adolphus de Naſſowe, Comites; & alii quam plures. In quorum omnium teſtimonium & evidentiam pleniorem, præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum Oppinhem quinto Idus Aprilis, Indictione decima, anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſecundo, Regni vero noſtri anno nono: *& appendebat originalibus litteris magnum Sigillum*. E

CAPUT VIII.

Expenduntur oppoſita argumenta.

49 E*Rardus Fullonius, in ſua Digreſſione ad Caput 3. libri 1. Machabæorum, omnium antiquorum auctoritatem exſufflans;* Ego, *inquit*, cum noſtris omnibus Leodienſibus, exacte ea de re loquentibus; contra ſentio. *Quinam illi? Novimus ibidem collegii Rectorem R. P. Laurentium Ludovici, ſed qui ante Duaci ſacræ Theologiæ Profeſſor ſubſcripſit ſententiæ noſtræ. Demus tamen cum Fullonio ſentire omnes; quærere ſaltem ex iis licet, quo id ſtatuerint argumento*. Unius, *inquit*, D. Leonis IX. Pontificis Maximi auctoritas pro plurimis foret, qui in publico diplomate, ad annum milleſimum quadrageſimum octavum dato, Divum Remaclum, D. Amandi ſucceſſorem, Divorum Theodardi & Lamberti deceſſorem, diſerte appellat Tungrenſium Epiſcopum & Paſtorem. Non utique decebat Summum F Pontificem in ea cauſa neſcire, cujus Sedis Epiſcopus fuiſſet Remaclus, Tungrenſis an Trajectenſis; nec conveniebat Tungrenſem Paſtorem, ſi Trajectenſis fuerat, indigetari in actis publicis, ubi de controverſia agebatur inter cœnobia duo, in Arduennæ ſolo per eum extructa, ſeculis ab eo ævo non totis quatuor. Hæc *Fullonius; prudenter cavens ne publicum illud diploma S. Leonis Papæ IX. proferret verbotenus: prolatum enim quilibet alius mox judicaſſet ſuppoſititium eſſe aut ſaltem interpolatum. Extat illud apud Chapeavillum Tomo 2. pagina 574. & ſequenti, poſt Triumphum S. Remacli, cum hac clauſula*: Data 3. Nonas Septembris, per manus Petri Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii S. Sedis Apoſtolicæ, anno Domini Leonis IX. Papæ 1. Indictione 3. anno Dominicæ Incarnationis 1048. *Hæc ibi. Eumdem annum etiam ſupra habet Fullonius. Verum tunc necdum erat Papa* S. Leo IX. creatus *anno ſequenti* 1049. in Hypapante Domini, *die ſecunda Februarii;* inthronizatus 12. Februarii, Dominica prima Quadrageſimæ, *uti accurrate deduximus* 19. Aprilis, *ad varia Acta dicti* S. *Leonis Papæ IX. Secundus error, quod annus Chriſti præter morem iſtius ævi ſit expreſſus, uti videri poteſt in Diplomatis genuinis ejuſdem Leonis Papæ in Tomis Conciliorum, & apud Ughellum Tomo 1. Italia*

Opponitur diploma Leonis Papæ IX.

ſed cujus ſi; dem eleuſi 4. annorum viſio, in ſola clauſula.

A *ſurrain Aſtabenis Epiſcopis columna 503. Tomo 9. in Epiſcopis Cluſinis columna 723. & Tomo 7. in Archiepiſcopis Salernitanis columna 532. & aliis. Tertius error eſt* Indictionis, *quia citato anno 1048. fuerat* Indictio prima, *non* tertia: *& primus annus Pontificatus S. Leonis convenit in* Indictionem ſecundam. *Quartus error eſt in cognomine* Petri Diachini, *quia cognominatum tunc nullus ejus Clericis erat. Diploma ejuſdem Leonis Papæ inter Cluſinos Epiſcopos relatum, datum eſt* per manus Petri Diaconi, Bibliothecarii & Cancellarii Sanctæ Apoſtolicæ Sedis: *quo etiam modo illis ſcribendum fuiſſet. Porro approbantur in eo omnia* ſecundum dicta Imperatorum Caroli, Lovinci, & Ottonis Imperatorum. *Quos iſte* Lotiacus, *omnibus aliis plane incognitos? Videtur ſubſtituendus* Ludovicos. *Hoc autem tam temere conſarcinatum ſcriptum, ubi nec ſtylus, nec annus, nec indictio, neque Pontificatus conveniunt, & alia inſuper multa peccantur, diplomatis publici fidem habere prætendat aliquis, qui vel tantillum verſatus in hiſtoria ſit?*

dubium pro laude eſt an quod ibi dicatur S. Remaclus Tungrenſis Epiſcopus fuiſſe.

50 *Ad rem a Fulbonio propoſitam quod attinet, ſic ibi legitur.* Et profecto præterea hoc Apoſtolico decreto id vigilanter inſerere, atque Apoſtolica auctoritate roborare curavimus, ut defuncto per ſucceſſionem Abbate, ſecundum quod a jam dictis Regibus nec non & Imperatoribus eſt diffinitum, ex utriſque in unum cœnobiis confluentibus Monachis, habeant ſine ſimulatione, ſine exceptione perſonæ, ſecundum S. Benedicti regulam, Abbatem eligendi liberam optionem: ea tamen præponderante ratione, Malmundarienſium parte: ut quia B. Remaclus utriuſque monaſterii conſtructor, & Tungrenſium antea Epiſcopus & Paſtor, maluit in altero eorum, id eſt Stabulenſium, locum ſepulturæ deligere ſibi, ipſi primam electionis obtineant

B vicem, ſi apud eos melior meritis & inſtructior litteris inveniatur. Si autem non illic, ſed melior Malmundarii reperiatur; utrique loco præficiendus ab eo potius, quam ab externis aſſumptus intromittatur. *Hæc ibi: quæ utrum vere ſic conſtituta a Romano Pontifice fuerint, Malmundarienſibus expendendum aut controvertendum relinquo; unum noto, quod facit ad rem noſtram, ſcilicet dubitari merito poſſe, an Leonis ævo ſcripta credi omnino debeant verba illa de S. Remaclo,* Tungrenſium autem Epiſcopus & Paſtor. *Egimus 3. Februarii, de fundatione horum monaſteriorum poſt Acta S. Sigeberti Regis, in cujus priore diplomate iſta leguntur.* Ubi Chriſto auſpice, Remaclus venerandus Epiſcopus præeſſe dignoſcitur. *In ſecundo diplomate iſta habentur:* Ubi vir venerabilis Remaclus Epiſcopus Abba, Chriſto auſpice, præeſſe videtur. *In tertio diplomate Childerici Regis, ibidem etiam edito, iſta inſeruntur:* Igitur Domnus

poſtea tempore quo omnes alias ſcripſiſſe conſtat.

C & Pater noſter Remaclus, Clementiam regni noſtri petiit pro monaſteriis ſuis, Stabulau & Malmundario, quæ bonæ recordationis patronus noſter Sigebertus, quondam Rex, ſuo conſtruxit opere. *Notgerus in Vita S. Remacli meminit conſtructionis horum monaſteriorum auctoritate Sigeberti Regis &* Remaclum *ſimpliciter* Epiſcopum, *non addito loci nomine, ſcribit.*

51 *Hæc volui indicare, ut uſus illius temporis in ſimilibus Scriptionibus appareret. Vel maxime autem id eluceat in Triumpho & Miraculis S. Remacli, duobus libris circa annum centeſimum ſupra milleſimum ſcriptis a Monacho Stabulenſi & a Chapeavillo editis, ubi ſæpius mentio fit* S. Remacli, *ejuſque* corpus, patrocinium, ſacerdotium, bonum, jus, *aliaque attributa indicantur, & ne vel ſemel additur dignitas Epiſcopalis. Huic Triumpho ſubjunctum eſt diploma, adeo ab interpolatore perturbatum, ut merito credi poſſint interſa iſta verba,* & Tongrenſium antea Epiſcopus & Paſtor. *Ea tamen ſive adfuerint ſive abfuerint ab originali (quod aliquando extitiſſe non conſtat, quamdiu non profertur ſincerum exemplar) adfuerint tamen ſive abfuerint, ad ſubſtantiam privilegii petiti conceſſique omnino faciunt nihil: quod autem ſimilia parerga, Bullis Brevibuſque Pontificiis ſic ſortuito inſerta, non ſoleant æſtimari, abunde probatur ab eruditis Canoniſtis & Legiſperitis, imo & Theologis, idque nos ipſi Romæ ex Eminentiſſimis Cardinalibus didicimus.*

Audite quod hoc non ex parte Tungrenſis.

D Tungrorum *quoque nomen potuit uſurpaſſe ſcriptor pro* Trajectenſi, *ſi vere (uti ſcribit Fiſen lib. 5. ſect. 3.)* ſeculis aliquot, *poſt Sedem* Trajectu *tranſlatam Leodium* ſubſequentibus, vix aliud Epiſcoporum quam Tungrenſium nomen fuit uſurpatum. Invenio, *inquit ille* qui velint, poſt annos ferme quadringentos quadraginta, obtinuiſſe Henricum II. Epiſcopum a Pontifice Auguſtoque, ut Eccleſiæ Tungrenſis nomine deinceps obliterato, Leodienſis tantum nominaretur; cum ad illud tempus Tungris ſervaretur Sedes, quam inſidere neceſſe illi eſſet, qui Epiſcopio inaugurabatur. Iu aliud tempus ſcio id alios rejicere. *Hæc Fiſen: quæ ut non omnia probare poſſumus, ita quædam volumus refutare. Si tamen ex uſu ſeculi decimi de aliquot progreſſis, & ſubſequentibus ſeculis formanda conjectura eſt; de illo omnino poſſumus tutius credere, quam* Ottoni primo Imperatori, Leodii ſcribenti, & libertates monaſterii Gemblacenſis, charta conſcripta, Imperiali edicto confirmanti & annuli impreſſione Imperialis authorizanti. Quæ authorizatio facta eſt Leodii 12. Kalendas Octobris, anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo quadrageſimo ſexto, Indictione 4. regni Domini Ottonis primi anno undecimo, Cathedram Trajectenſis Eccleſiæ regente Hugone, *uti legitur in Vita S. Guiberti Fundatoris monaſterii Gemblacenſis, ſcripta a Sigeberto Gemblacenſi, edita 23. Maii num. 13. Erat Hugo 11. Epiſcopus, poſtquam cœperant Epiſcopi habitare Leodii, & tamen (uti vides) adhuc dicebantur* regere Cathedram Eccleſiæ Trajectenſis.

et etiam quod translata Leodium Sede.

E

52 *Demus tamen quod aſſerit Fiſen, S. Huberti ſucceſſores in eccleſia Leodienſi Epiſcopos, ſi non ſemper, ſaltem communius ſeipſos appellaſſe & appellatos ab aliis* Tungrenſes Epiſcopos, *uſque ad Henricum II, qui anno 1146. aut ſequenti ordinatus dicitur; an contra tantum teſtium antiquorum conſenſum educere hinc valebit aliquis, idem valere in antecedentibus Trajecti reſidentibus? Minime id conſequitur. Tranſlata* Tungris Sede Trajectum, *urbem primariam Moſacorum & extra Tungrorum ditionem poſitam, conveniens fuit a nova Sede novam accipi appellationem: è contra Trajecto tranſlati* Leodium *Epiſcopi, ſi nolebant eorum aliqui amplius vocari* Trajectenſes, *quia jam ex Moſacis ſeu Moſegavia diſtricta exierant, congruentius erat eos veteri nomine* Tungrenſes *dici, quam novo* Leodienſes. *Erat namque, teſte Godeſchalco Diacono Leodienſi & ejuſdem quo Sedes tranſlata fuit ſeculi auctore,* Leodium villa non magni nominis; *& quod indicat Fiſen,* prædium Eccleſiæ Tungrenſis. *Hinc ergo nomen tranſlato Epiſcopatui imponere quia minus honorificum videbatur; placuit aliquibus a vicina urbe ejuſdem tractus, atque perantiqua, ipſum repetere.* Trajecti, *urbe regia, principe illius Moſegavienſis diſtrictus, qui ſederant Antiſtites, non erat cur a loco, velut ignobili, accepta appellatione puniterent. Oſtendimus ſupra a Stephano* I. *Epiſcopo* SS. Theodardum & Lambertum *appellari* Epiſcopos Trajectenſes, ac Solium *ſeu* Cathedram Pontificalem, *& Sedem* Epiſcopalem, *attribui urbi* Trajecto. *Idem tamen Stephanus, ante Vitam S. Lamberti apud Chapeavillum, ita Epiſtolam dedicatoriam exorditur:* Domino Patri Hermanno Archipræſuli, Stephanus humilis Tungrorum Epiſcopus. *Eo nomen* Tungrorum *pro Leodienſi uſurpatum ab eo, qui Trajectenſibus idem minime tribuerat. Ex diplomate Caroli Simplicis apud Miræum, in Notitia Eccleſiarum Belgii, capit. 49. iſta de eodem Stephano habentur:*

ad tempus pro veteri titulo maluerint dici Tungrenſes.

F

potius quod Leodienſes.

Caro-

A Carolus Divina propitiante clementia Rex Francorum. Dudo Virdunenſium Epiſcopus, Raginerius Marchio ſtrenuus, pariter etiam Robertus noſtræ Serenitatis executor fideliſſimus, noſtram adierunt Excellentiam, poſcentes, ut interventu Stephani Tungrorum Epiſcopi, noſtræ conſanguinitati affinis dilectiſſimi, partibus ſanctæ Dei genitricis Mariæ, almique Martyris Lamberti, traderemus foreſtam, quæ olim pertinuerat ad Teſtis-villam, quam dato fiſco Zuendipolchus retinuerat ad manum regiam, quamque conſtat in pago Luvienſi, atque in Comitatu Sicherdi ſitam ..... Datum 8. Kalendas Septembris, Indictione 3., an. 23. regnante Carolo Rege Glorioſiſſimo, redintegrante 18: *Ita ibi ſecundum verba, ut fieri ſolet, in libello ſupplici per ipſum Stephanum aut juxta ejus voluntatem poſita, anno Chriſti 915.*

53 *At Franco Epiſcopus, deceſſor Stephani utrumque titulum urbemque conjunxit,* Tungros ac Leodium, Tungrenſem vel Leodienſem Eccleſiam, *uti in diplomate Caroli Craſſi anno 884. legitur apud Chapeavillum pag. 161. Eum titulum alibi etiam uſurpaſſe videtur Notgerus, qui, in diplomatis Imperatorum Ottonis 3. & S. Henrici, appellatur* Tungrenſium vel Leodienſium Epiſcopus

aut conjunctim Tungrenſes vel Leodienſes

B *apud eumdem Chapeavillum pag 212. & 215. Alioquin & in ipſis Conciliis* Epiſcopi Leodienſes *ejus ævi,* Tungrenſes *ſe in ſubſcriptionibus appellarunt. Ita in Tullenſi apud Tuſiacum an. 860.* Franco, Epiſcopus Tungrenſis; *in Engelenheimenſi an. 948.,* Farabertus, Tungrenſis Epiſcopus *ſignat. Litteras donationis Andainenſi monaſterio factæ recitat Ioannes Roberti pag. 430., in quibus cavetur, poſtulante* Walcando *Epiſcopo,* ut Epiſcopatus Tungrenſis Sedis in nullo minorari videatur. *Sed & Zacharias Papa Epiſtola 6. circa an. 751. ſcripſit* Fulcario Epiſcopo Tungrenſi, *aliiſque Galliæ & Germaniæ Epiſcopis: & Epiſtola 14.,* anno Conſtantini Imperatoris 32., *Chriſti 751., Moguntinæ Sedi in Metropolim erectæ* Tungros *etiam ſubjicit. Sed quam olim S. Martinus Papa ſcripſit ad* S. Amandum *Epiſtolam, ea inſcripta eſt* Epiſcopo Trajectenſi. *Denique tabula Martyrologii Romani 3. Novembris referunt* S. Hubertum Epiſcopum Tungrenſem, *qui, cum moreretur,* Leodienſis *erat. At 17. Septembris,* Apud Leodium B. Lamberti Epiſcopi Trajectenſis *conſignatur Martyrium.* De S. Amando, Trajectenſi Epiſcopo *nominato in ejuſdem Martyrologii tabulis, ſupra egimus. Vides quod Fiſen monuit, poſt Sedem Trajecto translatam Leodium,* aliquot ſeculis ſequentibus, vix aliud nomen Epiſcoporum fuiſſe uſurpatum, quam Tungrenſium? *ſed adde,* aut Trajectenſium. *Verum nemo hinc confecerit, ſi ſe Epiſcopi illi, qui in diſtrictu Tungrorum fixerant Sedem,* Tungrorum Epiſcopos *nuncuparunt; ideo eos quoque, qui antea* Trajecti *in Moſæorum ditione, extra Tungrorum limites Epiſcopi Cathedram habuerant,* Tungrorum Epiſcopos *dici debuiſſe; etſi eorum ſacra juriſdictioni Tungri, ut alii remotiores, ſubditi eſſent. Sicuti Quintinopolim (quæ eſt in Auguſta Veromanduorum ruinis, vel non longe abeſt.) Noviomo Sedes denuo transferatur, & dicantur, qui eam obtinebant.* Veromanduorum Antiſtites; *an ideo* SS. Medardus, Aicharius, Eligius, Mommolenus, *Noviomenſes non fuerint?*

C

54 *Vocarint ſe igitur, qui Leodii initio ſederunt,* Tungrorum Epiſcopos, *vel quia nolebant a viculo nomen accipere, vel potius affectatione antiquitatis; non ideo qui Trajecti ſederant,* Trajectenſes Epiſcopi *non erunt, ut ſe ipſi, & coætanei ſcriptores, atque etiam Leodienſes Epiſcopi, qui Tungrenſes dici ipſimet malebant, appellarunt. Quid quod, nec illi qui per 300. primos annos Leodii ſederunt, paſſim & ſemper* Tungrenſes *ſunt vocati? Fulcuinus Abbas Lobienſis, vir doctiſſimus, qui obiit anno 990., Harigeri deceſſor, in ſui monaſterii*

alii denique ſimpliciter ſe nominarunt Epiſcopos Leodienſes.

D *Chronico plerumque* Leodienſes *nuncupat, vero* Tungrenſes ſeu Leodienſes, *numquam (quod meminerim)* ſolum Tungrenſes. *Idem inter alia ita ſcribit:* Contigit eo tempore Leodienſem Cathedram vacare, Faraberto decedente. *Eccleſia, opinor, quæ vacabat, fuerat* Farabertus *Epiſcopus; atqui vacabat* Eccleſia Leodienſis; *ergo fuerat Leodienſis Eccleſiæ Epiſcopus, & non* Tungrenſis, *niſi in quantum ſciolis vetuſti umbra nominis arridebat. Obiit autem* Farabertus, *anno 953., an. 33. poſt Stephanum. Idem Fulcuinus* Eccleſiam Leodienſem *appellat,* matricem primæ Sedis Eccleſiam. *Non ergo* Tungris (*quod paulo ante Fiſen tradidit*) permanebat Sedes, quam inſidere neceſſe illi eſſet, qui Epiſcopus inaugurabatur. *Renerus quoque Monachus Leodienſis, qui ſeculo Chriſti duodecimo vixit, in Vita B. Wolbodonis ad diem 21. Aprilis excuſa num. 1., ita ſcribit:* Glorioſus itaque Imperator (*S. Henricus*) qui gloriam Chriſti quæreret, tractabat quem daret Leodienſibus Paſtorem. *Et paulo ante:* Directa eſt ad Imperatorem legatio Eccleſiæ Leodienſis, alium ſibi Paſtorem ſubſtitui per litteras viroſque induſtrios expetentis. *Neque* Eccleſiæ Tungrenſis *ea fuiſſe legatio dicitur, nec* Tungrenſibus *Paſtorem expetiiſſe. Idem deinde Durandum ſcribit ab eodem Imperatore* Cathedra ſublimatum Leodienſi. E

55 *Fullonius in Vindiciis a ſimili argumentabatur:* Si aliquis evincere velit, Pontificum Maximorum Sedem Roma Avenionem emigraſſe, quia Pontifices emigrarunt, non ſatis apte loqueretur. *Hoc ego, cum Vindiciis illis aliqua reponerem ad Vitam S. Amandi, cum futile, quod revera eſt, judicavi, ut ne quidem operæ pretium mihi viſum fuerit ejus in reſponſa vel meminiſſe. Rurſus igitur idem objicit, & addit,* Cameracenſes Epiſcopos *ſubinde habitaſſe Valencenis, &* Genevenſes *etiamnum habitare Aneſſiaci. Poſſumus, ſi lubet, exempla ejuſmodi plurima adjicere. Sed cui bono? cum ubique ſint obvia, & nec ipſi quidem pueri ignorent Leodienſem Epiſcopum eumdemque Archiepiſcopum Colonienſem, nec Leodii nec Coloniæ, ſed Bonnæ ut plurimum commorari. An illis exemplis conficere vult quiſquam, numquam accidiſſe, ut quod nec Romani Pontifices fecerunt, nec alii qui nominantur ac plures poſſent nominari, id omnino nulli Epiſcopi fecerint, ut cum habitatione etiam Sedem transferrent, deſinerentque ejus quem dimiſerant loci nominari Epiſcopi, ſicuti a S.* Servatio *aut ejus ſaltem ſucceſſoribus factum, probavimus documentis authenticis & ſolidis argumentis? Rem de Pontificibus Romanis Avenione habitantibus expono. Clemens V., ex Archiepiſcopo Burdegalenſi anno 1305. Papa creatus, cœpit Avenione habitare, quod & quinque alii Pontifices fecere, quoad tandem Gregorius XI. anno 1376. Romam eſt reverſus. Interea tamen temporis proprii erant Avenionenſes Epiſcopi, qui ſuam Sedem ſeu Cathedram Pontificalem Avenione obtinebant, ejus diœceſis ſeu provinciæ legitimi conſtituti Epiſcopi. Ita apud Sammarthanos Bertrandus Aymini ſubſtitutus eſt anno 1310. Iacobus de Oſſa: quo Lugduni anno 1316. Papa creato, & Iacnne 21., vulgo 22., dicto, ordinatus eſt Epiſcopus Avenionenſis Iacobus de Via: cui anno ſequenti mortuo, ſuffectus eſt frater ejus Arnaldus de Via, vita functus anno 1336. Eodem adhuc anno Ioannes de Cojordano alias Mirapiſcenſis renuntiatus, deceſſit anno 1348. Cum autem aliquamdiu Epiſcopatus opera Vicariorum fuiſſet adminiſtratus, anno 1363. ad Avenionenſem Epiſcopatum aſſumptus Anglicus Grimoardus, vixit uſque ad an. 1388. Sed eo ad Cardinalatum promoto, Adminiſtrator Eccleſiæ Avenionenſis fuit Philippus Patriarcha Hieroſolymitanus: poſt quem Sedem Epiſcopalem rexit Petrus Geraldi, ac dein Fayditus de Agrifolio, cujus tempore Gregorius XI. Romam reverſus eſt.*

F

Futile argumentum ex habitatione Romanorum Pontificum Avenione

proprios ſuos Epiſcopos interim retinente,

Digitized by Google

A 56 *Hiſ poſitis hac ſimiliter argumentatione controverſia hac concludi poſſet.* S. Lamberto *Patrono Leodienſi aliiſque Epiſcopis ſupra memoratis,* Sedem, Cathedram, Epiſcopium, urbis Trajectenſis *attribuerunt, neque ullius alterius civitatis, ſucceſſores illorum Epiſcopi Leodienſes & quotquot Vitas geſtaque illorum per quadringentos annos ſcripſerunt. Sed Clementi V. aliiſque Pontificibus, qui Avenione habitarant,* Sedem, Cathedram, Epiſcopatum urbis Avenionenſis, *eumque ſolum, nec unicus quidem attribuit ex omnibus illorum ſucceſſoribus Pontificibus Romanis, uti neque ullus, qui geſta illorum ex profeſſo hactenus ſcripſit: ergo inter utroſque nulla eſt ratio paritatis. Quam tamen ſi velint ſuſtinere mordicus omnes iſti Leodienſes, quos ſecum contra nos ſentire affirmavit Fullonius; forſan eam hoc etiam ſunt negaturi, ex omnibus allatis auctoribus* ullum duci poſſe argumentum. *Si faciant, cur non eadem ratione qua contra nos procedunt illi, poſſet contra ipſos procedere alius, allegata hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta & Fredegario annexa, in qua cap. 105. iſta leguntur:* Ægrotante Pipino Jobii-villa ſuper Moſam fluvium, cum ad eum viſitandum S. Grimoaldus veniſſet; cum ad orationem in baſilica S. Landberti Martyris proceſſiſſet, a crudeliſſimo viro & impio, Rantgario nomine, interfectus eſt? *Hic ſolum* B *Martyr appellatur* S. Lambertus, *uti etiam in diplomate Caroli Simplicis Regis ſupra num. 47. Numquam vero* Epiſcopus *fuiſſe probabitur, quamdiu negabitur ex ſupra relatis auctoribus* ullum duci poſſe argumentum. *Quod ſi non obſtante omnium alteriuſve ſilentio volunt* S. Lambertum *Epiſcopum credi; relinquatur ei quam tota antiquitas nominat Sedes una Epiſcopalis Trajectenſis, & cum illo aliis Epiſcopis iſtius Cathedra: neque pro* Cathedra *ſubſtituatur,* domicilium, habitatio, *aut ſimilia nomina nuper excogitata,*

ubi nulla eſt ratio paritatis, ad arguendum, quod Epiſcopatus vere fuerit Trajectum translatus

CAPUT IX.

Eccleſia Cathedralis Trajecti quæ fuerit ante Monulphum?

57 S*Atis exiſtimo, vindicavimus* civitatem Trajectenſem, *ut citra controverſiam credi poſſit ac debeat* Epiſcopalis *fuiſſe. Reſtat ut diſpiciamus num etiam definiri poſſit, quænam ibidem eccleſia Cathedram exceperit* C *primo, a S. Agricolao proximiſque ſucceſſoribus ejus tenendam, uſque dum* S. Monulphus dignam ædificavit fabricam in honorem Antiſtitis glorioſi Servatii, *ut loquitur Gregorius Turonenſis;* Sedemque Pontificalem illic deinceps eſſe conſtituit, *uti ſcribit Harigerus. Siquidem inter ipſoſmet Trajectenſes hac de re non convenit, ideoque in Diatriba lib. 3. cap. 9. agens de* eccleſia S. Mariæ, *dixi,* nobis adhuc non conſtare, fueritne ea ab initio Cathedralis. *Neque nunc decidere id omnino volo: ſed intendo ſolum proponere rationes aliquas, ipſis Trajectenſibus ulterius expendendas, & ab iis qui hac tractarunt non ſatis animadverſas, quæ nos in prædictæ eccleſiæ favorem inclinant. Rem paulo altius ordiri placet.*

Controverſia quodammodo dirimenda

58 *Notus eſt Romanorum labor in ducendis militaribus viis, quarum etiam in Germania hac inferiori plures fuerunt, omnes Bavacum confluentes, ad eitum expeditumque copiarum quaquaverſum mittendarum commeatum. Earum una etiam hodie quadamtenus ſupereſt, quæ Tungros indeque trans Moſam ducebat. Capita autem illius viæ cis ultraque fluvium, ſeu ponte ſeu navigio tranſmittendum, non pertinebant (ut infra oſtendam) ad eum locum ubi nunc pons eſt, ſed ſupra veterem amnis trajectum cernebantur, ſupraque ipſam urbem, quæ ab eodem trajectu habebat nomen; via illa militari antiquius.* Commeatuum enim frequentia factum *ait Bartholomæus Fiſen,* D *Hiſtoria Leodienſi lib. 1. num. 42., idque res ipſa loquitur,* ut coli cœperit & ædificiis augeri Trajectus iſte; cui Druſus fortaſſe munitiones addiderat, *quandoquidem, teſte Floro lib. 4. cap. 12.,* in tutelam provinciarum præſidia atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. *Hæc ſi prima urbis ejus, quæ nunc perampla eſt, initia quis dixerit, rem meo judicio veroſimillimam dixerit. Muros autem ejus non longum a ripa ſpatium occupaſſe eo libentius credo, quod omnino exiſtimem extra mœnia fuiſſe locum, ubi* juxta ipſum aggerem publicum ſepultus a fidelibus S. Servatius *fuit, omnium conſenſu proximus ei area, in qua nunc* Servatiana *Baſilica conſiſtit. Etenim Romanis in uſu, imo lege fuit, efferre mortuos extra cinctus murorum: idque etiam Chriſtiani fere tenuerunt, quamdiu ſub Romanis fuere, ut cœmeteria extra urbes haberent, intra autem minime. Eadem quoque occaſione, tum etiam ut ſacris ſuis cum minori Ethnicorum offendiculo vacarent liberius, factum eſt primis Chriſtianiſmi temporibus, ut quatenus perſecutiones ſinebant ſua oratoria ibidem haberent: quale iſtic quondam a S. Materno conſecratum fuiſſe Trajectenſium fere communis opinio, quam optarem videre confirmatam antiquiori ac fideliori teſte, quam ſit Jucundus, ſequacem poſt ſe trahens Ægidium.* E

ſecundum cujus locus ductus agger publicus?

59 *Ut ut eſt, Conſtantino Magno libertatem Chriſtianis faciente templa in omnibus Romani Imperii civitatibus erigendi habendique, & ſuo omnes exemplo animante ad opus, non eſt credibile, Trajectenſes diu contentos fuiſſe ſuburbano illo, ſi quod fuit, oratorio: ſed æquum eſt credere, media, ut tunc erat, urbe extructam eccleſiam populi capacem. Hanc credere poſſumus eo fuiſſe loco, ubi nunc eſt* S. Mariæ Collegiata eccleſia, *ſive illa a principio fuerit Deiparæ ſacra, ſive poſtea hanc appellationem acceperit: neque enim alius locus ullus hujuſmodi prærogativam prætendit in inferiori atque ripenſi tractu, qui ſolus oppidum conſtituebat, antequam mœniis includeretur area Servatiano ſepulcro ſacrata. In hac igitur dixerim divinis operatum fuiſſe* Sanctum, *breui illo quo inter Trajectenſes vixit tempore: in hac ordinatum* Agricolaum, *in hac Cathedram Pontificalem fuiſſe, uſque ad tempora S. Monulphi ſub Epiſcopis undecim. Cumque interim urbs ipſa, per locorum vicinorum factas a barbaris ruinas populoſior indies, plurimis huc veluti in tutum azylum confugientibus, etiam ædificiis augeretur, iiſque paulatim occuparetur pomœrium ſepulcro* S. Servatii *longa lateque celebratum; omnino factum crediderim, ut totus ille locus, veteri muro dejecto novis includeretur mœniis, qualia hodieque ſuperſunt ſuis turribus portiſque inſtructa, etiam poſtquam tertium acceſſit augmentum, aliis mœnibus longe ſpatioſius circumductis comprehenſum. Illud autem quod urbi acceſſiſſe incrementum dixi poſt obitum* S. Servatii, *ideo debet antiquius credi Epiſcopatu* S. Monulphi; *quia niſi jam tum locus intra urbem fuiſſet, neque ibi eccleſiam Sancto ædificaſſet* Monulphus, *neque Sedem illuc Epiſcopalem tranſtuliſſet. Hujus autem conſilii non tantum cauſa dici poteſt religio erga Sanctum, ſed altior etiam eoque ſalubrior longe ac commodior ſitus: cum inferior pars exundantis ſæpius Moſæ injuriis obnoxia haberetur.* F

In ipſo centro urbis debuit fuiſſe eccleſia,

a ſuburbano S. Servatii ſepulcro poſtmodum urbi adjecto, remotior,

60 *Ex tunc, quæ prima urbis eccleſia fuerat, ſecunda eſſe cœpit. Atque hoc eſſe videtur, quod cum magna rerum ac nominum confuſione ſubobſcure indicat Nicolaus Canonicus Leodienſis, qui circa an. 1120. geſta S. Lamberti deſcribens, ita loquitur, cap. 18. agens de ejus exequiis:* Erant in oppido Trajecto duæ celebres eccleſiæ, quarum una B. Mariæ perpetuæ Virginis, Tungrenſium Pontificum eo tempore ſecunda Sedes habebatur, altera vero B. Apoſtoli Bartholomæi, quæ ſanctiſſimi

eo loco ubi nunc eccleſia S. Mariæ, olim S. Bartholomæi,

Con-

Digitized by Google

A Confeſſoris & Epiſcopi Servatii meritis & corpora magnificoe decorabatur. *Dixi cum magna rerum ac nominum confuſione, quia eccleſia S. Servatii, non ſcitur aliud unquam habuiſſe nomen; Sancti autem Bartholomæi Apoſtoli caput & feſtum ſolenniter uſque hodie ſervatur in* eccleſia S. Mariæ, *quæ, quo tempore tumulandus* S. Lambertos *erat, non amplius Cathedrali fulgebat dignitate. Ceterum quia Nicolas atate* S. Mariæ eccleſia, *quæ eadem fortaſſis primo nomine dicta fuit* S. Bartholomæi, *diviſo civitatis jure cum inferiori ejus parte ad Epiſcopum Leodienſem pertinebat, ſuperior autem cum ſua* S. Servatii *eccleſia Imperiali gaudebat libertate; ideo videntur Leodienſes, qualis erat Nicolaus,* eccleſiam S. Mariæ *voluiſſe Servatianæ præferre, ut* ſecundam Tungrenſium Epiſcoporum Sedem: *& ſic Hugo II, Leodienſis Epiſcopus anno 1296. Duci Brabantiæ Ioanni concedit, ut* totum oppidum Trajecti & wyck cum ſuis ſuburbiis ſint in Dominio Ducis, exceptis duabos parochiis, videlicet S. Mariæ; ubi, *inquit*, olim noſtra Sedes fuit poſita, nec non & S. Petrus, exiſtens in ſuburbio Trajectenſi, qui quondam fuit hereditas S. Lamberti. *E contra vero Imperatores diſſimulabant quod* B eccleſia S. Mariæ *aliquando Cathedralis fuiſſet, propter recentiorem eccleſiæ Servatianæ ad ſe ſpectantis ſplendorem; ideoque in Henriciano Privilegio anni 1087. dicitur*, quod ipſa quondam viginti Epiſcoporum (*tot enim univerſim Trajecti numerantur uſque ad S. Hubertum*) Sedes ſimul extitit & Regalis & Imperialis curia. *Cum autem inter utramque eccleſiam contentiones quandoque exardeſcerent, anno 1132. a Lothario III. Imperatore, in favorem Servatianæ, tamquam poſſeſſione quieta annorum trecentorum munitæ, lata eſt ſententia, in ceteris rebus omnibus primas concedens Servatianæ, Marianæ autem, ut tunc Epiſcopali id ſolum relinquens, ut in hac fiant Synodales conventus, ſub Archidiaconi ab Epiſcopo directi præſidentia. Talis ſententia an. 1516. a Maximiliano Imperatore renovata, ejuſque diplomati ad verbum inſerta legitur. Ipſum autem diploma hoc eſt.*

anno ad jus Epiſcopi Leodienſis pertinens,

ſient Servatiano ſpectat ad jus Imperiale,

61 Maximilianus, divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Brabantiæ Lotharingiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Locemburgiæ, & Geldriæ; Lantgravius Alſatiæ; Princeps Sueviæ; Palatinus in Habſpurg, & Hannoniæ Princeps; C & Comes Burgondiæ, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Arthefii, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferretis in Kiburg, Namurci & Zuthphaniæ; Marchio ſacri Romani Imperii, ſuper Anaſum, & Burgoviæ; Dominus Friſiæ, Marchiæ, Sclavoniæ, Mechlinæ, Portos Naonis, & Salinarom; ad perpetuam rei memoriam. Expoſtulat ſacri Romani Imperii Celſitudo, cujus habenæ regendæ nobis a Deo Optimo Maximo, a quo eſt omnis poteſtas & dignitas, collatæ ſunt, ut quæ ad ſacroſanctarum Eccleſiarum divinique cultus ac perſonarum eccleſiaſticarum bonorumque operum immunitatem & commodum accedere cognoſcimus, ea uberiori ſtudio & larga liberalitate concedamos. Quapropter attentis humilibus precibus honorabilium, devotorum, Nobis dilectorum Decani & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Servatii Trajectenſis, Leodienſis diœceſis, quibus ſupplicaroot, ut quoddam Indultum ſive Privilegium divæ memoriæ Lotharii tertii, Romanorum Regis prædeceſſoris noſtri, cujus tenor de Verbo ad Verbum ſequitor in hunc modum;

ideo Maximiliano Imperator]

(62 In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Ego Lotharius hujus nominis Rex Romanorum tertius. Notum ſit omnibus, tam poſteris quam præſentibus, quod, ſecundum privilegia Antaceſſorum noſtrorum, Trajectenſi Eccleſiæ S. Servatii, quandam legem & juſtitiam renovavimus, quam antea trecentis annis & eo D amplius in quiete & ſilentio tenuerat; & eam aſſenſu & favore Alexandri Leodienſis Epiſcopi confirmavimus, ad deſtruendam controverſiam, quam Præpoſitus & Fratres de S. Maria Trajecti, in contradictione ejuſdem legis, ſuſcitaverant. Eſt autem ipſa lex & juſtitia talis, quod Eccleſia Parochiæ S. Servatii ſola in Trajectenſi urbe habeat decimas & terminum, & omnes de quacumque regione ad manendum ibi confluxerint, præter familiam S. Mariæ ſancti Lamberti, ad juſtitiam Regis pertinent; & in Parochia S. Servatii baptizari & ſepeliri debent: & conſuetudo eſt longo uſu in habitum converſa, ut Presbyter Parochiæ S. Servatii & Presbyter Parochiæ S. Mariæ, præſidente Archidiacono, communiter habeant Synodum in Eccleſia S. Mariæ, ita ut Presbyter S. Servatii appellet ſuos, videlicet omnes pertinentes ad juſtitiam Regis, ubicumque maneant, in eadem urbe, & culpas eorum ſynodali lege corrigat; ſicuti & Presbyter de S. Maria ſuos appellat, ſcilicet omnes ad juſtitiam Epiſcopi attinentes, & culpas eorum ſynodali lege corrigat. Quod ſi quis hanc juſtitiam ulterius infringere tentaverit, offenſam Dei & noſtram & noſtrorum Regali poteſtate fungentium incurrere merebitur: quia dignum eſt, ut quod tam E libera Eccleſia Regno attinens tanto tempore obtinuit, noſtro Regali Banno ſtabile & inconvulſum permaneat.

quo jure ex jus antiquo ſirmaotur,

ſic tamen ut Synodi habeantur in eccleſia S. Mariæ,

63 Factum eſt hoc Aquiſgrani, in Paſchali Curia, anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo triceſimo ſecundo, Indictione decima, regnante Lothario hujus nominis Rege tertio, Alexandro Epiſcopo Leodienſi exiſtente. Hujus rei teſtes fuerunt, wilhelmus Preneſtinenſis Epiſcopus Cardinalis, Mattheus Albanenſis Epiſcopus Cardinalis, Joannes de Crema Presbyter Cardinalis, wido Diaconus Cardinalis, Albero Archiepiſcopus Trevirenſis, Stephanus Metenſis Epiſcopus, Luitardos Cameracenſis Epiſcopus: de Principibus, Dux walramus, Dux Symon, Comes Arnolphus de Lopp, Greſwynus de Falcomonte, Gerardus Hoſtade: de Fratribus Eccleſiæ, Joannes Decanus, willo Camerarius, wynandus Cuſtos, Henricus Cantor, Renerus Scholaſticus: de Miniſtris, Godeſridus, Chriſtianus, waltherus. Fuit etiam Privilegium ſive Indultum proxime præſcriptum, in ſuo margine inferiori, certis characteribus & litteris in illis ſubſignatum, & ſic ſubſcriptum de aliena littera. Signum Domini Lotharii Invictiſſimi Romanorum Regis tertii, ac in ejus fine hæc ſcriptura continebatur: Ego Nicolinus, F ad Vicem Adalberti Moguntinenſis Archiepiſcopi Archi-Cancellarii recognovi.

ſignatumque & testatum Aquiſgrani an. 1132.

64 Approbare, ratificare, confirmare, & de novo concedere dignaremur. Moti itaque præfatorum Decani & Capituli precibus, eorumdemque votis ſatisfacere volentes, motu proprio & ex certa ſcientia præfatum Indultum ſive Privilegium, & omnia & ſingula in eo contenta, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus & de novo conceſſimus, prout tenore præſentium approbamus, ratificamus, confirmamus, & de novo concedimus, ex plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis, quantum de jure poſſumus & valemus, plenum perpetuæ Cæſareæ firmitatis robur adjicientes: ita quod prænominati Decanus & Capitulum eorumdemque ſucceſſores, ex nunc in antea, futuris perpetuis temporibus, hujuſmodi Indulto ſive Privilegio, ejuſque gratiis ac immunitatibus, omnibuſque aliis & ſingulis articulis, punctis ac clauſulis in eo expreſſis, uti, frui, & gaudere poſſint & valeant atque debeant, impedimento & contradictione ceſſante quorumcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, ratificationis, approbationis, & conceſſionis

renovat & confirmat

ſententiam in ejus favorem a Lothario 3. latam,

A uis infringere; aut ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, noſtram indignationem graviſſimam, & (emendam) viginti librarum auri puri totiens, quotiens contra factum fuerit, ſciat ſe ipſo facto irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem injuriam paſſorum uſibus decernimus applicandam, harum teſtimonio litterarum Sigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in Oppido noſtro Imperiali Hagenoau, die decima octava menſis Decembris, *anno* Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, Regnorum noſtrorum Romani triceſimo primo, Hungariæ vero viceſimo ſeptimo (ſupra plicam erat ſcriptum) Ad Mandatum Imperatoris proprium, ſignatum, Renner: & appendebat litteris originalibus pergameneis magnum Sigillum, *ita teſtante qui ſuperius productа cum ſuo originali contulit, & concordare teſtatus eſt, Chr. Vectraten, Notario publico* & *Apoſtolico.*

Regnante an. 1516.

65 *Hactenus iſtud diploma. Sunt qui verba S. Gregorii Turonenſis, quibus* juxta aggerem publicum *ſepultus* S. Servatius *dicitur, conentur ad* eccleſiam S. Mariæ *detorquere: quaſi illa ſit in aggere qui tendit ad pontem: ſed per meram violentiam. Nulla enim in humili ac plane litB torali fundo ſpecies aggeris; eam e contra platea eccleſiæ Servatianæ vicina vocetur* de Groote gracht, *id eſt*, Magna-foſſa, *ſecundum magnum ſcilicet aggerem ducta. Qui ſane agger, uti jam ſupra dixi, non videtur pertinuiſſe ad eum locum ubi nunc eſt pons, Urbem cum Vico tranſmoſano committens. Locus enim hic adeo depreſſus eſt, ut duæ illæ portæ, quæ ſibi invicem ad capita pontis hodierni reſpondent, ſuperliminare non habeant altiora, quam ſit ipſa ſuperficies aquæ, cum fluvius mediocris currit, tum autem exundat, tota operiantur. Merito igitur initio dixi, ubi vetus urbs erat, fuiſſe merum trajectum navalem, unde & nomen loco manſit, quemque forſaſſis communierit Druſus: poſtea vero, & forſan ſub Domitiano Imperatore, ad ejuſmodi machinationes inſaniente, cum via militaris Tungris Coloniam duceretur* (*quæ Gregorio* Agger publicus *nuncupatur, quia foſſis utrimque præcinctus, quarum ut dixi nomina hodie retinent plateæ, ut* Foſſa major minorque *dicantur*) *exercitibus non fuit tranſeundum per mediam tunc urbem; viamque nunc a ponte nuncupatam, quod a* S. Servatio *ad pontem ducat; ſed ſecundum eam quæ nunc vocatur porta Bruxellenſis. Quo loco ſi pontem non ſtraverunt Romani, de quo nihil conſtat, paratis ſaltem navigiis dabatur trajectus; ab antiquo diſtinctus, ex latere* Wyck *meridionali, ad alterum militaris viæ trans Moſam caput. Hoc tamen fieri deſiit, poſtquam totum cis Moſam aggerem occupavit monaſterium S. Servatii, eo loci ſitum ubi nunc circum Servatianam Baſilicam Decani & Canonicorum plurium ædes ſunt;* C *& ubi ex latere ejuſdem eccleſiæ occidentali, cum iiſdem domibus ſeu Aggere olim publico ipſa committitur gemino penſili ambulacro, ſupra viam quæ major foſſa dicitur per fornices quater arcuatos ducto.*

Refellitur, qui aggerē publicū ad hodiernum pontē duxiſſe dicunt;

66 *Hæc fere in ſuis MSS. Fexhius, ab anno 1634. in annum ejuſdem ſeculi 37. Decanus ad* S. Servatium, *pro ſua eccleſiæ prærogativa ſcribens contra Herbenum quemdam, conatum* S. Servatii *monaſterium ad eccleſiam S. Mariæ transferre. Idem contra eumdem etiam recte aſſumit, hanc illa non eſſe cenſendam antiquiorem, quia nunc præfert ſpeciem vetuſtiorem:* quod enim Servatianæ eccleſiæ ſtructura videatur recentior, id fieri, quia foris recentioribus appendiciis & faſtigiis innovata ſit, intus vero novis teſtudinibus concamerata, quod ſuorum majorum memoria factum ſcribit Ipſe Herbenus. *Addo ego, nihil me dubitare, quin eccleſia utraque, poſt S. Monulphi ætatem, ſæpius forte quam ſemel, tota fuerit a fundamentis deſtructa & reſtaurata; ut nullum poſſit ab earum qua nunc ſunt ſpecie duci argumentum. Ceterum tota Fexhii ratiocinatio, in eo templo quod a S. Materno ſtructum prætenditur, & cui Servatiana Baſilica ſucceſſiſſet, primorum Trajectenſium ante Monulphum Cathedram* D *ni. tentis collocare, incumbit auctoritati Ægidii, textum Herigeri multiplici ſuſpectarum narrationum farragine interpolantis, quam nihili cenſeo faciendam. Si enim ibi ſepultus* S. Agricolaus *& ſucceſſores fuere, non ideo id factum cenſeri debet, quia ibi tunc eccleſia & in eccleſia Cathedra fuit, priuſquam eo ſe urbis extenderent muri; ſed quia pro more Romanorum, extra urbem, ad Aggerem publicum, Chriſtianorum cœmeterium erat, & quidem* S. Servatii *ſepulcro miraculiſque ad illud frequentibus glorioſum.*

atque ac iis qui præcedenti ad dictum aggerem falſo baſilicam

67 *Hæc porro Trajectenſium antiquitatum ſtudioſis conſideranda propono, nihil detractum volens eccleſiæ Servatianæ honori & juribus: ſed nec ea credens, quæ ex lacunдо deſcripſit Ægidius his verbis:* Et cum Trajectum perveniſſet Servatius in Baſilica juxta Aggerem publicum, a B. Materno quodam ibi constructa, imperat cryptam in medio fieri: illuc univerſum Octaviæ tranſtulit theſaurum, ſuumque interlocat ſarcophagum. *Tungros* Octaviam *aliquando dictam neſcio quis primus ſomniaverit. Sepulcrum* S. Servatii *ſcio ſub dio fuiſſe, niſi quantum injurias aeris aliquantum arcuit tectum ligneum, brevi a ventis dejectum. Crypta, cujus hic mentio, S. Monulphi opus fuit, uti ex hiſtoria tranſlationis conſtat, atque ac ipſa* E *Baſilica. Sic autem exorbitanti, quis fidem putet habendam, cum dicit de* S. Agricolao, *quod* in baſilica S. Servatii digno ſucceſſori digna Cathedra collocatur? *niſi forte eam intelligas, non quam circa locum ſepulcro ejus deſtinatum invenerit* Trajectum *adveniens; ſed in qua Miſſas celebraverit, & ad quam creditur a Sigeberto & poſteris ſuis Sedem Tungrenſem tranſtuliſſe; quam eſſe intra primum urbis veteris ambitum requirendam, eo loco ubi nunc* S. Mariæ eccleſia *eſt, utcumque puto veroſimile me feciſſe.*

ætate S. Servatii

CAPUT X.

Chronologia antiquorum Regum Francorum, ſub quibus vixerunt Epiſcopi Trajectenſes.

68 A*Nte Tomum tertium menſis Aprilis, edidi* Exegeſim præliminarem, *in qua innovatur & ſtabilitur Diatriba olim edita de* Tribus Dagobertis Francorum Regibus, *eorumque* Genealogico ſtemmate. *Quia enim nova repereram inſtrumenta, ante optata ſed non viſa, potui melius quam potueram antea, longeque accuratius ordinare tempora & annos, quibus tres illi Reges aliique ab iis propagati imperarunt. Ad eamdem porro rationem temporum conformanda eſt Chronologia Epiſcoporum, qui ſub iis præfuerunt Trajectenſi Eccleſiæ; quod facere diſtulimus ad hunc menſem Maji, in quo, propter præcipuum* F *Trajectenſium Patronum* S. Servatium, *propoſitum erat ad incudem revocare quid de tota ſerie ſucceſſorum ejus antea in lucem edideram. Hoc autem ut commodius & ab ipſo initio præſtetur, reducenda paucis in memoriam eſt ratio annorum, quam in primis Francorum Regibus tenendam eſſe obſervavimus.*

69 Hadrianus *Valeſius ut ſupra num. 21. inſinuavimus, inſurgit in S. Gregorium Turonenſem: quia is, inquit, ex* quo primorum Franciæ Regum res geſtas diſcere oportebat, non modo Faramundi Acta, ſed etiam nomen ipſum prætermiſit, quamvis non deerant illi libri, ex quibus multa deſcriberet. *Hæc Valeſius, ſed difficulter probabit nomen ejus ante ſeculum nonum ab ulloque fuiſſe mandatum litteris; niſi velit ad Hunibaldum fabulatorem recurrere, & ante ipſum Faramundum agnoſcere 43. Francorum Reges ex Trojanis deductos. Nicolaus Vignerius, in Tractatu de Origine veterum Francorum, ex Adonis Chronico ad annum uſque 876. deducto, conatur probare,* Faramundum Francorum Regem *extitiſſe. Omiſſe*

Faramundus antiquis ignotus,

[abeſt a genuino Chronico Proſperi.] *omiſſo Adone, ipſe Valeſius & Carolus le Cointe in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum confugiunt ad Chronicon cujuſdam Proſperi, Pithœanum vulgo dictum, quaſi is Faramundum nominaſſet. Sed hæc res non caret ſua difficultate. Habemus enim illud Chronicon in duobus codicibus Mſſ. quorum antiquior eſt exaratus anno Chriſti* E 623., *& in hoc deſunt omnia illa quæ de Francorum Regibus alibi leguntur, veroſimiliter a poſteris intruſa. Continet hic vetuſtiſſimus codex Chronicon Euſebii a S. Hieronymo interprete continuatum, cum dicto Proſperi Chronicon, eiſque ſubjunctum Chronicon Marii. Unde cum ſua manu noſter Heribertus Roſweidus, apographum tranſcripſiſſet, quod hactenus aſſervamus, ſed morte præventus typis dare non potuiſſet; Petrus Franciſcus Chiflетius, ad haſce Belgicas regiones e Burgundia delatus, ipſum reperit apud Joannem Bollandum: eoque liberaliter annuente, tranſcripſit ac miſit Andreæ du Cheſne, edituro Tomum primum Scriptorum hiſtoriæ Francorum; in cujus præfatione aſſeritur,* Theſaurum hunc, ad eam uſque diem defoſſum, ac ne quæſitum quidem fuiſſe. *Gaudemus publicæ editum utilitati, uti & Chronicon Bertinianum & Epiſtolas de expugnata urbe Conſtantinopolitana, a memorato Bollando ad eundem Cheſnæum deſtinatas, & Tomo tertio & quinto Scriptorum hiſtoriæ Francorum inſertas: ſed nolumus Muſæum noſtrum dici ſepulcrum veterum monumentorum, noſque ipſos haberi pretium ignaris eorum quæ in eo poſſidemus, ut non poſſimus velimuſque ſingulis ſuo tempore uti, in commune litterariæ rei emolumentum. Æquius igitur fuerat, ut qui in eo edendo præventurus non recuſantes erat, ageret gratias* F *Bollando ut benefico, quam inſultaret ut ſpoliato. Sed quo me pius erga defuncti memoriam affectus? Ætatem prælaudati Codicis indicare volui ex eo, quod ad calcem prædicti Chronici Mariani, Proſpero ſubjuncti, iſta habeantur, & pagina 217. apud Cheſnæum legi poſſint:* Fiunt igitur ab exordio mundi uſque ad præſentem Heram, id eſt, 14. Heraclii & 11. Clothacarii Regis annum, anni quinquies mille 822.: *dictus autem Heraclii &* *[poſtea eſt interpolatus;]* *Clotharii annus convenit in annum Chriſti 623. In hoc ergo vetuſtiſſimo Proſperi Chronico, vel ſaltem tam vetuſti exemplaris fidei apographo, nulla prorſus fit mentio* Priami, Faramundi, Clodii, Meruvei: *merito igitur dicimus, præter Auctoris mentem eorum nomina fuiſſe poſtmodum intruſa interpolato Proſperi textui, etſi neſciamus quo præciſe tempore.*

70. *Habemus præterea aliud Chronicon, quod olim Abrahami Ortelii fuit, & nunc eſt Societatis noſtræ Antverpienſis, in quo iterum eſt* Chronicon Euſebii a S. *Hieronymo interprete continuatum, deinde hoc ipſum* Chronicon Proſperi, *tum* Sigeberti Gemblacenſis; *denique, inter alia quædam, leguntur etiam* Nomina & Origo Regum Francorum, *deducta uſque ad Ludovicum Juniorem,* A *Regem & Ducem Aquitaniæ; ergo uſque ad annum circiter* 1250. *nam biennio vix evoluto, Alienora heres Aquitaniæ, facto divortio ſeparata a Ludovico, titulum Aquitaniæ Ducis ſecum abſtulit. Hinc primo conſtat gratis dici, quod tempore S. Gregorii Turonenſis non defuerint libri, ex quibus diſcere is potuiſſet nomen* Faramundi. *Deinde noto, ex intruſis in Proſperi Chronicon nominibus nihil* *[cum multis enormibus mendis.]* *certi haberi poſſe circa tempora quibus dicti Reges imperarunt, propter enormes errores, qui illi interpolationi miſcentur. Annotantur enim Pontifices Romani: ſed omiſſis Zoſimo & Bonifacio primo, ſubjungitur Innocentio Cæleſtinus ad annum 12. Honorii Imperatoris, addita morte Arcadii: & ſic error committitur annorum quatuordecim. Cæleſtino ſubſtituitur Sixtus, cum errore annorum quindecim: ac dein Leo numeratur quadrageſimus Papa, qui fuit quadrageſimus ſeptimus. Præterea Honorio a morte Theodoſii tribuuntur 32. Imperii anni, cum fuerint ſolum anni 28. cum menſibus vix ſeptem. Non modo autem Turonenſis Gregorius non habuit ſic interpolatum Chronicon Proſperi; ſed nec Sigebertus, totis ſex ſæculis junior Gregorio, illud ſic habuiſſe videtur; certe ipſum non ſequitur, ſed quæ primos Francorum Reges attinent, omnia videtur ex propria ac nuda conjectura ſcripſiſſe: nam circa poſteriores Reges Merovingicæ ſtirpis, quorum ætates aliunde ſatis nunc habentur cognitæ, continuo aberravit. Vide autem, quam parum iſtud qualecumque Proſperi Chronicon Pithœanum valeat, ut inde eruamus tempora primorum Regum. Ad an. 26. Honorii iſta habentur:* Solis hoc B anno facta defectio. Triceſimus nonus Sixtus Romanam Eccleſiam regit. Faremondus regnat in Francia: *[propter quæ nihil certi ſtatui poteſt de initio Faramundi.]* *ubi loco Sixti ſubſtituendus* Zoſimus, *ordinatus die 6. Januarii anno 417. Dicta autem Eclipſis contigit 19. Julii anni ſequentis 418. nec concordat annus Honorii Imperatoris. Quia tamen aliud nihil ſuppetit, in quo vel ſimplex conjectura fundetur, referatur ſane initium* Faramundi *ad alterutrum annum, aut differatur ad annum 420., qui eſt annus Honorii 26. apud Proſperum interpolatum: apud quem quinto anno poſt obitum Honorii iſta leguntur:* Clodius regnat in Francia. *Is foret an. 428. Verum quia* *[Clodii.]* *ad annum præcedentem dicitur* Arelatum, a Gothis obſeſſum, per Aetium liberatum, *poſt initium* Clodii *(qui aliis* Clodio & Clogio *appellatur) referri ad annum 427. Eligat quiſque pro ſuo libitu annum, cum nihil certi haberi poſſit. Clarius, in Chronico S. Petri Vivi, omiſſo Faramundo, vocat* Clodionem primum Regem Franciæ, *eumque ad an. 446. ablegat, quo potius mortuus eſt.* *[Merovei.]* *De tertio Rege ad annum 24. a morte Honorii iſta apud interpolatum Proſperum leguntur:* Meroveus regnat in Francia, *& paſſim indicatur annus 448. aut etiam præcedens.*

71. *Querela iterum eſt Valeſii de Gregorio Turonenſi,* Chlodionem quoque, *inquit,* Meroveum & Childericum fere indictos reliquit; *quaſi* non defuiſſent libri, C ex quibus multa deſcriberet. *Judicent alii de juſtitia querelæ. De iſtis ſic loquitur Gregorius lib. 2. Hiſtoriæ Francorum cap. 9.* Ferunt, Chlogionem utilem ac nobiliſſimum in gente ſua Regem Francorum fuiſſe, qui apud Diſpargum caſtrum habitabat, *quod Diſthemium in Brabantia fuiſſe, infra oſtendemus. Sed addatur.* Clogio autem miſſis exploratoribus ad urbem Cameracum, explorat omnia: ipſe ſecutus, Romanos proterit, civitatem apprehendit: in qua paucum tempus reſidens, uſque Suminam fluvium occupavit. De hujus ſtirpe quidam Meroveum Regem fuiſſe aſſerunt, cujus filius Childericus, *unde poſteri ab his prognati vocantur Merovingi.* Childerici *initium regni compoſuimus alias cum initio anni 456., qui cum* per annorum 24. curricula, *inquiunt Aimoinus lib. 1. cap. 12., Rorico & alii,* Francorum regnum adminiſtraſſet, *ſub finem anni 479. vita functus, habuit ſucceſſorem filium ſuum* Chlodoveum *primum, cujus primum annum numeramus Chriſti 480., &* *[Childericus regnavit ab an. 456.]* *quia regno ejus tribuuntur ab omnibus* anni triginta; *mortuum debemus dicere anno Chriſti 509. die 27. Novembris, quo die anniverſariæ preces pro eo in eccleſia S. Genovefæ recitari ſolebant. Hic porro annus 509., accurate nobis eſt ſtabiliendus.* *[Chlodoveus ab an. 480. ad 509.]*

72. *Baronius ad an. 351. nu. 21. monet,* magnum rerum Francorum diſpendium futurum, ſi error Chronographicus contingat in ætate S. Martini: a cujus obitu D ſolerent olim tempora numerari. *[ab obitu S. Martini & anno 397.]* *Ita numeravit Gregorius Turonenſis Epiſcopus, unus e Succeſſoribus S. Martini, qui tempora hujus ſancti Præſulis & reliquorum Epiſcoporum accuratiſſime deſcripſit. Hic ergo lib. 1. Hiſtoriæ cap. 45. ſcribit S. Martinum* tranſiiſſe Attico Cæſarioque Conſulibus, *qui annus eſt 397., ac tum egiſſe S. Martinum* ætatis ſuæ annum 81., Epiſcopatus 26., *ut ex præſcripto Gregorio late oſtendimus ad Vitam S. Sigeberti Regis, 1. Februarii §. 7. Quod autem addat* Arcadii & Honorii

Honorii annum Imperii ſecundum, fecit more antiquorum ſcriptorum, attribuens annum 395. honoris cauſa Theodoſio patri, qui illo adhuc anno vixit menſe Januarii, cum eſſent creati Conſules, ſub quibus corpus ejus 8. Novembris honorifice funere fuit Conſtantinopoli depoſitum. Hanc autem computandi rationem expoſuimus ante Tomum primum Aprilis, in explicatione veterum Catalogorum Summorum Pontificum, ſubjungentes ei Exercitationem ſingularem de anno & die mortis S. Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis, quem interfuiſſe exequiis S. Martini, ex eodem Gregorio Turonenſi & antiquis monumentis Eccleſiæ Mediolanenſis demonſtravimus; atq; poſt obitum
E ejuſdem S. Martini adhuc ſuperſtitem menſibus quinque, obiiſſe an. 398., clare oſtendimus. Annum ergo & diem mortis S. Martini, a nobis olim propoſitum, poſtmodum probaverunt Jacobus Grandamicus, Carolus le Cointe, Joannes Maan, in ſuis libris a me in dicta Exercitatione citatis. Hoc fundamento poſito progredimur cum prælaudato Gregorio Turonenſi, primo parente antiquæ Hiſtoriæ Francorum, qui lib. 2. cap. 43. & lib. 4. cap. 46. numerat, a tranſitu S. Martini uſque ad tranſitum Chlodovei Regis, annos centum & duodecim. In eaque lectione conſentiunt omnes editiones ſupra citatæ, & codices manuſcripti. Idem ſcribunt Fredegarius in Hiſtoria Francorum epitomata cap. 29. & 73., Aimoinus lib. 1. cap. 25. Auctor Chronici Moiſſiacenſis, & alii, uſque ad Anonymum fabulatorem de Geſtis Regum Francorum. Jam vero ſi a menſe Novembri an. 397., quo S. Martinus vita functus eſt, anni numerentur uſque ad menſem Novembris an. 509.; quo ſtatuimus deceſſiſſe Chlodoveum, certiſſimo calculo reperientur anni interpoſiti centum & duodecim: atque ita auctoritate Gregorii Turonenſis & aliorum, ſtatuimus obitum Chlodovei ad dictum annum quingenteſimum nonum.

73. Confirmatur hæc ſententia ex morbo ipſius Regis, indicato in Vita S. Severini Abbatis Agaunenſis, a Fausto diſcipulo ſcripta, & a nobis edita ad diem 11. Februarii, ubi numer. 3. iſta leguntur: Cum Rex Francorum Chlodoveus apicem regni ſui per annos viginti quinque Pariſius orbe nobiliter gubernaret, ſubitu dolore fe-
F brium correptus, graviter deſudare cœpit. Typo videlicet frigoris duobus annis imminente, continuis cruciatibus affligebatur. Hic nomine ſui regni annus 25. e calculo noſtro incidit in annum Chriſti quingenteſimum quartum, qui videtur ſecundum modum iſtum loquendi jam aliquo uſque elapſus fuiſſe, cum cœpit Rex corripi febri, qua duobus annis duravit, uſque ad annum ſcilicet 506. quodammodo decurſum, quando a S. Severino fuit ſanatus. At, qui regnum Chlodovei duobus annis ſerius auſpicati, mortem ejus adſcribunt an. 511. ut infra videbimus; hi neceſſario hunc morbum debent duobus annis etiam ſerius numerare, & agnoſcere eum ab anno 506. uſque ad an. 508. continuis cruciatibus fuiſſe afflictum: hoc autem poſito ſequeretur, quod an. 507. Chlodoveus & lecto affixus ægrotabat, & ſanus cum Alarico Rege pugnabat. Nam Alaricus, apud Iſidorum in Chronico Gothorum, anno regni ſui 23., Anaſtaſii Imperatoris 17., Æræ Hiſpanicæ 545., provocatus a Francis ab eorum Rege Chlodoveo, in regione Pictavenſis urbis, prælio initio extinguitur.

74. Confirmatur præterea noſtra Chronologia ex ſucceſſione filiorum. Chlodoveo namque 27. Novembris, anno
A ſecundum nos 509. mortuo, filii regnum partiti ſucceſſerunt, quorum annis præclaram lucem confert in Chronico Marius, ut nos ad Vitam S. Sigeberti num. 64. deduximus de Chlodomere Rege Aurelianenſi, Theodorico Auſtraſiorum, ejuſque filio ac nepote Theodeberto & Theodebaldo, quæ legi ibidem poſſunt. At Childebertus, etiam filius Chlodovei, Rex Pariſiorum, in eodem Marii Chronico tranſiit Indictione 6., anno poſt Conſulatum Baſilii 17., ergo anno Chriſti 558. Hujus autem diploma pro baſilica S. Vincentii, hodie S. Germani, etiamnum originale extare aſſerit teſtis oculatus Labbe in Miſcellaneis, datum anno regni 48. die 6. Decembris; mors vero ejus ab Aimoino lib. 2. cap. 29., Auctore Vitæ S. Droctovei 10. Martii, & aliis, refertur ad 10. Kalendas Januarii, anni regni 49.: unde conficitur primum regni annum, ſaltem ad annum 510. referendum eſſe. Demum Chlotharius apud eumdem Marium mortuus eſt, ejuſque regnum filii ipſius diviſerunt, Indictione 9. anno poſt Conſulatum Baſilii 20., proinde anno Chriſti 561. Duos autem Chlotharii annos ultimos, vitio librariorum, apud Gregorium conflatos in unum eſſe, & ratio temporis deducti exigit, & verba Gregorii lib. 4. cap. 21. oſtendunt. Rex Chlotharius, inquit, anno quinquageſimo primo regni ſui, cum multis muneribus limina B. Martini expetiit &c. Et poſtea iſta leguntur: Regreſſus quinquage-
B ſimo primo regni ſui anno a febre corripitur, & tandem ſpiritum exhalavit: ubi legendum eſſe quinquageſimo ſecundo, demonſtratur ex eo, quod Gregorius, qui nuſquam eoſdem annos repetiit, id multo minus feciſſet in eodem capite. Inter filios porro dicti Chlotharii iterum diviſum regnum eſt, & eorum Chronologiam a nobis ſolide firmatam eſſe, ex variis hebdomadæ feriis, cyclis Paſchalibus, & ſolis Lunæque eclipſibus, jam paſſim admittitur. E contra qui obitum Chlotharii primi, & ſucceſſionem filiorum conantur componere cum dicto anno 561., invertunt omnem auctoritatem Gregorii Turonenſis & aliorum antiquorum ſcriptorum, quia ſic coguntur obitum Chlodovei primi, referre ſicut, & referunt, ad annum 511. itaque Cointius pro centum & duodecim annis, ab obitu S. Martini ad obitum Chlodovei ſupra probatis, centum & quatuordecim collocat ad dictum ann. 511. nu 53. & pro annis regni quinquaginta uno aut duobus, ſupra ex Gregorio relatis in obitu Chlotharii; aſſerit Cointius ad an. 561. n. 7. tantum quinquaginta annos regnaſſe. Et Childebertum anno regni 47. obiiſſe, cogitur dicere ad an. 558.

75. Effugium ille quidem ſibi invenit in Synodo Aurelianenſi prima ſub Chlodoveo habita, cui apud Sirmondum adjicitur Conſulatus Felicis. Sed hanc ſignaturam pluribus rejeci ad Vitam S. Sigeberti num. 63. Poſtea Pariſiis reperi apographa dicti Sirmondi de ſuis Conciliis, ubi hoc
C Aurelianenſe ſe repeperiſſe in 12. codicibus annotarat his litteris, In L., B, C, P, p D, E, R, G, T, N, & in codicibus G & R. & Bellov. ordo ſubſcriptionis plane immutabatur, relatis primo Epiſcopis Aquitaniæ primæ, dein Aquitaniæ 2. & Novempopulaniæ: & ibidem legebatur, Ex civit. Burdegala Cyprianus Epiſcopus ſubſcripſi, nullo alio verbo addito: tertio & quarto loco erant Epiſcopi Lugdunenſis 1. 3. 4. & Belgicæ 2. Dein procul in fine addebatur. Sub diebus Felice viro clariſſimo Conſule ſubſcripſerunt. Et hæc eſt clauſula, quæ videtur primum fundamentum contrariæ nobis ſententiæ fuiſſe, & ſeorſim ponebatur in codice Remenſi verſus finem, ſub Felice V. C. Conſule. In Corbejenſi Mſ. primo ſubſcriptionis loco erat Cyprianus Epiſcopus de Burdegala, in die 6. Idus menſis quinti, Felice V. C. Conſule: in aliquo alio autem erat Epiſcopus Eccleſiæ Burdegalenſis metropolis. Ex hac tam multiplici exemplarium varietate apparet, inde nihil certi ſtatui poſſe. Quod ſi potuit Sirmundus Aurelianenſi II. adſcriptum Annum Juſtiniani Imperatoris, reiicere tamquam intruſum ab iis, qui cum Sigeberti Chronico Chlodoveum ad annum uſque 514. vixiſſe crediderunt; multo magis poſſumus opinari, idem Concilio primo factum ab iis, qui tum volebant impletos an. 112. ab obitu S. Martini. Alias quam plurimas ad idem confirmandum rationes, collatis inter ſe editionibus variis late deduximus ad Vitam S. Sigeberti. Philippus Labbe noſter, nolens niti tam male ſubſiſtentibus ſubſcriptionibus, obiicit bella ultimis tribus annis a Chlodoveo confecta, quaſi ad ea plus temporis requireretur;

A *tur: primo enim trium jam dictorum an. 507. confecit bellum Gothicum; dein regnum Ripuariorum accepit, fraude interemptis Rege Colonienſi ejuſque filio; eodem modo Characcum Regulum, dolis circumventum, cepit cum filio vinctoſque totondit; nec meliori fortuna uſus eſt* Ragnacharius Rex *ſive* Regulus apud Comaracum: *quæ omnia legi poſſunt apud Turonenſem lib. 2. c. 40. 41. & 42. Verum obiicienti quod tot victoriis anguſtum nimis ſit trienni ſpatium, reponeret Cointius paginam tertiam ſuæ Epiſtolæ ad Chriſtianiſſimum Regem Ludovicum, ante Tom. 5. Annalium, ubi nominat urbes arceſve triginta quatuor unius alteriuſque menſis succeſſu Batavis a Rege Chriſtianiſſimo ereptas.*

Baptiſmus Chlodovei

76. *Fuiſſe Regem hunc Chriſti ſacra amplexum, ex voto, quo ſe obſtrinxerat in pericoloſo contra Alamannos certamine, in confeſſo eſt: annus quæritur. Is poſſim credebatur annus 15. Regni fuiſſe, atque adeo in noſtro calculo foret annus Chriſti 494., jam fere exactus, ſiquidem in Natali Domini baptiſmum illum peractum conſtat. Hoc ergo tenuimus in Diatriba: poſtea vero cum prodiit* Anaſtaſii Papæ *Epiſtola eam felicitatem Regi neophyto gratulantis, adeoque aliquantis annis ſerius; explorare cœpimus Auctorem opinionis præfatæ, omnibuſq; expenſis non invenimus alium, quam vulgo appellata* Geſta Francorum, *nugarum plena & conſcripta ab* Anonymo fabulatore, *ut Cointius appellat ad an. 648. n. 98., ubi ſua deque feruntur omnia, quemadmodum in innovata Diatriba Dagobertiana n. 34. clariſſime demonſtravimus.* B *Quid autem cogitari enormius poteſt, quam quod* Dagoberto I. *Monarchæ in tribus regnis dantur an. 36., cui ſolum 8. eſſent tribuendi. Habemus* Gregorii Turonenſis *Hiſtoriam, collatam cum tribus Mſſ. in quorum uno interjecta erant plurima ex dictis Geſtis Francorum; videlicet Caput 2 incipiendo, a linea 3.* Eo tempore gens Alanorum *cum Capitibus quatuor ſequentibus integris, & Capitis 7. pluſquam dimidio. Dein ibidem inſeritur ex Cap. 8. de Agrippina capta, & Capitis 11. pars ab iſtis verbis,* Erat autem Crotildis Chriſtiana: *cum Capitibus 12. 13. atque initio Capitis 14. Poſtea Capite 15. dictorum Geſtorum, poſt relatam victoriam de Alamannis, habentur iſta:* Acta ſunt hæc ann. 15. Chlodoveo regnante: *quæ in dicto Mſ. Gregoriano ſub finem Capitis 20. ita erant adſcripta.* Actum an. 15. regni ſui. *Deſunt autem hæc omnia in editionibus Turonenſis adornatis a Badio, Morelio, Bochello, wechelio, de quibus & codicibus Mſſ. ad ipſas editiones adhibitis ſupra n. 13. egimus. Cheſneus reliquis omiſſis iſta ſolum deſcripſit edidítque,* Actum an. 15. regni ſui. *Quæ non habent majorem auctoritatem ex dictis fabuloſis Geſtis, quam quod* Dagobertus Monarcha regnarit an. 36. *Deſunt etiam iſta & ſimilia verba in Hiſtoria Fredegarii epitomata, ex co-* C *dicibus* Nazoriano *& Palatino in corpore Hiſtoriæ Franciæ typis wechelianis an. 1613. excuſa, & apud Andream du Cheſne ex Mſſ. Petaviano; imo & in Mſ. Goldaſtino nunc* Reginæ Sueciæ. *Quæ omnia ſatis convincunt hæc non eſſe a Turonenſi, præter morem ejus, ſub finem adjecta. Proinde, re jam plene examinata, dicimus,* Chlodoveum *anno regni ſui 19. Chriſti 598. exeunte fuiſſe baptizatum; ac fidem Chriſtianam per totum regnum propagatam, quando* S. Eleutherius, Epiſcopus Tornacenſis, *qui Blandinis exul vixerat, migravit Tornacum; & ſub* Anaſtaſio II. *Pontifice Romano baptizavit undecim millia hominum, uti ad 20. Februarii in ejus Actis refertur. Certe nec minimum quidem de hac veritate dubitandi locum relinquit ipſius* Anaſtaſii II. *præcitata Epiſtola ad* Chlodoveum *Regem, quam primus Dacherius excudit Tomo 5. Spicilegii pag. 582. & omnes poſtea receperunt, hoc exordio:* Glorioſo & illuſtri filio Cludoecho Anaſtaſius Epiſcopus. Tuum, glorioſe fili, in Chriſtiana fide, cum exordio noſtro in Pontificatu, contigiſſe gratulamur. *Exorſus eſt autem ſedere* Anaſtaſius II., *ſecundum accuratiorem Collegæ mei Papebrochii calculum 15. Septembris, anno* D *Chriſti 496. De anno ſatis inter Eruditos jam convenit: qui cum Novembri cœpiſſe volunt, ideo id volunt, quia legebant tali menſe ſepultum deceſſorem Gelaſium, unde conſequens arbitrabantur etiam tali menſe defunctum, nec prius ordinatum* Anaſtaſium.

Geſta Francorum fabuloſa; male adſcriptus an. 15. Regni;

Baptiſmus ejus an. 19. Chriſti 498. [sic: margin note reads "nullus adſcribitur ejus an. 19. Chriſti 498"]

CAPUT XI.

Chronologia Epiſcoporum Trajectenſium ſtabilita.

77 C*Onſtituta in hunc modum Merovingicorum Regum Chronologia, tum Capite præcedenti, tum in Exegeſi præliminari ad Tomum 3. Aprilis, de tribus Dagobertis Francorum Regibus progredimur ad ſtabiliendam rationem temporis, quo Epiſcopi* Trajectenſes *ſinguli præfuerant ſuæ Eccleſiæ, poſt* S. Servatium. *Nam de novem Epiſcopis* Tungrenſibus, *qui ante eum ſederant, egimus ſupra capite primo hujus tractatus: tempore autem* S. Servatii *ipſius ad diem 13. Maii, in ejus Vita ordinavimus, diximuſq; illum ex hac mortali vita deceſſiſſe* anno 384. Feria 5. Pentecoſtes, *tum conveniente* in diem 13. Maii *& Chronotaxim noſtram ſtabilientes ex ſucceſſorum Epiſcoporum tempore, ſecundum Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopum* S. Agricolaum *diximus circiter annum 420. eſſe vita functum. Huic ſucceſſerunt eodem ſeculo 5.* Urſicinus, Deſignatus, Reſignatus *ſeu* Renatus, Suſpitius *ſeu* Supplicius, Quirillus, Eucherius, *&* Falco 9. *Epiſcopus, quem ſub finem dicti quinti ſeculi cum S. Remigio Epiſcopo Remenſi vixiſſe conſtat ex hujus ad illum Epiſtola, quæ Tomo 1.* E *Conciliorum Galliæ pag. 205. eſt in ordine quinta: neq; ante* Sulpitium *ſive* Supplicium *admittimus* Aravatium, *a Cointio interpoſitum, omnibus antiquis ignotum, uti ſupra probavimus. Seculo Chriſti ſexto poſt* S. Falconem *præfuerunt Eccleſiæ Trajectenſi* Ss Eucharius Epiſcopus 10., *& poſt hunc* S. Domitianus 11., *qui ſubſcripſit Concilio Arvernenſi ſub Theoderico* Rege *Auſtraſiorum habito an. 535. & poſtmodum Aurelianenſi 5. an. 547. Domitiano fuerunt ſubrogati* S. Monulphus 12. *qui cum Gregorio Epiſcopo Turonenſi vixit, & templum* S. Servatio *conſtruxit; ac* S. Gondulphus, 13., *una cum* S. Monulpho *ad diem 16. Julii faſtis ſacris adſcriptus. Alii qui ad ſeculum ſeptimum poſſunt referri, ſunt 14.* S. Perpetuus, *Dionantenſis urbis Patronus, & 15.* Evergiſius *ſive* Ebregiſus, *tum 16.* S. Joannes-Agnus, *quem aſſerit Harigerus c. 29.* ab agricultura regis præceptis ad Epiſcopatum raptum, adminiſtrante regnum Auſtraſiorum Dagoberto adoleſcente, *id eſt, ante an. 625. quando hic necdum ducta uxore Auſtraſiis tantum ſeptentrionales, ſub quibus erat Trajectum,* F *regebat. At* B. Joannes-Agnus, *uti addit Harigerus,* curſum vitæ præſentis explens, in bona ſenectute vita deceſſit, *an. 646., die 25. Julii.*

Poſt Epiſcopos Tungrenſes,

Trajecti ob. S. Servatius an. 384.

Seculo 5 Epiſcopi

alii ſeculo 6

& ſeculo 7 quorum ultimus S. Joannes-Agnus,

78. *Dein ſubſtituitur 17.* S. Amandus, *ante ad prædicandum verbum Dei Epiſcopus conſecratus,* a Rege & Sacerdotibus coactus, ad regendam Trajectenſium Eccleſiam, Pontificalem ſuſcepit Cathedram; & per triennium vicos & caſtra circumiens, verbum Domini conſtanter omnibus prædicavit. *Ita Baudemundus diſcipulus in ejus Vita. Triennium illud, quo Eccleſiam Trajectenſem rexit, terminamus annis Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo & duobus ſequentibus. Late deduximus ejus Acta ad diem 6. Februarii; ſed in Chronologia, §. 10. & ſex ſequentibus propoſita, occurrunt mutanda nonnulla ſecundum præliminarem Exegeſim, qua innovavimus Diatribam Dagobertinam noſtram ante Tomum 3. Aprilis; ubi ſtatuimus Dagobertum I mortuum fuiſſe, non anno 644., ſed 638. ſex annis citius, quod itidem in ſucceſſoribus uſque ad obitum Theoderici nepotis ſervavimus; cujus* anno ſecundo teſtamentum confecit S. Amandus ſub die 15. Kalendas Maii, *ergo (ſecundum*

& S. Amandus,

A *ſecundum calculum noſtrum correctum) an. 677., quamdia autem poſtea vixerit, exacte non conſtat. Annos eum univerſim vixiſſe nonaginta plerique, cum Milone altero vitæ ſcriptore cenſent: & ſic potuiſſet pervenire ad ann. Chriſti 684., ut aliquando aſſerebamus; quod ex annis S. Auſtregiſili, ſub quo Epiſcopo adoleſcens vixit, poſſet confirmari. Nam ex Vita ejus, illuſtrata ad diem 20. Maii, conſtat, illum S. Apollinari, 2. aut 3. Nonas Octobris, anni 611. mortuo, ſucceſſiſſe; ac poſt annos Sedis duodecim obiiſſe, 20. Maii an. 624. Sub illo autem jam Epiſcopo* S. Amandus *cellula vixit incluſus* tribus ferme luſtris *apud Bandemandum, ubi non eſt neceſſe intelligere* annos quindecim, *ut cum Milone, Harigero & aliis ſubinde credidimus; ſed forſan ſufficerent anni ſolum* undecim *aut duodecim inchoatus, ut ante obitum S. Auſtregiſili, Bituricis diſceſſerit, ſaltem ſub finem anni 623. Hi poſitis potuit iter Romanum bis ſuſcepiſſe, atque Epiſcopus ordinatus Gandenſibus & Tornacenſibus verbum* Dei *prædicaſſe; potius ad Sclavos quoque fuiſſe profectus; ac poſt exilium reverſus, S. Sigebertum ſub finem an. 629. aut ſequentem baptizaſſe: & ſic tempus illud ex correcta jam calculo cum Vita S. Amandi optime conſiſtit. Eodem modo §. 3. & 11., poſt diploma Elnonenſis monaſterii fundati,* an. 11. Dagoberti *componendus erit cum anno Chriſti 632., ſicuti & nonnulli anni ejus aut aliorum Epiſcoporum conformari debebunt ad calculum chronographicum Regum a nobis nunc expoſitum.*

Hic Teſtamentum ſcripſit anno Theoderici Chriſti 677

unde colligitur, quæ ejus Chronologia prodit.

B *Addimus etiam nos deprehendiſſe errorem in eo quod Elevatio corporis S. Amandi referatur ad an. 809. aut 810., referenda ad annum circiter 790., uti clarius dedacimus 19. Maii, ad Acta B. Alcuini, qui Carmen 54. de iſta Elevatione ſcripſit; ſed redeamus ad Epiſcopatum Trajectenſem.*

79. 18. *Epiſcopus* S. Romaclus *dictam Sedem adminiſtravit ab anno 650., ſeltem verſus finem inclinato, per* annos decem *in Mſſ. expreſſos. Ab hoc jam Epiſcopo Trajectenſi,* S. Trudo *Metas miſſus, patriis adhuc ætate floridus, atque a Grammatica per reliquas liberales artes progreſſus,* anno ſexto Epiſcupatus S. Remacli *ſacræ Scripturæ ſtudium arripuit: in quo cum optimum feciſſet progreſſum in Clerum aſſumptus,* & per Eccleſiaſticos gradus promotus, initiatusque Sacerdotio eſt, *ac* plurimis peractis annis ...... maturus que iam ætate quam moribus, ad S. Remaclum anno 10. Epiſcopatus reverſus, Dei verbum in ejus diœceſi evangelizavit. *Ejuſdem S.* Remacli anno 6., *cœpta ſunt extrui monaſteria* Stabulenſe & Malmundarienſe, *& triennio poſtea ab eo dedicata: qui circa annum 560. relicto Epiſcopatu in iiſdem mo-*

S. Remaclus Eccleſiam Trajectenſem rexit ab an. 650. ad an. 660.

C *naſteriis adhuc diutiſſime vixit. Acta autem illius varia erunt ad diem 3. Septembris illuſtranda; interim S. Landoaldi ejus Archipreſbyteri Vitam dedimus 19. Martii.*

80. 19. *Epiſcopus* S. Theudardus, *Cathedram Trajectenſem ſuſcepit an. 660. aut initio ſequentis. In ejus Vita, a Sigeberto Gemblocenſi expolita, ab Epiſcopatu Trajectenſi S. Amandi* triginta circiter anni *ad martyrium uſque S. Theodardi interponuntur: quibus* Eccleſia Trajectenſis *dicitur* poſſeſſionum ſuarum quantitate mutilata, atque irruentibus undique procellis agitata. *Verum quia Harigerus, Philippus Abbas Bono-Spei, aliique ſcripſerunt, S. Amandum a Dagoberto Rege Eccleſiæ Trajectenſi præfectum, quod ſaltem ante an. 638. factum debuerunt concipere; poſſet dici circa an. 668. Martyrio coronatus, quo tempore Childericus Rex, cui admodum carus fuerat, anno nono regnum Auſtraſiorum adminiſtrabat. Quæ omnia erunt ad Acta ejus 10. Septembris accuratius illuſtranda.*

Inde S. Theodardus ad an. circiter 668.

81. 20. *Epiſcopus Trajectenſis* S. Lambertus, *aliquot poſt Martyrium S. Theodardi menſibus ordinatus,* ſub Childerico Rege, qui eum, *ut ait Godeſchalcus cap. 1.* præ omnibus Pontificibus & Optimatibus diligebat, *Eccleſiam Trajectenſem gubernavit. Verum* Childerico ab templis carnificibus *anno 675.* interfecto, *&* Theoderico in regnum admiſſo, Ebroini, *qui Palatio ejus præerat,* adeo prævaluit iniquitas, ut S. Lambertum de Sede ſua deponerent & honore debito privarent, & Faramundum in Cathedra illius conſtituerent. *Ebroino autem circa an. 681. ab Ermenfrido confoſſo,* S. Lambertus ad propriam Sedem revocatus, magna univerſi populi lætitia ſuſceptus eſt. *At tum* pedes ſuos ad Evangelizandum pacem dirigens, populum ſibi commiſſum omnimodis ſacræ doctrinæ cibis reficere curavit, innumeras fidelium turmas de Gentilitate vocavit ad Chriſtianitatem *&c. tandemque* a Dodone, de Primatibus Palatinis uno, & Pipini Ducis familiari, tali tranſitu animam Deo tranſmiſit. *De anno cædis non ſatis conſtat. Pro reliquis placet, quod in codice Mſſ. Aureæ-Vallis ſcribitur* paſſus anno ſecundo Childeberti Regis, *qui foret annus Chriſti 699. neque hinc multum abeſt Sigebertus in Chronico, aſſerens* paſſum *anno 698. Sed ea accuratius erunt diſcutienda 17. Septembris, die ejus natali.* D

S. Lambertus ſedit 669. ad an. 699.

82. *Viceſimus primus & ultimus Epiſcopus Trajectenſis* S. Hubertus *deceſſoris & magiſtri ſui ſacrum corpus Leodium tranſtulit, anno ordinationis ſuæ 12. aut 13., ac deinde Sedem etiam Epiſcopalem, ex urbe Trajectenſi & Comitatu Maſegau ſeu Maſelandia,* ad villam adhuc parvi nominis, quæ Leodium dicta, *ut Godeſchalcus vocat; & uti Fiſen obſervat, fuit* prædium Eccleſiæ Tungrenſis. E *Hinc tamen* Tungrenſis Epiſcopatus *reſumptum fuiſſe ait idem Fiſen, & valuiſſe per* an. 440. uſque ad Henricum II. *ordinatum an. 1145. vita functum an. 1163. Hac autem de cauſa* S. Hubertus in *Martyrologio Romano non appellatur* Epiſcupus Leodienſis, *ſed* Tungrenſis; *licet Sedem collocaverit Leodii, ibique* anno 727. feria ſexta 30. Maii, *fuerit mortuus: cujus* corpus ab obitu ejus an. 16. Carolomanni ac Pipini fratrum 3. Chriſti 743., die Dominica 3. Novembris, eſt elevatum: *ad quem diem erunt Acta ejus illuſtranda.* S. *Huberto ſucceſſit filius ejus, ante ex legitimo matrimonio natus.* S. Floribertus, *cujus Acta dedimus 25. Aprilis, cum Titulo* Epiſcupi Leodienſis, *per quamdam ſcilicet nec hiſtoricis inuſitatam prolepſim, quia cupiebam, & etiam nunc cupio, in omnibus gratificari Eccleſiæ Leodienſi, cujus decus glorioſiſſime ſplendet in* F *univerſa Belgica & vicinis regnis.*

S. Hubertus poſt Sedem Leodium tranſlatam, mortuus anno 727.

CAPUT XII.

Antiqui Epiſcopatus Trajectenſis populi, eorumque vicini. Diſpargum Sedes Regum Francorum.

Q*Uod alias conſilium dedi Annales Leodienſes ſcripturo amico, id ipſe mihi hic ſumo & acturus de antiquis* Epiſcopatus Tungrenſis *ac* Trajectenſis, *nunc* Leodienſis, *populis eorumque vicinis, tabulam in fronte hujus Capitis exhibeo, bonam partem* ſecundæ Belgicæ, Germaniæque *item* ſecundæ *repræſentaturam. Sumpſi eam ex grandiori alia, quæ* Galliam Belgicam *an. 1633. univerſam complexus fuit Aubertus Miræus, eo ſine ut Veterum in ea Militarium typum exhibens, præluderet paulo poſt vulgando a ſe Chronico Belgico, exordium ſumpturo a Julii Cæſaris in* Galliam *adventu. Sed ita ipſam inde ſumpſi, ut uſui meo meæque ſententiæ adaptaverim, quædam loca addens de quibus agendum hic mihi eſt, plura omittens ad inſtitutum præſens nil facientia; pauca etiam corrigens, prout credidi me ea certius habere aliunde definita.* 83

Trajectum Maſelandiæ urbs primaria

A D



B

Agelsa in diplomatis

84 *Incipit autem, a fluminis* Maſæ *ſeu* Moſæ *accolis, quorum primariam olim urbem diximus fuiſſe* Trajectum, *appellatis antiquitus* Maſacis, Maſegavis, *vel* Maſelandis; *rancida aliis viſa nomina, quæ tamen Reges Imperatoreſque uſurparunt, adeoque nemini faſtidienda. Etenim* Trajectum in comitatu *ſeu* pago Maſelandiæ *fuiſſe confirmant in ſuis diplomatis, Arnulphus Rex poſtea Imperator, Zuendeboldus Rex illius filius, Carolus Simplex Rex Francorum. Ea diplomata exhibent Miræus in Notitia Eccleſiarum Belgii c.44.46.& 49. Chriſtophorus Brouwerus & alii: verba illorum dedimus c.4.lib.1. Diatriba noſtra. In diviſione porro regni Lotharii inter Ludovicum Regem Germaniæ & Carolum Calvum Regem Francorum, omnis*
C *ea Maſacorum dicto diſtincta eſt in duos Comitatus,* ſuperiorem & ſubteriorem Maſau *ſeu* Maſegau.

vel Moſavi

85 *Ezinhardus, Caroli Magni Imperatoris Cancellarius, vir ſcientia, doctrina, virtuteque eximius, l.4. Hiſtoria tranſlationis Ss. Marcellini & Petri danda 2. Junii,* Gangluden (*quo nomine intelligitur diſtrictus, continens oppida* Gangelt, Vueht & Millen *in agro Juliacenſi, paucis a Moſa leucis diſtantia*) ſundum regium in pago Moſavo *eſſe tradit. Quo tempore floruerunt Ss. Lambertus & Hubertus Epiſcopi Trajectenſes, præerat Auſtraſiis Pipinus Herſtallius, pater Caroli Martelli, de quo Brouwerus l. 7. Annalium Trevirenſium hæc habet;* Diploma vetus

Moſariis

inſpeximus, quo ipſe, *Pipinus* in villa Bagoloſo, regnante jam tum Dagoberto, jacens ex morbo, S. Willibrordum prædia Suveſtra donat, quod prædium ipſe ad rivum cognominem in pago Moſariorum ſitum eſſe confirmat, atque ut in nepotum Grimoaldi & Drogonis filiorum ſit tutela, cavet. Denique cum propter morbi magnitudinem ſubnotare non potuiſſet ipſe, Plictrudi conjugi dat negotium, ut ipſa donationem ſubſcribendo corroboret. *Quæ Theofridus in Vita S. Willibrordi ita confirmat:* Idem munificus Princeps ſub chirographi conſcriptione anno 4. Regis Dagoberti, 6. Nonas Martii, tradidit illi *Willibrodo* villam in pago Moſavorum ſitam, & a præterfluentis fluvii nomine Suveſtram nuncupatam; & egregiæ Blittrudis ſagaci induſtria, ab ingenuis viris pecuniæ impendiis comparatam. *Eſt* Sueſtra, *ſive* Suſtera, *illuſtre nobilium virginum monaſterium cum oppido adjuncto, circiter ter mille paſſus a Moſa remotum, e regione fere* Maſaci *ſeu* Maſecæ *oppidi, Trajectum inter & Ruremundam. Nec procul ab Suſtera diſtat relatum ante* Gangluden.

atque Maſavi apud veteres.

86 *Demum oſtendi cap. 5. Diatriba Tacitum l.4. Hiſtoriarum eoſdem* Maſacos *appellare, & conjungere* Sunicis, Tungris, Bethaſiis & Caninefatibus *finitimis, de quibus infra agemus. Caput ergo gentis* Maſacorum, Moſatiorum, Moſavorum, *ſeu* Maſelandorum, *fuit* Trajectum, *quam totius provinciæ urbem maximam dixit Ægidius a Leodio; ubi & Reges ſolitos fuiſſe commorari colligimus ex diplomate Childerici Regis, quo donationes monaſteriis Stabulenſi & Malmundarienſi confirmat.* Datum, *id eſt,* F
quando fecit menſis September dies 6. anno 8. regni Domni Childerici Regis, Trajecti feliciter. *Annos is erat Chriſti 667. quo S. Theodardus Eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopus loca monaſteriis donata cum Hodone Domeſtico & Foreſtariis regiis juſſus eſt determinare: non ergo an.655. occiſus, ut tradunt Bucherius, Fiſen, atque alii, quorum opinionem Fullonius* vulgatam Chronologiam *vocat, ac* Belgis Galliſque ſequendam ſtatuit. *Sed quomodo hi manifeſte in tempore Sedis horum Epiſcoporum errant, ita idem inferre cogitur eos in loco Sedis aſſignando erraviſſe.*

87 *Apud eumdem Miræum in Codice Donationum cap. 15. referuntur* tres Reges fratres, Lotharius, Ludovicus, & Carolus ſimul conveniſſe ſecus Trajectum, *in* loco qui dicitur Marſna, anno Dominicæ Incarnationis 847. *Hujus loci prædium donavit monaſterio Remenſi S. Remigii,* Gerberga, Ottonis I. *Imperatoris ſoror, tum Regina Francorum, nupta* Ludovico Tranſmarino, *dicti* Caroli Simplicis *filio: in cujus donationis diplomate, ibidem cap. 38. relato, teſtatur* traditum S. Remigio quoddam prædium in alodio in honore S. Petri conſecratum, vocabulo Merſen in Comitatu Moſaogæ, cum omnibus ad ipſum pertinentibus prædium. . . . Actum 3. Idus

Comitatus Moſaoga ſuperior

A Februarii, anno Incarnationis Dominicæ 968. In præfato Comitatu, in villa quæ dicitur Sarta. *Eſt* Marſana, *ſeu* Marſna, *aut* Merſen *pagus ſecundo lapide a Trajecto & Valckenburgo cum monaſteriolo, quod ſub titulo Præpoſituræ a Monachis* Remenſibus *hactenus poſſeſſum, jam cum aliis prædiis in Gallia ſitis commutatum, pertinet ad Canonicos* Regulares *Eaucourtianos in Arteſia. Hæc de Trajecto, urbe primaria, ſive metropoli Moſacorum, cum vicina Marſana, in ſuperiore Maſelandia ſive Moſauga. Infra eam urbem tum alia occurrunt loca, tum hæc celebriora;* Stochemium, Maſeca *ſeu* Maſacum,

& inferior.

Sueſtra *ſeu* Suſtera, *ſupra* pago Moſatiorum *adſcripta. Dein* Ruremunda, Venlona, Gravia, Ravenſtenium, Megena; *cui jungitur ditio hodieque* Maſelandia *appellata, & ex adverſo ultra alteram Moſæ ripam regiuncula* Maſewalja *ab utroque fluvio dicta. Atque huc uſque* inferior Maſau *ſeu* Maſegau Comitatus *videtur extenſus.*

Veluti Batavi

88 Maſacis *hiſce inferioribus* Caninefates, *etiam apud Tacitum adjunguntur. In prædicta autem regni Lotharii diviſione anno 870. facta, Comitatui ſuperioris Maſau*
B *jam explicato junguntur alii duo Comitatus,* Batua & Teſtebant: *quorum ille pars eſt antiquorum* Batavorum, *iſte* Caninefatum, *in Romana Hiſtoria ſæpius memoratorum. Incoluere* Batavi *inſulam inter* Vahalim *fluvium, dein* Meruam *dictum, & antiquum* Rheni *alveum, ad*

& Caninefates.

uſque urbes Ultrajectum & Leidam, *ideo* Lugdunum Batavorum *appellatam. At* Caninefatibus *attribuit Tacitus alteram inſulæ partem, inter antiquum ſcilicet Moſæ alveum &* Vahalim *ſeu* Meruam, *utrumque populum dirimentem: ubi cernuntur tum oppida* Bommelia, Heuſda, Worcomium *in Comitatu Teſtrebanto, tum inſula* Dordracena & Iſelmunda, *forte etiam* Stria, Vorna, Flackea *ac* Gorrea. *Aliquando interim antiquæ Sedis* Caninefatum *veſtigium extat juxta novum Moſæ alveum, quo ager Bommelienſis a ditione Altenenſi dirimitur, ubi prope pagum Aſſum parva inſula* Caninavaert *etiamnum appellatur. Porro apud Tacitum lib. 4. Hiſtor. cap. 56.* Claudius Labeo quoſdam Nerviorum Betaſiorumque in arma traxit, & furto magis quam bello Caninefates Maſacoſque incurſabat, nihil auſus apud Batavos,
C *quippe ulteriores. Hæc aliaque alibi producta Tacitus, qui in accurato opuſculo de ſitu & moribus Germaniæ,* Caninefates & Maſacos *illis non annumerat, ut mirum ſit a Cluverio eos conſtitui in Germania antiqua,* Maſacorum *nomine ſumpto pro nomine* Marſorum, *quæ gens ultra Rhenum erat, &* Caninefatibus *ad* Kennemarios, *Alcmariæ vicinos, qui Friſiis adnumerantur, relegatis.*

89 Maſacis *adjungit Tacitus* Sunicos, *atque hos* Agrippinenſes *inter*, Tungroſque *ac* Betaſios *locat;*

& ſuerunt ad Rhenum

unde dictos Sunicos *ab oppido* Zonsbeek, *quaſi* Sunicorum rivos *dicte, in hodierna Clivia, per leucas fere duodecim libenter extendemus ad oppidum uſque* Zons, *Rheno adſitum inter Coloniam & Neveſium, ut Divæo aliiſque places. Infra Tungros circa Demeram fluvium arbitramur* Betaſios conſediſſe, *ubi* Betagemium *eſt in Ducatu Arſchotano, quaſi* Betaſiorum domus: *& ad Getam amnem in Haleni præfectura eſt pagus* Betaſia, *contracte*

Betaſii prope Demeram,

Betſia, *vulgo* Beets. *Ibidem in præfectura Gerenſi ſub oppido Landa, ſed Thenis vicinius, duplex* Hasbanum *ſuperius & inferius eſt, vulgo* Overheſpen & Neerbeſpen, *unde ea regio* Hasbania *ac vulgo* Heſpengauw *nominatur.*

90 *Julius Cæſar Moſam inter & Rhenum alios collocat populos,* Eburones, Condruſos, Pæmanos, Segnos, Cæreſos, *quos ex gente &* numero Germanorum *aſ-*

Eburones.

ſerit lib. 6., & lib. 2. uno nomine Germanos appellari, *& lib. 5. ait* Eburonum partem maximam eſſe inter Moſam & Rhenum; *ac* Sicambros, tranſeuntes Rhenum, primos Eburonum fines adiviſſe; multos D ex fuga diſperſos excepiſſe, ac magno pecoris numero potitos. *Eburonum ergo longe patens ditio fuit, quæ forſan ab* Ueta *vicino amne nomen ſortita, creditur a multis Leodienſi urbi, tamquam capiti ſuo, nunc ſubeſſe.* Ut ut eſt, Eburonibus *a Cæſare deletis, nulla eorum notitia apud Tacitum alioſque ſcriptores manet.*

Condruſi, Pæmani,

Condruſi & Pæmani, *rectius* Fæmani, *nomina ſua retinent hodieque: & ſunt in Eccleſia Leodienſi Archidiaconi tam* Condruſii, *vulgo* le Condrois, *inter Leodium & Hujum, quam* Fæmaniæ *vulgo* Famenne, *cujus caput eſt* Marchia in Famena, *ad agrum Luxemburgenſem jam pertinens.* Segnorum *veſtigium apparet in oppidulo* Segniaco, *vulgo* Chinei, *haud procul Dionanto ad Rocham*

Segni

exilem fluvium, ubi S. Maternus quinque mortuos, ruina oppreſſos, vitæ reſtituiſſe legitur. Demum Cæreſi,

Cæreſi,

inter Leodium & Hermaliam, haud procul Moſa, videntur in monte Sedem fixiſſe, ubi Caſtrum, Cermont, *quaſi* Cereſorum mons *eſt: niſi malis, quia per diphthongum æ nomen ſcribitur,* Pagum Caroſſum *intelligere; (de quo ex Wiltheimio noſtro audiviſſe meminit, ut in monaſterii Prumienſis diſtrictu fere ſito, profundius in Arduenna) &*
E Cæroſios *legere.*

91 *Tacitus* Betaſiis & Tungris *jungit* Nervios, *populum hodiernæ Hannoniæ, quorum metropolis olim* Bagacum: *quo deſtructo* Cameracum, *urbs Epiſcopalis* Nerviorum *potiſſimum manſit. At qui ſub* Imperio Nerviorum *a Julio Cæſare libro 5. fuiſſe dicuntur,* Centrones, Grudios, Levacos, Pleumoſios, Gorduνos *dicti, cum reliquis Nerviis antiqua Diœceſi Cameracenſi incluſi ſunt, ſecutiſque temporibus* Bracbatenſes & Bracbanti, *aut etiam* Brachanti, *appellati; quorum ditio in quatuor Comitatus diſtincta traditur in Diviſione regni Lotharii anno 870. facta. Includitur fere hoc* Bracbantum *fluvii* Haina, Senna, Ropela, Scaldi, *ad cujus tamen lævam ripam* monaſterium Ganda, *a* Sancto Amando *extructum*, ubi corpore Sancto Bavo requievit, pago Bracbatenſi *adſcribitur in diplomate Ludovici Pii, dato ejus Imperii anno 6., Chriſti* 819. *Nec deerant in hoc* Bracbanto *curioſis indagatoribus veſtigia antiquorum populorum a Cæſare indicatorum.* Gorduni, *a quibuſdam* Gandenſes *cenſetur:* Leuze *a* Levacis; & Cambron *a* Centronibus *non multum abludunt:* Muſen F *a* Pleumoſiis *abſcerptum poſſet dici, &* Groden *ſeu* Groen-hoef Sedes Grudiorum *haberi, uſitata Belgis contractione.*

eis Moſam Nervii & Eburonum ſocii

92 *Sed hæc ſolum ideo adferuntur, ne ob talium vocum ſimilitudinem ab ingenioſo Vendelino eos permittamus* Aduaticis Eburonibuſque *immiſceri, neque ab aliis ultra Scaldim ablegari ad ditionem* Menapiorum, *quos* Morinis *adjungunt Julius Cæſar & Plinius lib. 4. cap. 17. Strabo etiam lib. 4., & Dio Caſſius lib. 39. quoque eos* confines *iis* Menapios *ſtatuunt. Adſtipulantur poſteriores ſcriptores: ita in Geſtis Normannorum ante Rollonem Ducem,* Normanni, Tornaco civitate, omnibuſque monaſteriis ſuper Scaldem fluvium, anno 880. ferro & igne devaſtatis, & Cortriaco caſtro ad hiemandum conſtructo, Menapios & Suevos uſque ad internecionem deleverunt, omnemque terram juxta flumina Scaldim & Legiam conſumpſerunt. *Gualterus Diaconus in Vita Beati Caroli Boni Comitis Flandriæ 2. Martii, numer. 77. refert,* Guilielmum Viroviacenſem, *unum e complicibus cædis,* juxta Tornacum ad villam quamdam deveniſſe, & Tornacenſibus eum inſectantibus, vix equum nactum, *in partes* Nerviorum ſeceſſiſſe, *ubi ſeculo adhuc duodecimo Tornacum a Nerviis ſecludit. Philippus ab Eleemoſyna in Vita S. Amandi tradit* urbem Menapiorum eſſe, quæ vulgato nomine Tornacus dicitur. *Ac deinde* Elnonem *aſſerit* intra Menapiorum poſitum fines, Propontis

Menapii ſeditioni Tornacenſi,

Ner-

A Nerviiſque conterminam. *Ubi Mſ. noſtro, antiquo charactere, additum eſt*, Menapios eſſe Tornacenſes, Prapontios Bracbatenſes, Narvios Hainonicoles. *Contiuet diœceſis Tornacenſis, præter Tornaceſiam & Amandopolim, Inſulas & Cortacum urbes cum agris ſuis, atque olim (quæ jam abſtracta) Gandavumcum Aldenarda, Brugas cum Aldenburgo, Sluſa viciniſque oppidis. Unum qui fecerit populum*, Menapios *dixerit, longe ad* Morinos *fuſum. Ludovicus Pius* Imperator, *in Præcepto diviſionis Imperii inter filios facienda, videtur hanc* Menapiorum *ditionem dividere in* Menapiſcon, Medenenti, *& forte* Franderes, *ſive* Haudram, *quibus contiguas adjungit regiones* Bragbentum, Arnan, Auſterban, Advertenſem & Tervauenſem. *Incoluiſſe tunc* Medenatenſes *partem agri Inſulenſis, oſtendimus 11. Februarii, ad Vitam S. Adalbaldi Ducis* §. 3.

diſtinguendi a Genapiis ultra Moſam,

95. *Sicuti autem diximus, ſupra* Pæmanos Julii *Cæſaris rectius ſcribendo appellandoſque eſſe* Fæmanos *ſeu* Famenos; *ita* Menapios Germanos, qui trans Moſam magnam partem equitatus miſerant, *a* Menapiis, *quos in diœceſi Tornacenſi conſtituimus plane diſtinctos, ſi quis* Genapios *ſcribi ac dici debere crederet, evitaret grandem diverſiſſimarum duarum regionum confuſionem. Eſt enim ad Moſam oppidum* Geonep, *extremus limes eorum quos Tacitus* Gugernos *quaſi* Gochgenars *vocare videtur, quique fere* Cliva *vulgo* Clevenars *dicuntur, ab oppido regionis capite: ita ut, a tribus iſtis oppidis modico horarum vix trium intervallo triangulariter ſitis*, Gennep, Gogh, B Kleef, *tria ſucceſſive nomina una eademque regiuncula ſortita videatur. Iverant dicti* Menapii, *ſeu potius* Genapii, prædandi frumentandique cauſa ad Ambivaritos, *inter Antverpiam, Bredam, & Bergozomium, habitantes, quibus acceſentur inſula Zelandica, ut alibi docuimus. Philippus Cluverius, ut Menapios utroſque propius conjungeret, in hodierna Campinia eos collocavit, amandatis in inſulas Zelandicas* Taxandris. *Verum teneri debet, quod ad dexteram Demeraſtadis partem, longiſſima verſus Septentrionem, ad uſque Caninefatos & Batavorum confinia, habitaverint* Taxandri, *ſive* Theſſandri, *aut* Toxiandri. *Nam* Theſſandrorum provinciam in proximo Trajectenſibus fuiſſe, *oſtendit* Reinerus, *ad S. Laurentium prope Leodium Monachus, in Vita S. Lamberti Epiſcopi Trajectenſis cap. 14. Nicolaus quoque Canonicus Leodienſis, in ejuſdem S. Lamberti Vita cap. 12.*, Beliſiam (*ubi S. Landrada ex conſilio S. Lamberti monaſterium extraxit*) *tradit eſſe* in ingreſſu Taxandriæ, duobus a dictis Tungrorum muris, duobus a Trajecto diſtantem milliaribus: *& idem ante Capite 10. dixerat*. Taxandriam a Trajectenſi oppido via tribus milliaribus C diſparari. *Ipſa eſt igitur, quæ jam a planitie regionis fere* Campinia *appellatur, & nomen olim ſortita a ſoli arenoſi natura*, Taxandria *dicebatur iis, quibus* Tas *camalum*, Sand *arenam ſignificabat, ut & hodie ſignificat, & ſupereſt veteris appellationis veſtigium in pago* Taſſen *prope* Dieſtam. *Hujus autem* Campiniæ *altera pars dominio Epiſcoporum Leodienſium ſubjicitur, altera una cum reliqua Brabantia unam in provinciam coaluit. Porro in limite Leodienſis Campinia eſt pagus* Budilio, *vulgo* Budel, *&* Buel, *nunc intra Pelandia fines; quem Carolus Magnus, anno Chriſti 779., per diploma ſignatum anno 11. regni ſui, adſcribit* Taxandro; *ejuſque Decimas, tam impetratas, adhuc obtinet Eccleſia Aquiſgranenſis. Simili modo Monachi Epternacenſes varias Decimas aliaſque Eccleſiaſticos proventus, ſibi teſtamento S. Willibrordi legatas, in* Taxandria, *nunc Campinia Brabantica, hodieque percipiunt. In his referuntur*, Bobanſchot, Alſem, Pieplo, Hioneſloten, Diuſna, wadradoch & Buſlot: *quibus hoc modo ſunt nomina*, Boſchot, Alſen, Poppel, Hulſel, Dieſſen, Wedert, & Buſlot. *Sic etiam Otto I. Imperator, diplomate anno 966. dato, in Notitia Eccleſiarum Belgii a Miræo cap. 62. relato, confirmat* heredi- D tatem S. Gertrudis, ſitam in pago Teſſandria ſuper fluvio Seroona, in villa quæ dicitur Bergom. *Oppidum id nunc* Berga, *ſeu* Mons S. Gertrudis *dicitur, eſtque provincia Hollandica, quamvis in ulteriori Brabantia ripa non procul Breda ſitum. Auctor denique Vita S. Gummari, 11. Octobris illuſtranda, ſectatur* villam Ledonem (*oppidum Liram intelligit*) uno a latere reſpicere Taxandriam, a latere altero Reynenſem provinciam, & hasce provincias amne Nita, *ſeu* Netha, influente in villam, ſequeſtrari. *Univerſim tamen Plinius lib. 4. cap. 17.* extera a Scaldi Taxandros incolere *ſcribit, ipſos quoque* Reynenſes *videtur inter* Taxandros *numerare.*

Sedes Saliorum Francorum.

94 *Ad Vitam porro S. Sigeberti §. primo deſcripſimus veterum* Francorum *originem, ſedes atque migrationes, & diximus a vindicanda libertate nomen adeptos, ac diviſos fuiſſe potiſſimum in* Ripuarios *&* Salios; *illos juxta S. Hieronymum in Vita S. Hilarionis 21. Octobris, habitaſſe* inter Saxones & Alamannos, *& in horum lege titulo 36. vicini cenſentur* Alamanni, Friſiones, Saxones. *Ad hos* Ripuarios *putamus ſpectare* Ricomerem *& alios Reges, & bella ab his geſta; eoſdemque a Chlodoveo primo ſubactos, ſupra diximus. At* Salii Franci *ad Iſalam fluvium, & in Tranſiſalania, ubi oppidum* Oldeſalis, *ſeu* antiqua Salia *habetur, primo habitaverant: hinc pulſi, in Batavia, deinde* prope Taxandriam locum, habitacula fixerunt, *juxta Ammianum lib. 17. & alios. A dicto autem* Taxandriæ loco, *vulgo* Teſſenderlo, *duabus leucis diſſita eſt* Dieſta, *oppidum Brabantia, cujus Duplex cognomen eſt; ſic ut a civium domiciliis* Deſthamium *dicatur, a Curia* E *vero regia* Duburgum, *pro quo paſſim legitur* Diſpargom, *quaſi* Diſt-berg *vel* Diſt-burg. *Ibi* Rex Clodio, *ut ſupra ex Turonenſi dictum*, habitavit in termino Tungrorum *ſeu* Toringorum, *quo etiam modo* Tongri *appellantur: indeque miſſis exploratoribus* Cameracum *intercepit. Ibi Legis Salica conditores*, Salegaſt, windegaſt, Bodegaſt, *&* Wyuſegaſt, *a ſuis nominibus appellata, habuerunt domicilia*, Saleheim, Windehove, Boedeohoven *ad portas Lewenſes, &* waſe *ſeu* wueſt-Kerck, *quæ loca ſuo ſitu demonſtrant in proximo eſſe* Diſpargum, *Sedem Saliorum. Quæra* Borgum, quem Clodio Rex incoluit, eſſe ſuperiorem ac vaſtiorem locum Kakenburch, *indicavit* Wendelinus *litteris ſcriptis anno 1655., eoque nomine cenſuit ſignificari* Regalem Burgum *ſeu* Re- F giam domum, *quaſi* antiqui Germani cum Scythis, Avaris & Bulgaris ſuos Reges Chaganos *appellarint. Præterea* indignatur, quod Chifletius paſſus ſit ſe decipi a quodam villico, ut Diſpargum Lovanium inter & Bruxellam, ad villam Joannis de Moldee, in municipii Duſborch appendice collocaret, *judicatque in Diatriba mea de tribus Dagobertis Francorum Regibus, lib. 4. c. 8. iſtam Chifletii opinionem ſatis eſſe refutatam: ad eam itaque remittimus* Cointium *& alios, qui Chifletium temere ſecuti ſunt, & huic Tractatui finem imponimus.*

Diverſa de Duſburgo trans Rhenum ſententia,

95 *Hactenus Henſchenius, cujus & Wendelini prælaudati ſententiam puto non reprobaſſet Celſiſſimus Mecenas noſter Ferdinandus Fruſtenbergius, in ſuis ad Monumenta Paderbornenſia erudiſſimis Notis, pag. 156. ubi de* Deſenberga *ad Dimolam*, Gelenio *credita* Diſpargum *fuiſſe, neque Dieſtæ prætuliſſet* Duiſburgum *ad* Rhenum; *ſi conſideraſſet de eo agi tempore, quo* Franci Salii, *non ſolum a primis ſuis ad Iſalam ſedibus, ſed & a ſecundis in Batavia pulſi, ſub Juliano Imperatore, ſibi perquam benigno*, in Romanorum ſolum trajecerant, ſponte ſua ſe cum rebus ſuis ejus fidei permittentes, *ut tanto ante Chlodionis regnum ſcripſit Zoſimus; & quidem* apud Toxiandriam locum habitacula ſibi licenter figendo, *ut addit coævus Zoſimo Ammianus; unde hodiedum agri inter*

A *Herkam*, *Taxandriæ oppida*, Vranckrijk, *id eſt*, Francorum regnum *dicuntur*; *& juxta* Dieſtam *ipſam* Selheim, Sellik, Selbende, *id eſt*, Saliorum domus, vicus, prata, *veterum poſſeſſorum nomen retinent molliori noſtra dialecto. Cum ergo Gregorius Turonenſis eoſdem ait* tranſacto Rheno Thongriam tranſmeaſſe, ibique Reges crinitos ſuper ſe creaviſſe, *atque eorum unum, ac forte primum*, Clogionem habitaſſe apud Diſpargum, quod eſt in termino Thongrorum, *quibus* in partibus habitabant uſque Ligerim fluvium Romani (*ſicuti teſtatur etiam lingua eorumdem, quam modo* Gallicam *ſeu* Wallicam *vocamus, hodiedum ſuperſtes, & a qua pars Brabantiæ* Brabant-Roman *Francis, Teutonibus* Walsbrabant, *dicitur*) *cum, inquam, ita ſcribit Turonenſis, certos nos reddit, ſeſe aut non lectum aut non intellectum ab Aimoino, trecentis poſt ipſum annis ſcribente. Hujus tamen unius teſtimonia Celſiſſimus nititur, aſſerentis quod* Rex Clodio, anguſtos regni ſui fines dilatare cupiens, exploratores a Diſbargo trans Rhenum dirigit; & ipſe cum exercitu ſecutus, Cameracum civitatem obſiſtens expugnavit & cepit. *Edita quidem & manuſcripta Turonenſis exemplaria multa pro*, Thongria Thungriſque, *habent* Thoringoſque, *& hoc legiſſe videtur Aimoinus, eoque facilius*

en ſeculi 4 & Clodio-nis ibus re-ſuratur.

B *ipſos ad Rhenum collocaſſe, quod ibidem etiam Franci, ſed* Ripuarii, *habitarint: verum Morchius & Iſaacus Pontanus aſſerunt, meliora antiquioraque generis utriuſque exemplo priorem præferre lectionem. Quamquam idem forcaſſe nomen utrumque eſt: nam Procopius Cæſarcenſis, Turonenſi paulo ſenior, lib. 1. rerum Gothicarum* Toringos barbarus, permiſſu Auguſti Cæſaris, bis ſedes habitaſſe *ait: nec inveroſimile eſt* Barbarus *illos Procopii, ex* Germanica Thoringia, *nunc* Duringen, *adveniſſe in hanc Belgicam, atque ex veteri illo longiori nomine contractius nomen* Tongrorum *finxiſſe, ſicut initio conjectatur* Henſchenius.

APPENDIX I.

C

G. Wendelini Epiſtola de Diaſpargo, non alibi quam Dieſtæ requirendo.

96 A*Bſolute fidei-commiſſo, quod mihi moriens Magiſter reliquit; nonnihil etiam debere me cenſeo Eruditiſſimo ejus Synonymo veterique Amico* Godefrido, *ſive* (*ut is ſcribere malebat*) Gottifrido *aut* Godofrido wendelino; *ejuſque ſupra allegatam Epiſtolam puto non eſſe ſubtrahendam poſteritati, utpote idoneam illuſtrandæ haud parum prædilectis Moſam Francorum Regum Sedi, nec facile alias venturam in lucem; cum Wendeliniana autographa cetera inter conſanguineorum illitteratorum manus perierint; exceptis forſitan Epiſtolis paucis, poſt eorum ad quos ſcripta fuerunt mortem haud diu evaſuris ſimilem iſtis ſortem, niſi quis ipſas doceat æſtimare. Inſcribitur Epiſtola*, Reverendis admodum viris, Dominis Bartholomæo Pluckero & Leonardo Schyndelio, Paſtoribus S. Sulpicii & Begginagii Dieſtenſis; *& tenor ejus talis eſt.*

Wendelino Paſtoribus Dieſtenſibus ſcribens,

97 Septimus jam annus labitur, Viri doctiſſimi juxta ac pientiſſimi, cum leges *Salicas*, diſquiſitione ſoli natalis, tum & ſuo Gloſſario illuſtratas, publice exhibui; ſatiſque mihi commonſtraſſe viſus ſum, *Diſpargum Caſtrum* (quod neſcio an Pharamundus, Rex ille Francorum primus, ejus certe filius Clodio habitavit) non alibi eſſe quærendum, quam intra ipſum oppidum *Dieſtenſe*. Cur autem eidem loco aſſignaverim Chlodionis Domicilium; non temere eſt a me factum: quandoquidem quatuor Legiſlatorum Gaſtorum Domicilia *Salebeim*, *windehove*, *Bodehove*, ſeu prout Actuarii ſcribunt *Bodehoven* ad portas Lewenſes; & *Wiſe* ſeu *waſt-*

Docet Diſpargum ib

kerk, nobilitata loca per ſuos Dominos, *Salegaſt*, D *Windegaſt*, *Bodegaſt & Wiſegaſt*, hoc ipſum oppidum *Diſpargum* de proximo commonſtrent, ut omittam *Taxandriam locum*, vulgo *Teſſenderloo*, ac *Sigenam* vulgo *Sichem*, & tot alia Malbergiorum loca per Taxandriam comparentia, extra quorum confinia *Diſpargum* cogitari nec poteſt nec debet.

98 Quamquam autem hæc tam certa ſint, quam quidvis aliud a conjecturis certitudinem ſuam mutuans. Ecce tamen ut nuper, *Denſeburg* (inter Lovanium & Bruxellam municipium modicum) *Diſpargi* totam gloriam ac nomen ad ſe trahere conatum eſt: quoniam *ſuperſunt* (ut dicitur) *viri ſenes ac fide digni, qui viderunt rudera & veſtigia veteris Caſtri Duisburgenſis, in loco ubi villa Joannis de Mulder dicta, in municipii appendice, quæ vulgo Yſeren.* Sic Chifletius in ſuo Childerico redivivo, edito Antverpiæ apud Moretum pag. 8. quæ Doctiſſimus Henſchenius in ſuo Dagoberto p. 249. tamquam ridicula explodit; & indignor ego mecum, cum video virum tantum, quantus eſt Chifletius, ſe paſſum decipi a poſtremo Diſtii quæſtore ſeu villico de May; qui negaverit Burgum Dieſtenſem vocari den *Dieſter-Borch*, ſed *den Borch* ſimpliciter. Quaſi den *Lummerſchen-Borch* non ſit Lummenſis Burgus, quia illic incolæ ſimpliciter efferunt *den Borch*. Quaſi den *Lovenſchen-Borch* non ſit Lovanienſis Burgus, eo quod E Lovanii vocetur ſimpliciter, *op den Borch*. Quaſi denique *Diſpargum* ſeu *Dioſpergum* (ut in aliis exemplaribus legitur) ſeu *Dieſbargem* apud Fredegarium, non ſit *Dieſt-Borch*: quod nunc quidem vocatur *Dieſt*, in diplomate vero Zuentepolchi Regis anni 899. *Dieſta* (Quin & in diplomate Caroli ſimplicis, dato ſub notis annum 915. ſignificantibus, *Teſtis-villa*, ad quam pertinuerat *foreſtis, quam conſtat in pago Luvienſi atque in Comitatu Sichardi ſitam*, rectius fortaſſis ſcriberetur *Tieſtis-villa*, & *Dieſta* eſſe intelligetur; ſicut Pagus *Luvienſis* non videtur aliud a *Lovanienſi* poſſe concipi; & *Sichardi Comitatus* haud dubie eſt *Sichemienſis*, a Sicardi ſeu Siconis habitatione nuncupatus. Ego in meo ad Leges Salicas etymologico docui *Died* & *Thied* veteri Francica lingua ſignificare *Populum*, unde derivatum adjectivum *Dietſch* vel *Thietſch*, *popularis*, per tranſpoſitionem pro majori facilitate aſſumptam, in nomen *Dieſt* vel *Thieſt* deflecti potuit: nec eſt quod aliquem moretur diverſitas ſcriptionis *barg*, *berg*, *borg*, F *burg*, alias, *parg*, *perg*, *porg*, *purg*, quorum priora *montem* ſignificant, poſteriora *arcem* ſeu *burgum*: nam omnia ſunt ab eadem radice, & quia in montibus ſtruebantur arces, facile alternabatur antiquis pronuntiatio, ſicut ex *bergen* occultare, formatur participium *geborgen* occultus.)

pro quo frustra Denſeburgum Chifletius ſubſtituit.

Etymon Dieſt aliud ſuggerit,

99 At enim, quam recte aſſerui *Diſpargum* Chlodionis eſſe *Dieſt* veſtrum: tam oblique in ipſum Burgum impegi, quem putavi eſſe collem iſtum minorem, inter duas eccleſias, S. Mariam de Burgo & S. Joannem de Burgo. Poſtquam enim omnia rummavi ac perpendi, Burgus quem Chlodio Rex incoluit, eſt ipſe ſuperior ac vaſtior locus *Kokenburch*; non ea eo dictus, quod proſpectet eminus in circumſita loca; ſed quod ejus etymon ſit ſoneque, *Regalem Burgum* ſeu *Regiam Domum*. Quod enim nunc dicimus *Koninck*, olim tota Germania, cum confine ſibi Scythia, vocabat *Khaggan* ſeu *Kagan*, unde *Kaganick* & *Kaganink*. Nihil frequentius eſt in hiſtoricis quarti & quinti ſeculi, quam legere Scytharum, Chazarorum, Avarum, & Bulgarorum *Chaganos*. Multus eſt in his Cedrenus, Zonaras, Paulus Diaconus, aliique, docentes illarum gentium ſeu Reges ſeu Regulos vocari ſolitos *Caganos*. Sic ergo *Kaghenborch* eſt *Regius Burgus*, ejuſque juriſdictio ac territorium *Kaggen-Vriunt* ſcribitur in Actis publicis

& indicat R. Chlodionis aulam

quod domū Regis interpretatur

veſtri

Digitized by Google

A veſtri Magiſtratus, quomodo in hac noſtra Flandria *Ticlivinni* olim, nunc *Dickelvin* haud procul Gandavo. Atque adeo id verum eſt, per *Vinne* deſignari Fines ac juriſdictionem, ut jus jam dictum & adminiſtratum, hoc eſt ſententia, vocetur *Vinniſſe*, vulgo *Vonniſſe* & *Vonniſſe*, a Latino *Finitio*, *definitio*, *definitiva* ſententia (ſeu potius a veteri Francico *Vinnen* decidere, unde *Vinne* cæſura ſeu pars deciſa, & *Vinnich* dicitur ferox, imperioſus, quaſi ad cædendum ac decidendum promptus.) *Kagghenvinni* ergo eſt *Caggam* ſeu *Regis Juriſdictio* ac territorium, & *Kagenburgus* eſt *Regium domicilium*: quod poſt Salicas meas leges editas ſerius demum didici, a quodam veſtro cive, mediocri viro, commemorante mihi *Burgum* illum fuiſſe Domicilium ſeu Palatium Regis cujuſdam, cui nomen fuiſſet *Cacus*. Ita ſcilicet per fabularum tenebras fugitiva eſt antiquitatis notitia.

vel & Kaggen-vinne, ejuſdem diſtrictum.

500 Ceterum quod illuſtrare iſtas poteſt ac debet, eſt ipſa antiqui iſtius ac Regii Burgi deſignatio iconica; optemque egomet vobiſcum illic eſſe, ac delineare in charta vel membrana, non tantum Burgi Regii dimenſionem totam, ſicut extat hodieque, ſed & totum ipſum Dieſtenſe oppidum, multum habens antiquitatis, & inde gloriæ apud poſteritatem: præſertim cum non niſi Regiis ſumptibus perfodi potuerint iſtæ rupes ad *Kaceburgum*, & alteræ ad portam Scaffinenſem, quæ vel ſola B duo ingentia opera Regale *Diſpargum* vindicant, etiamſi nulla ſupereſſent alia. Quia vero circumſtrepentibus undique nos armis paulo minus abſumus ab obſidione, circumque circa nihil cernere eſt præter vaſtitatem & itinerum infeſtorum latrocinia; quod unum poſſum, rogatum velim per vos Magiſtratum veſtrum, ut civitatis *Dieſtenſis* velint curare exactam Iconem ac Topographiam, per artificem aliquem delineandi peritum: atque hanc gloriam (quam ego primus indicavi Patri Henſchenio, Henſchenius Chifletio, Chifletius retractavit) tradere ad poſteritatem, ſeu mea ſeu doctioris alterius ſcriptione plenius informandam. Hoc Rogati eſtote, Viri præſtantiſſimi, a veſtro, quem nouiſtis (ſcio) Godefrido Wendelino, Luminarcano, Canonico & Seniore Officiali Tornacenſi. Tornaci hac 29. Auguſti 1655.

optarque veruſtiſſimi oppidi iconiſmum aliquem.

501 *Fuit* Wendelinus *tanta vir æſtimationis apud Tornacenſes, ut eorum quidam non dubitaverit ipſius effigiei in æs ſculptæ hanc Epigraphen ſubjicere.*

Elogium ad effigiem Wendelini

C



EFFIGIES REV^{DI} ET DOCT^{MI} VIRI D GODEFRIDI WENDELINI Obiit Gandavi A° 1667.

Auſonio, Græco, Hebræo ſermone diſertus, D
Conſilium Themidis, delictum Sophiæ;
Qui rerum ſeriem, numeros, cœlique meatus,
Omnia qui noſcit, noſcitur hac tabula.

Hic conſentiens noſter R. P. Guilielmus Heſius, *cum illam forte imaginem vidiſſet, & coætanei ſui* Henſchenii *effigiem ſimiliter cuperet expreſſam videre; optavit utraſque tabellas componi ad invicem; ſicut comparata inter ſe utriuſque ingenia operaque laudabat, ac priori quidem mortuo hanc inſcriptionem optavit:*

WENDELINUS hic eſt GODEFRIDUS: Sidera quo non
Ullus adhuc menſor rectius ire dedit.
Temporaque ea illis per ſecula lapſa coegit
Non interrupta certos ire via.

comparatum Henſchenio.

ſub alterius tum adhuc viventis tabula, ſic legi voluit idem Poeta, pridem Jubilarius, necdum tamen effœtus, imo ipſo quo hæc edimus anno adhuc vegetus, licet biennio duntaxat minor nonagenario. E

Hic HENSCHENIUS eſt GODEFRIDUS: qui ſua cuique
Sanctorum merita & tempora diſtribuit;
Erroreſque vagos in leges ire coegit,
Temporaque ea illis currere certa dedit.

Denique ambos, tam ſimiles, dignoſci ex vultuum lineamentis jubens, ſic concludit.

Ad numerum cœli GODEFRIDIS ite duobus,
His ducibus nullus curſibus error erit.
Ætas priſca duos DAGOBERTOS miſcuit avi;
Ne confundat & hos, bina tabella vetat.

Henſchenii *imaginem in fronte dedimus; hic exhibemus* Wendelinum, *& communis amici deſiderio feciſſe credimus ſatis, nec eruditis Belgis rem ingratam, quod utrumque* Godefridum *ſic perennare voluerimus.*

APPENDIX II.

De Comitatu Loſſenſi & Dieſtenſi in Tungria & Taxandria.

Ex Mss. Ægidii Voechtii Averbodienſis. F

VVEndelini *diſcipulum profeſſus ſe eſt* R. D. Ægidius de Voecht, *patriarum antiquitatum æque ac ille ſtudioſus ſcrutator, ante ipſum autem pientiſſime defunctus anno 1643. 13. Junii, in antiquiſſimo Præmonſtratenſis Ordinis apud Taxandros Averbodienſi monaſterio, a Comitibus Loſſenſibus fundato, ubi Camerarii titulum annis 14. obtinuit, ante Supprioris munere functus. Hic ſtudiorum ſuorum inſignia ibidem reliquit monumenta, hactenus inedita, interque ea* Comitatus Loſſenſis *deſcriptionem; in qua* Diſpargi *præmemorati meminit, jam inde ab initio hujus ſeculi in iſtius argumenti illuſtrationem incumbens; uti ex I. B. Grammayo nobis conſtat; qui anno 1610. Tractatulum vulgans de Baronatibus, Arſcotano in Brabantia Ducatui ſubjectis, quorum quintus* Dieſtenſis *eſt, pag. 56. in margine notat, velut ea* ſuggeſtione Domini Voecht *acceptum, in quadam Arnoldi cujuſdam charta, anno 1200.* Dieſtum *nominari. His animadverſis fieri poſſe cogitavi, ut & ille aliquid nos doceret, haud alienum ab argumento, quod* Henſchenius *ac* Wendelinus *tractarunt: & cupidus accipiendi ſpecimen Commentarii, necdum vulgo noti, dedi Averbodium litteras. Hæ ut venerunt in manus* Reverendiſſ. D. Servatii Abbatis, de-

Scriptura de Loſſenſi Comitatu.

A *doctiſſimi Senis, noſtrorumque operum peramantis, continuo requiſivit Ægidii ſui manuſcripta, eiſque haud perfunctorie evolutis, deſignavit transcribenda loca propoſito huic opportuna, tanto tam judicio, ut omnino digna videantur quæ in lucem eant, nec tantum Auctorem ſuum, ſed etiam Monaſterium commendent, quod talem educavit. Rem orditur Ægidius ab ovo, hoc modo.*

doces. Franos Salios,

103 Ditionem, Leodienſem *hodie dictam, atque in* ea Comitatum Loſſenſem, *cis & citra Tameram fluvium, devicta prius Gallia, Julius Cæſar armis domuit, diuque poſt permanſere in poteſtate Romanorum; donec, concidente paulatim eorum Imperio, illum* Franci *fecerunt ſuam: qua occaſione, dicam. Ipſi, antiquiſſima nobiliſſimaque Germanicæ nationis portio, Sedibus ſuis pulſi* a Saxonibus, *transmiſſo Rheno, conceſſerunt primum in Batavorum inſulam, ibique fixere domicilia; donec eos rurſus inde ejecerant,* Saxonum *ſeu confœderati ſeu clientes,* Quadi; *quos Julianus Cæſar & Ammianus* Chamavos *vocant. Erant* Franci *etiam iſti, ſed nequaquam* Salii, *a* Sala, *id eſt, Palatio ſic dicti; eaque propter populari in illos ſeditione moti, exoſos habebant, tamquam primores nobilioreſque; tandemque idem quod Saxones auſi, tota etiam expulere Batavia, ſeſeque* Quados, *id eſt, rabidos & rebelles dixerant. Pulſi iſto pacto* Salii, *quo ſe reciperent, non habebant, niſi bona fortuna ad Ro-*

trans Rhenum et Moſam pulſos

B *manos, a quibus haud abhorrebant. Quod itaque felix auſpicatumque fuit, intra fines proximos regionemque* Taxandriam *(quæ non ante annum virginei Partus 1200. cœpta eſt vocari* Campinia) *immigrarunt: ibique habitare cœperant circa annum æræ Chriſtianæ 357. ſed præli*ceotet, *id eſt, non obtenta a Romanis id faciendi facultate. Hinc anno proximo Julianus Imperator, cognomento Apoſtata, Pariſiis movens, inquit Ammianus,* petit primos omnium Francos, quos conſuetudo Salios appellavit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxiandriam locum (*Teſſenderlo*) habitacula ſibi figere prælicenter: cui, cum Tungros veniſſet, occurrit Legatio prædictorum, opinantium reperiri Imperatorem etiamnum in Hibernis, pacem ſub hac lege prætendens, ut quieſcentes eos tamquam in ſuis, nec laceſſeret quiſquam nec vexaret. Hos Legatos, negotio pleno digeſto, appoſitaque conditionum perplexitate, ut in iiſdem tractibus moraturi dum redeunt, muneratos abſolvit: dictoque citius ſecutus profectos, Severo Duce miſſo per ripam, ſubito cunctos aggreſſos, tamquam fulminis turbo percuſſit. Jamque precantes potius quam reſiſtentes, in opportunam clementiæ partem effecto victoriæ flexo, dedentes ſe cum opibus liberiſque ſuſcepit. Chamavos itidem auſos ſimilia, *fines ſcilicet Romani Imperii invadere,* adortus, eadem celeritate partim

in Taxandria prope Tongros conſidiſſe,

C cecidit, partim acriter repugnantes, vivoſque captos compegit in vincula, alios præcipiti fuga trepidantes ad ſua interim abire permiſit. *Hæc ille.*

ſed ii victi a Juliano Imperatore obtinuere;

104 *Zoſimus paulo explicatius.* Saxones, *inquit,* omnium eas regiones incolentium Barbarorum & animis, & corporum viribus, & laborum in prœliis tolerantia fortiſſimi haberi, Quados, ſuæ nationis partem, in ſolum a Romanis occupatum immittunt. Hi Saliorum gentem, Francorum portionem, & vi Saxonum in inſulam Bataviam ſuis e ſedibus rejectam, expulerunt. Hæc enim inſula, cum prius in univerſum Romanis paruiſſet, a Saliis hoc tempore poſſidebatur. Julianus ea re cognita, Quados quidem aggrediebatur, juſſo prius exercitu cum Quadis acriter dimicare; Saliorum neminem occidere vel prohibere, quo minus in Romanorum fines tranſirent, quod non ut hoſtes Romanam ditionem invaderent, ſed per vim ac coactionem a Quadis expellerentur. *Quid poſſet a quoquam in rem noſtram dici explicatius? Pergit tamen Zoſimus;* & hæc, *inquit,* animadverſa Cæſaris humanitate, Salii, partim ex inſula cum ſuo Rege trajecerunt in ſolum Romanum, D partim correpta fuga conſederunt ad limitanea. *Verumque apparet, Salios emigraſſe ex Batavia, beneficio Juliani in ſibi conceſſam* Taxandriam; *& partim quidem occupaſſe hanc Superiorem cis & citra Tameram, ut & Comitatum Loſſenſem Hasbanioſque attingerent; partim conſediſſe circa Bergas ad Zomam, qui limes eſt Taxandriæ: circa Stenebergam, circa Sevenbergam, circa Bergam S. Gertrudis; quæ omnia ſunt Taxandriæ limitanea inferiora, ut non oſcitanter Zoſimus ſcripſerit auctorem, quo deſcendiſſe atque inferiora inſediſſe doceat. Atque hac ratione* Salii, *etiam in Comitatum Loſſenſem aliaſque Hasbaniæ oras delati, eas diu poſtea in pace & tranquillitate poſſederunt, uti & Taxandriam. Quin &* Quadi, *a Juliano per* Salios, *uti ſcribit Zozimus, tandem ad* maximas redacti anguſtias, deque multis pauci facti, cum Duce ſuo ſe dediderunt Cæſari. . . . *qui deinde non ſolum* Salios, *ſed &* Quadorum partem Legionibus *adſcripſit: & hi conceſſam ſibi prope* Taxandriæ locum *habitationem,* Minechlenam *Legibus Salicis cap. 32. dictum, reliquerunt vulgo appellatam* Quaed-Mechlen, *id eſt,* Quadorum Minechleno, *ſive ut nunc diceremus* Quadorum-Mechlinia.

105 *Porro uti poſtea Romani Imperii interitus exordium dedit regno Burgundionum in Sequanis, Gottorum in* E *Italia, Hiſpania & Gallia, Wandalorum itidem in Hiſpania & Africa; ita quoque nobiliſſimi omnium regni Francici in Gallia occaſio fuit; quod in hunc modum proceſſit. Anno Chriſti Servatoris noſtri quadringenteſimo ſexto, Arcadio & Probo Conſulibus,* Stilico, *natione Wandalus, idemque Socer Imperatoris Honorii, ac filio ſuo Eucherio affectans Imperium,* gentes copiis viribuſque intolerabiles, Alanorum, Suevorum, Wandalorum, Burgundionum, ultro in arma ſollicitans, detacto ſemel Romani nominis metu, ſuſcitavit; & interim ripas Rheni quatere, ac pulſare Gallicas voluit: ſperans ſub neceſſitatis circumſtantia, quod & extorquere Imperium genero poſſet in filium, & gentes barbaras tam facile comprimi, quam commoveri valerent. *Sed excitata illa per Stiliconem multaque cum iis alia,* Francos protereunt, Rhenum tranſeunt, & Gallias invadunt. *Ita Oroſius lib. 7. cap. 38. & 40. Ecce hic aliunde ductos* Francos, *tum altra Rhenum adhuc incolentes, quos alii prætermiſſem, multa & barbara prorſus gentes ab Oroſio recenſita, illi pariter ſuperato Rheno venerunt ad Gentiles ſuos; totaque Francorum gens, ab eiſdem Saxonibus & Thoringis, Wandalio parte, exagitata atque exterris facta, infudit ſe in Taxandriam vicinamque Tongriam, cis & citra Moſam fluvium, agroſque in ſolo Romano longe lateque vacuos inſedit; pro eo ac ante eſſe annos Arcadius & Honorius Au-* F *guſti, lege quoque lata, invitaverant exteras nationes, ut ex variis gentibus varii populi vellent immigrare in ditionem Romanam, eiſdemq; terra* Leticæ, *Franca lingua* Ledich, *id eſt, Vaſtata, deſerta, & inculta aſſignarentur, quo arva jacentia juvarentur cultu, & armis delecta. Atque iſtud eſt quod in notitia utriuſque Imperii legitur,* Præfectus Letorum Lacenſium prope Tongros. *Expulſiſque in hunc modum* Francis *ex Germania, illic* Francia *eſſe deſiit, migravitque hoc nomen in Ciſrhenanam Tongriam, ſub qua Hasbania & Loſſia; maximeque fixere Sedem inter* Dieſt, Halen, Wuſtherck, *&* Haſſalt; *atque an. 406 & ineunte 407. Franci trans Rhenum eſſe deſierant: ab indeque Tongrorum regio,* Francia Gallicana *cœpta appellari. Quæ ſi quis accuratius cum animo ſuo, nullo præjudicio præoccupato, expendere velit; nihil metuo quin pedibus iturus ſit in noſtram ſententiam; neque de nihilo eſſe, quæ præſcripſi huic Capiti;* Qua ſcilicet ratione Franci in Taxandriam Hasbaniamque migraverint. *Cui tamen hæc noſtra excerpta minus ſufficiant, Auctor illi ſim, ut conſulat Natale ſolum legum Salicarum, & ſignanter*

Salii poſtea pulſi Franci trans Rhenum reliqui,

pellentibus eos inde barbaris

Ca-

A *Caput 11. doctiſſimi Wendelini, editum Typis Plantinianis an. 1649. Auſim ſponſionem facere, non ingratam nec inutilem poſituram operam.*

106 *Ad tempus Gregorii Turonenſis, lib. 2. c. 9. verba ſpectant.* Tradunt multi, *inquit*, Francos de Pannonia fuiſſe digreſſos, & primum quidem littora Rheni amnis incoluiſſe, dehinc tranſacto Rheno Tongriam tranſmeaſſe, ibique juxta Civitates vel pagos Reges Crinitos ſuper ſe creaſſe, de prima, & ut ita dicam nobiliorum ſuorum familia. *Nec fruſtra ille interpolavit (ut ita dicam) quod enim locutio tunc Francica efferebat*, van't Saligh gheslaght, *cum præfatione veniæ vertit*, de nobiliore familia, *id eſt*, Salica. *Ad temporis itaque Epocham quod ſpectat; poſteaquam* Franci Salii *Taxandriam Comitatumque Loſſenſem inſediſſent, & ſupra totos ſexaginta annos pacifice & omnium hoſtium ſecuri incolaiſſent, atque ad eos præſidii cauſa etiam ceteri Franci Tranſrhenani ante annos circiter duodecim advenissent; anno tandem Chriſtiano 420. collatis inter ſe conſiliis exutoque Romani nominis amore, poſteaquam Arelati captus occiſuſque fuit Conſtantinus, excuſſo Honorii Cæſaris metu & jugo, Regem ſibi proprium crearunt, idque cis Rhenum intra hanc noſtram Tongriam. Cujus ſententiæ fuerunt, non modo meus olim præceptor Wendelinus, ſed & duo doctiſſimi e doctiſſi-*

ſimul Franci regnum in Tongria ... Tungri dicuntur,

B *ma Societate Scriptores, Bucherius & Fizen. Primus ergo anno prænotato (ſi octo tantum regnavit annos) ad regiam dignitatem Faramundus ex Saliis evehitur; nobiliſſimæque Monarchiæ Francicæ fundamenta jacit; cum paulo ante, totius Francicæ gentis aſſenſu, a quatuor Gaſtis, Wuſtberca conditæ eſſent leges Salicæ, uti Wendelinus ſolidiſſimis argumentis, in Natali ſolo earumdem, probat. Proſper in Chronico ad annum Arcadii & Honorii XXV. ſcribit,* Faramundum *regnaſſe in* Francia, *nempe Tongricana; annoque ſequenti contigiſſe ſolis eclipſim, id eſt, anno redempti orbis, juxta accuratum Wendelini calculum 421. die 17. Maii, feria tertia. Faramundus igitur, Marcomiri filius, regnum exorſus eſt anno 420. & forte triennio citius, ſi undecim regnavit. Habemus omnino circa Tameram nomina illuſtria, quibus admonemur, novam ſeu minorem* Franciam *his oris cœpiſſe indigitari: nam inter Halen & Hercam magnus eſt Campus*, Ueanckenck; *& circa Haſſeletam ora eſt, cui item* Ueanckrijck *eſt nomen; interque hac ad fluvium Tameram paſcua, inter iſtum Tameram & emiſſarium De Laeck jacentia, vocantur het* Frans-brouck, *id eſt*, Paſcua Francica, *ſub territorio quidem nunc Lamonenſi, parœcia tamen Hercana ſive Capellania Schuleaſi: & infra ſequuntur de* Seelbemden, *id eſt*, Prata Salica, *inter Hercam & Lompnam ſub decimatione Hercana: poſt quæ deinde ſequitur vicus* Seleheim, *quod eſt* Saliorum domicilium, *Comitatus olim prænobilis; quem Wibo ſive Wicboldus & S. Adela uxor ejus, parentes S. Tradonis, Francorum nobiliſſimi, poſſederunt: quod &* Salegaſti, *unius ex quatuor legum Salicarum conditoribus, prius domicilium fuerat. Cujus, ex adverſo Eccleſiæ, in pratis ad Tameram, viſuntur palatii antiquiſſima rudera, lapideſque, & fundamenta re-*

ori nomina locorum ad hoc indicant,

C *liqua, Comitum illorum decus teſtantia.*

107 *Cum itaque tot indiciis certo jam conſtare incipiat, quæ Saliorum prima Sedes, quas omnes in ſuis Belgii Brabantiæque tabulis expreſſit Langerenus Chorographus, hic adeundus; ſi conjecturæ locus eſt*, ego quidem, *inquit profunde doctus Wendelinus*, Faramundum levatum crediderim in campo Ueanckrijck, Halen inter & Hercam, in quo illo admodum prædiolo Regni, het Kuninckrijck dicto, ubi anno 1622. effoſſæ ſunt urnæ cinerum & oſſium, ex adverſo Sacelli Donkani, haud procul a portis Halenſibus. *Regia conſtituenda non eſt repertus aptior locus, quam quo hodie* Dieſta, *amplum atque inſigne ad Tameram fluvium oppidum, conſpicitur; ut*

Regia Dieſtæ conſtituta,

qui non tantum Taxandrio loco *minorique Franciæ eſſet* D *viciniſſimus; ſed quod nihil eorum deeſſet, quæ ad aulæ regiæ majeſtatem poſtulantur; non fluminis aquarumque & piſcationis copia, neque pratorum aut paſcuorum ubertas, ſine qua non poteſt ulla aula cogitari; non ſilva frequenſque venatio, non paludes, non denique vinea, quarum tum hic tractus, & quidem generoſarum, ferax erat. Eſtque ibidem Burgus quidem exiguus, quem Reges inhabitarunt, id eſt, Clivus oblongus, ſaxeus, in abruptum præcipitium deſinens; ambitus, ut Wendelinus menſus eſt, pedum* MMM, *altitudine pedum* DCC, *ſed amœnitate loci, propter fluvium proſpectumque in ſilvas, vineas, agros ac prata utrimque latiſſima, paludeſque piſtoſiſſimas, dignum profecto Principibus domicilium; ut ſi Faramundus, per iſta Francorum prima exordia, locum aulam voluerit deligere, non alium debuerit quam hunc ipſum in Taxandria, vel etiam Haſbania exoptare, ubi Regnum auſpicari poſſet, ac filio Chlodioni inſidendum relinquere, quod fecit an. 428. In illo* Dyſpurgo *ſive* Diſpargo *caſtro Regia fuit, pro Germanicis moribus Germano-Francica, hoc eſt, rudis & incondita; lignea quippe, nec niſi ſubter in fundamentis lapidea vel ſaxea; quorum magnitudo ac moles cum veſtigiis cavearum hodieque ſupereſt; quippe cum nondum ſint duceati anni, ex quo ædificia illa deſierant, quæ incoluerunt Principes Dieſtenſes, ab anno 700. ad ann. 1459. quando illic Joannes ab Heimberch Ex-Epiſcopus Leodienſis ex familia Loſſenſi exſpiravit, in caſtro de Dieſt, die decimo octavo Octobris.*

ſub nomine Diſpargi ſeu Diſpargi.

B.

ſub Rege Clodione.

108 *Et ut de Faramundo, an* Diſtburgum *inhabitaverit, ambiguum ſit; illud incolaiſſe filium ejus Chlodionem, certiſſimum & indubitatum eſt ex verbis Gregorii Turonenſis:* Ferunt etiam, *inquit*, tunc Chlodionem, utilem ac nobiliſſimum in gente ſua, Regem Francorum fuiſſe, qui apud Diſpargum-caſtrum habitabat, quod eſt in Termino Tungrorum. *Hanc lectionem totidem iſtis litteris rotunde & nitide præfert editio Aſcenſiana, quam Judocus Badius anno 1512. Pariſiis procudit, dicavitque Guilielmo Petit Confeſſario Regio, profeſſus, ejus auſpicio, ductu, exemplariumque impendio curatam editionem. In illis ergo exemplaribus comparuit nomen* Tungrorum, *non quod poſtea ſubrepſit* Toringorum. *Intra diœceſim ergo Tongricanam, hoc eſt per Haſbaniam, ſitum eſt iſtud* Diſpargum caſtrum, *ſi tamen ſana eſt iſtiuſdem nominis lectio: nam Ado profert* Dyſporgum, *Aimoinus* Diſburgum, *levi ſane, ac ultimo momenti diverſitate; & quæ comparata cum dialecto noſtra, facit ut audeamus legere* Diſtborgum. *Quod quam felici conjectura Chiſletius primus pronuntiare auſus eſt, primamque* C *Francici Regni ſedem aſſignare in Oppido Dieſtenſi, tam idem Wendelinus ſolidis argumentis, demonſtrationeque Mathematica evincit, ut nulli, niſi pervicaci, dubitandi relictus ſit locus, quique contumaciam ideo ſuſcipere velit, quod optanda ſit conſtantia. Non tamen* Dioſtam *oppidum, aliquando, ut infra videbitur, appellatum* Dioſtc, *illoque nomine fuiſſe celebratiſſimum.*

alias Dieſta.

109 *Priuſne fuerint* Comites Loſſenſes, *quam Franci hanc minorem ſive Tongricanam Franciam tranſirent; an ex Francis & cum eorum orsi Republica ſint, hactenus apud nullum aliquem ſcriptorem, quantumvis diu multumque inquiſierim, inveſtigare potui: iſtud modo mihi comperiſſimum,* Loſſenſe *nomen* Dioſtienſi *antiquius, Comiteſque ante dictos* Loſſenſes, *quam* Dioſtienſes, *quod etiam ante nos ex veteribus monumentis obſervavit Ludovicus Guicciardinus, homo quidem Italus, ſed accuratiſſimus rerum Belgicarum perſcrutator.* Loſſa, *vulgo* Borchloon, *id eſt*, Loſcaſtrum, *inquit*, Trudonopoli ſeſquileuca, Leodio quatuor ipſis leucis abjungitur, oppidulum tolerabile, & inſigni in pagos agroſque juriſdictione conſpicuum; adeo ut &

Olim Loſſenſes Comites.

Co-

A Comitatus titulo celebretur. Quam dignitatem comperio huic ſtatui antiquiſſimam, atque inde a Carolo Magno. Etſi a veteri ſuo Dynaſta audierit, aliquando Comitatus Dioſtienſis. Habuit eo titulo periltuſtres aliquot & famoſos Principes, ceſſitque tandem Imperatoris illius donatione Rogerio Dano, uni e Paribus Franciæ, quos Itali Palatinos dicimus, Pulcio, Bojardoque & Arioſto in Poematibus ſuis admodum celebratos. Poſtea vero reſumpſit genuinum ſuum & præſens nomen, & in Præſulum Leodienſium poteſtatem devenit. *Ecce primi* Loſſenſis Comitatus, *deinde* Dioſtienſis, *etiam ante tempora Caroli magni dictus, rurſuſque* Loſſenſis *appellari cœpit, perſeveratque. In hoc tamen ille fallitur, quod* Dioſtienſem, *a veteri quodam Dynaſta dictum ſcribat, cum nullus hujus nominis fuerit, ſed* Dioſtæ *civitas hoc nomen dederit: nec enim Comitatus, aliaque celebriora loca ab hominibus, ſed hi ab illis nomenclaturam mutuari ſolent: puta Ducatus Etruriæ, non a Medicæis qui illum obtinent Medicæus, dicitur, ſed ipſi a Ducatu audiunt Magni Duces Etruriæ.*

poſtea Dioſtienſis dictus,

110 *At quando Loſſenſes* Dioſtienſis Comitatus *veroſimillime titulum obtinuerint, ediſſeram: Ex* Diſpargo Clogio (*verba ſunt Gregorii Turonenſis*) miſſis exploraB toribus ad urbem Cameracum, poſt perluſtrata omnia, ipſe ſecutus, Romanos proterit, civitatem apprehendit: in qua paucum tempus reſidens, uſque Suminam fluvium occupavit. *Hactenus ille. Ex hoc igitur Brabantio* Diſpargo *prolata primum regni Francici pomœria Cameracum uſque ſub ann.* 438. *quando etiam ad* Vicum Elenam, *quod eſt* Lenenſe Caſtrum (*vulgo* Lens) *turbatæ ſunt nuptiæ, quas deſcribit Sidonius, optimeque interpretatus eſt Adrianus Valeſius, qui & factum hoc deſinit* Aetio & Sigiſvulto Coſſ. *prout Marianus Scotus prodidit. Atque ab inde uſque ad annum* 442. (*qui Sigiberto* 444.) *Ambianos Bellovacos, & quidquid inter Sequanam ac Ligerim erat, Francico regno adjecit idem Chlodio: iſque ut quidam volunt, Cameraci; ut vero alii, Samarobrivæ Ambianorum, Regni Sedem poſtremum collocavit, ac denique anno* * 448. *obiit. Atque in hunc quidem modum nuda verba Gregorii Turonenſis, & cum ſequentibus cohærent omnia, & cum ſuperioribus (ubi patuit cis Rhenum regnaſſe Faramandum, cis Rhenum illi mortuo ſucceſſiſſe Chlodionem) & inter ſe quadrant optime, at Chlodio tranſierit Carbonariam, ſtatim ob ipſa* Diſpargo *ſibi a januis obviam, a portis quippe Dieſtenſibus incipientem. Eam in regno Francico ſequitur Merovæus affinis, tantopereque illud auxit, atque tranſmiſit ad poſteros, ut ab ipſo Mero*C *vinga Regum ſeries nomen obtineat. Succeſſorem reliquit filium Childericum Primum: præfuitque varia fortuna annis* 24. *ad uſque annum* * 472. *Clodoveus vero Childerici filius regnum adiit circa annum* * 482. *Qui a Clotilde uxore Chriſtiana de amplectenda lege Evangelica ſæpius admonitus, dum ad Tolbiacum* (*Zulpich*) *cis Rhenum, haud procul a Colonia Agrippina contra Alamannos prælio decertat, ipſeque cum exercitu periclitatur, voto ſe obſtringit, ſi victor evadat, ſuſcipiendæ Chriſtianæ religionis: atque hoc pacto adjutus cœlitus, fortiſſimam Alamannorum gentem ingenti proſtratam clade perdomuit. Devictique iſti Alamanni atque in Francorum poteſtatem redacti, demulcendo Chlodoveo victori, ut fit, Francos etiam ſe ſuamque patriam Franconiam nominare cœperant ac perſeverarunt, tanta nominis iſtius gloria, ut jam ſecula aliquot Gallos quoque teneat perſuaſio, Francici nominis originem ex Franconia repetendi, qua nihil ineptius exſagitari poteſt. Eodemque anno* * 496. *Clodoveus victor in Galliam reverſus, Chriſtianis ſacris initiatur, a S. Remigio Rhemorum Epiſcopo: tandemque in fata conceſſit, anno regni ſui trigeſimo, Chriſti* * 511.

tum Francis tranſita bis Carbonaria ſilva

* imo 455.

* imo 479.
* 480.
inde etiam Rhenus regni valde dilataſſent

* 498.

* 509.

111 *Sub quo horum quatuor Regum,* Loſſenſes Comitatum Dioſtienſem, *præciſe adierint, non liquet: niſi quod ipſa ſuggerat ratio, primum a Clodione Regem Merovæum, atque eum de* Diſpargo *ſuo caſtro* Dioſtæque *oppido cogitationem depoſuiſſe, ſed illius dominatum Comitali titulo* (*quod jam tum in Regum aulis frequentiſſimum*) *in Loſſenſem tranſtuliſſe, quique ad beneficii a Rege accepti propagandam memoriam, illum recentiorem* Dioſtienſis Comitis titulum *uſurparit. Ex monumentis, inquit Wendelinus cap.* 14. *Eccleſiæ Leodienſis erat Carolus Langius ejuſdem Eccleſiæ Canonicus* (*quem* Juſtus *Lipſius cap.* 1. *de Conſtantia, virum ſine fraude aut ambitione vocat, optimum doctiſſimumque Belgarum*) *Eucherium & Falconem fratres, invicemque Trajecti ad Moſam ſuccedentes Epiſcopos Tongrenſes, filios fuiſſe Comitis* Dioſtienſis (*inepte Placentius ſcripſit* Hoſtienſis) *quorum Falco adhuc anno* 524. *vivebat, quoniam tunc S. Remigius Epiſcopus ad eum Epiſtolam dedit objurgatoriam, quod in Moſogavienſi Eccleſia* (Mouſon *hodie*) *Jurisdictionem uſurpaſſet, adverſus jura Rhemenſis Eccleſiæ. Extat ea Epiſtola Tomo* 1. *Conciliorum Galliæ apud Sirmondum. Horum ergo Pater, Comes* Dioſtienſis, *vixit ſaltem circa annum* 450. *quo tempore, Chlodione jam anno* 448. *mortuo, regnabat Merovæus, a quo credo Comitatum iſtum obtinuerit. Alias item Tongrorum Epiſcopos* Comitum Hoſtienſium filios *nominat idem Placentius, & atque* Dioſtenſium *debuit ſcripſiſſe: ſed quod in monumenta Leodienſia non pateat hominibus eruditis proſpectus, & Langii adverſaria in poteſtate ſint cujuſdam hypochondriaci, nihil habeo quod proferam præter ſuſpiria.*

Hoſtienſis tempore ſubſtituti Placentius.

D

E

112 *Unius tamen autographi copiam mihi fecit præanobilis Ægidius a Bocholtz Decanus ſancti Lamberti; ex quo patet, deſinente anno* 899. *hoc eſt ineunte* 900. *Zuentebolchum Regem Lotharingiæ* Dioſtæ *fuiſſe apud Comitem Angilramnum, ibique tria mancipia ingenuitate donaſſe; ipſum lege.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Zuentebolchus divina præveniente gratia Rex. Noverit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, futurorum ſcilicet & præſentium noſtrorum, induſtria; quoniam quidam fidelis noſter, Venerabilis ſcilicet Comes Angilramnus, quædam ſua mancipia his nominibus, Guodradam, Eckenmarum, Vuſtuvinum, nobis in proprium tradidit; humiliter depoſcens, ut ea in eleemoſyna ſui libera ac ingenua feciſſemus. Cujus petitioni diligenter acquieſcentes, ſecundum legem Salicam, denarium de manu Epiſcopi excuſſimus, & ſic ea a ſervitutis vinculo liberavimus, & ingenuitatis conſummationem illis conceſſimus: Nos quoque eminentius noſtros apices eis fieri & conſcribi juſſimus, per quos monemus atque præcipimus, ut eadem præfata mancipia, libera & ingenua firmiter omni tempore permaneant ita, quaſi ab ingenuis parentibus fuiſſent procreata vel nata. Et ut hæc noſtræ confirmationis auctoritas inviolabilem obtineat firmitatem, annuli noſtri impreſſione ſubter ſigillari juſſimus. Franco Notarius ad vicem Ratbodi Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovi. Data quinto Idus Januarii, anno Incarnationis Domini octingenteſimo nonageſimo nono, indict. 3. anno 5. regni Domini Zuentebolchi glorioſi Regis. Actum Dioſtæ in Dei nomine feliciter. Amen. *Nota* Zuentebolchum *illum Lotharingiæ Regem, ab æmulis exagitatum, circiter a biennio Leodium præſidii cauſa veniſſe ad Franconem Epiſcopum, ut nullo negotio etiam* Dioſtam *potuerit viſere: ante* Angilramnum *autem prænominatum Comitem titulum geſſiſſe ferantur,* Berengarus, Odulfus, Ogerus Danus, *a Carolo Magno ea ditione donatus.*

Dioſtam pertinet charta Zuentebolchi Regis anno 899.

F

113 *At memoria patriæ noſtræ Loſſenſis, veteres annos, quaſi uno ore & calamo, ſollantur,* Dioſtenſes Comites *eoſdem fuiſſe qui &* Loſſenſes. *Idem expertis verbis aſſerit Trudonenſe Chronicon, Eucherius & Falconi*

Eidem autem Dioſtenſes & Loſſenſes,

fra-

A *fratribus pro inſignibus appingunt vulgo decem tanias, ex auro & minio, tanquam familia propagatæ Loſſenſi. Sanctum Perpetuum, Tungrorum Epiſcopum, Placentius ſuo more vocat* Comitis Hoſtienſis *filium, de quo ſacra tabula Leodienſes ad diem quartum Novembris ajunt*: Perpetuus, natus Comite Loſſenſi, vita & doctrina præclarus, Beato Gondulfo vigeſimus tertius ordine in Trajectenſi Eccleſia ſucceſſit Epiſcopus. *Monulfum quoque Placentius ſcribit* Comitiſſæ Hoſtienſis *filium. Quia vero ex S. Remigii Epiſtola certum eſt, Falconem in Epiſcopatu vixiſſe anno 524. neceſſe eſt ut Ægidii Aureævallenſis relicta, Recentiorum ſequamur ſententiam, dicentium Quirillum mortuum anno 521. pridie* Kalendas *Majas, illique in Epiſcopatu ſucceſſiſſe Eucherium, paucisque præfuiſſe annis, licet vulgariter ei tribuantur anni octo: quandoquidem Falco frater jam tum anno dicto 524. Epiſcopum egerit, potueritque vitam protraxiſſe ad annum 532. quo eum obiiſſe in ſuo Chronico ad Chapeavillum doctiſſimus Bucherius adnotat.*

an vero Dioſtienſis idem Dieſtenſi dictus ſuerit, tum eſt,

114 *Pleadus, S. Lamberti frater, legitur in Vita S. Huberti ultra S. Lamberti mortem circiter annum 715. dictus* Comes de Oſterne: *quo nomenclatura ſi eadem ſit cum* Dioſtienſi, *de qua doctiſſimus Langius, facile aſſentiar, ut & ipſe* Comes Loſſenſis *fuerit: nec quæram quomodo illi iſta potuerit obvenire dignitas, quam pater*
B *non habuerit; cum id temporis, ejuſmodi Marchionum, Ducum, Comitumque Tituli, non forent hereditarii, nec tranſirent ad liberos, niſi novo Indulto Regum, quod rarius contingebat. Verum Antiquitatum accuratiſſimus perſcrutator Wendelinus, pro* Oſterne, *indicat legendum* Oſtercke; *neque enim nomen illud alterum uſpiam alibi comparet. Iſtud vero nomen* Oſtercke *invenitur etiam in pervetuſto Necrologio. Robertus deinde* Comes Hasbaniæ *annis triginta poſt Plaudum, ſcilicet 745. donat monaſterio S. Trudonis,* Dongo, Maiholt, Pelepa, Schaffine, proxima prædia, Diplomate dato in villa Oſtreklar *quod idem eſt ac* Wuſtheeck, *intra cujus territorium* Dongo & Maiholt *ſunt hactenus. Ibidem* Loſſenſes ſeu Hasbaniæ Comites *ſuam Salam habuerant, antequam anno 1182. conderetur Parthenon* Herckenrode (*in Sylva Herona exſarto, ſicut vox ipſa indicat*) *ibidemque in proxime ſibi arcem Curingianam collocarunt, ad quam, cum degerent illic, maximam partem Salam iſtam tranſtulerunt, atque ab arce deinde,* Sala Curingiana Comitum Loſſenſium *eſt dicta.* Plaudius *itaque* Comes d'Oſterne, *non alius loci Dominus fuit, quam* Oſtherckæ, Woſtherckæ *ſive* Guiſterckæ, *ut tum hodieque ab incolis Gallico Idiomate pronunciabatur: facileque fuit* G *litteram*
C *a ſcribentibus commutari in* O. *Adde quod fluvius alluens* Wintershovium, *ubi S. Lambertus puer fuit educatus, ante annos mille* (*uti in Vita S. Landoaldi a Notgero ſub annum 980. ſcripta legitur*) *appellatus ſit* Accha, *qui & vicum perfluens, Haſſelenſi oppido in itinere Trudonenſi viciniſſimum, ei nomen dedit* S. Lamberti Acchæ, *ſive cum aſpiratione* Hacchæ, *uti fortaſſis &* Wuſthaccæ, *a quo non niſi ejaculatione bombardæ abjungitur; prænomenque* Woſt *dicimus. Si quis* Loſſenſes Comites *eoſdem eſſe cum* Comitibus Hasbaniæ, *idem utroſque adminiſtraſſe munus, diceret, non admodum refragarer, ut primo Comites hujus diſtrictus dicti ſint* Loſſenſes, *deinde* Dioſtienſes, *tertio* Oſternæ *ſive* Oſtheckæ *atque* Hasbaniæ, *quiſque a tractu cui præſidebat.*

Iidem etiā Hasbaniæ Comites fuerunt,

& Oſterne ſeu potius Oſtheckenſis.

115 *Othelbodus, Abbas 26. monaſterii S. Bavonis Gandavi, ab Otgiva Flandriæ Comitiſſa, Balduini Barbati conjuge, circiter annum 1030. rogatus Sanctos & poſſeſſiones ſui monaſterii recenſere;* Primus & præcipuus patriæ noſtræ Patronus, *inquit*, eſt Sanctus Alwinus, cognomento Bavo, nobiliſſimus atque ditiſſimus Hasbanienſis pagi Comes, B. Gertrudis Virginis Conſobrinus, prædicatione S. Amandi Pontificis, imo Dei omnipotentis inſpiratione, tota mentis devotione converſus, relinquens cognationem & patriam, ipſumque ad conſulendum S. Amandum ſecutus, dum ſtuduit relinquere terrena, meruit cœleſtia. Fuit Agiluſſi in Hasbania Comitis filius, migravitque Gandavi *ad* Superos circa annum 647. Poſtea Sigramnus, illuſtris & potens in Hasbania Comes. *Codex Donationis Viri nobilis, qui exſtat in Chronico Trudonenſi.* Pagum Hasbanienſem *eumdem eſſe cum* Dioſtienſi *affirmat*. Ego Hocbertus cogitavi de Dei miſericordia pro remedio animæ meæ &c. Dono per hanc epiſtolam donationis, donatumque in perpetuum volo, ad Baſilicam S. Trudonis, ubi ipſe in corpore requieſcit, & Drogo Archiepiſcopus præeſſe videtur. Hoc eſt quod dono rem proprietatis meæ in loco nuncupato Haſnoch (*meo Judicio Halen*) ſuper fluvio Merburo, in pago Hasbanienſi ſive Dioſtienſi, curtim cum caſa in Dominicato, & cetera ædificia in ipſa curte conſtructa, & manſas vetuſtas ſex ad ipſam Curtem ſpectantes, cum præviis legitimis wariſcapiis, paſcuis, pratis &c. Datum publice ſub die 13. Kalendas Auguſti; anno 24. regnante Domino noſtro Ludovico Sereniſſimo & Orthodoxo Imperatore, *qui eſt annus Chriſti 838.* D

Hasbanienſis Pagus idem qui Dioſtienſis.

APPENDIX III. E

De Cœroſis & Segnis, ex Alexandri Wilthemii Annalibus San-Maximinianis MSS.

116 T*Alia ſcribente* Camerario Averbodienſi, *multo fortaſſe prius quam editis Sanctorum Januarii Actis, anno 1643. audiri inciperet* Henſchenii *nomen; prius certe quam hic cogitaret, de Diatriba aliqua in Francorum origines quæſitura Februario præmittenda; non auſim affirmare, inter hunc & illum communionem aliquam litterarum fuiſſe, aut etiam notitiam mutuorum ſtudiorum; niſi fortaſſis per communem utrique amicum* Wendelinum. *Sed hoc quam mihi incertum, tam eſt certiſſimum, fuiſſe ſemper amicitiam maximam* Henſchenio *noſtro cum* R. P. Alexandro Wilthemio, *Lucilburgenſi Antiquario curioſiſſimo. Fuit hic ut natus ſic denatus paucis poſt* Henſchenium *annis, variaque ingenii ſui monumenta typis edita reliquit, præcipuum tamen ejus opus ac ſeculi fere dimidii labor,* Annales *inquam* Imperialis Abbatiæ S. Maximini prope Treviros, *antiquaria per omnem eam Archidiœceſim curioſitatis theſaurus ingens, defoſſus (ut ſic loquar) in autographis latet adhuc, & fortaſſis æternum latebit; non magnopere pro eo publicando ſatagentibus Monachis, quorum honori & utilitati fuerat collectus, ne forte illius libri conflictus creber cum Annalibus Trevirenſibus, ſub nomine Broweri editis, ſuſcitet aliquid veterum cum Archiepiſcopo litium, jam bene compoſitarum; Superioribus autem Societatis, penes quos erudita iſtac Mss. ſunt, prudenter caventibus quidquam ejuſmodi publicare amborum ingratiis: unde nec obtinere potui ut lucubrationes ejus ſervandas acciperem, licet annuentibus olim Moderatoribus mihi ut Fideicommiſſario legatas. Solatio eſt interim eoſdem anno 1667. evolviſſe per otium, non ſine profectu, ante Tomum 2. Aprilis cognoſcendo; & illuſtriora quædam loca, uſui quondam futura tranſcripſiſſe. In his erat Caput de Ardaenna populis, Cæſari memoratis,* Eburonibus, Condruſis, Pæmanis (*ſive, ut rectius quadam Mss.* Phæmanis) Cæroſis (*fortaſſe* Cæcoſis *ſcribendis*) *atque* Segnis. *Priorum duorum conſtat apud omnes notitia, &* Condruſius *Pagus hodiedum nominatur, propriam ſub Epiſcopo Leodienſi Archidiaconum habens: de ultimis aliquid ex* Wilthemio *audiviſſe* Henſchenius *ſupra meminit; non* F

Ex Annalibus illius haud facile lucem obtinet

item

A *item de* Cæreſis: *quare de utriſque olim per me excerpta, ne pereant, hiſce attexo.*

117 *CÆRESI, forte CÆROSI dicendi ſunt. Eorum nomen remanet in pago,* Caros *ſeu* Caroſcow. *De quo in Chartis Pipini Regis, anno regni 11. Chriſti 762. ita ſcribitur:* Donamus pariter & ego & conjux mea Bertrada, ad ipſum ſanctiſſimum locum (*monaſterii Pramienſis*) quem in honorem ſancti Salvatoris vel ſanctæ Mariæ conſtruximus, res proprietatis noſtræ in pago Charos, in villa quæ dicitur Rumeresheim, tam illam quæ de genitore meo Carolo mihi advenit, quam & illam portionem ipſius Bertradæ, quam genitor ſuus Herebertus ei in allode dereliquit, cum appendiciis & omni integritate ſua, ad ipſum ſanctum locum tradimus atque transfundimus: in cujus termino ipſum monaſterium S. Salvatoris eſt fundatum; & illum manſionilem ſuper Prumiam, qui eſt conſtructus ſuper terminum prædictæ villæ. *Non nullis deinde interpoſitis;* Tradimus alia duo loca in Caraſcouw ad idem monaſterium, Wathilhendorp & Birgisborias, cum omnibus adjacentiis ſuis & appendiciis. *In tabulis Ludovici*

Diſto Caro, ſeu ſeu Pagi Caros (margin note)

B *Pii;* de concambio quod fecerunt Luidaldus & Marcuardus Abbas, *editis anno regni ejus 17. & Lotharii filii 9. Indictionis 9. hoc eſt anno Chriſti 830. 7. Idus Februarias;* dedit memoratus Luidaldus & conjux ſua Irmbirga, jam dicto Marcuardo Abbati, ad partem monaſterii ſui S. Salvatoris Prumienſis, vel Rectorum in eodem monaſterio per tempora degentium, res eorum proprias, ſitas in pago Caroſcow, in villa quæ dicitur Huoſca, quantumcumque in prædicta villa vel marca ipſius villæ, præſenti tempore habere viſi ſunt. *In tabulis Lotharii Auguſti*, de Vallimaris-villa *conditis anno Imperii ejus in Italia 36. in Francia 19. Indictione 1. id eſt, anno 852: 5. Kalendas Martias*, Vir venerabilis Egilo, Abbas Prumienſis monaſterii, in honore S. Salvatoris dicati, noſtræ benignitatis ſuppliciter deprecatus eſt clementiam, ut ad idem cœnobium quaſdam res fiſci noſtri, conſiſtentes in Ardenna, quas quondam Rotmarus Comes & poſtea filius ejus Etmarus habuerunt, ſitas videlicet in pago Caroſcow in Vallimaris-villa, non longe ab ipſo monaſterio, manſa ſcilicet ſeptem & dimidium cum omnibus ibidem pertinentibus, ſolerti pietatis noſtræ ſtudio concederemus. *Habes en quinque* Caros *pagi vicos;* Rumeresdorpum, Wathilhendorpum, Burgisburias, Huoſcam *&* Vallimaris-villam: *ſuntque ii* Rumersheim, *proxime cœnobio*

vel C. ooo, (margin note)

hodie pars est annexa ad jus monasterii Prumienſis; (margin note)

C *Prumienſi*, Wetteldorp, *ad Arca fluminis ortum;* Boreiborn, *ad Gelbim amnem*, *Kiburgam inter & Giroſtenium;* Oos, *idem Giroſteniam verſus, primo a cœnobio lapide*, *&* Walmersheim; *omnes hodieque ditionis Prumienſium: ut* Caros Pagus *pro parte intercurrerit fontibus Ara, Gelbis, Nemeſis, & Pronea, vulgo* Aer, Kyl, Nyms *&* Pruym. *Hinc conſtat*, Eburones, Condruſos, Fæmanos *&* Cæreſos *habuiſſe a Meridie* Treviros, *ab Occaſu* Remos *&* Nervios, *a Septentrione regiones ultramoſanas, ab Ortu* Ubios *& Rheni accolas.*

118 *SEGNI, qui cum Condruſis ſe excuſaverunt, quod cum Eburonibus non conſpiraſſent; ideoque rogabant, ut arma a ſuis finibus abſtineret Cæſar, videntur habitaſſe circa* Zinſich, *ad Aram fluvium, haud procul Rheno inter Coloniam & Confluentiam, antiquis* Senciacum. *Tabula Pipini* Regis *anno regni 11. Idibus Auguſti, de Prumienſi Cœnobio condita, iſta habent:* Donamus etiam ad ipſum monaſterium cellam aliam, quæ dicitur Casloaco, quæ eſt poſita infra terminos Senciaco, & eſt in honore S. Petri conſtructa, cum omnibus adjacentiis vel appendiciis ſuis. *Alia ejuſdem, biennio poſt:* Cella quæ Casloaco dicitur, quæ eſt poſita infra terminos Senciaco. *Casloacum* Keslich *modo dicunt, primo lapide a Confluentibus, ut huc uſque procurrerit ager* Senciato *attributus. In Annalibus Francorum a Pithæo editis, anno 842. Carolus Calvus & Ludovicus, de patriis regnis bellantes*, Lotharium fratrem, in villa Senciaco morantem, & a ſuis deſertum in quibus non parum confidebat, fugere compellunt. *Nithardus lib. 3.* Lotharius, quoque ut fratres ſuos Moſellam tranſiſſe in Sinciaco E didicit, confeſtim & ipſe abire & regno & ſede non deſtitit. *Annales Bertiniani.* Lotharius in Senciaco octo millibus a Moſella conſedit: Carolus & Ludovicus Confluentibus tranſeunt Moſellam, fugit ergo Lotharius hoc audito Aquæſgranum verſus. *Iidem Annales*, Ludovicus de Andernaco per Sinciacum Aquis rediit. *Hinc intelligas quomodo Cæſar digreſſus a ponte ſuo navali (quem inter* Antonnacum, *imo* Senciacum, *&* Bonnam *ſtructum tradidere, cum Florus infra Moſellam eum locet) per medios* Condroſos *&* Segnos *profectus ſit ad* Eburones; *ſic ut* Condroſi *dextras*, Segni *ſiniſtras tenerent.* D

119. *Ita* Wilthemius: *ad cujus ſententiam de* Cæreſis, *forte* Cæroſis, *Pagum* Caroſgow *ab iis dici aſſerentis, clarius explicandam iis, quorum imaginativam vim hodierna pronuntiatio præoccupavit; removendus eſt ſcrupulus, ne forte diverſiſſima putens nomina, quorum prima ſyllaba* Cær *&* Car *adeo diverſimode nunc efferantur. Intelligant enim tales oportet*, Romanis, *ſuo adhuc lingua incorrupta utentibus, & nomina apud nos qualia pronuntiabant ipſi relinquentibus, nihil minus uſitatum fuiſſe, quam ut uni eidemque conſonanti, puta* C. *&* G. *aliam ſonum darent ante* E. *&* I. *vel* Y. *aliam ante reliquas craſſioris toni vocales. Itaque in vocibus* Carcer, Cancer, *littera* C. *eodem ſonabat modo, in ſecunda atque in prima ſyllaba, quaſi per Græcum* K. *utraque ſcriberetur; ſicuti eiſdem vocibus Roma acceptis utimur, cum Teutonice dicimus*, Karker, Kanker. *Similiter & Diphthongus* Æ, *quæ nunc cum ſimplici vocali* E. *pronuntiando confunditur, vere compoſitum habebat ſonum, & quaſi medium inter* AI. *&* EI. *Græcorum diphthongos: itaque vox* Cæſar, *quæ nunc a Latine loquentibus fere effertur ac ſi ſcriberetur* Seſar; *rectius & ad originem antiquam propius a Teutonice loquentibus exprimitur* Kayſar *vel* Keyſer, *ſignificatque appellative Imperatorem; interim dum proprium viri nomen iidem pronuntiant; ut nunc ceteri ſolent, dicuntque* den Keyſer-Ceſar, *id eſt*, Imperator Cæſar. *Igitur quorum nomen Iulii Cæſaris ævo* Kaireſii *vel* Kairoſii *pronuntiabatur, non* Sereſii *aut* Seroſii; *idem uſu medii hodiernique ævi* Karos *&* Karoſcow *pronuntiantis, quam leviſſime & ſolo pinguioris ac liquidioris ſoni diſcrimine deflexit a prioris pronuntiationis modo: ſic & in* Fœmennia *eadem diphthongus vulgari hodiedum uſu pronuntiatur* u, *cum* Marchia, *totius regiunculæ caput, nominatur a vulgo* Marche en Famenne. F

Segnos vero ad Aram fluvium habitaſſe; (margin note)

TRA-

A # TRACTATUS PRÆLIMINARIS II. D

QUO CHRONOLOGICE DEDUCITUR SERIES

Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Mediolanenſium uſque ad annum Chriſti 1261. Ex vetuſtis Catalogis Mſſ. Bibliothecæ Ambroſianæ.

INter antiquiores Ambroſianæ Bibliothecæ Codices, anno 1652. *a nobis Mediolani luſtratos, unus membranaceus perantiquus ſignabatur* P 246. *in folio; & continebat Sanctorum plurium, præſertim Mediolanenſium Vitas, nonnulloſque ſermones S. Ambroſii. Ante Vitas ſpectabantur membranæ paucæ, forma aliquanto minoris quam erant reliquæ; in iiſque* Nomina Epiſcoporum Mediolanenſis Civitatis, *una eademque manu, ſed non eodem ſtylo ſcripta omnia, uſque ad* Thedaldum *incluſive, qui ſchiſmaticus obiit anno* 1085. *Adjunguntur deinde, manu diverſa, eo quo quiſque obiit anno adſcripti alii uſque ad* Philippum, *ordinatum anno* 1196. *Porro in antiquiori ac potiori parte triplex notari poteſt ſtylus, adeo ut ipſa triforiam dividi debeat, ſic ut primum membrum pertingat uſque ad tempora Longobardorum & ſeculum Chriſti 6. ſecundo contineantur ſex vel ſeptem Epiſcopi, poſt civitatis deſtructionem, a jam dictis Longobardis factam, velut in exilio commorati; tertio deſcribantur ceteri, uſque ad eum quem dixi* Thedeldum: *cui ſuccedens quartum membrum, inſignis omnino debeat haberi auctoritatis, cum eo in genere vix quidquam poſſit optari certius. Hunc Catalogum minime ſibi contemnendum judicans* Godefridus Henſchenius *è Mazaeirus, dignum cenſuit quem manu ſua totum transcriberet; & ego, adhibito examine, inveni eſſe accuratiſſimum (ſi nonnullos, in primo præſertim membro, errores correxeris) ſolidumque in eo reperi fundamentum ad totam Mediolanenſem Hiſtoriam recte ordinandam. Statueram ergo eum dare poſt Acta* S. Dionyſii, *25. die hujus Maii: ſed mutato deinde conſilio, ſatius duxi eum hic exhibere, ut magis ad manum ſit, poſitus conſpicuo magis loco: non tamen primo. Quamvis enim* Mediolanenſis Eccleſia *dignitate ſupra* Tungreoſem *eminuerit ſemper, atque hodiedum emineat ſupra eidem* Tungrenſi *ſuffectas,* Trajecteoſem *primum, deinde* Leodienſem: *Magiſtri tamen defuncti lucubratio præcedere debuit longe imparem conatum viventis diſcipuli; quando ſexti Tomi grandior jam moles evoſit, quam ut Commentario extraneo aliquo, ſibi (ut fuerat cogitatum) præfixa, augeri commode poſſit. Hujus porro Tractatus utilitas haud levis erit hoc in opere, in quo plures partim jam occurrerunt, partim adhuc occurrent illius Sedis Epiſcopi, Sanctorum faſtis adſcripti: quorum ætates haud eſt promptum ſigillatim diſcernere, priuſquam omnium inter ſe compoſiti habeantur anni, quemadmodum frequenti experientia jam docuerunt ſimiles Catalogi, a nobis inter præliminares tractatus atque etiam in Maii Propylæo deducti. Hic autem referendæ mihi ſunt gratiæ Eximio & Reverendiſſimo Domino,* Petro Paulo Boſcæ, *ex Sodalitio Sacerdotum Oblatorum Ss. Ambroſii atque Caroli ſacræ Theologiæ Doctori, nunc quidem Modoetienſi Archipresbytero; anno autem* 1676. *quo hoc luci parare incipiebam, adhuc Bibliothecæ Ambroſianæ Præfecto; qui rogatus a me Henſchenianæ manus ecgraphum conferre cum originalibus, perquam diligenter id fecit, & alia multa utilia monuit. Similiter agendæ gratiæ Eruditiſſimis ejus ac diligentiſſimis eadem in Præfectura ſucceſſoribus duobus,* Nicolao Rubino & Andreæ Puſterlæ, *quorum prior, nunc prædictorum Oblatorum Præpoſitus Generalis ſumma promptitudine mihi exhibuit notitiam quinque proximorum S. Galdini deceſſorum, quos excipere* Henſchenius *noſter neglexerat; alter majori multo molimine, ex Beroldi vetuſtiſſimi ſcriptoris volumine membraneo, in archivo Capituli Metropolitani ſcrupuloſiſſime oſſervoto, excepit mihi notitiam aliorum ſex ſequentium, uſque ad Othonem Vice-Comitem, electum anno* 1261. *cum quibus noſter hic labor finitur. Huic porro non intendo ſingulorum inſerere Acta, aut ab aliis contractius diffuſiuſve edita revocare ad examen hiſtoricum; Chronologiæ filum potiſſime proſequimur: in quo cum aliquando citabimus* Tabulam Synodalem, *eam Lector intelligat, quam* Petrus Galeſinius *anno* 1584. *expandit in duplici folio, ubi tota Archiepiſcopalis hiſtoria legi per Synopſim poteſt; quamquam deinde anno* 1603. *Diœceſana Synodus, ſub* S. Carolo Borromæo, *Actis ſuis inſeruit pag. 835. & ſeqq.*

(Marginal letters: B, C beside the left column; E, F beside the right column.)

TABULA CHRONOLOGICA

ARCHIEPISCOPORUM MEDIOLANENSIUM.

Ordo & Nomina		Ann. & Dies Ordination.		Spatium Episc.			Annus & Dies Mortis.		Locus Sepulturæ	Sedis vacant.	
1	S. Anatalon	49	....	13	...	...	61	*Octobris* 24	*Brixia*	......	......
2	S. Gajus	61	....	24	...	...	85	*Septemb.* 26	*in horto Philippi*	*an.* 12	*fere*
0	....	....	....	...	...	...	....	....	....	......	......
3	S. Caſtritianus	97	....	41	...	...	138	*Decembris* 1.	*ad s. Joannem*	...	......
4	S. Calimerus	138	....	53	...	...	191	*Julii* 31.	*in eccleſia propria*	*an.* 1 ½	......
5	S. Mones	193	....	59	...	...	246	*Martii* 25	*in s. Vitalis*	*an.* 36.	......
0	....	....	....	...	...	...	....	....	....	......	......
6	S. Maternus	282	....	22	...	...	303	*Julii* 18	*ad s. Naborem*	......	......
7	S. Myrocles	303	....	12	...	...	315	*Novembris* 30.	*ad s. Victorem*	......	......
8	S. Euſtorgius	315	....	17	...	...	331	*Septemb.* 18	*in propria eccleſia*	......	......
9	S. Protaſius	331	....	22	...	...	352	*Novembris* 24.	*ad s. Victorem*		
10	S. Dionyſius	352	....	4	...	...	355	*Maii* 25	*in propria eccleſia*	......	......
11	Auxentius Arian.	355	....	24	...	...	374	....	....	......	......
12	S. Ambroſius	374	*Decemb.* 7	24	4	10	398	*Aprilis* 17.	*in propria eccleſia*	......	......
13	S. Simplicianus	398	....	3	...	...	400	*Auguſti* 15	*in propria eccleſia*	......	......
14	S. Venerius	400	....	9	...	...	408	*Maii* 4.	*ad s. Nazarium*	......	......
15	S. Marolus	408	....	15	...	...	423	*Aprilis* 23.	*ad s. Petrum*	......	......

	Ordo &	Nomina	Ann.& Dies Ordination.		Spatium Episc.			Annus & Dies Mortis.		Locus Sepulturæ	Sedis vacant.		
A	16	S. Martinianus	423	....	13	...	...	433	Decemb. 29	ad S. Stephanum	......	......	D.
	17	S. Glycerius	433	....	4	...	...	438	Septemb. 15	ad S. Nazarium	......	......	
	18	S. Lazarus	438	....	11	...	...	449	Maii 14.	ad s. Nazarium	......	......	
	19	S. Euſebius	449	....	17	...	...	464	Augusti 9.	ad s. Laurentium	......	......	
	20	Geruntius	464	....	6	...	...	470	Maii 7.	ad s. Simplician.	......	......	
	21	S. Benignus	470	....	8	...	...	477	Decemb. 13	ad s. Simplician.	......	......	
	22	S. Senator	477	....	3	...	...	480	Maii 29	ad s. Euphemiam	......	24	
	23	S. Theodorus	480	Junii 22.	9	9	7	490	Martii 28	ad s. Laurentium	......	......	
	24	S. Laurentius	490	....	22	...	...	512	Julii 27	ad s. Caſſianum	......	......	
	25	S. Euſtorgius II.	512	....	7	...	...	518	Junii 6.	ad s. Xiſtum	......	......	
	26	S. Magnus	518	....	13	...	...	530	Novemb. 1.	ad s. Euſtorgium	......	......	
	27	S. Datius	530	....	22	...	...	552	Januarii 14	ad s. Victorem	......	......	
	28	Vitalis	552	....	4	...	...	555	....	ad s. Vitalem	......	......	
	29	N. Schiſmaticus	556	....	11	...	...	566	....	....	......	......	
	El.	S. Gondulfus	558	....	...	...	...	...	Junii 27.	In Dioec. Bituric.	......	......	
	30	S. Auxanius	566	....	2	...	...	568	Septembr. 3	ad s. Stephanum	......	......	
	31	S. Honoratus	568	....	2	...	...	570	Februar. 26	ad Nocetem	......	......	
	32	Froncus	570	Intruſus	11	...	...	581	....	Genua captivus	......	......	
B	33	Laurentius II.	573	Januarii 22	19	7	0	592	Augusti 21	Gen. ad s. Syrum	......	......	
	34	Conſtantius	593	....	8	...	...	600	Septemb. 3	Genua ad S. Amb.	12	13	E
	35	Deuſdedit	602	Septemb. 17	28	1	14	629	Octobris 30	Gen. ad s. Syrum	3	0	
	36	Auſterius	630	Januarii 28	10	5	7	640	Julii 4.	Gen. ad s. Syrum	......	......	
	37	Fortis	641	....	3	...	...	644	....	....	......	......	
	38	S. Joannes	645	....	10	...	...	655	Januarii 2.	ad s. Michaelem	......	......	
	39	S. Antonius	653	....	2	...	...	657	Octobris 30	ad s. Simplician.	......	......	
	40	S. Mauricellus	657	....	10	4	...	668	Martii 31	ad s. Satyrum	......	......	
	41	S. Ampelius	668	....	5	...	...	672	Julii 8.	ad s. Simplician.	......	......	
	42	S. Manſuetus	672	....	9	...	...	681	Februar. 19	ad s. Ambroſium	......	......	
	43	S. Benedictus	681	....	44	...	...	725	Martii 11	ad s. Ambroſium	......	......	
	44	Theodorus	725	....	14	...	...	739	....	In Monast. Aron.	......	......	
	45	S. Natalis	740	Martii	1	2	...	741	Maii 14	ad s. Georgium	......	......	
	46	Ariſredus	741	....	...	8	...	742	....	ad s. Nazarium	......	......	
	47	Stabilis	742	Augusti 12.	2	4	0	744	Decemb. 13	ad s. Ambroſium	4	21	
	48	Lætus	745	Maji 6.	13	11	0	759	Aprilis 4.	ad s. Ambroſium	5	22	
	49	Thomas	759	Septemb. 23	24	0	5	783	Septemb. 27	ad s. Ambroſium	5	15	
	50	Petrus	784	Martii 14.	22	2	2	805	Maii 15.	ad s. Ambroſium	1	28	
C	51	Odelbertus	805	Julii 13.	8	7	11	814	Februar. 25	ad s. Ambroſium	2	11	
	52	Anſelmus	814	Maji 7.	3	10	...	818	Depoſitus in Mar.	....	......	......	
	53	Bonus	818	Maii 16.	3	8	8	822	Januarii 23	ad s. Ambroſium	......	......	
	It.	Anſelmus	822	Januarii 26	0	3	13	822	Maii 11	ad s. Ambroſium	......	......	
	54	Angilbertus	822	Julii 20.	1	2	20	823	Octobris 9.	ad s. Ambroſium in Hiemali eccl.	8	8	
	55	Angilbertus II.	824	Junii 16.	35	5	18	860	Decembris 13.	ad s. Nazarium	10	26	
	56	Tado	861	Novembr. 9	7	6	18	869	Maii 26	ad s. Ambroſium	1	0	
	57	Anſpertus	869	Junii 26.	13	5	12	882	Decembris 7.	ad s. Ambroſium	2	23	F
	58	Anſelmus II.	883	Martii 3.	14	6	25	897	Septembris 27.	ad s. Ambroſium	2	9	
	59	Landulfus	897	Decembr. 7.	2	10	29	900	Novembris 5.	ad s. Ambroſium	0	24	
	60	Andreas	900	Novemb. 30	6	3	0	907	Februarii 28.	ad s. Ambroſium	1	14	
	61	Atho	907	Aprilis 5.	12	5	0	919	Septembris 11	Romæ ad s. Alex.	3	0	
	62	Guaribertus	919	Decemb. 12.	2	8	3	922	Augusti 15	ad s. Amb. in hiem.	1	20	
	63	Lampertus	922	Octobris 6.	9	8	14	931	Junii 19.	ad s. Amb. in hiem.	5	9	
	64	Hilduinus	932	Junii 29.	5	0	25	937	Julii 24.	ad s. Amb. in hiem.	0	19	
	65	Ardericus	937	Augusti 13.	12	2	1	949	Octobris 15.	ad SS. Apoſtolos	......	......	
	El.	Aldemannus	949	....	1	...	...	951	....	....	......	......	
	El.	Manaſſes	949	....	5	...	...	954	....	....	......	......	
	66	Walpertus	951	Augusti	17	2	...	969	Novembris 2.	ad s. Amb. in hiem.	1	12	
	67	Arnulfus	969	Decemb. 19	3	4	4	973	Aprilis 16.	ad s. Amb. in hiem.	2	10	
	68	Godefridus	973	Julii 27.	5	1	23	978	Septembris 19	ad s. Amb. in hiem.	3	2	
	69	Landulfus	978	Decemb. 22	18	3	0	997	Martii 23.	ad Mon. s. Celſi	1	0	
	70	Arnulfus II.	997	Maii 23	19	9	3	1017	Februarii 25.	ad s. Victorem	10	19	
	71	Heribertus	1018	Januarii 12	27	0	5	1045	Januarii 17	ad s. Dionyſium	8	11	
	72	Guido	1045	Septemb. 8	25	11	16	1071	Augusti 23	In Burgulis	53	12	
	El.	Gotofredus	1068	....	...	...	...	1076	Ex parte Imperatoris	Schiſmaticus,			
	El.	Atho	1071	....	...	...	...	...	Ex parte Clerici Ca-	tholicus.			
	73	Tedaldus	1076	Februarii 5	9	3	21	1085	Maii 25.	Arona	13	6	
	74	Anſelmus III.	1086	Julii 1.	7	5	4	1093	Decembris 4.	In Baſ. Apoſtolor.	0	1	
	75	Arnulfus III.	1093	Decembr. 7.	3	9	18	1097	Septembris 24	In Clauſtr. Mon.	1	8	
	76	Anſelmus IV.	1097	Novembr. 3.	3	10	18	1101	Septembris 30	CP. ad s. Nicolaum	11	......	
	El.	Groſſulanus	1102	Auguſt.	9	4	...	1112	a Januarii 1	Romæ ad s. Sabam	0	0	
												77	

A	Ordo & Nomina	Ann.& Dies Ordination.		Spatium Epiſc.			Annus & Dies Mortis.		Locus Sepulturæ	Sedis vacant.		D
	77 Jordanus	1112	Januarii 1	8	9	4	1120	Octobris 4	ad s. Ambroſium	1	13	
	78 Olricus	1120	Novemb. 18	2	6	11	1123	Maii 28	In Eccl. hiemali	2	......	
	79 Anſelmus V.	1123	In Auguſto	10	7	11	1134	abdic. in Mart.	Romæ in Lateran.	......	......	
	El. S. Bernardus	1134	vel 1135	...	...	...	......	non admiſit,	ſed urbe abiit.	......	......	
	80 Robaldus	1135	Auguſti 5.	10	4	26	1145	Decemb. 30	In Eccl. hiemali	0	22	
	81 Obertus	1146	Januarii 22	20	2	6	1166	Martii 27	Benev. in s. Sophia	0	20	
	82 S. Galdinus	1166	Aprilis 16.	10	0	0	1176	Aprilis 18	ad s. Theclam	2	13	
	83 Algiſius	1176	Julii 2.	8	8	27	1185	Martii 29	In Eccl. hiemali	1	11	
	84 Obertus I.	1185	Maii 11.	2	4	10	1187	ibd. Septemb. 20	Ferraria in Cath.	1	16	
	85 Milo	1188	Februarii 6	7	8	8	1195	Octobris 13.	......	0	26	
	86 Ubertus II.	1195	Novemb. 30	0	9	6	1196	Auguſti 4.	......	0	29	
	87 Philippus	1196	Septemb. 3	10	4	7	1207	Januarii 9.	In s. Maria Mai.	0	24	
	88 Ubertus III.	1207	Februarii 2	...	...	...	......	......	......	......	......	
	89 Gerardus	1211	Novemb. 13	...	...	...	......	......	......	......	......	
	90 Henricus	1214	......	...	...	...	1231	......	......	......	......	
	91 Guilielmus	1231	......	...	...	...	......	......	......	......	......	
	92 Leo	1241	......	...	...	...	1257	......	ad s. Euſtorgium	57	7	
	93 Otto Vicecom.	1261	......	...	...	...	1295	Auguſti 13	In Cathedrali	......	......	
B	94 Roſinus	1295	......	...	...	...	1296	Decemb. 7	......	......	......	
	95 Franchinus	1296	......	12	...	...	1308	......	In Cathedrali	......	......	E
	96 Caſonus	1308	......	...	...	...	......	......	......	......	......	
	97 Aicardus	1317	......	...	...	...	......	......	......	......	......	
	98 Joannes Vicec.	1344	......	11	...	...	1355	Octobris 5.	......	......	......	

PARS PRIMA

Poſt alias duas, ſi non compoſita primum, certe interpolata.

Ex Ms. Bibliothecæ Ambroſianæ, ſignato P· 246. in folio.

Primi omnes quomodo Sancti habiti. QUatuor nobis exhibet prima hac Pars Epiſcoporum nomina, tempus Sedis, Depoſitionis diem, & locum Sepulturæ. *Nomina haud dubie eadem ſunt, &, ubi contrarium non probatur, eodem cenſeri debent relata ordine, quo inter divini Officii ſolennia, jam inde a primis Eccleſiæ Chriſtianæ ſeculis, recitabantur ex ſacris Diptychis, ad id inſtitutis; quorum in opere noſtro frequens* C *mentio, præſertim ad* 8. Januarii, *ubi de S. Attico Conſtantinopolitano Epiſcopo, diu obluctata, ac S. Joannis Chryſoſtomi nomen in Diptycha Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum reciperet. Sic autem inſcripti Diptychis Epiſcopi, communi ſeculorum primorum uſu,* Sancti & Sanctiſſimi *nominabantur: nam & viventibus dabatur hic titulus. Hinc factum, etiam poſtquam vocum iſtarum notionem conſuetudo eccleſiaſtica reſtrinxit ad eos, qui, propter notiſſimam vitæ ſanctitatem & miracula inſignia aut martyrii lauream, invocantur a fidelibus, tamquam citra dubium ullum cœleſti regno recepti; factum, inquam, ex tali uſu eſt, præſertim in Eccleſiis Italiæ antiquioribus, ut omnes fere illarum Epiſcopi, qui in communione Catholica obierunt, per tria, quatuor, ac plura ſecula, cenſeantur Catalogo Sanctorum adſcripti ſive Canonizati: quemadmodum iis fere omnibus contigit, qui in hac prima parte nominantur.*

Uterumque poſtmodo notata vitæ anni Sedis. 2 *Sicut autem Romana Eccleſia, jam inde a tempore s. Anteri Papæ, cœpit habere, præter ſupradicta Diptycha, Epiſcoporum Catalogum, cui, ultra nomina ſingulorum, etiam inſcriberetur quanto quiſque ſediſſet tempore: ita & Mediolani ejuſmodi Catalogus ſcribi cœpit, ſaltem ante 7. ſeculum Chriſtianæ Æræ; ubi ad nomina, e Diptychis tranſcripta, notaretur annorum, menſium, ac dierum numerus, quibus quiſque ſedit, ſicut ex antiquioribus monumentis, aut ſubductis per veroſimilem conjecturam calculis definiri potuit; in quo ſi hallucinatum aliquando Collectorem dixero (nec enim omnia poſſunt imputari librariis) non tamen nihil fidei relinquetur tam antiquæ originis ſcripto, quã de nulla gravior auctoritas coget ab eo recedere.*

Haud diu poſt additos Sedis obtentæ terminos, adjecit alius depoſitionis diem: *quod facile fuit ex Faſtis ſacris præſtare, circa eos quorum mors honorabatur anniverſaria feſtivitate.* Hæc *igitur putamus genuina ut plurimum eſſe prima hujus partis membra, quo modo ea circa annum* 580 *deſcripta habebatur. Cum autem apparuit Pars ſecunda, diligentius deſcripta; itemque Pars tertia ſcribi cœpiſſet, notata accurate* ſepulturæ loco; *is qui primus ſeculo* 10. *vel* 11. *Partes prædictas collegit in unum, addidit etiam prima huic Parti nomina eccleſiarum, in quibus ætate ſua ſingulorum corpora credebantur haberi. Prudenter tamen abſtinuit a verbo* ſepultus, *eo quod prima ſepulturæ locus, aut certe alius fuiſſe ſciretur, aut omnino haberetur incognitus.* F
His prænotatis, ipſa Catalogi verba incipio exhibere, extenſis ad longum ſingulis vocibus, quarum dumtaxat initia habentur in Mſ. hoc modo, Sed. an.... m̄... d.... dep. vel ob. & ſep. ẽ. *quæ lege,* Sedit annos .... menſes.... dies.... depoſitus, obiit, ſepultus eſt. *Littera* S. *nominibus præfixa ſignificat,* Sanctus: *ea tamen in catalogo nuſquam apponitur, ſed pro majori decore hic adhibetur.*

S. Anatolon, ſedit annos 13. depoſitus eſt 8. Kalendas Octobris.

3 *Primus hic Eccleſiæ Mediolanenſi a s. Barnaba Apoſtolo datus Epiſcopus, Eccleſiam quoq; Brixienſem fundavit, & ſimul utramque rexit (ut habet hiſtoria Ms.)* annis tredecim, ab ao. 7. Claudii uſque ad 8. Neronis, *id eſt, ab anno Æræ vulgaris* 47. *ad annum ejuſdem Æræ* 60. *Hæc temporis ratio ſi vera eſt (quis autem ſpondere pro re tam antiqua ſub fide teſtis tanto poſterioris auſit?) & ſi etiam vera noſtra conjectura, de Sede Pontificia anno* 50. *Chriſti primum Romæ collocata; ſequeretur, Mediolanenſem Eccleſiam uno anno citius Sedem accepiſſe Epiſcopalem. Hiſtoria primorum Mediolanenſium Epiſcoporum ſeculo circiter 6. compoſita, quæ in eodem Ambroſiano codice poſt catalogum ſequitur, indicat, quod s.* Anatolo *duos ſibi ſucceſſo-* *Anatolon ab an. 47. ad an. 60.*

Tt 2 *ceſſo-*

A *ceſſores ordinarit, alterum pro Mediolanenſi urbe, de quo max; alterum pro Brixienſi, videlicet S. Clathenum, 4. Junii recolendum. In eadem Hiſtoria dicitur jam dicta Depoſitionis dies coli* ad Concilia Sanctorum; *de corpore negat Auctor certi aliquid ſcire ſe potuiſſe; quod illud ſcilicet necdum elevatum eſſet: alias ipſum prope Brixiam tumulatum, ubi jam nominatus locus erat, non ignoravit Myrocles Mediolanenſis Epiſcopus ſeculo 4. ineunte, de quo infra. Ibi certe illud fuit inventum in templo, & ad aliam ejuſdem templi partem translatum anno 1572. Eodem die adhuc colitur Brixiæ idem* S. Anatalo: *Mediolanenſes, 7. diem ante* Kalendas Octobris *ejus memoriæ nunc aſſignant: quia ſcilicet priorem diem ſolenniori feſto ſibi vindicavit S. Thecla, urbis Patrona & eccleſiæ primariæ Titularis, ob reliquias Capitis Mediolanum allatas.*

S. Gajus, ſedit annos 21. depoſitus eſt 6. Kalendas Octobris.

4 *Vita ejus in jam dicta Hiſtoria, narrationis ſerie ſubtexta Vitæ* S. Anatalonis, *docet eum in Epiſcopatu vixiſſe* uſque ad quintum Domitiani Cæſaris annum; *obiiſſe*

2. Gajus, uſque ad ann. 85.

B *vero* pridie Kalendarum Januariarum, *& ſepultum oſſa* in horto Philippi, *Senatoris nobiliſſimi, apud quem convenire Chriſtiani conſueverant: & hujus ei monumentum videtur erui ex ſcriptura quadam Cancellariæ Mediolanenſis, ubi legitur* Translatio S. Caii 13. Aprilis Duplex. *Eam eccleſiam Franciſcani nunc tenent, quibus petentibus anno 1571. facta eſt a S. Carolo Borromæo nova Translatio, annuæque recolitur* 14. Septembris. *Anni Epiſcopatus ita notantur in eadem Hiſtoria, ut in margine eadem manu antiqua notetur, iſtic ubi ponitur* duo & viginti annorum curriculis, *alias legi*, quatuor, *Priorem lectionem ſecutus Auctor Catalogi eſt: ſecundam exigit Domitiani annus 5. qui anni cœpit cum menſe Septembri anni 85. Dum autem dicitur* Gajus, anno Epiſcopatus ſui quinto *Romam iturus, intellexiſſe Martyrium SS. Petri & Pauli, confirmatur, quod alibi demonſtravimus, illud accidiſſe an. 65. ſed expungendum eſt ineptum scioli cujuſdam gloſſema, qui ex inveterato quorumdam errore addidit*, qui erat Neronis ultimus. *Denique*, poſt obitum beatæ memoriæ Confeſſoris & Epiſcopi Caii, longa intercapedine temporis præfatæ Sedes Eccleſiæ Benedictione Sacerdotali viduata, & Paſtoris proprii manſit cura deſtituta. *Quamdiu ſcilicet in vivis fuit Domitianus, ut dicit Vita ſucceſſoris, id eſt, per annos fere duodecim uſque ad 1. Nervæ, qui fuit Chriſti 97.*

C

S. Castritianus, ſedit annos 41. depoſitus Kalendis Decembris, ad S. Joannem in Concha.

5 *Eumdem depoſitionis diem habet Hiſtoria vitæ, prioribus ſubſequenter connexa: eademque tempus Epiſcopatus* per annos circiter quadraginta *extendit*, ad annum uſq; Adriani vigeſimum primum, *qui eſt annus Chriſti 135.* Sepultus eſt, *inquit eadem hiſtoria*, a diſcipulis juxta condictum in cœmeterio quod dicitur Romanu, ea ſcilicet via qua Romam tenditur, haud longe ab arcu triumphali. Quem locum hominibus quidem diu incognitum, Dei autem oculis notum palamque poſtmodum manifeſtatum his, quos dignos ſumma ſanctitas fecerat, aperte cognovimus. *Et tunc veroſimiliter translatum fuit corpus*, ad eccleſiam S. Joannis in Concha, *Joannes Baptiſta Caſtilionæus, in Antiquitatibus Mediolanenſibus anno 1625. evulgatis, docet, hanc eccleſiam ſub invocatione S. Joannis Evangeliſtæ ſuperextructam fuiſſe* ceteri illi Cœmeterio, *quod* Peregrinorum *appellat, & cujus minime obſcura veſtigia cernuntur in obſcuro ſpecu, qui ... illi pro Confeſſione eſt.*

5. Caſtritianus ab an. 97. uſque ad an. 138.

S. Calimerus, ſedit annos 53. depoſitus pridie Kalendas Auguſti.

6 *Hic*, decennio fere ante venerandæ memoriæ Caſtritiani Præſulis exceſſum, *juvenem ſe dederat in diſciplinam S. Teleſphori Papæ, quem anno 127. ordinatum decennio & amplius ſediſſe demonſtravimus: ſed ſerviens periculis ſator qua hunc verſari videbat, propter perſecutorum rabiem, ſeceſſit Mediolanum: atque a* S. Caſtritiano *adſcriptus in Clerum, eoque mortuo electus Epiſcopus, & multa ſub Antonino Pio perpeſſus, itemque ſub Antonino & Commodo; cum* annorum circiter quinquaginta triom curricula *peregiſſet in cura Paſtorali, tandem puteo merſus occubuit Martyr*. Pridie Kalendarum Auguſti... Ceſſavit *autem* Epiſcopatus anno uno & medio. *Sic Hiſtoria jam ſæpe allegata: quæ per annos quot diximus 53. deducit nos ad annum Chriſti 191. ita ut annus 193. ſucceſſori Monæ fuerit primus. De corpore nihil ſciebatur, aut cum ſcriberetur Hiſtoria, aut cum hic Catalogus compilaretur. Ferrarius ait*, in cœmeterio Caii ſepultum, in eccleſia ſuo nomine poſtea ædificata conditum *eſſe: &* ibi, *inquit*, altare aureum, in ſancti Martyris honorem, a Thoma Archiepiſcopo ſub Carolo magno poſitum eſt: *qui Thomas cum ſucceſſerit anno 756. apparet eum qui prima huic parti depoſitionis locum, quando ſcire potuit, adnotavit; id prius feciſſe quam inventa corpore* E *eccleſia hæc conderetur. Facta eſt autem nova* S. Calimeri *translatio a Friderico Card. Borromæo, in novam arcam, ſub eodem altari quo prius recondendam, anno 1619: die 31 Maii; ipſaque eccleſia, olim Humiliatorum Præpoſitura, nunc puellis periclitantibus juxta eam collectis deſervit.*

6. Calimerus uſque ad an. 191.

D

S. Monas, ſedit annos 59. depoſitus octavo Kalendas Aprilis, ad S. Vitalem.

7 Ut ferunt, qui illud paterna noſſe traditione potuerunt, octogenarius ferme eo erat tempore, quo Philippus Chriſtianiſſimus Imperator primus ea Auguſtis Chriſti jugo colla ſua ſubmittere decrevit, *quemadmodum narrat jam dicta Epiſcopalis Hiſtoria. Regnavit autem Philippus cum filio non integris ſex annis, qui tamen imperfecti ſeptem numerantur: quorum medius, Chriſti 246. ultimus* Monæ *fuit, juxta eamdem Hiſtoriam; qua demortui corpus* Prædeceſſorum tumulis *adjunctum ait; ſed addit*, qui locos uſque nunc mortalibus manet incognitos, pro eo maxime quod tunc, ob nefandas perſecutiones, Sanctorum corpora F occulta ſepulturæ mandabant. *Repertum poſtea atque in æde S. Vitalis ab* Ariberto *ſeu* Heriberto *Archiepiſcopo, ſeculo Chriſti 12. depoſitum & circa finem 10. ſeculi; aut initium 11. denuo elevatum, denique a S. Carolo Borromæo in eccleſiam metropolitanam translatum eſt, ubi ipſe colitur 12. Octobris, quando primam translationem factam arbitramur. Atque hic animadvertens Hiſtoriæ Auctor, mirum videri poſſe, quod dicantur* ad ea uſque tempora quinque tantum Mediolanenſi Eccleſiæ Antiſtites præfuiſſe, cum in Romana Sede vigeſimus poſt Apoſtolos tunc temporis degeret, vir Deo fideliſſimus, Papa & Martyr Fabianus; *in hoc* Dei occultum & inſcrutabile judicium *attendendum docet; tandemque claudens hanc digreſſionem, cum proteſtatione ſua in ſcribendo fidelitatis, addit*, Non ſolum vero iſtiuſmodi miranda ſuperni Arbitri diſpenſatio, apud antiquos quoſque aut primæ Chriſtianitatis cultores, verum etiam apud modernos pari libra frequenter accidiſſe patenter agnoſcitur; dum & in Romanæ arcis Pontificibus brevioris vitæ curſus, & vixdum ad primi Paſtoris menſuram pertingens diſcernitur; & Mediolanæ urbis Præſulibus petrari adſcripti ſint, quibus non uſque ad grandævitatem terminus vitæ præſentis decurrit.

7. Monas uſque ad an. 246.

quando Romæ jam numerabatur 20. Th. alſin, Fabianus.

8 *Hæc ille, immediate poſt ſubjungens vitam* S. Materni; *qui, cum Sedes toto perſecutionis Decianæ biennio*

va-

A *vacaſſet, divine ſubrogatus indicio, Medialanenſis Eccleſiæ clavum tenuit, uſque in graviſſimam eccleſiæ perſecutionem, motam a Diocletiano & Maximiano. Tenuit autem Sedem per annos (ut videtur) 52., ab anno 251. numerandos. Qui Urſulanarum Virginum Martyrio* Cyriacum *Romanum Pontificem, S. Pontiani ſucceſſorem, omnibus Catalogis ignotum, admiſcuerunt; eidem, cum pluribus aliis Epiſcopis Italicis, junxerunt* Marinum *Mediolanenſem; hunc autem nonnullis, eruditis alias viris, intelligo non diſplicere, propterea quod* Materno *iſti videant pauciores paſſim annos adſcribi, adeoque opportunum cenſeant ſupplendo hiſtoriæ Mediolanenſis hiatui, ut exiſtimant manifeſto. Nec ego vehementer contendero, nullum eſſe hiatum, aut hic unt etiam inter primos quatuor, quos ſolos invenimus nominatos. Sed firmiori teſtimonio opus eſſe puto, ut eo quo forte Sedes vacavit tempore, credam ſediſſe aliquem, cui nomen fuerit* Marinus: *& quando hoc inveniretur, novum difficultatem faceret annus 235., quo is debuiſſet Urſulanis iviſſe comes cum iſto fabuloſiſſimo* Cyriaco. *Quare, exploſo* Marino, *non cunctabor* Monæ *ſubjungere* Maternum, *in fide præcitata hiſtoria Epiſcopalis, finem cum* Materno *ſumentis.*

Non potuit hic recipi Marinus Urſulanus,

neque S. Myrocli poſtponi S. Maternus;

9 *Hinc ego Hiſtoriam aliquando credidi ſcriptam ab*
B *Auctore, qui ſub proximo ejus ſucceſſore* Myrocle *vixerat hoc perſuaſus argumento, quod viderem ipſum in principio ita ſcribentem;* Nunc vero ab ipſo Anatalon tempore; uſque ad hæc quæ in præſenti decurrunt ſecula, greſſu licet pendulo, ſtyli hujus excurſum dirigam: quem niſi tu, Præſul excellentiſſime, dexteram extendens benedicas & acuas; collis aſperitate retunſus, incedet per devia. *Hæc, inquam, cum legerem, & animadverterem, poſt deductas orationis ſerie Hiſtorico nuſquam interrupta* SS. Anatalonis, Gaji, Caſtriciani, Calimeri, & Monæ *Vitas, ultimam* S. Materni *ſolam finiri conſueta clauſula,* Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honos & gloria in ſecula ſeculorum, Amen; *exiſtimavi finem hic poni deſignato operi, indeque metiendam Auctoris ætatem. Ita ego olim, inter prima hujus mei ſtudii rudimenta, elaborans Commentarium de S. Longino ad 15. Martii num. 48. Nunc, ſimilium ſcriptorum uſu longiori ad ætatum diſcrimina dignoſcenda inſtructior, cenſeo quidem unius libri finem iſta indicari clauſula, ſed non operis. Etenim cum in Materno claudatur prima Eccleſiæ Chriſtianæ ætas, ſub gentilibus Imperatoribus inter perſecutiones identidem recrudeſcentes traducta; recte hic ponebatur libri etiam primi finis; cui utinam adeſſent ceteri, quos veroſimiliter plures animo deſignavit Auctor, non tamen & perfeciſſe videtur.*
C *Eſto enim periiſſent ipſi, ſupereſſet apud Scriptores Mediolanenſes aliquod eorum veſtigium; iiſque prælucentibus, aut aliis, qui inde accepiſſet lumen, viam ſternentibus, potuiſſet notari ordo ſucceſſionis certior & diſtinctior quam nunc fiat.*

in cujus vita finiit Auctor librum, de Epiſcopis Mediolanenſ.

non propoſito ſuo argumentum proſequendi,

10 *Interim Auctor credi debet, diu poſt* Maternum *vixiſſe, qui dicit, ejus* geſta *adeo eſſe* multis ignota, ut longi temporis alluvione omnium pene memoriæ abolita putentur. *Neque rurſum in admodum ſero ſecula differri poteſt, qui eo ſcribebat tempore, quando adhuc* pauci adſcripti *erant* Mediolanæ urbis Præſulibus, quibus non uſque ad grandævitatem terminus vitæ præſentis decurrit. *Si ſatis conſtaret* S. Datium, *quem infra videbimus anno 530. ordinatum Epiſcopum Mediolanenſem, ſcripſiſſe* Vitas prædeceſſorum ſuorum, *uti credidit Joannes de Deis & alii eum ſecuti; poſſet iſte quem diximus liber, illius opus æſtimari. Cenſetur autem hic Epiſcopus, ſolum vigeſimus ſextus, nec obiit ante* Vigilium *Papam Romanum, qui eſt in ordine Pontificum ſexageſimus primus.* Sed *ſive ipſe necdum Epiſcopus, ſive alius iſta ſcripſit; videmur in ejus ætate poſſe conſiſtere, ſic ut vel immediatorum ejus deceſſorum aliquis, vel ipſemet* Datius, *ſit ille* excellentiſſimus Præſul, *cui opus inſcribitur. Nec vero quemquam terreat tituli granditas, jubeatque poſteriora reſpicere ſecula: nullo enim ſeculo ejuſmodi titulus communiter datus Epiſcopis eſt: adeoque libera Auctoris uſurpatione, ad hominis præſtantiam ſingularem notandam, adhibitus cenſeri debet. Ceterum* S. Materni *geſta, quæ non niſi perturbata & mutila habentur apud Mombritium, nos ad 18. Julii integra & bene digeſta dabimus, ex fide antiquiſſimi iſtius Ms. quod dixi.* D

videtur ſcripſiſſe ſeculo 6.

11 *Viderint Catalogi noſtri Auctor hactenus allegatam primorum Epiſcoporum hiſtoriam, vehementer dubio ob ignoratum ab eodem diem obitus S. Gaii; multoque magis ob* S. Maternum *poſtpoſitum* Myrocli, *cui illum eſſe omnino præponendum tota ejus Vita, quanta quanta eſt loquitur; utpote omnem hiſtoriam Cæſaream, a Decio uſque ad Diocletianum & Maximianum percurrens, itaque finiens;* Depoſitus eſt idem Chriſti Confeſſor ſub Maximiano Imperatore quinto decimo Calendas Auguſtas, *anno ſcilicet 303. poſt ſeveriſſima illa contra Chriſtianos edicta promulgata; de quibus ibi pluribus agitur.*

Præponendus eſt autem Maternus Myrocli,

12 Myrocles *autem, eidem perperam præpoſitus in Catalogo, ſcitur adhuc in vivis fuiſſe anno 313.,* Conſtantino III & Licinio III. Coſſ. *quando cum aliis Epiſcopis ſedecim, &* Miltiade Epiſcopo Urbis Romæ, in domum Fauſtinæ convenit, 6. Nonas Octobris, die ſextæ feriæ, *judicaturus de cauſa Donatiſtarum; itemque ſequenti anno 314.,* Voluſiano & Anniano Coſſ. *præſens Synodo Arelatenſi, cui ſubſcribuntur* Merocles Epiſcopus, Severus Diaconus de civitate Mediolanenſi, provincia Italia. *Poſt hos ſcribuntur* Oreſius Epiſcopus, Nazarius Lector, de civitate Maſſilienſi Provincia Viennenſi. *Sed quia pro his duobus, in antiquiori imperfectiorique Conciliorum editione Colonienſi an. 1551. ſub titulo Concilii Arelatenſis ſecundi (quod tamen non eſt aliud ab eo quod ibidem dicitur Primum) legitur.* E Provincia Italiæ civitate Mediolanenſi Oroſius Epiſcopus, Nazarius Lector; *etiam* Oroſius *inducitur in numerum Epiſcoporum Mediolanenſium, ab auctoribus Tabulæ, editæ ex Decreto Concilii IV. Provincialis ſub S. Carolo Borromæo: quæ quidem Tabula non uno loco eſt corrigenda, uti nunc ſatis agnoſcunt eruditi Mediolanenſes. Corrigendus nihilominus etiam vetuſtior hic noſter Catalogus, a S. Mona uſque ad S. Ambroſium hoc modo progrediens, ordine fortaſſis ex interpolatoris ſententia erronea conturbato, citra culpam Auctoris.*

qui vivebat an. 314. E

Tali hoc nullus fuit Mediolani Oroſius;

S. Myrocles, ſedit annos 22. depoſitus pridie Kalendas Decembris, ad S. Victorem.

S. Maternus, ſedit annos 12. depoſitus 15. Kalendas Auguſti, ad S. Naborem. F

S. Protasius, ſedit annos 22. depoſitus 8. Kalendas Decembris, ad S. Victorem.

S. Eustorgius, ſedit annos 17. depoſitus 14. Kalendas Octobris.

S. Dionysius, ſedit annos 14. depoſitus 8. Kalendas Junii.

13 *In his certum eſt, non tantum* Maternum Myrocli, *ſed etiam* Euſtorgium Protaſio *præponendum: ſiquidem Sanctus Athanaſius poſtremum allegat (quod diximus in Vita ejus ad 2. Maii num. 266.) ut præſentem colloquio, quod anno 345. Mediolani habuit cum Imperatore Conſtante; rurſumque idem anno 347. ſubſcribitur Epiſtolæ Synodi Sardicenſis ad Julium Papam, apud Hilarium in fragmentis, nomine quamvis corrupto (ut alii plures apud eundem)* Protoſius ab Italia de Mediolano: *adeo ut inter hunc &* Dionyſium, *de quo mox, interjici nullus poſſit, qui notabili tempore ſederit. Quoniam autem ab anno 303., quo obiit* Maternus, *ad 355., quo in exilium pulſus abiit* Dionyſius,

ſed Protaſius, anno 347. adhuc vivebat.

A nequeant tot anni inveniri, quot hic numerantur; videri poſſit tum ordine nominum, etiam inverſus numerus annorum; & Myrocles ſolum ſediſſe annos 12. Maternus vere, ſi non annos 52. ſaltem 22. ſic ut a tempore Decii, uſque ad imperium Aureliani, Mediolanenſis Eccleſia caruerit Epiſcopo, cujus quidem nomen ſciatur. Idem forſitan etiam antea contigerit, cum vix credibile videatur, tres conſequenter Epiſcopos una in Urbe fuiſſe, qui omnes quinquageſimum annum gerendo Pontificatu exceſſerint, alius biennio, alias triennio, alius novennio, inter renovatas toties perſecutiones Gentilium Imperatorum.

qui ſecundus Dionyſius, ubi 40. ſediſ. ſe ponitur ante auxilium anno 325.

14 Ordinem igitur & chronologiam corrigens, libenter ſic inſtituerem enumerationem Epiſcoporum, Monam ſequuturum:

Verus ordo

S. MATERNUS, ſedit annos 22. ſcilicet ab anno 282. ad 303.

S. MYROCLES, ſedit annos 12. uſque ad 315.

B S. EUSTORGIUS, ſedit annos 17. uſque ad 331.

S. PROTASIUS, ſedit annos 22. uſque ad 352.

S. DIONYSIUS, ſedit annos 4. uſque ad 355.

quoſ ſimo-nu ex S. Ambroſio;

numerando ſcilicet annos incompletos pro completis, rotundo numero: quemadmodum tota prima parte Catalogi hujus fieri patebit ex ſequentibus. Ordinem eumdem confirmat S. Ambroſius in Oratione, quam habuit contra Auxentium Juniorem, eccleſias ſibi tradi petentem, ſic loquens: Abſit ut tradam hereditatem Patrum, hoc eſt, hereditatem Dionyſii, qui in exilio fidei cauſa defunctus eſt; hereditatem Euſtorgii Confeſſoris, hereditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium Epiſcoporum, plures (ut ego quidem exiſtimo) quam quinque Myroclis deceſſores intelligens, licet non plures cogniti habeantur; & Euſtorgium expreſſe Confeſſorem appellans, ideoque potius eum nominans, quam Protaſium Dionyſii immediatum deceſſorem. Non video autem aliud tempus, quo is potuerit titulum iſtum meruiſſe, quam cum adhuc in minoribus Ordinibus ſerviebat, perſequente Eccleſiam Maximiano.

qui S. Euſtorgius dicitur Confeſſor.

C

15 Nihil horum explicat ejus Vita apud Boninum Mombritium, quam ſecutus Catalogi Auctor, Protaſio poſtpoſuit S. Euſtorgium. Sed quam exiguæ auctoritatis ea Vita ſit, ſatis prodit excuſatio, quod de ejus geſtis, non niſi pauca potuerint reperiri, propter negligentiam præcedentium, qui cognita ſcribere, vel ſcripta aliquando perdita reſtaurare, cum potuerint, neglexerunt. Totus autem eſt ſcriptor in narrando, quomodo Conſtantinopoli, unde ortum Euſtorgium volunt, Mediolanum legatus ab Imperatore, ibique eodem fere quo Ambroſius ratione electus Epiſcopus, atque ad ipſum a quo miſſus fuerat regreſſus, impetraverit Mediolanum auferenda, quæ olim a beata Helena, genitrice Conſtantini Imperatoris, in unum ſtudioſe collecta fuerant, ſancta & ſacratiſſima trium Magorum & Regum corpora, ... quorum nomina, Gaſpar, Balthaſar, & Melchior, Mediolani diu noctuque venerari, & glorificari, & digne laudari ſolebant. Ex his ſatis apparet, admodum ſero, puta ſeculo 10. vel 11. Vitam iſtam ſeu potius Encomium S. Euſtorgii conſcriptum fuiſſe, ab homine nihil inter tempora diſtinguente, & confundente duos Euſtorgios; quorum ſecundo Euſtorgianæ eccleſiæ fundatori, ſeculo 6. Eccleſiam Mediolanenſem regenti, tolerabiliori figmento, adſcribitur ab aliquibus tranſlatio Magorum, in dictæ eccleſiæ olim quieſcentium.

Hujus Vita nullius fidei, in eo quod ipſum poſtponat Protaſio;

et cum Euſtorgio Juniore confundit;

D

16 Mirum omnino eſt, quod ex fide illius Scriptoris, Mediolanenſes recentiores ad unum omnes dictam Tranſlationem ætati Conſtantini Magni adſcribant, eo tantum fundamento, quod S. Euſtorgius dicatur electus mortuo ſancto Dei viro Prothaſio, octavo illius civitatis Epiſcopo; cum tamen nuſquam nominetur Conſtantinus, & manifeſte agatur de aliquo Imperatore longe poſteriori. Eſt autem hoc etiam mirabilius, quod eorum multi, qui iſti Vitæ tantum tribuunt, everſum eunt ſine ſcrupulo totam Vitam S. Materni, in qua nihil difficile creditu, quam quod is totum ſeſqui ſeculum vivendo implevisset, a perſecutione ſcilicet Decii uſque ad Diocletiani & Maximiani perſecutionem. Evertunt vero totam, quando eumdem Maternum poſtponunt Myrocli & Protaſio, uti faciunt Auctor Tabulæ Synodalis, Joannes de Deis, & Franciſcus Rezutius. Interim nullus omnino allegatur ſcriptor vetuſtior, monumentum nullum, quo aſſeratur fides tam antiquæ, ut præſumitur, poſſeſſionis. E contrario objicitur ſilentium S. Ambroſii, tam ſæpe loquentis de Sanctis Mediolanenſibus aliiſque rebus ad ſuæ Eccleſiæ commendationem ſpectantibus, abſque ulla tamen Magorum mentione, etiam in Commentariis ſuper Evangelium Lucæ, cujus Capite ſecundo explicando interponit ex Matthæo Narrationem de adventu Magorum, prolixius ſuper eo diſcurrens; quorum corpora ſi Mediolani haberi ſciviſſet, quomodo potuiſſet id non ſaltem obiter indicare vel ſemel?

Tranſlatio ad ætatem CP. ſæpe 1455. Magorum.

E

17 Jam quod ad S. Dionyſium attinet, huic Catalogus annos 14. adſcripſerat, neſcio quo ſenſu vel quo conſilio; niſi forte in exilio annis decem vixiſſe Sanctum credidit. Nos vero decennium demimus eo numero, quarto Epiſcopatus ſui anno expulſum dicimus: & quamvis aliquot annis in exilio vixerit, hos tamen, nec Sedi ejus adſcribendos credimus, præter morem & uſum vetuſtatis, ſæpe notatum in Romanis Pontificibus, quantumvis injuſte depoſitis fuerit; nec putamus eo eum numerum poſſe excreſcere, cum conſtet Dionyſium, quem Imperator Conſtantius omni cum honore reſtitui juſſerat, votis exegiſſe, & obtinuiſſe, ut in exilio vitam poneret, adeoque obiiſſe, ſi non ante (quod veroſimilius) ſaltem ſtatim poſt. Nam ut Conſtantii mors irritam reddiderit gratiam Dionyſio faciendam, non niſi mors ejus propria impediſſe potuit, quo minus ad edictum Juliani, anno 362. una cum ceteris Epiſcopis exulibus, ad ſuam diœceſim reverteretur.

Dionyſius obiit ante ann. 362.

18 Incubabat interim Epiſcopatui Mediolanenſis Eccleſiæ AUXENTIUS Arianus, merito prætermiſſus in Catalogis, fruſtra Catholicum aliquando ſe ſimulans, per ſummam tamen Valentiniani Imperatoris indulgentiam toleratus uſque ad mortem, quam obiit anno 374 invaſi Epiſcopatus 20. Poſt quem, electo S. Ambroſio oppoſuit ſeſe, Imperatorio favore ſubnixus, Auxentius alius, advectus e Scythia, mutato nomine Mercurinus, ſicut intelligitur ex ea Oratione quam habuit Sanctus, tradere ei eccleſiam juſſus, ad conſternatam ea fama populum in Dominica Palmarum, qualibet potius ferre paratum ſe declarans, quam iſtud agere, aut Epiſcopatu ſponte cedere. Ipſe autem S. Ambroſius, dicto anno 374. electus, non ſine miraculo, &, invitus quamvis, ordinatus die 7. Decembris, eademque Dominica 2. Adventus, magnum lumen ea ratione afferret ordinandæ Chronologiæ Epiſcopali, etiam in hac prima Parte, ſi in hac aliter quam rotundo annorum numero ſupputarentur tempora.

cui ceſſit ab an. 355. juſſu Auxentius Arianus,

F

& huic mortuo S. Ambroſius anno 374. 7. Decemb.

19 Sedit autem S. AMBROSIUS annos 24. menſes 4. dies 10. ut jam demonſtravit Henſchenius, defunctus an. 398. die 17. Aprilis, in Vigilia Paſchæ. Auctor Catalogi hic, ſeu verius ejus Interpolator, præter ſtylum totius primæ Partis diligentior, ſupra annorum numerum auctorem, etiam menſes & dies adnumeravit, ita ſcribens,

defunctus 398. 17. Aprilis.

S. Am-

S. Ambrosius ſedit annos xxvi., menſes iv. die v., depoſitus die v. menſis Apeilis.

ann 397. 5. April.

Videntur hæc ſupponere, quod S. Ambroſius *obierit an. 397., quando Paſcha celebratum fuit 5. Aprilis.* Conſtat *enim ex Paulino Vitam ſcribente, quod pridie Paſchatis mortuus, poſtridie ipſo Dominico in eccleſiam Ambroſianam illatus eſt, ſive (ut phraſi ætatis ejus loquar)* depoſitus: *hic autem concurſus Paſchatis & die 5. Aprilis, ſolum contigit anno prænotato. Sed hac ratione S. Martinus totis ſeptem menſibus S. Ambroſio ſuperfuiſſet, contra quam habet traditio Eccleſiæ Mediolanenſis, auctoritate antiquiſſimorum ſcriptorum ab Henſchenio ſuffulta: deinde Ordinatio ejuſdem* S. Ambroſii, *per dictos annos menſes ac dies retrogradiendo, contigiſſet an. 370. die 2. Decembris. Atqui is dies tali anno habente litteram Dominicalem* C, *non fuit Dominicus, ſed feria 4. quod tamen quam parum congruum ſit veteris Eccleſiæ ritui ſatis demonſtravi in Chronologia Pontificum Romanorum. Pridie autem quam ordinaretur, id eſt, ultimo Novembris, fuerat idem Sanctus Chriſtiano baptiſmate tinctus, unde in Ambroſiani ritus Miſſalibus, ipſo quo S. Andreas celebratur die, notatur etiam altera* Miſſa de BaptiſmoS. Ambroſii, *cum pulcherrimis quatuor Orationibus ſive Collectis* B *propriis atque ſingulari Præfatione, cetera vero de* communi Confeſſore *agenda præſcribuntur. Porro Auctor vel Interpolator Catalogi ex hoc quoque probari poſſet ſequiori ſeculo ſcripſiſſe, quod S. Ambroſium depoſitum dicat die 5.* menſis Aprilis, *dimiſſo Romano more per* Nonas Idus & Kalendas *indicandi diem: aut proinde mirandum non ſit, ſi minus ei fidendum exiſtimemus, ubi mox, cum ait, quod*

S. Simplicianus, ſedit annos x., depoſitus xviii. Kalendas Septembris.

Simplicianus non integro triennio ſedit:

10 *Errorem hic eſſe numeri, patet ex ætate ſucceſſoris* Venerii, *mox probanda: ad cujus Vitam 4. Maji diximus,* Simplicianum *anno 3. ſui Epiſcopatus defunctum eſſe, magis quia diutius vixiſſe non potuit, quam quod certo aliqua auctoritate conſtaret tam diu in Epiſcopatu vixiſſe: veroſimilius autem dicetur 10. irrepſiſſe pro 2.*

11 *In veteri Ingolſtadienſis Bibliotheca Paſſionario ſeu Legendario, invenit Gamanſius noſter, cujuſdam* S. Arſatii, *velut* Mediolanenſis Epiſcopi *Vitam, nobiſque tranſmiſit. Juxta hanc non multis a S. Ambroſii ſepultura hebdomadis conſecratus fuiſſet* S. Simplicianus; *idque Laudæ, civitate ſuffraganea ad xx. P. M. Mediolano* C *diſſita: monitus autem ab Angelo* Arſatius, *quod* adhuc tribus menſibus non completis, ibidem curam Pontificalem intraret; *tum Laudam ad Simplicianum veniſſet, dicitur hic,* poſt modicum ſpatium temporis convocatis univerſis Suffraganeis ſuis, *ita locutus;* O Fratres mei, vos ſcitis quod in hac dignitate ego indignus ſteti plus quam 30. diebus: nunc ergo timeo, ſi amplius durem, quod fiat mihi in detrimentum: & ideo rogo, ut vobis vice mea eligatis alium Epiſcopum ....& poſuit ſuper aram Pallium & alia Pontificalia, & abiit...... Eodem die S. Arſatius electus eſt & conſecratus. Stetit vero ſanctus Pontifex, Arſatius uſque ad proximam diem Natalis D. N. Jeſu Chriſti, & eodem die media hora, inter duas Miſſas ultimas, id eſt, inter horam quæ eſt inter diluculum & Primam, circumſtante Clero & populo, vitam finivit. *Eſt ea Vita compoſita per modum ſermonis, 12. Novembris, in ſolennitate ipſius Sancti, annue recitandi; ſed toto contexta fabuloſiſſima. Quamvis enim dicat quod* Arſatius, *priuſquam a S. Ambroſio ad fidem Chriſti converteretur,* fuit primus dignitate poſt Theodoſium Imperatorem inter Mediolanenſes, & Theodoſio regnante mortuus, *(quod dici nequit, quia Senior Theodoſius obiit ante S.* D *Ambroſium, necdum nato Juniore) additur tamen, quod* altero die *a ſua morte,* ſepultus eſt apud Sanctos Auxanum & Martinianum, quorum corpora erant in uno ſepulcro locata, *idque* anno ab incarnatione Domini 688. *per hiſtoriam omnino monſtroſam. Nam S. Martinianus numeratur quartus poſt S. Ambroſium,* Auxanius *vero poſt eumdem eſt decimus ſeptimus, vixitque paulo ante ingreſſum Longobardorum in Italiam, adeoque circa annum 560., quibus uno adhuc ſeculo poſterior* Arſatius, *quomodo fuiſſet S. Ambroſii, poſt Simplicianum ſucceſſor? niſi forte tranſlatum tunc dici velis.*

dictaque cum fratre Euſtorgio, ab Imperatore CP. obtinuiſſe tres Magos,

cum ænea Moyſis Serpente;

quem tamen conſtat non fuiſſe Mediolani ante an. 1000.

12 *Fingitur etiam is cum fratre ſuo germano* Euſtorgio *profectus Conſtantinopolim, quo tempore Imperator ibi erat* Phocas, *qui eis conceſſerit Serpentem æneum adhuc Mediolani viſendum, & arcam cum corporibus trium Magorum, ipſe eoſdem iſtuc ſecutus & a S. Ambroſio perhumaniter exceptus, cum prædictis Sanctis Sanctorumque pignoribus. Omitto circumſtantias inſulſiores alias illepidæ hujus fabulæ, cui inſerta mentio* Serpentis Moſaici *vel ſola ſufficit ad commonſtrandum, quam ejus Auctor fuerit ignarus Mediolanenſium rerum. Scripſit de eo Serpente opuſculum traditum Petrus Paulus Boſca; &, ſi minus alia quæ intendit, unum certe evidenter probat, ex vetuſtis rerum Mediolanenſium ſcriptoribus, quorum agmen ipſi ducit* Landulfus *ſenior, circa ann. 1080. florens; probat, inquam, Serpentem illum Conſtantinopoli allatum eſſe ab* Arnulfo II. E *illuc miſſo, ut Conſtantinopolitani Imperatoris filiam aliquam Othoni III. uxorem adduceret, re ipſa eam adducturus, niſi præmatura Imperatoris mors, adhuc in portu conſiſtenti nuntiata, coegiſſet puellam ſuis relinquere. Cum ergo Imperator iſte obierit anno 1002., indubitanter conſtat, non ante eum annum Mediolani fuiſſe Serpentem, de quo hic ſermo, velut tanto citius advecto. Conſtat etiam fieri non poſſe ut Mediolani, ubi tam certa fuit ſervata memoria* Arnulfi, *ut Serpentem vulgo notiſſimum Advehentis, ſcripta fuerit fabula tam inſulſa. Interim reperio in Bavaria memoriam viguiſſe ante non multa ſecula, quæ neſcio an adhuc vigeat, inter Canonicos, Monachium ad ædem S. Mariæ anno 1494. tranſlatos, de fundatione Ilminenſis cœnobii ſub annum 746. facta ab Aldeberto & Oskaro nobiliſſimis fratribus, quaſi hi illuc tranſtulerint* S. Arſatium de Mediolano. *Hinc mihi ſuſpicio naſcitur, quod, ſicut nullus nunc ſupereſt Mediolani cultus* S. Aurelii, *ejus qui S. Dionyſii corpus ex Oriente Mediolanum retulit, poſtquam is ad Hirſaugienſe monaſterium in Germania tranſlatus fuit, tempore Ludovici Pii; ita etiam evanuerit cultus & notitia* S. Arſatii, *qui fuerit æque ac iſte externus, forſan etiam Epiſcopus, atque cum corporibus trium* Sanctorum Magorum *advenerit: quæ res deinde Ilminenſi alicui Clerico occaſionem dederit comminiſcendi præfatam Legendam: dum Mediolani alii alia comminiſcuntur, occaſione Euſtorgianæ ædis, in quam ſancti Magi allati fuerunt.* F

Veroſimilius autem Magi adducti a Conſtantinopoli ſeculo 7.

23 *Tantus porro notitiæ certioris defectus circa prædictam Tranſlationem, ſuſpicari me ulterius facit, ſacra iſta corpora allata* Mediolanum *eſſe, ſeculo Chriſti ſeptimo, quando civitas pridem a Longobardis occupata, a ſuiſque Epiſcopis Genuam tranſgreſſis deſerta; demumque ſub meliori Longobardorum, tandem ſerio Catholicorum, dominatu, cœpit reſurgere ac reflorescere, manentibus adhuc Genuæ Epiſcopis; aut etiam tempore* Phocæ *(pro quo* Phocas *obrepſerit)* Imperatoris *circa annum 605., ut non omnino gratis nomen ejus irrepſerit in fabulam prænotatam; & quod fecit alius in commodum Euſtorgianæ eccleſiæ, id feciſſe creditus ſit ipſe ejus fundator* Euſtorgius. *Quid autem? ſi ſub ejuſdem* Phocæ *perturbatiſſimo Imperio, Romanas in Oriente provincias occupantibus Perſis, Chriſtiani aliqui indidem fugitivi, & in his ipſe* S. Arſatius, *prædictum theſaurum ſecum advexerint Conſtantinopolim, ubi inciderint in aliquem Mediolanenſem* Euſtorgium, *diver-*

ex allato occupantibus Orientem Perſis, & rebus ibi turbatis,

A *ſam ab ejuſdem nominis Epiſcopis duobus; qui opportunum id medium ratus reſuſcitandis patria ſua reliquiis, perſuaſerit*, ſanctos Magos *traducere Mediolanum in Italiam*, Phoca, *homine impio & ſacrarum rerum incurioſo, annuente, aut ſaltem non prohibente; nec magnopere contranitentibus Conſtantinopolitanis civibus, in tanta rerum ſuarum deſperatione conſtitutis. Certe ſi ab anteriori aliquo tempore, puta a* Conſtantino Magno (*ut prætendit Auctor Vitæ S. Euſtorgii*) *uſque ad Imperium* Juſtiniani *ejuſmodi corpora fuiſſent Conſtantinopoli, fieri non poteſt ut Græci ſcriptores, apud quos tam frequens eſt mentio ſacrorum Corporum, illuc ex Oriente allatorum ſpatio duorum iſtorum ſeculorum, nullam eorum habuiſſent notitiam; neque antiqui cultus eorum veſtigium aliquod extaret in Menæis ac Synaxeriis; vel denique nullum, ſi non templum, ſaltem oratorium vel ſacellum ipſorum extitiſſet, cujus occaſione alicubi memoraretur. Alias de tempore prædictæ Tranſlationi ipſoque S. Arſatio conjecturas, poſteris explicatas relinquo pro die 12. Novembris, pro quo ipſe m illius qualemcumque Vitam examinavi minutim, quia tali die nunc Monachii in Bavaria colitur. Atque hæc de* Tribus Magis *nunc ſatis, ſolum ut appareat*
B *quam nihil iſtorum nos ſolicitos habere debeat in tractanda Mediolanenſium Antiſtitum Chronologia. Cetera licebit tractare vel in Supplemento Januarii, quando Adorationem Magorum Eccleſia Latina recolit, vel ad 23. Julii, quando eorumdem Tranſlatio Coloniam celebratur. Redeo ad Catalogum noſtrum, quem paulatim habebimus magis fide dignum, poſtquam ex quinque primorum ſeculorum tenebris emerſerimus. Sequitur ergo:*

S. Venerius, ſedit annos 8. depoſitus die 4. menſis Maii, ad S. Nazarium.

Plus his annis non ſolis tribuit 24 *Iterum hic obſerva phraſem* die 4. menſis, *ut dixi, inuſitatam antiquis. Diverſitatis cauſa ex eo nata videtur, quod quorum dies non notabantur in* Kalendariis *Romano more deſcriptis, quia in eccleſia non habebant feſtum, eos Auctor vel Interpolator acceperit aliunde, ubi ex vulgi uſu numerati inveniebantur. Eginus de* Venerio *die 4. Maii, nec ullum antiqua venerationis argumentum proferre potuimus, niſi quod S. Ennodius Epiſcopus Ticinenſis epigramma habeat* de B. Venerio. *Quando deinde viſum fuit aliquam ejus commemorationem inter*
ſedit ab an. 400. ad an. 408. *ſacra facere, cum dies 4. menſis feſto S. Godehardi haberetur occupatus, dies autem 5. adſcriptus S. Gerontio; placuit proxime vacuam tribuere* Venerio; *donec S. Carolus Borromæus ſuum ei diem reſtitui juſſit. Quia autem*
C *ad* Venerium, *jam Epiſcopum, ſcripſiſſe ſe teſtatur A*naſtaſius *Papa, intra annum 398. quo fuit creatus, &* 401. *quo defunctus, ideo reſtringendos eſſe* S. Simpliciani *annos dixi; &* Venerium *cum anno ſeculari cœpiſſe, abſolviſſe ejuſdem 5. ſeculi anno 9. judicavit Henſchenius: malim dicere anno 8. quia video in hoc Catalogo annos incompletos paſſim pro completis numerari.*

S. Marolus, ſedit annos 15. depoſitus 9. Kalendas Maii, ad S. Petrum ad....

Marolus ſedit ab 408 uſque ad an. 423. 25 *De hoc agentes ad 23. Aprilis, quo colitur feſto S. Georgii in ſequentem diem amandato, nihil invenimus cauſæ, cur de notato hic annorum numero dubitaremus. Obiiſſet ergo anno 423. Ennodius in Epigrammatis, eos qui ſuo tempore cultum ut Sancti habebant in Mediolanenſi Eccleſia, ipſo titulo ſecernens ab aliis, talem cultum non habentibus (ut videre eſt in iiſdem titulis, quos 11. Februarii agentes de S. Lazaro conjunctim propoſuimus)* Maroli, *ſolum ut* Venerabilis, *meminit. Eccleſiam autem S. Petri ad quam depoſitus dicitur, eſſe baſilicam poſtea dictam Nazarianam cum etiam Eccleſiam A-poſtolorum, docemur ex Romano Martyrologio ad diem* D *10. Maii.*

S. Martinianus, ſedit annos 30. depoſitus 4. Kalendas Januarii, ad S. Stephanum.

26 Cultorem Dei *appellat Ennodius, nunc ut Sanctus colitur 4. Nonas Januarii. Nempe dies 29. Decembris impeditur celebranda Octava Nativitatis, dies autem 11. Januarii vacat in Eccleſia Mediolanenſi, quæ non celebrat Octavam S. Stephani, nec alias ex Romano uſu ſequentes; ſed ſolius Natalis Dominici. Schiſmatici quidam Orientales Neſtoriani, Conſtantinopolim miſſi contra Epheſinam œcumenicam Synodum anno 431. celebratam, dum alii ſuum Antiochiæ habebant Conciliabulum, in Epiſtola ad Rufum fingunt, quod hic Epiſcopus ad ſe ſcripſit, librumque B. Ambroſii de Dominica Incarnatione ad piiſſimum Imperatorem miſit, hæreticis (ut loquuntur)* Cyrilli capitulis contraria docentem, *vocantque* Martinum, ſanctiſſimum Deoque dilectiſſimum Mediolanenſium Epiſcopum; *qui haud dubio noſter* Martinianus eſt, *adeoque illo anno vixit, neque ſolum* tres annos, *uti in Ambroſiano noviſſimæ recog-* E *nitionis Breviario legitur. Sedem ſuam tenuit, ſed ut minimum annis* tredecim: *pro quibus facile potuerunt obrepſiſſe* triginta; *quos recipere nulla ratione poſſumus, propter* Euſebium, *a* Martiniano *tertium, quem conſtat anno 451. in Epiſcopatu vixiſſe. Dicamus igitur obiiſſe* Martinianum *anno circiter 435.*

Martinianus ſedit ſolum an. 13. uſque ad an. 435.

S. Glycerius, ſedit annos 24. depoſitus 18. Kalendas Octobris.

27 *Alibi ſolum 18. anni leguntur, & ex his primos decem aufert Breviarium; nec adhuc auferuntur ſatis, ſi Lazaro ſucceſſori relinquendi ſunt anni 11. Itaque ſolum ultimum minimumque numerum annorum quatuor teneo, cenſeoque* Glycerium *obiiſſe anno circiter 438.* Venerabilem *eumdem appellavit Ennodius, hodie etiam ut* Sanctus *colitur ſed 12.* Kalendas Octobris: *ut dubitem errorem tranſcribentis acceſſerit quinarium, & legi fecerit 17. an vero mutatus ſit dies, ne perderetur pro die 15. Septembris, antiquior cultus S. Nicomedis.* F

Glycerius an. 4. uſque ad 438.

S. Lazarus, ſedit annos 11. depoſitus 14. die menſis Maii, ad S. Nazarium.

28 *Hunc abſolute* Sanctum *appellat prædictus Ennodius: omnes autem qui eum inſcripſere Faſtis, menſem, non* Maii, *legerunt, ſed* Martii: *& hoc veroſimilius eſt, ſic enim in Quadrageſimam incurrens feſtum, neceſſario transferri in alium menſem debuit, prout factum intelligitur ex uſu Mediolanenſis Eccleſiæ,* Lazarum *recolentis 11. Februarii. Circa annos Sedis nemo fere ambigit, quos ut Æra Chriſtiana aptemus, certiſſimam Regulam præbet* Euſebii *ſucceſſoris Epiſtola, ſcripta ad S. Leonem Papam, & ex ſententia Queſnellii data anno 452, ut ſaltem anno 440. Epiſcopus fuerit* S. Lazarus.

Lazarus annos 11. ad 449.

S. Euſebius, ſedit annos 17. depoſitus die 9. menſis Auguſti, ad S. Laurentium.

29 Amicus Dei *ab Ennodio dicitur; ex phraſi autem recentiori qua dies depoſitionis notatur, colligi poteſt a vetuſtioribus Kalendariis abfuiſſe nomen, quod (die 9. Auguſti impedita per SS. Firmum & Ruſticum) nunc invenitur adſcriptum die 17. Si anni Sedis recte expri-*

Euſebius annos 17. ad 414.

mun-

A *mantur, & eorum initium bene ponatur in anno 449. non ipſe, ſed ejus ſucceſſor is fuerit, cujus nomen excidit è titulo Romanæ Synodi, habita anno 465.* Flavio Baſiliſco & Herminerico Coſſ. die 15. Kalendarum Decembrium.

S. GERUNTIUS, ſedit annos 6. depoſitus 7. Maii, ad S. Simplicianum.

Geruntius an. 6. ad an. 470.

30 *Ennodius, abſque ullo venerationis titulo, ſuum Epigramma ſimpliciter inſcribit,* de Gerontio Epiſcopo. *Cum autem in notando depoſitionis die aliquid videatur eſſe defectus librarii: potius quam ſuppleam more Romano* 7. Kalendas *aut* Idos Maii, *ut dies 26. Aprilis aut 9. Maii intelligatur; malim credere a principio ſcripti Catalogi poſitum fuiſſe* V $\overline{m}$ Maii, *id eſt, menſis Maii, quo die nunc reipſa colitur, mortuus anno 470.*

S. BENIGNUS, ſedit annos 8. depoſitus 13. Decembris, ad S. Simplicianum.

Benignus an. 8. ad an. 477.

31 *Et hunc conſequenter anno 477. mortuum dixero, nihil eo dimotus, quod in Lectionibus hodierni Mediolanenſis Breviarii* B *(nam in vetuſtis Lectiones propriæ de hoc Sancto non ſunt, ſed ſolæ Orationes) tantum dicatur ſediſſe ſex annis. Erravit autem vehementer Baronius, in Notis ad Romanum Martyrologium, quando* Benignum *ſediſſe ait* circa annum Domini 460. *nec poteſt adſcribi Typothetis error, quaſi is pro 8. obrepſerit 6. præmittit enim quod* annis ſexaginta poſt quadringenteſimum primum *cœperit, numeris ita ad longum ſcriptis. Alius recte corrigitur ibidem Panvinius, qui putabat ſe eum repeperiſſe in Synodo Carthaginenſi; non animadvertens, Synodum iſtam habitam* poſt Conſulatum Flavii Stiliconis, *id eſt, anno 401. Ennodius,* de Venerabili Epiſcopo Benigno, *ſuum Epigramma inſcribit: propriæ tamen quas dixi Orationes, in Breviariis antiquis reperiendæ, oſtendunt non adeo recentem ejus eſſe cultum, quin ſecalis aliquot in uſu fuerit Mediolanenſium: & quia Orationes iſtæ proponuntur pro* 13. Kalend. Decembris, *quando etiamnunc colitur, vix dubitem quin ita primitus ſcriptum ab Auctore Catalogi ſit, adeoque jam tunc nomen fuerit Kalendariis inſertum.*

S. SENATOR, ſedit annos 3. depoſitus v....... Junii, ad S. Euphemiam.

C

Senator an. 3. ad 480.

32 *Lacunam ſupple & lege* 5. Kalendas Junii: *ſic enim colitur, mortuum juxta calculum noſtrum anno 480. & Ennodio dictus,* Vir Beatiſſimus. *Hunc autem eumdem eſſe, nemo dubitat, qui cum titulo* Presbyteri *legatus S. Leonis Papæ ante Concilium Chalcedonenſe ivit Conſtantinopolim anno 450. & ejuſdem Papæ litteras attulit Mediolanum anno 452. Plura non addo, quia fuſius de ipſo egi ad 28. Maii.*

S. THEODORUS, ſedit annos 9. menſes 8. dies 7. depoſitus 5. Kalendas Aprilis.

Theodorus an. 9. m. 9. ad 490.

33 *Magna nec conſueta huic parti accuratio notandi etiam menſium ac dierum numerum, cujus tamen fructum edacitas temporis nobis invidiſſet, characteres pro majori parte exterens, niſi acutiori oculo eoſdem rimatus Boſſe nobis ſuggeſſiſſet. Et hunc quidem in numero annorum 9. nequaquam deceptum fuiſſe, perſuadet nobis congrua ſucceſſio conſequentium Epiſcoporum: ſed vereor, ne in numero menſium aut dierum aliquid eumdem fugerit: nam a die 28.* Martii, *quo depoſitus* Theodorus *dicitur, retrogradiendo per* menſes 8. dies 7. *non venitur niſi ad* 22. Julii, *quæ anno 480. non fuit Dominica. Suſpicor igitur legendos etiam* menſes 8. *ut habeatur* 22. D Junii, *quæ Dominica fuit. Sediſſet autem hic* Theodorus *uſque ad annum 490. interque ipſum & Senatorem defunctum 28. Maii, fuiſſet Interpontificium* dierum 24. *Nullum nunc ipſe* Theodorus *locum obtinet in Faſtis ſacris aut Officiis: niſi forte hujus occaſione factum ſit, ut in antiquis Kalendariis ad 4. Kal. Aprilis, inveniatur nomen* Theodorici Martyris, *pro* Theodori Epiſcopi: *quo errore non obſervato ſatius cenſuerint Breviarii recognitores ſub S. Carolo, ignotum Eccleſiæ iſti nomen expungere, Ennodius.* De Domno Theodoro, virtotum omnium Epiſcopo, *Epigramma texens, in eoque ſiſtens encomia Præſulum Mediolanenſium, a S. Ambroſio inchoata & per omnes deinceps ſucceſſores ducta; ipſo titulo indicare videtur.* Theodoro *primum defuncto hæc eſſe a ſe compoſita, ſuffecto tamen jam tum* Laurentio; *quem ne viventem laudans verecundia afficiat, ſolum hoc abſque nomine aut titulo votivum ac breve Epigramma ſubjicit, 89. in ordine Epigrammatum ejus,*

Reſtat, quem longo ſervet, Rex inclitus, ævo.

Sanctus LAURENTIUS, ſedit annos XXII. E depoſitus VIII. Kalendas Auguſti, ad S. Caſſianum.

34 *Is qui colligendis Symmachi Papæ litteris inſeruit Ennodii Ticinenſis Dictionem, datam Stephano Vicario, ut diceudam* Maximo Epiſcopo Ticinenſi, *conſecrato ſub annum 498. quaſi jam nominatus Pontifex eam ſcripſiſſet* Laurentio, *ad gratulandum ei Mediolanenſem Epiſcopatum, in magnum perplexitatem potuiſſet lectores conjicere; niſi viri eruditi in nupera Conciliorum editione errorem vidiſſent, vel eo notabilem, quod non ſolum ſtylus ab aliis Symmachi litteris multum diſcrepet, ſed in ipſo etiam contextu appelletur* Maximus; *licet, voce in adverbium* Maxime *flexa, obſcuratus; quodque ibidem multa dicuntur,* Laurentio *neutiquam convenientia. Alioqui oportuiſſet initia hujus differre uſque Pontificatum Symmachi, prædicto anno 498. primum ordinati. Opportune autem ſupereſt prænominati Ennodii Dictio* 1. in Natali Laurentii Epiſcopi Mediolanenſis, *velut jam diuturno Pontificio functi, cum denique Romanæ Synodo 4. interfuit anno 502. & in illa atque ac in tribus prioribus primo poſt Pontificem loco ſubſcripſit. Juxta annos vero qui ipſi tribuuntur,* F *non potuit ultra annum 512. vivendo pertigiſſe. Non habet ille quidem locum in Breviario Ambroſiano veteri aut novo: ſed Joannes Petrus Puricellus, Laurentiana Baſilica, in qua ſub primario altari conditus* Laurentius *jacet, Archipreſbyter, in libro quem de Vita ejus edidit, ejuſdem in eo ut nunc eſt cultum ab immemorabili viguiſſe probat, producto teſtimonio Galvanei Flammæ, qui anno 1339. ſcribit, & veteri ſub altari reperta ſcheda, quæ dicit* Sanctorum Confeſſorum, Euſtorgii, & Theodori, 1494. die 10. Novembris, *ſubintellige corpora, tunc ad arcam illam tranſlata. Quare de ipſo ut Sancto agemus ſine ſcrupulo ad 27.* Julii: *quæ autem hic dicitur veteri nomine* S. Caſſiani *eccleſia, eadem eſt quæ Laurentiana, a* Laurentio *Epiſcopo reſtaurata & aucta, ſub nomine Xiſti.*

Laurentius an. 22. ad an. 512.

S. EUSTORGIUS, ſedit annis 7. depoſitus 8. Id. Junii, ad S. Xiſtum.

Euſtorgius an. 7. ad an. 518.

35 *Obiiſſet ergo anno 518. & ſic commode potuit Theodoricus Gothorum in Italia Rex, per Epiſtolam, ſcriptam a Caſſiodoro, anno 514. Conſule Ordinario, arbitrio ejus committere cauſam Auguſtani Epiſcopi. Eſt autem ea Epiſtola* inſcripta Euſtorgio, viro venerabili, Mediolanenſi Epiſcopo, *lib. 1. variarum Caſſiodori*

num.

A num. 9. quarum quæ prima eſt ad Anaſtaſium Imperatorem, ſua argumenta ſatis oſtendit, ſe ſcriptam eſſe poſt cultam annis multis inter Regem & Imperatorem amicitiam, ſub extremum tempus ejuſdem Anaſtaſii, anno 518. vita functi.

S. Magnus, ſedit annos xxx. depoſitus Kalendis Novembris, ad S. Euſtorgium.

Magnus an. 7 ad 519.

36 Ratio temporis, quo vixit Euſtorgius, & quo poſtmedum floruit Datius, omnino convincit errorem eſſe in numeris: quem agnoſcens Ripamontius, pro triginta ſubſtituit tres: ego malim relinquere tredecim, qui præciſe eſt numerus hic opportunus, ac veroſimiliter neceſſarius: & ſic obiiſſet Magnus anno 529. & quidem depoſitus ipſis Kalendis, quando olim cultum fuiſſe teſtatur Breviarium Ambroſianum, licet ob feſtivitatem Sanctorum omnium, ſub ritu ſolenniori poſtea inductam, Patres Dominicani elegerint eum colere die 3. ipſa vero Mediolanenſis Eccleſia die 5.

S. Datius, ſedit annos xxii. depoſitus
B xix. Kalendas Februarii, ad S. Victorem.

Datius an. 20 ad 552.

37 Obiiſſe hunc anno 552. oſtendimus ad 14. Januarii, proinde cœpiſſe debuit anno 530. ita ut ejus ordinatio immediate præceſſerit famem, cujus cauſa ad Datium ſcribens Caſſiodorus Senator, poteſtatem ei facit frumenta regis in uſus pauperum diſtrahendi. Acta hujus Sancti collegit, ut potuit, Henſchenius noſter: recteque cenſuit num. 3. Relationem ipſius de ea fame Regi miſſam, quæ tale reſcriptum elicuit, amplius non videri quam Epiſtolicam narrationem: quamquam id dubium redderent, Joannes de Deis, Eccleſia Mediolanenſis Acta ſub Sancto Carolo Borromæo, Poſſevinus, Puteanus, Miræus, Ughellus, aliique, dicentes ſcripſiſſe Datium Hiſtoriam ſui temporis. Ex tali autem perſuaſione, quidam Ambroſianæ (ut videtur Bibliothecæ Præfectus, veteri Codici, ante annos facile ſexcentos ſcripto, hunc titulum præſcripſit (eſt enim tituli manus recentior) Chronica, Datii Archiepiſcopi Mediolani nuncupata. Rem ipſam accuratius diſcere cupiens diligentiſſimus Joannes Mabilio, quædam circa codicem eum quæſivit, & mediante Claudio Caſtellono Pariſienſi Canonico, reſponſum accepit, quale inſeruit Tomo 1. Analectorum ſuorum pag. 5. deſinere Chronicon illud in anno 1067. ac fere narrare ea quæ contigere in Eccleſia Mediolanenſi tempore Alexandri II. eſſe autem

Chronicon [illegible] Datio aſcriptum [illegible] 30. & 61.

C non modo non eadem manu deſcriptum, verum neque ab eodem Auctore: nam primam partem, inquit, ſcripſit Landulfus Senior, ſecundam Arnulfus, & tertiam Landulfus junior, omnes Hiſtorici Mediolanenſes. Addiderim, idem Chronicon aut parum aut nihil facere ad hiſtoriam Epiſcopalem, cum ex eo nihildum ii protulerint, qui illam Mediolani tractarunt, ipſumque Codicem potuerunt legiſſe.

Vitalis, ſedit annos iv. depoſitus ad S. Vitalem.

Vitalis an. 4. ad an. 555.

38 Hic, immediate poſt nuntiatam Datii peregre defuncti mortem, ordinatus Epiſcopus, & quarto ſuæ Sedis anno defunctus, Chriſti 555. præciſe pervenit ad annum Juſtiniani Imperatoris 29. quando morte ejus vacaſſe Sedem mox apparebit. In tabula Archiepiſcoporum Synodali laudatur, quod in ea temporum perturbatione, quibus Longobardi iterum Italiæ opes afflixerant, omnem vigilantiæ ſuæ vim in Paſtoralibus ſtudiis atque officiis poſuit diligentiſſime. Non tamen Sanctus dicitur, neque Depoſitionis dies uſpiam notatus reperitur: credo, quia Mediolanenſi Clero Auctor fuit, ut damnationem trium Capitulorum, conſentiente S. Datio ſubſcriptam a Vigilio Papa, non reciperent; eorumque ducem ſe præbuit; quorum pertinacia poſt mortem ejus erupit in apertum ſchiſma, contra Romanam Eccleſiam & Pelagium Papam. Quid autem in ordinando Vitalis ſucceſſore acciderit, intelligitur ex ejuſdem Pontificis Epiſtola, ſic ad Narſetem ſcribentis. Recolere debet Celſitudo veſtra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Iſtriam & Venetias tyranno Totila poſſidente, Francis etiam cuncta vaſtantibus, non ante tamen Mediolanenſem Epiſcopum fieri permiſiſtis, niſi ad Clementiſſimum Principem eamde retuliſſetis; & quid fieri debuiſſet ejus iterum ſcriptis recognoviſſetis: & inter ubique ſervientes hoſtes, Ravennam tamen, & is qui ordinabatur, & is qui ordinaturus erat, providentia Culminis veſtri, deducti ſunt. D

qui damnationi 3. Capitulorum adverſatus.

39 Ex Agathia, ipſius illius ævi Hiſtorico, ſcimus, iſtam Francorum irruptionem ad annum 29. Juſtiniani pertinere: jam autem iterata ad Imperatorem ſcriptionis cauſa alia nulla videtur Narſeti fuiſſe, quam quia tam Clerus Mediolanenſis quam ipſe ejus Electus damnationi trium Capitulorum, ab Imperatore intentæ, palam refragabantur. Evicit tamen Narſes auctoritate ſua, ut, dum exſpectatur definitio Synodi univerſalis, ſuper ea quæſtione Conſtantinopolim convocandæ, Ordinatio procederet, ſaltem ſub promiſſione parendi decretis illius, ſi ipſa quoque Synodus dicta tria Capitula damnaret. Sed nihil minus factum ab illis qui ſemel animum obfirmaverant, diſſimulante cum iis Narſete, quemadmodum tota illa Epiſtola 3. Pelagius, queritur de Liguribus atque Veneticis & Iſtriis Epiſcopis, quos, inquit Papa, idonea eſt Excellentia veſtra & ratione & poteſtate comprimere; & dimittis eos, in contemptum Apoſtolicarum Sedium, de ſua ruſticitate gloriari. Poſtea vero Epiſtola 5. ad eumdem Narſetem, ab eorum quidem communione alienum, adhuc tamen agentem remiſſius; Iſtud eſt, inquit, quod à vobis popoſcimus & iterum poſtulamus, ut Paulinum Aquilejenſem Pſeudoepiſcopum, & illum Mediolanenſem Epiſcopum, ad Clementiſſimum Principem ſub digna cuſtodia dirigatis: ut & iſte, qui Epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quia contra omnem Canonicam conſuetudinem factus eſt, alios ultra non perdat; & ille, qui contra morem antiquum eum ordinare præſumpſit, Canonum vindictæ ſubjaceat. Ita Pontifex contra adverſarios Synodi V. anno 557. celebratæ. E

ejuſdem ſententiæ ſucceſſorem habuit ſchiſmaticum;

Paulinus [illegible] ſchiſmatis [illegible] ordinatorem.

40 Regebat eccleſiam Aquilejenſem ante Paulinum Macedonius quidam, quem cenſeo a Narſete evocatum Ravennam, ut ibi conſecraret Electum Mediolanenſem, Vitalis ſucceſſorem: a quo poſtea ordinatus contra Canones Paulinus dicitur. Ughellus crimen hoc impingit S. Honorato, ſed hunc mox apparebit anno primum 568. Epiſcopatum ſuſcepiſſe: tantumdem dixero de S. Auxanio, duorum dumtaxat annorum Epiſcopo ante Honoratum. Quid ergo? Quem nominare non eſt dignatus Pelagius Papa, dicam innominatum latere; &, quamvis totis duodecim annis Eccleſiæ Mediolanenſi incubuerit, ſicut olim Auxentius, exule & mortuo S. Dionyſio, a reverſis ad Eccleſiæ unitatem Mediolanenſibus, expunctum a Diptychis, Sedem autem Catholico Epiſcopo vacaſſe uſque ad annum 566. F

[illegible] anonymum uſque ad an. 566.

41 Agemus nos ad 17. Junii de S. Gundulpho, Epiſcopo & Confeſſore, tamquam celebrem valde cultum habente in agro Bituricenſi; dabimuſque hiſtoriam Tranſlationis & Miraculorum ejus, dolentes non reperiri relationem certaminum, ab illis ſcriptam, qui piis ejus actibus intereſſe meruerunt: & opera juſtitiæ, quæ per eum Dominus operari dignatus eſt, viderunt. Interim præſumere poſſumus, ex eadem relatione eſſe acceptum, quod ibi dicitur, fuiſſe Gundulphum Mediolanenſem Archiepiſcopum, qui propter mala ſuæ civitatis, quæ per eum Dei juſtitia nondum ſedare diſpoſuerat, ab

pro eo videri poſſet ordinatus Romæ S. Gundulfus,

eadem

Digitized by Google

A eadem urbe digrediens, comitante grege diſcipulorum ac ſociorum, tranſcenſis Alpibus Bituricas partes adiit, & ſilvam, vaſtitate eremi a frequentia humanæ converſationis & acceſſu valde remotam, inibi reperiens, eremiticæ vitæ & contemplationi vacare ſtuduit. *Hæc ſi fidem aliquam, in ſilentio Italicorum ſcriptorum omnium, recentium ac vetuſtiorum, mereantur; non aliter eam poterunt invenire, quam comminiſcendo veroſimilem aliquam iſtius ſilentii cauſam. Talis autem fortaſſis habebitur, ſi concipiatur iſte S. Gundulphus (manifeſtato jam ſchiſmate, & lata contra Epiſcopos ejus tenaces ſententia excommunicationis, cum Imperiali de ipſis gradu movendis mandato) deſignatus fuiſſe aut etiam ordinatus Mediolanenſium Epiſcopus; prævalente tamen ſchiſmaticorum factione numquam receptus, tranſiiſſe in Gallias, ubi inanis titulus* Archiepiſcopi Mediolanenſis *ipſi adhæſerit.*

ſed aliquod ſuſpicor;

42 Sed *repugnare videtur conjectura iſti Venantius Fortunatus, eadem hac ætate Pictavenſis Epiſcopus, in Vita S. Radegundis Reginæ, illuſtranda 13. Auguſti, dicens, quod Sancta, mox a conſecratione ſua Diaconali (hanc autem ſuſcepit circa annum 544.) inter alia*

In quam anno 544. viſitaverat S. Radegundis Regina,

B *piorum hominum, quæ viſitavit & oblatis muneribus ornavit, oratoria ſive cellas,* æquiter S. Gundulfi (poſt Mettis Epiſcopi) progreſſa receptacula, quæ minori laboratu nobilitavit ſynergium, *ſeu fabricam monaſterii. Attamen, Metenſibus æque ac Mediolanenſibus ejuſmodi Epiſcopum ignorantibus, adeo non evertitur conjectura prior, ut potius, ex ipſa illa obſcuritate, lucis ac roboris aliquid accipere poſſit.* Primum *enim intelligitur, Sanctus iſte* Gundulfus, *ante ſuam promotionem qualemcumque, ad Ligerim fluvium habitaſſe* (hinc enim felici navigio Turonis appulſa *dicitur* Regina *Noviomo veniens*) *atque eatenus corrigitur prior relatio: deinde oportet aliquod in nomine* Mettis *vitium agnoſcere, cum Metenſes intra annum 535. & 598. ſeptem omnino Epiſcopos numerent, abſque ulla apparentia alicujus hiatus. Quin igitur vicinam* Medinmatricum *nomini nomen requirimus, &* Mediolanum *ſubſtituere liceat? pro quo vel ipſi Venantio, vel potius Sanctimonialibus eam tranſcribentibus (nam perquam varia ſatiſque mendoſe tranſcripta a feminis invenitur Vita) obrepſerint* Mettæ, *Epiſcopalis civitas Galliæ; non capientibus forſitan illis, quomodo homo Gallus, alibi quam in Gallia fuiſſet Epiſcopus. Hunc autem vel devotioſua vel alia quapiam cauſa*

alibi perperam dictus Metenſis Epiſcopus.

C *Romam adduxerit eo ipſo tempore, quo Pelagius Pontifex angebatur, quomodo laboranti Eccleſiæ Mediolanenſi ſuccurreret; is vero idoneum* Gundulfum *cenſuerit tentanda, ſi qua ſederet, occaſioni, ad Sedem illam excluſo ſchiſmatico Epiſcopo repurgandam, cum auxilio Imperialium miniſtrorum: quod tamen eis non ſucceſſerit, remiſſiſque dictum eſt agente Narſete, ægreque ad violenta conſilia contra Schiſmaticos procedente.*

43 *Petrus Paulus Boſca, qui hanc de* S. Gundulpho *cogitationem primus mihi per litteras ſuggeſſit, in Micrologo ſuo de Serpente æneo, pagina 48. invenit quemdam* S. Sabinum, Mediolanenſem Antiſtitem, qui cum Divo Theodoro Abbate Caſinenſi, poſtquam venerabundus Servatoris Jeſu tumulum adiit, ad Montem Sinai pertraxit, ut Martyris Catharinæ corpus coleret; ubi injurioſius tractatus a Barbaris, reſectis naribus auribuſque, erutis oculis exciſaque lingua, minime tamen elinguis, ejuſdem Martyris ope incolumis cum Mediolanum rediiſſet, anulum ſibi a Catharina, cum membrana aureis litteris inſcripta, donatum attulit. *Fatetur ille quidem*, Sabinum *iſtum*, neque in necrologiis, neque in ullis Mediolanenſis Eccleſiæ tabulis, *inveniri; opportunum tamen cenſet ſupplendis lacunis, quas inter ſequentes infra*, Honoratum *&* Laurentium, *agnoſcendas putat. Ego inter iſtos adeo nullam lacunam*

Et qui alii ſuggerunt S. Sabinum,

reperio, ut nec amatos quidem annos invenire poſſim, qui Honorato *ejuſque ſucceſſoribus aſſignantur uſque ad* Deuſdedit, *quem conſtat anno 600. electum eſſe Epiſcopum. Ad hæc ergo tempora potius pertinuiſſet ille, æque ac* Gundulphus *numquam Mediolani agnitus & receptus, ſi atque conſtaret eum in rerum natura fuiſſe. Sed* Petrus de Natalibus *&* Iacobus Ianuenſis *(tertius* Zacconas, *quis ſit ignoro) quos allegat Boſca, tamquam iſta referentes in Vita ejuſdem S. Catharinæ; Petrus quidem lib. 10. cap. 105. Iacobus vero cap. 167. Sed inquam, Auctores hi duo, præterquam quod fidei non admodum ſint magnæ, revera nihil ſimile habent in ſuis primis editionibus, quales apud nos extant. Extat autem apud nos Catalogus quidem Sanctorum Petri, editus Vicentiæ anno 1493. & Lugduni anno 1514. ſicut tunc habebatur MS. & ante annos fere nonaginta compoſitus; Legenda vero Aurea ſive Hiſtoria Lombardica Iacobi, ſeculo ante Petrum ſcribendo antegreſſi, primum excuſa inter rudimenta typographicæ artis abſque anni nota, tum Coloniæ anno 1485. & Argentinæ anno 1496. Neſcio ergo, quos auctores, adeoque poſteriores magiſque ſuſpectas impreſſiones Boſca habuerit. Ille autem Theodorus Caſinenſis Abbas (unus eorum ſcilicet, qui, poſt everſum a Longobardis S. Benedicti monaſterium, Romæ ad Lateranum collectas illius reliquias rexerunt) dicitur falſo tertius ab Abbate Valentiniano, S. Gregorii Papæ coævo, & ſub hujus ſucceſſore Bonifacio III. floruiſſe, adeoque eſt annis minimum quinquaginta hoc de quo agimus tempore poſterior, anno 630. fortaſſis adhuc ſuperſtes. Licet Trithemius, nullo certe argumento dicat, eum anno circiter 570. claruiſſe. Verum, omiſſis iſtis, redeamus ad Catalogum noſtrum.*

D

Sed ignoti illi quos allegat auctoribus,

nec hujus temporis optimi.

E

S. Auxanius, ſedit annos ii. depoſitus iii. Nonas Septembris, ad S. Stephanum ad Rotam.

44 *Titulus Sancti, ſub quo ab Eccleſia Mediolanenſi colitur die præſcripto, ſecuros nos reddit de ejus Catholica fide, ideoque non dubitamus proximum S. Honorati deceſſorem, altero ante illum anno, id eſt, 566. primum Cathedram admovere. Libenter porro epinarer, ejus potiſſimum opera ad Eccleſiæ unitatem reductos Inſubriæ Epiſcopos, dum in ſchiſmate adhuc perſiſtebant Epiſcopi Iſtriæ, ad quos eorumque caput Aquilegienſem Eliam habemus tres Epiſtolas commonitorias Pelagii II. Indictione 5. id eſt, anno 587. datas.*

Auxanius annis 2. ad 568.

F

S. Honoratus, ſedit annos duos, depoſitus ad Nocetam.

45 *Ergo primo Epiſcopatus ſui anno, Chriſti 568. quieta adhuc Italia, excipere hoſpitio potuit S. Veranum Cabellicenſem Epiſcopum, uti ad ipſius S. Honorati diem, qui anno 8. Februarii agitur, oſtenſum eſt numero 25. Anno autem ſequenti,* Alboin Liguriam introiens, indictione ingrediente tertia, 3. Nonas Septembris, *id eſt, anno Chriſti 569.* ſub temporibus Honorati Archiepiſcopi, Mediolanum ingreſſus eſt. Dehinc univerſas Liguriæ civitates, præter eas quæ ad mare ſunt, cepit; Honoratus vero Epiſcopus, Mediolanum deſerens, ad Genuenſem urbem confugit. *Ita Paulus Diaconus lib. 2. de geſtis Longobardorum cap. 25. Colebatur antiquitus* S. Honoratus *Mediolani die 26. Februarii: quem crediderim fuiſſe anniverſarium relati* Mediolanum *ad Nocetam corporis.*

Honoratus annis 2. ad 570.

Frontus, ſedit annos xi. depoſitus in Genua ad S.....

46 *Ta-*

Frontonus invaſor ſedis, an. 3. cum ſolus, uſque ad 573.

A 46 *Tabula Synodalis* Frontonium *nominat, & omnes intruſum volunt in locum* S. Honorati; *quapropter invaſæ Sedis* pœnam dediſſe nefaria morte, *aſſerit eadem Tabula:* Ughellus, vel hiante terra abſorptum, vel cœleſti igne abſomptum miſere interiiſſe. *Quidquid ea de re ſit, non potuit Sedem qualitercumque occupatam, ſolus tenuiſſe, niſi annos tres vel quatuor, ſi vero annis 19. eam tenuit is qui ſequitur, cum hunc anno 592. 21. Auguſti oporteat obiiſſe, ut mox dicetur. Fortaſſis vivente Genua* S. Honorato, *ipſe* Frontos *Mediolani fuerit ſuperordinatus ſacrilege, & poſt legitime ibidem Genua inſtitutum* Laurentium, *perrexerit nihilominus inter ruinas deſolatæ urbis titulum tenere Epiſcopi, ac demum comprehenſus Genuamque abductus, ibidem obierit anno* 581

Prima pars perfecta.

47 *Atque ita finitur nobis* Pars prima *Catalogi, quam libet credam eſſe compoſitam ab eo, qui ſecundam tertiamque Partem in unum corpus collegit; vel ſaltem ab Auctore Partis ſecundæ, ſed ab altero iſto interpolatam, atque ex proprio ejus calculo non ſemper feliciter reformatam: eatenus tamen cenſeo præferendam omnibus poſteriorum ſcriptorum ſupputationibus, quatenus nullam habet ex antiquitate contradictionem. Credere quin etiam libet, everſa urbe ſuperfuiſſe aliqua ſcriptorum monumenta, ex qui-*
B *bus non ſolum nominum ſeries hauſta ſit, ſed etiam annorum quo quiſque ſedit numerus.*

P A R S II.

Genuæ tempore exilii Epiſcopalis ſucceſſive ſcripta.

Laurentius, ſedit annis xviiii. menſibus vii. obiit xii. Kalendas Septembris, ſepultus eſt in Genua ad S. Syrum, vixit annis lxxxv.

Laurentius annos 19. ad 592.

48 E*Cce notabilem Styli mutationem. In prima Parte ſolum notabatur tempus Sedis & Depoſitionis dies (nunc locum poſtea adjunctum ſenſim) hic non depoſitus quis, ſed obiiſſe dicitur; quod deinceps ſervatur. Secundo non ponitur ſimpliciter nomen loci; quia hoc ſolum poſitum, indifferens eſt ad ſignificandã primam receas defuncti corporis, vel ſecundam aliunde tranſlati ſepulturam; Auctori autem qui notavit in prima parte locum non erat facile iſtud diſtinguere; ideoque prudenter abſtinuit a voce* ſepultus eſt, *qua uſi ſunt Partis ſecundæ ac tertiæ Auctores. Tertio additur ſpatium vitæ: unde colligo de ſingulis, ipſo quo obierant tempore, hæc eſſe Genuæ ſcripta; idemque faciendum fuiſſe in tertia Parte, ſi hæc quoq; ſucceſſive eſſet notata, ipſo quo quiſque obiit tempore. Sed quia poſt unius alteriuſve ſeculi decurſum dicta Pars tertia primum colle-*
C *cta fuit, ideo nec curavit ejus colligendæ Auctor ætatem addere, quam de pleriſque invenire veroſimiliter haud potuiſſet: fortaſſis etiam ſecundam hanc Partem numquam vidit, ut ejus exemplo moveretur annos vitæ indagare, & quando poſſet annotare. Hanc ergo totam ſecundam Partem putamus præcipuum fidei & auctoritatis gradum mereri. Extat l. 2. Epiſtolarum S. Gregorii una n. 61. ſcripta* Magno Eccleſiæ Mediolanenſis Presbytero, *qua hortatur eum, ut, non obſtante Excommunicatione, a defuncto* Laurentio *inflicta innocenti, ſtrenue incumbat in electionem ſucceſſoris, Clerum, utpote diſperſum, ad eam accelerandam urgendo. Eſt ea Epiſtola data menſe* Martio *Indictionis 11. adeoq; anno 593. quare ſi obiit* Laurentius *21. Auguſti præcedentis, ut præfertur, per 7. menſes annoſque præſcriptos retrogradiendo, venies ad Ianuarium anni 573. quando littera Dominicalis A, aptum conſecrationi diem indicat, 22. ſcilicet menſis prædicti.*

Constantius Epiſcopus, ſedit annis xviii. obiit die iii. menſis Septembris, ſepultus in Genua in Domo S. Ambroſii, vixit annis c.

D 49 *Hæc rurſum apparent ſcripta ab alio, dum additur titulus* Epiſcopi, *numquam antea præpoſitus: & vulgari modo numeratur dies menſis: nec niſi rotundo annorum numero explicatur tempus Sedis. Sed ipſi numero ineſt error, ex S. Gregorii Epiſtolis manifeſte redarguendus. Laudat illum Epiſtola 68. l. 2. ſanctus Pontifex, ut* quidodum ſibi bene cognitus fuerit: & eum in Urbe regia (CP.) reſponſa Sedis Apoſtolicæ faceret *ipſe Gregorius,* longo tempore ei adhæſerit: *laudat vero & Electionem de eo factam, tranſmittitque Subdiaconum ſuum Ioannem, qui eum faciat Epiſcopum conſecrari.* Scribebat hæc Gregorius menſe Aprili Indictione 11. *atque adeo anno* 593. *Ultima autem* Epiſtola Indictionis 3. *adeoque ad æſtatem anni* 600. *ſpectante, conſolatur Clerum de illius obitu; & omnino grate ſuſcipit, quod* Deuſdedit *Diaconum ſuum (ut* etiam *notum fuerat* Conſtantio) *ad Epiſcopatus efficium unanimes elegerint. Itaque, ut* Conſtantius *fuerit menſe Majo ordinatus, non potuit fuiſſe Epiſcopus niſi annos 8. & menſes paucos, quos ſcriptor hic non curavit notare; & vacarit ante ipſius Ordinationem Sedes men*ſes amplius 8. *In anno ætatis vereor ne error ſit & 100. pro 50. irrepſerit, quis enim credat, nonagenario majorem fuiſſe electum?*

Conſtantius annos 8. ad 600.

Deus-dedit Epiſcopus, ſedit annis xxviii. mense uno, diebus xiiii. obiit iii. Kalendas Novembris, ſepultus in Jenua ad S. Syrum, vixit annis xc. E

Deuſdedit annos 28. ad 629.

50 *Quamquam mox ab obitu deceſſoris electus, Pontificique Gregorio propoſitus a Clero Mediolanenſi hic ſit, uti ſupra vidimus; ex ſequentis tamen libri & Indictionis 4. Epiſtolis liquet, Pantaleonem Notarium, qui deſignatus erat, ut examinata Electione Electum faceret ordinari, Genuam ad id profectum non eſſe niſi ſpatio temporis longiore interjecto; eo quod, ſicut ex priori Epiſtola liquet, Longobardi aliquem Epiſcopum prætendebant, & in ſic electum negat Gregorius ullatenus ſe conſenſurum. Interim lib. 9. Ep. 10.* Populo, Presbyteris, Diaconis, & Clero Eccleſiæ Mediolanenſis, *uti Sede Vacante, commendatur cauſa cujuſdam Arethuſæ, & per* Epiſtolam 11. *demum mittitur Genuam Pantaleon: ubi ſi* Deuſdedit *ordinatus dicatur in Dominica, die 17. Septembris, vacaverit ante hanc Ordinationem Sedes illa* annum 1. dies 13. *ipſe vero moriens anno 629. 30. Octobris, ſederit præciſe tot annis, menſibus, ac diebus, quot ei tribuuntur. S. Gregorius ſcribens ad eum libri* 10. Epiſtolam 42. Deodatum *vocat; Tabula vero Synodalis* Theodatum.

Austerius Epiſcopus, ſedit annis x. menſibus v. diebus vii. obiit die iv. menſis Julii, ſepultus in Jenua ad S. Syrum. Vixit F annis xc.

Auſterius annos 10. ad 640.

51 *A die 4. Iulii, retrogradiendo per deſignatos menſes ac dies, & utramque extremum iis includendo, pervenitur ad* 28. Januarii, *eamque Dominicam anni* 630. *qua fuiſſet ordinatus* Auſterius; *adeoque ceſſaverat Epiſcopatus poſt mortem* Deuſdedit, *menſes 3. obierit autem ipſe* Auſterius *anno* 611.

P A R S III.

Mediolani circa annum dccxlvi. *ſcribi cœpta, & uſque ad* mlxxxvi. *continuata.*

Fortis Epiſcopus, ſedit annos iii.

Fortis an. 3. uſque ad 644.

53 V*El ipſe Auctor hujus Partis ignoravit diem obitus & locum ſepulturæ, vel qui Partes ſimul ambas deſcribendo conjunxit, autographum habuit priori facie corruptum. Primum exiſtimo veroſimilius eſſe: non tamen propterea affirmaverim cum* Ughello, *Genuæ potius quam* Mediolani *ſepultum circa finem anni 644.*

S. Jo-

A S. JOANNES Epiſcopus, ſedit annos x. obiit IV. Nonas Januarii, ſepultus eſt ad S. Michaelem in Domo.

Joannes an. 10. ad 655. 54 *Abeſt nomen ab antiquis Eccleſiæ Mediolanenſis Kalendariis. Primus Galeſinius Sanctorum Faſtis illud addidit, ſed ubi nos* 4. Nonas *legimus, ipſe* 4. Idus *legit aut legiſſe credidit, ſcriptor utique non valde accuratus. Galeſinium ſecutus Baronius in augendo Romano Martyrologio, nos etiam coegit de hoc* S. Joane, *cui a morum innocentia & integritate* Booi *cognomentum manſit, ad diem* 10. *Februarii agere. Cum autem vel* 4. Nonas *vel* 4. Idus *coli* Joannem *Purificationis ſolemnitas, & S. Scholaſticæ feſtum antiquiori uſu receptum, prohiberet; placuit poſtremis Breviarii Mediolanenſis recognitoribus anno* 1635. *locum ei dare* Pridie Idus Februarii. *Ad tempus Sedis quod attinet, anno* 649. *Romana Synodo conſentiens* ſubſcripſit: *mortuus circa annum Chriſti* 655. *aut etiam aliquot annis ſerius, ſi plurium annorum intervallum interjiciatur inter* Auſtrenum & Fortem, *vel inter hunc &* Joannem. *Tertius certe a* Joanne *Epiſcopus* Ampelius *haud diu ante annum* 668. *potuit fuiſſe ordinatus, ſiis ſolum annos* 5. *ſedit: atqui inter hunc &* Joannem *qui ſederunt,* Antonius & Mauricillus, *prior annos dumtaxat duos, alter menſes ſolum quatuor di-*
B *cuntur impleviſſe; aut igitur totum circiter octennium & amplius variis ſucceſſive vicibus Sedes vacuvit, aut anni aliquot alterutri adſcribendi e Catalogo exciderunt, quod crediderim.*

S. ANTONIUS Epiſcopus, ſedit annos II. obiit pridie Kalendas Novembris, ſepultus eſt ad S. Simplicianum.

Antonius annos 2. ad 657. 55 Menſes 2. *dumtaxat Henſchenius tranſcripſerat; ſed annos ponendos ſuggeſſit Boſca, idque tanto facilius credo, quanto in hiſce reductorum Genua Epiſcoporum principiis vacui ſpatii plus reperio. In veteri anni* 1539. *Breviario nihil adhuc de illo reperiebatur; in Miſſali anni* 1522. *etiam nihil, niſi quod ad ultimam diem Octobris inſcriptum eſt nomen Kalendario, & hoc ipſum fuis in Breviario poſtea omiſſum. Secutus eſt hoc Galeſinius, cum Baronius atque Ferrarius; & hi omnes* Antoninum *vocant. cum in Ms. ſimpliciter habeatur* Antonius: *quia autem ultimus dies Octobris concurrit cum Vigilia Sanctorum omnium, retrahere illum ad* 29. *placuit Breviarii Mediolanenſis recognitoribus, &* ſolenne *feſtum agendum*
C *præſcribere. Quoad porro certius aliquid occurrat de tempore mortis, lubet eam adſcribere anno* 657.

S. MAURICILLUS Epiſcopus, ſedit menſes IV.

Mauricillus forte an. 10. m. 4. ad an. 668. 56 *Si liceret* menſibus 4. *præponere* annos 10. *& credere eos excidiſſe tranſcribenti Catalogum; poſſet Epiſcopatus hic protrahi uſque ad annum Chriſti* 668. *circa quem oportet ſtatuere ſucceſſoris initium, uti jam monui, nec opus erit ullum hic vel alibi hiatum admittere. Quidni autem id tantiſper liceat commodioris Chronologiæ cauſa? Sepulturæ locus ignorabatur cum hæc ſcriberentur. Anſpertus, anno* 870. *factus Archiepiſcopus Mediolanenſis, ſui Præſulatus tempore, quod* 13. *annorum fuit, eccleſiam S. Satyro condidit, in illamque* S. Mauricilli *corpus tranſtulit. Inveneritne, cum corpore notatam ſancti viri Depoſitionem* pridie Kalendas Aprilis, *quis dixerit? Tali certe die mortuum tradi ſcripſit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, & nos ipſum ſecuti. Quis nobis tunc ſuggeſſerit in Kalendario Miſſalis Ambroſiani, anno* 1560. *excuſi, nomen ejus tali die notari, non recordor; idque an verum ſit tanto magis nunc dubito, quod Ferrarius, anno* 1613. *ſuum Catalogum imprimens, talis* Kalendarii *non habuerit notitiam; ſed contra viderit* in tabulis eccleſiaſticis, ad uſum ſacrum quotannis confectis, haud ita deſcriptum legi, *neque in Kalendariis Breviarii & Miſſalis, quæ poſtea nacti ſumus impreſſa* D
1522. *&* 1539. *tale quidpiam invenerimus; ſed ſolum in Tabula Synodali anni* 1584. *nihil autem de eo ſit etiam in recentiori anni* 1635. *Breviario, ubi nec nomen quidem inſcriptum eſt Kalendario.*

S. AMPELIUS Epiſcopus, ſedit annos 5. ſepultus ad S. Simplicianum.

57 *Colitur hic* 8. Julii, *& ſic inſcribitur Kalendariis, etiam antiquioribus: interim Ferrarius &* Ughellus, *ex Actis eccleſiæ ſub S. Carolo confectis, aſſerunt obiiſſe* 6. Idus Februarii, *quod videtur anno* 672. *contigiſſe: adeoque ſeptem annis citius quam Pontificatum Romanum auſpicaretur Agatho, primum anno* 679. *ordinatus, cujus tamen regimini adſcribitur in Tabula Synodali. Qui eum a* Joanne V. *unius tantum anni Pontifice, ordinato ſub annum* 686. *fuiſſe canonizatum aſſerunt haud facile probabunt jam tum uſu receptum fuiſſe, ut hujuſmodi cauſæ ad Romanum* Pontificem *deferrentur.* Ampelius an. 5. circa an. 672.

S. MANSUETUS Epiſcopus, ſedit annos 12. obiit XI. Kalendas Martii: ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

58 *De hoc jam egimus in Februario, geminumque Epiſcopatus ejus reperimus monumentum, alterum in Synodo Mediolanenſi, quam celebravit anno* 679. *alterum in Romana, cui interfuit ſequenti anno ſub Agathone Papa: ſed quod ab hoc ordinatus Epiſcopus fuerit, neque tunc probavimus, neque nunc poſſumus non improbare aſſeverantius; & omnino exiſtimamus anno circiter* 681. *obiiſſe. Ejus ſepulcrum an etiamnum extet diſputat Puricellus in monumentis Ambroſianis pag.* 776. *& ſeqq.* E Manſuetus annos 12. ad 681.

S. BENEDICTUS Epiſcopus, ſedit annos XLVII. obiit V. Idus Martii, ſepultus ad S. Ambroſium.

59 *Abeſt nomen a Kalendariis Mediolanenſibus: in recentiori autem Breviario ponitur ad* 6. *Septembris, cum ſolenni officio: quia ſcilicet Eccleſiæ Mediolanenſis ritus proprius nulla Sanctorum feſta recipit infra Quadrageſimam celebranda. Pro Sancto tamen ſemper habitum perſuadet auctoritas Pauli Diaconi, l.* 6. *de geſtis Longobard. cap.* 29. *ex quo etiam habetur, quod ejus Epiſcopatus concurrit cum regno Ariperti, quod hic ab an.* 706. *ad annum* 718. *tenuit. Galeſinius, qui primus* Benedictum *inſeruit Faſtis ſacris, quos quidem vidimus, & ſequacem Baronium aliosque habuit.* 5. Idus Martii *alicubi legit; & ſic de eo egimus die menſis* 11. Mortem *ejus non poſſe differri ultra annum* 725. *ex aptu ſubſequentium Epiſcoporum ſerie ſic apparet, ut, niſi ipſis abundent anni* 4. *aut* 3. *neceſſario abundent* Benedicto, *qui ante annum* 681. *non poteſt in Epiſcopatum induci, propter* Manſuetum, *ut vidimus, anno* 680. Romæ *præſentem. Ratio autem exigit, ut inter initia hujus tertiæ Partis, potius quam in progreſſu, ſupponatur erratum, ſi error Auctori eſt imputandus. Itaque* Benedicto *annos Sedis dumtaxat* 44. *tribuo: facile enim fuit pro* 4. *legi ac ſcribi* 7. Benedictus an. 44. non 47. ad 725. F

THEODORUS Epiſcopus, ſedit annos XIV. ſepultus in monaſterio Aurono.

60 *Quo menſe obierit non notatur: quia tamen inter ejus depoſitionem & Ordinationem Succeſſoris videtur plus quam menſis unus interjiciendus, debet* Theodorus *mortuus dici anno* 739. *ordinatus* 725. *nec potuit exequias celebraſſe Regis Luitprandi anno* 743. *defuncti.* Auronum Monaſterium *eſſe ſuſpicor, quod hodie* Arona *dicitur, condito ſub annum* 984. *circa ipſum oppido cum arce S. Caroli Borromei Natalibus nobili (proprius enim familiæ* Borromeæ *locus eſt) monaſterium vero nunc habet Societas Jeſu, fecitque tertiæ ſuæ Probationis domum.* Theodorus annos 14. ad 739.

S. NA-

A S. Natalis Epiſcopus, ſedit menſes xiv. obiit pridie Idus Maji, ſepultus eſt ad S. Gregorium.

Natalis m. 14. ad 741. *61 Colitur tamen, ut Sanctus, 3. Idus ſive die 13. Maji; fortaſſe quod ſequens dies eſſet Translatione S. Victoris impedita; ipſa vero Idus, Evaſii Epiſcopi & Martyris feſto. Debuit autem fuiſſe Ordinatus circa Idus Martii, puta 13. die, ut anno 640. in Dominica id factum ſit: videntur enim menſes ſoli notari abſque ſcrupuloſa ſupputatione dierum; itaque obierit anno 741.*

Arifredus Epiſcopus, ſedit menſes ix. ſepultus eſt ad S. Nazarium.

Arifredus m. 9. ad an. 742. *62 Si citra moram fuiſſet electus poſt Natalem, potuiſſet in Februario anni 742. obiiſſe; ſed nihil eſt quod tam propere electum ſuadeat, cum ſucceſſor ſolum fuerit ordinatus menſe Auguſto, anni jam dicti; ut praſtet Interpontificii menſes ſex dividere, quorum pars Arifredi electionem præceſſerit, pars ſecuta ſit obitum.*

Stabilis Epiſcopus, ſedit annos ii. menſes iv. obiit Idibus Decembris, ſepultus eſt

B ad S. Ambroſium.

Stabilis an. 2. m. 4. ad an. 744. *63 Utique anno 744. atque adeo ordinatus anno 742.* pridie Idus Auguſti, *id eſt 12. die, qua anno iſte fuit Dominica 12. poſt Pentecoſten. Poſt obitum autem ejus vacavit Sedes uſque ad Majum ſequentis anni, menſes circiter quinque.*

Lætus Epiſcopus, ſedit annos xiii. menſes xi. obiit pridie Nonas Aprilis, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

Lætus an. 13. m. 11 ad 759 *64 Colit hunc ut* Beatum *Ughellus ait, & Tabula Synodalis ornat eum titulo iſto; ſed quia nullum ejus cultus indicium in veteribus noviſque Kalendariis reperitur, neceſſe habuimus 4. Aprilis, eum tantiſper inter Prætermiſſos ponere, donec de eo certius doceremur. Quoniam autem juxta hos calculos (quos reliquorum Epiſcopatuum optima ſequela confirmat) ordinatus menſe Majo anni 745. (fortaſſis pridie Nonas, id eſt, 6. menſis, in quem tunc cadebat feſtum Aſcenſionis, vel Dominica immediate ſequenti, id eſt, 9. die) obiit anno 759. potuit functus eſſe Legatione Stephani Papæ III. ad Pipinum Francorum Regem; non tamen ad annum 769. perveniſſe, quod ex Ughelli calculis acceptum, vellemus in noſtro Aprili emendatum.*

Thomas Epiſcopus, ſedit annos xxviii.

C dies v. obiit v. Kalendas Octobris, ſepultus ad S. Ambroſium.

Thomas an. 24. non 28. ad 783. *65 Ergo ordinatus fuiſſet 9.* Kalendas Octobris, *qua dies ipſe anno 759. Dominica fuit, cum Sedes vacaſſet plus quam quinque menſibus: obiiſſet autem anno 787. quod eſſe nulla ratione poteſt. Extat enim, & a Joanne Petro Puricello inter Eccleſiæ Ambroſianæ monumenta profertur, indeque ab Ughello tranſcribitur, inſtrumentum conceſſionis factæ a Benedicto Abbate, in favorem Theoperti Clerici, atque* ex permiſſione Domini Petri Archiepiſcopi *(hic autem Thomæ ſucceſſit) ab Ermoaldo Notario rogatum,* regnante Domino noſtro viro excellentiſſimo Carolo & Pipino Regibus in Italia anno undecimo & quarto, quinta die..... Indictione ſeptima, *id eſt, anno Chriſti 784. Obierat ergo jam tunc* Thomas; *proinde correcto numerorum errore, pro annis 28. velim 24. legere, ut unius dumtaxat litteræ vitium ſit, &* Thomas *obierit anno 783.*

Petrus Epiſcopus, ſedit annos xvii. menſes ii. obiit idibus Maji, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

Petrus an. 17. m. 2. ad 801. *66 Ex die obitus ſequitur, quod, poſt Interpontificium menſium circiter quinque, ordinatus ſit* Petrus, *menſe Martio: quod ſi id etiam factum eſt anno 784. uti ex correctione in annis Deceſſoris facta ſequitur, poteſt dici Ordinatio iſta fuiſſe celebrata* Pridie Idus Martii, *id eſt, die* D *14. menſis, eademque Dominica tertia Quadrageſimæ, & obiiſſet* Petrus *an.* 801. *ſed detractos* Thomæ *annos quatuor (quia id exigebat publica & nullo ex capite ſuſpectabilis ſcriptura) libenter addiderim* Petro, *ut annos 22. ſederit, & annum* Chriſti 805. *attigerit; hoc enim exigit ætas ſecundi poſt Petrum* Anſelmi. *Eadem etiam velut augere numerum ad annos 27. ſicut facit Tabula Synodalis; indicio manifeſto annos iſtos varie a variis ſcriptos fuiſſe, ut nuſquam ſecurius quam hoc loco poſſit correctio, alicubi prorſus neceſſaria, adhiberi.*

67 Ut autem ultra annum 805. Petrum *retineam in vivis, aut etiam cum Tabula Synodali,* Odelberto *(quem ſucceſſorem Catalogus dat) ipſum poſtponam, movere me non poteſt relatum ab Ughello Caroli Magni jam Imperatoris diploma, quo is volens, quemadmodum rogaverat* Venerabilis Petrus Oldradus Eccleſiæ Mediolanenſis Archiepiſcopus, omnia *ipſi* ſanctæ Eccleſiæ Donatio Carolina ejus ætatis effictio, a felicis Conſtantini Magni & aliorum Imperatorum recordatione collata, poſtea a perfidia Regum Longobardorum turbata & ſublata, reſtituere, redintegrare, & confirmare; *eidem & ſucceſſoribus ejus conceſſiſſe dicitur* quidquid ad *Imperialem* juriſdictionem pertinere videtur; terras ſcilicet atque omnem diſtrictum, domos publicas murumque ipſius Urbis, cum fiſco & teloneo integro, & cum omni jure civili intus & foris in circuitu uſque ad fines, cortes etiam ipſius civitatis ac civitatem propriam, caſtella, villas, manſos, ſervos & ancillas...... habitas & poſſeſſas a prædeceſſoribus ejus Archiepiſcopis ante perfidiam & tyrannidem Longobardorum, atque omnia jura aliquo inſcriptionis titulo ſeu invaſtituræ adhoc donata & tradita, oblata ſeu præſentata ſanctæ Mediolanenſi Eccleſiæ, a quibuſcumque Imperatoribus ſeu piis hominibus, *donat, concedit, confirmat, atque alia plura ſub ampliſſimis terminis.* E

68 Non moveor inquam ejuſmodi diplomate, licet illud dicatur Datum Dertonæ Kalendis Maji, anno Incarnationis D. N. Jeſu Chriſti 810. Indictione 3. Imperii autem anno 9. Regnorum 42. *Quemadmodum enim certum eſt, ante expulſos Roma Barbaros excuſſumque Græcorum Imperatorum jugum, non habuiſſe Romanos Pontifices dominium Urbis temporale; ita credo nec Mediolanenſes Archiepiſcopos, nec ullos Epiſcopos in Italia ejuſmodi privilegia & jura a Conſtantino, vel quoquam ſucceſſorum ejus Imperatorum habuiſſe; neque dubito quin Charta præmemorata merum figmentum ſit, fortaſſis ad imitationem Conſtantinianæ Donationis de Urbe Roma &c. ſeculo veroſimiliter 10. fabricatum, cum & illa jam plenam fidem cœpiſſet obtinere; cumque ejuſmodi dominium (neſcio quo primum Auctore) tenerent Epiſcopi, quemadmodum ex Chronico quodam Mediolanenſi, Flos florum dicto, pro anno 947. probat Ughellus. Certioris fidei quam iſta Donatio, ſunt monumenta, quæ profert præfatus* Ughellus *ſub nominibus eorumdem* Petri Epiſcopi *&* Caroli glorioſiſſimi Regis, *ſine talium figmentorum phaleris confecta, annis (ut jam videre cœpimus) 784. 90. & 91. ſunt enim conſcripta eo ſtylo et forma quæ nullam ſuſpicionem ſuppoſitionis ingerunt; ſicut adverſus Donationem prænotatam ſuggerunt, tum ea quæ dixi & alia plura, tum etiam quod, præter ætatis Carolinæ uſum, ad nomen* Petri *inveniatur poſitum cognomentum* Oldradi. *Nemini enim Eruditæ perſuaderi poſſe credo, quod jam tum inter Eccleſiarum Antiſtites notus fuerit uſus cognominum; quantumcumque ſeculi 16. credulitas cum plauſu exceperit eorum temeritatem, qui Epiſcopis per Inſubriam etiam primis præſumpſerunt adſcribere certam aliquam ex nunc celebratis nominatiſque familiam. Neque hoc pute Ughellum*

praeter morem aſſimilitim diverſum; F

ſicut & cognomen familiæ Oldradæ.

latuit

A *latuit: qui tamen ut gratiæ amicorum ſerviret, gentilitia ſcuta (quorum uſus ſerius etiam quam cognominum cœpit) præfigere dignatus eſt nominibus ſingulorum, jam inde a quarto Urbis Epiſcopo* Mona, *qui adſcribitur familiæ* Butæ, *cum rubro in alba parmula bove.*

tam tunc ignota quam alia familiæ a Galeſinio inducta.

69 *Interim Puricellus in vita* S. Laurentii *Archiepiſcopi, eum quoque familiæ* Littarum *adſcribens, pag. 55. ingenue fatetur. Petrum Galeſinium primum fuiſſe, qui propria cognomenta & familias nominibus ſingulorum ſuperaddidit. Floruit hic ante annos centum, ſub S. Carolo Borromæo & Gregorio Papa XIII., Mediolanenſibus fere pro oraculo habitus; vir ſane diligens & eruditus, ſed in aſſeverando præfidens, ut in ejus Martyrologio identidem notamus. Proinde ſicut ejus auctoritate parum aut nihil movemur, cum Martyres aliquos, ignoti ante id temporis, Wandalicæ perſecutioni alterive determinatæ adſcribit, ſæpe deprehenſus & convictus ex gratuita prorſus id facere conjectura; ita vehementer metuimus, ne, ratus nihil non ſibi credendum, aut leviſſimis motus argumentis, præſumpſerit ſuam cuique Sancto aut Epiſcopo familiam aſſignare: non miramur tamen, in re paſſim gratioſa Nobilitati, paucos habuiſſe contradictores, aſſentatores plurimos. Quibus vellem poſſe non accenſere ipſummet Puricellum, virum alias eruditum & acris ad res examinandas judicii, niſi cum ipſi offertur aliquid, quod ad*

Petri & Caroli imagines æque fictitiæ.

B *Mediolanenſium honorem faciens, prætenditur ſpeciem habere antiquitatis. Criſim certe nullam adhibuit, quando oblati fuerunt ipſi* Carolus Magnus Imperator, S.R.E. defenſor; *&* Petrus Oldradus Mediolanenſis Archiepiſcopus, Caroli Magni compater, & Auctor expeditionis Gallorum in Longobardos, *tamquam vera ſui imagine, ſub iſtis titulis expreſſi,* in Baſilica Sanctæ Aquiſgranenſis eccleſiæ, ſub anno Domini octingenteſimo decimo quinto. *Si enim imagines ipſas videas, quas ille in monumentis Ambroſianis poſt pag. 50. inſeruit, & vel minimam notitiam habeas Carolini ut ab Eginhardo deſcribitur vultus, abominaberis hominem, rugoſa inſigniter fronte hirſutaque ac prolixa uſque in pectus barba ferocem; intuens etiam formam galeæ, loricæ, ac frameæ; non Carolum ſe videre dices, ſed ſeculi XIII. Principem, ad torneamenta pro ſui ævi norma armatum inſtructumque: ſimilis item avi Caſula Pallioque inſtructum notabis Archiepiſcopum, barba (ut tunc omnes Epiſcopi) raſum, atque in ejus manu librum, cujus operculo inſcripta Oldrada Gentis infra etiam notanda inſignia: plane ut appareat, nihil*

C *iſtic verum referri, ſed ad libitum Pictoris efficta omnia, juſſu alicujus Mediolanenſis, qui Aquiſgranum delatus, fortaſſe tempore Concilii Conſtantienſis, tale ſuæ familiæ monumentum ibidem curavit collocandum. Illud porro de cognomentis non facile recipiendis, ut antiquitus ſcriptis pro ea de qua agimus ætate, ſufficiat nunc ſemel indicaſſe; ne arguamur, aut ipſis Sanctis, nihil terrenæ nobilitatis egentibus, aut nobilibus iſtic familiis facere injuriam, dum nullam harum facimus mentionem, optamuſque expunctas ut Januario ac Februario ejuſmodi appellationes, quarum vanitatem tunc necdum ſatis cognitam habebamus.*

ODELBERTUS Epiſcopus, ſedit annos 8., menſes 7., obiit 5. Kalendas Martii, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

Odelbertus an. 8. m. 7. ad 814.

70 *Nempe Julio menſe, poſt bimeſtre circiter interpontificium, ordinatus anno 805. die 13. aut 20. in Dominica; defunctus 814. cujus donatio facta* Atigauſo monaſterii S. Ambroſii Abbati, *idque anno* Dominorum Caroli & Pipini Regum in Italia trigeſimo ſecundo & vigeſimo quinto menſe Januario, indictione quarta decima, *id eſt, anno 806. evidenter ſubvertit eidem Carolo Imperatori affictum ſupra diploma, tanto ſerius datum, ut prætenditur, anteceſſori* Petro. *Synodalis Tabula (quæ* Oldobertum Eugubinum *præpoſuerat* Petro, *nullo definita Pontificii ſpatio, mortis die, aut ſepulturæ loco (eidem* Petro *ſubjicit* Albertum Mediolanenſem, *ſub iiſdem fere quibus hic* Odelbertus *inſignitur notis, niſi quod pro annis 8. habeat 9., &* pridie Kalendas *notet obitum, fortaſſis quia alicubi legebatur* II *pro* II. *Nos, dum aliud nihil urgentius apparet, etiam quoad iſta Catalogum veterem ſequimur: nec* Alibertum *admittimus.* D

ab eo diverſus Alibertus, non recipitur.

ANSELMUS Epiſcopus, ſedit annos 5. obiit 5. Idus Maji, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

71 *Cum igitur vacaſſet Sedes duobus menſibus, menſe Majo, die 7. vel 19., Dominica 3. vel 4. poſt Paſcha anno 814. ordinatus* Anſelmus, *vixiſſet uſque ad annum 819. Certe adhuc anno 817., quando (ut eſt in Annalibus Bertinianis atque Metenſibus)* deprehenſus eſt in eodem ſcelere *cum Bernardo, Italiæ, ſeu Longobardiæ Rege, Ludovici Imperatoris nepote, dum ei,* quorumdam pravorum hominum conſilio, inter quos aliqui Epiſcopi, Anſelmus Mediolanenſis & Theodolfus Aurelianenſis, nuntiatum eſt tyrannidem meditari. *Deinde additur:* Anno ab incarnatione Domini 818., detecta fraude & conjuratione patefacta, ac ſeditioſis omnibus in poteſtatem ſuam redactis, Imperator Aquiſgrani revertitur: tranſactoque Quadrageſimali jejunio, paucis poſt ſanctum Paſcha diebus, conjurationis auctores, ſimul & Regem, judicio Francorum capitali ſententia condemnatos, luminibus tantum juſſit orbari; Epiſcopos, Synodali decreto depoſitos, monaſteriis mancipari. *Celebratum eſt anni iſtius Paſcha die 28. Martii; proinde nondum quartum in Epiſcopatu annum abſolverat* Anſelmus. *Huic ſuffectus.* E

Anſelmus, depoſitus an. 818.

BONUS Epiſcopus, ſedit annos 4., obiit 10. Kalendas Februarias, ſepultus ad S. Ambroſium.

tum ſedit Bonus an. 4. ad 822.

72 *Synodalis Tabula 8. Kalendas mortis ejuſdem aſſignat: quæ differentia noſtra nil refert: placet autem credere non integros annos numerandos, &* Bonum *ordinatum circa Pentecoſten 16. Maji celebratam, mortuum eſſe anno Domini 833., cum anno præcedenti Imperator, apud Theodonis-villam menſe Octobri, conventum celebrans generalem,* miſericordiam ſingularem oſtendit in eos, qui cum Bernardo Nepote ſuo in Italia contra caput et regnum ſuum conjuraverant: quibus ibi ad præſentiam venire juſſis, non ſolum vitam & membra conceſſit, verum etiam poſſeſſiones reſtituit. *In iſtis fuiſſe* Anſelmum, *& vacanti deinde per* Boni *mortem Cathedræ priori reſtitutum, cogimur credere ab Ughello, proferente hiſtoriam corporis, una cum corpore Bernardi Regis anno 1638. reperti, quod ipſius Anſelmi fuiſſe, Regis amiciſſimi,* e majorum traditione habebatur. *Inventum enim eſt cadaver ejus, ſicut etiam cadaver Regis,* ut pellis & caro oſſibus inter ſe disjuncta areſacta adhæreret; ſimulque tum Mitra ad caput, tum etiam Baculus, ſed ligneus, ad latus dexterum; iterumque Annulus ex argento, & gemmatus & auratus: *quæ omnino ſunt inſignia Epiſcopi, in ſuo gradu atque ordine defuncti. Sic ergo quadamtenus quinquennium ſuum habuerit* Anſelmus, *uſque ad 11. Maii, anni 822. ſuperſtes. Interim, diſſimulata* Anſelmi *reſtitutione, ſucceſſores* Boni, *in Catalogo noſtro, hi recenſentur.* F

& rurſum Anſelmus, menſibus aliquot.

ANGILBERTUS Epiſcopus, ſedit annum 1., menſes 2., dies 22., obiit 8. Idus Octobris, ſepultus in Eccleſia hiemali.

ANGELBERT Epiſcopus, ſedit annos 35., menſes 5., dies 17., obiit Idibus Decembris: ſepultus eſt ad S. Nazarium.

73 *Re-*

A 73 *Reſtant hi duo ejuſdem nominis Epiſcopi diſtinguantur, & apto locentur ordine priuſquam diſquiro, ſtabilienda eſt Chronologia ejus, quem appellat lapis, in oppido Inſubrum Legiano, agens de corpore S. Primi Martyris,* quod Sergius Papa junior Bremberto illuſtri viro conceſſit. *Inſcriptio ea integre dabitur 9. Junii, quando SS. Primus & Felicianus Martyres Romani coluntur. Hic notanda nobis clauſula Chronologica ſufficit. Hac apud Bonaventuram Caſtillioneum, libro de Gallorum Inſubrum antiquis ſedibus, juxta primam atque originariam editionem anni* 1541. *ſic legitur in altera ejus editione, inter Auctores Italiæ illuſtratæ col.* 373. *& apud Galeſinium in Notis ad 9. Junii;* Reconditum eſt corpus S. Primi Martyris, cum Reliquiis S. Feliciani, anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti 806. Kalendis Auguſti, Indictione 9. ordinante Domno Angilberto Archiepiſcopo, anno ejus 23. *Janus Gruterus, in ſua ad Antiquas Inſcriptiones Appendicula pag.* 1162. *ex eoque Baronius, videntes annum* 806. *non convenire cum* Indictione 9. *putarunt errorem poſſe corrigi, ſi addito centenario ſcriberetur,* 906. *itaque intelligeretur Pontifex, Auctor muneris,* Sergius III. *Sed nullum eo anno Angilbertum Inſubria Archiepiſcopum habuit; & Sergius Junior cum nominatur, intelligitur ſemper* Sergius II. *qui præfuit Romanæ*

B *Eccleſiæ ab anno 844. ad 48. In hujus autem Pontificatum eadem Indictio 9. convenit cum anno 846. (unde intelligis non fuiſſe omiſſum* 100. *ſed 40. per errorem aut oblivionem Caſtilionei) & hinc retro gradiendo per annos 23. ad ejuſdem* Angilberti *principia, habes annum ejus primum inchoatum fuiſſe ante Auguſtum anni* 824. *Porro ſi ab* Idibus Decembris, *quibus obiit, ſimiliter retro gradiaris per* dies 17. menſes 5. *cadet Ordinatio ejus in* 26. Junii, *qua anno iſte Dominica fuit.*

mors Angilberti duo, uſque ad an. 860.

quorum alterum obiit anno ab epiſcopatu ... in Auguſto anni 846.

adeoque ſumtum fuit 824 ad Julii,

74 *His ita deductis, patet omnino tenendam eſſe, quod Archiepiſcopus hic obierit ſub finem anni 860. & cœperit anno 824. exeunte Julio: cujus deceſſor* Angilbertus I. *ſi obiit die* 9 Octobris *præcedentis, octo cum dimidio menſes oportebit Epiſcopatum vacaſſe:* Anſelmos *autem poſt Boni mortem, quarto anno Epiſcopatus obitum menſe Januario, jubente Bernardo Rege, mox regreſſus in Cathedram, paucis ſolum menſibus eamdem tenuerit, quorum tamen cauſa dictus ſit ſediſſe annos 5. ſed incompletos, & vacuam rurſus Sedem reliquiſſe eodem anno 822. atque ſucceſſorem accepiſſe illum* Angilbertum I. *qui moriens ſequenti anno die* 9. Octobris, *non potuit ſediſſe dies 22. ſupra annum 1. menſes 2. & ſimul fuiſſe in Dominica ordinatus; ſed auferendi ab eo erunt*

C *dies duo adhoc, ut facta ſit ordinatio* 20. Julii, *qui dies anno* 822. *Dominica fuit.*

ante hunc obiit Angilbertus I. an. 823.

75 Angelbert *porro &* Engelbert, *idem nomen ſunt, quod* Angelbertus; *quomodo ipſe ſubſcribit apud Ughelium col.* 213. *in præcepto quod datum dicitur* anno Dominorum Imperatorum Ludovici & Lotharii 18. & 16. Kalendis Martii, Indictione 13. *qui fuit Chriſti* 835. *Sed ibi miſere a tranſcribentibus veterem membranam Monachis luxati ſunt characteres temporum, præſertim in numero* Indictionis; *quæ ſi forte ſcripta originaliter fuit* 8. *non* 13. *ut habeatur annus Chriſti* 829. *erratum nihilominus, ſed levius, fuerit in annis Imperatorum, qui fuiſſent 17. & 24. Levius peccat Lotharianum Privilegii ectypum alterum, in quo Archiepiſcopus* Engelbertus *nominatur col.* 215. *quodque datum dicitur ejuſdem* Lotharii anno 18. 3. Nonas Majas, Indictione 13. *ubi ſolum debuiſſet ſcribi* 12.

ambo idem dicti, Engelberti.

Tado Epiſcopus, ſedit annos 7. menſes 6. dies 13. obiit 7. Kalendas Junii, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

76 *Hic ego libenter* dies 13. *converterem in* 18. *ut defunctus* 26. Maji, *fuerit ordinatus* 9. Novembris, *qui dies anno* 861. *undecim fere menſibus poſt mortem deceſſoris, fuit Dominicus; & ſic mors illa cadet in annum* 869.

D

Tado uſque ad an. 869.

Anſpertus Epiſcopus, ſedit annos 16. menſes 5. dies 13. obiit 7. Idus Decembris: ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

77 *Ita Catalogus: ſed quem oporteat vitioſe hic tranſcriptum credere, quia certior fides adhibenda Epitaphio, cui apud* Ughelium *diſtichis ſenis legendo hoc ſubjicitur Chronicon,* Obiit anno Incarnationis Domini octingenteſimo octogeſimo ſecundo, ſeptimo Idus Decembris, Indictione decimo quinto, *qui characteres inter ſe optime conveniunt; ſicut cum præcedentibus apte connectitur, quod (quemadmodum ibi ſuadetur)* Rexit Epiſcopatum annis tredecim, menſibus quinque, diebus duodecim, *qui nos a die* 7. Decembris, *deducunt ad* 26. Junii, *anni* 869. *fuitque Dominicus, ſic ut inter* Tadonis *mortem &* Anſperti *ordinationem interceſſerit ſpatium unius dumtaxat menſis.*

Anſpertus ad an. 882.

Anſelmus, ſedit annos 13. menſes 6. dies 22. obiit 5. Kalendas Octobris, ſepultus eſt ad S. Ambroſium juxta altare S. Marcellinæ.

E

78 Tabula *Synodalis habet* 4. Kalendas: *ſed cum neque ſic perveniri ad Dominicam poſſit, qua anno* 883. *poſt quinque menſes vacationis, fuerit ordinatus* Anſelmus; *ſuſpicor vitium eſſe in numero dierum, & pro u (qua figura olim exprimebatur quinarius) irrepſiſſe* 2. *Nam a die* 27. Septembris, *retrogradiendo per dies* 25. menſes 6. *venitur ad diem* 3. Martii, *qua anno prænotato fuit Dominica 1. Quadrageſimæ. Ejuſdem Tabulæ Auctor præterea hallucinatur; quando ait, abeunte e Gallia Joanne Papa VIII. ordinatum fuiſſe* Anſelmum II. *illius enim in Galliam profectio ad Trecenſe Concilium, & reditus inde, contigit anno* 878. *menſe Septembri vel Octobri; cum* Anſelmum *oporteat conſecratum in Martio fuiſſe, pluſquam duobus menſibus poſt mortem ipſius* Joannis: *hæc enim contigerat* 15. *Decembris, anno* 882. *Obiit autem* Anſelmus Archiepiſcopus *anno* 892. *Privilegium quod is conceſſit Ambroſiano Cœnobio, vide apud Ughellum,* actum anno ab Incarnatione D. N. Jeſu Chriſti octingenteſimo nonageſimo tertio, Indictione undecima.

Anſelmus 2. ad an. 892.

non fuit Ordinatus a Joanne 8.

Landulfus, ſedit annos 3. diebus minus 33. obiit Nonis Novembris, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

F

79 *Hic tam diverſus ſtylus omnino probat, ſingulos ſucceſſive Pontifices adſcriptos fuiſſe originario, unde Codex collectus eſt, Catalogo, prout contigebat unumquemque mori; atque adeo certius haberi nihil poſſe, niſi forte erratum alicubi a collectore ſit. Si ergo diebus* 33. *minus quam triennio ſedit* Landulfus; *oportet eum qui obiit* 5. Novembris, *ordinatum, fuiſſe* 7. Decembris, *in feſto ſcilicet S. Ambroſii, Mediolanenſibus ſolenniſſimo, quod anno* 892. *in feriam* 4. *cadebat; cum Sedes duobus menſibus vacaſſet & diebus* 9. *proinde dicendus eſt obiiſſe anno* 900.

Landulfus uſque ad an. 900.

Andreas, ſedit annos 6. menſes 3. obiit pridie Kalendas Martii, ſepultus eſt ad S. Ambroſium.

80 *Cum ergo vacaſſet dumtaxat* 24. *ordinatus hic fuit* ultima die Novembris, *eademque Dominica 1. Adventus: obiit autem anno* 907.

Andreas ad an. 907.

Atho, ſedit annos 12. menſes 5. obiit 3. Idus Septembris, ſepultus in eccleſia hiemali.

81 *Ta-*

Digitized by Google

A *Atho ad an. 919.* 81 *Tabula Synodalis* 7. Idus *aſſignat* Achonis *vel* Athonis *morti : & hoc ſequitur Ughellus. Utrumvis ſumas, haud multo diutius quam uno menſe vacaverit Sedes; & ipſo Paſchali die,* 5. Aprilis, *vel Dominica in Albis, die* 12. *ejuſdem menſis, ordinatus ſit* Atho; *& paucalis diebus, plus aut minus, quam quinque rotundos menſes ultra duodennium ſederit, terminandos an.* 919. *Romæ defuncto, in eccleſia SS. Bonifacii & Alexii, poſuit aliquis Epitaphium, cujus fragmenta priora, uti in hortis ibidem nunc leguntur, exhibet Ughellus hoc principio.*

Diſcat qui neſcit, quod Epiſcopus hic requieſcit,
Attho Oldradus multa pietate ....
Sergium qui Papam ....
Per mare per terras ſequitur, per ...

Meminit Athonis *Ludovicus Vidriani inter Epiſcopos Mutinenſes pag.* 38. *ejuſque effigiem exhibet ære inciſam, prout eadem Mutinæ conſervatur in familia Rangona, quæ ſibi eum vendicat: de quo equidem nolim ipſi litem movere: unum cum prædicto Ludovico pag.* 30. *dixero, nullius Epiſcopi Itali cognomentum facile inveniendum ante annum milleſimum. Primus verſus perfecte Leoninus, ſeu* *Ejus Romæ Epitaphii* *Rhythmicus eſt: ſed eodem ſtylo proceſſiſſe reliquos non eſt veroſimile: nec enim facile Latina in lingua voces invenias, in* ados *&* apam *terminatas, quibus debuiſſet* B *claudi verſus ſecundus ac tertius, ut primo hemiſtichio conſonaret ſecundum: Itaque licet Leo, unde poeſis iſta nomen hodieque retinet, in Gallia floruit ſeculo duntaxat* 12. *quia tamen hæc ei ſolum potuit fuiſſe tributa, quia Rhythmicum leporem metro Latino innectens, talem verſificandi rationem ad perfectam adduxerit elegantiam; ideo non cogimur neceſſario dubitare de vera antiquitate Epitaphii iſtius. Quid enim prohibet imperfectiores quoſdam Rhythmos, uno alterove ante Leonem ſeculo, uſurpari cœpiſſe? quamquam hoc pluribus exemplis Epitaphicis vellem demonſtratum videre.*

82 *Magis ſolicitum me reddit cognomen* Oldradi, *tam expreſſo hic attributum* Athoni, *contra id quod alias aſſerui de initiis cognominum ſcribendorum, ad ſeculum* XI. *referendis.* Sed *& hoc de uſitatiori duntaxat conſuetudine* *Ex familia Oldrada in eo nomine;* *debet intelligi, nec enim omnino nulla pro* X. *ſeculo ſuppetunt exempla nobilium cognominum; nec ipſe dicitur eo uſus* Atho, *contra quam poſſim in ſignando Epiſcopi etiam diu poſtea, ſed Auctor* Epitaphii *eo utitur. Fateor nihilominus etiam fieri potuiſſe, ut ſucceſſorum vel poſterorum aliquis Romam appellens, ibique ſepulcrum inveniens Mediolanenſis Antiſtitis* Athonis, *ex eadem unde ipſe ſtirpe prognati, cognomen familiæ, ſerius aſſumptum, innectere voluerit verſui. Certe Ughellus, ſolitus appingere arma ſeu inſignia familiarum earum quibus ſinguli adſcribuntur, tam* C *huic* Athoni, *quam* Olrico *ſub annum* 1121. *ordinato, familiæ* Capitaneorum *adſcripto, communia addit inſignia; ſcilicet bipartitam parmulam, cujus pars ſuperior in campo nigro coronam habet auream, palmis duabus aureis decuſſatiſque circumpoſitam, inferior vero in campo albo draconem cæruleum; cum hac ſolum differentia, quod* Capitanei, *tripartita utentes parmula, ſupremo in loco ponant Aquilam nigram in campo albo, tanquam novum ornamentum, antiquioribus Oldradorum (unde proceſſerint) inſignis additum ab Imperatore, ſub quo eorum progenitor & nomine* Capitanei *Auctor hujuſmodi titulum ex officio geſſerit. Quidquid iſtorum ſit, uti ſequela Sergii Papæ* per mare per terras, *non poteſt de alio* Sergio *quam III. intelligi; ſic nemini aptius quam* Athoni *noſtro tale* Epitaphium *applicabitur, convenientibus tam apte temporibus: nam quod* Catalogus *Archiepiſcopalis* ait in eccleſia hiemali *ſepultum* Athonem, *poteſt de aliqua corporis tranſlatione, Roma Mediolanum facta, intelligi, qua occaſione lapis iſte loco motus tandem ad hortos prædictos tranſierit.*

GUARIBERTUS, ſedit annos 2. menſes 8. obiit 18. Kalendas Septembris, ſepultus eſt ad D S. Stephanum ad fontem.

83 *Igitur, poſt trimeſtrem circiter vacationem Cathedræ, cœperat is ſedere menſe Decembri anni* 919. *puta die menſis* 12. *vel* 19. *tunc Dominica, ut dies ſolum duos (quam ſcilicet pauciſſimos poſſumus) ſupra menſes* 8. *aſſumamus, vel octavo menſi quatriduum duntaxat defuerit ad plenitudinem. Vixerit autem* Guaribertus *uſque ad* 15. Auguſti, *defunctus anno* 922. *Guaribertus uſque 922.*

LAMPERTUS, ſedit annos 9. menſes 8. dies 15. obiit 13. Kalendas Julias, ſepultus in eccleſia hiemali.

84 *Dies obitus* 19. Junii *(pro quo ipſæ* Kalendæ Julii, *minus veroſimiliter notantur a Tabula Synodali, quam ſequitur* Ughellus*) retrogradientes deduceret uſque ad* 5. Octobris, *qui cum anno* 922. *non fuerit Dominicus ſed Sabbatinus, vereor ut recte ſcriptus ſit dierum numerus, quos mallem ſolum* 14. *cenſeri.* Ughellus *hujus aliorumque Epiſcoporum obitum ad biennium anticipat: ſed videtur refutari ex ipſo, quod mox allegat, Galvanei Flammæ vetuſtiſſimo Chronico ſub medium ſeculi* XIV. *ſcripto, primis Verbis inde ſic tranſumptis* Anno Domini nongenteſimo vigeſimo tertio &c. in civitate Mediolani erat magna diſcordia ..... unde Ilduinus Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui Lamberto Archiepiſcopo ſucceſſerat. *Phraſis hæc recentem plane ſucceſſionem videtur ſignificare: non enim ſolemus alias meminiſſe deceſſoris in ejuſmodi relationibus. Sedes autem, quæ ante* Lamberti *Ordinationem vacaverat non integro bimeſtri, poſt ejuſdem obitum anno* 932. *non niſi diebus novem ſucceſſorem illius jam dictum deſideravit.* *Lampertus uſque 932* E

HILDUINUS, ſedit annos 5. dies 25. obiit 9. Kalendas Auguſti, ſepultus in eccleſia hiemali.

85 *Igitur mortuus* 24. Julii, *anni* 937. *ordinatus fuerat die* 29. Junii, *non quidem Dominico (hic enim anno* 932. *primum fuit Kalendis Julii) ſed feſto Sanctorum Apoſtolorum ſolenni, ſi tamen diem mortis non adnumeres ſpatio Epiſcopatus, aut* dies 26. *legere malis.* Hilduinum *hunc, Leodii in eccleſia S. Lamberti Clericum, Gillebertus Lotharienſium Dux anno* 920. *fecerat ordinari Leodienſem Epiſcopum, coacto ad id Hermano Archiepiſcopo Colonienſi: quem cum pars adverſa, nominato per Carolum Regem Richario adhærens, non reciperet; Joannes tunc Papa (ſcilicet X. ejus nominis) evocatos ad ſe competitores audivit. Deinde* Hilduinus, incertum qua factione, judicium ſubterfugit .... & ab Hugone Italiæ Rege, apud quem fecerat confugium, uſu ſtipendiario promeruit Veronenſe Epiſcopium, promiſſo Regis manente, quod ubi eum altius evehendi emergeret tempus, Ratherius *(Lobienſium Monachorum unus, qui ſemper adhæſerat Hilduino & vir erat doctiſſimus)* Veronenſibus daretur Epiſcopus. *Hæc ex Lobienſi Chronico, per Fulcuinum Abbatem ſcripto, ideo protuli; quia Bartholomæus Fiſen in Hiſtoria Leodienſi,* Hilduinum *facit Abbatem Lobienſem, & cum Fulcuino Abbate, Chronici ſcriptore, confundit, multaque tum ipſe errat tum alii ante & poſt ipſum circa eumdem* Hilduinum. *Hugo autem, quem dixi, Italiæ Rex factus anno* 925. *non niſi anno abinde tertio potuit diſponere de Cathedra Veronenſi, tunc primum vacante per mortem Notherii, qui (uti poſt Epitaphium Tomo* 5. Ughelli *legitur col.* 643.*)* obiit IV. Idus Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis 928. Indictione prima. *Errat autem Panvinius, & hunc ſecutus* Ughellus, *cum anno mox ſequenti ajunt* Hilduinum, *Mediolanenſi Archiepiſcopatu donatum, Veronenſem Eccleſiam ceſſiſſe Ratherio: jam enim apparet id factum non eſſe ante annum* 932.

Hilduinus uſque 937. *ex Leodienſi Epiſcopo Veronenſis,* F *tum Mediolanenſis, ſed non ante an. 932.*

A ARDERICUS, ſedit annos 12. menſes 2. obiit 3. Idus Octobris, ſepultus eſt in Eccleſia Apoſtolorum intra Capellam S. Lini.

Ardericus uſque 949.

86 *Retrogradiendo a die* 13. Octobris, *perveniter ad* 13. Auguſti, *quæ cum anno* 937. *fuerit Dominica, oportet ut etiam fuerit dies Ordinationis, niſi hebdomadem unam additam detractamve rotundo menſium numero probare quis poſſit: adeoque vacaverit ante illam Sedes diebus dumtaxat* 19. *Mors autem* Arderici *cadit in annum* 949. *Capellam vero, in qua ſepultus eſt, tabula Synodalis ab eo extructam ait, ſed* in eccleſia S. Nazarii.

ALDEMANNUS & MANASSES, 5. annis inter ſe diviſim.

Sibi ſimul Mediolani ſunt Aldemannus & Manaſſes Arelatenſis.

87 Alamannum *nominat Tabula Synodalis,* Aldemarium *alii: omnes in eo conveniunt, quod hic fuerit electus a Clero, ſed cum* Manaſſe, *ſub contentione. Ferdinandus Ughellus ne rerum ordinatum fuiſſe putat. De* Aldemanno *dubitari forſan poſſit, cum alibi de eo nihil legamus:* Manaſſem *conſtat ordinatione non eguiſſe, quippe qui jam inde ab anno* 914. *fuerit Epiſcopus Arelatenſis* B *in Gallia, ubi uſque ad annum* 33. *variis Actis publicis ſubſcriptus vel inſcriptus invenitur; cum autem avunculus ejus Hugo Comes Arelatenſis, anno* 25. *mortuo Berengario Imperatore, ad regnum Italiæ capeſcendum invitatus, eo ſe contuliſſet,* Manaſſes, agnita (*ut Luitprandus ſcribit lib.* 4. *cap.* 3.) Hugonis potentia, deſerta ſibi commiſſa Eccleſia, ambitionis ſpiritu multas violaturus imo laceraturus Eccleſias, Italiam petiit: Hugo autem Rex ......, contra jus faſque Veronenſem, Tridentinam, Mantuanam commendavit ei, ſeu, quod verius eſt in eſcam dedit. *De Mantuana ſcribit Ughellus, eam a morte Joannis circa annum* 859. *ordinati, uſque ad ſubrogationem Petri, cujus ſub annum* 945. *notitia invenitur, proprio ac legitimo caruiſſe Epiſcopo,* Tridentinam *quo præciſo tempore tenuerint plures, pro hoc ſeculo nominati a Jano Pyrrho, in quibus etiam hic* Manaſſes, *nulla docent monumenta.* Veronenſem Epiſcopatum, *ut injuſte uſurpavit, ſic etiam* vendidiſſe Manaſſem, *Luitprandus loco præcitato indicat. Occupaſſe eam videtur poſt inde translatum ad Mediolanenſem Metropolim Hildoinum (quod non niſi anno* 932. *factum eſſe ſupra oſtendimus) atque poſt Hilduini ſucceſſorem Ratherium ſive Ratherium, exilio mulctatum a Rege Hugone:*

Hugonis Regis ope totum adeptum, & plurium in Italia eccleſiarum invaſorem.

C *cui vero illum vendiderit incompertum eſt. Revocatus autem Ratherius fuit ſemel iterumque, ut hunc etiam Epiſcopatum æque ac Mantuano & Tridentino adhuc incubare* Manaſſes *potuerit anno circiter* 945. *paulo ante creationem Petri; quando Berengarius II., ex Suevia quo profugerat in Italiam revocatus contra Regem Hugonem;* Manaſſem, *facta Archiepiſcopatus Mediolanenſis ſpe induxit, ut rebellis Regi, a quo tot Eccleſias contra ſas acceperat,* non ſolum ipſi Berengario dari juſſerit munitionem Formicariam, verum etiam Italos omnes in ejus auxilium invitaverit, *ut ſcribit Luitprandus lib.* 5. *cap.* 12. *jam antea pollicitus* latius diſſerere, *qualiter Mediolanenſem* uſurpaverit Cathedram, *vivente adhuc, ſed exulante* Arderico, *quia Hugoni fidelis manebat. Eo autem mortuo,* Manaſſem *confirmare conatus Berengarius ſit, ſed fruſtra, agnoſcere eum recuſante Clero; unde factum, ut ſolum* Alamannum *nominent Catalogi Epiſcopales, eidem* 4. *annos dando. Hunc Ughellus ait anno* 953. 7. *Idus Auguſti, adhuc interfuiſſe Comitiis Auguſtanis, ſub Otthone I. Imperatore celebratis. Sed oculus legentis columnam ſcribentis prævertit, & nomen pro nomine ſcribi fecit; iſtic enim legitur, & poſt [illegible] tertius nominatur,* Manaſſes, Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, *Titulo potius quam re;*

Manaſſes tamen [illegible] ſe [illegible] 953.

D *Berengario enim II. ſub annum* 952. *pulſo, non ſolum Mediolano, ſed Italia exceſſiſſe videtur* Manaſſes, *ſeque in ſuum primum Epiſcopatum, quem numquam dimiſerat, recepiſſe: nam eodem anno* 1009. Kalendas Septembris, *ibi invenitur apud Sammarthanos nominatus* in commutatione, facta cum Gonthario Antiſtite Forojulienſi de villa Barcinico & S. Petri Inſulæ. *Interim reconciliatus Imperatori ac fortaſſis Tridentum regreſſus, Conventui quem dixi Moguntino interfuit, pro Mediolanenſi Archiepiſcopo adhuc ſeſe gerens; licet iſtic jam inde ab anno* 51. *rite ordinatus haberetur* Walpertus, *& quidem abſque æmulo Aldemanno, jam mortuo vel penitus abdicato: qui proinde annos ſolum quatuor, & quidem non integros, ſe pro Electo geſſerit contra* Manaſſem, *vivente adhuc Arderico, in eam Sedem intruſus ante quinquennium. Sammarthani ultimam* Manaſſis *apud Arelatenſes memoriam in Archivis reperiunt pro anno* 961. *poſt quem, dicunt,* Archiepiſcopum Mediolanenſem creatum, depoſito Walperto Berengarii Adelberti & Willæ ſævitia, *a Luitprando, ſeu potius ab ejus continuatore Anonymo lib.* 6. *cap.* 6. *deſcripta, his verbis:* Dum Romani Legati, *Joannis Papæ XII.,* Otthoni tunc *adhuc* Regi, *cum autem iſta ſcribebantur* Auguſto Cæſari, conquerentur *de prædicta tyrannide,* vir venerabilis Walbertus, ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, E ſemivivus ex prædictorum rabie liberatus, *ipſius* Otthonis potentiam adiit, indicans ſe non poſſe pati Berengarii Adelbertique nec non Willæ ſævitiam, quæ Manaſſem Arelatenſem Epiſcopum Mediolanenſis Eccleſiæ Sedi præfecerat. *Sic ille quidem, ſed non negat id pridem factum eſſe, & ſtatim a morte* Arderici: *dat tamen occaſionem ſuſpicandi, quod tyranni non ſatis compreſſi ante decennium, ac rurſum plenam rerum poteſtatem adepti,* Manaſſem *revocaverint Mediolanum. Qui ſi iterum eo venit, de quo non conſtat ſatis, fruſtra profecto venit; Otthone rurſus in Italiam tranſeunte, ad compeſcendam inſolentium tantum, ſicut & fecit. Interim dubium manet, ubi & quomodo obierit* Manaſſes: *cui neque Arelate nec Mediolani memoratur poſita ſepultura; & ſucceſſor in Sede Arelatenſi Iterius, anno* 963. *ordinatus a Sammarthanis dicitur.*

contra quem an. 53. *ordinatus Walpertus fuit.*

an. 961. *pulſus et reſtitutus.*

WALPERTUS, ſedit annos 18. obiit 8. Idus Novembris, ſepultus in eccleſia hiemali.

Sedit uſque ad 969.

89 *Innumero annorum omnes conſentiunt; chronotaxim diriget ſententia a* Walperto *lata pro Gompaldo Abbate cœnobii Tollani, quam in Appendice ad Tomum* 4. F *Italiæ ſacræ profert Ughellus; ſcripta eſt enim* Anno Incarnationis Dominicæ 963. Pontificatus autem Domini Archipræſulis Walperti Deo propitio decimo, menſe Julio, Indictione 6. *ut primus ejus annus numerari debeat* 951. *Anno autem* 969. *obiiſſe illum exigit ſequentium Epiſcopatuum ratio: unde ſi retrogrediaris ab* 8. Idus Novembris (*quem numerum, ductu perquam perplexo ſcriptum, neque Henſchenius noſter neque Mediolanenſium hiſtoricorum aliquis legere potuit; primus autem explicare tentavit Mabilo, ipſum hunc Catalogum a ſe tranſcriptum exhibens pag.* 112. *Parte* 1. *Muſæi Italici*) *ſi, inquam a die* 6. *Novembris anni mortualis retrogrediaris ad annum Ordinationis* 951. *littera Dominicali* B *inſignem, potuit* Walpertus *ordinatus fuiſſe die* 9. Novembris, *qua tunc Dominica fuit, atque adeo tres tantum dies minus ad integrum octodecennium habuiſſe. Sic autem nota jam die obitus, dicendum erit, Sedem vacaſſe unum menſem & dies aliquantos, puta* 5. *vel* 12.

ARNULFUS, ſedit annos 3. menſes 4. obiit 16. Kalendas Maji, ſepultus in eccleſia hiemali.

90 *Hinc*

Google

A Arnulfus uſque 971. 90 *Hinc intelligitur ordinatus fuiſſe circa* medium Decembrem *anni 969. puta die 12. vel 19. (tunc enim Dominica fuit) itaque ad rotundum numerum menſium abundarent vel deficerent pauculi dies. Debet autem obiiſſe* Arnulfus *anno ejuſdem ſeculi 73. 16.* Aprilis. *Quod vero poſt mortem ejus vacaverit* Sedes menſes 3. dies 11. *colligitur ex tempore & obitu ſequentis Antiſtitis; prout item de ſubſequentibus aliis deſiniemus.*

GOTTEFREDUS, ſedit annos V. menſem I. dies XXIII. obiit XIII. Kalendas Octobris: ſepultus eſt in eccleſia hiemali.

Gottefridus uſque 978. 91 *Fuerit igitur poſt prædefinitum tempus vacationis ordinatus* Gottefredus 27. Julii *anno 972. Dominica die vel Feria ſequenti, ſanctis Nazario & Celſo Martyribus ac Patronis Mediolanenſibus ſacra, totique* Urbi *ſingulariter feſtiva; atque poſt annos, menſem, ac dies præſcriptas obiens 19.* Septembris, *pertigerit uſque ad annum 978. Poſt mortem vero ejus vacaſſe debuit Sedes* menſes 3. dies circiter 2. *Ughellus* Gottefredu, *ex nonnullorum, ut ait, ſententia, annos 15. Epiſcopatus concedens,* anno 988. die 20. Septembris, *obiiſſe ſtatuit. Tabula quoque Synodalis 12.* Kalendas *ejus mortis aſſignat; ſed in numero annorum nobiſcum convenit. Interim eadem ſequenti* Landulfo, *atque ac Ughellus, plurimos annos detrahit,* octo *ſolum ei relinquens; Ughellus autem* octo *ſolum auferens,* decem *relinquit; addit que* Landulfum *fuiſſe ſepultum* intra portam eccleſiæ, quam exornaverat inſignique cœnobio ditaverat.

B LANDULFUS, ſedit annos XVIII. menſes III. obiit X. Kalendas. Aprilis: ſepultus eſt ad monaſterium S. Celſi,

Landulfus 2. uſque 997. 92 *Ex morte obita 23.* Martii, *anno (ut conficitur ex numeris præmiſſis) 997. conſequens fuerit, ordinatum eſſe Archiepiſcopum circa Natalem Dominicum anni 979. quidni autem Dominica eam præcedente, quæ tunc fuit 22. Decembris? Mabilio mortuum ſcribit* 10. Kal. Octobris: *quod quia commodam conſequentiam non habet, & Henſchenius* Aprilem *ſcripſit, malo credere, per inadvertentiam aliquam factum eſſe, ut menſis quo deceſſar obierat hic perperam iteraretur. Poſita autem poſt mortem ejus in Martio obitum vacatione bimeſtri, ſuccedens*

C Domnus ARNULPHUS, ſedit annos XVIIII. menſes VIIII. dies VI. obiit V. Kalendas Martii, ſepultus eſt ad S. Victorem ad Corpus.

Arnulfus 3. uſque 1017. 93 *Annus tunc agebatur ex calculo noſtro 1017. a cujus die 25.* Februarii *retrocedendo ad annum 997. quo debuit fuiſſe ordinatus, per menſium & dierum præſcriptum numerum, venietur ad 20. Maji: qua dies quia tunc nec Dominica fuit nec alia feſtivitate inſignis, arbitror pro 3. diebus obrepſiſſe dies 3. & ordinationem factam eſſe die 23. eademque Dominica prima poſt* Pentecoſten. *Chronologia huic firmandæ ſuggerit Boſche, tractatu de ſerpente æneo pag. 40.* tabulas *Monachorum* S. *Mariæ in Valle ſeu in Valle Mediolani,* anno decimo quarto ſeculi undecimi ſignatas, quæ tum Pontificatus Arnulphi annum decimum ſeptimum numerant. *Utinam explicuiſſet nobis & menſem & diem conditi inſtrumenti? Placet interim arbitrari, conditum eſſe poſt 12.* Kalendas Junii, *ut potuerit numerari* annus 17. *qui alias adhuc fuiſſet numerandus 16. Vacavit autem eo mortuo* Sedes menſes 10. & dies *fortaſſis 19.*

Domnus HERIBERTUS, ſedit annos XXVII. ſepultus eſt ad S. Dionyſium.

94 *Fundaverat ipſe hoc cœnobium ante annum* 1034. *ut conſtat ex ejus Teſtamento tunc condito (ſcilicet* Indictione 2. Conradi Imperatoris anno 7. *exeunte,* menſe Martio) *quod apud Puricellum &* Ughellum *legere eſt. Ultimus etiam ex Ioanne Ant. Caſtilionæo exhibet ejus ut Fundatoris, ipſo adhuc vivente, ductam ex ære effigiem, inter geminos ejuſdem Crucifixi clavos: quam non inutile fuerit, hic quoque repræſentare, ut formam Pallii Archiepiſcopalis pro ſeculo 11. cognoſcas, intelligaſque, ac tunc quidem in uſu Epiſcoporum fuiſſe barbiraſium, quod pictor Aquiſgranenſis præſumpſit tribuere* Petro, *Caroli Magni ſynchrono.* D Heribertus uſque 1045.



E

Ut autem ſub ejuſdem Heriberti *Epitaphio, ibidem inveniendo, dicitur,* Obiit anno Dominicæ Incarnationis 1045. 17. die menſis Januarii, Indictione 13. *Unde retrogradiendo per annos 27. redibitur ad annum 1018. cujus menſe* Januario *potuit fuiſſe ordinatus die 22. utpote tunc Dominica: & ſic mirum non eſt rotundo numero uſum Auctorem Catalogi, non habita ratione ſuperabundantiam dierum, forſitan quinque, quibus ultra annos 27. vixit. Poſt obitum vero ejus vacavit Sedes ſeptem circiter menſibus: ſiquidem poſt longam contentionem* F

Domnus GUIDO, ſedit, annos XXVI. obiit X. Kalendas Septembris: ſepultus eſt in Burgulia.

95 *Fuit hæc* ad Tanarum amnem, non procul Derthona ſitum oppidum *(ut ait Triſtanus Chalcus) nunc ex iis, ex cujus habitatoribus Alexandria coaluit. Mabilio* Bergullium *ſcribit. De* Guidone *Epiſcopo, Simoniaco & Simoniacorum atque Concubinariorum Sacerdotum patrono, plurimis agendum nobis erit ad 28. Julii in Actis B. Arialdi, ſub eo martyrizati. Interim nota ex ejus temporis hiſtorico Arnulpho, quod licet* Guido *Epiſcopali dignitati renuntiaverit in favorem Gothofredi, idque ab anno 1068. ut vult* Ughellus; *reſumpto tamen Titulo, deluſum ſe queſtus, ipſum retinuerit uſque ad mortem, quam obiit poſt urbis incendium, quod incendium anno 1071. acciderat,* primo Quadrageſimæ ſabbato, *id eſt, die 16. Februarii. Hoc autem ipſo anno, 23.* Auguſti, *mortuum* Guidonem, *ex prædicto Arnulfo colligitur, narrante quomodo ſequenti mox anno in die Epiphaniæ, ſtudio Erlembaldi, Eccleſiæ Defenſoris, electus ſit* Atto *contra* Gothofredum, *quem Henricus Imperator, vivente (ut dictum) adhuc* Guidone, *nominarat Archiepiſcopum;* Guido uſque ad 1071.

Tt 2 quem-

A *quemque idem Imperator, mortuo* Guidone, *juſſerat ſacrilege a ſuffraganeis Epiſcopis ordinari.*

96 *Porro a die 23.* Auguſti *anni 1071 retregradiendo per annos 26. integros, veniretur quidem ad Auguſtum anni 1045. ſed annos illos nequaquam ſumendos eſſe integros, & ſaltem poſt 5. Septembris inchoandos, probatur ex inſtrumento quod apud Ughellum quod col. 150. datum legitur* anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quinquageſimo tertio, anno vero Imperii Domni ſecundi Henrici Imperatoris ſeptimo, anno octavo Epiſcopatus Domni Widonis, quinto die menſis Septembris, ingrediente Indictione ſeptima. *Ut tamen quam minimum poſſumus detrahemus de annorum 26. plenitudine; dicatur annus* Guidonis *octavus tunc in exitu fuiſſe, & ipſe* 8. Septembris *feſto Nativitatis Virginea eidemque Dominice ordinatus poſtquam Sedes vacaſſet menſes 8. dies 11. Mortuo autem* Guidone, Gothofredus *ſacrilege ordinatus, non auget numerum Epiſcoporum; quia Ordinationem ejus non ſolum irritam declaravit Romanus Pontifex; ſed ipſe Imperator Henricus pro nullo eam habens, alium denique, nihilominus ſacrilege, ſubſtitui fecit, contra* Atthonem, *Canonice electum & a Sede Apoſtolica ſæpius approbatum, nunquam tamen ordinatum: quare neque hic accedit ad numerum, atque ab Auctore Catalogi aque prætermittitur. Sequitur ergo poſt* Guidonem*, intervallo* annorum 4. Menſium 5.
B & dierum 12. Tedaldus *de quo hæc habentur.*

Domnus Tedaldus Archiepiſcopus, ſedit annos IX. & menſes tres, & dies XXI. obiit VIII. Kalendas Junii; ſepultus in Arona.

Tedaldus ab an. 1076. ad 1085.

97 *Alii* Thebaldum *appellant; ſed in Gregorii Papæ VII. litteris perpetuo* Tedaldus *ſcribitur, quem ne quis Suffraganeorum conſecrare præſumeret, extat ejuſdem Papæ ad eoſdem Epiſtola,* Data Romæ ſexto Idus Octobris Indictione decima quarta, *atque ſolum inchoata, anno 1075. Cum autem a 25. Maji, quo* Tedaldus *obiit, per menſes 3. dies 21. retrogradiendo, veniatur ſolum ad* 4. Februarii; *conſtat, anno 1076. ordinatum fuiſſe* Tedaldum, 5. *Feria quidem (ſiquidem annus iſte Biſſextilis, uſque ad 6.* Kalendas Martii, *adhuc cenſebat litteram Dominicalem C) ſed ab iis, quos non miramur nullam rationem habuiſſe Dominicæ, utpote ſchiſmaticis & plebis Catholicæ conſpectui merito ſubducentibus actionem, contra expreſſam Pontificis mandatum attentatam. Eſt porro* Arona, *ubi et obiit anno 1085. ad fluvium Addoam, media inter Comum & Bergomum via oppidum,*
C *olim Benedictino cœnobio nobile: ubi credibile eſt, prævalentibus paulatim* Mediolani *Catholicis, quaſi exulem* Tedaldum *extremis annis egiſſe.*

Titulorum ſtylus varius.

98 *Atque hic deſinit tertia pars hujus Epiſcopalis Catalogi; quæ maxima merito auctoritatis eſſe debet. Ut enim Pars ſecunda ſcripta eſt Genuæ ſucceſſive, ita & hæc* Mediolani*, ab anno 644. quo obiit* Stabilis. *Obſerva autem, quod ſicuti poſt* Laurentium *ab anno 521. cœpit Præſulum* Mediolanenſium *nominibus honoris cauſa præfigi Titulus* Epiſcopi, *ita idem continuatur uſque ad* Anſelmum *anno 814 electum, quamvis eodem nono ſeculo non admodum provecto, frequentiori uſu nominari cœpiſſent* Archiepiſcopi. *Deinde vero ne, vel contra receptum jam uſum, vel contra antiquæ ſimplicitatis morem, impingerent Catalogi continuatores; maluerunt omni Titulo abſtinere; ut vides, uſque poſt annum milleſimum, quando placuit uſurpare Titulum* Domini *&* Domni: *ac denique, in* Tedaldo *aſſumptus eſt Titulus* Archiepiſcopi, *quo uſi aliquamdiu ſunt qui exinde Catalogum ſucceſſive ſcripſerunt per annos 30. ceteri rurſus omni Titulo abſtinent, & diſtinctionis cauſa hic adhibent cognomentum familiæ; itaque habetur Pars 4. hujus Catalogi, mox proponenda.*

99 *Obſerva etiam, quod, ſicuti Romanorum Pontificum ſeriem texentes, cœperunt currente ſeculo 11. mutare ſtylum, quoad menſuram obeunte ab unoquoque Sedis, initium ejus ſumendo a die Electionis ſeu Inſtallationis vel Inthronizationis (quando ſcilicet illa jam videbatur Pontificem conſtituere; utpote non amplius indigentem approbationis vel conſenſus Regii aut Imperatorii, ſicut antea) ita etiam cœpit alibi uſurpari, præſertim Mediolani: ubi, occaſione ſchiſmatis inter Pontificem & Regem, tam confuſæ res fuerunt hoc eodem 11. ſeculo, & cœperunt* Archiepiſcopi *dici, non a die quo ordinati fuerunt & conſecrati (quod ſuppone in Dominicis aut præcipua nota feſtis ordinarie factum, quemadmodum etiam nunc fieri conſuevit) ſed vel ſimpliciter a die Electionis, vel a die ejuſdem Electionis per Inſtallationem completæ. Inſtallatio autem vel immediate ſequebatur Electionem a Clero factam, quando hæc libera erat: vel quando ea non erat, mox atque Electionem Cleri Princeps aut Papa ratam eſſe juſſerat, vel ab ipſo Principe aut Papa electum nominatumque Clerus ſuſceperat: neque enim eam in rem expectabatur Dominica, ut crebris exemplis mox declarabitur. Itaque in tribus quatuorve ultimis Tertiæ Partis Epiſcopis nolim aſſeverare, diem initi Epiſcopatus, exurgentem ex numero annorum, menſium ac dierum, quibus quiſque ſedit, collato cum die obitus, eſſe omnino & certe habendum pro die Conſecrationis; ſed fateor fieri poſſe, ut ſecundum hunc novum ſtylum intelligendus ſit dies Electionis, alterutro ex modis prædictis ſumpta.* E

Pars 4. diverſa manu addita.

100 *Obſerva tertio, Partes omnes priores in Ms. Codice, quem ſequimur, haberi una eademque manu tranſcriptas ſimul omnes, atque adeo credi poſſe hanc Collectionem ſcribi cœptam tempore ipſius* Tedaldi, *eoque mortuo abſolutam, addita extrema linea. Exinde vero in eadem membrana, ſed manu identidem diverſa additi ſunt quindecim ſequentes Archiepiſcopi, uſque ad* Philippum, *anno 1207. defunctum: additi ſunt autem illi accuratione magna, & quidem tali, poſt* Robaldum *defunctum anno 1145. ut adnotetur quot menſibus aut diebus vacaverit Sedes ad novam uſque Electionem: ſed duobus ex ordine ſic relatis omittitur deinceps dies obitus, eoque ſubripitur nobis ingens ſtabiliendæ Chronologiæ adjumentum. Pars hæc non poteſt non eſſe auctoritatis maximæ, niſi forte erratum quodpiam eſt in littera numerali, quod nunc ordimur examinare.*

PARS IV.

Diverſa manu adſcripta vetuſtiori Catalogo, uſque ad annum 1132. F

Domnus Anselmus Archiepiſcopus, ſedit annos VII. & menſes V. & dies IV. obiit pridie Non. Decembris, ſepultus in Baſilica Apoſtolorum.

Anſelmus 3. ab anno 1086. ad 1093.

101 O*Bitum hunc eſſe conferendum in annum 1093. quo contra patrem Henricum Imperatorem Rex coronatus in Lombardia fuerat ejus filius Conradus, conſtat ex Bertholdo Conſtantienſi, hujus temporis ſcriptore & anni præſtitulati acta ſic concludente:* In Longobardia venerabilis Anſelmus, in cauſa S. Petri ſtudioſiſſimus, & qui nuper Conradum Regem coronavit, ſatis laudabilem fecit finem, *atque 4.* Decembris: *unde retrocedens per menſes 5. dies 4. venies ad diem 1.* Julii, *qui anno 1086. fuit Feria 4. hebdomadæ: adeo ut inter* Tedaldum *&* Anſelmum *hunc III. interceſſerint vacantis* Sedis annus 1. *menſis 1. dies 6. Quamquam enim Bertholdus prælaudatus dicat,* quod e medio ſublato potentiſſimo Eccleſiæ Mediolanenſis invaſore, erigere caput ea cœpit, excuſſoque e cervicibus jugo ſchiſmaticorum, Catholicum ſibi delegit Antiſtitem, Anſelmum ejus nominis tertium: *Hæc tamen verba, ſicut videntur intelligenda potius de laudabili*

An-

A Anſelmi *progreſſu, quam ingreſſu; ita non impertant ſucceſſionem citiſſimam, nullaq; longiori vacatione diſcretam. Cum autem Sedes Romana per Mortem* Gregorii VII. *eodemque* Tedaldus *die vita functi, vacarit uſque ad Majum anni* 1087. *fere biennio; apparet creationem* Anſelmi *independenter a Romani Pontificis approbatione factam, ipſius Henrici ſchiſmatici Imperatoris violentia & auctoritati adſcribendam; eſſe* Anſelmus *ſchiſma execratus, mox ut* Victor III. *vel qui ejus brevem Pontificatum excepit* Urbanus II. *Gregorianis contra Schiſmaticos veſtigiis inſiſtens, agnitus Pontifex fuit, curaverit cum Eccleſia reconciliari; quod facile impetraverit, mortuo (ut præſumere licet) Atthone, ante* Tedaldum *legitime electo & Roma approbato, quamvis de ejus morte nihil uſpiam legatur: forte etiam inſtitutus Cæſarea auctoritate Epiſcopus, conſecrari noluit prius quam Pontifex Romanus annuiſſet.*

Domnus ARNULFUS Archiepiſcopus, ſedit annos III. & menſes VIIII. & dies XVIIII. obiit octavo Kalendas Octobris; ſepultus eſt in Clavienſi monaſterio.

Arnulfus 3. uſque 1097.

102 *Ughellus nihilominus ſepultum ait* ad S. Victorem, cujus ille templum ditaverat fortunis, gratiiſque
B ac privilegiis exornaverat. *Ioannes Mabillo aliis* Clivaenſe monaſterium *ſcribi ait: Ioannes Petrus Puricellus, in opere quod edidit de ſanctis Martyribus Arialdo & Herlembaldo lib. 4. cap. 82.* Clavatenſe *nominat, ex Catalogo Epiſcopali quem Beroldi appellat. Sicut autem a 24. Septembris retrocedendo per menſes 9. dies 19. venitur ad 6.* Decembris, *qui anno* 1093. *fuit feria 3. ita ſolum habentur unus dies vacantis poſt mortem* Anſelmi III. *Sedis; intra quod tam breve tempus, ut multum eſt fieri potuiſſe Electionem, ſic videtur impoſſibile, ut convenerint Epiſcopi ſuffraganei Electum ordinaturi; adeoque ſit evidens, quod in fine Partis Tertia monui, initium obtentæ Sedis, non jam amplius ducendum a die Conſecrationis Epiſcopalis, poſt aliquas multas hebdomadas Electionem ſecuta, ſed a die ipſiuſmet Electionis. Ipſe eſt autem de quo in Vita Urbani Papæ II. legitur,* quod ab uno tantum Catholico Epiſcopo ordinatus, aſſentientibus quibuſdam aliis Epiſcopis, ſed manum non imponentibus, quod Schiſmatici eſſent a Romano Antiſtite excommunicati, quia poſt Electionem Canonicam a Rege Baculum ſumpſerat, per Legatum Sedis Apoſtolicæ ſponte depoſitus eſt. Cumque mox mutato habito in cœnobio viaiſſet ſanctiſſime; neceſſitate cogente, per
C D. Urbanum Papam ad Epiſcopatum redire præceptus & compulſus eſt, atque Romanæ Eccleſiæ ſacramentum pro more Epiſcoporum juravit: cui poſt Pallium ſuppliciter petenti a Domino Urbano Papa cum his verbis, per Herimannum Presbyterum Cardinalem, tranſmittitur: Pallium Fraternitati Tuæ, præter conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, quæ nulli hoc dignitatis genus niſi præſenti concedit, litteris tuis exorati, ex Apoſtolicæ Sedis benedictione, tranſmittimus. *Vixit autem poſtea uſque ad annum* 1097. *& uſque ad Electionem ſucceſſoris vacavit ſedes* menſem 1. dies 8. *ut mox apparebit.*

Venerabilis memoriæ ANSELMUS Archiepiſcopus ſedit annos III. & menſes X. & dies XXVIII. obiit II. Kalendas Octobris, ſepultus eſt Conſtantinopoli ut peregrinus, in monaſterio S. Nicolai.

Anſelmus IV. uſque ad 1101.

103 *Priora duo verba non eſſe ejuſdem ſcriptura obſervavit Mabilio.* Anſelmus *autem ex iſto ſaeculo ſedere cœpit anno* 1097. *die* 3. Novembris. *Feria tunc 3. & vixit uſque* 30. Septembris *anni* 1101. *Erravit igitur Ughellus, quando ipſo ſeculari anno mortuum Anſelmum hunc ſcribit, qui dicto anno adhuc Mediolani conſiſtens celebraverat dedicationem eccleſiæ S. Sepulchri; cujus dedicationis monumentum inſigne idem Ughellus profert col. 170. & ſeqq. ſcriptum* anno ab Incarnatione Domini noſtri milleſimo centeſimo, Indictione octava, Idibus Julii. *In hoc Inſtrumento duo mihi notanda occurrunt. 1. Quod ibi indulgeatur, ut* quicumque ad illud ſepulcrum, in quo Chriſti corpus dormivit, aliquo impedimento detentus aſcendere non potuerit, & ad hoc ſepulcrum ad ejus veram ſimilitudinem factum venerit, ſana mente & bona intentione, remiſſionem ſuorum tertiæ partis delictorum habeat, & ad laudem Jeroſolymitani ſepulcri hoc ſe retuliſſe cognoſcat. *Hinc porro intelligitur majores Epiſcopos, qualis erat Mediolanenſis, eodem proportione eodemque tempore, qua & quo cœperunt Romani Pontifices largiri Indulgentias loca ſacra viſitantibus, cœpiſſe in ſua quemque diœceſi mi conſimili largitate. 2. Prædicta eccleſia* S. Sepulchri *Presbyteris parochiam ſuam aſſignans Archiepiſcopus, nominando domos plerorumque nobilium ad quas uſque debeat ſe ea extendere, eoſdem Nobiles ſuo quemque nomine & cognomine compellat; unde ſequitur, ſaltem inter tales, plenum uſum cognominum tunc fuiſſe: ipſe tamen ſolum ſubſcribit,* Ego Anſelmus Quartus Dei gratia Archiepiſcopus: *& ſimiliter alii ſupra triginta Abbates, Priores, Presbyteri & Diaconi, nomini ſuo ſimpliciter ſcripto ſolum addunt Titulum officii ſui ſeu gradus Eccleſiaſtici. Vivebat nihilominus eodem tempore Landulfus a* S. Paulo, *qui (ſicut in* Monumentis *Ambroſianis pag. 466. teſtatur Puricellus) ſcripſit librum hiſtoriarum* Mediolanenſis *Urbis, ab anno Chriſti ſupra milleſimum nonogeſimo ſexto uſque ad centeſimum trigeſimum ſextum: is autem &* Anſelmum de Raude *nominat, eum qui Conradum coronavit; &* Arnolfum de Porta argentea, *huic ſuffectum; & pro eo electum* Landulfum de Badagio, S. Ambroſii Canonicæ Præpoſitum; *ſed cujus electionem irritam fecerit Legatus Apoſtolicus, ſuaque auctoritate evicerit ut* Anſelmus de Buis *aſſumeretur. Poſt hunc*

Conceſſio ab eo indulgentiæ

E

uſus cognominum ejus ætate frequens.

GROSULANUS hanc ſedem annos IX. & menſes IV. perturbavit.

104 *Hunc Saonenſem Epiſcopum conſecratum juſſu* Anſelmi, *ab eoque peregre profecto inſtitutum* Mediolani *Vicarium, ibidem uno poſt anno Archiepiſcopum eligendum curarant aliqui, electumque ſuſceperat Romanus Pontifex; nec deſiit pro tali habere, etiam poſtquam Liprandus ſanctiſſimus Presbyter, innoxie per ignem tranſitu probaſſet ingreſſum ejus Simoniacum fuiſſe. Iudicium iſtud expertus Liprandus prædictus fuit anno* 1102. *infra Hebdomadam Sanctam, quam ſequebatur Paſcha die 6. Aprilis. Illius univerſam Hiſtoriam ex ejus nepote Landulfo deduxit Puricellus l. 4. cap. 88. poſt Actam SS. Arialdi & Herlembaldi: cap. autem 91. narrat ejuſdem Liprandi mortem anno* 1113. *in nocte feſtum Epiphaniæ exordiente, etiam miraculis ſubſecutis illuſtrati.* Groſulano *autem anno* 1112. *Kalendis Ianuarii abdicato per Clerum Mediolanenſem, denique anno* 1116. *in Synodo Lateranenſi per Paſchalem Papam II. celebrata, prima quidem die ſcilicet 6.* Martii *feria 2. tertio hebdomada Quadrageſimalis,* inter Mediolanenſes Epiſcopos, Groſulanum & Jordanum, in alterum de invaſione, in alterum quod ſuæ Sedis deſertor extitit, ventilata eſt controverſia......Sabbato autem tali diſpenſatione terminata, quod Pontifex Groſolanum quidem in locum unde tranſlatus fuit reſtituit, Jordanem vero Mediolanenſibus conceſſit. *Non tamen* Groſolanus, *ut ait Landulfus* ad Saonam ivit, ſed in ipſa Urbe apud monaſterium S. Sabæ per annum unum & menſes quatuor ut Epiſcopus vixit, atque ibi ſepultus eſt octavo Idus Auguſti. *Defunctus eſt igitur anno* 1117. *poſt initium Auguſti: ac proinde dici poſſet poſt electionem ſuam primam vixiſſe annis* 14. *& amplius: ſed Auctor Catalogi perturbationem Eccleſiæ ſub eo definiens annis* 9. menſibus 4. *uſque ad initium anni*

Groſolanus Epiſc. Saonenſis,

F

aſſumptus ad Sedem Mediolan. an. 1102.

ſed abdicatus 1112.

Tt 3 1112.

A 1116. *ipſam dumtaxat extendit; eoque videtur indicare, ipſius electionem factam fuiſſe anno quem diximus 1102. circa finem Auguſti, cum jam utique certiſſimo conſtaret de morte* Anſelmi IV. *Conſtantinopoli obita ante menſes fere 11. His ergo dicendum eſt Sedes omnino vacaſſe, deinde vero dubitatum fuiſſe, eſſetne* Groſolanus *vere Mediolanenſis Epiſcopus: quod Romanus Pontifex ne tunc quidem negavit cum eum depoſuit; ſed ſolum declaravit, cum* translationes Epiſcoporum duobus fieri modis *poſſint*, neceſſitate vel utilitate; *hujus* Groſolani translationis quæ videbatur utilitatem, in animarum & corporum damna converſum, *adeoque irritari jam poſſe. Extat in Bibliotheca Regia Pariſina Ms. liber, ut prafert Titulus,* Petri Groſulani Epiſcopi de Proceſſione Spiritus ſancti; *unde infert Ughellus, pranomen Petri fuiſſe* Groſulano; *quem & eruditum extitiſſe, & magno uſui Romana Eccleſia contra Græcorum errorem, auctores volent; ideoque in pretio ſemper a Pontifice habitum.*

Domnus Jordanis Archiepiſcopus ſedit annos viii. & menſes ix. & dies iii. obiit iv. Nonas Octobris: ſepultus eſt apud S. Ambroſium juxta pulpitum.

B

Jordanus obiit, ad an. 1120.

105 *Mors ejus incidit in annum 1120. a cujus die 4.* Octobris, *ſi per 9.* menſes dies *3. retrocedas, praciſe pertinges ad* Kalendas Januarii *anni 1111. ejus electioni aſſignatas a Landulfo; & comprobabis, verum eſſe quod dixi, de menſura Epiſcopatus ſumenda a die, non Ordinationis, ſed Electionis: quamvis enim ſic non comprehenditur dies mortis, non tamen eodem computate veroſimile iniquum eſſe poteſt, die immediate ſequenti conſecratum fuiſſe* Jordanum: *Kalenda enim Januaria anni iſtius inciderunt in Feriam 2. & ut minimum expectanda fuit ſequens Dominica, aut etiam hebdomada aliquot debuerunt prateriiſſe, antequam comprovinciales Epiſcopi (quorum nullus adfuit electioni) convenirent ad benedictionem Electi, vel etiam conſentirent ipſi Electioni, injuſſu Sedis Apoſtolica contra jam pridem ab ea ſuſceptum Groſulanum facta. Conſecraſſe autem Jordanum videntur nominati a Landulfo*, Betoardus Papienſis & Mainardus Teurinenſis *Epiſcopi, nonnullis obmurmurantibus*, in quo murmure Epiſcopi Azo Aquenſis & Aedericus Laudenſis videntur fuiſſe. *Narrat autem idem Landulfus, quomodo anno ſequenti* Jordanis *in feſte S. Nicolai,*

C *poſtulatam a Pontifice ſacramentum praſtiterit, & Stolam, id eſt Pallium, quod ante ſeſquiannum Romam attulerat praedictus Mainardus, de altari ſumpſerit: neque prius conſecratus, quam pro Stola ipſi petenda Romam proficiſceretur Mainardus, quo is illico profectus dicitur pradicto murmure vigilante.*

Domnus Olricus Archiepiſcopus, ſedit annos v. & menſes vi. dieſque undecim: obiit v. Kalendas Junii, ſepultus in eccleſia hiemali juxta pulpitum.

Olricus, obiit uſque ad 1125. ſed ad 1124.

106 *A die 28. Maji, per tempus pranotatum retrocedendo, venitur ad 18.* Novembris, *qui anno 1110. fuit feria 5. Ante ejus Electionem vacaverit Sedes menſem 1. dies 13. ipſe vero obierit anno 1125. Sed omnino fateri oportet, vitium eſſe in numero annorum, quemquam ſimiliter expreſſum exhibent Catalogus Synodalis aliique, prater ſolum Puricellum, quo Auctore Ughellus ſolum* duos annos Olrico *tribuit. Etenim ille inter Monumenta Ambroſiana Baſilica p. 571. profert ſententiam, latam in controverſia inter Monachos & Canonicos Ambroſianos, mota tempore* Domni Olrici Archiepiſcopi ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, *& deciſa anno* Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo tertio, primo die menſis Septembris, Indictione ſecunda, *primum ſcilicet inchoata, numeris ita ad longum expreſſis: cui primus ſubſcribit* Olrici *ipſius ſucceſſor hoc modo,* Ego Anſelmus gratia Dei Archiepiſcopus laudo & confirmo. *Videtur igitur ſcriptori Catalogi obrepſiſſe annus pro 2. ita ut obierit* Olricus *anno ipſo 1123. eique poſt vacantis Sedis menſem fere annum (ut infra apparebit) ſucceſſerit is, de quo alio prorſus ſtylo, eadem tamen qua priores quinque deſcripti ſunt ſecundaria manu, inveniuntur ſequentia verba; addito ad nomen proprium, quod antea factum nunquam, neque in ſequentibus ſex factum invenitur, cognomento familia, hunc in modum.* D

Ab Electione Domni Anſelmi de Puſterula uſque ad Electionem Domini Ribaldi, qui tunc erat Albenſis Epiſcopus, ſunt anni viiii. & dies xxviiii.

107 Anſelmum *hunc electum fuiſſe ultimo Junii vel primo Julii, probabile nobis fit ex comparatione diei mortualis, qui omnino videtur fuiſſe 14. Auguſti. Nam ſi hinc retrocedas, per menſem unum, dies 14. qui numero annorum ejus adjiciuntur, illuc adductum te invenies. Electio autem* Ribaldi, *ſeu potius (ut infra ſemper vocatur)* Robaldi, *qua poſt nonum ab Electione* Anſelmi *annum facta ſit, id eſt, anno 1132. diverſa omnino concipi debet ab illa, a qua ſumitur Epocha Pontificatus ejus poſt annos 10.* menſes *4.* dies *26. finiti, die 30. Decembris anno 1145. talis enim Electio (ut apparet) ſolum potuit facta fuiſſe anno 1135. die 5. Auguſti. Dico igitur, quod* Anſelmo *a Mediolanenſibus ejecto (ejectus eſt autem anno 1132.)* Robaldus *Albenſis Epiſcopus, Mediolani remanſerit Epiſcopalia exercens officia, tamquam Adminiſtrator, non quidem adhuc abſolute vacantis Eccleſia, ſed tamen praſentia Paſtoris deſtituta; idque rogatu Cleri ac Populi, ipſum ſibi Archiepiſcopum optantis habere, quam primum per Canonicam* Anſelmi *depoſitionem liceret, quod quomodo contigerit conabimur explicare Parte ſequenti, quæ tota manu tertia ſcripta apparet, poſt obitum* Joannis de Vicecomitibus, *anno 1355. vita functi.*

Anſelmus ejectus an. 1132.

In quo falſus Puric.

E

P A R S V.

Uſque ad annum Chriſti mclxxvi. *deſcripta poſt annum* mccclv.

108 *Codex ille antiquus, quem ſequimur, tempore Todaldi Epiſcopi ſcriptus, & alia deinde manu uſque ad* Electionem Domini Ribaldi, *eo quem ſupra indicavimus modo deductus: neglectus debuit delituiſſe, uſque poſt annum 1355. quando exorſus aliquis captum Catalogum proſequi, defecit in conatu, cum eſſet uſque ad annum 1176. ſcribendo progreſſus: exorſus eſt autem ab* Anſelmo, *de quo nihil inveniebat ſcriptum ſtylo ac forma Catalogi conſueta.* F

Anſelmus de Puſterula, ſedit annos x. menſem i. dies xiiii: obiit decimo nono Kalendas Octobris, ſepultus eſt in Roma ad S. Johannem Lateran.

109 *Illius ipſius temporis ſcriptor atque* Anſelmo *familiaris Landulfus, apud Puricellum pag. 627. aſſerit,* quod Anſelmus de Puſterla *(ſic enim ſcribit)* in menſe Auguſti à Piſis Romam *miſſus, ibidem in eodem men*ſe vitam finivit. *Exerrantis ergo calami vitio factum eſſe, ut pro* Kalendas Septembris *ſcriberetur* Octobris, *vel inde ſcias, quod ante hujus poſterioris menſis Kalendas, octodecim dumtaxat, non autem novemdecim dies numerentur. Quo autem calculo dicamus auctorem numeraſſe annos* Anſelmi decem? *Viderat, credo, deceſſori ejus* Olrico *adſcriptos annos 5. nec mendum aliquod ſuſpicatus, exiſtimavit illum protraxiſſe vitam uſque ad annum 1125. ſciens autem obiiſſe* Anſelmum *anno 1135. decennium ei ſufficere credidit. Ut autem certior conſtet ratio praedictorum, placet Landulfi pralaudati* verba

Obiit Anſelmus 14. Aug. 1145. Romæ captivus.

poſt 13. annos a ſucceſſione.

A *verba ex Puricello deſcribere, præmiſſa breviter notitia cauſa, quæ* Anſelmum *in ruinam traxit.*

110 *Anno ut jam dixi*, 1123. *Junio exeunte electus* Anſelmus, *& ordinatus ipſis forte Kalendis Junii, tunc in Dominicam cadentibus, tempore Calliſti Papæ II. diſtulerat ſeſe Romam conferre, cauſa petendæ Confirmationis & Pallii, nolentibus (ut mox apparebit) Mediolanenſibus Eccleſiam ſuam extenus Romano Pontifici ſubjici, ſed juris ſui eſſe prætendentibus, ut illud Romanus Pontifex petenti Archiepiſcopo mitteret, ſicut conſtabat feciſſe S. Gregorium anno* 594. *Joannem XII.* 930. *Paſchalem II. pro* 1100. *allegatum a Puricello pag.* 637. *Anno deinde* 1124. *exeunte moritur Calliſtus, eique eodem adhuc Decembri ſufficitur Honorius item II. Ad hunc* Archiepiſcopus, ſecutus conſilium quorumdam Capellanorum & Primiceriii, Petri quoque Terdonenſis Epiſcopi, contra publicum interdictum Cleri & Populi Mediolanenſis, Romam ivit, *quod mihi quidam, inquit Landulfus apud Puricellum pag.* 174. non ſedit. Veruntamen ipſe, ceu vir prudens & ſapiens, cum Papa Honorio & Cardinalibus ejus multa contulit; & conferendo, eccleſiaſticas conſuetudines Ambroſianæ Eccleſiæ & honores ejus Archiepiſcopatus & Urbis multis & bonis rationibus deſcen-

Hic anno 1123. Romam profectus,

B dit: unde ipſe Papa huic prudenti viro dixit: Frater, mediatrix, ut Epiſcopus, veniſti: ſed ſi vis ſcilicet auctoritate Archiepiſcopi in temporibus meis, neceſſe eſt ut Stolam ſuſcipias de manibus meis; aut, ſicut ego ſuſcepi, ad altare S. Petri. Hinc Dominus iſte Mediolanenſis Robaldum Albenſem adjuravit, ut ſibi conſuleret. Tunc Robaldus ille Albenſis ſic ait, quod prius ſuſtineret naſum ſuum ſcindi uſque ad oculos, quam daret ſibi conſilium ut ſuſciperet Romæ Stolam & Eccleſiæ Mediolanenſi præpararet hanc novam & graviſſimam, quam Honorius Papa dicebat ſibi, imponere menſuram. Mediolanum igitur iſte Anſelmus Archiepiſcopus ſine Stola rediit, & eumdem Albenſem Epiſcopum ſecum reduxit: verum Archiepiſcopalem Sedem non aſcendit, donec Robertus de Moregnano ejus ſcriba conjuravit, quod ipſe Dominus ſuus Anſelmus, nulli minuimento honoris Eccleſiæ Mediolanenſis conſenſit, & quod ipſum Albenſis ille Epiſcopus auctoritate ſua confirmavit. Deinde Pontifex iſte Anſelmus Sedem & Caſtella Archiepiſcopatus, in beneficio Cleri & populi, occupavit.

ablatum ipſis ſibi Pallium non prius recepit.

111 *Interim moritur Ultrajecti Henricus, hujus nominis inter Germaniæ Reges Quintus, inter Imperatores*

C *Quartus die* 21. *aut* 23. *Maji, eique ſufficitur ab Electoribus Lotharius Dux Saxoniæ, & Aquiſgrani coronatur, cum approbatione Romani Pontificis Honorii II. Iſte cum ab ipſo ſtatim principio Henrici defuncti genus omne deprimere eſſet aggreſſus, velut divino judicio electus ad vindicandas Eccleſiæ illatas a Suevica ſtirpis Regibus injurias; natus ex Henrici ſorore filius, Conradus Dux Sueviæ, cedente Friderico primogenito, Titulum Regis aſſumpſit, velut hereditario jure debitum; & Coronam Imperii prærepturus Lothario, in Italiam trajecit anno* 1128. Anſelmus ergo (*proſequor Landulfi a Puricello deſcripti contextum*) Anſelmus, *inquam*, in Caſtellis habitans, intellexit quod Clerus & Populus Mediolanenſis nobilem Principem Conradum, cum eccleſiaſtica pompa & civili triompho, convenienter Regi naturali, ſuſcepit. Cum autem Clerus & Populus idem de coronando Rege ipſo tractaret; Pontifex idem Anſelmus a Leuco deſcendit ad Modoetiam, qui eſt primus locus Coronæ Regis Italiæ; ibique pernoctavit, & conſilium redeundi ad montana ſuſcepit, & poſt trium dierum interpoſitionem Caſtellum, quod dicitur Plebia, aſcendit. Ibi ploras ſonos ſonoros de coronando Rege Conrado audivit? & ego non in amaritudine ab iſto Pontifice audivi, ut citiſſime Mediolanum adirem, & affectum civium omnium ſuper ejuſmodi Regale negotium ſibi renuntiarem.

Anno 1128. exceptus a Mediolanenſibus Conrado,

& contra Lotharium ſibi Regnum vindicante.

112 *Suſcepta autem ipſius Landulfi aliorumque relatione in favorem Conradi, quaſi divinitus ad Regnum vocati*, ipſe, quaſi conſentiens communi omnium gentium voto, in eccleſia S. Michaelis quæ eſt Modoetiæ, benedixit & unxit, & Coronam electo Conrado in feſto S. Petri poſuit, altero Epiſcopo adſtante Regi coronando. In quo facto ego, *inquit Landulfus*, piger non fui: ſed ante ipſum Pontificem ipſumque Coronatum, ab eccleſia S. Michaelis Pontificalem Virgam, in admirabili pompa, per Dei voluntatem congregata ad honorem illius Regis, uſque ad eccleſiam S. Joannis portavi; & in S. Joannis eccleſia ſolenniter cum Rege iſto quam optimo Miſſam audivi. Eamdem quoque ſolennitatem Coronationis idem Pontifex in eccleſia S. Ambroſii, me alibi non meo vitio detento, celebravit. Veruntamen quidquid directe eſt actum in illo Domino meo Rege, dilexi & diligo. Hunc namque gradientem per Comitatus & Marchias Lombardiæ & Tuſciæ, Comites & Marchiones cujuſcumque nobilitatis, viri potentes & humiles, cum gaudio ſuſceperunt & amaverunt; qui vero rebelles fuerunt, ejus acutiſſimi gladii fortitudinem ſenſerunt. . . . . ac ſic benigne & fortiter agendo Romæ appropinquavit: ſed fortis manus Honorii Papæ ipſum reſupinavit, atque in Germaniam, quaſi ad ſua propria, redire fecit.

de Corona dimovet. Imperatoris Coronam imponit Modoetiæ

et deinde Mediolani

quo Romæ repulſo.

E

113 Joannes igitur Cremenſis, Cardinalis Romanus, Epiſcopos Suffraganeos & Comprovinciales Mediolanenſis Eccleſiæ, ut excommunicaret Mediolanenſem Archiepiſcopum, convocavit Papiæ. Quibus convocatis & Cardinali, per plures viros & ſacerdotes, ipſe Pontifex Mediolanenſis mandavit, ne præſumerent, ſed ipſum per unius diei ſpatium expectarent. At Papienſes, Cremonenſes, Novarienſes quoque, & eorum & Epiſcopi & aliarum civitatum, prædicentes hoc Regium opus Anſelmi, contrarium Deo & magno Lothario Regi, nequaquam illius Pontificis legationem ſuſceperunt; ſed ipſum, præſtante Cardinali illo Joanne, excommunicaverunt; & Mediolanenſibus, protegentibus caſtrum Cremæ, bellum facere ſtuduerunt. Attamen in maxima parte Mediolanenſes Catholicam reverentiam, exeunte Papa Honorio, huic Pontifici præbuerunt.

excommunicatur a ſuis ſuffraganeis Anſelmus.

114 Honorio defuncto (*pergit idem pag.* 591.) Anacletus Papa Romanorum II. *ſeu potius Antipapa, contra Innocentium II. electus in Februario anni* 1130. *feſtinavit Mediolanenſem Archiepiſcopum ac Populum ſibi conciliare, nulla habita ratione excommunicationis præfata aut Lotharii Regis:* & Mediolanenſi *Anſelmo* Stolam per ſuos idoneos Nuntios, Joannem Paleſtrinæ Epiſcopum & Beltramum Subdiaconum Romanum, mandavit.

F

Quam Stolam ipſe Anſelmus Pontifex, Clero & Populo Mediolanenſi circumſtante & collaudante (aſſumpſit, &) Anacletum papam ejuſque Legatos & Legationem reverenter ſuſcepit: pars vero ſibi adverſa inde magis detrahere ſibi cœpit. At plenitudo Cleri & Populi ad eum quoque concurrebat: timorem quoque & reverentiam Regi Conrado & papæ Anacleto ex dilectione portabat. *Atque hoc in ſtatu permanſerunt Mediolanenſes, tam concordes Archiepiſcopo ſuo, quam Pontifici & Imperatori rebelles, uſque ad tempus Piſani Concilii. Prius autem quam hoc conveniret, placuit Deo diſcordiam jacere inter male concordes eum ſuo Epiſcopo Clerum ac Populum; & illum per eos ipſos, quos fideles tenebat, exturbare ab urbe primum (quod anno* 1132 *factum putamus) deinde etiam gradu ſacrilege poſſeſſo dejicere. Rem ita nobis narrat Landulfus apud Puricellum pag.* 593.

Pallium nihilominus accipit ab Anacleto Antipapa miſſum an. 1130.

115 At ubi Anſelmus Archiepiſcopus, contra ipſos *Mediolanenſes*, venditiones & privilegia facere voluit & fecit, & multitudo Cleri & Populi atque Conſulum ipſas venditiones & privilegia legere voluit; contigit quod . . . . plures de Ordinariis ac Decumanis Sacerdotibus, cœperunt, neſcio quo ſpiritu, ſuper cauſa Regis Conradi ridere, & cauſam Anacleti latenter ſpernere. Hinc

Ao-

A Anſelmus Archiepiſcopus multos ſuſtinens ſtimulos, tandem Presbyterum Azonem . . . & quoſdam alios, qui fuerunt doloſi in celebratione Coronæ Regis Conradi; excommunicavit. Ex cujus excommunicationis radice . . . diſſenſio multa & perniciuſa nimium orta eſt in Mediolanenſi populo . . . . Quia ſi Archiepiſcopus excommunicavit hunc Presbyterum & alios in pulpito ſanctæ Theclæ; & Epiſcopi Comprovinciales & Suffraganei (ſicut ſupradictum eſt) excommunicaverant illum Papiæ. Ordinarii itaque & Decumani Sacerdotes, & ceteri faventes Papæ Innocentio Secundo, & inſidias præparantes hujuſmodi Archiepiſcopo, ſuas pecunias effuderunt, & ipſas Legis-& Morum-peritis atq; bellatoribus viris tribuerant. Unde ipſe Archiepiſcopus compulſus eſt intrare popularem concionem, ut ibi decertaret cum ſuis excommunicatis de excommunicatione. Cumque ille expectarat ſagittas de juſta aut de injuſta excommunicatione; Nazarius Primicerius, miræ calliditatis homo, per prolixum ſermonem cunctæ concioni faſtidium induxit. Archipresbyter autem Stephanus, qui cognominatur de Guandeca, videns Primicerium ſuum faſtidioſe fore locutum, vocem ſuam exalta-
B vit, & contra Archiepiſcopum ſic ait: Tu es hæreticus, perjurus, ſacrilegus; & aliis criminibus, quæ non ſunt hic notanda, es reus. His auditis ex improviſo, Archiepiſcopus obſtupuit. Archipresbyter vero ille, habens textum Evangeliorum ad manum, continuo juravit, quod ipſe de iſtis rebus, quas dixerat eſſe in iſto Anſelmo qui dicitur de Puſterla, in judicio Epiſcopi Novarienſis & Albenſis, qui ſunt de Suffraganeis Eccleſiæ Mediolanenſis, ſtaret. Conſules itaque Mediolanenſes, in concordia utriuſque partis, ſtatuerunt, ut ipſi & alii Suffraganei venirent.

Ipſemet, ut excommunicatus, vocatus in judicium,

116 In ſtatuta itaque die, non ſolum Suffraganei, ſed quamplures, pure induti rudi & inculta lana, & raſi inſolita raſura, concurrerunt. *Ciſtercienſes intelligi Puricellus exiſtimat pag. 605. Ex codice Humiliatorum, quem alligat pag. 632. videri poſſunt fuiſſe ſeculares*, Magnates & Nobiles cives Mediolani, *qui ſub idem tempus a S. Bernardo* ſpiritu divino inebriati, formam vivendi in habitu religioſo cum ſuis familiis habitando ſumpſerunt, *dicti* Fratres S. Bernardi: *qui deinde fuerunt* Fundatores primi & ſecundi Ordinis Humiliatorum. *Ciſtercienſes certe tunc necdum erant fundati Mediolani, ſed illuc primum introducti ſunt poſt Concilium Piſanum; nec pauci illi, quos in ſuo Comitatu habuit S. Bernardus, potuerunt turbam hic indicatam facere. Ut ut eſt.* Cum Ar-
C chiepiſcopus iſte Anſelmus vidiſſet eos cunſtare, & populo (videri) quaſi ſi eſſent Angeli de cœlis; ad ipſum populum ait: Omnes iſti, quos videtis cum illis cappis nlois & griſeis, hæretici (ſunt). Inde ſimplices, & compoſiti ad expellendum & deponendum (eum), bellum commoverunt: verumtamen gladio Anſelmi in die illa reſiſtere non potuerunt. Sed mediante nocte, per expenſam pecuniam, manus Primicerii & Archipresbyteri Stephani fortiſſima (convenit, quæ) in ſummo diluculo ipſum Anſelmum a Sede compulit: qui cum non inveniret quo declinaret, paternam ſuam domum intravit.

populoque contrarium ſommoto,

(Non paratus objectis ſatisfacere.)

117 Factoque mane die altera idem Anſelmus, coram humili ſua plebe, in eccleſia S. Ambroſii congregata, ſe præſente jurare fecit Camerarium ſuum, ne iſte Dominus ſuus effugeret judicium Suffraganeorum, & coram eis reſponderet Stephano Guandeca dicto Archipresbytero, de iis rebus quas ſibi objecerat, remota cauſa Regis Conradi. Joannes autem de Rhode, unus ex Conſulibus Mediolani, reverſus ad alteram partem quę eum miſerat, de juramento iſto Anſelmi nihil retulit; ſed ait: Dominus ille, ad quem me miſiſtis, ad nullam rationem faciendam vobis venire promittit. Tunc qui in concione illa aderant, clamaverunt; Et ipſe deinceps ſit remotus a nobis. Ac ſic quiſque Suffraganeus ad Sedem B ſuam rediit, niſi Robaldus Albenſis, qui Chriſmate ac ceteris Epiſcopalibus officiis Eccleſiæ ſubvenit, *rogatus (ut exiſtimo) & electus a populo in Adminiſtratorem Archiepiſcopatus, cum ſpe illius quoque obtinendi, quando certum Eccleſia haberet Pontificem, cujus judicio comprobaretur Anſelmi abdicatio. Et ſic habetur, meo quidem judicio, prænotata in fine quartæ Partis* Robaldi electio; *cujus tamen cauſa hic non cœpit Archiepiſcopus eſſe aut dici.*

[illegible] Rubaldus Ep. Alben.

eugitur [illegible] [illegible] ad [illegible]

118 Anſelmus autem ille, quaſi a cuncto Clero & Populo abjectus & expulſus, ad ſolita Caſtella Archiepiſcopatus exivit, in quibus qualemcumque requiem habuit, *per annos ſubſequenter duos; per quos S. Bernardus Claravallenſis Abbas, coram atque per litteras multum nec fruſtra laboravit, in univerſo Clero Populoque Mediolanenſi, qui hactenus Anacleto adhærebat, ad veri Pontificis Innocentii obedientiam adducendo.* Interim *an.* 1134 Innocentius Papa Piſis Synodum celebravit, *teſte ut hactenus apud Puricellum pag. 608. Landulfo*, in qua, Rubaldo Epiſcopo repræſentante, Thebaldus de Landriano Archipresbyter Eccleſiæ Mediolanenſis, Amizo della Sala, Anſelmus de Rhode Levita, & alii plures ejuſdem Eccleſiæ Ordinarii, & cum Primicerio Decumani Sacer- E dotes, contra ſolium decus Mediolani & ejus Eccleſiæ (*ſic Auctori & aliis ejuſdem ſententiæ civibus videbatur*) Innocentio Papæ fidelitatem juraverunt . . . qui depoſitionem & expulſionem ſæpe dicti Anſelmi de Puſterla firmavit. Attamen prænominati, qui fidelitatem juraverunt, timentes hos caſus Urbis & Eccleſiæ Mediolanenſis, differebant redire Mediolanum; niſi haberent Protectorem, qui coram Populo Mediolani confirmaret Anſelmi expulſionem, & ad nihilum reduceret Conradi coronationem; & Populum tantæ Urbis convocaret & confirmaret ad Lotharii Imperatoris amorem, & ad ipſius Innocentii unitatem. Ad hæc peragenda Papa a Deo idoneum Angelum habuit, ſicut Bernardus Abbas Claræ-vallenſis fuit.

& Anſelmi depoſitionem confirmari impetrat 1134.

119 Interea Princeps Conradus, altiori conſilio poſtitus, Imperatoris Lotharii Vexillifer eſt factus: & prænominatus Abbas iſte nil moratus (*ut habet apud Puricellum pag. 612.*) cum Carnotenſi Epiſcopo & Robaldo Albenſi, Mediolanum intravit: quam civitatem nimirum prout voluit firmavit . . . & tantum Populum ad amorem Imperatoris Lotharii, atque ad obedientiam Innocentii Papæ, per ſacramentum pacis, quod Abbas ipſe porrexit, confirmavit. . Tandem idem Populus (*apud* F *Puricellum pag. 619.*) ut haberet Abbatem illum in Archiepiſcopum, ad eccleſiam S. Laurentii, in qua erat hoſpitatus, cum hymnis & laudibus & ſolito ſuo Kyrie eleiſon concurrit. Quod Abbas ille non tulit, ſed ait: Ego in craſtinum aſcendam palafredum meum; & ſi me extra vos portaverit, non ero vobis quod petitis: ac ſic Mediolano receſſit. Sed quidam de Diſcipulis ejus (*pag. 626.*) per civitatem euntes, collectam multam fecerunt & faciunt. Mediolanenſes vero Ordinarii, qui Papæ Innocentio fidelitatem juraverant, confortati de hac Mediolanenſium converſione, fecerunt Litifredum Novarienſem, Vidonem Iporedienſem, & alios Suffraganeos venire Mediolanum: qui in conſilio ſuo ſublimaverunt Robaldum Albenſem Epiſcopum in Mediolanenſem Archiepiſcopum; habita ſecuritate retinendi, prout dicitur, Albenſem Epiſcopatum.

Tra [illegible] palam [illegible] a poſtulato S. Bernardo,

quo renunciante, eligitur Robaldus,

120 *In hunc modum* iſto *Robaldo* ſublimato (*utor iterum verbis Landulfi ex Puricello pag. 627*) Robaldo *inquam*, ſic ſublimato . . . . Anſelmus de Puſterla . . . . nullam ſuſcepit conſolationem, neque ſecundum conſilium Lamberti de Landriano & amicorum ejus ambulavit, ſed credulus Hugoni ſuo Naſo, voluit cognoſcere, qualiter cum Anacleto Papa Romanorum poſſet procedere. Attamen ipſe cum iſto ſuo Capellano ambulans Ravennam (*ſic enim legi debere, non* Romam, *dictat ratio*

& Anſelmus moritur,

Digitized by Google

A *itineri hic deſcripti*) in flumine Padi juxta Ferrarium, a Goygo de Martinengo captus eſt, & ad Innocentium Papam tranſmiſſus. Qui Papa in menſe Auguſti a Piſis illum captum Romam miſit: ibique (prout fama eſt) Anſelmus ille in eodem menſe, in manu Petri Latri, qui Procurator eſt Innocentii, vitam finivit. *Hactenus* Landulfus a Sancto Paulo, *res, ſuo tempore & quadantenus ſub oculis ſuis geſtas, deducens uſque ad Auguſtum anni (ſicut putamus) 1135. neque enim videntur res tot tantaque pertractari omnes potuiſſe, ipſo anno quo Concilium Piſis celebratum eſt; & ſequentium porro Archiepiſcopatuum ſeries exigit, ut* Robaldi *Pontificatus non niſi tali anno inchoatus dicatur. Iſta autem* Landulfi *verba, licet prolixiora, vel ideo libentius huc Exegeſi inſerui, ut Mediolanenſes incitarem, ad antiqua ſua Urbis Chronica & alia ſimilia monumenta, integra & ſecundum ordinem ætatis ordinata, in lucem aliquando proferenda; neque non ſemper nos cogant ea fruſtatim diſcerpta, uti ea hic diſcerpſit Puricellus, apud alios indagare.*

Robaldus jurat Papæ fidelitatem

121 *Idem Puricellus ex eodem Landulfo, pag. 635. etiam hæc tranſcripta exhibet:* Anſelmo, prout dictum eſt, mortuo, Robaldus ejuſdem civitatis Archiepiſcopus Piſis Innocentio papæ juravit, & jurando libertatem eccleſiæ Mediolanenſis (*quam illa ſcilicet prætendebat*) in contrarium convertit. *Sed cum* Robaldus *ibidem etiam oblatum ſibi Pallium cunctaretur accipere, Populi indignationem reformidans, parum abfuit quin omnia, quæ tanto molimine ſtruxerat S. Bernardus, peſſum irent; quare Pontificem, per litteras ſibi queſtum de* Robaldi *cunctatione, placaturus ſanctus Abbas, epiſtola* 318. Quod factum nondum eſt, *inquit*, faciendum eſt, ſed tempore quo præviderit Deus. *Et poſt pauca, excuſaturus Archiepiſcopum*, qui in Ur Chaldæorum de quodam quaſi Paradiſo translatus, frater factus eſt draconum & ſocius ſtruthionum; Quid faciet? *inquit*. Obedire vult? & ecce beſtiæ Epheſi frendent in eum dentibus. Diſſimulare vult prudenter pro tempore? & omni feritate formidoloſiorem veſtram indignationem incurrit. Anguſtiæ ſunt ei undique.... An vos de ejus fidelitate dubitatis? Si quis vobis aliud de eo maligna perſuadere ſuggeſtione non dubitavit, ſe magis prodidit infidelem. *Propoſito deinde exemplo Domini, Lucæ 13. poſt expectatos per triennium ex ficulnea fructus, etiam quartum annum expectare perſuaſi;* Tu vero, *inquit*, vix tres expectaſti menſes (*puta ab Auguſti initio, quo poſſeſſionem* Robaldus *inierat uſque ad exeuntem Octobrem*); & jam ſecurim paras?

ſed de manu ejus diffiſus accipere Pallium.

122 *His placatus Pontifex, non ſolum videtur comminationes remiſiſſe excommunicationis iterandæ, ſed Pallium ipſum ea forma miſiſſe, qua deberi Mediolanenſes putabant: quibus hunc ſucceſſum gratulatus Bernardus per Epiſtolam, quæ in ordine numeratur 131. ſic exorditur.* Bene vobiſcum facit Deus, bene vobiſcum facit Romana Eccleſia. Facit ille, quod pater: facit illa, quod mater. Et revera quid vobis debuit facere, & non fecit? Si poſtulaſtis mitti vobis de Curia honorabiles viros, ad honorem Dei & veſtrum; factum eſt. Si poſtulaſtis confirmari, quod unanimitas veſtra de Venerabilis Patris veſtri electione firmaverat; factum eſt: ſi voluiſtis licuiſſe vobis, quod illicitum, niſi pro magna quidem neceſſitate, ſacri Canones judicant, tranſlationem Epiſcopi ſcilicet in Archiepiſcopum, conceſſum eſt.... In poſtremo, quæcumque rationabilis petitio filiæ, non dico repulſam, ſed vel moram paſſa eſt apud piam matrem? Eo ad complementum Pallium præſto eſt, plenitudo honoris. *A quo hoc dicta ſufficiant, de* Anſelmi *fortuna &* Robaldi *initiis: nunc Catalogum, qualem invenimus, proſequamur.*

quod tandem Innocentius miſiſſe videtur.

Robaldus ſedit annis 11. menſibus 4. diebus 26. Obiit 3. Kal. Januarii; ſepultus eſt in eccleſia S. Mariæ, quæ dicitur hiemalis juxta pulpitum. Fuerunt autem ab obitu illius uſque ad electionem Domini Oberti dies XXIII.

Robaldus ad 1145.

123 *Ecce novam definiendi interpontificii diligentiam, uſque ad finem hujus Quintæ Partis continuatam, Retrocedens autem a die 30. Decembris anni 1145. incurrit in diem 6. Auguſti 1135. quouſque differendam novi Archiepiſcopi electionem, poſt tempus celebrati Piſis anno præcedenti Concilii, facile perſuadebit multitudo negotiorum, ultra citroque tractatorum; maxime ſi agatur de electione per Pontificium aſſenſum completa: qui aſſenſus, ut alias neceſſarius Mediolanenſibus non fuerit, neceſſarius tamen fuit hac vice, qua non ſolum depoſito priori ſubrogandus erat alius, ſed ſubrogandus Sedis alterius Epiſcopus, quod eo tempore omnino cenſebatur illicitum, niſi accederet diſpenſatio in contraria diſpoſitionis Canone, tunc adhuc rigide ſolito obſervari. Mabilio, pro 23. diebus vacantis poſt* Robaldi *mortem Sedis, 26. notavit; ſed 11. pro ii ob eo lectum fuiſſe, fallente characterum ſimilitudine, ſuadet dies 22. Januarii; quo oportet electum ſucceſſorem credi.*

Obertus ſedit annis 20. menſibus 2. & diebus 6. obiit autem 6. Kal. Aprilis: ſepultus eſt Beneventi, exulans pro fide, in eccleſia S. Sophiæ. Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Domini Galdini dies 20.

Obertus ad 1166

124 *Per dies Interpontificii 23. poſt mortem* Robaldi *ſupra notatos, venitur ad 22. Januarii, eumdem ipſum ſcilicet in quem reditur retrocedendo per menſes ac dies aſſignatos ejus Sedi, finiendæ 26. Martii anni* 1166. Obertus *autem ante triennium, dimiſſa Urbe quam Fridericus Ænobarbus obſidebat, & obtentam deinde excidit, ad* Alexandrum *Papam confugerat, cum Archidiacono ſuo* S. Galdino, *quem moriens etiam accepit ſucceſſorem.*

S. Galdinus ſedit annis 10. eadem die conſecratus & mortuus. Obiit autem 14. Kal. Maji, ſupra pulpitum B. Theclæ prædicans populo verbum fidei & veritatis, & præcipue contra Catharos. Sepultus eſt in eadem eccleſia juxta pulpitum. Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Domini Algiſii ſeptimanæ 10. & dies 3.

125 *In alio Canonicorum S. Ambroſii, catalogo, qui modo nuſpiam inveniri dicitur, hæc de eodem Sancto ſcripta reperimus:* anno 1166. B. Galdinus, ex Valvaſſoribus della Sala, tit. S. Sabinæ Presb. Cardinalis & Legatus in Lombardia, ſedit annis 10. obiit die 15. poſt Paſcha, jacet in S. Thecla. *Numeri, per zyfras Arabicas expreſſi, indicant non magnam poſterioris hujus Codicis vetuſtatem: nihil tamen uſpiam ſubeſſe vitii, perſuadet* Dominica ſecunda poſt Paſcha, *quo Sanctum obiiſſe etiam teſtatur Vita, ad 18. Aprilis ab Henſchenio noſtro illuſtrata. Anno enim 1176. Paſcha celebratum eſt 4. Aprilis, proinde 18. ejuſdem menſis fuit Dominica poſt feſtum ſecunda: ante Decennium vero, id eſt anno 1166. eadem dies non in Dominicam, ſed in Feriam 5. cecidit, quo tamen Ordinatum ſeu Conſecratum fuiſſe* Galdinum *nemo mirabitur, qui conſiderabit, id non eſſe factum Mediolani a comprovincialibus Epiſcopis publice, ſed privatim Romæ a ſummo Pontifice: quem oportet valde feſtinaſſe in hoc negotio, ſiquidem poſt 20 dies a morte Oberti uſque ad Electionem Galdini, nullum omnino temporis intervallum inveniri poteſt, quod inter Electionem & Conſecrationem mediaret. Poſt* Galdinum.

S. Galdinus ad 1176.

Algiſius ſedit annis 8. & menſibus 5. quinque diebus minus: vacavit autem Sedes per menſem unum & dies 11. ſepultus eſt autem in Eccleſia hiemali juxta pulpitum.

126 *Electus igitur eſt ex ſupra poſito Interpontificii ſpatio (quod a 23. Aprilis ſeptimanarum 10. dierum quatuor fuit) 2. Julii, Feria 3. anno 1176. & obiit 29. Martii*

anno

A anno 1185. Sed dolendum eſt, quod Auctoribus unde accepta hæc continuatio, exciderit cura notandi diem, quo unuſquiſque Archiepiſcopus obiit: talis enim, collatus cum deſignando Interpontificii progreſſi & Pontificatus geſti ſpatio, ſcribentium accuratiorem in notandis numeris certiſſimum nobis reddere potuiſſet.

De anno mortis plurium Eruditorum judicia conſentit Ughellus; ſed duobus inſtrumentis, quæ antiquiſſima & ſinceriſſima ipſemet viderit, cogi ſe putat ad aſſerendum, Algiſium toto triennio citius Epiſcopum creatum fuiſſe, atque adeo Sanctum Galdinum obiiſſe anno 1173. utrique enim ſubſcriptum legitur Algiſios Mediolanenſis Archiepiſcopus: & tamen in titulo præfixo factum aſſeritur unum, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio, ſecundo die; alterum, ſextodecimo die menſis Novembris Indictione ſeptima. Sed his ex Puricello opponi poteſt, quod Auctorum Catalogique auctoritate ſubnixum prævalere debet, aliud inſtrumentum, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, decimo die menſis Aprilis,
B Indictione ſeptima factum, coram Domino Galdino, Dei gratia ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo & Apoſtolicæ Sedis Legato.

Dominus Ubertus, qui & Papa Urbanus, ſedit annis duobus, & menſibus quatuor, & diebus 10. Vacavit autem Sedes menſe uno & diebus ſedecim: ſepultus vero eſt in Eccleſia Ferrarienſi.

Ubertus 1187. 127 Obiit Urbanus Papa III. (ut in Conatu Chronico-hiſtorico docui) anno 1187. die 20. Octobris; poſt annum 1. menſes 10. dies 25. ſui Romani Pontificatus. Unde retrocedens deducceris ad 10. Junii. Atqui jam dictum eſt, poſt mortem Algiſii vacaſſe Sedem annum duntaxat menſem & dies 11. id eſt uſque ad 11. Maji. Hac ergo die ſi electus Ubertus eſt; oportebit ut jam Pontifex factus, uno ante obitum menſe Mediolanenſem Archiepiſcopatum dimiſerit. Quod etiam veriſimilius dici poſſe mox apparebit. Interim Lectorem rogatum velim, ex Conatu prædicto tollat, aut pro nihilo habeat dubium, quod movi agens de Urbano III. num. 5. utrum non æque incertum ſit, hunc ex Mediolanenſi Pontificatu aſſumptum, atque ex Vercellenſi dicunt Vercellenſes: irrefragabilis enim videtur auctoritas Catalogi hac in parte. Eidem autem omnino dicendus hic videtur,
C qui ao. 1178. 10. Kalend. Martii, Indictione 11. contractui cuidam apud Puricellum in Monumentis pag. 1019. interfuit, Ubertus Crivellus, ipſius Eccleſiæ Archidiaconus; ac poſtea pag. 1024. tit. S. Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſubſcripſit ſententiæ, ex mandato ſuo latæ die Mercurii octave menſis Februarii, utique anno 1184. Biſſextili, currente adhuc Littera Dominicali A.

Milo ſedit annis 7. & menſibus 8. & diebus 8. Vacavit autem Sedes per 26. dies.

Milo ad 1193. 118 Extat apud Puricellum in Monumentis pag. 1079 inſtrumentum, cui anno 1170. ſubſcribit Milo, Taurinenſis Epiſcopus, & Mediolanenſis Archipresbyter: ante quem ſi poſt Urbani Papæ mortem vacaſſet Sedes Mediolanenſis, numquam ab eo abdicata, menſes 4. dies 16. vacaſſet uſque ad diem uſque 8. Martii 1188. Interim Puricellus in iiſdem Monumentis Pag. 1086. habet ſubſcriptum ab illo inſtrumentum milleſimo centeſimo nonageſimo, die Sabbati, tertia die Martii, Indictione Octava, hæc omnia quidem inter ſe aptiſſime cohærent: niſi tamen ante 3. diem Martii Milonis Epiſcopatum inchoes, numquam cum iiſdem conciliabis quod ſequitur in altero autographorum: Datum per manus Domini Rolandi, Dei gratia Mediolanenſis Eccleſiæ Diaconi & Cancellarii, Pontificatus Domini Milonis anno tertio. Apte autem etiam hoc cadet, ſi Urbanus, uno ante mortem ſuam menſe vacuam Sedem fecerit die 20. Septembris, itaque cœperit Milo 6. ſequentis Februarii: ſic enim finiturus erat primum tertii ſui anni menſem, quando Cancellarius ejus D illud inſtrumentum complebat. Sed aliam ſibimet ipſi non objicit difficultatem Puricellus, allata altera inſtrumento pag. 1104. quod ſimiliter a Milone ſubſcriptum, ab eodem Cancellario ſimili forma datum habetur. anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo tertio, die Martis, ſexto menſis Aprilis, Pontificatus Domini Milonis anno quinto. Optime iterum cum anno Domini, habente litteram Dominicalem C, convenit concurſus feriæ & menſis: ſed juxta precedens inſtrumentum jam debebat in curſu eſſe annus ſextus: nec aliam excuſationem pag. 1074. invenit Puricellus, quam quod ſuſpicetur Cancellarium (potius dixerim ſcribam ejus) notando anno quinto jam antea aſſuetum, eodem non ita pridem abſoluto, oblitum fuiſſe mutare numerum. Hic ſane haud adeo levis error fuiſſet; quia integri & dimidii menſis præterlapſum ſpatium non patiebatur, ut in hoc tam facile laberetur is, cui ejuſmodi inſtrumenta erant frequenter expedienda. Ad tempus mortis quod attinet, oportebit eam accidiſſe die 13. Octobris anni 1195. ita ut Succeſſor cœperit 30. Novembris.

Ubertus de Terziago ſedit menſibus novem E & diebus 5. & vacavit Sedes dies 26.

129 Temporis quo ſedit hic Ubertus, ſatis certum teſtimonium reddit Caravallenſis apud Mediolanum Monaſterii Codex, ſic notans, Anno milleſimo centeſimo nonageſimo, facta eſt conſecratio Altarium a Reverendiſſimo Domino Oberto de Terzaghis Archiepiſcopo Mediolani. Erravit ergo Mabilio, cum legere ſe putavit, Ubertus dictus Ciago. Et manus Tertiogi de Tertiago tamquam Teſtis, ſubſcripta cuidam inſtrumento an. 1189. apud Ughellum in Mediolanen. col. 243. certos nos reddit, familiam illam ibi natam fuiſſe. Diem electionis 6. Septembris, mortis autem fuiſſe 12. Aprilis 1197. neſcio unde accepit Ughellus; ſic enim ſolum menſes 7. dies 6. ſediſſet Ubertus; ejuſque electionem præceſſiſſent menſes fere novem Sedis vacantis: neque melius id poteſt cum Catalogo noſtro conciliari, quam quod deinde ſcribit, 11. Junii ſequentis ordinatum ſucceſſorem, quia ſic bimeſtre Interpontificium ſecutum eſſet Uberti mortem. Nihil igitur nos moratur calculus, qui neque Veterum teſtimonio, neque deducto ex illis ratiocinio nititur, & Ubertum credo obiiſſe anno 1196. die 6. Auguſti.

Ubertus ad ad 1196.

Philippus ſedit annos 10. & menſibus 4. & diebus 7. Vacavit autem Sedes diebus 24. ſepultus eſt in Eccleſia S. Mariæ Majoris Mediolani.

Philippus ad 1207.

130 Ex jam poſitis calculis conſequens fit creatum ipſo F adhuc anno 1196. die 3. Septembris; vixiſſe autem uſque ad 8. Januarii anni 1207. quem annum etiam Ughellus notat, aliud nihil certi definiens quoad menſem vel diem. Atque hic deſinit antiquus ille Catalogus, poſt Tedaldum, a ſingulis ſucceſſivo Scriptoribus ſigillatim auctus (quod ipſi litterarum varii ductus probant) atque adeo indubitabilis auctoritatis, ut nec aliquem ab ea potuiſſe recedere. Igitur ex notati Interpontificii ſpatio fidenter dicemus, Philippi Succeſſorem Ubertum III. electum fuiſſe die 11. Februarii.

131 Alius Catalogus, quem reperitur quinque Epiſcopis auctiorem, videlicet Uberto de Pyrovano, Gyrardo de Seſio, Henrico de Setara, Goilelmo de Rozelo, & Leone, qui obiit 1207. cum Zyfris notatos habeat numeros, atque adeo recentioris omnino ſit ſcripturæ, non eſt etiam dignus viſus qui tranſcriberetur. Qui autem ſupra laudatum Codicem antiquum poſſedit, & prænominatorum novem Archiepiſcoporum hac quinta parte relatorum Chronologiam adjecit, prætermiſſis incertum qua de cauſa decem Succeſſoribus Philippi; hoc tandem etiam ſui temporis monumentum eidem adjecit.

ejus Soli aſſumti.

1344 Dominus Joannes de Vicecomitibus factus fuit Archiepiſcopus Mediolanenſis, & vixit in Archiepiſcopatu annis 11. obiit 1355.

Joannes Vicecomes ab an. 1342

quin-

A quinto Octobris, die Dominico: qui etiam fuit Dominus Generalis civitatum Mediolani, Bononiæ, Januæ, Parmæ, Placentiæ, Bobii, Laudæ, Briſſæ, Pergami, Cremonæ, Cumarum, Vercellarum, Novariæ, Aſti, Tretonæ, Alexandriæ: qui multa bona paraverat & parabat ſuæ Eccleſiæ, ſi proximi ejus ipſi Eccleſiæ dimiſiſſent, (quæ) ipſe non potuit attingere; ſcilicet libros in Officio & Theologia, calices, cruces, figuras Sanctorum, aureas mitras, baculos, & cetera alia.

132 *Apparet hæc omnia ab aliquo Eccleſiæ Mediolanenſis Clerico vel Canonico ſcripta eſſe, aliquam multis poſt mortem Archiepiſcopi annis, non ſine amaro ſenſu erga heredes, cum ſcilicet legatorum prædictorum evictio jam haberetur in deſperatis: ideoque haud ægre ignoſcet benignus Lector, ſi memoriali aliquo ſphalmate compoſitus fuerit* 5. Octobris *cum die Dominico, licet annus* 1355. *habuerit litteram Dominicalem D, ac proinde mors* Joannis *acciderit vel quarto* Octobris, *vel Feria* II. *Niſi* (Elogium iſtud auctoris poſterioris eſt.)
B *forte jam tum receptus Mediolani erat uſus horarum à Solis occaſu ordiendarum & poſt eum in Dominico mortuus* Joannes, *dicatur obiiſſe die* 5. *menſis inchoante. Extant interim* Joannis *Pauli Jovii edita Vita duodecim Vicecomitum Mediolanenſium, in quarum traductione Italica ſingulorum imagines ad vivum exprimuntur, deſignato quo ſingula vel picta vel ſculpta olim fuerint loco, ut tuto eis credi poſſit; ſed quod in Vita dicitur* menſe Auguſto lapſos in febeam, quæ lentis acceſſibus uſque in Septembrem continuata, placidum ei finem attulit ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo tertio; *non ita debet accipi, quaſi mortuus etiam Septembri menſe fuerit, cum ex dictis certius definiatur menſis dieſque.*

De Joanne Vicecomite, deque poſterioris ævi & notæ Catalogis, ac prioris editione in Muſeo Italico Mabillonis.

133 H*is jam prælo paratis, prælaudatus Ambroſianæ Præfectus Puſterla, miſit ex aliquo ejuſdem Bibliotheca Codice, ſignato* Q. 170. *tranſcriptam proſecutionem Archiepiſcoporum Mediolanenſium, uſque*
C *ad* Hyppolytum Eſtenſem *incluſive, qui dicitur obiiſſe anno* 1520. *jamque eam cœperam parare prælo, facturam huic Commentario* Partem 6. *ſed ut in ſeculo* 15. & 16. *recte ſe habeant pleraque, ſcripta ex ſcientia certiori; priora tamen Chronologico ſubjecta examini apparuerunt tam male conſarcinata, ut in corrigendis erroribus numerorum fere continuis, nec tamen alteri quam Auctori imputabilibus, conſumendus omnis labor fuiſſet, nullo eruditionis antiquariæ aut Chronologiæ certioris augmento; cum talis jam haberetur apud Ughellum, ſatis diligenter informatum ex reconditioribus Romanæ & Mediolanenſis Eccleſiarum monumentis; quibus difficile non ſit alia ſubinde adjungere facta juris publici, ſi fieri id poſſet alio fructu quam ut intelligatur, recentioribus Catalogorum Scriptoribus nihil credi poſſe, niſi quatenus probantur nihil ex calculo proprio, ſed omnia ex fide veterum documentorum definiviſſe.* (Traſitur ſeries uſque ad annum 1520)

134 *Exemplis rem confirmari optas? Non dicam, primum* Philippi *Succeſſorem* Ubertum *dici anno* 1204. *è vivis exceſſiſſe (a quo tamen Ughellus ait* Otthonem IV. *Mediolani coronatum, Corona ſcilicet ferrea, alias Modoetiæ accipi ſolita: qui Ottho ejus rei cauſa primum in Italiam venit anno* 1209) *non enim certa auctoritate probatur ea coronatio facta ab* Uberto: *ſed oſtendam* Gerardum, *Uberto ſuffectum. Hunc etiam mirabor, anno* 1205. *electum, eodemque anno* 15. *Decembris mortuum dici; cujus inſtrumenta pro anno* 1210. & 11. *extant apud Carolum Epiſcopum Novarienſem; ubi idem* Gerardus *ſignatur, primum* Electus Novarienſis & Proviſor Lombardiæ a Seda Apoſtolica conſtitutus; *deinde* electus Albanenſis Apoſtolicæ Sedis Legatus; *ac denique, a* 30. *die ante obitum, id eſt a* 13. *Novembris (quæ eo anno Dominica fuerat Epiſcopoque ordinando idonea)* Mediolanenſis Archiepiſcopus. *Quid autem ab eo proximus* Henricus? *Hic in prædicta ſerie dicitur* electos anno 1208. *& nos invenimus eumdem, diſſidentibus à biennio circa tres electos Canonicis, quartum propoſitum ab Innocentio III. per epiſtolam, quæ in Regiſtri ejus Libro* 16. *cenſetur* 141. *data* 7. Idus Novembris anno 16. *qui fuit Chriſti* 1213. *is autem tunc adhuc erat* Cimeliarcha Eccleſiæ, *quem, ait Pontifex,* virum providum & honeſtum in Paſtorem vobis duximus concedendum, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ei tanquam Paſtori veſtro reverentiam & obedientiam impendatis debitam & devotam. *Hic vero cum primum obierit anno* 1231. *quo etiam anno ſuffectum ipſi* Guillelmum *Gregorius* 9. *confirmavit; quomodo potuit* Guilelmus electus
(gravisſimis erroribus ſcatere deprehenſa.)
(reliquis vero alii in Ughello melius accipiendo.)
E *ſcribi anno* 1226. *In ſequentibus porro decem vel tredecim, uſque ad finem ſeculi* 14. *minus quidem enormiter exerrans numeri, ad unum alterumve annum plerique ex melius fundato Ughello corrigendi; ex quo reliqui etiam haberi poſſunt uſque ad* Alphonſum Littam, *in Cardinalitia purpura defunctum anno* 1679. *cui ſuffectus* Fredericus Vicecomes, *& ſecundo poſt anno, die* 1. *Septembris Cardinalis creatus, utinam diu præſit Eccleſiæ iſti!*

135 *Finieram etiam hanc Appendiculam, & impreſſio uſque ad pag.* 73. *proceſſeras; cum Pariſiis affertur diligentiſſimi Mabillonis tomus novus, ſub titulo Muſei Italici, plures porro tomos impleturi. In iſtius primi tomi parte* 2. *pag.* 109. incipiont nomina Epiſcoporum Mediolanenſis civitatis, *ex Codice, quantum apparet eodem quo nos licet ille ſignatum ſcribat* B. n. 245. *ubi Henſchenius legerat* P. 246. *Ac primo indicatur ibi notatus* BARNABAS, *ſed* manu recentiſſima *additus, ideoque ab Henſchenio prætermiſſus. Tum poſt* Anatolonem *dicitur* GAGIUS *ſediſſe* annos 22. (*quod etiam habebat ectgraphum noſtrum, quare omiſſam a Typothetis unitatem ſuppleri calamo juſſi*) *dicitur autem idem* (*quod in ectgrapho noſtro omiſſum erat*) *depoſitus* ad Concilia Sanctorum. *Quæ animadvertens & ſummam accurationem Mabillonis perſpectam habens, operæ pretium duxi, reliqua nomina editionis noſtræ porro cum ipſius editione conferre, &* (Tituli Catalogi editio ejus)
F *variantes ſicubi occurrant, ipſius & Henſchenii lectiones annotare: inter quas quæ veriores ſint, diſcernendum relinquo Mediolanenſibus, ipſas originales membranas, cum voluerint, conſulturis.*

CASTRICIANUS .... depoſ. ad S. Joannem ad Concam.
PROTASIUS ſedit annos 25. ...
VENERIUS ſed. an. 8. ...
MARONOS .... ad Sanctum Petrum ad s. Naz. (quædam paulo aliter legi jubet,)
CLICARIOS ſed. an. 18. ... ad S. Nazarium.
GERONTIUS .....
BENIGNUS ... dep. 10. Kal. Dec.
SENATOR ... dep. 4. Kal. Junii.
THEODORUS .... dies 18. dep. .... ad Sanctum ....
AUSTERIUS .... vixit ann. 70.
THEODORUS .... in Monaſterio Auronæ.
NATALIS .... ad s. Georgium.
THOMAS .... ad s. Laurentium.
ODELBERTUS .... ſed an. 9.
LANDULFUS .... diebus minus 38.
ACHO .... ob 7. Idus.
WARIMBERTUS .... ad Fonti. (ſed vel nullius vel levis ad Chronologiam momenti,)

136 *In his nihil ferme eſt quod moleſtiam Chronologiæ faceſſat. Nam ſive* Protaſio *annos* 22. *ſive* 25. *concedas,* pa-

A *parum intereſt: magis tamen placet prior numerus, ac* Dionyſius *Succeſſor, eodem anno quo ordinatus, etiam in exilium ejectus dici debeat. Si* Venerio *tribuendi ſint anni 9. uno ſolum ſederit ſenex* Simplicianus, *cui duos dedimus; & 10. pro 1. non pro 2. obrepſerit. Si* Glycerium *annos 28. ſediſſe malis, ex* annis 30. *male adſcriptis deceſſori ejus* Martiniano, *pro quibus* tredecim *juſteram numerari, amplius etiam detrahas oportet, & 9. ſcribas; ſic ut is ſolum ſederit uſque ad annum 431. incluſive, ipſo anno mortuus, quo ejus epiſtola a Schiſmaticis Conſtantinopoli allegabatur. Plus aliquid moleſtiæ adferret numerus dierum, pluſquam 33. quibus minus quam triennio ſediſſet* Landulfus, *ſcilicet 38. ſic enim oporteret eum anno 897. habente litteram Dominicalem B, fuiſſe ordinatum 12. Decembris Feria 2. Quare Henſchenii lectionem præferre malim.*

137 *Sic exhibito Catalogo ſubjungit Mabilius Obſervationes aliquas; quarum quæ ultima eſt, eum potiſſimum movere potuit debuitque, ut eumdem vulgaret. Dum enim* Laurentio Juniori *tribuit* annos 19. *evertit vim argumenti ejus, quo S. Gregorii Monachatum Baronius, vel nullum vel breviſſimum fuiſſe viſus erat probare, auctori-* B *tate vulgatorum catenus Catalogorum, qui ſolum 12. an-*nos Laurentio *adſcribebant. Cum enim ipſe Gregorius libro tertio Epiſtola ſecunda ad Conſtantium Laurentii Succeſſorem, ei revocet in memoriam, quod ipſe Gregorius* D Urbanam Præfecturam gerens *cum aliis ſubſcripſerit Cautioni ſeu fidei profeſſioni, quam deceſſor ejus Laurentius Sedi Apoſtolicæ miſit, initio ſui Epiſcopatus; conſequens erat, ut ille adhuc Prætor fuerit anno 580. quo primum ſedere inceperat* Laurentius *iſte in calculo: conſtat autem aliunde, Roma emiſſum fuiſſe Gregorium ad Legationem Conſtantinopolitanam anno 583. Si autem annis 19. ſederit* Laurentius, *habes annos omnino decem, inter tempus Præturæ geſtæ & diſceſſum Conſtantinopolim. Minoris apud nos momenti eſt, quod (ut idem primo loco obſervat) Catalogus iſte affirmet ex communiori calculo, auctoritate Martyrologiorum ſubnixo, obiiſſe* S. Ambroſium 4. *Aprilis. Jam enim oſtendimus, quam levis ponderis pars prima Catalogi hujus ſit, & eam ipſam hoc loco fuiſſe interpolatam. Argumenta autem omnia quæ pro vulgatiori opinione adduci conſueverunt, diſſolvit Henſchenius; & longe fortiora opponit, tum aliunde, tum ex Sancto Gregorio Turonenſi; cui perpetua Mediolanenſis Eccleſiæ Traditio adſtipulatur, de funere Sancti Martini per viventem adhuc* Ambroſium *celebrato. His ego hic addidi quod Ordinatio ejus, in ſententia Henſchenii, non ex communi, fuerit peracta in Dominica, & quidem immediate poſt diem ſuſcepti Baptiſmi.*

[illegible] obſervatio pro Monachatu S. Gregorii

nec item pro die obitus S. Ambroſii.

E

AD LEGES PALATINAS
JACOBI II.
REGIS MAJORICARUM ETC.
PRÆFATIO GENEALOGICA.

DANIELIS PAPEBROCHII S. I. T.

Et primæ frontis explicatio.

JAcobus II. *Primi hoc nomine Majoricarum Regis ex filio ſecundo genito* Ferdinando *Nepos, Patruo ſuo* Sanciu, *Regi ſecundo Majoricenſi, circa annum* MCCCXXIV. *ſucceſſit ex teſtamento, tredennis dumtaxat vel duodennis puer. Sed adverſarium* B *mox paſſus eſt* Jacobum II. Aragoniæ Regem, *prædicti Ferdinandi patris ſui patruelem, Jacobi I. Aragonum Regis ex Petro III. eam Rege, nepotem; aſſerentem, duobus ſe gradibus propius accedere ad vindicem Majoricarum inſularum, Saracenis anno* MCCXXX. *ereptarum, & regni Majoricenſis conditorem;* Jacobum, *inquam,* Primum; *Aragonæ ſolius, non etiam Majoricarum Regem dictum, dicendumque. Alias enim hic, de quo agimus, eſſet nominandus Tertius: quod ipſiuſmet auctoritate tam clare refellitur, ut nemini patem in dubium id venturum fuiſſe, ſi hoc authenticum ejus ſcriptum, Aragoniis hujus ævi ſcriptoribus notum fuiſſet.*

Jacobus Patruo II. ex ſuccedens,

2 *Erat* Jacobus II. Aragoniæ Rex, *eo Princeps ingenio; ut* Juſti *cognomen apud ſuos obtineret; itaque* Philippus, *patruus, ac tutor* Jacobi Majoricenſis, *idemque Presbyterali Ordini adſcriptus, pupilli Regis cauſam haud ægre peregit, pace inter duos* Jacobos Secundos *ea lege conciliata, ut hic illius neptem* Conſtantiam *uxorem duceret, ac veluti dotali jure regnum Majoricenſe retineret. Tenuit autem ipſum quietus, quoad Conſtantia avus, paterque vixerant; ſed illius frater* Petrus IV. Ceremonioſus *dictus, Patri ſuo Alphonſo* E *IV. ſuccedens anno* MCCCXXXVI. *æquum putavit, clientelari jure ſibi ſubjici regnum Majoricenſe, quod a Tritavo* Jacobo I. *fundatum, ab avo* Jacobo II. *titulo datis abdicatum fuerat. Sororium ergo, pacifica tredecim annorum poſſeſſione ſecurum, armis aggreſſus, cum uxore & liberis regno expulit, anno* MCCCXLIII. *ſua deinde repetentem poſt annos ſex, prælio vicit, eoque cæſo regnum Majoricenſe Aragonico annexuit.*

& dicta Jacobi Aragonis nepos confirmatur in regno,

3 *Ad hæc diſtinctius faciliuſque comprehendenda, faciet duplex tabula, ab Eruditiſſimo viro* Joanne Jacobo Chifletio, *Archiatro Regio, quondam ſic concinnata, ut prima exhibeat* Reges Aragoniæ, *ſecunda* Reges Majoricæ.

poſt leges hos ſcriptas expulſus a fratre,

REGES ARAGONIÆ.

IACOBUS I. VICTOR, *Majoricam Inſulam Mauris bello eripuit* 1230. *obiit an.* 1276. *Ex hoc, & Violante, Andreæ II. Regis Ungariæ filia, nati.*

PETRUS III. *R. Aragonum, cognom.* MAGNUS, *obiit an.* 1285. *ex quo, & Conſtantia, Manfredi Siciliæ R. filia, nati duo ſucceſſive Reges;*	JACOBUS I. *Rex Majoricæ, Comes Ruſcinonis & Ceritaniæ, Dominus Montiſpelerii, cujus poſteritas infra explicatur.*

C

ALPHONSUS III. *cogn.* BENEFICUS, *qui Minoricam Mauris eripuit anno* 1287. *cælebs obiit anno* 1291.	JACOBUS II. *cognom.* JUSTUS, *obiit anno* 1327. *unde, & ex Blanca, Caroli Regis Neapolitani filia.* F

ALPHONSUS IV. *cognom.* BENIGNUS, *obiit* 1336. *ex quo, & ejus uxore Tereſia de Entenzas Urgeli Comitiſſa, proceſſerunt.*

PETRUS IV. CEREMONIOSUS, *qui, victo Sororio, Majoricas adjunxit Aragoniæ, & obiit an.* 1387.	CONSTANTIA, *Jacobi II. Majoricenſis uxor regno ſpoliata a fratre ſuo* 1343.

Aragon. R. Petro IV.

4 Petrum IV. *dico, ex uſu Hiſtoricorum hujus, atque ſuperioris ſeculi; quamvis ipſe, in fine Præfationis ad Leges ſuas Palatinas, editas anno* MCCCXLIV. Tertium *ſeſe appellet, ſcilicet ſecundæ ſtirpis: ſicuti* Ludovici *in Francia, numerantur a Ludovico Pio, Caroli Magni filio, nulla habita ratione* Chlodovæorum *ſtirpis Merovingicæ; &* Edwardi *in Anglia, incipiendo ab eo, qui pulſis Danis Monarchiam reſtauravit, etſi alias ejus nominis tertio. Prima enim Regum Navarræ, atque Aragoniæ linea maſculina defecit in tribus Sancii III. filiis, ſucceſſive regnantibus; quorum primus ordine, & nomine,* Petrus, *nullam poſt ſe prolem vivam reliquit: non item ſecundus eorum Alphonſus; tertius autem Raimirus, unicam tantum filiam Petronillam, quæ, Raymundo Comiti Barcinonenſi, nupta, Cataloniam Aragoniæ junxit, & Regibus ſecundæ ſtirpis initium dedit, in quorum ſerie* Petrus *fuit, ut dixi,* Tertius, *paſſim ab Hiſtoricis appellatus* Quartus.

5 *Secunda Tabula exhibentur, ad ſignum * in priori Tabula dimiſſi, & huc delati poſteri* Jacobi *Majoricenſis, ex ſecundogenito Principis Ferdinandi.*

A D

REGES MAJORICÆ.

JACOBUS I. *Jacobi I. Aragoniæ Regis filius, Majoricenſis Rex mortuo patre; ab anno* 1276. *ad* 1312. *Uxorem habuit Eſclaramundam, Rogerii Bernardi Comitis Fuxenſis filiam, ex qua nati*

JACOBUS INFANS, *inſtitutũ S. Franciſci profeſſus obiit* 1304. *patre adhuc vivo.*	SANCIUS REX, *nullis ex Maria, Caroli II. Siciliæ R. filia, ſuſceptis liberis, obiit* 1324.	FERDINANDUS INFANS *obiit anno* 1315, *ex cujus duabus uxoribus relicti*	PHILIPPUS *Sacerdos, & tutor Nepotis ſui Jacobi II. R. ex Sancii Fratris teſtamento.*	SANCIA, *uxor Roberti Siciliæ R.* 1335. *obiit Neapoli ſub Regula S. Franciſci* 1345.

JACOBUS II. *Rex, natus ex Iſabella de Adria Moreæ Domina, patruo ſucceſſit an.* 1324. *edidit Leges Palatinas* 1337. *regno pulſus* 1343. *prœlio denique caſus occubuit* 1349. *ex quo, & ex Conſtantia Sorore Petri IV. Aragonum Regis.*	FERDINANDUS, *natus ex N. Cypri Regis nepte, matrimonio junctus cum Sciva, Hugonis IV. Cypri Regis filia, cujus poſteritas, ſi quæ fuit, huc non ſpectat, ſed alibi requirenda & illuſtranda dimittitur.*

JACOBUS INFANS, *duxit anno* 1362. *Joannam I. Neapolis Reginam, quartus ejus, ſed brevi tempore, maritus; nullaque ſuſcepta prole obiit* 1375.	ISABELLA, *uxor Joannis Montisferrati Marchionis* 1358. *vivebat in Aragonia, atque ad obitum fratris inde tranſiit in Vaſconiam.*

B

Codicis Ms. frontalis pagina

6 *His prænotatis, exhibeo Regii noſtri Codicis primam paginam, auro, minioque ornatiorem multo, quam ſunt ſequentes, ornata tamen etiam ipſa inſigniter, iis omnibus locis, ubi nova Rubrica ſeu Caput inchoatur a grandi ac figurata littera initiali, ſuis infra ſupraque procurſibus integram columnam complexa. Regio in ſolio viridanti, coccineaque veſte inſtrato, reſidet coronatus Rex, ſupra flavi marmoris gradus, cærulea in tunica, argenteiſque, atque in ſpeciem gemmeis Crucibus diſtincta; dextra Sceptrum, ſiniſtra Virgam geſtans, utrumque regiæ majeſtatis inſigne, ipſemet* Jacobus Legislator *eſſe videtur. Gladius quoque ad dexteram exertus, ſupremi judicii poteſtatem, & Aragoniæ familiæ ſcutum, cum ſuis omnibus parergis, regis ſanguinis nobilitatem declarant. A dextris qui aſſident, militari omnes habitu, omnes Aragonicis ſcutis conſpicui ſunt; trabes quatuor rubras, fundum aureum perpendiculariter ſecantes, habentibus. Iiſdem coloribus etiam diſtinguitur ſagum,*

Legislator eum habet ſedentem in Conciliis,

ſaque, ad primam nominis ſui litteram exprimendam, iterum adſtat Rex Jacobus *in habitu militari ſupra regium Leonem. Sagum ejus, per lacinias circumflexum, farcitur viridis coloris ſerico: qui etiam color, ſed albo interſtinctus, marmorei eſt ſolii, quo aula comitialis illuſtratur. Dorſalis poſt utrimque conſidentes Proceres tapes, teſſelatim contextus rubro, cæruleo, ac flavo colore: & hi colores paſſim etiam obſervantur in circumeuntibus paginas omnes miniaturis, niſi quod pro coccineo rubro colore adhibeatur fere color roſeus. Denique in infima limbi ora, rurſum exprimitur ſcutum Aragonicum purum, tale procul dubio, quali utebatur Rex ille. Nunc tamen Majoricarum ſcutum pingitur, ducta in decuſſatim linea aureo ſectum: ex eo fortaſſis tempore, quo inſulas illas Aragoniæ annexuit Petrus, qui tali ſcuti Majoricenſis fractione ſignificatam voluerit ſuperioritatem Aragonienſis regni ſupra Majoricenſe.*

C

aſſidentibus ad lævam Prælatis,

7 *Lævi lateris Proceres eccleſiaſtici, quinam hic deſignentur, difficile eſt divinare; difficilius, quinam ex ordine equeſtri. Nam in primo quidem, ante ſe habente expoſita ipſarum (ut conjectura licet) Legum promulgandarum exempla, haud videtur ambigendum, quia* Archiepiſcopus Tarraconenſis *deſignetur, cui utique & Majorica, & Ruſcino, atque Ceritania tunc ſuberant. Fuit autem hic (teſte Tamoyo ad v. Julii, in Notis ad Hiſpanicum Martyrologium) ab anno* MCCCXXXIV. *ad* MCCCXLVI. Arnaldus *hujus nominis* 1. *cognomento* Averbe. *Huic ſuffragarii fuerint hic expreſſi,* Helenenſis ſeu Elnenſis *in Ruſcinone, &* Urgellitanus *in Ceritania. Circa dexterum latus ambigua magis vacillat conjectura, Primus, & throno proximus ſcutum Aragonicum habet Hungarico junctum: ſecundus clava Ducali caret, tertius videtur habere ſago ſuo aſſutam a dextris Crucem Monteſii Ordinis equeſtris. Credere poſſis, omnes eſſe Proceres ejuſdem familiæ. Legum ipſarum promulgationi præſentes, ſicut ex hiſtoria aliqua nominabiles, Cetera Aragonicarum & Majoricenſium antiquitatum peritioribus definienda committo. Quod attinet ad dextri, læ vique loci rationem; licet inter Paralipomena ad Chronologiam Pontificiam num.* 22. *pag.* 33. *dubium fecerim, utrum latus in Regiis Francie comitiis potius cenſeatur; nullum tamen de dextro dubitandi locum his relinquit* Rex Jacobus, *num.* 276. *ſtatuens, ut,* ſicut humani corporis dexteræ partes, & membra ab ipſo corpore ſomenta majora ſuſcipiunt, & majori robore ſolidantur; ſic regales Comites, Barones, & Milites parte dextra noſtri corporis in Conſilio decorentur: Prælati vero, & ceteri Clerici a ſiniſtra ſuis ſedibus honorentur.

ad dexteram Proceribus,

ut loco digniori.

E

8 *A frontali Pagina tranſeo ad titulos Legislatoris noſtri: ac primum* Majoricas, *uno communiter nomine dictas, nota, eſſe duas veterum* Baleares, *Tarraconenſi objectas littori in Mediterraneo, ex intervallo leucarum viginti circiter, ſumpta appellatione a potiori atque majori; cum altera proprio nomine, ex ipſa quoque reſumpto, vocetur* Minorica. *Hanc autem ideo fortaſſis a Mauris recuperaſſe dicitur* ALFONSUS III. *quia, prætermiſſo* Jacobo, *jampridem Majoricæ Rege, ipſe eam expugnavit, exercitum ducens, opibuſque, & copiis juvans, ut iſto præclaro, ac Chriſtiano facinore regni ſui initia nobilitaret. Certe vix eſt credibile,* Alfonſi *fratrem* Jacobum alterum, *qui de jure in Majoricam ipſam diſputaverit cum pupillo, patrui Jacobi nepote, ultra ejuſdem ditioni adjeciſſe* Minoricam, *ſimulcum Conſtantia nepte ſua habendam. Ut ut eſt, dubitare non poſſumus, quin utraque ſimul* Jacobus Legislator *poſſederit; nec tantum in Inſulas Baleares jus dixerit, tamquam ſupremus Dominus;* ſed & in inſulis adjacentibus, *ut indicatur num.* 283. *Sunt autem Majori Baleari,* Capraria *ad Meridiem, ad Occaſum* Draconaria; *præter ignobiles quoſdam, ſcopulos potius, quam inſulas. Quin etiam longius remotæ, interque Majoricam, & Valentina littora, mediæ* Pithyuſæ, *eodem videntur pertinuiſſe,* Ebyſus *ſcilicet &* Ophiuſa, *hodie* Yvica, *Minoricæ ſuppar, &* Formentera, *forte a frumenti copia id nominis adepta, quaſi frumentaria. Atque hæc ex ſucceſſione Patrui ſui*

Majoricarum ſitus

F

& inſularum adjunctarum:

his additi Comitatus duo,

San-

A *Sancii obtinuerit Legislator: quidni autem e patre ſuo Ferdinando hereditaverit* Comitatus Roſſilionis & Ceritaniæ; *cum æquum ſit credere, quod Jacobus I. Sancio primogenito regnum relinquens, ſecundogenito dimiſerit Comitatus iſtos, jure beneficiario tenendos a Rege fratre, & poſteris relinquendos, ſic partitis ditionibus, ut primogenito* Sancio *relinqueretur Regnum; Comitatus ſecundogenito.* D

& Montiſpeſſulani Dominium. 9 Monpellerii Dominium, *ſive (ut alii appellant)* Montiſpeſſulani, *ad Aragonios pervenit, cum ultima illius herede* Maria, filia Guilielmi IV. *anno* MCCXIX. *in prælio Muretano caſi, quæ circa annum* MCC. *nupta* Petro II. Aragoniæ Regi, Jacobum I. *ei genuit, Petri III. &* Jacobi I. *Majoricenſis (ut dictum eſt) patrem. Omnium porro ditionum jam nominatarum ſitum ut oculis objectum habeat Lector, atque intelligat quam facile fuerit Aragonio, Catalauniam obtinenti, eadem occupare, topographicem ipſarum tabulam hic vide.*



Codex a profugo auctore donatus fuit in Francia. 10 *Hæc omnia, annis jam viginti & pluribus, poſſidebat* Jacobus Legislator, *quando matura jam ætatis vir, inter trecenarium & quadragenarium, dictavit hunc Codicem; cujus elegantiſſimum ecgraphum, & regio deſcriptum ſplendore, ipſemet fortaſſis in Galliam attulit, profugus & auxilia petiturus ad amiſſa recuperanda; dignum ſane manus, quod offerretur* Philippo VI. *tunc in Gallia dominanti. Hujus filius & ſucceſſor* Joannes *eumdem regium Codicem donaverit* Philippo *ſecundogenito ſuo, conſtituto ſe* Burgundiæ Duci; *atque ita perſeveraverit liber haberi inter cimelia aulæ Burgundicæ. In hac certe eum reperiſſe & hinc accepiſſe videtur* nobilis & potens Dominus, Donus Guilielmus de la Baume, Toparcha de Illems, Eques honorarius Dominæ Duciſſæ Burgundiæ; *puta* Iſabellæ Borboniæ,
Inde tranſiit ad aulam Burgundicam, *Philippo Bono nupta, & anno* MCCCCLXV. *defuncta, atque hic Antverpiæ tumulata; vel neptis ejus, unicæque poſt Carolum Pugnacem heredi* Mariæ, *nupta Maximiliano Romanorum Regi, & anno* MCCCCLXXXII. *Brugis in Flandria tumulata. Utri harum ſervierit* Guilielmus *præfatus, incerta mihi pendet conjectura: nam adeo breve, quod utramque interceſſit, temporis ſpatium adimit facultatem judicandi de ætate poſſeſſoris, ex chirographo ejus manu vel juſſu ad calcem libri expreſſe, ſub ejus gentilitio ſcuto, hoc modo.*



E 11 *Hactenus etiam reſcire non potui, ipſius an heredum dono idem liber pervenerit in proprietatem Collegii ejus, quod Ruremunda in Geldria noſtra Societas habere cœpit ab anno* MDCIX. *Ibi ipſum circa annum* MDCXX. *cum inveniſſet, antiquitatum æſtimandarum ſcientiſſimus, noſter* Andreas Scottus, *cum bona venia Patrum Ruremundenſium, aliis quotidiani uſus libris magis egentium, facta commutatione eamdem traduxit ad Bibliothecam domus Profeſſæ Antverpiæ, cœpitque de ejus editione conferre per litteras cum P. Andrea Moraghes, Majoricenſi in Collegio litteris & eruditione conſpicuo, editiſque in lucem poematis Elegiacis noto. Sed hic per ſua reſcripta adhortationis ac laudis multum conſilio cali adjecit; auxilii vero omnino nihil, propterea quod ibi nulla memoria talium Ordinationum inveniretur, nedum exemplum: & titulus* Secundi *multum ambiguitatis Moraghio pariebat. Immortuus interim cogitationi præclaræ eſt Scottus anno poſt nono, eodem quo etiam* Heribertus Roſweydus, *deſignatis a ſe pridem Sanctorum Actis; & relicta ab utroque manuſcripta tradita* P. Joanni Bollando *ſunt.* Huic, *inter magni operis jacienda fundamenta, ac porro educenda in lucem, non vacabat animum alio divertere: quapropter edere ipſam atque illuſtrare volenti* Joanni Jacobo Chiffletio *præhabere haud ægre conceſſit; verum hic quoque aliis urgentioribus diſtentus, nihil ultra promovit, quam ut aliquas de Balearibus notitias ex veteribus ſcriptoribus raptim colligeret in ſchedam, poſtea digerendas in formam Præfationis. Præmiſſet etiam duas genealogicas tabulas ordinavit, ac ſeriem Rubricarum, in quas liber dividitur.* F

at denique Ruremunda Antverpiam circa 1620.

cujus editio a Scotto & Chiffletio cogitata,

12 *Ita in Muſeo noſtro delituit liber, curioſioribus ad illud ſubinde admiſſis monſtrandus, donec provecto ad medietatem opere, expertus ego, quem gratum ſaporem quatuor a me editis menſibus apud Eruditos dediſſent quadam hujuſmodi rariora veteris litteraturæ monumenta ſingulis addita tomis; cœpi cogitare, iſtud quoque gratum fore* Auguſtiſſimo Imperatori, *Junii & ſequentium exinde menſium ſe Patronum profeſſo, aut ejus filio Sereniſſimo, Romanorum atque Hungariæ Regi; maxime ſi ad argumenti curioſitatem accederet ornatus a ſcalptura, qui a pictura dari non poterat tot exemplaribus imprimendis. Igitur præter libri frontem, ſculpi etiam juſſi titulares icones, ſecunda, et reliquarum partium initiis præfixas, reſtrictis tamen ad quantitatem librorum noſtrorum latitudine ac longitudine, in membraneo codice aliquantum amplioribus; tum aliis in luminati collegi expreſſos cujuſque officii iconiſmos, quales includebantur initialium ad ſingulas Rubricas litterarum formis; quas tamen formas ſuperfluum duxi pariter totas exprimere,*

nunc demum ſuſcipitur;

additis ex originali iconibus.

A *cum ex tribus, integre in laminam ſecunda exaratis, reliquarum omnium figura ſatis poſſet intelligi.*

Ex illo Petrus Rex ſuas leges accepit;

13 *Quo tempore iſtis ſculptor occupabatur, & tranſcribendo ad prælum codici intendebat librarius; libuit datis in Catalauniam litteris ſollicitare eruditiſſimum Principem, noſtrique ſtudii fautorem ſingularem, Excellentiſſimum D.* Alexandrum II. Bournonvillæ Ducem &c. *tunc Regiorum ibidem armorum Capitaneum generalem, ſi forte, quod fruſtra Scottus tentarat, per ipſum poſſet obtineri notitia aliorum iſtis in partibus ſervatorum exemplarium. Nec vero infra dignitatem ſuam eſſe duxit ille, eruditos alibi viros ad opem conferendam invitare, atque præ aliis,* D. Petrum Valerium Diaz, *præcipui nominis in ſupremo Arragoniæ Senatu Conſiliarium & Magnum Juſtitiarium, cujus ibi poſt Vice-regem prima auctoritas eſt. Hic, dum Barcinona, Valentia, & Majorica plurium expectat reſponſa, penes ſe eſſe indicavit exemplar Ms. ſimilium Ordinationum, a prænominata* Petro IV. *Aragonia Rege anno* MCCCXLIV. *editarum, lingua vulgari ejus ævi: atque appareret, eas magnam partem tranſumptas eſſe, ex iſto quem tractamus Regis Majoricenſis libro; miſit initium Proœmii non quidem ipſa originali lingua (cujus tranſcriptio operoſior erat, cum tempore tamen promittebatur integra)*

Catalana lingua promulgatas anno 1344.

B *verum ex verſione ejuſdem in linguam Caſtellanam, factaanno* MDLXI. *a Protonotario* Michaele Clemente, *de mandato* Caroli Auſtriaci, *primogeniti Regis Hiſpaniarum, cum officioſa ad Principem ipſum Epiſtola, quam ſic Latine reddo.*

14 Anni tres ſunt, quod Celſitudo Tua imperavit mihi Valliſoleti, ut ſibi exhiberem librum Ordinationum domus Regalis Aragoniæ, quem, ratione officii mei in his ſuis regnis, ſub mea cuſtodia ſervo. Cumque eum penes ſe habuiſſet diebus aliquot Celſitudo Tua, eum remiſit ad me, jubendo, ut ejus exemplar ipſi deſcriberem, necnon traducerem eumdem in linguam Hiſpanicam ex veteri Catalauna, ſeu potius Lemuvicina, qua ſcriptus eſt liber, & cujus tunc uſus erat in Curia Regis Petri, cum Leges iſtas compilari fecit. *Et paulo infra.* Huic Regiæ tuæ juſſioni obediens, ut teneor, mitto tranſumptum ex ipſa lingua originali, eodem tenore & ordine, quo præd. Sereniſſ. Rex Petrus ipſum collegit, ſicut in Proœmio profitetur, & quemadmodum ſervatur in archivio Barcinonenſi, manu ejus correctum & conſignatum. Primus labor, licet fuerit ſolius tranſcriptionis, tamen magnus fuit,

Et anno 1561. in Caſtellanā traductas;

C propter linguæ vetuſtatem; multo autem major fuit labor traductionis ea lingua, ipſiſmet Catalanis difficili, eo quod vocabula complura jam deſierint uſurpari, phraſis autem multum ea eo tempore variata ſit. Conatus ſum tamen, ut melius potui, obedire &c.

15 *Nihil propius erat, quam ut, accepta ſic iſtius codicis (quem in pleriſque convenire cum priori indiculus Rubricarum nobis tranſmiſſus indicabat) collatis inter ſe textibus, vel utrumque conjunctim pararem prælo (num etiam exoletarum jam linguarum monumenta non modicum habent apud litteratos gratiam) vel unum ex altero pro modulo meo illuſtrarem; cum Excellentiſſ. Ducis nuntiata mors, quæ annis poſtea paucis contigit, omnem ejuſmodi ſpem eliſit; abrupitque commercium litterarum, quod mihi cum D. Valerio eſſe cœperat, ipſo mediante. Volui quidem aliquoties deinde cum ipſo agere immediate; ſed quaſcumque litteras Cæſaraugustam poſtea dedi ad humaniſſimum virum, & cuncta bona officia pollicitum, non invenerant eum iſtic præſentem, aut in vivis agentem; certe reſponſum nullum perlatum huc fuit, neque ab ipſo, neque a noſtris quibus rem commendaveram Patribus; ut dubitare poſſim, an, ardente iſtic bello inter Hiſpanos ac Francos, tranſitus ſatis tutus litteris fuerit. Neque pax tandem conſtituta hactenus mihi dedit commoditatem plus*

Hujus quoque exemplum ſperabatur;

cum Majoricenſi conferendum:

aliquid obtinendi, aliis urgentioribus rebus curandis occupato. D

16 *Ad guſtum interim aliquem ſecundi iſtius Codicis dandum, non gravabor Prologo primi Codicis ſubjungere Prologum ſecundi, ſicut eum accepi; ut cum utrobique eumdem ſenſum viderit lector, ipſe apud ſe ſtatuat, utrum Rex Petrus Leges* Jacobi *in ſuum converterit uſum, an vero uterque communem unum fontem habuerit, puta antiquiorem aliquem Aragonicarum Obſervantiarum Codicem, eumque Latine conſcriptum, qui nunc fruſtra requireretur, & cui uterque addiderit, detraxerit, vel mutaverit, quod viſum ſibi fuit. Jacobus certe num. 4. Prologi;* De dudum ſervatis obſervantiis, *inquit*, aliquas innovavimus, adjiciendo eiſdem, vel detrahendo aliquid vel ſupplendo, & quandoque tollendo penitus vel immutando, prout rerum utilitas potior, vel ſtatus noſtri convenientia decentius faciendum poſtulat & requirit: *quæ verba, totidem verbis Catalanicis, exprimuntur in Prologo Regis Petri.*

Id, num e uno ex duobus fonte manarint, utroque Prologus,

17 *Utræque autem Leges non ſolum informant Miniſtros domus Regiæ, quid cuique in ſuo officio agendum, quid cavendum ſit; ſed etiam teſtantur Regum ejus temporis virtutes inſignes, puta ſtudium ſervandi puritatem conſcientiæ, Chriſtum honorandi in ſuis pauperibus, amorem a ſubditis injuriam arcendi, curandi decorem officii eccleſiaſtici, ſuumque cuique tribuendi, & cetera. Hinc num. 185. ſtatuit Rex Jacobus, ut* Directores conſcientiæ regiæ *(quos vult eſſe Epiſcopos aut Doctores)* ſcientes vere, aut ab aliis audientes aliqua, *ipſum* quoquo modo facere, vel feciſſe quæcumque, quæ ſecundum deviant regulas juſtæ conſcientiæ aliquatenus adverſari opinentur, *ſibi* illa... dicere ſeu ſcribere teneantur, ſuo arbitrio fideliter conſulentes. *Ac num. 200.* Confeſſarium, *inquit*, noſtrum adſtringi volumus, ut nos ſollicitet ad opera pietatis, & ad ea quæ devotionem introducunt: ut ſi videt, quod omitteremus aliqua, ea ſcilicet præſertim quæ inſuevimus facere, forſitan ex oblivione vel alias, debeat nobis hæc ad memoriam reducere, & interdum nos increpare ſecrete, ſpecialiter ſi (quod abſit) viderit nos aliquid facere vel dicere, quod in Dei offenſam poſſet cedere quovis modo. *Hinc eſt quod num. 140. Servientibus armorum, perſonam regiam foris verſantem comitaturis, ſic mandat:* Quando Nos vexando vel itinerando damnum bladis vel vineis dederimus, ut ipſi fideliter ſuper hoc provideant .... ſe informando de damno ad quantum poterit aſcendere: & deinde tam Nos quam Confeſſorem noſtrum & Directores conſcientiæ ſollicitare, ne obliviſcentur, donec effectualiter per Nos fuerit ſatisfactum.

Reddunt autem in hiſce Legibus. E

magnam curam conſcientiæ,

F

18 *Ad pauperes quod attinet, quam humiliter eos ac reverenter tractaret, apparet num. 112. ubi ait:* Cum aliquo caſu impediti pedes pauperum abluere, quolibet die Jovis, ut conſuevimus, minime convenienter poterimus, tunc Nobilis *Camerlingus*, aut ille de Militibus qui prioritate in officio gubernabit ... loco noſtro præfatam ablutionem peragat in noſtra præſentia, ſi commode fieri poteſt: ut quæ impediti non facimus, ad minus videndo ad devotionem provocemur. *Ex numero autem 432. intelligitur Pauperes fuiſſe ſeptem ...* & in illa die Jovis, in qua Salvator noſter, nobis exemplum relinquens Apoſtolorum pedes lavit, tredecim: *quibus & eleemoſynam inſuper dandam definiverat, numero 16. ordinans, quomodo per Majorem Domus nobiliorem,* aqua & alia neceſſaria debeant miniſtrari, quando, *inquit*, in Palatio manus pauperum in menſa exiſtentium abluemus, inſtructi divinis exemplis & doctrinis. *Pro captivis ſollicitat, vult. num. 591. ut Auditores regii, uterque vel eorum unus,* una die cujuslibet ſeptimanæ & carcerem accedere ſint adſtricti, & ibi videant incarceratos, eorum querimonias

pauperum,

cum

Digitized by Google

A cum patientia audientes; & omnia ad ſtatum propitium reducentes; diffugia judicialia nitantur penitus evitare, ut eoſdem incarceratos, convictos velox pœna ſubducat; aut liberandos carceralis cuſtodia longa non deprimat perperam & injuſte. *Quod attinet juſtitiam, ſine ulla cujuſquam, etiam ipſius Regis reſpectu adminiſtrandum; pulcrum eſt, quod ſuæ Theſauraria mandatus prompta ſolvi pecuniam, ad quam forte Procuratores ſui regio nomine damnati fuerint, num.* 240. Rationi, *inquit*, conſonum eſt, ut de Nobis ipſis aliis promptam exhibeamus juſtitiam, qui etiam alios ad hoc cogimus, prout ea debito adſtringimur & tenemur.

Superiorib., *juſtitia.*

19 *De ſtudio religionis & ſacrorum cultu quid dicam?* Cum Nos, *inquit*. 199. Horas dicemus, debebit *Confeſſor* eas nobiſcum dicere: *& num.* 203. ſi ea oblivione vel aliquali negligentia tardaremus vel omitteremus forte miniſterium divinum audire, *Sacerdotes ad Capellam deputati*, debebunt nobis ad memoriam revocare: & ſi forte talem infirmitatem pateremur, quod non poſſet cum decentia dici ſolenniter coram nobis, eo caſu caveant non omittere, quin ſaltem coram janua cameræ noſtræ dicant omnia ſolenniter, ac ſi plena frueremur corporis ſanitate, ut ſaltem laus divina minime omittatur. *Eadem ſolicitudine itineranti ſimilia curari ſibi ibidem mandat. Neque communi pro tempore Officio contentus, jubet num.* 428. Omni tempore, quo non ſint Miſſæ ſolennes cum Diacono & Subdiacono, poſt finitam Miſſam dicatur Officium ſive Miſſa ſicca B. Mariæ.... niſi eſſet dies Sabbati, qua poſt Miſſam principalem dicatur. Et idem, *inquit*, diebus Veneris volumus obſervari, ſi Miſſa major de Cruce non fuerit celebrata. D

Divini cultus, *B. Virginis & S. Crucis*

20 *Non poſſit ſane Ceremoniarum Magiſter aliquis, aut Rituum ſacrorum Præſes, accuratius definire regia capella ordinem, quoad qualitatem aut colorem paramentorum, luminarium numerum, iconum, crucium, textuum, candelabrorum &c. diſpoſitionem in altari, quam facit Rex Jacobus pro omni ſigillatim feſto.*

Rituumque ſacrorum.

21 *Conſiderationes etiam valde pias admiſcet iiſdem ſanctionibus ſuper colorum diſtinctione, oblationum numero & qualitate, aliiſque hujus generis, de quibus agit n.* 264. 363. *& ſequentibus: univerſim autem ſic præfatur num.* 365. Non erubeſcendo Reges prioribus temporibus, de divinis ſe intromittere officiis, ea quæ neceſſaria cultui divino inerant, ordinarunt.... *Nos quoque* ut de ordinatione noſtræ Capellæ ordinemur, vereeundari non debemus, ſed potius ut ſervitium ipſius, qui voluntarie nobis honoris ſtatum conferre dignatus eſt, in noſtra præſentia fiat, adſtrictos Nos neceſſario recognoſcimus.

B E

PROLOGUS SIVE PROMULGATIO

CONSTITUTIONUM SIVE ORDINATIONUM ATQUE LEGUM

Editarum per Illuſtriſſimum Dominum

D. JACOBUM II.

Regem Majoricarum, Comitem Roſſilionis & Ceritaniæ, atque Dominum Montiſpelerii
Super bono ſtatu & regimine atque ornatu & juſtitia
Sacræ ſuæ Domus Regiæ.

JAcobus, Dei gratia Rex Majoricarum, Comes Roſſilionis & Ceritaniæ ac Dominus Montiſpelerii, ad perpetuam rei memoriam.

1 In recta diſpoſitione regiminis hoc propenſius ſolicitudini præſidentis incumbit, ut ad res gerendas & officia gubernanda idoneos miniſtros inſtituat, qui- C bus ſingulis ſingula officia diverſis temporibus committat: ſervatis tamen ſolerter ut convenit, juxta officiorum exigentiam, gradu debito ac congruenti ordine miniſtrorum: ſic enim cunctorum officiorum decenter geretur adminiſtratio, ſi debitus inter miniſtros differentiæ ordo ſervetur: quo videlicet minores potioribus pareant, majoreſque minoribus directionem in devilis zelo ſinceræ dilectionis impendant.

Recta adminiſtratio requirit varietatem officiorum;

2 Porro non minus in officiorum diſtributione debet attendi, ne uni ſoli quantumlibet exercitatæ perſonæ plura ſimul committantur officia. Nec enim facile putandum eſt, unam perſonam pluribus officiis recte gerendis ſufficere, cum vix poſſit aliquis unum dumtaxat diligenter explere. Quippe ſi unius geſtioni affuerit, alterius ſe habet de neceſſitate ſubtrahere; ſique in utrumque feſtinaverit, neutrum peragere ſufficiet, ut deceret. Adhoc autem, cum ſingula miniſteria ſunt per ſingulos diſtributa, is quidem, qui ad peragendum qualevis officium ſe ſpecialiter deputatum ſore perpenderit, curioſius illi inſiſtet, diligentius ingruet, reique gerendæ periculum ſibi eſſe magis formidabile recognoſcet. Inſuper etiam officiorum varietas, in diverſas diſtributa perſonas, venuſtatem quamdam ac decorem in regimine repræſentat: pulcra enim admodum & placida eſt regiminis diſpoſitio, cum varietates officiorum ſunt in perſonas totidem diſtributæ; adinſtar humani corporis, in quo ſiquidem ex membrorum varietate ad diverſa deputatorum officia reſultat elegans totius corporis pulcritudo. F

nec convenit uni plura officia committi, *ſed ſingulis ſingula*,

3 Sic etiam exemplo Regis regum noſtri Salvatoris inſtituimur: qui, ſecundum veridicam Apoſtoli ſententiam, gratias prout vult diverſas diverſis diſtribuens, diviſiones operationum diviſioneſque miniſtrationum eſſe diſpoſuit: ipſe autem verus Rector & Dominus omnia ſolus in omnibus operatur. Ipſius igitur ducti exemplo, cujus omnis actio debet noſtra eſſe inſtructio, in præſentiarum decernimus, ſingula Domus & Curiæ noſtræ officia ſeparatim per ſe diſtinguere: & quæ unicuique pro debito ſui incumbant officii; quidve quiſque agere, regere ſeu adminiſtrare debeat; & quam, & in quibus perſonis, rebuſque & caſibus habeat poteſtatem; nec non & qualiter, quando, & quomodo ſinguli in ſuis debeant ſervire officiis, ſeriatim diſponimus ordinare: ut ſic promiſcuis actibus rerum non conturbentur officia, quatenus ſuo quiſque fruatur decenter officio, nec paſſim vel indebite ſe immiſceat alieno: utque etiam unuſquiſque miniſter officii in agendis reddatur inſtructior, ac per hoc ad peragenda illa, quæ ſuo incumbunt regimini, diligentiorem ſolito curam gerat.

exemplo Christi;, *ſingulis autem apta præſcribenda leges*,

4 At vero ultra morem prædeceſſorum noſtrorum

A aliqua noviter ſuperinducimus officia, ac inſuper quibuſdam antiquis officiis plures ſoliſo perſonas adjunximus, & de dodum ſervatis obſervantiis aliquas innovavimus, adjiciendo eiſdem, vel detrahendo aliquid, vel ſopplendo, & quandoque tollendo penitus, vel immutando, prout rerum utilitas potius, vel ſtatus noſtri convenientia decentior faciendum poſtulat & requirit. Sane in quatuor principaliter Officiales regimen Curiæ noſtræ diviſimus, qui quidem in gerendis officiis præcipui (eſſent, & quibus ceteri) ſubmittentur.

addendo vel demendo veteribus quædam:

Omnia autem redigūtur ad quatuor ſupremos,

5 Majores enim domus noſtræ ſeu Magiſtri hoſpitii, qui generalem in omnes & quoslibet, qui de domo & familia noſtra (ſunt), & in illorum familias omnimodam juriſdictionem habebunt, tam in criminalibus quam in civilibus cauſis, ſecundum modum & formam ſuo loco in ipſis noſtris Ordinationibus annotatam; & in hoc omnibus Officialibus aliis eminebunt, ſed & ſpecialiter ſub ſe habebunt omnes familiares domus noſtræ, qui tamen Camerlingis, Cancellario vel Magiſtro rationali minime ſunt ſubjecti. Præterea Camerlingi, quoad perſonæ noſtræ cuſtodiam & familiarem aſſiſtentiam, potiores omnibus cenſebuntur: qui & omnibus præerunt Officialibus, aliquod officium in camera noſtra ſeu repoſito exercentibus, et inſuper iis B qui ad immediatum perſonæ noſtræ ſervitium nobis familiarites obſequuntur.

ſcilicet Majores domus,

Camerlingi,

6 Inſuper autem Cancellarius, quoad ordinationem conſilii, ceteros antecellet: qui etiam omnibus ſpecialiter præerit litteratis & clericis, qui in cancellaria noſtra vel alibi quævis noſtra officia ſubminiſtrant. Demum vero Magiſter rationalis, quoad adminiſtrationem noſtri patrimonii, vel cujoſcumque pecuniarii commodi procurationum, & quoad ſolicitandum illos qui habent talia procurare, omnibus major erit, & iiſdem ipſum præeſſe declaramus: de quibus omnibus, ſecundum ſuum ordinem, & iis quæ circa ipſos ordinamos, de ſingulis ſeriuſe in primis noſtris Ordinationibus eſt inſertum.

Cancellarii,

& Magiſtri rationalis;

7 Quas quidem Ordinationes noſtras, in noſtroque conſilio plene lectas, prout in ſcriptis noſtro mandato redactæ ſunt, ab omnibus, prout cuique congruit, diſtricte præcipimus obſervari. Si quæ autem obſervationes vel ordinantiæ extent inde, dummodo non obvient hujuſmodi noſtris Ordinationibus, illas ea hac non intendimus revocare, immo eas, quoad omnia quæ ipſis noſtris contraria non fuerint, volumus obſervari. Datum in civitate Majoricenſi, ſub Bulla noſtra plembea, ſeptimo Idus Maji, anno Domini mcccxxx ſeptimo. E

ſicut hic promulgantur.

PROLOGUS AD LEGES PALATINAS

PETRI IV. alias III. ARAGONUM REGIS,

lingua Catalana promulgatas Anno Domini 1344.

Ex authographo Barcinonenſis Archivii.

Ordinations fetes per lo Senyor en Pere terç, Rey d' Aragò, ſobre lo regiment de tots los Officials de la ſua cort.

NOs en Pere, per la gratia de Deu Rey Daragò, de Valencia, de Mallorcha, de Cerdenya, e de Corçèga, e Comte de Barçalona, de Roſello, e de Cerdania.

1 A memoria eternal e dreta diſpenſatio de regiment, molt ſe pertany a la diligencia del Preſident, que a les coſes faedores tals officis regidors, ſufficients officials a ordonats, quals officials ſingulsament, e departida ſenglet officis a caſcun coman e regit. Servat empero diligentment, ſegons, que pertany, e ſegons que la manera dels officis o requer, grao degut, e convinent orden dels officials. E axi convinentment C ſeran aminiſtrats, e regits los officis, ſi orde degotes ſervat de diferencia entre la officials, çoes quels menors als mayors obeeſquen, o quels mayors als menors, en ço que fallican o fallir porien, corrigen.

2 En apres ſe deu haver eſgart en la diſtributio de ſengles officis; que a una perſona, quant que ſia exercitada e apte, non ſien enſemps comanats molts officis: per tal car no es leu de creure, que una perſona a molts officis ben regit puga baſtar; con envides negun non puga a un tan ſolament ben complir. Per tal car quant al regiment de un entendse, del altre de neceſſitad ſe haura a ſoſtrer. E axi volen en caſcun entendre, onguna complisa ſegons ques pertanyesa. En cara con ſengles officis ſon per ſenglea officials diſtribuits, aquell qui ſpecialment pena ſara ſi eſſet a qualque ſia offici deputat, pus curoſament e pus diligentment en aquell atendra, ſet de la coſa a ell comanada lo perils a el pertanyen, pus temeroſament regonexera. Et encara que varietat de officis en diverſes perſones diſtribuyda noblea alguna e bellea, en lo regiment repreſanta. Car bella e plaent es diſpoſicio de regiment, quant les varietats dels officis ſon en atretantes perſones diſtribuydes a ſemblanca de cors humao, en lo qual per varietat de membres ha diverſes deputats reſulta elegant bellea de tot lo cors.

3 En axi encara per exempli del Rey dels Reys Salvador noſtre ſom inſtruits, qui ſegons la vera ſentencia del Apoſtol, les gracies diverſes ſegons que ell vol e diverſes diſtribuen, diviſions dubres, e diviſions adminiſtrations eſſer diſpoſa. E ell empero ver regidor e Senyor tot ſols en tota obre. Empero amor daço per exempli dell enſenyants, del qual tota actio deu eſſer noſtra inſtructio; de preſent havem ordonat ſengles officis de noſtra caſa e cort, ſeparadament per ſi diviſit: F e que pertanyera a caſcun per deute te ſon offici, e que haura caſcun a fer, regir, e miniſtrar: e quin poder haura e en quals perſones, e en quals coſes, e en quins caſes, e encara en quinya manera, e quant, e con caſcuns en ſos officis, ordonadament degen ſervir, havem diſpoſat e ordonat: per tal che axi que meſclanc los fets de les coſes la un ad altre, les officis no ſien torbats; e caſcun puſca convinentment uſar de ſon offici, e que indiferentment, o no deguda, nos meſcle en offici daltre. E encara que caſcun miniſtre doffici en les coſes faedores eidevenga plus inſtruit: e encara per ſo que a les coſes facedores, que a ſon regimen pertanyen, pus diligent cura haia que no havia.

4 E oltra la uſança de noſtres predeceſſors alcuns officis, novellament havem ordenats; e a alſcuns antichs officis mes perſones que no era acoſtumat, havem ajuſtades; e de les obſervations ça entras ſervades alſcunes navem innuvades, ajunſtant a aquelles e detrahents alſcunes coſes, o ſuplent, e alſcunes vegades removent de tot o mudant, ſegons que la utilitat de les coſes mes val, o la conveniencia

pes

A pus decent de noſtre aſtament faedor, o demana, e requer.

5 E certes en IV. Officials principalment lo regiment de la cort noſtra havem deveſit, los quals en los officis regidors pus ſenyoreyants ſeran meſes. Com los Majordomes noſtres, ua tots, e ſengles qui de Caſa noſtra a dela Companyona onſtra ſeran; e les Companyes geosalment havrao, u ai com u majors en noſtra hoſtal o corr, ſegons la manera e forma en ſoo loch an noſtres Ordenacions aonotads. E on aſſo a tots noſtres Officials ſeran majors: mas empero en aſpecial ſots ſi havran tots los familiars de caſa noſtra, los quals empeto als Camarlenchs o al Canceller, o al Maeſtre racional ou ſeran ſotmeſes. En apres los Camarlenchs, quant u cuſtodia e a familiar aſſiencia de noſtra perſona; pus poderoſes de tots altres ſeran enteſes, qui denant ſeran a tots altres officials alcun offici en la camera noſtra a reboſt eaerceots. Et encara qui a ſerveyſcos miga de noſtra perſona u oot familiarment eſt ao en torn.

6 En apres lo Canceller, quanta ordonacio dà noſtre Conſell, ſobre tots lus altres ſero: lo qual encara denant ſara en eſpecial a tots litterats, e elergues, qui B en noſtra Cancelleria, u en altra loch qualſquo officis noſtres aminiſtraran. En apres lo Maeſtre racional, quant al aminiſtratio da noſtra patrimoni e de qualque altra procoratio de profit pecuniari, e quaot a ſollicitar aquells qui ſeranay tals coſes a procorar, a ints ſera mayor, a cll davant eſſer a els declaram. Dels quals tots ſegons ſon orde, a da quells qoi en torn dells avem ordonats de caſcoos per orde, en les noſtres ordinations ea inſert.

7 Les quals noſtres Ordinations e en noſtre Conſell pleoament letes, ſegons que anſerit da noſtre maoament ſon poſades, per tots ſegons qoa a caſcun ſe pertàny, deſtretament manam eſſer obſervades. E ſi alcunes ordioations o obſervations eſtan da qui, ſol que no contraſten a aqueſtes noſtres ordinations, aquelles per aqueſtes revocar no entenem, ans a quelles, en tot ço qoe n les dites noſtres ordinations no ſerao contraries, volem eſſer obſervades. Dat. Barchñ. XV. Kalendis Novembris. Anno Domini. M. CCC. Quadrageſimo IV.

SYLLABUS RUBRICARUM,

C *Pro majori Lectoris commodo collectus, additis cuique etiam numeris, qui in autographo regio deſunt.*

INcipit prima Pars hujus libri.

Rc. 1. De officio Magiſtrorum hoſpitii, ſive Majorum-domos.
2 De Scutiferis, potum nobis miniſtrantibus.
3 De Botelherio majori & Speciali aulæ noſtræ regalis, & Sub botellerio.
4 De Piſtore regio.
5 De Botelleriis, pro noſtris familiaribus deputatis.
6 Da Servitoribus ſive Aquæductoribus Botelleriæ.
7 De Scutiferis, ad ſciodendum coram nobis deſtinatis.
8 De Scutelliſeris regis.
9 Da Emptore & Subemptore.
10 De Miniſtris coquinæ oris regii.
11 Da Argentario coquinæ oris regii.
12 Da Coquinariis coquinæ communis regiorum domeſticorum.
13 De Muſzo.
14 De Argentariis coquinæ domeſticorum regiorum.
15 De Aquæ portitoribus ad coquinam domeſticorum regiorum.
16 De Sartiſeris deferentibus ciborium regium.
17 De Magiſtris equorum & ſtratoribus, qui Cavaleriaii nuncupantur. D
18 De Civaderio.
19 De Mareſcallo equorum.
20 De mancipiis ſtabulorum.
21 De Falconerio majori.
22 De Falconeriis minoribus.
23 De Vanatore, ſeu cuſtodiente venatorios canes.
24 De Algoizirio.
25 De Procuratore fiſcali in curia Magiſtri ſeu Majoris-domos.
26 De Emblerio majori & Zemblerio.
27 De Zembleriis.
28 De Mimis ſeu Joculatoribus.

Incipit ſecunda Pars ſuper officio Camerlengorum & eis ſubjectorum.

Rc. 1. De officio Camerlengorum.
2 De Scutiferis Cameræ.
3 De Camerariis.
4 De Barbitonſoribus.
5 De Medicis.
6 De Sirurgicis.
7 De Secretariis, & Scriptoribus.
8 De Uxeriis armorum. E
9 De Servientibus armorum.
10 De Nootiis Virgæ.
11 De Armatora Regis.
12 Da Sartore, & ejus coadjutore.
13 De Sutrice, & ejus coadjutrice.
14 De Apothecario, & ejus coadjutore.
15 De Fructerio, & ejus coadjutore.
16 De Argentario, & ejus coadjutore.
17 Da Folrerio.
18 Da Paratore, & ejus coadjutore.
19 De Coſtode tentoriorum.
20 Da Scopatoribus.

Incipit tertia Pars ſuper officio Cancellarii, & eorum qui ei ſubmiſſi dignoſcuntur.

Rc. 1. De officio Cancellarii
2 De Vice-cancellario.
3 Da Scriptoribus Cancellariæ.
4 De Rectoribus conſcientiæ regiæ.
5 De Auditoribus.
6 De Promotoribus.
7 De Confeſſore.
8 Da Sacerdotibus ad capellam deputatis. F
9 De Scholari capellæ.
10 De Halemoſenariis.
11 De Scholari helemoſinariæ.
12 De Servitoribus helemoſinariæ.
13 De Curſoribus.

Explicit III. Pars, incipit quarta Pars, ſuper officio Magiſtri-rationalis, & illorum qui ſibi ſunt ſubmiſſi.

Rc. 1. De Magiſtro rationali
2 De Scriptore Magiſtri rationalis.
3 De Theſaurario.
4 De ſcriptore Theſaurarii.
5 De Scriptore rationis.
6 De Scriptore Scriptorum rationis.

Incipit quinta Pars, de Ordinationibus ad officium Majorum domus, ſive illorum qui illis immediate ſunt ſubmiſſi, pertinentibus.

Rc. 1. De convivis
2 De ferculis
3 De ſellis, frænis, & aliis paramentis.

Incipit ſexta Pars de Ordinationibus ad officium Camerlingorum, & eis ſubjectorum pertinentibus.

Rc. 1. De veſtibus, & aliis ornamentis

2 De

A 2 De oblationibus.
3 De honoribus, quibuſdam perſonis, ut congruit, adhibendis.
4 De fructibus in menſa miniſtrandis.
5 De illuminatione.
6 De honoribus exhibendis.

Incipit ſeptima Pars, de Ordinationibus ad officium Cancellarii & ſibi ſubjectorum pertinentibus.

B. 1. De Conſiliariis.
2 De ſeſſione in conſilio;
3 De conviviis.
4 De ſalariis Commiſſariorum.
5 De modo ſcribendi litteras ad diverſas perſonas.
6 Quæ perſonæ præmitti debeant in ſcribendo.
7 Quæ perſonæ poſtponi debeant.
8 Quomodo debeat ſcribi diverſis perſonis, ſecundum gradum cujuslibet.

Sequitur per totidem Rubricas modus ſcribendi Papæ, Cardinalibus, Epiſcopis Cardinalibus, Presbyteris Cardinalibus, Diaconis Cardinalibus, Sacro Collegio, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis,
B Magiſtro Ordinis hoſpitalis S. Joannis, Imperatori vel Regi Chriſtiano, Reginis, Filiis Regum primogenitis. *Item diverſis aliis inferioris ordinis, ſed abſque Rubrica, formulis ſcribendi prapoſita, & abſque ſpatio ad eam ſcribendam vacuo; quare neque hic recenſentur.*

9 De modo ſigillandi.
10 De taxationibus Litterarum.
11 De Beneficiis conferendis.
12 De ordinatione Capellæ.
13 In Vigilia, (& die) Nativitatis.
14 In die S. Joannis Apoſt. & Evang. Circumciſionis, Epiphaniæ, Converſionis S. Pauli & Cathedræ S. Petri, Ramis palmarum, Jovis cœnæ Domini, in Paraſceve Domini, in Vigilia & die reſurrectionis Domini, die Lunæ & Martis ſequentibus, de feſto Inventionis S. Crucis, de Inventione S. Michaelis, De feſto Aſcenſionis Domini, Vigilia & die Pentecoſtes, ac die Lunæ & Martis ſequentibus; Corporis Chriſti, Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, S. Annæ, Transfigurationis Domini, Exaltationis S. Crucis, in Dedicatione S. Michaelis, in die omnium Sanctorum, de Mortuis, Paſſionis Imaginis
C Domini, de Trinitate, feſtivitatibus B. Mariæ, Martyribus, Confeſſoribus, Virginibus; Octavis feſtorum Domini, Beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum: diebus Sabbatinis, ferialibus diebus, Quatuor temporibus. *Singula per ſingulas Rubricas uſque ad Rubr.* 48. *ſcribi omiſſam, quam ex contextu apparet ſic ſcribendam fuiſſe:*
48 (De Paramentis, Proceſſionibus, Incenſo, Officio beatæ Virginis.)
49 De helemoſina, per Helemoſinarios diſtribuenda.

Incipit octava particula de Ordinationibus ad officium Magiſtri rationis, & ſibi ſubjectos pertinentibus.

De Falliis. *fol.* 1.
2 De loqueriis animalium.

*Confer nunc cum præmiſſis Rubricas ſive Titulos Ordinationum Aragonicarum Regis Petri, ex verſione Hiſpanica Protonotarii Michaelis Clementis, ſicut eas accepi, & ex appoſito numero diſce, cuinam Rubricæ Majoricenſis libri reſpondeant ſingula: ex ſigno autem * diſtingue eas, quæ non in hoc, ſed in iſto reperiuntur, additæ a Petro, qui potiſſimum ſibi indulſiſſe videtur, in feſtis multiplicandis, ut hic vides.*

D

RUBRICA DE LOS CAPITULOS

Del libro de las Ordinaciones del Rey don Pedro, fecho en Barcelona as 8. de Ottubre anno 1544.

PARTE PRIMERA.

DE los Major-domos. 1
De los Coperos. 2
De los Botilleros Mayores. 3
De los Botilleros comunes. 5
De los que traen aqua ala Botilleria. 6
De los Panaderos mayores. 4
Del que maſa el Pan. *
De los Eſcuderos que cortan delante el S. Rey. 7
De los Sobre cocineros. *
De los Cocineros mayores. 10
De la plata dela Cocina del S. Rey. 11
De los Cocineros comunes. 12
Del Diſpenſero. 13
Del Menneres o Repartidor. *
De los Argentarios de la Cocina comun. 14 E
Del Aguador de la Cocina.
De los Eſcuderos que traen los manjares 16
Del Comprador. 9
De los Cavalmizos. 27
Del Alveytar. 17
Del Agente depie. *
Del Alconero mayor. 21
De los Alconeros. 22
De los Cazadores o Perreros. 23
De los Subte-Acemilleros, ydel ſota-ſmillero. 26
De los Azemilleros. 27
*De los Tañedores. 28

SEGUNDA PARTE.

DEl officiu de los Camareros. 1
De los Eſcuderos de Camara. 2
De los Ayudantes. 3
Del Barbero. 4
Del Phiſico. 5
Del Chirurgiano. 6
De los Eſcrivanos, Secretarios. 7 F
Del Armero Real. 11
De la Guarda de las tiendas. 19
Del Saſtre y ſus Ayudantes. 12
Del Boticario. 14
De los Repoſteros mayores. 16
De la Culturera y ſu Ayudante. 13
De los Repoſteros comunes. *
Del Barendero del Palacio y del que laba la plata. 20
De los Uxeres de Armas. 8
De los Porteros de maza. 10
De los Porteros en la puerta principal. *
Del Apoſentador. 17
De los Alguaciles. *
De los Miniſtros del Alguacil. *

TERCERA PARTE.

DEl Canciller. 1
Del Vice-canciller. 2
Del Proto Notario tinientes los ſellos. *
De los Eſcrivanos de mandamiento. 3
De los Ayudantes de la eſcribania. *
De los Menſajeros de vara. *
Del Eſcalentador de cera. *

De

A De los Selladores. [illegible]
De los Promovedores. 6
De los Enderezadores de la conciencia. 4
De los Oydores. 5
De los Porteros y Sotsporteros de los Oydores. [illegible]
Del Confeſſor. 7
Del Abad de Santas Creus. [illegible]
De los Monjes de la Capilla. 9
De los Limoſneros. 10
Del Eſcholano de la limoſna. 11
De los Correos. 13
Del Servidor de la limoſna. 12

QUARTA PARTE.

DEl Maeſtre Racional. 1
Del Logarteniente y Eſcrivanos del Maeſtre-Racional. 2
Del Theſorero. 3
Del Lugarteniente y Eſcrivanos del Theſorero. 4
Del Eſcrivano de Racion. 5
Del Logartaniente de Eſcrivano de Racion. 6
B De los Combites. 1
Pars V. De las viandas. 2
De la manera de dar las raciones. [illegible]
De los frenos y otros aparejos de cavallos. 3
Pars VI. De los veſtidos y otros atavios. 1
De las ofrendas. 2
De las honrras que pertenecen hacerſe algunos 3
De las frutas que ſe han de ſervir en la meſa. 4
De las lumbres de la Real Corte. 5
De la lumiaria quando ſe celebra por difunto. [illegible]
De la plata de la Corte Real. 6
Pars VII. De los Conſejeros. 1
De la manera de aſentarſe y proponerſe en Conſep. 2
De los ſervicios. 3
De los ſalarios de Comiſarios. 4
De la manera de eſcrivir a diverſas perſonnas. 5
De la manera de ſollar con ſello de cera y bulla. 9
De la taſſa de las cartas y letras R. 10
De los beneficios que ſe uvieſen de dar. 11
De la ordinacion de la Real Capilla. 12
De la Vigilia y Navidad de noſtre Sennor.
De la fieſta de San Juan Evangeliſta.
De la fieſta de la circonſion de noſtre Sennor.
De la fiaſta de los Reyes.
C De la converſion de San Pablo.
De la Cathedra de San Pedro,
De la fieſta de Ramos.
Del Juebes de la Cena.
Del Viernes Santo.
De la vigilia del dia de la Reſurreccion de noſt. S.
Del lunes y Martes ſiguiente.
De la fieſta de la Invancion de S. Cruz.
De la fieſta de la Aſencion de noſtro Señor.
De la vigilia de Pentecoſtes, y del dia y Lunes y Martes ſiguientes. D
Del Domingo de la ſantiſſimà Trinidad. [illegible]
De la fieſta del Corpus Chriſti.
De la fieſta de Navidad de San Juan Baptiſta.
De la fieſta de San Pedro. [illegible]
De la fieſta de ſanta Ana.
De la Transfiguracion de noſtro Sennor. [illegible]
De la fieſta de San Lorenzo. [illegible]
De la corona de Jeſu Chriſto. [illegible]
De la fieſta de la exaltacion de S. Cruz.
De la dedicacion de San Miguel.
De la fieſta de San Lucas Evangeliſta. [illegible]
Del dia de todos los Santos.
De la Comemoracion de los difuntos, y cada y quando que por ello ſe celebra.
De la fieſta de la Paſſion de Jeſu-Chriſto. [illegible]
De la fieſta de S. Martin. [illegible]
De la fieſta de S. Cathalina. [illegible]
De la fieſta de San Nicolai. [illegible]
De las quatro fieſtas de la Madre de Dios,
De la fieſta de los Martiras,
De los Confeſores.
De las Virgines.
De las Octavas de las fieſtas de noſtro Sennor. E
Y de la Madre de Dios y de todos los otros Santos.
De las Vigilias de las fieſtas. [illegible]
De los dias de Domingo, [illegible]
De los Viernes, [illegible]
De los Savados.
De los dias feriados.
De las quatro temporas del anno.
De la limoſna. 14
De las ſalias y de los Menſajeros. 2 Pars VIII.
De los Alqoileres de las bicetias alquiladas, [illegible]
Declaracion ſobre todas las ordinaciones. [illegible]
De la coronacion de los Reyes. [illegible]
De la coronacion de las Reynas,

His præmiſſis redeo ad codicem Majoricanſem, cujus Rubricas ſeu Titulos correcti charactere ut primam; textum autem, ſicut in Prologo cœpi, pergam more noſtro diſtinguere in numeros ſeu paragraphos, licet ipſe codex aliam nullam interſectionem noverit quam Rubricarum; niſi quod in principio adhibeantur hæc ſigna ¶ alternis, rubro cæruleoque notata; pro quibus porro pingandis ſpatia relinquuntur vacua: ſed nec hoc conſtanter obſervatur, & fere ad arbitrium tranſcribentis, nobis non magni faciendum. Hunc vero ſicubi appareat voculam aliquam omiſiſſe, non verebor eam ſupplere ex proprio, inter hos ( ) uncos, ut alias ſæpe, pro majori legentium commodo. Nunc ergo *Incipiunt Sanctiones Regiæ, ſacram ipſam domum concernentes: & primo de officio Majorum-domus ſive Hoſpitii magiſtrorum, & eorum qui immediate eis ſubjacere dignoſcuntur.* F

INCIPIT PRIMA PARS.

¶ *De officio Magiſtrorum hoſpitii ſive Majorum-domus.* R. 1.

Major-domus ſit Miles nobilis. VTilitatem & ornatum noſtræ Curiæ regiæ concernentes, cogitamus quam plurimum expedire, ut quædam, quæ per Majorum-domus ſive Magiſtrorum hoſpitii officium olim debite obſervata ſunt, abſque Conſtitutione regia conſiſtentia, noſtræ auctoritatis præſidio approbentur; & quæ alias incongrue obſervata, corrigantur remedio, noſtræ Serenitatis provido conſilio, interdicto. Unde hoc edicto decernimus obſervandum, quod in noſtra Curia regia unus nobilis Miles & duo Milites, Majorum officio, ſeu hoſpitii Magiſterio, illoſtrentur. Inter hos vero unum nobilem Militem fore congruit evidenter: quia cum quædam ex iis, quæ expedienda iſtorum incumbunt officio, ſint magnifica & majora, exercentis officium ſtatum exigunt celſiorem. Expedit etiam

A etiam duos eſſe Milites, decoratos officio memorato. Quia cum frequenter propter multa contingere poſſit, unum ex eis, cui ſerviendi continue neceſſitas imponitur, ob neceſſitatem vel alias quomodocumque abeſſe (convenit ut) per præſentem & remanentem officia valeant adimpleri, nec abſens habeat alteri committere vices ſuas: nam tanta & talia non debent per aliquem expediri, niſi per unum ex iis, quos ob eorum ſingularem induſtriam, exploratis eorum fide & gravitate, ad hujuſmodi officii magnitudinem adhibemus. Præfati autem Milites dicto Nobili obtemperabunt in iis, quæ concernunt eorum officia, per omnia ut Majori.

Vel duo, Milites adjunguntur. *Et ejus impedit vices ſuppleant.*

Illi incumbit cura ciborum,

10 Horum quidem officia injunguntur officia, quæ ſequuntur. Major-domus namque ſeu Magiſter-hoſpitii, ſerviens ſecundum voluntatem noſtram, quam ſcire die qualibet teneatur, pro perſona noſtra cibaria faciat præparari; ſitque ſolicitus cum effectu, quod dicta cibaria & alia in noſtro palatio miniſtranda, ſint hora congrua præparata. Faciat etiam nobis * manducantibus in noſtro palatio menſas poni, & alia ibi neceſſaria expediri. Et cum ad menſam erimus proxime acceſſuri, ſuſcipere non differat noſtrum juſſum, per B quem, quas perſonas, & quo ordine in noſtra menſa ſedere debeant, imponatur. Coram Nobis etiam, euntibus cauſa comedendi ad palatium & redeuntibus, incedere teneatur; vadatque ad coquinam cum uno Serviente armorum *a* & noſtris Scutiferis, *b* ad deferendum cibaria deputatis.

** in Manducantibus? ad menſam inferendorum:* *a b*

uſque prægustandi

11 Et ut omnis occaſio miſcendi noxium in noſtris cibariis cuicumque facinoroſo homini auferatur, cum ſuprema diligentia per præmiſſos, non tantum probatæ fidelitatis intuitu, noſtræ vitæ pericula evitantes, imo etiam vitæ propriæ periculum imminere non modicum concernentes; & ne, ſi præfata pernicioſa mixtio fieret a quocumque, tanti facinoris inſania maculato, valeret diſcerni, antequam dicta cibaria ad noſtram menſam pervenirent; volumus & jubemus, ut dictus Major-domus ſeu Magiſter-hoſpitii ante omnia in coquina, a Coquinariis ac Emptoribus & Subemptoribus (aliquid) ferculorum omnium, quæ nobis ſunt deferenda, diligenter faciat deguſtari; & deinde ipſe idem Major-domus ſive Magiſter-hoſpitii de eiſdem cibariis guſtum ibidem facere non omittat: demumque Camerlengo vel Scutifero-cameræ, ſi ibi præſens fuerit loco Camerlengi, det de illis ad guſtan- C dum.

quod etiam faciet Camerlengus;

12 Ipſe autem Major-domus rediens de coquina ſequatur Scutiferos cibaria deferentes: quos quidem dictus Serviens-armorum antecedat: idemque Major-domus diebus feſtivis atque conviviis ſubſcriptis ſcutellam noſtram deferat, & ſumpto guſto coram nobis apponat: etſi ultra ſcutellam quam ipſe portavit nulla alia ſit, tunc etiam inciſorium vel inciſorios, coram nobis primitus ſumpto guſtu, & dato illi ſeu illis, qui ipſum vel ipſos ciſorios portaverint, ponere non omittat: ſi autem alia ſcutella fuerit quam ſua poſita, nihil aliud ponere teneatur. Et hoc ab eo fieri volumus in quolibet cibario, quod in noſtra comeſtione deferendum & apponendum fuerit coram nobis: & in caſu quo aliquod ferculum ad nos eſſet deferendum per unam perſonam tantum, illam eſſe volumus Majorem-domus ſive Magiſtrum-hoſpitii ſupradictum, qui illud deferat & apponat coram nobis, per eum facto guſtu.

Idem ad ſingula fercula,

13 Etiam volumus quod noſter Botellerius ſive Subbotellerius, de pane & vino & aliis, quæ in noſtram menſam ex ſuo officio miniſtrandi cauſa pro nobis, de illis, antequam nobis in menſam vel alias miniſtrentur, eiſ det dare guſtum, & ipſemet deguſtet; pari modo & Camerlengo vel Scutifero-cameræ, ſi ibi præſens fuerit D loco Camerlengi, det poſtea ad deguſtandum. Habeat etiam nobis comedentibus per palatium incedere, & providere, ut ſit victualium nec non aliarum rerum exuberantia, conveniens Regiæ majeſtati; & ut ordo debitus in palatio circa omnia obſervetur: & ſi defectum videat quoquo modo, deficientes corripiat, modis congruis obſervatis. Prædictus vero Major-domus ſerviens virgam deferat, tamquam ſignum indicans præcipiendi auctoritatem, ſerviendi exercitio congruentem. Per ipſum inſuper nobis adminiſtretur panis & alia cibaria menſæ, ad officium Apothecarii vel Fructerii pertinentia, ſi aliquo caſu ultra menſam comedere nos contingat.

prius autem deguſtare eas facere a Botellerius.

Idem virgam ferat *ſignum poteſtatis.*

14 Unde, ſervitia prædicta per Majores domus fieri diſponentes, ſtatuimus, quod in feſtis Paſchæ, & Pentecoſtes, ac Nativitatis Domini, necnon S. Annæ ſi Majoricis ſimus, *c* & Exaltationis S. Crucis ſi Perpiniani ſimus, ac quotieſcumque ſolenne convivium faciemus, ſerviat Nobilis Major-domus, aliis Majoribus-domus ſibi etiam ſociatis, ut ſic præfatorum dierum ſublimitas decenter, tali Majoris-domus ſervientis aſſiſtentia, decoretur: ſi vero quandoque contingat dictis diebus Nobilem Majorem-domus abeſſe, vel adeſſe & impeditum fore caſu aliquo accidente; tunc ſer- E viat ille, Major-domus, qui prius ad dictum officium fuerit convocatus, altero Milite Majore domus ſibi etiam ſociato: quibus diebus prædictos miniſtros, de coquina cum cibariis redeuntes, ut præmittitur, duo Servientes-armorum antecedant.

majoribus feſtis duplicentur miniſtri, *c* *ſervientes*

15 In ceteris autem diebus continue ſervire teneatur unus ex dictis duobus Militibus, videlicet ille qui prius adeptus fuerit ex dictis Militibus officium ſæpe dictum: quo abſente vel præſente & impedito ſervire caſu aliquo accidente, ſerviat habeat alter Miles. Quem ordinem inter eoſdem Milites ideo obſervamus, quia debent pares in titulis, conſideratione tantum temporis anteire. Si tamen in prædictis ceteris diebus non ſolennibus velit ſervire dictus Nobilis, hoc facere valeat quandocumque, & ſibi cedere habeat ille ex dictis Militibus, quem ſecundum prædicta ſervire alias oporteret: nec putet ille Miles honori ſuo aliquid eſſe detractum, cum inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcere teneatur. Si vero dictos duos Milites abeſſe, vel adeſſe & impeditos ſervire fore contingeret quandocumque, dicto Nobili Majori-domus, præſenti & non impedito, ſerviendi etiam dictis ceteris diebus non ſolennibus neceſſitas imponitur hoc F edicto.

Servientiens Militum quis ordo teneri debeat?

16 Sane volumus quod quando in palatio manus pauperum in menſa exiſtentium *d* abluemus, inſtructi divinis actibus & doctrinis; aqua & alia ad hoc neceſſaria nobis debeant miniſtrari per Majores domus, prærogativa honoris Nobili Majori-domus, & poſt eum illi Militi, qui prius admiſſus fuerit ad officium antedictum, ut congruit, obſervata.

d *quomodo aqua miniſtranda?*

17 Denique jubemus, quod illis, qui de domo noſtra exiſtunt, per Majorem-domus ſervientem recedendi licentia tribuatur (nam ipſe, qualitatem & quantitatem ſervitiorum eum cura meditando, poterit congrue arbitrari, quibus dictæ licentiæ ſint concedendæ) aliis vero Major-domus non ſerviens licentias *e* dare non valeat ullo modo, niſi Nobilis Major-domus, qui non ſerviens prædictas licentias poſſit dare, vocato tamen alio ſerviente, ut per ejus conſilium ſciat, an ſint multum neceſſarii in ſervitiis Curiæ illi, qui præfatas licentias poſtulabunt. Nolumus tamen, quod ſubjectis regimini Camerlingorum, vel Cancellarii, vel Magiſtri rationalis per aliquem Majorem-domus recedendi licentiæ tribuantur, nec alicui, qui (de) noſtro ſit Conſi-

Majori domus ſubſint omnes domeſtici, quoad licentias petendas, *e*

Præter eos qui Camerlingo

A Conſilio vel officio Secretarii illuſtratus: nam noſtræ tantum Majeſtati talem licentiam Conſiliariorum, vel Secretariorum merito retinemus. Præterea per dictos Majores-domus licentiæ abſtrahendi panem, & vinum, & carnes, & alia cibaria de noſtra Curia, ſecundum quod eis videbitur rationabile, tribuantur.

vel Cancellario ſubſunt;

eidem tenentur illi rationes reddere,

18 Verum, quia in adminiſtrationis Officialium noſtrorum diſcutiendæ ratione, Majoris-domus officium agitatur; expedit per quoſdam Officiales noſtræ Curiæ, videlicet Emptores victualium, & Apothecarium, ac Zemblarium, tantum pro ſumptibus, ob neceſſitates *f* Zemblis noſtris congruas peragendis, nec non & Civaderium, & Falconerium illum, qui emerit neceſſaria avibus noſtris, adminiſtrationis ſuæ rationem reddi, & per Majorem-domus cum Scriptore-rationis eamdem diſcuti, & audiri; ut ſic bonorum fidelitas cum laudis encomio elaceſcat, & malorum effrænata voracitas expaveſcat. Sed unum Militem Majorem-domus, ſaltem ſemel in ſeptimana, cum dicto Scriptore-rationis adeſſe oporteat in hoc actu; ut ſic adminiſtrationis ratio, quæ tot, ac tantis varietatibus implicatur, melius duorum judicio comprobetur. Quando autem aſſiſtit etiam in dicto actu Nobilis Major-domus, ejuſdem committimus voluntati; neceſ-

B ſitatem vero ſibi in hoc nullatenus imponimus, ſuo gradui deferentes: quia iſte actus, licet laudabilis cenſeatur, tamen eſt ſæpiſſime tædioſus.

qui omni adhiberi diligentia debebit proviſis,

19 Quin imo omnes Majores-domus provideant diligenter, quod per Officiales buticulariæ, & coquinæ bene omnia impoſita ſuis officiis perſequantur; & quod per Officiales *g* repoſitis bene fiant illa injuncta eorum officiis, quæ ad ſervitia palatii diriguntur: & quod in Serviente-armorum, deputatum ad aſſignandum hoſpitia, ac Folrerium, & ejus coadjutorem, quibus præſint, in agendis ratione ſui officii extra noſtrum hoſpitium bene agantur, quæ ex ſuis officiis ſunt fieri ordinata. Et ut iidem Majores-domus hanc proviſionem melius valeant adimplere, teneant tranſcripta Ordinationum diſponentium, quæ ſervitium palatii, & aſſignationem hoſpitiorum, & Folreriæ concernentia, prædictorum officiis injunguntur.

& eorum leges ſcriptas tenebit,

eidem ſub ſunt quicumque domeſtici admiſſi in aulam

20 Porro conſuetudo egregia introducit, quod in omnibus exiſtentibus de noſtra domo, vel Reginæ, nec non in familiaribus, vel ſequacibus eorumdem, ſive ſint de regno noſtro, vel aliis terris noſtris, præmiſſum officium habeat quamcumque juriſdictionalem legitime

C poteſtatem: quam quidem conſuetudinem concernentes, per hoc præſens edictum notum facimus univerſis, quod quicumque exiſtens de regno noſtro, aut aliis terris noſtris, aut exiſtens extraneus (ut eſt dictum) receptus fuerit de domo noſtra, vel Reginæ, intelligat ipſo facto receptionis præfatæ ſe ſubjeciſſe prædictorum Majorum-domus omni juriſdictionali legitimæ poteſtati, ut quo omni franquiſiæ *h* ſive privilegio alicujus loci ſit renunciaſſe; inquantum præfatos Majores-domus in aliquo impedire poſſent, ne ſecundum leges, vel conſuetudines terræ per nos approbatas debite procederent: cum hoc dictæ receptioni ineſſe intendamos, quamvis de hoc in recipiendo nulla mentio fuerit habita quoquomodo. Unde prædictam juriſdictionalem legitimam poteſtatem exponentes ſancimus, quod ſæpe dicti Majores-domus omnium civilium & criminalium cauſarum cognitionem habeant, ut earum, quas ſubjiciemus, ſeries explicabit.

h in civilibus & criminalibus;

aliter tamen parvæ,

21 Omnium quidem parvarum cauſarum civilium & criminalium cognitio, per omnes ſimul, vel per duos eorum in ſolidum, præſentes, vel præſentem, prius per actorum, vel accuſatorum qualemcumque inſtantiam requiſitos, vel requiſitum, ſeu quibus vel criminum

D commiſſorum denunciatio prius facta extiterit, ſeu quibus, vel cui per Nos, aut per noſtrum Cancellarium, vel Vicecancellarium, in ipſius tamen Cancellarii abſentia, vel Auditores noſtros, ei remiſſa fuerit ſupplicatio de dictis cauſis facta, debeant expediri.

22 Magnarum autem cauſarum civilium, & criminalium cognitio fieri debeat per Nobilem Majorem-domus, & unum ex Militibus, qui prius adeptus fuerit officium antedictum. Per hos quidem duos fiat cognitio: ſi (vero) omnes Majores-domus ſint præſentes, tunc quidem de dictis cauſis fiet requiſitio per actoris, vel accuſatoris inſtantiam qualemcumque, vel quando fiet denunciatio criminum commiſſorum, vel quando per Nos, aut Cancellarium, vel Vicecancellarium (ut eſt dictum) vel per Auditores noſtros remittetur ei ſupplicatio de iis facta. Si autem tunc unus ex Majoribus-domus tantum abſit, per reliquos duos præſentes fiat cognitio memorata; ſi vero tunc duo de Majoribus-domus abſint, per unum præſentem non poſſit fieri cognitio prælibata. Quia cum in magnis cauſis vertatur periculum majus, quam in aliis, ibi cautius eſt agendum; niſi quando ille unus præſens eſſet Nobilis Major-domus: nam per eum tunc præſentem, aliis duobus Majoribus-domus abſentibus, fieri valeat magnarum cauſarum cognitio ſæpedicta.

aliter magnæ cauſæ judicabuntur.

E

23 His addimus utiliter providentes, quod Majores-domus, aſſiſtente noſtro Vicecancellario, & in ejus abſentia uno ex Auditoribus Doctore, quem voluerint Aſſeſſore, cognoſcentes de magnis, vel parvis cauſis civilibus, aut criminalibus, in principio cauſæ adeſſe oporteat, & in fine. Principium autem cauſæ non dicimus eſſe, donec actori, vel accuſatori reus reſponderit prout decet; vel ubi in cauſa criminali, non accuſando, ſed aliter proceditur; donec confeſſiones receptæ fuerint delatorum: finem vero cauſæ dicimus eſſe probationem ſententiæ diffinitivæ, quam per eos Majores-domus, aſſiſtente dicto Aſſeſſore, proferri præcipimus, ſic ut per alium partibus valeat in judicio recitari; adjicientes etiam, quod per eoſdem Majores-domus, aſſiſtente præfato Aſſeſſore, ſententiæ interlocutoriæ proferantur: in aliis autem actitandis eos adeſſe non oporteat, ſed poſſint iidem Majores-domus alicui idoneo, peritiam juris habenti, committere vices ſuas; qui ſine alterius aſſiſtentia procedere valeat in eiſdem prædictis; adjicientes, quod quoties præfati Majores-domus vel alter eorum ratione ſui Scriptore indigebunt, unum ex Notariis noſtræ Cancellariæ aſſumere non omittant.

diſtinguendo utrorumque & initium, & finem.

F

24 Quoniam vero verborum præmiſſorum declarationem annectimus, iſtius edicti ſenſum clariorem efficere cupientes; unde præſentes Majores-domus dicimus eſſe illos, qui nos ſequentes exiſtunt in loco, ubi erimus vel ejus pertinentiis, noſtris actibus præparati. Non eſt etiam ignorandum, quod intelligimus magnas cauſas criminales eſſe illas, quæ, de juris conſuetudine, ſeu noſtra ordinatione, pœnam inferunt mortis, vel membri abſciſſionis, vel perpetui exilii, de publicis criminibus proponuntur; parvas vero cauſas eſſe ipſas, quæ de aliis criminibus agitantur: nec non magnas civiles fore illas, quæ ſunt de quantitate quingentarum librarum Barcinonenſium, vel Majoricenſium, aut de re, quam valere præſentes libras, vel plus aſſeritur per actorem: cæteras autem cauſas civiles dicimus fore parvas, imponentes actori neceſſitatem exprimendi, in ſupplicatione, vel querimonia, aut libello, quantum eſſe rei pretium æſtimabit; ut ex hoc, qui cognoſcere habent, ſecundum prædictorum ſeriem diſcernant. Idem etiam generaliter volumus obſervari, ſi petatur factum,

Quinam conſendi Servientes præſentes?

quæ cauſæ magnæ, quæ parvæ?

vel

Digitized by Google

A vel aliquid aliud, cujus pretium æſtimari valeat ullo modo.

In iſtis quid Regi reſervatur?

25 Congruum autem fore ſancimus, ut ſententiam aliquam, inſligentem ultimum ſupplicium, vel abſciſſionem membrorum, aut exilium, vel privationem officii, vel beneficii noſtræ domus, Majores domus non proferant contra aliquem ex Baronibus, vel ex Militibus aut ex Scutiferis, vel ex Secretariis aut ex Uxeriis, vel ex Servientibus armorum aut ex Conſiliariis, abſque noſtro conſilio, & conſenſu: hoc namque æquiſſime diſponimus, prædictorum ſtatui deferentes, & ſeveritatem dictarum ſententiarum etiam concernentes.

quid ſervandum in cauſis eorum qui Camerlingo ſubſunt;

26 Quandocumque vero cauſa aliqua civilis, aut criminalis, contra aliquem ex ſubjectis Camerlingorum officio dirigatur; Majores-domus cognoſcentes in principio cauſæ, & in fine debeant unius ex Camerlingis aſſiſtentiam adhibere: præcaventes etiam, quod nullum ex Scutiferis noſtræ Cameræ, abſque fugæ metu ſeu rationabili præſumptione ipſius fugæ, capiant, capive faciant, noſtræ Majeſtatis ſcientia & conſenſu prætermiſſis: cum hoc privilegium ex conſortio familiaris ſervitii, ad quod admiſſi ſunt, merito habere

vel Cancellarii;

B mereantur. Si autem in cauſa criminali, vel civili contra aliquem ex ſubjectis Cancellarii officio procedatur; Majores-domus cognoſcentes, in cauſæ principio & in fine, Cancellarii, vel eo abſente, aut impedito, Vice-cancellarii aſſiſtentiam habeant adhibere.

aut Magiſtri-rationalis;

27 Sed ſi contra aliquem ex ſubjectis Magiſtri-rationalis officio aliqua cauſa civilis aut criminalis dirigatur; Majores-domus cognoſcentes annectere, in cauſæ principio ac in fine, Magiſtri rationalis aſſiſtentiam teneantur. Si autem cauſa aliqua civilis vel criminalis contra aliquem de domo Reginæ exiſtentem dirigi cognoſcatur; Majores-domus cognoſcentes, in cauſæ principio & in fine, unius ex Majoribus-domus Reginæ aſſiſtentiam habeant adhibere: eademque diſponimus obſervari, ſi contra aliquem ex familiaribus vel

aut ſolvendo mulcta?

ſequacibus præmiſſorum cauſa aliqua dirigatur: cauſæ vero principii atque finis declarationem ſupradiſpoſita clariſſime atteſtantur. Quando vero continget Majoris-domus aliquem ex noſtris domeſticis peculiariter ultra *i* quitationem condemnare; Theſaurario ipſam condemnationem debeat ceſerare, ac per eum illam executioni demandare.

C

contra Camerlingos tamen non procedatur, niſi ex commiſſione Regis.

28 Plane ſubjiciendum credimus expedire, quod Majores-domus, vel quivis alius, contra aliquem ex Camerlingis, in quacunque magna vel parva cauſa, civili vel criminali, non procedat, niſi eis per nos ſpecialiter committatur: nam noſtri Camerlingi tali immunitate digni ſunt, quia militia decorantur, & Conſiliariorum noſtrorum numero adſcribuntur, & noſtræ perſonæ familiari aſſiſtentia illuſtrantur.

Poteſtas criminoſos capiendi data Magiſtro-domus,

29 Volentes quoque criminiſorum fugæ periculo providere, adjicimus, quod ubicumque de criminoſis noſtræ Curiæ exiſtentis, cujuſcumque ſtatus vel officii ſive gradus, fuga ſit dubitandum; unuſquiſque Major-domus poſſit capere criminoſum, licet etiam in cauſa talis criminoſi non poſſet procedere abſolute. Ultra etiam juriſdictionem ſupra expoſitam, in qua non decet niſi judicialiter procedere, unicuique eorum poteſtatem ad quitationem alicujus temporis, ſecundum quod factum hoc expoſcet, condemnandi, & ſuſpendendi ab officio, & etiam cauſa correctionis, capiendi tribuimus per præſentem; ſi tamen hoc defectu, vel culpa præcedente, videritur expedire. Quam poteſtatem extendi volumus in omnibus qui de noſtra fuerint familia, Camerlingis vel Camerario aut Magiſtro rationali noſtro minime ſubjectis. Nec eſt noſtræ voluntatis, ut prænominata ſuſpicione utantur in Militibus, nec in Scutiferis noſtris; nec etiam ultra juris formam, cauſa correctionis prætactæ, aliquem D ex Baronibus, qui ſacræ Domus noſtræ eſſe meruerint, capiant, nobis inconſultis & neſcientibus. Prædictas autem extrajudiciales condemnationes unuſquiſque eorum, qui eas fecerit remittere poſſit, ut ſibi expediens videbitur. Nobilis vero, eſto quod ipſe non inſtiterit prædictas condemnationes, informato ſe primitus de cauſa cum illo, qui eas fecerit, remittere valeant pro optatu culpæ vel defectu ſemper attento.

non tamen circa quosdam libere;

Domus vitæ teneantur ad homagium

30 Ceterum anectimus obviare periculis cupientes, ut ab omnibus Officialibus botelleriæ, & coquinæ, & ab illo, qui officium piſtoris exercebit, noſtro Piſtore abſente vel impedito: & a Mareſcallo & Civadero & illis de ſtabulis, tam domeſticis quam logaderiis *k*, & *k*
a Falconerio ac canum-Cuſtode, Nobilis Major-domus, aut alius Major-domus ſervitia faciens, homagium juramento ſubnixum recipiant; quod, quantum poterunt atque ſcient, curabunt omnia pericula (cavere) noſtræ perſonæ poſſibilia contingere, ex his rebus, quæ per eos exercentur ſua officia tenebuntur; quæ etiam pericula, ad ipſorum notitiam pervenientia, nullo modo Nobilis differant reſerare vel Majoribus domus, ſi Nobis ſine mora dicere commode non valerent. Et etiam a noſtro Alguezirio *l* & Procuratore fiſcali noſtræ domus ac Nuntii-virgæ *m*, in agendis per eos in officio Alguezirii, juramentum tantum, de fideliter agendo, recipere non omittant; & quod non fecerunt nec faciant aliquid, quod prædictis præmiſſis efficaciter obſervandis obſtare aliquatenus dignoſcatur. Ab his autem diſpoſitis exceptione idonea ſubducuntur ilh Officiales botelleriæ & coquinæ, qui ratione ſuorum officiorum Nobis immediate facere homagia compelluntur.

in ejus nominibus Regi præſtandi;

l

m

E

exceptis qui immediate id faciunt;

ſicut faciant ipſi Majores-domus.

31 Poſtremo adjicimus, ut omnes Majores domus Nobis homagium, juramenti præſidio roboratum facientes, promittere ſint adſtricti, quod, quantum poterunt atque ſcient, evitabunt omnia pericula, quæ noſtræ perſonæ eſſent poſſibilia evenire; quod etiam pericula imminentia, ad ipſorum notitiam pervenientia quoquomodo, Nobis celeriter reſerabunt, & non fecerunt nec facient aliquid, quod dictis præmiſſis inviolabiliter obſervandis valeat obviare. Ipſi quoque omnes Majores-domus Nobis per juramentum tantum promittere teneantur, quod bene & fideliter eorum officium exercebunt. Et eum, juxta noſtram Regiam ordinationem de Conſiliariis, Majores-domus ſeu Magiſtri-hoſpitii Conſiliarii noſtri cenſeantur; volumus F
quod juramentum, in dicta ordinatione ordinatum, præfati Majores-domus ſeu Magiſtri-hoſpitii noſtri Nobis faciant cum effectu.

ANNOTATA I. P.

a Servientes armorum, *Gallice* Sergens d'armes, *cum maſſis ſeu clavis argenteis Principem præcedere, eique aſſiſtere ſolent: quorum officium pluribus vide apud Cangium. An diverſi ab iis, quos ſupra ſimpliciter Milites dixit? Non videtur: alias ipſis propria ſua Rubrica competeret.*

b Scutiferi *Gallice* Eſcuyers, *proximus infra* Milites, *id eſt*, Equites *ſeu* Cavalerios *gradus: ſupra hos autem ſunt* Milites nobiles, *quos* Equites auratos, *ſive* torquatos *poſſis æſtimare.*

c *Hinc intellige feſta hæc, ipſis reſpective in locis ſolenniſſima eſſe, & Paſchati ac Pentecoſtæ æqualia. Eſt autem* Perpinianum, *alias* Papyrianum, *Ruſcinonenſis Comitatus Caput, nunc etiam Elnenſis Epiſcopi* Sedes.

d *Laudabilis profecto Regum eo tempore mos, imitantium in eo S. Ludovicum, eorum pauperum manus lavare ſolitum, quos habiturus erat convivas ſtatis*

dies



NAPOLI

Digitized by Google

A *diebus; & quidem ad numerum centum viginti.*

e *Licentiam intellige recedendi a curia ad tempus, & officium tantiſper committendi ſubſtitutis.*

f Zemble *infra num. Rubr. 27. intelligetur eſſe* Saumarius, *id eſt, jumentum ſarcinarium, unde* Zemblerius, *qui animalia curat: ſed hac aliaque ſuo loco proprio occurſura, ut* Civaderius, Folrerius *hic nihil attinet anticipato declarare.*

g Repoſitum *ex num. 5. ſupra intelligitur, idem eſſe quod* Camera; *& quidem ſecretior, Gallice* Cabinet.

h Franchire, *Françairc, a* Franco *liber, immunem facere, unde* Frankiſis *immunitas.*

i Quitatio, *ſolutio (a* quyten, *ſolvere) in hiſce legibus ſæpe idem eſt, quod ſtipendium, ut infra variis locis patebit.*

k Logaderius *intellige* Locatarios, *qui locatam in aula habitationem tenent, eoque eximuntur a juriſdictione magiſtratus civilis: niſi malis intelligere* Loquerios, *de quibus Rub. ult. p. 8. qui ſuam, vel ſuorum jumentorum operam locant ejus rei præfecto Zemblerio, aut ſubzemblerio.*

l *De* Algoezirio, *id eſt Satellitii, ſeu carceris Præfecto, agit Rub. 24.*

B m *Scriptum erat & hic, & num. 550. ac 515.* Supportarius: *ſed verbo hoc transfixo, ſeu deleto, ſupraſcriptum, minori ubique alterius forma, ſed non minoris vetuſtatis charactere (ut appareat correctionem antiquitus factam, dum liber publicandus relegeretur)* nutius unguæ: *quod infra n. 135. & alias recte ſcriptum* Nuntius Virgæ.

De Scutiferis, potum nobis miniſtrantibus. Rub. 11.

Quatuor hos eſſe decernitur:

SI illa quæ noſtro Regali palatio incumbunt officia, ſingulis ſeu certis perſonis committimus peragenda, ut rectiori exitu valeant conſummari; tanto magis noſtrum decet Regale faſtigium, ut ſpeciali cura circa (ea) curemus attendere, quæ noſtram videntur concernere Majeſtatem; & tales noſtro conſpectui aſſiſtentes præ aliis eligere, qui non ſolum aſpectus decore præfulgeant, imo morum & generis prærogativa decorentur, ut mens noſtra in eorum præſentia lætantius conquieſcat.

quorum primus Nobilis:

32 Hac igitur noſtra Conſtitutione perpetua ducimus ſtatuendum, ut tres vel quatuor Scutiferi, aſpectu decori, moribus & genere Militari inſigniti, eligantur pro potu in menſa & alibi noſtræ Celſitudini miniſtrando: quorum unum de nobili genere ſeu Baronia volumus aſſumendum, non tamen Militiæ cingulo circumſulſum. Qui Nobilis, quoties præſens

nondum Miles,

C fuerit & commode fieri poterit, aquam, prægustu de ipſa prius facto, Nobis præbeat ad lavandum; & vinum præbere noverit ad bibendum, prægustu de ipſo nullo modo prætermiſſo: ut, quia in ſalute noſtra ſubditorum ſalutem cupimus conſervari, ipſam a nocivis intactam valeamus præſervare.

aquam & vinum Regi prægustet,

33 Ceteri vero tres, antedicto Nobili excluſo; omnia vaſa, quæ ad potum in menſa noſtra Regia fore ordinata dignoſcuntur, hora decenti a noſtra botelleria portent, & menſæ noſtræ apponere ad ſe pertinere non ignorent; præcaventes diligenter & attente, quod dicta vaſa munda, & ab immundis ſæpius apponantur recenſita, ſic quod nulla poſſint perpendi noſtris oculis abhorrenda: & præmiſſa omnia hora congrua ad botelleriam reducere non poſtponant: quæ omnia fienda volumus per antiquiorem in gradu ſupratacto. Nebulas *a* vero & alia, quæ per Botellerium ſunt procuranda in menſa ante Nos, antiquior in dicto officio præſens poſt Servientem, guſtatas per ipſum Botellerium & Scutiferum, ponere non omittat.

alii vero vaſa curent,

ea munda inferantur.

34 Nobili vero prædicto vel abſente vel aliter proprium ſervitium non faciente, alii curent diligenter adimplere quod prædictus Nobilis facturus exiſtebat, unus quiſque in ſuo ordine, prout in dicto officio fuerit præaſſumptus; de his etiam quæ ad ipſos ex eorum officio pertinent, tam in præſentia quam in abſentia prædicti Nobilis, nihil omittendo. Si vero aliquo caſu eveniret, quod nullus

D *principique vinum dum opus ſupplenant.*

de Scutiferis noſtris, ad cuidandum *b* coram nobis deſtinatis, præſens eſſet; tunc unus iſtorum qui potus curam habent, qui antiquior erit in officio poſt illum qui tunc Nobis vinum miniſtrabit, officium prædictorum abſentium ſibi aſſumat faciendum. Illum vero qui tunc Nobis vinum miniſtrabit, nolumus ejus officium, pro alio aſſumendo, relinquere imperfectum; quod quidem in omnibus infraſcriptis ordinibus volumus obſervari. Si autem omnes illi, qui Nobis ſcutellam deferunt, deficerent; eo caſu ille qui ſupererit in officio potus antedicti, officium ſcutellæ prædictorum abſentium noſcat ſibi peragendum; niſi tunc ultra ſervientes in officio cuidendi & ciſſoria *c* portandi aliquis ſupereſſet; quo caſu ipſos iſtis de potu volumus anteferri. Et idem ſtatuimus obſervandum, ſi omnes abſentes exiſtant ad portandum ciſſoria ordinati; videlicet quod qui de ſervitio potus ſupererit, poſt illum qui tunc miniſtrabit, ille officium ciſſorii curet peragendum: & hoc volumus eſſe, niſi tunc aliquis de officio cuidendi & ſcutellæ deferendæ; præter illos qui tunc ſervirent, ſupereſſent: quo caſu ſuo ordine prædictis de potu dicimus præferendos.

b aut vicem eorum qui ſcutellam inferunt.

c aut ciſſorio,

E

35 In præmiſſis vero gradibus ſuperius ordinatis ita ducimus providendum, quod unuſquiſque aliena officia (ut eſt dictum) exercendo, ordinem prioritatis ſuæ *d* matriculæ, ac ſi proprium exerceret officium, attentius ſtudeat obſervare. Porro ſi in duobus officiis deficerent ſervientes, & de iſto tot ſupereſſent quod poſſent dictis duobus officiis providere, juxta per Nos ſuperius conſtituta, iſtorum antiquior ad faciendum nobilius officium admittatur; quia cuidere reputamus poſt illud ferre ſcutellam & poſt ciſſorium.

ſervato ordine ſuique matriculæ

d

36 Præfatos vero Scutiferos omnibus de botelleria in his quæ ad eorum officium pertinent, præeſſe volumus & mandamus, & ipſi obedire non differant in præmiſſis. Salvo tamen, quod ſi vellent aliquem extrahere de Regio oſpitio, in his obedire minime teneantur. Ipſi vero non ſolum in juriſdictione, ut ceteri familiares, noſtris Majoribus domus ſubſint; ſed immediate ratione eorum officii iis obedire tenentur. Sacramentum vero fidelitatis & homagii Nobis præbeant ore & manibus commendatum, quod non ſolum ſalutem noſtram illæſam pro poſſe obſervabunt, imo quantum poterunt eidem contraria effugabunt: & ſi eorum notitiæ talia evenirent, Nobis protinus intimabunt; & quod nihil fecerunt, neque in futurum facient, quo minus valeant (prædicta) obſervare.

præſint Botelleriis;

ſubſint Majori-domus.

F

ANNOTATA D. P.

a Nebola, *Hiſpanis* Nivem *ſignificat; cum autem hic agatur de re ad potum pertinente, Nives autem in calidioribus regionibus pertineant ad delicias potus: eas potius hic intelligas, quam ſcriblita, ſeu tenuiſſimos panis orbiculos vulgo* oblatas, *Gallice* oblies, *quæ etiam nebularum nomine veniunt, ut videre eſt in Gloſſario Cangii: & hoc ſenſu infra uſurpantur num. 40.*

b Cuida *Hiſpanis* cura, *unde* cuidar, curate: *Franci etiam* Cuider *dicunt: ſed ipſis idem valet quod opinari. Hic vero videtur* cuidere *eſſe 3. Conjugationis, & ſignificat* ſatagere, *ſeu ſolicite intendere rebus agendis.*

A c *Dreſſoriis, id eſt, orbibus ſeu quadris inferendis vide infra §. 56.*

d *Matriculam vides, non ſolum in eccleſia, ſed etiam in aula, eſſe ſeriem ſeu Catalogum officialium adſcriptorum.*

De Botelleria (a) majori & Speciali aula noſtræ Regalis, & Subbotellerio R. II.

ad hujus officium recte diſponendi ordinatur; ILla merito officia perfectius ſuo ordine peraguntur, quæ ſingulis ſeu certis perſonis committuntur peragenda: nam licet unum corpus diverſis membris adornetur, ſingulis tamen præmiſſorum certum & limitatum officium coaptatur; & ſic indecorum in corpore humano reputatur, ut alterum membrum alterius fungatur officio: Itaq; nimium noxium ſimulque turpiſſimum æſtimatur, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa.

37 Cupientes igitur ſingula officia in noſtro palatio Regio rerum maturo & digeſto conſilio inſtituta, ac in poſterum prout optimum fuerit facienda, recti B tramitis curſu prævio, conſummari; & ne aliquis officio botelleriæ noſtræ inſtitutus, ioani quidam velamine, quid agere debeat ignorantiam valeat allegare; quæ ad ejus curam pertinere dignoſcuntur præſenti Conſtitutione ſeu Ordinatione fieri volumus *per ipſo vi-num, aquâ;* manifeſta.

38 Hac igitur generali Conſtitutione noſtra, perpetuis duratura temporibus, ducimus ordinandum, quod aliqua bona perſona, morum honeſtate & fidelitate præfulgens, prædicto per Nos officio deputetur, noſtro arbitrio eligenda; quæ aquæ & vini oris noſtri cuſtodiam habeat diligentem: & ipſam aquam atque vinum munde & in poculis & mappis ſeu manutergiis ſiccatis & mundis noſtro Scutifero, vinum Nobis miniſtrandi deſtinato, ſubminiſtret; panem vero Scutifero coram nobis ſcindenti tradere non omittat: nec non illi, qui menſæ noſtræ Regiæ præeminentia honoris ſedentibus miniſtrabit, Vaſa etiam ad potum noſtrum deputata, in abſentia Scutiferorum, qui hoc facere debent, ad locum ubi comedemus ſeu potabimus deferre non ommittat. *prægustatis prius singulis;*

39 Et quia in Nobis negligere non debemus ſalutem obſervare, qui ſubjectos noſtros quantum Dominus ſinit in pace & ſalute confovemus; volumus quod quoties prædictus Botellerius prædicto Scutifero noſtro C prædicta pro potu noſtro miniſtrabit, toties de prædictis aqua & vino, ſeparatim vel mixtim, non omittat prægustare: ut ſi ibidem aqua nociva (quod Deus avertat) exiſteret, valeamus evitare & ſalutem ad commodum ſubjectorum conſervare. Nec immemor exiſtat, imo caute præcaveat & attente, ne aliquem, ad quem ex officio minime pertineat, & maxime extraneum, repoſitorio ſeu b dreſſatorio (quod in proximiori loco menſæ, quo fieri poterit bono modo, eſſe volumus) panis, vini & aquæ Nobis in menſa (apponendorum) ſinat appropinquare vel eorum aliquid quoquomodo pertractare; vaſaque noſtra aurea & argentea, vel alia ad potum noſtrum ordinata, pro prædictis aſſignata, munda & nitida conſervare non poſtponat, ſic quod non ſit aliquid horridum quod oculos noſtræ poſſit offendere Majeſtatis, ſi condignam voluerit effugere ultionem. Quæ quidem vaſa aurea & argentea & alia, pro noſtro potu prædicto ordinata, a Camerlengis noſtris cum inventario recognoſcat ſe tenere. *b ab illiſque extraneos arceat, & vaſa ſervet;*

40 Volumus etiam ipſum non ignorare, ejus curæ pertinere, panes & vina emere copioſe, quæ in noſtra domo ſeu curia expenduntur, prout ejus diſcretio noverit faciendum. Et quia tanto melius ſanitas in quocumque conſervatur, quanto melioribus cibariis enutritur; ſit ſolicitus & attentus, quod meliora quæ inveniri poterunt procurare non omittat: cum dignum extimemus aulam noſtram Regiam talia habere meliora. Volentes tamen quod quotiens vinum aut panis in noſtra botelleria ita deteriorari contigerit quod convenientes non eſſent noſtris domeſticis ad ponendum; idem Botellerius eleemoſynæ noſtræ curet cum diligentia protinus aſſignare. Quando vero Nos itinerare contingat, & in loco, in quo noſtram recipiendam refectionem duxerimus, panis vel vinum aliqualiter remanserint, eleemoſynariis, ibi ſtatim per eos Chriſti pauperibus erogandum, diſtribui per eundem Botellerium volumus ſpecialiter & jubemus. Curam etiam habeat diligentem, una cum Flaquerio ſeu Piſtore, de artocreis ſeu paſtillis & nebulis c ſeu aliis, quæ pro perſona noſtra & menſa Regia in furnis vel alias apparantur, quod caute & mundiſſime fiant ac ſeparatim & diſcrete per Piſtorem antedictum, ne aliqua nociva admiſceri valeant, quæ ſaluti noſtræ & ſubjectorum noſtrorum optimæ poſſent obviare. D *deteriorata eleemoſynæ proroget;* *de itinere menſa reliquias pauperibus erogat;* *c Piſtori ſuper intendat;*

41 Ordinamus inſuper ut prædictus Botellerius totius panis & vini curiæ noſtræ Regiæ cuſtodiam habeat diligentem, per ipſum noſtræ curiæ, juxta ipſius officium, diſcrete diſpenſanda. Nectar d etiam & ſimilia quæ de vino fiunt, per ipſum, quantum neceſſarium pro noſtra menſa fuerit, fieri volumus & jubemus: ad uſum vero curiæ per ipſos de Botelleria hoc, abſque defectu & reprehenſionis nota, volumus adimpleri. Si vero contingat Nos de loco ad locum, in regno & terris noſtris, vel alibi proficiſci; dictus Botellerius vel ſaltem Sub-botellerius noſter, pro illis quæ ad ejus officium ſpectant procurandis & complendis antecedat; ne ſi tardius accederet, aliqua ſibi incumbentia remanerent imperfecta, quod ſumme cupimus evitari. De adminiſtratis etiam & emptis & expenſis per eundem Botellerium ante dictum, prout ad ipſius officium pertinere dignoſcitur, Scriptori noſtro majori rationis rationem ſeu computum ordinamus redditurum, totiens quotiens præfato noſtro Scriptori videbitur opportunum. E *& Curiæ toti potum miniſtret,* d *Regi iter agenti præcedat,* *rationem reddat ejus Scriptori;*

42 Et quia tam propter offendiſſimam infidelitatem aliquorum miniſtrorum, quam ipſorum negligentiam quæ eſt totius boni inimica, qua miniſtrante omittuntur præcavenda, audivimus pluries tam Regibus quam aliis Principibus maxima pericula eveniſſe, quod eſt plus quam ſumme abhorrendum & a fidelitate præmiſſa penitus alienum; volumus & firmiter ſtatuimus, quod prædictus Botellerius, ſacramentum fidelitatis & homagium Nobis faciat, ore & manibus commendatum, quod perſonam noſtram & ſalutem incolumem pro poſſe conſervabit, & contraria radicitus extirpabit, & ſi quæ, maxime ratione ſui officii perſonæ & ſaluti noſtræ nociva poſſent evenire, confeſtim revelabit: & quod nihil fecit, quo minus prædicta valeat & debeat adimplere. Et nihilominus ſacramentum præſtabit noſtro Majori-domus, quod ejus officium & ſingula quæ ad ipſum pertinent pro poſſe fideliter exercebit. Et ut perfectius & liberius præmiſſa compleri valeant, ipſe vel Subbotellerius in botelleria continue jaceant ſupradicta, ne extra vagando dictum officium aliquam patiatur læſionem. Prædictum autem noſtrum Botellerium omnibus aliis de botelleria præeſſe volumus & mandamus. Et noſtris Scutiferis, ad dandum Nobis potum ordinatis, in tangentibus eorum officium poſt Majores-domus obediant firmiter & pareant. *ipſi Regi homagium & fidelitatem juret;* F *nec non Majori-domus;*

43 Ordinamus quoque in botelleria noſtra eſſe deputatum unum aptum & ſufficientem, qui Subbotellerius nuncupetur, & juvet noſtrum Botellerium

A rium in quibus poterit tangentibus ſuum officium fideliter atque prompte. Et quotiens ipſe Botellerius, propter infirmitatem vel alias, ad ſuum officium agendum vacare nequeat vel abſens fuerit, idem Subbotellerius ipſum officium exerceat plenarie & integre. Sane etiam in præſentia noſtri Botellerii illa quæ empta fuerint per ipſum Botellerium, quotiens commode fieri poterit, ſcribat diligenter: & ut de omnibus quæ ſunt agenda ex ipſo officio notitiam plenam habeat, tranſcriptum penes ſe teneat eorumdem; eademque ſacramenta & homagium faciat, & obedientiam ſervet, quam Botellerius facere eſt adſtrictus.

& habeat idoneum Sub-botellerium

Qui abſentis vices ſuppleat.

ANNOTATA D. P.

a Botellerius *a* Botella *ſive* Buticula, *diminutive ex* Bota, *vas, poculum; Teutonice* Pot, *ſed ſignificatione magis generica, qua etiam olla ſignificatur: cum* Bocca, bouteille *Francis, proprie pertineat ad potum.*

b Dreſſatorium, *aliis etiam* Dreſſorium, *Gallice* Dreſſoir, *Abacus, in quo ordinate diſponuntur vaſa ad potus & menſæ miniſterium, a verbo* Dreſſer, *ordinate collocare, ex Latino* Dirigere *detortum verbum.*

B c *Hic omnino ſumitur* Nebula *pro cruſtula panis tenui ac tranſparente.*

d Nectaris *nomine videtur venire vinum quodcumque conditum,* Hypocraticum *nonnulli vocant.*

De Piſtore Regio ℞. IV.

MAgiſtra rerum experientia nos docuit, & rerum exitus manifeſte demonſtrat, ut illa perfectiori exitum finem recipiant, quæ ſpeciali demandatione & induſtria perſonæ electæ fieri eliguntur.

44 Igitur hac præſenti noſtra Conſtitutione ordinamur, quod Piſtor ſive Flequerius*a* domus noſtræ Regiæ, panem quo in menſa noſtra utemur, ſive illi qui in præfata menſa ſedebunt, aut artocrea ſive paſtillos ſive alia quæcumque, quæ ad ipſius artem pertinere dignoſcuntur, per ſe piſtare & alias præparare debeat, & non per alium quoquomodo, niſi prout inferius eſt inſertum; ſolertem diligentiam adhibendo, ut caute & munde fiant, & in loco penitus ſegregato, taliter quod via maligandi per difficilem aditum cuilibet ſit præcluſa.

a Piſtor per ſe opus ſuum exerceat accurate,

C 45 Cum vero ad menſam pro refectione accedemus vel ante, tempore convenienti Botellerio majori panem, quo reficiendi erimus, non differat miniſtrare, ipſo tamen primitus præguſtato, quod quidem oblivioni minime relinquatur. Nec ignoret ad ipſum pertinere omnia, quæ ipſum officium piſtariæ concernunt, pro omnibus familiaribus & domeſticis noſtris, Subbotellerio procurare. Super quibus talem curet diligentiam adhibere, ne ejus miniſterium defectum aliquem patiatur: & de his omnibus quæ ratione ſui officii procuraverit ſeu alias conceſſerit, rationem reddere non differat Scriptori noſtro rationis.

& Botellerio adferat

46 Si vero infirmitate vel alias impeditus fuerit, quæ per eum pro noſtra perſona fienda ſunt, cum licentia Majoris-domus tunc ſervitium facientis & ſcientia noſtri majoris Botellerii, alicui bono & ſufficienti piſtori committat. Ipſe etiam in tangentibus ſuum officium, Scutiferis ad noſtrum potum deputatis & Botellerio & Subbotellerio oris noſtri, poſt Majores-domus, obedire recognoſcat ſe adſtrictum. Simile vero juramentum & homagium Nobis & Majori-domus præſtare teneatur, quod Botellerius noſter Nobis & ipſi ſu præcedenti noſtra conſtitutione præſtare eſt adſtrictus.

niſi infirmus vel impeditus:

ubique ſubjectus ſit,

ANNOTATA D. P.

a Flequerius *ſupra num.* 40. Flaquerius, *Cangio ex veteribus chartis* Flecarius, *Catalanis uſitata vox, Panificum notans; an quia* Flaka *ipſis eſt panis?*

De Botelleriis, pro noſtris familiaribus deputatis. ℞. V.

DIgnum & conſonum rationi exiſtimamus, ut omnia quæ intra palatium noſtrum ſunt agenda, tali ordine exitum recipiant, ut nullum ſequi valeat imperfectum, ſed potius omnia perfecta ſuo ordine dirigantur.

47 Hac igitur præſenti Conſtitutione perpetuo valitura ſancimus, ut in noſtra aula ſeu palatio Regio duo vel quatuor Botellerii communes domeſticorum noſtratum, juvenes boni & humiles, aſſumantur: qui tabulis erectis & mappis extenſis, panem, vinum & aquam apponere ſtudeant agiliter & ornate. Et ne aliquis defectus præmiſſorum exiſtat, diligenter præcaveant & attente, per menſas diſcurrendo & attentius circa prædicta intuendo. Qui quidem Botellerio & Subbotellerio noſtris circa eorum officia obedire teneantur: ſinguli vero diebus jejuniorum noſtris domeſticis in ſero potare volentibus, & in palatio vel alibi juxta noſtrum hoſpitium congregatis, vinum & aquam parent & exhibeant abundanter: idemque faciant, quotiens præſentes cum noſtris domeſticis potum petere Nos continget. Verum ſi contingat Nos de loco in locum proficiſci, unus ipſorum ad locum in quo ordinavimus declinare, continue præcedat feſtinanter: ne occaſione moræ circa eorum officium aliquid incompoſitum ſequatur.

Quod iſti eſſe debeant, duo vel quatuor,

ſubditi Botelleriis oris Regii. E

& quid agere,

48 Volumus etiam, quod ſaltem unus ipſorum infra botelleriam noſtram, vel ſaltem prope noſtrum hoſpitium jaceat, ſi fieri poſſit bono modo: ne loci diſtantia aliquod impedimentum afferre valeat eorum officio antedicto, quo minus libere valeat adimpleri. Si vero Botellerium & Subbotellerium noſtrum ſpecialem abeſſe contingeret, quod ipſi facturi erant ſtudeant ſolicite adimplere: hæc vero per illum fieri volumus, qui in officio prius fuerit aſſumptus: unde ſuſcriptis, quæ per noſtrum Botellerium ſunt agenda, ſecum teneant & in caſu iſto diligenter obſervent: & Scutiferis, ad dandum Nobis potum deputatis, in tangentibus eorum officium, poſt Majores-domus obedire teneantur. Et quia in præſenti caſu & alias poſſent plures vina noſtra, & alia quibus noſtra utitur Celſitudo, pertractare; ne in ipſis omittere negligenter videamur quod in aliis Nobis miniſtrantibus duximus præcavendum; ordinamus quod tale juramentum & homagium uni de Majoribus noſtræ domus facere ſint adſtricti, quale Botellerius noſter ſpecialis nobis facere eſt adſtrictus: ſicque nefandam occaſionis rabiem nobis nociva miniſtrandi, valeamus quantum poterimus effugare.

quando illorum vices ſuppleant,

debent obedire Scutiferis ad potum,

F

& Majori-domus fidelitatem jurare.

De Servitoribus, ſive Aquaductoribus Botelleriæ. ℞. VI.

ORdine rationis adſtringimur, ut diverſa noſtri palatii officia diverſis perficienda committamus; ne, ob defectum miniſtrorum, officia maneant incompleta; & ut confuſionem, quam in noſtro palatio noſtris temporibus abhorremus, quantum poterimus evitemus.

A 49 Per hanc igitur præſentem noſtram perpetuam Ordinationem ſtatuimus, quod tres miniſtri, boni & fideles eligantur, qui aquam ad bottelleriam noſtram habeant apportare: & ipſam, nec non & per prædictum palatium noſtrum de prædicta aqua abundans tenere debeant & completum, ſic & tam copioſe, quod nullus defectus in aliquo locorum prædictorum valeat inveniri: & nihilominus ſolicitì ſint & attenti, quod vaſa, in quibus aquam contigerit miniſtrari, munda exiſtant, & ab immundis ſæpius recenſita; quod præſertim in æſtate volumus obſervari: ordinantes quod dicti miniſtri Scutiferis noſtris, Nobis potum miniſtrantibus, Botellerio & Subbotellerio noſtris ſpecialibus, in iis quæ ad ipſos pertinent, poſt Majores domus, minime obedire recuſent: qui etiam Botellerios communes palatii & domeſticorum noſtrorum non prætermittant in eorum officio adjuvare, ut qui ſocii conſolationis exiſtunt fiant & ſocii laboris.

Quid agere aliis debeat?

quibus ſubeſſe?

50 Et quia ſæpe contingit nos de loco ad locum peragere iter noſtrum, volumus & nihilominus ordinamus, quod unus iſtorum ante præcurrat, eorum officium quam melius ſciverit & poterit completurus. Verum quia dubium non exiſtit, quin pluries prædicti B miniſtri aquam, qua noſtra Serenitas eſt uſura, primitus habeant pertractare; ordinamus ut tale ſacramentum & homagium uni de Magiſtris noſtri hoſpitii præſtare teneantur, quale de Botellerio & Subbotellerio noſtro ſpeciali, in alia ſuperiori noſtra Conſtitutione, extitit ordinatum.

& cui fidelitatem jurare.

De Scutiferis ad ſcindendum coram Nobis deſtinatis. R. VII.

RAtioni conſonum & decens culmini Regio judicamus, ſi tales noſtro conſpectui & ſervitio præoptamus, quos in aſſumpto officio experientia magiſtra rerum noſcitur docuiſſe, nec non nobilis natura generis ad præmiſſa cernitur impuliſſe: tales namque, & merito, noſtro ſervitio dignum eligere reputamus, qui cæteris paribus in prædictis cæteros antecellant.

51 Hac igitur præſenti noſtra ſanctione ducimus ſtatuendum, quod tres vel quatuor Scutiferi, natalibus ſeu privilegiis Militaribus inſigniti, ad ſcindendum coram Nobis & aliis peragendis, quæ pro comeſtione erunt Nobis appoſita, aſſumantur, qui in talibus magis experti videbuntur: quorum unum Nobilem eſſe C volumus, cingulo Militiæ minime inſignitum: qui primitus, cum in menſa erimus, mantergium, quo in menſa ad tergendum utimur, Nobis parent; & panem a Botellerio noſtro ibi præſenti recipere, & in menſa coram Nobis apponere non differant quoquomodo; nec ignorent eorum ſolicitudini pertinere, quod cultellos mundos & bene ſcindentes habeant providere, ne ex inhabilitate ſcindendi vel alias aliquod faſtidium nobis valeat generari: ſal vero & ciſſoria, panem & aquam coram Nobis apponere non retardent.

Generis Militaris ſint;

unuſquiſque eorum etiam Nobilis,

qui regi ſcindant

52 Et quia cibaria, quibus noſtra utitur Celſitudo, antequam ad Nos perveniant, per diverſas manus oportet ut plurimum pertranſire; ut ſalutis noſtræ periculum evitemus, ſtatuimus firmiter obſervandum, quod de omnibus & quibuſcumque cibariis quæ Nobis apponentur, prædicti noſtri Scutiferi non omittant præguſtare, facta etiam primitus prægustu per illos, qui cibaria a dictis noſtris Scutiferis Nobis miniſtranda, tradiderunt ſupradicta.

prægustatio:

53 In prædictis vero ſuperius ordinatis prædictum Nobilem, quotieſcumque commode fieri poterit, & ipſo abſente vel alias prædicta non faciente, illum qui in dicto officio fuerit antepoſitus, volumus anteferri. Ubi vero caſus eveniret quod omnes illi abſentes eſſent, D qui Nobis potum debent miniſtrare; tunc per illum antiquiorem qui ſuperfuerit in officio ſcindendi ante dicto, præter illum qui ſuum tunc officium exercebit Nobis potum miniſtrari procuret. Simili modo perinde ducimus obſervandum, ſi omnes de officio Scutellæ contigerit abſentari, tunc prædictus antiquior ſuperexiſtens in officio ſcindendi ſæpe dictum eorum officium peragere non omittat, niſi ultra portantes ciſſoria aliquis de ipſo officio ſupereſſe dignoſcatur; quia tunc ad illum ſpectare volumus & jubemus.

quis eorum vices ſupplere debeat;

& ipſi quorum vices ſervire poſſint;

54 Quod vero de abſentibus Scutellæ miniſtris ducimus ordinandum, idem omnibus de ciſſoriis abſentibus, per dictum ſuperſtitem in officio ſcindendi, ut eſt dictum, volumus obſervari, niſi de officio ſcutellæ aliquis tunc ſuperexiſtat præter illum qui officium faciet ante dictum: quo caſu officium ciſſorii debet ante iſtum peragere: cum prædicta officia, quaſi connexa ad invicem, concomitantia fore probentur. In prædictis vero caſibus ducimus declarandum, quod nullus officium ſuum proprium, eidem incumbens peragendum, propter aliud imperfectum relinquat. Super quibus omnibus officiis vice aliorum peragendis ordinem prioritatis ordinis præcipimus obſervari: cum laudabile exiſtat atque dignum, ut illi cæteros antecellant, quos E prioritas temporis & ſtipendia longiora fecerunt antecire. Porro ſi in duobus officiis deficerent ſervientes, & de iſtis ſupereſſent tot quod poſſent dictis duobus officiis providere, juxta per Nos ſuperius conſtituta, iſtorum antiquior ad faciendum nobilius officium admittatur. Et quia verti poſſet in dubium, quod ex dictis officiis nobilius reputetur, dandi potum officium potius ac nobilius eſſe ſancimus, deinde Scutellas deferentium, poſtremo illorum qui ciſſoria deferunt coram Nobis.

In hoc tamen ſervandus ordo,

ut ſervitio & officio priores, præcedant alios.

55 Volumus etiam eos non ſolum juriſdictioni, ut cæteri familiares noſtri Majoribus domus eſſe ſubjectos, ſed etiam immediate ratione eorum officii, eis obediant firmiter & pareant. Et quia eadem ratio in ipſis eſſe agnoſcitur, quæ in aliis Scutiferis potum nobis miniſtrantibus eſſe videtur; igitur ſimile ſacramentum & homagium per ipſos Nobis præſtandum ordinamus, quale in prædictis ſuperius eſt inſertum.

Cui ſubeſſe illi & juramento obſtrictos.

De Scutelliferis Regiis. R. VIII.

F AD decorem noſtrum reſpicere credimus, quod Domicelli a noſtræ perſonæ ſervitio deputandi, præſertim illi qui Nobis cibaria miniſtrabunt, ſint apti, providi & experti, & ſint miniſtrando cauti, quod defectus aliquis reprehenſione dignus nequeat apparere. Inter quos illos præcipue tales eſſe volumus, qui ad Scutellam Nobis in menſa deferendam fuerint deſtinati.

Domicelli ſint,

56 Ordinamus itaque & ſtatuimus, quod tres vel quatuor Domicelli, quorum unus debeat eſſe Nobilis, pro dicta noſtra Scutella deferenda ſint in noſtra curia deputati; qui omnia cibaria, quæ ad ſcutellam b pertinent, Nobis portare teneantur, ac etiam alia cibaria quæ ad ſcutellam non pertinent, licet ea dicti Scutelliferi non portaverint; coram Nobis in menſa ponere teneantur; exceptis tamen cibariis, quæ interdum Magiſtri hoſpitii ſive Majores domus in propria perſona deferunt, quæ poterunt etiam dicti Magiſtri ponere, illa videlicet quæ portaverint ipſi Majores domus & aliter: ſi tamen ultra ſcutellam quæ per ipſos portata fuerit, alia per ipſos minime deferatur: primitus tamen de prædictis cibariis ſumpto guſtu per dictos Domicellos, quando ea poſuerunt coram Nobis.

& inter hos Nobilis unus;

eorum munus ad menſam Regis;

57 Volu-

Digitized by Google

A 57 Volumus etiam quod dicti Domicelli [a] & eorum quilibet præſint illis qui in coquina noſtra miniſtrant, & eis mandare poſſint quod licite viderint expedire: dum tamen non mandent aliquem extra noſtrum hoſpitium extra beundum. Volumus inſuper quod de dictis tribus vel quatuor Domicellis, ille qui Nobilis eſt officium faciat, quotiens præſens erit, & ipſum commode facere poterit. Nobili vero Domicello abſente, vel præſente & officium facere nequeunte; unus de aliis qui prior in dicto officio aſſumptus fuerit id facere teneatur. Declaramus etiam & volumus, quod ſi duo vel tres Domicelli diverſas portent ſcutellas, Nobis ille ponere debeat ante omnes illos qui ſcutellam deferret principalem. Ordinamus etiam quod ille qui principalem ſcutellam nobis deferet, manutergia munda & alba in promptu habeat, ut ea in collo ſuo ponat, & cum eis ſcutellam cooperiat, & ſic coopertam deferat coram Nobis.

& jus ſupra miniſtros coquinæ

Ordo & modus ſcutellas inferendi,

58 Jubemus inſuper quod in abſentia omnium Magiſtrorum hoſpitii dicti Scutelliferi, quoad officium Magiſtrorum abſentium, faciant; ſed propterea ſcutellam & cibaria Nobis deferre non omittant; exceptis diebus feſtivis & aliis, quibus officium hujuſmodi B per Majorem ſeu Magiſtrum hoſpitii debere fieri decernimus, quorum dierum ordinationem ipſius officii nobis merito retinemus: volentes tamen quod ſuper his tunc Nos ſolicitent diligenter & attente. Præcipimus etiam quod in caſu, quo omnes Domicelli, ad officium ciſſorii deſtinati, ſint abſentes; tunc Scutelliferi, qui ultra illos Nobis neceſſarios pro ſcutella ſupererunt, (cum non deceat quod omnes ſuum proprium officium relinquant) faciant dicti ſuperſtites officium ciſſorii, ſervato ordine prioritatis inter Scutelliferos, ſicut in proprio officio eſt ſuperius ordinatum.

& ſupplendi vices Majorum-domus,

nec non in officiis ciſſorii,

59 Simili modo ſi Domicelli, qui coram Nobis ſcindere debent, omnes ſint abſentes; tunc Scutelliferi qui ſupererunt, eo modo quo ſupra proxime eſt expreſſum, officium ſcindendi peragant; niſi ſuperfuerit de illis qui potum miniſtrant, ad quos eo caſu volumus pertinere. Si vero domicelli qui nobis potum miniſtrant ſint abſentes, illi qui coram nobis ſcindere debent ultra Nobis ſervientem minime ſint præſentes (quia primo ſpectat officium dandi potum ad illos ſcindentes) tunc Scutelliferi noſtri qui ſupererunt, ſervato prioritaris C ordine inter eos, officium exerceant dandi potum. Porro ſi in duobus officiis deficerent ſervientes, & de iſto ſupereſſent tot quod poſſent dictis duobus officiis providere, juxta per Nos ſuperius conſtituta; iſtorum antiquior ad faciendum nobilius officium admittatur, quia dare potum reputamus (nobilius) poſt illud ſcindere, tertium portare ciſſorium, ut prædicta ſunt per nos jam alias [c] declarata.

ſcindendo

et potum miniſtrando.

60 Decernentes quod non ſolum in juriſdictione, ut ceteri noſtri familiares, Majoribus domus ſubſint; ſed etiam immediate ratione eorum officii eis obedire ſint adſtricti. Prædicti vero Scutelliferi, priuſquam officium ſuum exerceant, juramentum & homagium Nobis præſtent, ſuper forma expreſſa in juramento quod præſtant Nobis potum miniſtrantes.

c Horum ſubordinatio & homagium.

ANNOTATA D. P.

a Domicelli *etiam* Domicelli *dicti, olim quidem Magnatum filii, poſtea etiam Militum quorumvis necdum cingulo donati, de quibus multa Cangius.*

b *Quænam cibaria* ad ſcutellam *pertineant, quænam ad* Ciſorium, *de quo infra* n. 76. *difficile eſt definire: nam & ibi in principio num.* 74 *appellantur non ſolum* Ciſoria: *ſed ipſo in principio* fercula, ſeu inciſoria: *& qui ipſa adferunt, non permittuntur (niſi in defectu aliorum) ea* D *menſæ imponere, quia hoc Scutelliferis proprie attribuitur. Videas lector, quid lucis ad hunc locum accipere poſcit ex Rub. 3. Partis 5. ubi definiuntur pro Regia menſa ordinarie duo, & in feſtivitatibus tria fercula, id eſt miſſus; & de ſingulis in* Ciſſorio Regis *jubetur poni pro octo perſonis;* in Ciſſorio Cardinalium & Archiepiſcoporum *tantumdem, in* Ciſſorio Epiſcoporum *pro quatuor.*

c *Supra num.* 53. *at infra num.* 76. tertium *cenſetur officium* Scutellæ: *quod aliunde velim illuſtrari.*

De Emptore & Subemptore. n. 61.

CUm ſalus & profectus reipublicæ ſalutem Principis principaliter proſpiciant & concernant, legeſque & edicta Principum curam carnis emendæ ad profectum pertinere pro ſalute ſtatuant ſubjectorum; quanto magis ipſe Princeps, qui ſalutem populi tueri & proſpicere debet, ut cura carnis, in ejus ſacra domo edendæ, certis ſuis fidelibus ſpecialiter committatur.

61 His igitur in conſideratione deductis, ſtatuimus & ordinamus, ut Emptor domus noſtræ, qui eſt vel qui pro tempore fuerit, in emendis carnibus, curiæ noſtræ neceſſariis, ſolerter invigilet & inſiſtat; hoc videlicet modo, ut recepta a Scriptore rationis ſufficienti pecunia, carnes, piſces, & alia cibaria, nec non ligna aliaque neceſſaria, quæ in noſtra coquina tam pro Nobis quam domeſticis noſtris, ſint vel fuerint neceſſaria, & ad coquinam ſpectantia, una cum Subemptore, quotieſcumque eum habere poterit, fideliter emat, & illa decoqui faciat & parari; ſumma diligentia præcavendo, quod nec in ciſione carnium prædictarum ſeu alias, fraus committi valeat quoquo modo; & quod omnia & ſingula bene & decenter, ut Regiam decet curiam, præparentur. Inſuper ad ipſius volumus officium pertinere, diligenter ſolicitare Magiſtrum hoſpitii, tunc officium facientem, de cibariis quæ ſumus in craſtinum comeſturi.

Quæ emere ipſe ex officio debeat, E

quid præviderer?

62 Sane ut ſingula ſuo ordine fidelius peragantur, volumus quod dictus Emptor de cibariis noſtris in coquina deguſtet, antequam per ſervitores noſtros ad noſtri præſentiam deferantur. Et ut clarius dictus Emptor Scriptori rationis reddere valeat rationem, quam dicto Scriptori qualibet die de acceptis reddere jubemus; volumus & etiam ordinamus, ut dictus Emptor cuncta diligentia qualibet die de numero in noſtra curia comedentium veraciter ſe informet, & de ipſis in redditione calculi faciat mentionem. F

cui rationem reddere quotidie?

63 Porro ut majores præſint minoribus, ut poſcit ordo juris; volumus quod dictus Emptor præſit in ſuo officio cuilibet de coquina. Adjicienteſque jubemus, quod, quando nos itinerare contigerit, dictus Emptor vel Subemptor primo accedat, & ſecum Ordinationem de [a] cibariis deferat, & eam diligenter obſervet. Et ut officium ſuum fidelius exequatur, volumus ut Nobis & Magiſtro-hoſpitii juramenta præſtet, & Nobis dumtaxat homagium, ſicut Botellerius oris noſtri. Volumus etiam quod Scutiferis ſcutellam noſtram portantibus dictus Emptor vel Subemptor poſt Majores-domus obediant, in iis dumtaxat quæ eorum tangunt officium.

quibus præſit,

quibus ſubſit.

64 Et unam inſuper perſonam eligi volumus, qui Subemptor nominetur, qui cibaria coram comedentibus in noſtro palatio ponat atque poni faciat diligenter; & quæ per Emptorem emenrur ſcribere teneatur, quotiens commode fieri poterit & fuerit opportunum. Et Emptorem juvet in ſuo officio, & prægustet de noſtris cibariis ſicut Emptor; & in ſui abſentia ſuum officium plene peragat, & juramentum præſtet & homagium faciat, & noſtris Majoribus-domus obtemperet & obediat, ſicut dictus Emptor. Et ut melius hæc peragere poſſit, in

Officium Subemptoris.

A ſcriptis, quæ per ipſum Emptorem fienda ſunt habere non prætermittat.

ANNOTATA D.P.

a *Eſt quidem Parte 5. Rub. 2. de ſarcalis num. 249. ſed eorum ibi numerus definitur, non qualitas. Ob hunc ergo locum, aliaque nonnulla veroſimile exiſtimo, quod præter has leges, fuerint ſpeciales aliæ Ordinationes plurium officiorum, quæ hic non inſeruntur ſed ſupponuntur, non ſolum a majoribus latæ* (quas num. 7. non intendimus inquit revocare; imo omnia quæ ipſis noſtris contraria non fuerint, volumus obſervari) *ſed etiam propria ipſiuſmet Jacobi.*

De Miniſtris Coquinæ oris Regii. ℞. 2.

QUanto magis officia perſonæ noſtræ ſunt propinqua, tanto diligentiori cura fidelibus ſunt committenda perſonis; ac ille totius fraudis inventor, omnium bonorum inimicus diabolus, ſuo milleno ingenio laqueis quamplurimis præfulcitus, saluti homi-
B num inſidias per appoſitionem nocivorum valeat præparare; quod Nobis valde præcavendum digniſſimum ac neceſſarium reputamus.

Duo illi ſtatuit, 65 Et ut præmiſſa facilius evitemus, hac præſenti noſtra Ordinatione ducimus ſtatuendum, quod duo boni homines & fideles Coqui, pro noſtra ſpeciali coquina aſſumantur; per Nos eligendi, qui in officio prædicto ſcientifici exiſtant, & experti: qui quidem cibaria noſtra per Nos, & per illos, quos noſtra duxerit Serenitas eligendos, aſſumenda habeant decoquere, & alias cum ſumma diligentia caute & munde præparare; taliter quod prædicta in loco tuto & ſecreto, & *qua cautela uti debeant,* aliquantiſper ſegregato præparentur; ſic quod ad ipſum aditus paucis præbeatur; & occaſio mali quantum eſt poſſibile reſtringatur: (quique) cum ad nos prædicta cibaria erunt deferenda, minime guſtare prætermittant. Cum vero de loco ad locum erimus profecturi; alter prædictorum ad locum, ad quem erimus acceſſuri anteeedat, ut ea, quæ ad ipſorum ſpectant officium, poterit prævidiſſe; quia probabilius prævenire reputatur, quam a tempore præveniri.

66 Quos etiam Coquos poſt Majores-domus, tam *quibus ſubeſſe,* Scutiferis noſtris ad ſcutellam noſtram deferendam deputatis, quam Emptori & Subemptori noſtræ curiæ obedire ordinamus, quantum ad eorum officium per-
C tinebit. Volumus etiam, quod in abſentia Emptoris & Subemptoris noſtri antedicti, alter ipſorum, qui in *quorum vices ſupplere* officio antedicto fuerit præaſſumptus, eorum officium aſſumat antedictum. Et ne vagando prædictum officium detrimentum aliquod patiatur, quod unus ipſorum infra hoſpitium in coquina prædicta ſpeciali jaceat, aut prope ipſam, ducimus ordinandum. Simile vero ſacramentum & homagium Nobis præſtabunt, quale Botellarii noſtri Speciales Nobis præſtare ſuperius ſunt aſtricti.

De Argentaria coquinæ oris Regii. ℞. 21.

Huic incumbit curare vaſa, RAtionabiliter attentis, quæ ſunt agenda non modica per miniſtros, ad cibaria noſtri oris diſpoſitos (&) Magiſtraliter præparanda, ut illa complete, ſicut decet, omnia peragantur: idemunum hominem aptum volumus eis tradi, qui coquinæ oris Regii Argentarius a nominetur.

a

& ſeparare aquanda, 67 Die quolibet horis debitis in ipſa coquina ignem incendere non omittat, ollaſque & caldarias cum aqua ponat ſupra illum; gallinas & volatilia plumet etiam, & alias carnes ac piſces lavet ac mundet; nec non & veru vertere, dictoſque miniſtros ſive Coquos noſtri oris adjuvare procuret diligenter, prout ſibi per eos, & Em- D
ptorem præceptum fuerit atque juſſum. Etiam aquam *& Coquis parere.* neceſſariam, pro noſtris epulis damianæ præparandis, ad ipſam coquinam per eum ferri volumus & portari; volentes quod noſtris Scutiferis, ad ſcutellam noſtram deferendam deputatis, & dictis Emptori, in tangentibus eorum officium poſt Majores domus obedire ſit aſtrictus, Nobiſque ſacramentum & homagium, ut dicti Miniſtri nobis fecerunt, (facere) teneatur.

ANNOTATA D.P.

a Argentarii *nomen, qua ratione pertineat ad hujus miniſterii humilitatem, equidem nequeo divinare, cum argentea ſupellectilis nihil ab eo tractetur.* Marmitones *Franci a* Marmita, *id eſt cacaba nuncupant,* Lixas *Latini. Infra Argentarios tamen iſtos ſunt* Aquæ portitores, *de quibus poſtea. Veri autem nominis* Argentarium, *id eſt pretioſæ ad menſas ſuppellectilis, vaſorumque curatorem, informat Rubr. 16. Partis 2. num. 158.*

De Coquinariis pro communi (coquina) Regiorum domeſticorum. ℞. 11.

E

QUia perſpeximus fore dignum, & conſonum rationi, quod in noſtra domo ſeu curia nulla vacua exiſtant officia, quominus in eiſdem certi & fideles miniſtri aſſignentur, quibus dicta officia valeant gubernari: idcirco ducimus ſtatuendum, quod

68 Duo coqui, fideles & boni, in coquina communi noſtræ familiæ præponantur, qui cibaria, per do- *Quid domi,* meſticos noſtros abſumenda, curent vigili ſtudio munde & caute præparare, ut potius valeant commendari quam in aliquo reprehendi: quorum unus Nobis alibi proficiſcentibus antecedat, ſic quod imperfectioni locus minime relinquatur. Ubi vero accideret, quod ambo Coqui ſpeciales oris noſtri abſentes forent aliquo caſu vel cauſa imminente; eo caſu non ignorent curam ad eos pertinere noſtra cibaria præparandi, modo & forma prædictis Coquis oris noſtri in præcedenti con- *quid foris agere debeant,* ſtitutione aſſignatis. Aliquos etiam de coquina tam majores quam minores adjuvare eos volumus, cum in proprio officio non fuerint occupati: ordinantes quod noſtris Scutiferis deputatis ad ſcutellam deferendam, & *quorum vices ſuppleant* Emptori & Subemptori, poſt Majores-domus, obediant in tangentibus eorum officium memoratum.

69 Et quia pericula, quæ pluribus non eſt dubium *quibus ſubeſſe.* frequenter eveniſſe, Nos cautiores faciunt in futu-
F rum; (mandamus) ut prædicti quoque tale ſacramentum & homagium Majori-domus noſtræ præſtent, quale Coqui oris noſtri Nobis præbent; & inſcriptis, quæ per ipſos Coquos noſtri oris ſunt agenda, penes ſe habere minime obliviſcantur.

De Muſea (a) ℞. 4111.

SI ſuper cunctis ad uſum noſtrum & ornatum neceſſariis, curam & diligentem cuſtodiam certis perſonis committendam eſſe decrevimus, (ideoque) neceſſarium fore perſpicimus & congruum, quod ſuper rebus, pro eſu victuque noſtro comparatis, alicui fideli cuſtodiam committere debeamus.

70 Ordinamus itaque & volumus, quod unus, bonus & legalis, qui cognominetur Muſeu, ex noſtris *Hic penus cuſtodiæ deputatus,* Coquinariis deputetur, qui clavem reſervatorii noſtræ coquinæ teneat & deferat; nec non die quolibet carnes, quæ emptæ & portatæ ad dictam coquinam per Emptorem vel Subemptorem fuerint, ante illarum fractionem, præſentibus Scriptore rationis vel ejus Scriptore, & altero dictorum Emptore, reponderare fideliter non omittat. Quibus ſic reponderatis, facien-
do

A in certas pecias ſcindat, & frangat diligenter eaſdem: & etiam piſces frangere teneatur. Et illas, quæ pro noſtra perſona emptæ fuerint & fractæ, Coquinariis ad fercula pro ipſa noſtra perſona præparanda & decoquenda; & alias carnes, emptas & fractas ad opus noſtrorum domeſticorum, Coquinariis, ad illas præparandas & decoquendas deputatis, tradat ordinate. Præmiſſas vero carnes, quæ erunt præparandæ pro Nobis, ad partem & non niſi præſentibus prænominatis reponderet atque frangat, ut ſuſpicione careant miſcendi nocivorum. Eiſdemq; Coquinariis de rebus in dicto reſervatorio exiſtentibus, prout ad dicta fercula præparanda & facienda neceſſarium fuerit, miniſtret indilate: & his peractis ad coquinam deputatam ad fercula oris noſtri confeſtim ſe conferat, & ad præparanda illa juvare non remittat.

omnes carnes ac piſces ſeorſim ſuſcipit; *& ſciſſas exhibet coquis;*

71 Cum vero ipſa fercula erunt peracta, & noſtri domeſtici ad menſam acceſſerint, palatium ſimul cum argentariis, qui carnes vel piſces deferant uſque ad dreſſatorium, intrare procuret immediate; ibique ciſſoria ipſarum carnium vel piſcium, juxta tenorem Ordinationis noſtræ ſuper hoc editæ, ordinet & faciat cum effectu; & illa ſic facta tradat Subemptori, & aliis perſonis e Coquinariis ſive Argentariis ibi præſentibus, in menſis coram comedentibus ponenda ſeriatim. Illa

coſtas quoque inſert dominis; *reliquias defert ad eleemoſynarium:*

B inſuper, quæ in coquina decocta, poſt noſtram comeſtionem & domeſticorum, ſuperfuerint, eleemoſynæ aut ejus ſervitoribus curet tradere ſine fraude.

72 Decernentes & volentes, quod continue in dicto reſervatorio rerum infra ſcriptarum copia inveniatur; videlicet zucharis, zinziberis, & aliarum ſpecierum intritarum; mellis, olei, carnium ſalſarum, caſeorum, piſcium ſalſorum, vini-aceti *b*, ſaginimorum & aliorum *c* ſimilium comeſtibilium, ad dicta fercula congruentium, quæ abſque metu quotidianæ deſtructionis poterunt vel conſueverunt reſervari. Et ſi aliqua ex his deficere viderit, incontinenti ſolicitet præfatos Emptorem & Subemptorem, ut illud emant, & in dicta deſpenſa ſive reſervatorio reponant cum effectu. Et omnia dictus Muſeu in ejus diligenti & fideli cuſtodia habeat & teneat; Nobiſque ſacramentum & homagium, ut alter Coquinarius, ad noſtra fercula præparanda deſtinatus, facere ſit aſtrictus: noſtros Scutiferos ad ſcutellam noſtram deferendam deputatos, & etiam prædictos Emptorem & Subemptorem, poſt Majores-domus, in tangentibus ſuum officium, ſibi præeſſe agnoſcendo.

b *c* *aromata quoque ne deſint curat, & alia condimenta;*

C

ANNOTATA D.P.

a *Apparet* Muſeum *hic dici, etſi nominis ratio lateat, eum, qui penui præeſt; eidem officio in legibus R. Petri duæ deſtinantur Rubricæ,* Del Diſpenſere *&* del Menucrero repartidor, *apparet ex toto contextu; & ſiquidem hæc ultima recte reddatur Latine* de Minutario ſeu diſtributore, *libenter intelligam quid inter hunc & Diſpenſatorem interſit, quod viſo textu apparebit.*

b Vin-acetum, *Hiſpanis* Vin-agre.

c Saginem, *adeps, lardum*, Sagimina Saginimorum, *necdum alibi legi.*

De Argentariis coquinæ domeſticorum Regiorum. Rub. xiv.

Congruum eſt, ut Coquinarii communes noſtrum domeſticorum, defectibus coadjutorum carere dignoſcantur.

Quid agant,

73 Eapropter in coquina eorumdem domeſticorum, duos ad hoc aptos homines volumus deputari, qui Argentarii coquinæ ipſius nuncupentur. Erunt quidem, ut die qualibet hora debita in eadem coquina ignes incendant, ſoliciti & attenti, & caldarias cum aqua ponant ſuper illos, gallinaſque & alia volatilia plument etiam, & alias carnes & piſces lavent & parent ad coquendum, & illa in caldariis & verubus ponant, etiam de carnibus aſſandis verubus curam, eaque revolvendi habeant diligentem, & his actis per eos, Coquinarios in quibus poterunt adjuvent ſupradictos; ſpecialiter Muſeum, in ferculis ad palatium portandis, juvare non omittant. Volentes, quod noſtris Scutiferis pro ſcutella noſtra ordinatis, & dictis Emptori & Subemptori ac Coquis, in tangentibus eorum officium obediant & pareant fideliter cum effectu. D

quibus parere debeat,

De Aqua-portitoribus ad aquam domeſticorum Regiorum. Rub. xv.

Cum in coquina noſtrorum domeſticorum ſint peragenda quædam, quæ per Argentarios in ea diſpoſitos non poſſe congrue fieri perpendimus; ideo

74 Præter prædictas diſpoſitas duas perſonas, quæ vocentur Aquæ-portitores, in coquina ipſa admitti ducimus ordinandum. Deferant quoque iſtæ duæ perſonæ aquam ad ipſam coquinam quantum fuerit opportunum. Caldarias etiam & ſcutellas poſt comeſtiones noſtrorum domeſticorum lavent & mundent diligenter, nec non & coquinam ſcopent cum neceſſarium fuerit, & alia agant ſimilia, quæ & noſtri Scutiferi ad ſcutellam deputati ac Emptor vel ejus Subemptor, Argentarii ejuſdem coquinæ ſeu unus eorum eis vel alteri eorum duxerint injungenda; quibus obedire poſt Majores-domus teneantur. E

Incumbit eis aliqua aqua *vaſa & ſcutellas eluere*

De Scutiferis deferentibus (a) ciſſorium Regium. Rub. xvi.

Quia vero perfectum nihil dicitur, niſi de omnibus ſuis partibus faciat mentionem; & ne quod omittimus, negligere videamur,

75 De modo ſervientium in aula noſtra regia ducimus ordinandum, ut Scutiferi qui ad portanda noſtra fercula ſeu inciſſoria per Nos fuerint conſtituti, recto ad menſam noſtram coram Nobis veniant & aſſiſtant; & tamen per ſe ponere non præſumant: ne promiſcuis actibus rerum turbentur officia, & quod alii conceditur per alium ſubtrahatur; cum per ſolos portantes ſcutellam noſtram hoc fieri velimus & mandemus, advertentes (quia) quod pluribus committitur ſecurius expeditur. Verum tamen cum cibaria poſita fuerint coram Nobis, iidem portantes ſint ſoliciti & attenti, ut ab inſcindente Scutifero coram nobis vel ab illo qui poſuerit ante dicta ſibi dari faciant ad guſtandum, ut ob hoc Nos & ipſi ſiniſtra ſuſpicione careamus. F

Fercula adferunt, *non inferunt menſæ,*

76 Sane ut inordinatum nihil maneat vel confuſum, tres vel quatuor Scutiferos huic officio deſtinamus, quorum unus inter Nobiles aſſumatur, qui ſemper ſervitium faciat ſi exiſtat: cum noſtra interſit quemlibet juxta ſui decentiam honorare: quem ſi abeſſe contigerit vel alias impediri, qui primo aſſumptus fuerit in hujuſmodi officio locum ſuum teneat in portando, ut is gradu ceteros antecedat cui laboris aſſiduitas ſuffragatur. Quod ſi plura fuerint ciſſoria deferenda, iſti ſoli faciant ſervitium exiſtentes, honore ſemper antiquioribus reſervato. Qui autem principalem noſtrum portabit ſciſſorium, in collo portare mantergia non omittat, cum quibus cibaria cooperiat.

& unus inter eos Nobilis eſſe debet,

77 Et quia in neceſſitatibus legem ſervare non convenit, imo quæ unius ſunt aliorum uſibus applicantur; ſi caſu contigerit quod omnes deficerent qui debent ſcutellæ ſervitium miniſtrare, & in hujuſmodi ſciſſoriis

In defectu ſcutelliſtarum,

Digitized by Google

A rii officio ſuperſint (primitus eorum proprio officio ſatisfacto, quod nolumus omittere pro ſubventione aliorum; cum plus expediat vacare propriis quam intendere alienis) antiquior in officio poſt illos qui proprium gerunt officium, ſcutellæ ſervitio ſubveniat ſupradicto: & ſi plures deficiant & ii plures ſuperſint, omnes idem faciant ordinatim. Quod ſi omnes illi qui in eidem officio eſſe debent, abſuerint, & in ſcutellæ officio non fuerint præter officio proprio aſſiſtentes, nec de potus officio valeat provideri, quia ſolus unus ſit qui Nobis præbeat ad potandum, tunc iſtorum ſcindat antiquior, qui remanet ultra illos qui proprio officio militabunt. Simili modo ſi omnes de potu deficiant, iſtorum antiquior, eorum officio ſatisfacto, Nobis tribuat ad potandum; dummodo nullos exiſtat gladis vel ſcutellæ præter proprium officium facientes, quoniam illi ad dicti potus officium vocarentur. Porro ſi in duobus officiis deficerent ſervientes, & de iſtis ſupereſſent tot quod poſſent dictis duobus officiis providere, juxta per Nos ſuperius conſtituta, iſtorum antiquior ad faciendum nobilius officium admittatur; quia dare potum reputamus *b* (nobilius) poſt illud ſcindere, tertium eſt ſcotellæ.

Bonum & ſcyſſorum vices ſupplere poſſunt.

78 Et non ſolum in juriſdictione, ut ceteri noſtri familiares, ſubſint Majoribus-domus, imo immediate ratione eorum officii obedire ſe agnoſcant obligatos. B Hi vero, ut alii ad potum noſtrum deſtinati, eum juramento homagium Nobis faciant, prout decet.

Majori domus ſubditi ut alii.

ANNOTATA D. P.

a Ciſorium & Ciſſorium *mox infra* Ferculum *ſeu* Inciſorium, *videtur accipi hic pro minuſcula lance ſive orbicula; & ſic Franci* Porte-aſſiette *dicant eos circulos quibus tales imponantur: Nota porro, quod* Cidere & Scindere *pro uno eodemque accipiatur;* Ciſoria *vero ſeu* Sciſſoria *proprie dicantur orbes, in quibus cibi ſcinduntur, ſinguli convivis apponi ſoliti, & ad quoslibet miſſus mutari, Gallice* Tranchoir, Tailloir: *Latini a diverſa omnino figura appellabant* Quadras; *quales revera memini an. 1660 in menſa Electoris Maguntini vidiſſe.*

b *Non ſolum hic, ſed etiam ſupra num. 58. vocem hanc ſupplendam didici ex num. 53. quo ille remittitur: miror tamen utramque omiſſionem, cum ſine iſta voce ſenſus non habeatur perfectus.*

C c *Miror etiam magis, ſcutelle officium hic tertium dici; quo loco utrobique ſupra ponitur officium* Ciſorii. *Oedipo hic opus ſit.*

De Magiſtris (a) equorum & Stratoribus qui Cavaleriçii (b) nuncupantur. Rub. xvii.

CUm ad decorem Principis pertineat & ornatum, equis ac palafredis *c* ſibi condecentibus, ac diverſis jumentorum generibus abundare, nec non variis equeſtribus ornamentis; decetque ad prædictorum gubernationem & cuſtodiam aliquos inſtituere præſidentes, qui Stratorum fungantur officiu, quorum cura & ſollicitudine prædicta omnia & ſingula cuſtodiantur & fideliter gubernentur.

Huic officio deputantur

79 Præmiſſis igitur circumſpectis, volumus & etiam ordinamus, duos Scotiferos de domo noſtra prædicto præeſſe officio, & curam gerere præmiſſorum. Hoc modo videlicet, quod ſint ſoliciti & attenti, ut equi & alia animalia, quæ ad equitandum tenemus, neceſſaria habeant; & per perſonas idoneas bene penſeatur, & cuſtodiantur, & quod ſuis temporibus ſtebotomentur *d*. Et ſi morbus contingat procurent exacta diligentia per Mareſcallos curari, & remedia fieri

Scutiferi duo,

opportuna, taliter quod de negligentia non poſſint modo aliquo reprehendi. Et cum voluerimus equitare curent a Nobis certificari, quis Nobis equus vel equi parabuntur ad equitandum: ante vero dictam equitationem calcaria calceare, & poſtea diſcalceare non omittant. In hoc autem petendo & faciendo, pariter ac in ceteris prærogativis honoris, illum eſſe volumus potiorem, qui prius hujuſmodi officium fuerit aſſecutus. Præterea adjicimus, quod dicti Magiſtri præſint omnibus qui ſunt de ſtabulo, & ipſi eis obedire teneantur; & poſſint eos condemnare, ubi in eorum officio eos contigerit deliquiſſe; ad mittendum quitationem decem dierum pro qualibet vice.

D *qui equos curent,*

præſint omnibus ſtabuli miniſtris,

80 Sellæ autem & fræna, quibus communiter utimur, poterunt committi, cum inventario tamen, illi qui tenet equorum annonam, qui Civaderius nuncupatur. Rurſus ille qui antiquior fuerit in officio, & in ejus abſentia alter qui poſt illum in ipſo officio erit aſſumptus, anno quolibet etiam a Nobis ſcire teneatur numerum equorum, & palafredorum, & aliorum animalium, quæ ad noſtræ perſonæ ſervitium tenere voluerimus: & habere etiam; quotiens guerram expectaremus habere, aut propter dona quæ de illis fecerimus, vel aliter, in magno numero (ſi vero) eorum ſentiant paucitatem, Nos tunc de illis ſolicitent cum effectu, & noſtram inde procurent ſcire voluntatem. Hoc quippe idem faciant de illis e armorum, tenendis noſtro ſigno decurſis, pro faciendo in eis equitare de noſtris Baronibus & Militibus, cum vel ſi expediens diſcerneremus. Etiam habeant ſecum & teneant Ordinationem quam fecimus de tenendis & faciendis aliis ſellis, & quibuſdam aliis ordinate: quam obſervent & teneant ac obſervare ſub pœna quitationis anni medii amittendi per eorum (quemlibet) qui repertus fuerit in culpa.

ſaragene pro numero compotenti habendo,

E *e* *Regi & Militibus equos,*

81 Volentes, quod ille qui primus aſſecutus fuerit officium hujuſmodi ſupradictum, teneat prædictas ſellas & fræna & alia ornamenta equeſtria: ſed alius de prædictis habeat inventarium, & in abſentia primi ipſe teneat & cuſtodiat ſupradicta. Sane ſint diligentes quod nec in ſellis noſtris, nec habenis ſeu ornamentis equeſtribus quibuſcumque, nocivum aliquid imponatur: imo adeo ſint diligentes, quod quando Nos contigerit equitare, antequam equitemus, ſellæ prædictæ & habenæ & alia ornamenta diligentius perſcrutentur & mundentur, taliter quod ab omnibus nocivis prorſus ſiant aliena. Inſuper cum diligentia recognoſcant, quod fræna & alia, in quibus periculum poſſet univerſaliter imminere, ſint firma & fortia, hoc recognoſcendo quotienſcumque volumus equitare.

fræna & ſellas ap...

F

81 Inſuper ordinamus, quod rationem & computum reddant de iis quæ expenderint, in faciendo fieri ſellas, fræna, & alia ornamenta equeſtria Magiſtro-rationali: ſed pecuniam ad hæc neceſſariam a noſtro Theſaurario accipere non omittant. Et cum Nos itinerare contigerit, ſint ſoliciti, ut equi noſtri ad equitandum deputati loca decentis & utilis habeant; taliter facientes, quod ſemper ad minus unus equus vel duo prope ſint cameræ ubi nos jacebimus: & ſemper faciant poſſe ſuum, quod ſint magis prope, ſecundum quod fieri poterit condecenter. Et quia ubi majus periculum noſcitur, cautius eſt agendum; volumus quod tempore guerræ vel exercitus magis ſint ſoliciti & attenti, quod dicti equi juxta nos nullo modo diſcedant, imo juxta nos ſint ſemper & jaceant. Præterea ad eorum volumus ſpectare officium, equos corporis noſtri munire & muniri armaturis, ab Armatore receptis.

reddentes de his rationem,

curent quoque prope & in promptu habere ſemper aliquem

82 Porro ſi neceſſe fuerit liceat eis habere mancipia adducticia, ad penſanda *f* ſeu procuranda animalia ſupra-

f

pra-

A prædicta; quando videlicet illi, qui ad hoc deputati ſunt minime ſufficere poſſunt; & liceat eis dicta conductitia mancipia non ſolum corripere, ſed penitus removere. Nihilominus damus eis licentiam, cum eis viſum fuerit, equitandi dictos equos noſtros, cum nos propter infirmitatem ſeu alias eos equitare minime valeſemus. Volentes, quod non ſolum in juriſdictione, ut ceteri noſtri domeſtici, Majorbus-domus ſint ſubjecti, ſed etiam eis immediate ratione eorum officii obedire teneantur. Et quod juramentum & homagium nobis faciant, quod per factum eorum nullum nocumentum perſonæ noſtræ eveniet, neque nocivum aut equis aut arneſiis g ipſorum inferent, imo ne inferatur vel miſceatur toto poſſe evitabunt; & quod non fecerunt neque faciant tale quid, quo minus hæc valeant obſervare.

jus habent in mancipia ſibi ſubdita,

& ipſi Majori domus ſubſint.

ANNOTATA D.P.

a Comitem-ſtabuli, Comeſtabilem, Coneſtabilem
B *dicebat antiquitas; ſed titulus hic poſtea tranſiit ad Copiarum duces:*

b *Acaballo, equo dicitur* Cavalerius, *eques, & hinc augmentative* Cavalerizius, *quaſi Major eques: dicitur etiam* Cavalarizium facere &c. *Equo militare, vel ſervire.*

c Palafredus *ſeu* Parafrenus, *antiquius* Paraveredus, *quia ad veredorum uſum in publico curſu diſpoſiti habebantur: a quo uſu ad omnes* gradarios *ſive* ſellarios *aut* dextrarios *equos, (horum enim omnium idem uſus eſt) appellatio tranſiit, eorumque curatores, unius litteræ alteratione* Paraſrenarii; *&* Palfrenerii *dicuntur.*

d φλεβοτομεῖν, venam ſecare: *hinc* Phlebotomia, venæ ſectio, *& barbarum* Palebotomare, *ac* Flebotomare *ſeu* Flebotumizare.

e *Idiotiſmus, quo ſubſtantivum ejus, de qua agitur, rei ſubintelligitur; ſic illi* armorum, *ſunt equi, armis, id eſt, inſignibus regiis, (quæ arma vocant) inuſti, ſeu notati.*

f Penſare *medicinam facere, etiam Hiſpanice & Gallice dicitur.*

g Arnez *Hiſpanis, quod Belgæ in* Harnas *converterunt, cataphractorum ſeu loricatorum propriè armatura, transfertur ad quemlibet apparatum, equorum corporibus aptum, quibus propriè videtur intelligi. Itali etiam ad*
C *homines vocem* allam *transferunt, & veſtes intelligunt.*

De Civaderio. ℞. XVIII.

JUſtum eſt quod animalibus ratione carentibus, illis præcipue quæ nobis ſerviunt, pabulum non deſit, ſed eis ad ſufficientiam miniſtretur, & quod ſic fiat alicui idoneo cura ſpecialiter injungatur.

83 Quapropter ſtatuimus & ordinamus quod in noſtra curia aliquis idoneus & fidelis aſſumatur, qui a Civaderius nuncupetur: ad cujus ſpectat officium civadam ſive avenam & herbam & paleas & his ſimilia procurare; & a Procuratoribus illius loci, quo præſentes erimus, prædicta omnia accipiat, vel aliunde emat, accepta pecunia a Scriptore-rationis; & ea mancipiis ſtabulorum ad opus animalium tradat. Ejus inſuper officio incumbat cuſtodire & in Inventario ponere ſellas & frena, quibus communiter utimur; cum ſibi per noſtros Cavalerizios tradita fuerint cuſtodienda. Debet inſuper reddere computum de adminiſtratis per eum Scriptori; ſed & Cavalerizius poſt Majores-domus obedire.

a Majus eſt equis curare pabulum

ſellas & frena ſervare,

84 Sit etiam ſollicitus, quod animalibus, cum Nos itinere contigerit, aliqua de prædictis non deſint; & maxime in tempore quo in exercitu eſſemus, diligentiam ſuper præmiſſis adhibeat. Mantam etiam b equi noſtri retro nos a longe portet, quotiens nos equitare D contingat: Et ſi ipſum abeſſe contigerit, committat de voluntate Cavellerizziorum uni de mancipiis ſtabulorum ſuum officium peragendum. Committet etiam, ſicut & attento ipſius expedit officio, in ſtabulis aut prope jacere non omittat. Volumus tamen & ordinamus, quod antequam ſuum exerceat officium, juramentum & homagium uni Majori domus præſtet, juxta formam in officio ipſorum Majorum-domus inſertam.

[illegible] equi poſt Regem portare.
b

ANNOTATA D.P.

a Cevada, *Hiſpanis propria* Hordeum *dicitur, hic etiam pro avena, ac generice pro quocumque equorum pabulo ſumitur. Et vero a Latino* cibatu *nomen tractum videtur & ſic hic ſcribitur* Civaderius. *Cangius notat Occitanis* Cibato *&* Sivado *dici, itemque* Civatam.

b Manta, Mantum, *tapes, ſtragulum, equo inſternendum, cum ex eo Rex deſcenderit; hinc diminutivum* Mantellus, *ad pallia hominum tranſlatum.* E

De Mareſcallo equorum. ℞. XIX.

EQuorum cura non ſolum conſiſtit in victualibus miniſtrandis, ſed etiam in ferraturis eorum pedibus affigendis, ægritudinibuſque curandis & minutionibus faciendis, quæ omnia ſolent per Mareſcallos a expediri.

85 Ordinamus itaque quod in noſtra curia debeat eſſe perſona aliqua, fidelis & experta in prædictis, quæ officium mareſcalliæ exerceat & Mariſcallus nuncupetur: cujus officium conſiſtat in faciendo omnia quæ ſunt equis neceſſaria & de arte mareſcalliæ. Qui etiam Mareſcallus nobis itinerantibus a noſtra comitiva non recedat, munitus clavis & b ferris, & his ſimilibus, maxime tempore guerræ cum in exercitu eſſemus; & equos noſtros frequentare eo tempore ſæpius non omittat. Debetque obedire Cavellerizziis poſt Majores-domus in iis quæ ipſius officium ſpectare noſcuntur. Volumus etiam, pro eo quod officium Civaderii propter ejus abſentiam debet peragere, & quod habent ſæpe in ſtabulis converſari, quod præſtet juramentum & homagium Majori-domus, ſecundum formam in officio Cavellerizziorum unapreſſam. F

a Propter eſſ ... curam ſollerandi & curandi equos,

b etiam Civaderii vices ſupplet.

ANNOTATA D.P.

a Mar *equum,* Schalk *peritum, expertumque ſignificant: hinc* Mareſcalcus, *& leniori pronuntiatione* Mareſchallus; *idem olim quod* Comes ſtabuli, *poſtea ad copiarum Duces tranſlatus titulus: nec non rectius Ferratoribus, qui ferreas ſoleas equorum ungulis affigunt, eorumque morbos curant: & talis hic intelligitur, apto ad miniſterium vocabulo.*

b Ferre, *communi vulgaribus linguis fere omnibus idiotiſmo, antonomaſtice vocantur* ſoleæ ferreæ equorum.

De Mancipiis ſtabulorum. ℞. XX.

DEcens & honori noſtro conveniens reputamus, ſi equi pro noſtræ perſonæ ſervitio per electa traſtentur (mancipia) & penſentur præ ceteris curioſe: quodque pro penſandis equis ſingulis ſingula mancipia deſtinentur.

Commendatur eis diligentia,

86 Ordinamus itaque quod in noſtris ſtabulis ordinarie ſint, numero noſtro arbitrio eligendo, mancipia deſtinata; quorum incumbat officio penſare de equis noſtris, & aliis animalibus ad noſtrum ſervitium ordinatis, & eis ad penſandum traditis: & ſic ſe diligentes oſtendant,

A dant, quod equi noſtri in eorum neceſſariis nullum defectum habeant. Volumus etiam quod dicta mancipia noſtra Cavallericiis poſt Majores-domus obedire teneantur & juramentum ac homagium præſtent Majoribus-domus, ſecundum formam in officio Cavallericiorum inſertam. Hæc omnia volumus etiam fieri per mancipia conducticia, noſtris ſtabulis inferenda.

& ſubjectio.

De Falconeria majori. Rc. xxr.

Ad recreationem honeſtam,

NOn debet reprehenſibile judicari, ſi poſt labores nimios, quos pro republica conſovenda voluntarius appetimus, & ut ſubjectis noſtris quietem præparemus, nocturnea vigili pertranſimus; aliquam recreationem licitam & honeſtam perquirimus quæ menti noſtræ, profundo maris pelago præ multitudine agendorum fluctuanti, & quaſi flatu ventorum agitatæ, quietem ſaltem modico duraturam valeat præparare; quia onus importabile præſumptum diu alias non patitur ſuſtinendum.

comparatus amni curet,

87 (Igitur) hac etiam præſenti noſtra Ordinatione ducimus ſtatuendum, quod unus Scutifer, expertus in talibus, Falconerius noſter major eligatur, qui de noſtris falconibus, auſturibus, a & aliis quibuſcumque avibus ad venandum deputatis, curam gerat (diligentem) & ſolertem, neceſſaria eiſdem abſque defectu miniſtrando. B Et nihilo minus præcaveat diligenter, quod prædictæ aves, qualibet pro ſuo tempore, ſic inveniantur præparatæ, quod fervidæ exiſtant ad volandum, & complete faciendum ea ad quæ fuerunt uſitatæ, b cum contigerit nos cum prædictis velle mediare, taliter; ne unde ſperamus recreari merito, inde valeamus offendiculum aliquod reportare. Et ut præmiſſa facilius valeat evitare in venatione, nos conſulere non omittat, cum quibus avibus ſecundum ſua tempora ad venationem credere proponemus, ut illas melius valuerit præparaſſe: cum quibus avibus etiam ſine Nobis venari valeat, prout dictis avibus viderit expedire.

& quidquid eas ſpectat.

88 Nec ignoret ejus curæ pertinere omnia eis neceſſaria procurare; veluti logres, c capucia, d longas, e & alia arneſia ad roſtrum & f manus ipſarum præparandas, & etiam quæcumque alia neceſſaria providebit. Pro quibus neceſſariis pecuniam a noſtro recipiat Theſaurario condecentem, de quibus omnibus rationem & computum Magiſtro noſtro rationali reddere teneatur. Pecuniam vero pro galliniis & aliis carnibus C & medicamentis, avibus neceſſariis ſupra dictis, a noſtro Scriptore recipiat rationis: cui per ſe vel aliquem de aliis Falconeriis, cui emptionem carnium & medicinarum committat, rationem, ſive computum reddat de præmiſſis.

c d e f ea neceſſaria omnia.

89 Prædictum vero Falconerium noſtrum majorem, omnibus aliis Falconeriis, & Venatori noſtro, ſive illi qui canes noſtros cuſtodiet, præeſſe volumus & mandamus; taliter quod eos a receptione eorum quitationis ſuſpendere valeat per quindecim dies & non ultra, ſi in eorum officio invenerit negligentes. Cum vero prædictum Falconerium abeſſe contigerit, uni de Scutiferis menſæ noſtræ, cui melius viderit expedire, ſuum officium valeat committere peragendum. Si autem tanta eſſet copia avium prædictarum, quod omnes noſtri Falconerii non ſufficerent ad ipſas gubernandas, tunc prædictus Falconerius alios tantum conducticios feſtinet procurare, quos pro ſuo libitu licentiare valeat quandocumque. Et ſi aliqua ratione vel cauſa aliquas aves alicui de Militibus noſtris g committamus gubernandas, talibus dictum Falconerium præeſſe ordinamus, & eidem taler in quantum tangit regimen avium prædictarum præcipimus obedire. Ipſe vero non ſolum in juriſdictione, ut cæteri noſtri familiares, D ſubſunt Majoribus-domus, ſed etiam eis immediate ratione eorum officii obedire non omittat.

præſitque toti venationi,

g & adjutores ſibi conducat dum opus erit,

90 Verum quia neceſſitate contingit evenire, quod tam cum majori Falconerio quam cum aliis pluries habemus familiariter converſari, & aves & alia quæ ad eorum officium pertinent tam in venando quam alias pertractare; firmiter ducimus ordinandum, quod dictus Major Falconerius ſacramentum fidelitatis & homagium Nobis præſtet, quod omne periculum perſonæ noſtræ imminens pro poſſe evitabit, atque ſi ſcire Nobis revelabit; præſertim circa ea quæ per ejus officium per appoſitionem poſſent evenire.

juretque fidelitatem.

ANNOTATA D. P.

a Auſtur, *Julio Firmico* Aſtur, Aſtor *Italis*, Autour *Gallis*; *item* Auſturco, *&* Auſturcus, *eſt* Accipiter major.

b Affeytar *Hiſpanis* adornare, apparare *quaſi a Latino* affectare, *magis huc facit quod* affecter *Gallis etiam eſt* deſtinare.

c Lura *Hiſpanis*, *Gallis* Leurre, *illicium plumarium*, *cui ejuſmodi aves aſſueſcunt dum cicurantur*, *objecta avium ſpecie*: *hinc metaphorice dicimus* Leurrer, *vana ſpe allicere & illudere quempiam*. E

d Capucia *ad oculos obvelandos faciunt*.

e Longæ, *habenæ ſeu lora*, *quibus adſtringuntur pedes*, *ex re nomen habent*.

f Manus *dicuntur*, *non ſolum hominum*, *ſed apud Francos etiam anteriores pedes* equorum *atq;* urſorum, *item quarumcumque avium rapacium*.

g *Tributi quadam ſpecies eſt*, *quod Reges nobilibus*, *quibus falconeria id eſt aucupii cum falcone faciendi jus competit*, *vaſallis ſuis imponunt*: *unde* Falconagium *dictum exiſtimat Cangius*, *verbum ad quaſcumque alias ſervitii præſtationes traductum*.

De Falconeriis minoribus. Rc. xxII

NOn eſt novum nec diſſonum rationi, ut ea quæ per ſingulos non valent adimpleri, per plures coadjuvantes finem accipiant præoptatum: cum difficile imo quaſi impoſſibile dignoſcatur, plura & diverſa per unum, uno præſertim inſtanti, finem perfectum reportare.

90 Idcirco prævidimus ſtatuendum, quod ſex alii F Falconerii, non tamen generoſi, in noſtra domo aſſumantur, per Nos eligendi, qui curam habeant de noſtris falconibus & aliis avibus ad venandum deputatis diligentem, prout major noſter Falconerius eis ordinabit, cui poſt Majores-domus obediri volumus per eoſdem: præcaventes ne ob negligentiam ipſorum aliquid contingens omittatur, quod poſſit motum noſtri animi provocare. Per quos quidem ſacramentum & homagium Majoribus-domus volumus præſtari.

Hi ſex eſſe ſolebant.

De Venatore ſeu Cuſtodiente canes venatorios. Rc. xxIII.

ILlæ meditationes ſive recreationes magis avidius aſſumuntur, quæ non circa unum tantum, ſed circa diverſa, licita tamen & honeſta, occupationem capere dignoſcuntur; ac tanto fortius quiſque ab otio totius bonitatis inimico elongatur, quanto in diverſis tamen licitis præoccupatur.

91 Igitur præſenti Conſtitutione ducimus ordinandum, quod una bona perſona in domo noſtra regia aſſumatur, qui Venator nominetur & exiſtat; qui canes noſtros venaticos cuſtodiat, & de ipſis curam gerat: cum

Commendo, canes cum ſolabo,

A cum quibus quotiens decens fuerit & Nobis placuerit meditemur. Quo caſu Nobiſcum una cum canibus accedat ad locum, ubi venati fuerit ordinatum; nec non curam habeat efficacem de omnibus quæ ad venationem, ſecundum ſua tempore & naturam venationis antedictæ, pertinebunt, nihil incurioſe omittendo de præmiſſis. Pecuniam vero pro expenſis canum & venationis ſupradictæ a noſtro Scriptore recipiat rationis, cui de omnibus prædictis expenſis per eumdem reddi volumus rationem. Qui quidem Venator Falconerio noſtro majori ſe ſubeſſe cognoſcat.

Et jubetur jurare Majori-domus,

92 Et quia evitare non valemus quin venando & alias cum prædicto Venatore converſamur, & claves a & alia quæ ad venationem pertinent (tractemus) quærentes ne pericula incurrere valeamus, imo potius miniſtrante Domino evitare, quæ pluribus divis Principibus audivimus eveniſſe; volumus & diſtricte ordinamus, quod dictus Venator ſacramentum & homagium Majori-domus faciat, cum ad ejuſmodi officium aſſumetur; quod omne periculum, quod Nobis per poſitiones abit, alias poſſet evenire, præſertim occaB ſioni, ſui officii (inſidiarum) vel fideliter evitabit; & quod non fecit aliquid, quo minus prædicta juramentum & homagium ſervare poſſit vel neque faciet in futurum.

ANNOTATA. D.P.

a Claves, *annellarum ſcilicet & habenarum quibus canes bini aut terni copulantur, non niſi in ipſa venatione ſolvendi, quod ſæpe ipſimet Domini faciunt.*

De Algotzirio (a) Rub. xxiv.

Y Merabit habendus in Curiâ

UT obvietur fugiendi promptitudini, terrori pœnarum infligendarum delatis de criminibus ſæpiſſime inhærenti; expedit eſſe in omni curia Cuſtodem carceris curiæ Majoris-domus, qui conſuevit Algotzirius nuncupari: & ſic in hoc adhuc (nomine) more vetuſtatis fideliſſime retinemus.

pro vero ſubjectis Majoris-domus &c.

93 Unde iſte Algotzirius conetur criminoſos, foro Majoris-domus ſubjectos, in carcerali cuſtodia tutiſſime detinere. Non ſolum vero ipſe Algotzirius ad mandatum noſtrorum Majorum-domus, imo ad mandatum Camerlengorum, Cancellerii, & Magiſtri-rationalis, vel unius eorum, omnes eis ſubmiſſos debeC at capere cum effectu. Et ſi in his & aliis ſuum officium tangentibus indigeret perſonarum juvamine, de Subporteriis noſtris, quos viderit eſſe neceſſarios, qui ei adhuc tenentur obedire; ſecum habere non omittat. Præterea idem Algotzirius ferat, tamquam ſignum ſui officii, baculum argento munitum; ipſumque Majoribus-domus, non ſolum juriſdictione, ſed etiam in aliis ſubeſſe volumus & mandamus. Præcipimus præterea ut idem Algotzirius, in principio adeptionis ſui officii, juramentum uni de Majoribus-domus faciat de bene & legaliter cuſtodiendo incarceratos, abſque fraude malitioſa quacumque.

cum ſigno poteſtatis.

ANNOTATA D.P.

a Algotzirius, *Catalanis* Algozir *apud Cangium, cui non aſſentior, idem eſſe volenti quod* Alguazil *Hiſpanis; hoc enim honorifico titulo ipſis appellantur omnes, non ſolum miniſtri, ſed præfecti Juſtitiæ, etiam ſummi. Pictor autem litterarum malnis, non ipſum cum baculo ſuæ poteſtatis ſigno, ſed duos cippo clauſos exprimere: quod nobis difficilem reddidit epigraphen tabellæ, dum ſub aliis omnibus invenitur expreſſus ii, quem Rubrica titulus nominat: pro quo ſculptus* Algotzirii *carcer, ipſi figuræ conveniens, meo juſſu nominatus legitur, in tabula* D *Officialium, primæ parti præpoſita.*

De Procuratore fiſcali in curia Magiſtri ſeu Majoris-domus. Rub. xxv.

DIgna vox eſt majeſtate regnantis, legibus, per quas ille ineſtimabilis virtus juſtitiæ, (quæ eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuens, negligendo propriam voluntatem ut ſervet communem æquitatem) colitur, alligatum ſe ipſum Principem confiteri. Et revera majus Regno noſtro (decus) exiſtimamus ſubmittere legibus Principatum. Unde licet per omnes curias leges, tam noſtras quam alias per nos approbatas, obſervari cupiamus; multo fortius in Curia noſtri hoſpitii, quæ Nobis magis propinqua eſt, cuſtodire deſideramus: nam dum a Nobis credita obſervemus, aliis non contemnenda demonſtramus.

Juſtitia, ſi uſpiam, eſt maxime ſervanda in Curia;

94 Quare ducimus providendum, ordinem rectum juris amplectendo, quod in curia noſtrorum Magiſtrorum hoſpitii ſive Majorum-domus unus ſufficiens Procurator fiſcalis, qui continue noſtram ſacram Curiam ſequi teneatur, inſtituatur: qui facta & cauſas in ipE ſa curia promoveat atque proſequatur; prout ille, qui inveſtigat iniquitatem patrum in filios, ſibi adminiſtrabit: & de conſilio Promotoris, qui Advocatos in prænominata Curia eſt reperiri fore faciendum: ut ſic ordo juris ſervetur, & delicta inveſtigentur, & inveſtigata (excepto de illis quæ ad Nos retinemus) talia puniantur, quod ad nos vindictæ, non crimina referantur, Nam in noſtris curiis, præſertim in illis quæ noſtræ Majeſtatis magis ſunt contiguæ, ordinem juris & formam debitam non ſervare, & delicta impunita remanere, ſecta Chriſtianorum non patitur. Decernentes ipſum noſtris Majoribus-domus eſſe ſubjectum: quibus idem (vel) uni ipſorum juramentum de legaliter officium ſuum gerendo, & de ſervitiis ab illis qui cauſas in curia Majorum-domus ducent, minime recipiendis faciat cum effectu,

Ideo inſtituatur Fiſcalis,

Promotori Curiæ ſubjectus,

& Majori-domus,

De Emblerio majori & Zemblerio Rub. xxvi.

PRoſpicimus officium a Zemblerii majoris in noſtra regia curia fore utile atque decens, ut per infra ſcriptorum ſeriem comprobatur; quare.

95 Unum præeſſe Subzemblerio & Embleriis noF ſtris volumus, qui Emblerius major debeat nuncupari, & de noſtris emblis ſit ſolicitus, ut ejuſdem induſtriæ videbitur expedire. Quinimo quandocumque per itinera ad loca aliqua erimus acceſſuri, omnia animalia & plauſtra & navigia, in tranſitu aquarum cum itineremus pro uſu noſtræ curiæ conducenda, ipſe conducere ſit aſtrictus. Idemque pro victu illorum animalium & hominum qui illa ſequentur, ſumptus facere, ac eorum mercedes ſolvere teneatur, ſecundum noſtram ſuper hoc Ordinationem editam; quam ſecum teneat in ſcriptis, & obſervet diligenter, & faciat obſervari ſuo durando officio memorato.

Major eſt conducere jumenta ſumptuarii,

in itineribus faciendis

96 Præterea ſit ſolicitus, cum Nos velle itinerare contigerit, ſeu mutare de uno loco ad alium, quod omnia quæ Nobiſcum erunt deferenda, uſui noſtræ curiæ neceſſaria, in animalibus onerentur: & quod nihil in alio loco de illis propter negligentiam remaneat quoquomodo. Concedentes præfato Zemblerio majori, quod Subzemblerium & Emblerios, tam illos qui de noſtra domo fuerint quam conductitios, ſi in tangentibus (ſuum officium) eos inobedientes invenerit vel negligentes, ad amittendam quitationem eorum quinque dierum vel infra, prout ſibi videbitur, valeat

onus curare & onerare;

A valeat condemnare. Pro quibus præmiſſis pecuniam a Theſaurario accipere non omittat, nec non de iis Magiſtro-rationali reddat etiam rationem. Quæ autem expendentur per Zemblas noſtras proprias, a Scriptore-rationis recipiat, & eidem computum ſuper hoc reddat: vel, ſi magis expediens eſſet, a Procuratoribus terrarum in quibus Nos eſſemus, civatam & herbam & alia recipiat. Attento præterea quod multa per eum contractatur pecunia, de bene & fideliter in ſuo officio ſe habendo præſtet uni de noſtris Majoribus-domus juramentum, & ipſis Majoribus-domus inviolabiliter obtemperet & obediat cum effectu.

& cauſa pecuniæ quam tractabit jurare fideliter ;

97 Demum cupientes quod dictum officium bene peragatur, ideo unam perſonam per Nos volumus eligi, quæ Subzemblerius nominetur, qui præfatum Zemblerium majorem in ſuo juvat officio diligenter, ſibique poſt Majores-domus obediat in tangentibus ipſum officium & pareat cum effectu; & in illius abſentia ejuſdem officium in omnibus facere non omittat: & juramentum præſtet, ut Zemblerius major antecedens.

atque adjiciatur Zemblerius,

ANNOTATA D.P.

B

a *Sicut promiſcue in hac & ſequenti Rubrica modo* Embla *modo* Zembla *ſcribitur; ſic etiam* Emblerius *&* Zemblerius, *ubi littera Z. videtur euphoniæ ſolius cauſa adjici: nomen autem ſumptum ab* Embola *qua litterate diceretur* injectio, *eſt autem juxta Cangium* Transvectio seu sum, quæ navibus injiciuntur: *& hic ſumitur pro jumento ſarcinario, ad ſupellectilem regiam de loco in locum tranſvehendam comparato, & qui ejuſmodi jumentis, atque tranſvectionibus præeſt* Emblerius, *ſive* Zemblarius. *Mallem ego in titulo ſcribere de* Emblerio, & Sobemblerio, *vel* Zemblerio, & Subzemblerio, *ut ſit differmitas; ſed nihil mutare volui.*

De Zembleriis (a). ℞. XXVII.

a
b

A Zemblis ſeu Saumeriis *b*, noſtris, illis præcipue qui noſtra deferunt ornamenta, cura debetur ſolicita, quam volumus per ſpeciales & certos Zemblerios adhiberi.

98 Ordinamus itaque quod in officio iſto quatuor aſſignentur idonei, ad quos noſtris pertineat Saumariis neceſſaria procurare; majorem Zemblerium ſuper iis exiſtendo: & eos majori Zemblerio ſubeſſe volumus. Spectetque ad eorum officium juvare ad plicandum & diſplicandum lectos noſtros, & alia paramenta quæ C per noſtros ſrumarios deferentur. Debeant inſuper ire & ſe tenere cum ſrumariis: & debeant eſſe ſoliciti, quod omni die bona hora ſint in loco ubi dictam noſtram complebimus, cum Nos itinerare contingat. Ipſi vero noſtris Majoribus-domus immediate ſubeſſe teneantur, nec non juramentum præſtent, ut Zemblarii ſupra dicti.

Sunt hi ad ſarcinas complicandas & explicandas.

ANNOTATA D.P. D.

a *Quia imago nihil differebat ab imagine Rubricæ præcedentis, & lamina utramque non capiebat, hanc omiſi.*

b Sagma, Salma, Sauma, *Gallice* Somme *onus jumenti, unde dicti* Sagmarii Saumarii *vide pluribus Cangium.*

De Mimis (a) *& Joculatoribus* ℞. XXVIII.

IN domibus Principum, ut tradit antiquitas, mimi ſeu joculatores licite poſſunt eſſe: nam illorum officium tribuit lætitiam, quam Principes debent ſumme appetere, & cum honeſtate ſervare, ut per eam triſtitiam & iram abjiciant, & omnibus ſe exhibeant gratiores.

99 Quapropter volumus & ordinamus, quod in noſtra curia mimi debeant eſſe quinque, quorum duo ſint tubicinatores *b* & tertius ſit tabelerius ad quorum ſpectet officium, quod ſemper Nobis, publica comedentibus, in principio tubicinent *c*; & tabelerius ſuum officium ſimul cum eis exerceat, ac etiam idem faciant in fine comeſtionis noſtræ; niſi mimi extranei vel noſtri qui tantum inſtrumenta ſonant in fine menſæ vellent Nobis volentibus inſtrumenta ſua ſonare.

Ex quibus ſint tubicinatores, tympaniſta.
b
c
ad exceptionem menſæ

E 100 Ceterum volumus quod in Quadrageſima nec in diebus veneris niſi feſtum magnum eſſet, dicti tubicinatores & tabelerius ſuum officium faciant in principio menſæ nec in fine. Alii vero duo mimi ſint, qui ſciant inſtrumenta *d* ſonare: & iſti, tam diebus feſtivis quam aliis prout opportunum fuerit inſtrumenta ſua ſonare debeant coram nobis; Diebus tamen Veneris Quadrageſimæ, eo modo quo ſupra dictum eſt, dumtaxat exceptis. Jubemus etiam quod tempore guerræ, tam tubicinatores quam alii (niſi eſſet mimus de tali inſtrumento quod tunc ſonari non conveniret) plus ſolito ſint diligentes in officio, & ita nobis (prope) exiſtentes, quod cum opus erit promptos inveniamus ad ſuum officium peragendum Majores etiam domus ſive Magiſtros hoſpitii ne vilipendant, imo firmiter (eis) obediant.

(niſi ſit jejunii)
d
& fidicines
priorum uſus poſt ſervitus in bello.

ANNOTATA D.P.

a *Nullus in Ms hic erat titulus, ſed ſpatium eidem rubricæ ſcribendo vacuum; eum ergo hic adſcribimus Nota autem in textu ſemper ſcribi* Mami, *quaſi* Mimmi; *idem certe ſenſus eſt, nec tamen (ut hic apparet) idem quo priſci dicebant* Mimos, *id eſt, morologos, ſapientes ſtultitia imitatores. Idem dixerim de voce* Joculator *alias* Joculares, *a* Joculando *ſeu* Jocando *dictos; ſed eo ſenſu, quo* Jocari *dicimus pro ludere inſtrumentis muſicis.* F

b Tabelerium *intelligi Tympaniſtam, icon prima littera rubricali incluſa, indicat: dicitur ergo pro* Tabulario *vel potius* Taburario, *a* Tabur *vel* Tabor, *tympano, quod ex Arabico melius* Tambor *vel* Tambour *pronuntiatur, ac ſcribitur a nonnullis.*

c Tubicinare, *a Tubicen ductum verbum: quid ni ſicut a* buccina, bucciſare?

INCIPIT SECUNDA PARS

Super officio (*a*) Camerlingorum, & eis ſubjectorum,

a *Multa de* Camerariis, *Cangius,* Camerlengos *nuſquam reperit; eſt tamen terminatio in* ling, *ſeu* leng *Teutonibus uſitatiſſima, in derivatis a verbo aut nomine, ut* Hovelling *Aulicus;* Hureling, *qui agrum, aut domum conductam habet. Eſt autem Camerlengi in hac Curia magna præcellentia ſupra* Camerarios, *ut patet his ſpecialis Rubrica de* Camerariis *poſt ſecundam de* Scutiferis Cameræ: *prima autem de* Camerlingis, *nullam habet propriam ſui officii iconem inſertam littera initiali, quia pictoris placuit eos exprimere in pravia ad totam hanc ſecundam partem imagine: ubi repræſentatur Rex ad Oblationem ſub Miſſa faciendam accedens; & ſtolam ſacrificantis*

Digitized by Google

A *ficantis deoſculans pone genuflectente miniſtrorum pelvi, qua excipiat Oblationem regiam. Hanc autem juxta num.* 103. *Regi porrigit ex officio* Camerlengus *primus qui ideo hic adſtat genuflexus poſt Regem, pone ſtantibus primum* Falconerio majori, *tum* Scutiferis cameræ; *quorum Rubricæ nulla quoque icon præmittitur, ideo quia hic exprimuntur.*

Notabilia autem in hanc frontali imagine ſunt, primo Capella regia bifariam diviſa, ſic in poſteriore altioreque parte altare habens totum rubro pallio veſtitum, nulla uſpiam ſindone ſeu mappa apparente, præter Corporale ſuppoſitum hoſtiæ; 2. quod ex veteri more ex tholo dependeat D *argenteum ſacræ Euchariſtiæ conditorium, turricula rubro tectum. 3. quod Sacerdote ad oſtium chori ſtante, Rex maneat ante illud, ſicque oblationem faciat. 4. quod parietes capellæ colore viridi picti ſint toti, laquearia vero nigro ac flavo quaſi reticulata, qui colores etiam in frontalibus reliquarum omnium partium obſervantur: unde hic ſemel præmonuiſſe ſit ſatis, quod color viridis uſq; ſit regius ac rubeus, quorum hic a feſto Sanctorum omnium adhiberi jubetur uſq; ad Paſcha, ille a Paſchate uſq; ad feſtum prædictũ n. 256. in Rubrica 1. partis 6. de veſtibus & ornamentis.*

De officio Camerlingorum. ℞. 1.

Quia minl. ſtrorum interiori potior adhibenda eſt cura,

SI de forinſecis rebus debite gubernandis nobis prope oſu ſtudio immiaere debeat ſolers cura; non minus ſedula mente curare nos convenit, ut tam ad noſtræ perſonæ cuſtodiam, quam impendenda obſequia quæ ſtatui noſtro rationabiliter congruunt, præſertim ad continuam aſſiſtentiam noſtro lateri, nec non ad communicationem domeſticam noſtrorum familiariorum ſecretorum, perſonas fidelitate probatas ſtatuſ- B que non infimi deputemus.

Ordinantur tres, quorũ primus ſit Baro,

101 Ordinamus igitur ad prædicta præcipuos eſſe Camerlengos, ſiquidem quos præcipue noſtri lateris comitatus illuſtret, quique ſint ad noſtræ perſonæ cuſtodiam ſpecialiter deputati. Volumus autem eos eſſe tres numero, quatenus, defectum abſentiæ vel occupationis unius, alter ſeparata valeat & ſupplere. At

& Milites 2. alii

vero unus ex eis erit Nobilis ſeu Baro, qui Camerlengus major vocabitur, alii duo ſimplices Milites, omnes autem tres erunt Militiæ cingulo inſigniti: ſed tamen major præſidebit ceteris, quamdiu in curia noſtra extiterit: duo autem reliqui obtemperabunt eidem in his quæ concernunt eorum officium per omnia ut majori.

Prior feſtis majoribus in perſona ſerviat,

102 Porro in majoribus & præcipuis feſtis anni, utpote Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchæ & Pentecoſtes, ac in feſto B. Annæ cum erimus Majoricæ, & Exaltationis S. Crucis in Perpiniano; in quibus locis & diebus in reverentia ſanctarum Reliquiarum feſtivare conſuevimus; major Camerlengus, ſi præſens fuerit, ſuum debebit officium perſonaliter exercere: videlicet ſigillum noſtrum ſecretum portare, oblationem Nobis in Miſſa, juxta noſtram Ordinationem ſuper hoc editam (quam in ſcriptis habeat) debeat tradere; ſpecies & confectas & fructus, & ſimilia ad of- C ficium Apothecarii pertinentia, quæ extra menſam comederemus, facto guſtu Nobis miniſtrare; nec non ſemper, cum commode fieri poteſt, prope nos ad pedes lecti noſtri jacere, ac in ſecretis naturæ nobis aſſiſtere ut incumbet. Diebus vero aliis a prædictis, vel

aliis diebus alii.

eiſdem abſente Majore, præmiſſa fient per alios Camerlingos, ſic tamen quod ille qui prior & antiquior in officio fuerit, ſi præſens extiterit: illa tenebitur exercere, eoque abſente vel occupato tertius ſuum officium exercebit.

Idem in ſecreti curam habeat Oblationis Regiæ,

103 Volumus tamen quod Major, cum præſens erit, quotiens & quandocumque ſibi placuerit (quod quidem per ſigilli ſecreti receptionem oſtendat) præmiſſa poſſit facere; licet ea officii debito, niſi in præmiſſis ſolemnitatibus, minime aſtringatur. Cum vero Nos aliquoties commode ad oblationem ire non poterimus; tunc ille qui Officiabit (ut dictum eſt) oblationem majori & nobiliori viro qui præſens fuerit (dum tamen ſit Miles, vel perſona quæ loco Militis ſua magnitudine haberetur) tradat ut eam loco noſtri offerat: in caſu vero ubi Nobilis aliquis præſens non eſſet, ipſemet pro Nobis ad offerendam oblationem accedat. Pecuniam vero, quæ pro noſtris oblationibus neceſſaria fuerit, a noſtro Theſaurario procuret recipere cum effectu.

curent ut cibis apponendi præguſtentur,

104 Verum quia Camerlengi noſtri hujuſmodi, velut protectores & domeſticæ perſonæ noſtræ præ ceteris, in omnibus quæ corporis noſtri ſalutem concernunt, ſpecialius curam habent, eos nimirum aſſiſtere volumus aliis officialibus, qui Nobis ex incumbentis illis officio in cibis ſubminiſtrant. Ordinamus igitur quod Camerlengus ille, qui ſecundum ordinata ſuperius onus ſuſtinet ſerviendi, quando Nobis portari debebunt cibaria, vadat perſonaliter ad coquinam; provideatque quod Major-domus ſeu Magiſter hoſpitii noſtri, qui E ſervitium ſuum per nos ordinatum faciet, vel alius qui quoad hoc locum Majoris-domus tenuerit; ante omnia coquinario & Emptori vel Subemptori ciborum omnia Nobis proponenda cibaria faciat deguſtari: ac deinde idem ipſe Major-domus de eiſdem cibariis guſtum ibidem facere non omittat: demumque ipſe Camerlengus manu Majoris-domus vel ejus locum gerentis bolum deguſtationis recipiat & deguſtet: & quod idem fiat de iis quæ per Botellerium vel Subbotellerium, in palatio vel aliis locis opportunis ad opus noſtræ perſonæ miniſtranda fuerint, antequam Nobis exhibeantur, ſit diligens & attentus. Si autem quiviſ ex illis qui aliquid habent deguſtare illud facere recuſaret; hoc quidem improperet ei viriliter & inſultet, illudque Nobis celeriter manifeſtet.

ab omnibus, quot per eſt,

dein præguſtet etiam ipſe,

idemque fiat de fructibus & electuariis;

105 Idem vero quod de guſtu cibariorum ſtatuimus, ipſos Camerlengos obſervare volumus, cum fructus vel caſeus vel aliquid aliud ſumendum in menſa proponitur coram Nobis, antequam per Scutiferos Nobis miniſtrentur. Adjicientes quod diebus feſtivis ſupranominatis, & quotienſcumque ſolemne peragemus convivium, major Camerlengus ſi præſens fuerit, vel in ejus abſentia antiquior in ipſo officio, F fructus & electuaria & omnia ad officium Apothecarii & Fructerii pertinentia apponere non prætermittant: qui tunc guſtum coram Nobis faciant, ut Scutiferi aliis diebus faciunt.

commendatur eis viſitare ſub noctem oſtia hoſpitii R.

106 Sane non minus ipſos Camerlengos jubemus eſſe ſollicitos, præſertim illum qui officiabit & ſigillum portabit, ut nocte qualibet januæ recognoſcantur hoſpitii, ubi Nos pernoctare continget; vel per alium ex Camerlingis vel ex Scutiferis cameræ vel Uxeriis: jubeatque illi qui recognoverit claves domus ſedule cuſtodire, ne (quod abſit) ex incauta cuſtodia præbeatur occaſio ſcandalorum. Omnes autem Camerlengi infra domum noſtram jacere poterunt, quando volent: unus tamen eorum ad minus, ſi ſanus & præſens extiterit, ad hoc ex debito aſtringatur; præcipue quando quemvis ex eis jacere conveniet coram Nobis. Attamen ipſorum quilibet qui juxta domum noſtram quomodolibet jacuerit, pro uberiori ſecuritate perſonæ noſtræ, militaria arma ſecum & prope ſemper parata habeat & completa: & ſi hoc facere neglexerit, quitatione ſua unius diei, ſingulis vicibus quibus dicta arma parata habere (ut eſt dictum) omiſerit, ipſos fore decernimus puniendos.

& ut unus ſemper armatus cubet armatus;

 107 Ia-

alii ubique adhæreant lateri,

A 107 Inſuper etiam; ad quemcumque locum erimus, ſemper Camerlengui noſtro debent inſiſtere lateri, præcedendo Nos, vel alias prout occurrerit Nobis de prope aſſiſtendo. Eiſque injungimus præcavere, ut a conſpectu noſtro amoveri faciant ea quæ eſſe perpendunt indecentia vel nociva. Hoc quoque ad ipſorum ſpectare declaramus officium, Nos videlicet induere & ſpoliare, aquamque miniſtrare cum pedes lavamus pauperibus, vel actus ſimiles exercemus, qui ad menſam minime ſpectant. Volumus autem quod in exhibitione ſervitiorum hujuſmodi, honoris inter ipſos prærogativa ſervetur, ut major Camerlengus præ aliis, & vero de duobus ceteris retuſtior in officio ſemper præferatur in talibus ſervitiis minori. Adhoc etiam ordinamus, ipſos Camerlengos, quos pro familiariori exhibitione ſervitii ad multas prærogativas admiſimus, poteſtatem habere in domibus, ad quas Nos declinare continget, illis perſonis, quæ habent ex Ordinatione noſtra infra domum noſtram jacere ea debito, ſingulis juxta congruentiam hoſpitii cameras aſſignandi; ut etiam diſponendi circa opera, quæ in noſtro hoſpitio fuerint extruenda.

ad miniſterio corporis Regis,

& domeſticis aſſignāt cameras;

B 108 Præterea quia, ubi majus eminet periculum, cautius eſt agendum, Camerlengos ſolerter curare præcipimus, ut guerrarum tempore, cum ad quemvis exercitum perſonaliter accedere nos continget, circa tentoria noſtra ſemper proviſi ſint, & maxime de nocte ad ſecuritatem perſonæ noſtræ, de omnibus opportune, præſertim de ſufficienti cuſtodia hominum armatorum. Habeant inſuper Nos ſolicitare de providendo, ut ad frænum equi noſtri viri idonei, armorum aptitudine & numero deputentur; & etiam clientes numero convenienti & ſufficienti ad cuſtodiam noſtræ perſonæ, eo tempore cum equitabimus cum exercitu aut ſine exercitu, ordinare nullatenus prætermittent.

ſecuritati quoque & cuſtodiæ Regis proſpiciant,

109 Hoc amplius ordinamus, ut Camerlengus qui inter Milites ſimplices obtinet primum gradum, facto prius inventario de omnibus quæ ſunt in repoſito noſtro & quæ tenentur per Armatorem, & de rebus quæ pro quotidiano ſervitio aliis Officialibus eis ſubmiſſis committuntur, ut Argentario & aliis, diligentiam in cuſtodiendo adhibeat opportunam; præcavendo ne alicui abſque albarano a noſtro ſigillo ſigillato det, ullatenus de prædictis. Eo tamen abſente remittet cuſtodiam cum inventario ad tertium Camerlengum: ambobus vero abſentibus ad Nobilem Scutiferum Cameræ ſi eſt præſens; ad illum vero ex Scutiferis cameræ, qui antiquior extiterit in officio, rerum præmiſſarum cuſtodia per eum cum inventario committetur.

Primus autem ſuppremum habeat ſupellectilis,

a

quæ poſſit etiam Scutiferis committi,

C 110 Attamen non negamus; quin major Camerlengus etiam continue, ſervitium tamen faciendo, ſi ei placuerit, poſſit præmiſſa omnia ſub inventario cuſtodire. Volumus autem quod ille quicumque fuerit, qui per majorem partem anni præmiſſa omnia ſub cuſtodia ſua tenuerit, Magiſtro rationali domus noſtræ præſentibus aliis, ſi tamen in Curia noſtra tunc fuerint, ſemel in anno de omnibus rationem reddere teneatur.

111 Profecto quidem ut gradus inferior ſemper, ut congruit, meritum ſui ſuperioris agnoſcit, ipſis Camerlingais, ſecundum gradum attributum cuilibet, in omnes qui aliquod habent officium concernens cameram vel repoſitum, tribuimus poteſtatem: videlicet in omnes Scutiferos cameræ, Secretarios, Scriptores, Medicos, Camerarios, Barbitonſores, Uxerios, atque ſervientes armorum: quos ſiquidem omnes, ſi in officio ſuo defecerint, poterunt eorum quitationa privare ad tempus, ſtatuendum pro modo inſolentiæ vel defectus: nec non omnes præmiſſos poterunt capi facere, ſi eorum demerita hoc requirant. At vero in Armatorem *b* & in Sartorem perſonæ noſtræ, Spalmatorem & Apothecarium ſructuum, Argentarium Paratores cameræ, & etiam in Nuntios virgæ, *c* & Excubitores, nec non in Cuſtodem tentoriorum & in eorum coadjutores, damus eis ſimplicem poteſtatem: & inſuper ut iſtos poſterius nominatos poſſint ab officiis eorum ſuſpendere, ſi conſideratis culpis hoc eis videbitur faciendum; & etiam eis prædicta remittere poſſint, ſi hoc viderint expedire; quæ quidem remiſſio fiat per illum vel per illos qui condemnationem fecerint, & non per alium; excepto Camerlengo majore, cui, licet condemnationem non fecerit, remittendi tribuimus poteſtatem, informatus tamen ſa primitus cum illo qui fecerit, de cauſa condemnationis & culpæ merito: quare pœnam ſeu condemnationem meruit reportare. Inſuper etiam ſiquis delinquat intra cameram noſtram, illum capi faciant, licet ad eos non pertineat punitio. Iſtis etiam ſupranominatis licentiam recedendi a Curia dare poſſunt, exceptis Secretariis, quibus per noſtram tantum Majeſtatem eſt licentia concedenda.

Quinam illis ſubjectis

quorum ſtipendia ſuſpendere & animadvertendi.

b

D

c

& licentiā dandi,

112 At vero ut veſtes noſtræ & alia paramenta, quibus viciſſim utimur, ſemper, quando eis uti voluerimus, parata ſint ſecundum convenientiam ſtatus noſtri, volumus ut ipſi Camerlengui in ſcriptis habeant ordinationem ſuper hoc per Nos factam; ne prætextu ignorantiæ ab aliquo contingente defectu ſe valeant excuſare. Quinimo interminamur pœnam privationis omnium jurium, quæ percipit ratione officii, illi Camerlengo, qui prior eſt inter duos Milites; alii vero poſteriori pœnam amiſſionis medietatis eorumdem, ſi in formam dictæ Ordinationis noſtræ, ſuper hujuſmodi veſtium & ornamentorum præparatione, ex defectu reperti fuerint tranſgreſſores.

E

Pœna Camerlengi ſi quid deſiat in miniſterio ſuo ad notat:

113 Cum aliquo caſu impediti pedes pauperum ablvere, qualibet die Jovis, ut conſuevimus, minime convenienter poterimus tunc Nobilis ſæpedictus, aut ille de Militibus, qui prioritate in officio gaudebit, ſi præſentes fuerint; & in ipſorum abſentia alius Miles, qui noviſſime in officium fuerit vocatus, loco noſtro præfatam ablutionem peragant in noſtra præſentia ſi commode fieri poteſt ut quæ impediti non faciemus, ad minus videndo ad devotionem provocemur. Soliciti inſuper ſint, ut quando nos taliter infirmitate (quod Deus avertat) gravati eſſemus quod non poſſemus de talibus recordari quod Officium coram Nobis vel juxta noſtræ cameræ celebretur horis debitis & opportunis ne ex noſtra infirmitate laus divina amittatur. Præterea cum ſciverint Nos velle pro alicujus defuncti animæ ſolennem Miſſam facere celebrari, mandent in continenti, facta Nobis per eos vel alterum eorum mentione, de numero tortiorum *d* quæ in ipſa Miſſa illuminari voluerimus noſtro Apothecario, qui illos de hoc tenetur ſolicitare, ut ipſe tortitia accendere in ipſa Miſſa cum effectu procuret.

idem vice Regis lavet pauperibus pedes

& curet divina celebrari:

F

d

ac Miſſam pro defunctis

114 Adjicimus equidem Ordinationibus iſtis, ut omnes Camerlengui noſtri ſingula exempla hujus noſtræ Conſtitutionis, in quantum eos aut illos qui eis ſubmiſſi ſunt tanget, conſcribi faciant ſerioſe, eaque legant frequenter vel faciant ſibi legi; quatenus non ignorent quid eorum incumbat officio, ſed obſervent; ac inſuper ſi aliorum culpa defectus in aliquo contigerit, debite poſſint ipſi corrigere inferiorum inſolentias miniſtrorum.

Regulas ſuas frequenter legat,

115 Noviſſime etiam ſtatuimus, quod Camerlengui, qui pro tempore fuerint, in principio ſui officii, ſuper ſancta Dei Evangelia Nobis jurent, & per exhibitionem homagii Nobis perſonaliter ſe aſtringant; quod cum omni poſſe & ingenio ſuo damnum perſonæ noſtræ & periculum evitabunt, quod imminere ſciverint; ſalutemq; noſtram & ſtatum, quantum eis poſſibile fuerit, conſervabunt: & ſi ab aliquo quocumque damnum perſonæ vel ſtatus noſtri ſciverint, vel cum veri-

& cum ſociis homagium jurent ipſi Regi,

tum fidelitatem

Digitized by Google

A vëriſimilitudine audiverint, procurari, illud Nobis quam citius poterunt revelabunt: quodque ſi aliquam ſecretam infirmitatem corpori noſtro (quod abſit) contingeret evenire; illud nemini ſine noſtri licentia revelabunt: item quod ſigillo noſtro ſecreto, quod eis commitrimus, non ſigillabont alicubi, niſi ibi viderent noſtri impreſſionem anouli vel aliud ſignum noſtrum, quo protunc in ſimilibus uteremur: item quod aliquid non facient nec ſecerunt, quo minus poſſent plene hæc omnia adimplere: Nimium ſi hoc caſu, ubi de noſtræ conſervatione ſalutis agitur, exigemus, imo ſi pro unius medici caſtri cuſtodia homagium exigere eſt & fuit hactenus moris noſtri...

... ſecreti ... ,

115 Poſtremo etiam injungimus Camerlengis, ut ille ex eis qui ſigillum portaverit, corporale juramentum exigat & homagium recipiat, in principio cum primum ad officium vocabuntur; ſcilicet a Paratore cameræ & ejus coadjutore, nec non etiam a Nuntiis virgæ, & Argentario, & ab eo qui tentoriorum habet officium & adjutoribus eorumdem, & ab aliis de repoſito, a quibus nos non recipimus; quod bene & legaliter circa eorum officium ſe habebunt, ſpecialiter circa B conſervationem perſonæ & ſtatus noſtrorum, damna pro poſſe vitando, utilia procurando, & revelando ſi qua contra nos incommoda ſcirent per quoſvis alios procurari; vel, ſi Nobis revelare non poſſent, hoc revelabunt alicui ex Camerlengis, taliter quod poſſit ad noſtram notitiam pervenire. Cum vero præfati noſtri Carmerlengi, juxta noſtram Regiam Ordinationem de Conſiliariis noſtri conſilii (eſſe) dignoſcantur, volumus quod juramentum, in dicta Ordinatione ordinatum præfati Camerlengi Nobis facere teneantur.

Ipſumque exigat a ſibi ſubjectis:

Idem præſtent tamquam Conſiliarius.

ANNOTATA D.P.

a Albarranum, *breviculus*, *Hiſpanis* Albala, *vox Maurica, Catalanis, & Aragoniis uſitata. Exemplo vide apud Cangium, ubi ex translatione S. Honorati Arelat. allegatur* Albaranum verbis ſequentibus inventum *&c. vide pluries hanc vocem Rubr. 7. de Secretariis.*

b Spalmator, a Spalmando *dicitur: infra autem n. 150. datur Sartori, qui eum juvet* in mondando vel ſpalmando veſtes, *id eſt ad pulveres palmis excutiendos.*

c *Etiam hic ſcriptum fuerat primitus* Supportarios, *& num. 115. ſed manu correctum eo modo, quem ſupra explicui ad* Rubr. 1. *Annot.* m.

C d Turticius, Intorticium, *tæda circum torta cereo obvoluta; ſed & pro quovis fanalium, majorum genere uſurpatur, Francis* Torche, Antorcha *Hiſpanis; itaque hic dici patebit num. 270.*

e *Hæret hic imperfectus ſenſus, quem opto aliunde certius ſuppleri, quam per conjecturam cuique liberum.*

De Scutiferis cameræ. Rx. 11.

AD domeſticum perſonæ noſtræ ſervitium, quo Scutiferi cameræ intra noſtri ſecreta cubiculi nobis familiarius obſequuntur, ſex vel ſeptem numero volumus deputari: ex quibus unus erit ſemper Nobilis Baro vel ex Baronibus genitus, qui & prærogativa gaudebit ceteris potiori. Omnes autem Scutiferi cameræ ſubjicientur & obedient Camerlengis, in his videlicet quæ contingent quomodolibet officium eorumdem.

Sex illi ſint eorumque unus ex Baronibus,

Camerlengis ſubjecti;

116 Sane ut injunctum eis ſervitium poſſint abſque gravamine levius ſupportare, ſtatuimus ipſos inter ſe duos de ſeipſis deputare per vices: quos quidem jacere volumus in noſtra Regali camera omni nocte, ut nos videlicet calceent & diſcalceent, aliaque ſimilia impendant ſervitia, quæ præberi Nobis convenit familiariter D & privatim. Inſuper etiam eiſdem injungimus & mandamus, ut ubicumque in domo noſtra jacendo ipſos pernoctare contigerit, ſemper prope ſe arma perſonæ ſuæ habeant decentia & completa; ut ſi aliquis caſus neceſſitatis occurrerit, non reperiantur omnimode improviſi; & ſi hoc aliquando neglexerint, quitatione unius diei ſingulis vicibus puniantur.

accubantes per vices,

& ſemper armati;

117 Conſequenter autem ad Scutiferorum officium pertinere diſponimus, enſem Nobis cum equitare volumus miniſtrare, vel eumdem ante Nos deferre, ſi hoc juſſerimus faciendum: portare etiam galerum ſeu capellum ſolis vel pluviæ; inſuper & veſtes quaſcumque portari fecimus coram Nobis ipſos quidem ad hæc & ad conſimilia officia ſemper volumus eſſe paratos. Adjicimus etiam ut poſt Camerlengos quanto magis commode fieri poterit, vadant prope Nos præcedendo, vel alias ut magis fuerit conveniens & opportunum; ſalvo notum quod in præmiſſis exhibendis ſervitiis ceteri Scutiferi deferant Nobili ſeu Baroni: at vero inter ceteros ille qui in ſervitio vetuſtior fuerit, novioribus quoad hoc potior habeatur. Denuo etiam portare debebunt Scutiferi galeam & ſcutum & lanceam, cum parvo vexillo, quæ quinque coram Nobis ex more deferri E facimus, tam guerræ tempore quam alias, locis & temporibus opportunis; ille videlicet quem nos pro qualibet vice duxerimus eligendum: injungentes Nobili præfato, ut tam tempore guerræ in exercitu quam alias volendo itinerare, a Nobis ſcire minime prætermittat, per quem, an per eum vel alium vellemus prædicta portari; ut ſic Nos, inſpecta loci & temporis qualitate, ordinare de hoc melius valeamus.

Regis enſem ac pallium poſt ipſum ferant:

item galeam, ſcutum, lanceam.

118 Ad curam eorum etiam injungimus, ut Nobilis, ſi præſens fuerit, & in ſui abſentia antiquior in officio, ſaleria a, fructus, & omnia ad officium Apothecarii & Fructerii vel aliquorum de repoſito pertinentia ad menſam noſtram deferent; & ſumpto fideliter guſtu, tam de ipſis quam de aqua, vel vino, cum quo lavabuntur ea quæ commode lavari poſſunt, coram Nobis apponant: exceptis illis diebus, quibus id Camerlengis injungitur.

ſalaria menſæ inferant,

119 Porro, quia rationi conſonum eſt, diverſa officia, ſub eodem duce vel capite, cum caſus forſitan imminet, debere ſe invicem adjuvare; & defectum unius alter conſors teneatur ex æquo regere & ſupplere; ea propter ſtatuimus, ut ſi Scutiferos, qui habent nobis ſervire in menſa, contigerit abſentes exiſtere vel alias occupatos, vel nos ſic ſecrete eſſe vellemus, quod ipſos minime admitteremus; eo caſu Scutiferi cameræ illo- F rum officium habeant exercere: ſic tamen quod Scutifer Nobilis vel alius quem præferre vellemus primo, demum ex aliis ille qui in officio vetuſtior fuerit, illud exerceat & ſupportet. At vero in omnium noſtrorum Camerlengorum abſentia, eiſve ſic alias impeditis ut non poſſint in ſuis officiis deſervire, volumus ut Nobilis Scutifer Cameræ primo, ſi præſens ſit, alias ille qui prius vocatus fuerit ad officium, exhibeat Nobis omnia quæ ad Camerlengorum officium ordinavimus pertinere: quam Ordinationem noſtram, factam de Camerlingorum officio, ac inſuper & præſentem volumus Scutiferos cameræ ſingulos in ſcriptis habere; quo videlicet eſſe valeant in agendis cauti peramplius & ſolertes. Poſtremo ſtatuimus, ut Scutiferi cameræ juramentum & homagium præſtent Nobis, ſub forma quam Camerlengi debent præſtare, juxta ea quæ per Nos ſunt alibi de Camerlengis ordinata.

Supplenti vicem eorum qui menſæ miniſtrare debent:

& Camerlengorum:

& idem quod hi jurent:

ANNOTATA D.P.

a Salerium; *Francis* Salade, *Hiſpanis* Enſalada, *proprie eſt ferculum ex herbis, oleo & aceto ac ſale conditis;*

A *ditis; a quo nomen iſtud. Latine Commedius*, Acetarium *dicimus*,

De Camerariis ℞. III.

Duo ſint,

DUos viros, induſtrioſos & fideles, Camerarios cameræ noſtræ volumus deputari, qui etiam circa illa quæ ſuum concernens officium parebunt & ſuberunt Camerlengis.

Ad uſus cubiculi,

120 Hi ſiquidem Camerarii debent veſtes & calceamenta perſonæ noſtræ munde & honeſte tenere; jocalia quibus quotidie utimur cum inventario Camerlengis cuſtodire; lectum noſtrum facere & parare; utque camera noſtra ſit convenienter ornata, & ea quæ ibi ſunt debite ordinata, cavere; & his ſimilia ſervitia in camera exercere; & debet in retro-camera *a* unus ſemper neceſſario jacere. Inſuper eorum incumbit ſolicitudini, & qualibet nocte præcaveant, ne ſit aliquis defectus in camera noſtra illarum rerum, quæ in illa ſolita ſunt immitti; utpote quod ſit ibi vinum & aqua ſufficiens ad bibendum, propter caſus qui quandoque de nocte eveniunt improviſe: item aquæ abundantia ad lavandum; candelæ & torticia ad illuminandum, ſpecies confectæ ad comedendum; arma etiam decentia perſonæ noſtræ completa unius militis, quæ debent qualibet nocte prope nos ponere ad pericula quæ poſſent occurrere præcavendum.

alque neceſſaria curanda.

B

Illis incumbit providere in cragſtinum:

121 Quæ quidem omnia & ſingula recipiant ab aliis officialibus domus noſtræ, ad quos pertinet ſingula hujuſmodi ſingulariter miniſtrare, Aquam etiam benedictam, ad ſatisfactionem devotionis noſtræ, jubemus eos qualibet nocte ponere ad caput lecti noſtri: De his & ſimilibus curam habeant diligentem. Sane cum nos nocte qualibet lectum intrare contiget, unus ex Camerariis antiquior in officio ſi præſto eſt, alias ſecundus in officio debet ſciſſitari & petere a Nobis, quas veſtes in craſtinum diſpoſuerimus deportare, ut illas de ſero præparet quas potius duxerimus eligendas.

præcedere iter agenti Regem

122 Adhuc etiam ordinamus, ut cum nos aliquod viagium *b* facere, vel aliter itinerare, ſeu ad alium locum transferre contingat; unus ex eis, prout inter ſe convenient, ſemper præcedat Nos ante, cum ornamentis unius lecti noſtri; ut cum ad locum deſtinatum venerimus, inveniamus ibi pro perſona noſtra cameram præparatam. Curam etiam eos volumus habere

calceos curare,

C diligentem, ut omnia quæ perſonæ noſtræ ſunt approximanda, vel per Nos quoquomodo contrectanda, caliter perſcrutentur, quod ab omnibus noſtræ perſonæ nocivis penitus ſiant aliena. Maxime hoc per eos obſervetur in ſotularibus *c* & aliis, quæ per aliquem de curia & domo noſtra minime fiunt; quos vero ſotulares, recepta prius propter hoc a Theſaurario pecunia, præcipimus facere fieri per eoſdem. Poſtremo quia Camerarii iſti in camera, in multis familiaribus ſervitiis, nobis adſunt; volumus eos, cum primum ad ſuum aſſumentur officium, juramento & homagio conſtringi conſimilibus illis, quibus adſtringi diſpoſuimus Camerlengos, & in forma per Nos, in Capitulo de Camerlengis ſuperius ordinata.

& homagium facere

ANNOTATA D. P.

a Retro-camera: *ſic* Retrobannum, Retrofeudum, Retroguardiam, *aliaque ſimilia reperias in Gloſſario Cangii: quæ Franci per adverbium* Arriere *efferunt.*

b *A via deducitur* Viagium, iter, *peregrinatio.*

c Sotulares, *Calceamenta, quaſi* ſubtalares.

D

De Barbitonſoribus. ℞. IV.

Duo ſint,

PRo humanis neceſſitatibus, quibus natura hominum, quantacumque fectum potentia, nullum fecit exportem, etiam nos Barbitonſorum officio indigemus: quos quidem duos eſſe volumus noſtro ſervitio deputatos, qui nempe Camerlengis ſuberunt & parebunt.

curando nostri capitis.

123 Hi autem, circa ea quæ ſuum concernunt officium, eſſe debent erga perſonæ noſtræ ſervitium diligentes; ut videlicet caput noſtrum pectinent opportuno tempore, lavent etiam cum Nobis expedire videbitur, primitus facto guſtu; & ſimilia faciant, ad quæ ſunt ſpecialiter deputati: debent etiam tenere munde & decenter bacinum, *a* & alia inſtrumenta, quibus uti habent ſuum officium exercendo. Porro erunt in ſervitiu Cameræ, adjuvantes Camerarios in præparatione & ordinatione veſtium, necnon & lecti & alterius cujuſvis ornatus cameræ. Cumque contiget abeſſe Camerarios, omnia ſervitia, & ordinationem veſtium noſtrarum, iſti Barbitonſores facient & ſupplebunt; & infra hoſpitium noſtrum, cum Camerariis vel alibi, unus ipſorum jacere aſtringitur. E

& adimplere Camerario.

ac ferentem per iter maletam.

124 At vero cum Nos alibi transferre contingat, unus ex Barbitonſoribus, prout concordabunt inter ſe, portabit maletam *b* cum veſtibus corporis noſtri, quas mandabimus deportari, de quo etiam primitus interrogare Nos debebunt. Sane in exhibendis premiſſis & aliis incumbentibus, ſervitiis ſemper ie qui prius aſſumptus eſt ad ſervitium alii præferetur. Conſequenter etiam, quia exigente officio quod habent impendere Barbitonſores, frequenter ad perſonam noſtram plus ceteris appropinquant; ordinamus, ut in initio receptionis ſervitii, quilibet eorum tale præſtet juramentum & homagium, quale præſtare diſpoſuimus Camerlengos.

ANNOTATA D. P.

a Bacinum, *pelvis, voce diminutiva a* Bak *vas, alveus.*

b Maleta, *pera veſtiaria, diminutivum a* Mala, *quod* equeſtrem ſarcinam *interpretatur Cangius, eſtque a Teutonibus ſumpta vox.*

F

De Medicis. ℞. V.

Assumto medicorum habendorū neceſſitate;

QUi fragilitatis humanæ varietatem recte penſando conſpiciunt, quomodo videlicet infirmitas diſcurſu ſine intermiſſione deficiat, quatenus molis onuſta gravedine in corruptionis exterminium continue defluat & labatur; profecto luculenter agnoſcent, qualis ſit Medicorum utilitas, quamque ſit illorum exquiſita neceſſitas quorum arte ac induſtria plerumque ſanitas conſervatur jam habita, nec non & deperdita reſtauratur.

ſtatuuntur duo,

125 Ordinamus igitur, ut in curia noſtra ordinarie ſint duo periti Medici, probatique in medicina ſeu phyſica; qui perſpicaciter inſiſtant pro noſtræ conſervatione ſalutis, Nobiſque ſuggerant ac dicant intrepide, ut proſequamur & utamur iis quæ fuerint noſtræ ſaluti accommoda, queque noxia fuerint evitemus. Die namque qualibet de mane urinam noſtram debent inſpicere, ut corporis noſtri quotidie diſpoſitionem agnoſcant; & ſi viderint in nobis aliquam immutationem fieri, ſtatim de ſalubri curent remedio providere. Inſuper & ſi aliqua corporali neceſſitate, vel quavis infirmitate corpus noſtrum gravatum eſſe perſpexerint; de noſtra curatione indefeſſa & ſolicita diligentia curam

qui ſanitati ſint Regis

A ram agant: & ſi forte aliqua medicinalia ſumenda Nobis porrexerint, primo de illis guſtum faciant coram Nobis. Præterea etiam eiſdem Medicis noſtris injungimus, ut cum aliqui ex domeſticis noſtris, vel familiaribus incidarint in aliquam diſcraſiam, *a* de iis etiam curam habeant diligentem, illiſque pro ſalutis reſtaurationa provideant, prout melius poterunt, juxta peritiam artis ſuæ: & maxime de perſonis Nobis propinquis, vel conjunctis ſanguine, ſeu gradu aliquo parentelæ.

Item aulicorum ægrotantes.

126 At vero Nobis in menſa comedentibus. Medicos noſtros inibi praeſto jubemus aſſiſtere, quatenus Nos ſolerter incautent *b* præcavere a cibis incompetentibus & nocivis: & ſi qualitercumque aliquid coram Nobis venenoſum apponi, vel aliquovis modo adeſſe conſpiciant, illud continuo abjici faciant & recondi. Sin vero (contingat) (quod avertat Deus) aliquo caſu, vel facto ſiniſtro (Nos) illud venenoſum imprœviſe & ſubito ſumere, confeſtim remedient, ut viderint expedire. Sane unus ex Medicis ad minus infra domum noſtram de nocte jacere debebit: ut ſi forſan illa hora Nobis vel cuivis ex noſtris aliquid accidens evenerit, Medicus ſit promptus non a longe remedium adhibere. Porro ſi ex Medicis noſtris alter tantum fuerit in Medicina Magiſter, ille in prærogativis honoris alii præferetur: ubi vero ambo Magiſtri vel alias paris conditionis extiterint, tunc ille eſſe debebit in honore potior, qui prius ad noſtrum ſervitium fuerit avocatus. Conſequenter autem ſciant quod Apothecarius noſter & ejus adjutor ipſis obedire habent quoad ea, quæ illi facienda injunxerint ipſi Medici, ſuam concernentia ſcientiam Medicinæ: ipſi autem equidem Medici ſuberunt Camerlingis: qui videlicet Camerlingi ad curam omnium quæ concernunt perſonæ noſtræ cuſtodiam ſpecialius ſunt aſſumpti.

Regi comedenti aſſiſte, b

Apothecarios ſub ſe habeant,

B

& pareant Camerlingo

127 Poſtremo, cum Medici primo ad noſtrum aſſumentur ſervitium; juramentum Nobis & homagium præſtabunt, quod bene & legaliter ſuum officium exercebunt, vitando omnia quæ ſaluti noſtræ contraria & perſonæ noſtræ fore periculoſa perſpicient: & ſi ſcirent aliquem noſtræ inſidiari ſaluti, Nobis hoc quam citius poterunt revelabunt; noſtraſque infirmitates ſecretas nemini manifeſtabunt, niſi de noſtra licentia ſpeciali: quodque nihil fecerunt vel facient, quare prædicta juramentum & homagium non valeant obſervare.

ſub juramento Regi facto,

C

ANNOTATA D. P.

a *Διακρασία* Intemperies.

b Incautare, *tantum reddere, alibi necdum legimus: imo Salvianus* Incautelam *contrario ſenſu uſurpat*, *pro* Inadvertentia.

De Sirurgicis. ℞. VI.

QUia medicinam duas partes habere incognitum non eſt, quarum una *a* Phyſica, alia Sirurgica vocatur, jamque ſuper primam providerimus, ordinantes quod Phyſici in noſtra ſint curia, ſuper ſecunda in præſenti, caſibus qui Nobis aut noſtris familiaribus evenire poſſent providendo, ducimus ordinandum, quod

Hi quoque a

128 Duo in Sirurgia experti in noſtra habeamus curia: ipſi vero illa quæ neceſſaria ſecundum eorum artem habent, penes ſe teneant, ut de officio ſibi injuncto tam Nobis, ſi caſus (quod Deus avertat) contingerat, quam familiaribus noſtris, ſervire melius poſſint. Et ſi tempore pacis per eos circa iſta diligentiam habere volumus, multo fortius tempore guerræ, cum Nos in exercitu fuerimus, cura eis eſſe debet. Superaddentes, quod prope tentoria noſtra aut loca in quo Nos ſtabimus, tunc temporis jaceant & remaneant. Omnia quæ guſtari commode poterunt, antequam perſonæ noſtræ apponantur, guſtent fideliter. Camerlengis ſicut & Phyſici ſuberunt: & hoc quia in noſtra perſona operari ſecundum eorum officium habent, juramentum & homagium ut Phyſici præſtent.

duo ſint,

D

maxime in bello.

ANNOTATA D. P.

a Chirurgus, *qui manu medicinam facit vulgo* Sirurgicus; *qui vero dumtaxat conſilio* Phyſicus *medio ævo dictus, hodieque ſic dicitur Italis: plura vide apud Cangium.*

De Secretariis ſcriptoribus. ℞. VII.

COnſequentia nomina rebus, eſſe, *a* ſtudentes (noſtunt) & congruam nominis officii Secretariorum impoſitionem exiſtere ipſius officii qualitas atteſtatur: quia plura ſecreta idem officium exercentium fideli induſtriæ committuntur.

a

129 Unde taliter providentes diſponimus, quod duo Notarii, boni & ſufficientes, ad officium ſecretariæ deputentur, qui Nobis litteras ſecretas ſcribant; & omnes ſcripturas, quæ ſecreto noſtro ſigillo debent ſigillari, & libros noſtros teneant, & de iis curam gerant. Unus eorum bonus ſit calculator, *b* ut quando computa noſtra videre voluerimus, ipſe ſuper illis informare nos valeat; & libros aliquos computorum ſecum teneat, ut quando in illis ad noſtri certificationem aliquid videre cupimus, prompte habere nos poſſimus. Ad mandatumque cujuslibet de noſtro Conſilio litteras vel albarana faciant, cum eas poſtea videre & ſignare habeamus. Quæ vero in Conſilio nobis præſentibus, tam ſuper ſupplicationibus quam alias ſcribuntur, unus ipſorum ſcribere teneatur. De factis quæ in noſtro Conſilio determinabuntur, vel ad memoriam reducentur, quæ tunc terminari non poterunt, memoriale faciant, ut terminata executioni per illum ad quem pertinebunt mandentur, & non determinata loco & tempore opportunis diſcutiantur. Ex hoc cum unum ſemper neceſſarium, quando conſilium tenebimus, volumus eſſe præſentem, licet ambo habeant intereſſe.

Duo ſint,

E

b

quibus arcana ſcribenda & ſervanda creduntur,

130 Verum quia ſcribere litteras vanum & ſine fructu eſſet, niſi ipſæ litteræ ad illos ad quos diriguntur, mitterentur; volumus ut Curſoribus, in mittendo eos cum noſtris litteris, præſint, & ſi in negligentia eos invenient, ad unius menſis quitationem privare ipſos ſecundum quod ipſis videbitur, valeant atque poſſint. Ipſi tamen Secretarii ſub Camerlengis eſſe aſtrictos ſe cognoſcant; excepto quod nec Camerlingis nec alicui, ſine noſtra ſpeciali licentia, ſcripta ſecreta ſive litteras noſtras Secretas oſtendant ullo modo.

ipſi præſint curſoribus,

F

131 Unus ipſorum neceſſario ad minus infra noſtrum hoſpitium in loco convenienti, ut cito ſi neceſſe contingeret eum adſcribendum qualicumque hora habere poſſimus, jaceat. Committere inſuper adſcribendum, in caſu quo multis litteris occupati ſufficere non poſſent, illis de Cancellaria poſſint, dum tamen non eſſent multum ſecreta: quo caſu nolumus abſque noſtra fieri licentia ſpeciali. Volumus etiam, & ſub pœna duorum menſium amittendi quitationem pro qualibet vice eis mandamus, ut omnes litteras & albarana, quas & quæ per ipſos fieri contingeret, regiſtrent; & etiam illas, quas nos manu propria ſcribemus, niſi de noſtra voluntate non prætermittent. Nec non volumus, quod a noſtra curia, niſi obtenta ſpeciali a Nobis licentia, ſe non abſentent quoquomodo.

& eorum opus ex Cancellaria adjuvetur ſummum,

omniaque in regiſtris referant:

132 Poſtremo, quia antiquiori per noviſſimum ho-

A nos debetur, ut per alium qui primus fuerit in officio memorato honoretur, præcipimus & ordinamus, ut in omnibus officium tangentibus, primus prærogativa præ alio gaudeat. Juramentum Nobis faciat, quod bene & legaliter in eorum officio ſe habebunt; & quod quæ noſtri ſunt ſecreti, quæ ipſi tam per litteras quas ſcribent, quam in Conſilio ſcient, tenebunt ſecrete. Inſuper & quia ratione officii Nobiſcum diverſis habent participare modis, & per Nos litteræ & aliæ per ipſos ſcripta contrectantur, diſtricte providentes mandamus, ut & juramentum & homagium Nobis faciant, de avitando quæ noſtræ ſaluti eſſent contraria: & ſi ea ſcirant, Nobis illa debeant protinus revelare; adjicientes quod per eos non eſt factum neque fiet, quominus juramenta & homagium prædicta in ſua poſſint ſtare roboris firmitate.

et ipſi Regi fidelitatem jurent.

ANNOTATA D.P.

a *Ms.* & ſtudentes congruam, *nullo ſenſu; quem an corrigendo aſſecutus ſim, æſtimet curioſus lector.*

B b Canculator, *id eſt*, Calculator, *ex eo quod calculi ad computus faciendos adhibeantur*.

De Uxeriis armorum. Reſp. VIII.

Ad decentiam & cautelam,

QUia Regali ſtatui minime convenit, ut ſine differentia perſonarum fienda, unicuique ad perſonam ſuam appropinquandi pandatur aditus; ſed condignum ſit, ut tam cauſa honoris, quam etiam periculi evitandi, quod ſecundum gradus & conditiones perſonarum licentia approximandi unicuique tribuatur; ideo

ſint quatuor,

133 Ordinamus, quod quatuor (ut melius laborem, quem propter officium eorum habebunt, ſuſtinere valeant) ad retro Nos eundum, tam equitando quam ſpeditando, ut cuſtodiant ne omnibus perſonis, niſi ſecundum quod expediens fuerit, ſecundum noſtrum ſtatum & conditionem, nec non & ſecundum tempus, aditus ad Nos concedatur, deputentur. Et ut melius aliqua quæ ſecundum eorum officium eis incumbent, valeant adimplere, virgam per quemlibet ipſorum portari jubemus: a Uxerios armorum autem eos vocari volumus, ut nomina convenientia ſint rebus.

iique Milites,

C 134 Et quia aperte in quocumque facto eſt credendum, ordinamus quod prædicti militares ſint perſonæ, non tamen cingulo Militiæ præditi: militares enim perſonas tam genere quam experientia, quæ ad arma ſpectant & pertinent, ſcire & facere præ aliis incognitum non eſt. Quique etiam loca ad quæ quarumque ratione intrare habebimus, tam per eos quam per Servientes armorum, ſecundum quod loca exunt, ſollicite ne inſidiæ ſint prævideant. Prædictorum etiam ad minus neceſſario unus foris coram janua cameræ, in qua Nos jacebimus, jaceat: quotienſcumque vero coram dicta janua cameræ, ut dictum eſt, contigerit eos jacere, quod uni declaravimus eſſe neceſſitati; arma militaria completa in capite ſui lecti teneant; enſem tamen ſemper deferant; & arma alia tam ſecrete quam apparenter, quando & ſecundum quod fuerit opportunum: in hoc autem & loci conditio & temporis qualitas ſunt inſpicienda: nam eis & nomine & officio, præ aliis, ſervitio & cuſtodiæ noſtræ perſonæ deputatis, congruit evidenter. Et ſiquidem dicta arma deferre & tenere, ut ſuperius eſt ordinatum, neglexerit, pœna quitationis omnis diei ſingulis vicibus eoſdem decernimus puniendos.

& arma ſemper parata ſint inſtructi,

etiam ſub ſacro,

135 Ad eorum officium etiam pertinet, ut quando divina coram Nobis celebrantur; in janua loci ubi nos ſtabimus, aut prope cortinam noſtri oratorii extra vel infra, ſecundum quod locus fuerit ſtent. Si vero coram Nobis in Conſilio extraneæ perſonæ proponere haberent, aut quicumque litigarent; tunc ipſi cum Servientibus armorum intus ad cuſtodiam noſtræ perſonæ ingrediantur & maneant, niſi ex cauſa prohibeantur. Cum Nos vero cum illis de camera tantum eſſe voluerimus ſecrete, ut Nos cubando vel ſurgendo, aut alias Nos induendo, pectinando, & alia ſimilia faciendo, vel etiam ſi Nos expreſſe mandaremus, unus tantum ipſorum infra locum ubi prædicta faciemus eſſe poſſit, qui curam habeat ne tunc aliqui ingrediantur, niſi qui de camera fuerint aut alii quos ex ſpeciali cauſa ad hoc admittere dignaremur: & ſi ultra prædictos ibi eſſe reperiret, niſi ex cauſa Nos prohiberemus, extra eum faciat: honeſtatis enim minime eſſe judicamus ſi ad noſtra ſecreta, præter qui ad ipſa ſunt deputati aut admiſſi, intereſſent. Nuntii virgæ ſub ipſorum ſint obedientia; & ſi eidem Virgæ nuntii in eorum delinquerent officio, ad quitationem unius menſis tantum condemnare eos pro qualibet vice poſſint. Ipſi vero Camerlingis ſubſunt.

D

& coram extraneis,

arceant alios tempore certo,

præſint Nunciis virgæ,

E 136 Quia vero iſti ſic ad officium noſtræ perſonæ, ut dictum eſt, ſunt annexi, a juramento & homagio Nobis præſtandis nolumus eſſe immunes, ſed volumus ut juramentum & homagium Nobis faciant, quod pericula quæ noſtræ perſonæ evenire ſcirent pro poſſe evitabunt & Nobis revelabunt: & quod bene & legaliter in eorum officio ad perſonæ noſtræ tuitionem ſe habebunt, quoque noſtra ſpecialia & expreſſa mandata efficaciter exequentur, & ſecreta noſtræ perſonæ aut noſtri Conſilii, quæ occaſione eorum officii ſcirent vel audirent aut aliter ſcirent, minime revelabunt: & quod numquam fecerunt neque facient tale quod obſtet ad iſta ſervanda.

& homagium Regi faciant,

ANNOTATA. D.P.

a Uxerius *alias* Uſſerius, Huiſſerius, *oſtium obſervans ſive cameræ ſive palatii: ita dictus vel a Teutonico* Hoyr *domus, vel potius a veteri Gallico* Huis, *oſtium, ſive (ut medio ævo ſcribebatur)* Hoſtium; *Belgice ac propriiſſime* Doorwaerder *cuſtos oſtii, ſed reſtrictiori ſignificatu, ad ſignificandum Apparitorem Curiæ judicialis dumtaxat. Hic vero* Uxarius *proprie ſignificat regii corporis cuſtodem. Qui cum jubeatur in ſignum poteſtatis virgam geſtare, mirum eſt in fundo litteræ initialis ipſum cum ea non exprimi, potius quam cum ſcuto & galea.*

F

De Servientibus armorum. R. IX.

DEcet etiam Regalem majeſtatem, quæ ſubditos diverſis modis in pace & juſtitia tuetur, ut ad cuſtodiam perſonæ ſuæ variis modis & cum diverſis officiis providendo provideat.

Item ad cuſtodiam Regis

137 Ideo ultra Uxerios-armorum, quos adhuc deputavimus: Armorum-ſervientes ad cuſtodiam noſtræ perſonæ ordinarie octo eſſe ordinamus: qui ante portam cameræ, ubi Nos jacebimus, jaceant, data Uxerio ſive Uxeriis-armorum prærogativa in propinquitate jacendi & in aliis. Et volumus quod omnes qui in curia noſtra præſentes fuerint, & minime morbo aliquo gravati, ad hoc teneantur, exceptis duobus qui jacere non teneantur: hoc enim remedium, ſi bene inter ſe dividant & æqualiter, ad eorum negotia peragenda ſufficiet. Ceterum ut non tantum ab Uxeriis aditus illiciti ad noſtram perſonam prohibeantur; ipſos coram Nobis (nullis inter Nos & ipſos, exceptis Camarlingis aut aliquibus cameræ Scutiferis, & eundo & redeundo

Octo eſſe jubentur;

Regemque antecedere & ſequi.

de

A de manſa, Magiſtris-hoſpitii ſive Majoribus domus, aut aliis paucis, quos ex ſpeciali cauſa ibi eſſe vellemus, ire permiſſis) tam equitando quam alias incedere mandamus.

medio etiam aſſiſtere per vices,

138 Curent etiam quod loca, ubi Nos ſtare ſeu ire debemus, provideant taliter quod nullum Nobis inde poſſit periculum imminere. Et quotieſcumque multitudo gentium, ſeu perſonæ incognitæ vel extraneæ coram Nobis venire contingeret, vel coram Nobis litigarent, in tali loco, non obliviſcantur ſe ponere, quod per eos poſſemus a quibuſcumque inopinatis periculis protegi & defendi; ad hoc enim conditionem perſonarum & ſtatum etiam conſiderare eos oportet; Eis etiam injungimus, quod duo continue Nobis palam comedentibus ante menſam ſtent; cuſtodienda ne niſi qui debent ad menſam appropinquet: & quod unus aliis ad coquinam, ante illos qui noſtra deferre debent cibaria eundo & redeundo, coram cibariis quæ Nobis deferentur, vadat. Tanta etiam & talis multitudo poſſet eſſe gentium, quod plures ſtare coram menſa & etiam ad coquinam ire & redire vellemus ſecundum quod ipſimet cernere poterunt, aut ſecundum quod eis ſpecialiter mandaretur. B

armaque in promptu habeant;

139 Semper vero ut in cuſtodia noſtræ perſonæ, ſi neceſſarium eſſet, parati inveniantur, arma militaria, coram janua cameræ noſtræ jacentes, juxta ſe habeant. Tempore autem guerræ ſive exercitus continue coram Nobis euntibus, tam equitando quam peditando, arma militaria & diſcoperte portent: pacis vero tempore *a* neceſſario enſem & maſſam *a* deferre habeant, etiam & arma completa, quando & ſi eis injunctum fuerit, attentis prudenter attendendis. Et ſi præmiſſa arma, ut ſuperius eſt per nos ordinatum, deferre & tenere omiſerint, eos pœna quitationis unius diei ſingulis vicibus puniendos declaramus.

quorum unus pariter præcedat cũ Folrerio.

140 Nobis vero itinerare debentibus, unus ipſorum primus cum noſtro Folrerio, qui ad recipiendum hoſpitio tam Nobis quam noſtræ comitivæ eſt ordinatus, vadat; & hoc per illum, qui ad hoc qualibet vice per noſtros Camerlengos fuerit deputatus, fieri jubemus. Nam per noſtros Officiales & alios quoſcumque, tam infra terras noſtras quam extra, melius uni ipſum quam Folrerio, non eſt dubium, obedietur. Volentes quod

ſubjectus Majoribus domus.

Serviens armorum iſte, in aſſignandis hoſpitiis noſtris ſequacibus, & aliis quibus hoſpitia fuerint aſſignanda extra noſtrum hoſpitium; pareat noſtris Majoribus domus firmiter in omnibus & intendat. Inſuper qui antiquior fuerit in officio injungimus, & etiam alii in ſui abſentia Servienti armorum, qui poſt antiquiorem immediate acceptus fuerit ad officium, quod quando Nos C

& ſarciat damna per eum facta.

venando vel itinerando (qui iſta quidem quaſi neceſſario ſecundum conditionem noſtri ſtatus facere habemus) vel alias, damnum ſive nocumentum bladis *b* vel vineis aut aliis expletis *c* dederimus, ſeu occaſione noſtri damnum fuerit; ut ipſi fideliter, ſuper hoc eorum conſcientias onerantes, provideant, æſtimantes; & cum damnum paſſis vel aliis ſe informando de damno, ad quantum poterit aſcendere; & deinde tam Nos, quam Confeſſorem noſtrum & directores conſcientiæ ſolicitare ne obliviſcantur, donec effectualiter per Nos fuerit ſatisfactum. *d*

iidem ſuppleant vices Uxteriorum.

141 In abſentia tandem Uxteriorum, & ad ſtandum ubi Uxerii ſtant, cum divina coram Nobis celebrantur, & ad recto ſecundum eos ducimus admittendos: volentes ut tunc ad tuitionem noſtræ perſonæ circa iſta duo ſe habeant diligentes. Inſuper juramentum & homagium Nobis faciant quod bene & legaliter circa cuſtodiam noſtræ perſonæ ſe habebunt, evitando omnia quæ noſtræ perſonæ nociva eſſe poſſent & quod noſtra mandata expreſſa & ſpecialia firmiter exequantur, periculum mortis pro tuitione noſtræ perſonæ minime evitando: & quod per eos aliquid factum non eſt neque fiet, quo minus prædicta valeant firmiter obſervare. D

& Regi jurant.

ANNOTATA D. P.

a Maſſa, *Italis* Mazza, *Francis* Maſſue l. *Clava, qualem magiſtratui præferunt* Accenſi, *Italis* Maſſieri, *quaſi* Clavarii, *Neſcio autem cur* Servientem armorum *pictor cum hac non expreſſerit intra litteram initialem, ſed etiam reliquerit abſque icone; quæ ſimiliter deeſt initiali littera Rubricæ ſequentis.*

b Blada, *fruges cujuſcumque ſpeciei Italis* Biada *Francis* Bled.

c Expletum, *dicitur quivis terræ proventus; ut pluribus apud Cangium videre eſt.*

d *Laudabilis profecto cura, & non ſolum Principibus, ſed etiam Nobilibus quibuſcumque venandi jus habentibus commendanda.* E

De Nuntiis Virgæ (a) Ru. x.

QUia vero, propter cuſtodiam noſtræ perſonæ, Servientes armorum decens non eſt quod frequenter mittantur.

Quatuor hi ſint,

142 Ideo providimus; quod quatuor ad minus ordinarie Nuntii virgæ ſint, in noſtro hoſpitio deputati, qui ratione eorum officii Virgam deferre non omittant: ad mandatum vero Servientium armorum iſtis, villam in qua Nos fuerimus, ire, & complere eorum mandata prout poterunt teneantur; nec non ad Conſiliarios noſtros, cum conſilium tenere vellemus, & ſimilia faciant cum effectu, etiam ad mandatum Conſiliariorum noſtrorum & Secretariorum, per villam prædictam, quo voluerint eos mittere, accedere non renuant. Cum vero per villam ſolemniter equitabimus, peditando prope Nos gradiantur, providendo ne ad nos approximetur aliquid minus decens: nam aliquando contingit melius talia per eos fieri, quam per armorum Uxerios equitantes.

ad mandata quælibet & ad quoslibet ferenda,

143 Buccinam *b* vero, Nobis volentibus equitare per villam, & ſpecialiter ubi ſciunt noſtros morari domeſticos, procurent buccinare; ut iidem noſtri domeſtici ſciant, nos velle equitare, & ad nos veniant cum ſuis equitaturis indilate. Hoc vero faciat alter illorum ex ipſis, qui in noſtro hoſpitio jacuerint proxime nocte lapſa. Januas etiam noſtrorum palatiorum & noſtrarum camerarum foris tantum per eos volumus cuſtodiri, quando aliis noſtris negotiis non erunt occupati; cuſtodiant autem taliter; quod argentum; quo in noſtro palatio tam per Nos quam per noſtros domeſticos ſervimur, nec eleemoſyna valeat defraudari; & quod niſi prout debitum fuerit ad noſtras cameras & palatia aditus per eos non pandatur: garantque etiam, quod in palatio omnes cibaria ordinate habeant comedentes. Prætereà ordinamus, quod dicti Nuntii virgæ tam in menſa coram Nobis quam alibi, excepto quando ſecrete fuerimus, vel per loca ſecreta infra noſtras cameras ibimus, teneant & deferant tortitia illuminata. Duo autem ipſorum in foribus noſtrarum camerarum, poſt Servientes armorum, jaceant de nocte, & Camerlengis & Uxeriis ſint ſubjecti.

b

ubi in ſigna buccina dicenda per iter,

excubandū ad oſtia,

faces præferendæ,

144 Inſuper ordinamus, quod noſtrum Algotzirium, in omnibus ſuum tangentibus officium, juvare teneantur: ſuper quibus Majoribus domus & ipſi Algotzirio obediant effectualiter atque prompte, quotiens per ipſos vel aliquem ex eis injunctum eis fuerit, dimiſſis negotiis aliis quibuſcumque. Nec non volumus, quod in abſentia dicti Algotzirii, antiquior in officio

Tenentur Algotzirium juvare.

ex

A ex ipſis Nuntiis virgæ; eorum qui præſentes fuerint, officium ejuſdem Algotzirii exercere fideliter ſit aſtrictus. Camerlengis vero pro tangentibus ſervitium noſtræ perſonæ juramentum & homagium præſtent, promittentes quod quidquid ſcient ad læſionem noſtræ perſonæ reverti poſſe, illud pro poſſe evitabunt, & Nobis aut ipſis Camerlengis confeſtim revelabunt; & quod nunquam aliquid ſecerunt, propter quod præmiſſa nequeant firmiter obſervare. Et Majoribus domus, ratione agendorum in officio Algotzirii, faciant juramentum, per quod promittant quod in illis fideliter ſe habebunt.

& jurare Camerlengis ac Majori domus.

ANNOTATA D. P.

a *Ita hic expreſſe eadem diverſiſſima manu in margine ſcriptum, qua alia hinc inde inter relegendum correcta ſunt; & quidem lineola tranſmiſſa per prioris ſcripturæ titulum qui erat,* De Uxeriis aulæ ſive Subporteriis, *quod mutatum credo, quia* Nuntiorum *eis munus potius quam* Portariorum *in-*
B *jungitur.*

b *Hoc quoque ſigno diſtingui poterant intra litteram initialem, ſi hanc ornare aliqua icone placuiſſet.*

De Armatore Regis ℞. ar.

CUlmen Regalis ſolii, permaxime in juſtitiæ rectitudine ſtabilitum, pro illius cultu ac ſubminiſtratione frequenter & plurimum eget in armis.

Hic arma regia curare debet.

145 Hinc eſt quod Nos ad ea volentes attendere, quatenus arma noſtri corporis, cum decoris pulchritudine & congruentia illæſa ſerventur & integra; ne videlicet corrodantur rubigine, vel alio eventu ſortuito conſumantur; ordinamus ad armorum noſtrorum cuſtodiam unum deputari virum, idoneum & fidelem, qui Armator ab officii convenientia nuncupetur: qui & arma noſtra diligenter cuſtodiat, caveatque quod ea munde teneat & honeſte; videat etiam frequenter, an reparatione vel renovatione indigeant, ut confeſtim defectum corrigat, vel faciat ab artificibus emendari. Sane in reparatione armorum noſtrorum facienda talem mandamus ipſum Armatorem adhibere cautelam, ut fabrum ſeu opificem, ad locum ubi arma ſervantur ſeu reponuntur, adducat; vel ſi taliter fuerit reparatio fa-
C cienda, quod neceſſario portari ad domum artificis ſit neceſſe; tunc non palam, ſed in ſecreto loco ea faciat reparari. Nec enim noſtræ congruit honeſtati, ut ea quæ ſunt perſonæ noſtræ uſui deputata, per manus diverſas ſic patenter diſcurrant, ut ea poſſit pro voto quilibet contrectare.

idque caute cum erunt reparanda.

146 Ordinantes, quod pro noſtræ perſonæ ſervitio, ad minus arma completa, meliora quæ inveniri ſeu fieri poterunt, modorum diverſorum, pro octo Militibus & equis totidem debite armandis, per Armatorem prædictum teneantur parata continue atque prompte: inter quæ adeſſe ſecreta aliqua non omittat, quæ ſecrete locis opportunis deferre valeamus. Teneat etiam octo paramenta militaria, & alia octo equeſtria: & hæc teneri volumus ultra alia quæ cauſa donandi vel alia de cauſa tenere vellemus. Nec non teneat vaſilla parva & magna & ſimilia, ſecundum quod ſtatus noſter duxerit expoſcendum. Statuentes, quod ſi defectus intervenerit ejus culpa, medietatem quitationis unius anni perdet, quam de curia percipere conſuevit.

& habere completa pro 8. perſonis & equis.

147 Conſequenter autem ordinamus, ut nocte qualibet Armator tradere debeat, alteri ex Camerariis noſtris, arma completa noſtræ perſonæ, ut ea ponat de prope lectum noſtrum. Et ſi ea aliqua cauſa forſitan
D mandaremus, arma noſtra juxta Nos alicubi equitando portari, ultra illa quæ ſcutiferi habent ferre, ipſe Armator non ſerum deferat ſit prope Nos, ut cum ea petierimus ſint parata. Hic quoque Armator erit Camerlengis ſubditus: quibus etiam, cum petent, de armis noſtris habebit reddere rationem: ſed & Magiſtro rationali noſtro annis ſingulis rationem reddere conſtringetur de his quæ in factione ſive reparatione armorum fuerunt expenſa. Unde caveat, quod cum inventario omnia arma recipiat; ſitque cautus in ſcriptis redigere, cum alicui perſonæ quævis arma tradi juſſerimus vel donari. Attente tamen præcaveat ne præſtet nec tradat aliquid de prædictis abſque Albaranno, ſigillo noſtro ſecreto ſeu Camerlingorum noſtrorum ſignato.

ac ſingulis noctibus ferre prope Regem;

eaque ſervare inventario.

148 Porro cum Nos continget arma velle aſſumere, maxime guerræ tempore, ſit Armator ſolers, diligens & impiger, ut arma Nobis neceſſaria teneat ſemper prompta; atque illa tempore guerræ frequentius ſolito recognoſcat; ne, cum illis uti voluerimus, defectus aliquis valeat reperiri. At vero ſi Armator fuerit aliquando in infirmitate, vel abſentia, vel alias rationabiliter impeditus; eo caſu ſuum committat officium
E uni ex Servientibus armorum ſeu Portariis; & inventarium, quod habet de armis, tradat eidem, quem Nos vel Camerlengi noſtri ad hoc duxerimus pro vice qualibet nominandum. Demum autem volumus, quod Nobis præſtet Armator juramentum & homagium, quod per factum ſuum, damnum perſonæ noſtræ non veniet, imo evitabit pro poſſe damnum, quod ſciret Nobis poſſe quomodolibet evenire, præcipue per illa quæ ſuæ cuſtodiæ ſunt commiſſa: illudque Nobis nihilominus non differet revelare; quodque nihil fecit vel faciet, quo minus poſſit prædicta omnia debite obſervare.

Satagat præcipue tempore belli,

& qui Regi jurat fidem.

De Sartore & ejus coadjutore ℞. arr.

IN decore & compoſitione veſtium eſt attendenda conditio perſonarum; quæ ſcilicet indumenta, quibus perſonis conveniant. Etenim pretioſitas circa veſtes, quæ in perſonis humilibus ſuperſtitioſa notaretur & vana, ea auctoritate dignitatis in aliis reputatur conveniens & honeſta: quia amictus corporis & ingreſſus enuntiant ſapientem, ut alibi Sapiens atteſtatur.
F

Honeſtas veſtium Regem decet:

Eccl. 19, 27.

149 Ut autem veſtes noſtræ congruentes ſtatui ſemper, cum opus & tempus fuerit, ſint paratæ; ordinamus, quod in curia noſtra ſit unus Sartor ſufficiens, qui infra domum noſtram faciat omnes veſtes, ad uſum noſtri corporis deputandas: caveatque, quod aliqua perſona incognita, vel quovis modo ſuſpecta veſtes hujuſmodi non contractet; quodque non in publico proſpectu gentium eas faciat; ſed in aliquo loco ſeparato ab ingreſſu communi, quatenus undique periculum & omnis ſuſpicio extranea devitetur. Inſuper etiam volumus, Sartorem iſtum omnem diligentiam adhibere, ut nullus defectus ſit, quo minus veſtes novas certis temporibus & feſtivitatibus per Nos ordinatis habeamus: quodque ſuper hoc, & ſuper emendis omnibus neceſſariis ad iſtud, ſcilicet Camerlengos & alios, ad quos viderit pertinere; vel etiam, ſi neceſſe eſt, ipſe emat: alioquin, ſi ipſe in culpa fuerit, quo minus veſtes habeamus temporibus per Nos alibi ordinatis, privari eum volumus media parte quitationis unius anni, quam a domo noſtra percipiet mandantes nempe eidem, ne poſſit illius Ordinationis ignorantiam prætendere, ut eam in ſcriptis habeat & obſervet.

idem Sartor unus

eam curet,

pro loco ac tempore;

puniendus ſi quid neglexerit.

150 Præ-

A 150 Præterea diſponimus ut Sartor reddat rationem, de receptis & expenſis, quas facere habet ratione ſui officii, Magiſtro rationali Curiæ noſtræ: ſciatque ſe fore ſubditum Camerlengis: faciet autem juramentum & hominium, ut Armator. Conſequenter ordinamus, ut unus aptus juvenis per Nos eligatur, qui eo abſente, vel alias rationabiliter occupato, in faciendo veſtes noſtras ſuppleat vices ſuas: qui etiam ipſum Sartorem adjuvet inſuendo ſi opportunum fuerit, necnon & in mundando vel ſpalmando cum opus fuerit veſtes noſtras, & ſimilia faciendo in aliquo loco mundo & ſecrato ad hoc apto. Huic autem volumus exhibere Sartori honorem ratione officii: attamen erit ſubditus Camerlengis, & præbebit juramentum & homagium Nobis, ſicut Sartor.

& habeat juvenem adjutorem;

De Sutrice & ejus coadjutrica R. XIII.

QUod in veſtibus noſtris præcipimus & volumus obſervari, ne niſi per Sartorem certum ad hoc deputatum & juratum infra hoſpitium noſtrum fiant; multo magis in interulis ſive camiſiis, & ſimilibus quæ B magis quam aliæ veſtes, noſtræ approximant perſonæ, ſervari volumus.

151 Ordinamus, quod una bona mulier Sutrix in noſtra curia admittatur; quæ infra noſtrum hoſpitium interulas noſtras & ſimilia ſcindat & faciat diligenter: & illa cum opportunum fuerit, etiam pannos lecti noſtri & menſæ, in loco ſecreto lavet & mundet cum effectu, taliter quod iſta ſic ſecreta videri per aliquos nequeant nec tractari. Et pecuniam neceſſariam pro interulis, & aliis ſuo officio Sutricis pertinentibus, a noſtro Theſaurario; & pecuniam neceſſariam pro abluendis interulis, linteaminibus, mappis & aliis, a Scriptore-rationis exigere & recipere non omittat. Camerlingis etiam ſubmiſſa ſit: nobis tamen juramentum & homagium faciat ſicut Sartor. Coadjutrix vero ſua, per Nos eligenda, in ſui abſentia, vel alias impedita, quæ erunt noſtræ perſonæ lavare teneatur: & alia faciat prout poterit, quæ dicta Sutrix erat factura: etiam in ejus præſentia eam adjuvet: mappaſque, quæ in noſtra curia tenentur, & pannos lectorum eorum qui in noſtro jacent hoſpitio, cum neceſſarium fuerit lavet; & ſit ſub Camerlengis: & uni ex Camerlengis faciat ho- C magium cum juramento ut Sutrix prædicta.

Eadem confuat · *& habeat coadjutricē*

De Apothecario & ejus Coadjutore R. XIV.

QUæcumque per modum medicinæ, vel cibi nobis ſumenda vel ingerenda præſtari continget, decet non quidem per incognitam, ſed fidelem & probatam, confici & contrectari perſonam; quo videlicet magis munde & honeſte confecta, nulla poſſit inibi notari ſuſpicio, nulla præbeatur occaſio cuiquam extraneo immiſcendi nocivum aliquid vel impurum.

152 Ordinamus igitur, quod in curia noſtra ſit ſemper unus bonus & fidelis Apothecarius principalis, qui confectiones quaſcumque pro perſona noſtra ipſe conficiat; & ſi propter aliquam neceſſitatem perſonæ noſtræ indigeremus aliquibus electuariis vel ziropis, ſeu quibuſvis aliis medicinis, idem Apothecarius illa perſonaliter faciet & ſecrete, guſtumque de illis faciat, ſi ſint res guſtabiles, antequam nobis ſumenda, vel alias quomodolibet præbeantur. Inſuper debebit etiam providere Apothecarius ut ipſe conficiat vel aliunde procuret confectiones ſeu confectas ſpecies pro aliis perſonis quam pro Nobis, nec non etiam de luminaribus cereis, torticiis videlicet & candelis, ſervata Ordinatione noſtra quam a ſuper hoc fecimus: quam quidem Ordinationem habeat in ſcriptis, ut illam melius abſque violatione cuſtodiat, & obſervet. Caveatque idem D Apothecarius, cujus curæ ſpecialiter hoc ſciat incumbere, ut de præmiſſis confectionibus & luminaribus nullus in noſtra curia ſit defectus. Et quotiens ad nos torticia erunt deferenda ubique extra noſtram curiam ſecretam cameram, ea noſtris Subportariis & in eorum defectu curſoribus & juvenibus de ſtabulis tradi procuret cum effectu.

Confectiones omnes ipſe faciat, · *cerasque curet,* · *& luminaria.*

153 Sane cum itinerando ad locum aliquem accedemus, debebit Apothecarius coadjutorem ſuum præmittere, ut nec in loco unde recedemus, nec in loco deſtinato ad quem ibimus, de confectionibus, vel luminaribus reperiatur carentia, vel defectus. Nec enim volumus quod hæc, vel alia quæ ad ſuum ſpectant officium, committat alii perſonæ quam illi qui ſibi adjunctus fuerit coadjutor. Verum cum ſciverit nos velle pro anima alicujus defuncti miſſam ſolennem facere celebrari, ut addiſcat noſtram voluntatem ſuper numero torticiorum illuminandorum, in dicta Miſſa noſtros Camerlengos ſolicitet diligenter. Singulis vero diebus jejuniorum in ſero, & Dominicis Quadrageſimæ Domini in prandio, noſtris domeſticis de confectionibus ſive ſpeciebus confectis miniſtrat copioſe, & aliis diebus quibuſcumque cum Nos de illis petierimus. Præterea ordinamus, quod vel ipſe principalis Apotheca- E rius, vel ejus coadjutor ſemper in domo noſtra jaceant, parati ſiquis caſus occurreret ſuum in omnibus exercere officium.

atque in hoc hab. et adjutorem. · *& ad curanda omnibus electuaria*

154 Porro debebit Apothecarius obedire Medicis, In iis quæ per ipſum facienda erunt, concernentibus Medicinas; ſed erit ſubditus Camerlengis. Verumtamen de iis quæ adminiſtrat emendo & diſtribuendo, Scriptori-rationis curiæ noſtræ tenebitur reddere rationem, & ab ipſo cum neceſſe erit recipere pecuniam pro prædictis. Juramentum autem & homagium nobis faciet ut Armator; addito, quod ſi ratione ſui officii infirmitatem ſecretam in noſtra perſona ſciret, illam nemini revelabit. Poſtremo volumus quod Apothecarius unum coadjutorem habeat per Nos eligendum, in officio ſuæ apothecariæ intelligentem aliqualiter & expertum, qui ipſum in conficiendo ſi neceſſe ſit & alia faciendo coadjuvet, cuique & in ſua abſentia committat illa, quæ ſuo officio incumbentia ſunt, vel commiſſa. Qui coadjutor debeat adjuvare alios Officiales repoſiti, cum in officio ſuo proprio ipſum vacare non oportuerit. Hic equidem coadjutor jurabit & homagi- F um faciet Nobis, & Camerlengis obediet, ſicut ipſe Apothecarius jurare & obedire eſt adſtrictus.

ſubditur Camerlingo · *ſicut & coadjutor ejus,*

ANNOTATA. D. P.

a *Vide Partam 6. Rub.* 5. de Illuminatione.

De Fructerio, & ejus coadjutore. R. XV.

AD omnia quæ nobis proponuntur in cibum, decet pro eorum procuratione, vel circa, electam potius & de fidelitate probatam ſemper aſſumi perſonam; quæ & ſciat meliora diſcernere, & periculo, quod poſſet ex talibus perſonæ noſtræ contingere, ſciat cautioſius præcavere.

Hujus erit

155 Eapropter in curia ſeu repoſito noſtro unum volumus virum deputatum fidelem, cui ſit cura principalior emere fructus, caſeos, ac ſal, & ſimilia, quæ tam pro Nobis quam pro familiaribus in noſtra curia expendentur. Volumus etiam quotienſcumque caſeos aut fructus ita deteriorari contingeret, quod coram noſtris domeſticis non eſſent competentes adponendum; per dictum a Fructerium ſtatim eleemoſynariis diſtribui; & per dictos eleemoſynarios Chriſti pauperibus

fructus, caſeos, &c. emere,

A bus elargiri præcipimus & mandamus. Et ita dum nos itinerare contigerit ea præcipimus pariter obſervanda.

156 Prædicta autem omnia emat, quotiens commode fieri poterit, præſente ejus coadjutore & ſcribente, ſervata ordinatione alias per Nos facta ſuper hoc, quam in ſcriptis habeat & obſervet; caveatque quod guſtum faciat de omnibus præmiſſis, quæ Nobis ſumenda debebunt quomodolibet anteponi. De omnibus autem quæ expendet emendo talia debebit a Scriptore-rationis habere pecuniam, & ipſi Scriptori-rationis curiæ noſtræ reddere rationem. Cum autem Nos itinerare continget, ipſe vel coadjutor ſuus ſemper prius antecedat, ut caveat ne defectus eſſe poſſit de iis quæ ſpectant ad ejus officium in prandio, vel in cœna. Debebit etiam cum poterit ſine detrimento officii ſui ſi neceſſe fuerit alios Officiales repoſiti adjuvare. Præterea volumus eum eſſe ſubjectum Camerlengis; faciet autem Nobis juramentum & homagium, ſub forma per Nos de Armatore ſuperius ordinata.

præſente coadjutore; præcedere debet itinerantem Regem, & cum ipſo

157 Coadjutor autem Fructerii, qui per Nos deputabitur, in emptionibus per prædictum Fructerium fiendis, rebus prædictis intereſſe debere perſonaliter, &

B illas ſcribere ſe agnoſcat obligatum, quotiens hoc commode fieri poterit & non erit inopportunum ipſumque Fructerium debat in adimplendo ſuo officio adjuvare, ſupplereque vices ejus illo quomodolibet impedito. Debet etiam adjuvare alios de repoſito, cum in ſuo officio non fuerit occupatus. Subjiciuntur etiam Camerlengis, ad quorum mandatum, quæ ſcribenda fuerint in noſtro Regio repoſito, ſcribat diligenter: Nobis autem juramentum & homagium faciet, prout Fructerius principalis.

quem ſunt coadjutor; illi fidem ſuret.

ANNOTATA D.P.

a *Vide Partem 6. Rub. 4.* de Fructibus in menſa miniſtrandis.

De Argentario & ejus coadjutore. ℞. XVI.

UT ſervitia noſtræ perſonæ, complete ut decet & abſque defectu fiant, diverſas perſonas, ſecundum diverſitatem officiorum, inſtituiſſe neceſſitatis exiſtimamus.

158 Unde Argentarium in noſtro depoſito ducimus decernendum, qui ad noſtrum palatium argentum, ſeu vaſa aurea & argentea; mappas (item) quibus tam Nos quam noſtri domeſtici comedentes potimur, deferre teneatur (exceptis amphoris & aliis ad noſtrum

C potum neceſſariis) & abinde illud & illas ad repoſitum reportare. Argentum vero deferendum ad coquinam tradat illi ad hoc deputato, a quo poſt comeſtionem recuperare procuret diligenter. Quæ vaſa aurea & argentea & Mappas, ſub Camerlengo Milite, admiſſo primitus in officio, facto inde inventario, teneat & cuſtodiat fideliter; & de illis Camerlengis rationem reddat, quotiens ab eis fuerit poſtulata; noſtramque menſam ponat atque paret.

ſupellectilem menſarum auream, argenteam, lineam; curare obligatur;

159 Tempore vero, quo nos itinerare contigerit, ipſe, vel ejus Coadjutor, primus vadat; & ſic faciat quod ubicumque accedemus, ut noſtram decet Celſitudinem, ad ſervitium noſtrum argenti inveniamus complementum. Suum vero officium, itinerando, vel non, ſuo Coadjutori, quando neceſſarium fuerit, poſſit committere exercendum; ſic ut nullum defectum propter ejus abſentiam officium patiatur: ſitque ſolicitus habere & tenere in ſcriptis modum, qui ſervatur in tenendo a argento prælibato. Inſuper in repoſito ipſum, vel ejus coadjutorem jacere volumus & mandamus. Tenete vero aquam paratam cum ad menſam accedere debemus, D pro noſtris manibus & pauperum lavandis, & aliorum qui ibi fuerint lavandi, cum bacinis argenteis, nullo modo omittat. Camerlengis autem ipſum volumus eſſe ſubjectum, quorum uni juramentum faciat, quod bene & fideliter dictum argentum cuſtodiat, ac ſuum officium faciet; ac homagium, quod per ſuum officium damnum noſtræ perſonæ nullum eveniet quoquomodo, ſed illud evitabit toto poſſe; nobiſque, ſi ſciret ullum, vel Camerlengis confeſtim revelabit: & quod nihil fecit quominus prædicta firmiter nequeat adimplere.

cum Coadjutore; item aquam pro manibus ante menſam lavandis; Camerlengis juratus

160 Et ut prædicta plenius valeant perfici, una perſona apta per Nos deputetur, qui Camerlengis ſit ſubjectus, & Coadjutor Argentarii nominetur: & eumdem Argentarium, in quibus poterit, juvare non omittat; & in ſui abſentia ſuum officium exerceat & peragat diligenter. In abſentia etiam Scopatorum, aquam noſtris domeſticis poſt comeſtionem manibus adhibere ſit aſtrictus; & etiam ante comeſtionem, niſi lavatorium ſit ibi decens & optimum. Et faciat juramentum & homagium, quod per prædictum Argentarium eſt fieri ordinatum.

vel & Coadjutor ejus.

E

ANNOTATA D.P.

a Hoc *facere videtur partis 6. Rub. 6. non tamen hoc; ſed aliud omnino eſt, quod hic jubetur* in Scriptis tenere *Argentarius.*

De Folreria. ℞. XVII.

NOn ſolum hoſpitia, ad quæ Principes & magni Domini declinare valeant, ſunt aſſignanda; imo quod ea decenter parata & fornita, a ſcamnis, lectis, & aliis ſimilibus inveniant; fore neceſſarium arbitramur.

Foris apud ſe Regi cum ſuis a

161 Volumus quidem unum aptum & ſufficientem hominem in noſtra curia deputari, qui Folrerius b nuncupetur: qui hoſpitia tam pro Nobis quam pro noſtris domeſticis recipiat & aſſignet; quotiens ejus officium duxerimus requirendum. Emat etiam omnes paleas emendas, tam pro lectis ad opus noſtræ perſonæ præparandis, quam eorum qui intus noſtrum hoſpitium debebunt jacere quorumcumque, etiam nobis itinerantibus: procuretque habere diligenter pannos pro lectis in noſtro hoſpitio fiendis, illis videlicet qui pannis indigebunt; & illos miniſtret & tradat, ut optimum fuerit & congruum, melioribus tradendo meliores: pro quibus lectis locatis per eum, ſolutionem, prout ſibi conveniens F videbitur, juſſimus tribuendam. Decernentes ad ſuum officium pertinere, lectos de dictis paleis facere vel fieri facere, tam pro Nobis quam aliis quos intus noſtram cameram jacere continget, prout per noſtros Camerarios, vel eorum aliquem eidem injungetur.

b; hoſpitia parat, & lectiſt.

162 Et provideat, ut melius poterit, nobis itinerantibus, quod in hoſpitiis, quæ pro noſtris ſequacibus aſſignata fuerint per ipſum, lecti decentes & alia opportuna ipſis ac ſuis familiis & equitaturis inveniantur complete per eoſdem. (Volumus etiam tunc quod in hoſpitio, ad quod Nos declinaverimus, menſarum & ſcamnorum, in quibus cum noſtris ſequacibus epulari & ſedere poſſimus, complementum reperiatur, eumdem procurare; & ad dictum hoſpitium, niſi in eo ſit, deferri facere teneatur. Nec non etiam ad ſuum officium volumus pertinere, in æſtate procurare virentia, & in hieme ſtramina & ligna, pro ignibus in noſtris cameris & palatiis fiendis, vel ſimilia juxta temporis qualitatem. Ac inſuper in die Ramis-Palmarum Ramos, qui in proceſſione deſerviunt, procurare pro Nobis & noſtris familiaribus ſit adſtrictus. Et ordinamus, quod pro præmiſſis ſic agendis

ac reliquam ſupellectilem; virentia æſtate & ligna hieme.

A agendis à noſtro Scriptore rationis pecuniam accipere non omittat: & de ea computum & rationem eidem Scriptori reddere ſit aſtrictus: cui quantum adhoc & Camerlengis, in agendis per eum ex ſuo officio intra noſtrum hoſpitium, & in aliis Majoribus domus ſubmiſſum ſe agnoſcet: & quod fideliter in ſuo officio ſe habebit, noſtris juramentum faciet Camerlengis.

ANNOTATA D. P.

a Fornire, fournir, *providere de neceſſariis*; *incerta etymologia vox*. *Cangius a furnis eam petit, qui panibus impleri ſolent, quod nondum ſatis placet eruditis.*

b *Gallice* Fourrir, *quod Cangius haud incommode deducit a* Frodrariis, *quaſi primitus Forerius incubuerit* Fodrum *procurare*. *Ego ab adverbio* Foris B *trahere mallem quia foris agenti Principi & curia ejus hoſpitia deſignent*; Metatores *Latine diceremus ab iis qui caſtris ponendis metas ponebant*. *Hic autem* Folrerius *ſcribitur, addito* l, *cujus ratio non apparet*.

De Paratore (a) *& ejus Coadjutore*. *Rubr.* XVIII.

CAmeras ſeu cubicula noſtra decet eſſe convenienter ornata, non quidem ſuperſtitioſis apparatibus, ſed undique ſervetur honeſtas noſtro congrua ſtatui, & modeſtia congruens pudicis moribus inibi perſeveret.

Committitur ei cura paramentorum cameræ Regiæ,

163 Quapropter ordinamus in noſtro repoſito unum deputari ſpecialiter virum, qui paramenta & cortinas apponat circa lectos noſtros & ordinet, nec non & ſedilia noſtra quæ tenere conſuevimus in conſilio & in menſa, caveatque quod ſuper appoſitione paramentorum noſtram ſuper hoc alias factam b ordinationem, obſervet, quam in ſcriptis habeat, ne poſcit circa id ignorantiam allegare. Inſuper etiam ad iſtius officium ſpectat, quando itinerabimus, ſellam pro ſecretis naturæ, & quæ ad illa fuerint neceſſaria portare. Item etiam facere lectos eorum qui habent in camera noſtra jacere; aquamque neceſſariam pro uſu noſtræ cameræ deportare, & ne de ea defectus ibi ſit ſedule providere. Cum autem nos iter facere alicubi continget, debebit aquam, ornamenta, paramentave, & argentea vaſa portare, cum quibus tranſire c poſſimus, ad uſum noſtrum; ſi forte ſaumarii, portantes arneſia & ſupellectilia noſtra, hora congrua non veniſſent. Eoque tempore cum viagium faciemus, ipſe vel coadjutor ſuus ſemper antecedere debebit, ad præparandum illa omnia, quæ ſibi ex officio ſunt injuncta. Cum autem in ſuo officio alicubi non fuerit occupatus, debebit alios Officiales noſtri repoſiti adjuvare.

& aquæ in adferendo,

etiam ad pedes lavandos,

164 Demum ordinamus, quod pro noſtris pedibus lavandis aquam parare non omittat, cum opportunum fuerit vel ei injunctum per aliquem ex noſtris Camerlengis, aut Scutiferis cameræ vel Camerariis. Et idem faciet cum pedes pauperum velle abluere nos continget. Camerlingis autem erit ſubditus: quibus equidem juramentum præſtabit & homagium in forma quam ordinamus de Sartore. Coadjutor autem, qui per Nos eligetur Paratoris, debebit ipſum in omnibus ad ejus officium pertinentibus adjuvare, eidemque deferre in omnibus prærogativas honoris, maxime quoad ea quæ officium ſuum ſpectant; debebit etiam alios de repoſito adjuvare: ſuberit etiam Camerlengis; quibus juramentum & homagium faciet, ſicuti principalis.

datorque Coadjutor,

ANNOTATA. D. P.

D

a *Dicitur* Parator *a parando, ſicut & paramenta, adeoque in propria vocum notione, a qua deſlectens uſus Francorum* Paratores *nominavit* Sartores; *& nunc quoque eoſdem a paramentis faciendis appellat* Parmentiers, *quaſi* Paramentarios.

b *Vide Partis* 5. *Rubricam* 3.

c Tranſire, *contemnam pro tempore eſſe etiam idiotiſme Francico dicitur, ſe paſſer*.

De Cuſtode-tentoriorum & ejus Coadjutore. Rubr. XIX.

PRo ſubminiſtratione juſtitiæ, qua terras & ſubditos noſtros ab indebitis vexationibus defenſare tenemur, indita Nobis quandoque neceſſitate bellandi, pro obſidendo forſitan inimicos ſeu aliis conſimilibus cauſis, quibus ad arma nos oporteret intendere, opus habemus plerumque caſtrametari, & ſub tentoriis & papilionibus immorari.

Tempore belli ne deſint tentoria, B

165 Ut igitur præſto ſint hujuſmodi tentoria, cum caſus talis neceſſitatis occurret, ordinamus in curia noſtra unum deputari hominem, ſubtilem & aptum, qui ſemper, etiam pacis tempore, tentoria noſtra cuſtodiat & ſervet integra & parata, eaque recognoſcat frequenter & reſarciat, ſi quid ruptum ibi fuerit vel alias reparandum; recepta a Theſaurario pecunia ad hoc neceſſaria, de qua per ipſum Rationali computum reddi jubemus. Cum autem nos in expeditione ſub ipſis tentoriis eſſe continget, tunc ille diligenter & ſolerter plus ſolito ipſa tentoria recognoſcat, & ea die noctuque cuſtodiat; & ſi aliquis defectus in iis fuerit vel ruptura, confeſtim reparet & emendet. Voluinuſque quod tunc ſecum habeat aliquas perſonas in hoc expertas, quæ ſciant & poſſint ipſum cum opus fuerit in talibus adjuvare, ipſe autem eo tempore prope tentoria noſtra continue jaceat & pernoctet.

curanda ſūt etiam tempore pacis,

cui vel præfectus,

166 At vero cum tempus pacis extiterit, nec iſte fuerit in ſuo officio occupatus, tunc eum teneri volumus, cum ad menſam intrare voluerimus, vaſa argentea ad uſum coquinæ neceſſaria, de palatio noſtro ad coquinam portare, ac demum de coquina ad repoſitum reportare, & ibidem tradere illi qui habet ea ex officio cuſtodire. Cum vero iſte circa præmiſſa occupatus non fuerit, tunc tenebitur alios Officiales de repoſito noſtro adjuvare. Demum autem, quoad omnia quæ facere habet, volumus ipſum eſſe ſubditum Camerlengis, eiſque juramentum & homagium faciet, quale Armator facere debet Nobis. F

etiam curabit menſalium argentarii

167 Coadjutor autem iſtius, qui per Nos conſtituetur, ſi abſentia vel infirmitate vel quovis modo alias iſte rationabiliter occupetur, tenebitur omnia facere quæ principalis facere tenebatur. Cumque principalis circa tentoria occupabitur, coadjutor habebit vaſa argentea ad coquinam portare & reportare ab inde. Cum vero in iis quæ ſui ſunt officii non occupabitur coadjutor, tunc illos de repoſito conſimiliter adjuvabit. Etiam in abſentia Senpatorum in palatio domeſticis noſtris ante eorum comeſtionem aquam manibus præbere non omittat, niſi ibi lavatorium decens fuerit præparatum; poſt vero comeſtionem dictis domeſticis, antequam de menſa ſurgant, aquam dare manibus teneatur. Inſuper etiam Camerlengis erit ſubditus, facietque eis juramentum & homagium ſicut facit alius principalis.

& in utroque habebit Adjutorem.

A

De Scopatoribus. Rx. xx.

Quia curando officia, parum vilia.

QUia in tanta fragilitate natura humana poſita eſt & conſtituta, quod pluribus ſervitiis indigat, & etiam aliquotiens de minimis rebus eſt opus ei; ideo hoc in conſideratione deducto, Nos qui de majoribus officiis tractavimus, de minoribus convenit ariam ordinare, de quo minima verecundamur.

168 Ordinamus igitur quod in noſtro repoſito ſint [a] duæ perſonæ quæ Excupatores nominentur. Ipſi enim tam cameras noſtras quam palatia ſcobare & mundare teneantur, & in eis ignes incendere & parare a feſto omnium Sanctorum uſque ad feſtum Paſchæ, & quotiens aliis temporibus eis fuerit injunctum; & menſas noſtrorum domeſticorum ponere in palatia, præter noſtram; & illas præparare; aquamque noſtris domeſticis ante comeſtionem in manibus lavandis dent & miniſtrent, niſi ibi decens fuerit lavatorium præparatum: & etiam

Scopatores ſtatuuntur,

qui facere quoque in- ſtruant,

B

poſt comeſtionem dictis domeſticis, antequam de menſa ſurgant (aquam) præbeant diligenter: nec non juncum & ſtramenta & alia in dictis noſtris cameris & palatiis; a Folrerio recepta, debitis ſpargant temporibus. Faciant etiam lectos noſtrorum ſervientium armorum, quos ante januam noſtræ cameræ jacere continget. Cum vero itinerabimus, alter ipſorum primus accedat, ut ſuum faciat officium. D

aquam domeſticis ad menſam infundant

169 Subjecti autem ſint Camerlengis & omnibus de noſtra camera in iis quæ per eos ſunt agenda in camera cum effectu. Pigri inſuper non ſint, cum circa eorum officium vacare nos oportuerit, alios de repoſito ſi opus fuerit adjuvare. Camerlengis juramentum faciant & homagium, quod per officium eorum malum noſtræ perſonæ non venient, imo evitabunt & revelabunt ſi ſcireat: & quod nihil per ipſos factum eſt neque fiet, quod obſtare videatur ad obſervantiam prædictorum.

omnibus de Camera ſubditi,

ANNOTATA D.P.

a Excupare, *quaſi* excſcupare, *ſcopis purgare.*

INCIPIT TERTIA PARS,

E

Super officio Cancellarii, & eorum qui illi ſubeſſe dignoſcuntur.

Qui in hujus partis frontali imagine, quaſi in ſenatu, præſidet Cancellarius, pingitur tunica laxiori, coloris violacei, cum epomide ſpeciali albis pelliculis ſuffulta; alii alio colore ſinguli, ſed æque ac ipſe pileolis nigris caput tecti, quorum omnium veſtis paulo brevior, ſed duplex, laxioribus ad humeros manicis. In his cenſeas licet Vice-cancellarium, auditorum curiæ ac Promotorem, qui vero capite nudo in ſimplici veſtitu cæruleo aſſiſtit, quaſi aliquam ſcripturam legens, poſſet ſcriptor ſeu Notarius videri.

De Officio Cancellarii. Rx. I.

QUia Majeſtas Regia grado eximio ſublimatur; & pleromque erga magna negotia agitatur, merito litteræ ab eadem procedentes ſunt excellentis viri judicio corrigendæ, & ad formam juri rationique congruam reducendæ.

170 Jubemus igitur hac utili ſanctione, quod in noſtra cancellaria præſit unus Cancellarius, excellens Legum Doctor: qui quidem ſigilla noſtra teneat & cuſtodiat diligenter; excepto ſigillo ſecreto, quod per Camerlengos teneri decrevimus fore optimum. Idem

Committuntur ei ſigilla,

C

Cancellarius etiam literas noſtras legere & corrigere, ad formam idoneam reducendo, & ſigillo noſtro poſtea communire teneatur; illas videlicet dumtaxat, quæ per nos aut aliquem de noſtro conſilio vel Secretarios ipſi Cancellario vel Vice-cancellario, aut alicui ex Notariis Cancellariæ prædictæ, juſſæ fuerint ſeu injunctæ, modo & forma per Nos ſuper hoc edita inviolabiliter obſervatis. Et ut omnia ſecundum voluntatem noſtram melius procedant, ipſi Cancellario jubemus, ut nullum privilegium perpetuum ſeu privilegiorum confirmationem, aut rerum immobilium ſeu jurisdictionis dationem, ſigillare præſumat, niſi primitus ſubſcriptione noſtra fuerint roborata. Nec non ſolicitus ſit de omnibus, quæ ad Cancellariam noſtram pertinere aliquatenus dignoſcuntur.

ſed ſubſcriptio non niſi a Rege applicanda

171 Volentes tamen, quod ſi per Nos immediate, vel ex parte noſtra per aliquem de noſtro conſilio aut Secretariis mandentur, aut per Auditores, ſicut ex eorum officio poſſe mandare ordinavimus, non obſtante quod ex parte noſtra minime mandarentur, præmiſſis Cancellario, vel Vice-cancellario, aut Scriptoribus dictæ Cancellariæ, vel alicui eorum quædam litteræ, quæ injuſtæ vel quoquomodo incongruæ, arbitrio Cancellarii cenſeantur, recuſet tales litteras noſtro ſigillo communire, niſi ſecunda juſſio noſtra ex certa ſcientia fuerit ſubſecuta. Inſuper, quia cui conceditur quod plus eſt, etiam quod minus eſt concedere iniquum minime reputatur; litteras juſtitiæ, continentes etiam Summariam ſeu abſque lite expeditionem, proprio motu mandare & ſigillare valeat, ſicut ab aliis mandatas corrigere poſſe dignoſcitur. Caveat tamen ne prædicti conceſſione taliter abutatur, quod officium Auditorum annihilari poſſit quoquomodo, ſeu evidenter impediri. Et ut ne ultra noſtram Ordinationem aliquid per noſtrum Vice-cancellarium, aut aliquem ex Scriptoribus dictæ Cancellariæ, pro inſtrumentis vel litteris ſiendis recipiatur, vel agatur, penes ſe idem Cancellarius tranſſcriptum ejus Ordinationis, & agendorum per eoſdem Vice-cancellarium & Scriptores, tenere non omittat.

quæ ſi incongrua videantur,

litteram juſſionem expectet.

idem poteſt ſummarie decidere cauſas;

F

caveat ne exigatur quid ultra taxã;

172 Cum vero taxationes pretiorum dictorum inſtrumentorum & litterarum, aut alicujus eorum, quæ taxationes per Vice-cancellarium prædictum, & in ejus abſentia per aliquem ex ſcriptoribus dictæ Cancellariæ, quem dictus Cancellarius ad hoc deputandum duxerit, in aliqua inferiori parte inſtrumentorum & litterarum prædictarum ſcribi debent, juxta dictam ordinationem, viderit exceſſivas; ipſas taxationes minuat & debite corrigat, prout ſuæ conſcientiæ Dominus miniſtrabit: quam ſuam conſcientiam ſuper iis totaliter oneramus: quodque ipſe Cancellarius demum taxaverit, recipi per Vice-cancellarium, aut in ejus abſentia per dictum Scriptorem permittat & haberi faciat, & non ultra. Dictus Vice-cancellarius, vel in ejus abſentia dictus Scriptor, de pecunia quæ inde venerit reddat computum, de tribus in tribus menſibus, Magiſtro rationali.

& taxationes adſcriptas,


recognoſcens

deque temporis reddat rationem;

173 Quia vero in noſtris conſiliis per noſtros Conſilia-

caveat ne ſententiam

Digitized by Google


Cancellarius 1
Vice-cancellarius 2
Directores conſcia Regis 3
Auditores 5
Promotores 6
Confeſſor 7
Scriptor Cancell. æ 3
Capellanus 8
Scholaris Capellæ 9
Scholaris Eleemoſ. æ 11
Eleemoſynarius 10
Servitores Eleemoſ. æ 12
Curſores 13

A liarios indicendis per eos conſulendo, ſit Ordo debitus merito obſervandus; ducimus ſtatuendum hoc edicto, quod conſcientiæ numquam in noſtris conſiliis deſtruantur; quædam ſuper quibus unumquemque ex Conſiliariis Clericis tantum, vel unumquemque ex Conſiliariis quibuſcumque ſuum dicere conſilium oportebit; injungat prius ceteris quam majoribus, quod dicant quæ ſciverint conſulendo: quia melius eſt quod ceterorum dicta corrigantur per majorum dicta poſtea ſubſecuta, quam ſi majorum dicta corrigerentur per ceterorum dicta poſtea ſubſecuta: & ſi majores prius dicerent quæ concernerent conſulenda, forte talis deteſtandæ abſurditatis occaſio præberetur, quod ceteri nolentes favore; aut non audentes timore diſcedere ab eiſdem, omitterent dicere quæ opinarentur conſulenda, intellectum proprium enormiter ſubvertentes. *inferiores dicant ante majores;* *ſupplicationes expedias,*

173 Præterea volumus, quod ipſe Cancellarius diſponat alia, quæ præſentibus Nobis in conſilio fuerint peragenda, modum ſtandi, & proponendi, & ſimilia, perſpectis perſonarum ſtatibus ibidem, juxta noſtram ſuper his editam ordinationem, ejus copiam apud ſe habeat decernendo. Nec non expeditiones ſupplicationum, ſcribendas in exterioribus partibus earumdem, in B conſilio dictet & ordinet, prout fuerit concordatum ſive conceſſum per noſtram Regiam Majeſtatem. Verum reſponſiones, faciendas in dicto conſilio ex parte noſtra, quaſcumque & quibuſcumque (niſi alii expreſſe committeremus aliquas ex illis) facere verbotenus ſit ſciat obligatum. Curamque etiam volumus habeat, ut ordinationem, quam ſuper ſalariis commiſſionum fecimus, obſervari faciat cum effectu: nec non illa quæ ad arbitrium taxari habent, ipſe, obſervato moderamine & inſpecto labore, arbitrari non omittat. *verbotenus exponat Conſilio reſponſa Regia,* *examinet promovendos ad judicaturam & tabellionatum;*

174 Ordinantes inſuper & volentes ad ſuum pertinere officium, ut omnes quoſcumque, quibus publicum officium judicaturæ & tabellionatus erit committendum, de ſufficientia & aliis decentibus examinet diligenter; & quos ſufficientes fore noverit, ipſos expediat, tradendo illis officium deſtinatum. Si vero contigerit ipſum Cancellarium aliquo caſu noſtram non valere ſequi cancellariam, tunc locum ſuum & ſigilla noſtra prædicta noſtro Vice-cancellario committere & tradere non omittat. Poſtremo eidem Cancellario debite corrigendi & puniendi, tam amiſſione quitationis vel ſuſpenſione officii ad tempus, ſubmiſſos per Nos ſibi, ſi eos in officio eorum ſciverit deliquiſſe; quam etiam capiendi & faciendi capera, ex certa ſcientia concedimus facultatem. Sed nullum qui ſit in Conſiliarium noſtrum C aſſumptus, abſque noſtra ſcientia & conſenſu, poſſit ab officio ſive conſilio ſuſpendere quoquo modo. *& corrigat delinquentes,* *ſibi ſubditos* *quibus & licentiam dare poſſit,*

175 Declarantes eidem fore ſubmiſſos, omnes Prælatos, Capellanos, Clericos, Doctores, Juriſperitos, de conſilio aut domo noſtra exiſtentes: in caſibus tamen in quibus non contradicunt Canonicæ ſanctiones. Et Auditores & Promotorem Milites; nec non omnes Judices, Notarios & Scriptores, in noſtris terris commorantes; Secretariis noſtris & Scriptori-rationali noſtræ curiæ, ratione ſui officii, ſubmiſſis dumtaxat exclusis: & iis licentiam recedendi a curia noſtra, ſecundum quod ei videbitur, poſſit tribuere, exceptis illis qui noſtro Conſilio fuerint decorati: nam florentiſſimis Conſiliariis noſtris per Nos tantum eſt talis licentia concedenda. Poſſitque idem Cancellarius Curſores noſtros, ſi negligentes eos invenerit in eorum officio, corrigere & punire quitatione unius menſis aut inſtu, prout ſibi videbitur faciendum. *non tamen Conſiliarios,*

176 Ut autem bene & legaliter ſupradicta omnia peragantur, per dictum Cancellarium, ipſe Cancellarius juramentum Nobis facere ſit aſtrictus, quodque non fecit aliquid quod prædicto juramento inviolabiliter obſervando valeat obviare. A noſtræ vero Capellæ D Scholari & Eleemoſynæ, & a pueris qui de eleemoſyna nutriantur, juramentum & homagium recipere non omittat, quod per factum vel conſilium eorum damnum perſonæ noſtræ non eveniet, maxime per illa quæ ipſi contractant & quæ Nos etiam contractamus; & quod nihil fecerint nec facient, quo minus prædicta non debeant nec poſſint firmiter obſervari. Nec non cum noſter Cancellarius, juxta noſtram ordinationem, de Conſiliariis eſſe cenſeatur; volumus ut juramentum, præter prædictum, prout in dicta ordinatione eſt ordinatum Nobis faciat cum effectu. *& homagium Regi faciens,* *ipſum exigat a miniſtris capellæ,*

De Vice-cancellario Rub. 11.

CUm humana fragilitas non continua hominem incolumitate corporis perfrui patiatur; cupientes ut officium non modicum noſtræ Cancellariæ, in qua omnia negotia juſtitiam concernentia, quæ ad noſtram devolvuntur curiam, exiſtunt expedienda aliquo accidente indigere valeat gubernare; ideo *Inſtitui Cancellarii:*

177 Ordinamus quod in noſtra præfata Cancellaria unus vir fidelis & ſapiens, & in jure civili peritus, poſt Cancellarium proponatur, vinculo alicujus ſacri Ordinis minime alligatus; ut ſi forte quid per Cancellarium in criminalibus fieri non poterit, per iſtum ſuppleatur. E Qui quidem Vice-cancellarius ut litteræ in illa conficiendæ bene ut convenit ſint dictatæ, & ut de jure procedant, laboret diligenter; provideatque quod omnes litteræ, quæ per Nos aut aliquem ex noſtris Conſiliariis vel Secretariis ex parte noſtra, per Cancellarium aut per Auditores, licet ex parte noſtra mandatæ non ſint, ſecundum quod ratione ſui officii hoc eos facere poſſe declaravimus, fieri in dicta Cancellaria præceptæ fuerint, expediant vel expediri faciat, quantum in eo fuerit, effectualiter abſque mora. Et ut omnia in noſtra Cancellaria debite peragantur, circa ea poſt Cancellarium attendat cum effectu. *vices illo gerens,* *curet quæ jubet,*

178 Indefeſſam etiam eum volumus habere diligentiam, ut litteræ quæ ſuper ſupplicationibus emanantur, complete contineant factum, quod in ſupplicatione viderit contineri; taliter quod in hoc defectus, qui noſtris gentibus gravamen non modicum poſſet inferre, minime reperiatur. Decernentes, ipſum eſſe aſtrictum ſcribere manu propria in inferioribus partibus dictarum litterarum, cum deferendæ Cancellario, cauſa corrigendi & ſigillandi, fuerint quantitates pecuniæ, quas F ipſe Vice-cancellarius pro jure Cancellariæ debere recipere pro illis cujus copiam, juxta noſtram ordinationem ſuper iis factam (penes ſe habeat) fuerit arbitratus; quas quantitates, prout per Cancellarium fuerint approbatæ, recipere & aggregare, ac de illis de tribus in tribus menſibus rationali noſtræ curiæ reddere computum teneatur. *litteras recognoſcat,* *taxaſque recipiat.*

179 Ordinantes inſuper quod quotiens noſtrum Cancellarium ſequi noſtram Cancellariam non poſſe contingat, noſtra ſigilla, quæ per ipſum Cancellarium teneri ſunt ordinata, & alia agenda ex officio ipſius Cancellarii, præfatus Vice-cancellarius tenere & peragere in omnibus non omittat, excepta juriſdictione eidem Cancellario attributa. Quare officium Cancellarii, & omnia quæ Cancellarius in ſcriptis habere tenetur, penes ſe in ſcriptis habere minime prætermittat. Cum vero & quotiens noſtri Majores-domus, exercentes juriſdictionem per Nos eis attributam, ipſum Vice-cancellarium in aſſeſſorem aſſumere voluerint, eis aſſiſtat in omnibus fideliter ut aſſeſſor: concedentes, inquam, eidem Vice-cancellario, quod Curſores noſtros, ſi circa eorum officium exercendum negligentes invenerit, *ſigilla pro Cancellario ſervet,* *Majori-domus aſſiſtat requiſitus,* *Curſorum defectus puniat.*

A nerit, poſſit eos quitatione unius menſis vel infra punire, prout ſuæ diſcretioni videbitur faciendum. Juramentaque, quæ Cancellarius facturus exiſtit, Vicecancellarius Nobis faciat cum effectu.

De Scriptoribus Cancellariæ ℞. xxi.

CAncellariam noſtram taliter diſponere cupientes, quod univerſis, pro ſuis negotiis ad eam accedentibus, celeris expeditio præparetur; & quod in ea ſcribendi officium perfectius & facilius explicetur;

180 Sancimus & ordinamus, quod deinceps in dicta noſtra Cancellaria ordinarie ſint Scriptores ſeu Notarii quatuor, boni, ſufficientes & fideles, qui litteras ſcribant & omnes alias ſcripturas ad Cancellariam pertinentes, & ea omnia in regiſtris reponant. *Notarii 4 adſint,* Nec non volumus quod in litteris, quæ ſupplicationibus concedentur & fient, factum in ſupplicatione contentum breviter inſerant in effectu, non quod ſupplicationem prout jacet, includant. Volumus inſuper quod in ſcribendis litteris modum debitum ſervent, juxta noſtram Ordinationem a ſuper dicto modo ſcribendi editam, quam præcipimus per dictos Scriptores teneri & in ſcriptis haberi. *& modum ſibi præſcriptum obſervent,* a

B 181 Jubemus etiam quod ad mandatum omnium de noſtro Conſilio & etiam Secretariorum noſtrorum factum ex parte noſtra, vel per Cancellarium aut Auditores, ſi non noſtro mandato, prout ad illorum officium pertinet, litteras & alias ſcripturas eis injunctas faciant; *majoribus Officialibus obediant,* ſed nomina illorum, qui litteras & alias ſcripturas facere mandaverint in eis apponant, in partibus inferioribus litterarum; in hunc videlicet modum. Nam ſi mandentur per nos in Conſilio, hæc verba. Per Dominum Regem in Concilio, in parte dextra ipſarum litterarum ſubſcribantur. *ex parte Regis aliquid ſcribi mandantibus,* Si vero mandentur per Nos extra Concilium, hæc verba. Per Dominum Regem, ſubſcribantur in loco & litteris antedictis. Si autem mandentur per Cancellarium, hæc verba Per Dominum Regem ad relationem noſtram ſcribantur in loco & litteris memoratis, niſi ipſe per ſe mandaverit & tunc ſcribatur, Ad relationem noſtram. Sed ſi mandentur per aliquem ex Conſiliariis vel Secretariis, hæc verba exprimendo nomen illius Per Dominum Regem, ad relationem talis vel talium, ſubſcribantur in loco & litteris ſæpe dictis. In partibus vero eiſdem, immediate poſt dictas ſubſcriptiones propria nomina ſcribere non omittant. C Volentes tamen, quod cum mandabuntur eis litteræ per aliquem ex noſtris Conſiliariis aut Secretariis ex parte noſtra, antequam ipſas litteras ſigillandas portent, eas oſtendant illis qui eis mandaverunt; ut illi mandantes videant, an juxta noſtrum procedant mandatum. *ſed expreſſo mandantis nomine in litteris.* Ubi vero Auditores ratione eorum officii de iis quæ fieri noſtra poteſtate, noſtra Serenitate inconſulta, expedire poſſunt, litteras per ea quæ in ſupplicationibus ſcribi juſſerint mandaverint; nomina eorum in dextera inferiori parte litteræ apponere minime omittant, in hunc videlicet modum: Per auditorem b .... & ....

b

182 Præcipimus etiam, quod unus vel duo ipſorum, prout per Cancellarium vel Vice-cancellarium ordinabitur, Auditores continuent c & ſequantur, quorum juſſu ſcribant ſuper ſupplicationibus, quæ per Auditores eis ſcribenda mandabuntur, & nomina illorum qui eas expedierint; dummodo ipſi Auditores poteſtatem per Nos eis attributam ſive Ordinationem ſuper iis factam (cujus copiam dicti Scriptores ſive Notarii in ſcriptis teneant) ad unguem obſervabunt. *c Duo ex ipſis aſſiſtāt Auditoribus,* Scribant etiam litteras, quæ ex parte dictorum Auditorum ratione ſui officii quibuſvis dirigentur. *pro iiſque litteras ſcribant,* Nec non etiam tam acta quam alias ſcripturas, quæ in cauſis quæ coram noſtris Majoribus-domus agitantur, ſcribere teneantur, quando per ipſos Majores-domus fuerint evocati. D Prædictos autem ſcriptores ſubeſſe volumus Cancellario & Vicecancellario noſtris, & Auditoribus illos qui Audientiam ſequentur; de iis tamen quæ officium concernunt Auditorum, & quamdiu Auditores ſequentur. *& pro Majoribus-domus:*

183 Caveant inſuper Scriptores prædicti, ne litteras vel alias ſcripturas ad eorum officium pertinentes, alicui committant ſcribendas, niſi Secretariis noſtris dumtaxat, & eo ſolum caſu quo ipſis Scriptores ad ſcribendum prædicta ſufficere non valerent. *aut per Secretarios;* Caveant etiam ne ſcripturæ, quas ipſi facient, per alios poſſint inſpici ſeu videri: nec tranſcriptum litteræ alicujus ſumendam a regiſtris vel aliis ſcripturis Cancellariæ, niſi de conſenſu Cancellarii vel Vice-cancellarii, alicui perſonæ facere vel tradere audeant ullo modo.

184 Mandamus inſuper, quod prædicti Scriptores juramentum præſtent & faciant Cancellario noſtro, ſi tunc præſens fuerit cum ad officium fuerint aſſumpti; *jurent que Cancellario* ſeu eo abſente Vice-cancellario, quod in eorum officio bene & fideliter ſe habebunt; nihilque pro litteris ſeu ſcripturis aliis, quas ex officio ſcribere tenebuntur a gentibus d recipient niſi quantum & prout per Nos fuerit ordinatum; quodque nullum favorem inordinatum alicui dabunt, ſuper iis quæ ad eorum ſpectant officium; *d fidem & ſecretum.* nullamque fraudem in eorum ſcripturis facient ſeu apponent; neminique ea quæ de ſecretis noſtris ratione eorum officii eos ſcire contigerit, revelabunt, ſed ea ſecreta tenebunt; E & ſi forſan in noſtro Conſilio, cauſa ſcribendi vel alias eos intereſſe contigerit, quæ ibi audient & percipient penes ſe ſecreta tenebunt, nemini revelantes: & quod per eos nihil actum eſt nec agetur, quo præſens juramentum minus valeat obſervari.

ANNOTATA D. P.

a *Vide Partis 7. Rubricam 5. & ſeqq. uſque ad 10.*

b Hæc *ſpatia ſic expreſſa vacua relinquebantur in originali, pro nominibus ſcribendis ut res foret: quæ vero ſuperius occurrunt, abſque punctis, ſolius claritatis cauſa ego induxi.*

c Continuare, *pro jugiter aſſiſtere, necdum alibi legi.*

d Gentes *vulgari plurium linguarum idiotiſmo ponuntur pro quibuſvis perſonis.*

De Directoribus conſcientiæ Regiæ. F
℞. xv.

QUoniam, divina præordinante clementia, ſolium Regiæ Majeſtatis conſcendimus; dignum eſt ut cujus percellimus munera, illi omnino pareamus in opere; proſpera peragentes, & omnia quæ juſtæ conſcientiæ adverſantur ſecundum divina dogmata evitantes.

185 Quare Directores noſtræ conſcientiæ Regiæ eſſe diſponimus, Epiſcopos & ceteros Prælatos atque Theologiæ Magiſtros, nec non Decretorum Doctores, *Simili Prælati vel Doctores,* ac viros religioſos, noſtros Conſiliarios exiſtentes, & qui aliud officium in noſtro Conſilio minime habeant: qui ſcientes vere, aut ab aliis audientes, aliqua nos quoquo modo facere vel feciſſe quæcumque, quæ ſecundum divinas regulas juſtæ conſcientiæ aliquatenus adverſari opinentur; Nobis illa, aliis Conſiliariis præſentibus vel abſentibus, omnibus aut quibuſdam, dicere ſeu ſcribere teneantur, ſuo arbitrio feliciter conſulentes. *& libere arguant quæ notaverint,* Et ut hæc fideliter peragant, Nobis faciant juramentum, & etiam juramentum Conſilii ſecundum noſtram ordinationem faciant.

De

A

De Auditoribus. Rr. V.

LAudabile eſt officium Auditorum, per quod ſupplicationes poſtulantium effectus congruos ſortiuntur: & ſic illius officii Miniſterio quandoque lapſa, juſtitiæ præſidio corriguntur, ac ſæpe gratiæ tribuuntur.

Sint hi quatuor,

186 Epropter diſponimus hoc edicto, quod in noſtra curia ſint duo Milites, & unus Doctor Decretorum & alter Legum, qui Auditores debeant nuncupari: eiſque tradantur omnes ſupplicationes, quæ noſtro Regio Culmini dirigentur. Ipſi namque omnes conjuncti, aut ex iis aliqui tres vel duo, videlicet Miles & alter Doctor, habeant expedire ſupplicationes, ut ſubjecta eloquia proſitentur. Nam quaſcumque ſupplicationes, per juſtitiæ exercitium dirimendas, remittant illis, qui habent ex ſuis officiis cognoſcere de eiſdem; vel remittant illis, quos ut delegatos voluerint cognoſcere de eiſdem. Poſſint autem, quandocumque eis videbitur optimum, in remittendo vel committendo, adjicere quod ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu judicii & figura, aut quod lite ceſſante, aut quod lite & ſcriptis ceſſantibus, procedatur: per unum vero ex Scriptoribus Cancellariæ, in exterioribus partibus dictarum ſupplicationum, ſcribi faciant illa quæ remittendo vel committendo fuerint ordinata, nec non eorumdem nomina Auditorum; poſt quod præfatas ſupplicationes claudi, ac Sigillo Auditorum officii faciant communiri.

qui ſupplicationes ex plano & expediant.

B

vel iis ad quos ſpectat committant.

187 Super has quidem ſupplicationes, clauſas ut præmittitur, quæ committentur aliquibus, qui ut delegati habebunt cognoſcere, ſcribi faciant per hunc modum, Cancellariæ. Deinde ſupplicantibus eas tradi per dictum Scriptorem faciant: quas inde ſupplicantes aliis Scriptoribus, in noſtra Cancellaria conſtitutis deferant, ut litteras noſtræ commiſſionis Regiæ conſequantur. Super illas autem ſupplicationes clauſas ut prædicitur, quæ remittentur iis exiſtentibus in loco, quo Nos tunc erimus, vel in aliis locis non diſtantibus ultra duas leucas & dimidiam, qui debebunt ex ſuis officiis cognoſcere; nomina eorum ſcribere jubeant, & poſtea ſupplicantibus eas tradere non omittant: quas inde ſupplicantes ferant antedictis, quorum viderint nomina ſupraſcripta. Super ceteras vero ſupplicationes, clauſas ut anteponitur, quæ remittentur quibuſdam exiſtentibus in locis, diſtantibus a loco in quo tunc Nos erimus, ultra duas leucas & dimidiam, qui debebunt ex ſuis officiis cognoſcere, hoc verbum, Cancellariæ, ſcribere mandent; deinde ſupplicantibus eas tradere faciant indilate; quas inde ſupplicantes dictis aliis Notariis ſive Scriptoribus noſtræ Cancellariæ deferant, litteras noſtræ remiſſionis Regiæ obtinentes.

ac Supplicantibus reddi faciant,

ibi clauſas tradant ſtatutis commiſſariis,

C

188 Reliquas autem ſupplicationes Nobis unuſquiſque deferat Auditorum: ſicque unus poſt alium, juxta ſedendi in Conſilio ordinem contingentem, teneatur referre unam dumtaxat ex ſupplicationibus quas habebit; & per Nos diſpoſita in exterioribus partibus earum ſupplicationum ſcribi; ac hæc, Per Regem, ſubſcribendo, per aliquem ex noſtris Secretariis vel alium adjici faciemus: poſt quod illas ſupplicationes claudi & ſigillo Auditorum officii ſancimus communiri. Super eas vero clauſas per unum ex Notariis Cancellariæ, ut ſuperius eſt dictum, hoc verbum Cancellariæ; vel, ſi Cancellariæ remittere non oporteat, nomina illorum quibus remittitur ſcribantur, atque ſupplicantibus tradantur: quas iidem ſupplicantes aliis Scriptoribus noſtræ Cancellariæ deferant, ut per Nos diſpoſita nanciſcantur; vel aliis quibus diriguntur deferant, ut expeditionem ſecundum per Nos ordinata breviter conſequantur.

quaſdam immediate proponant Regi

tum nomen ejus ponitur, ad quem is remittit:

189 Verumtamen ſi Scriptor vel Scriptores dictæ Cancellariæ, cum ſcripſerint expeditiones dictarum ſupplicationum, juxta voluntatem dictorum Auditorum, litteras quæ inde conficiendæ fuerint, intus vel extra Cancellariam ſcribere, aut dictas ſupplicationes expeditas ad dictam Cancellariam deferre voluerint, eaſdem eo tunc claudi & ſigillari oportere non videmus. Nam præfatam hujuſmodi clauſuram dictarum ſupplicationum, cum ſigillo officii dictorum Auditorum, pro evitandis expenſis eas offerentium (quos, pro deferendis ubi erant deferendæ per certas perſonas, indebitas expenſas oportebat, ut intelleximus facere) dumtaxat duximus adhibendam.

D

quas ſi ſcribi potest immediate volunt tradere,

non erit opus ipſas claudi.

190 Diſponimus etiam duo eſſe ſigilla officii Auditorum, quæ dicti duo Milites Auditores teneant & cuſtodiant diligenter: unuſque illorum ſigillare debeat ſupplicationes, ut prædictorum ſeries atteſtatur. Plane unus Miles & unus Doctor ſaltem jacere teneantur in civitate, vel villa, vel caſtro, ubi nocte aliqua Nos contigerit jacere: ſi vero ibi jacere non valeant, propter loci parvitatem aut inopiam impediti; tunc in loco infra diſtantiã unius leucæ poſito jacere habeãt quoquo modo.

Habeant Auditores ſigilla 2.

& 2. ex iis Regem comitentur,

191 Ceterum Nobis exiſtentibus in aliquo loco in quo juriſdictionalis poteſtatis exercitium habeamus; duo ex Auditoribus memoratis, una die cujuſlibet ſeptimanæ, ad carcerem noſtræ curiæ accedere ſint aſtricti; & ibi, præſentibus Judicibus, & aliis eidem Curiæ præſidentibus, ac Procuratoribus fiſcalibus & Carceris cuſtodibus, videant incarceratos, eorum querimonias cum patientia audientes; & ſi defectus videant aliquorum, corripiant prout decet, omnia ad ſtatum proprium reducentes: ipſique ſcientes quantum uſque ad illam diem proceſſum fuerit in cauſis incarceratorum diffugia judicialia nitantur penitus evitare; ut eoſdem incarceratos, convictos velox pœna ſubducat; aut liberandos, carceralis cuſtodia longa non deprimat perperam & injuſte.

E

viſitent & audiant carceratos,

192 Obſervabunt etiam Auditores, quod ſicut prope Nos exiſtentes in locis, in quibus nonnulli ſupplicationes ſuas deferentes acceſſum ad Nos habere potuerint quandocumque: ſic ipſi Auditores ſint parati a præſatis ſupplicationes recipere eorumdem. Quin imo quando continget, abſentibus Cancellario & Vice-cancellario, in noſtris conſiliis ſupplicationes aliquas expediri, unus Doctor Auditorum teneatur dictare, per quæ verba in exterioribus partibus earumdem ſupplicationum ſcribantur illa, quæ expedienda fuerint ordinata.

abſentis Cancellarii & Vice cancellarii loco ſuppleant,

193 Sane cum in noſtris Conſiliis debeant Conſiliarii noſtri, in iis quæ habent conſulendo dicere, idoneum ordinem obſervare; diſponimus hac conſultiſſima ſanctione, quod quotienſcumque in noſtris conſiliis, abſentibus Cancellario & Vice-cancellario diſcutientur quædam, ſuper quibus unumquemque ex Conſiliariis Clericis tantum, vel unumquemque ex Conſiliariis quibuſcumque dicere ſuum conſilium oportebit. Auditor Miles, qui priuſquam alter Miles, Auditorum conſortio fuerit aggregatus; quo abſente alter Miles injungat prius ceteris majoribus quod dicant quod ſciverint conſulendo; quia melius eſt ut ceterorum dicta corrigantur per majorum dicta poſtea ſubſecuta quam ſi majorum dicta corrigerentur per ceterorum dicta poſtea ſubſecuta. Adjicimus prælibatis, quod quando continget, abſentibus Cancellario & Vice-cancellario, in noſtris conſiliis expediri aliqua, de quibus oretenus aliquibus debeat reſponderi; hoc facere habeat Auditor Miles, qui prius quam alter Miles provectus fuerit ad Officium Auditoris: quo abſente hoc debeat facere alter Miles, niſi hoc juſſerimus aliquando per alterum noſtrum Conſiliarium adimpleri.

F

ordinemque in ſententia dicenda ordo teneantur,

194 Ne autem ſubjectorum noſtrorum commoda

Digitized by Google

A negligere videamur, decrevimus obſervari, quod quandocumque ad civitatem, aut caſtrum vel villam terrarum noſtrarum itinerando vel alias contigerit nos venire, & ibi diebus quibuſdam, vel die quodam aut dici parte aliquanda remanere; duo ex Auditoribus, Miles & alius Doctor, aliquos probos homines, ibi domicilia habentes, & Conſules ſeu Juratos ſiqui ibi ſunt, debeant convocare, annectenter etiam Rectorem Majoris eccleſiæ ejuſdem loci, ſi forte utile fuerint opinati eiſque dicere non omittant, quod cogitent, ſi aliqua ſint illi loco utilia vel nociva, & ſi augmentum in eccleſia vel loco fieri valeat quoquo modo. Nam illa quæ per Auditorum officium poterunt expediri, faciant adimpleri, alia vero, quę proviſionem exigent Regiæ Majeſtatis, reſervabunt Nobis, cupientibus peragere quæcumq; fuerint eliquatenus optima. Nihilominus ordinantes, quod omnes præfati Auditores, & eorum quilibet, ac Officiales noſtri terræ in qua preſentes erimus potiſſima juriſdictionem exercentes, ſint ſufficientia præmuniti, ſe ſcire intromittant diligenter: & ſi aliquem ex illis minus ſufficientem invenerint, Nos illico & donec de ſufficienti providerimus ſolicitare omittant nullo modo.

Existente autem Rege in aliquo loco subsistente, convocatis primoribus loci; explorent sufficientiam judicum

195 Inſuper omnia quæ ad officium noſtri Locumtenentis in noſtra ſpectant abſentia, ipſi Auditores aut tres vel duo eorum, dummodo unus ſit Miles & alter

B Doctor, poſſint peragere cum effectu. Volumus, inquam, quod præfati Auditores Clerici & quilibet eorum, quotiens noſtri Majores domus vel alter eorum aſſeſſore Clerico indigebunt aut indigebit, exercendo juriſdictionem per Nos eis attributam, eis vel ei alter ipſorum, quem dicti Majores domus aſſumere voluerint, tamquam aſſeſſor obedire & aſſiſtere, in abſentia tamen Vice-cancellerii vel ipſo impedito, & non aliter, teneatur. Verum omnes Auditores Nobis par juramentum promittere teneantur, quod bene & fideliter eorum officium exercebunt. Et cum juxta Regiam noſtram ordinationem de Conſiliariis, prædicti Auditores Conſiliarii noſtri cenſeantur; volumus quod aliud juramentum, fiendum per noſtros Conſiliarios in dicta ordinatione inſertum, iidem Auditores nobis facere ſint aſtricti.

assistant Majoribus domus, & jurent Regi ut Consiliarii;

De Promotoribus ℞. vi.

SIcut lædente negligentia negotia perimuntur, ſic aſſiſtente diligentia negotia finem proſperum ſortiuntur. Ideo officium Promotorum, quorum diligentia plurimum negotia dirigu ntur, ſumme decernimus expedire.

Duo sunt

C 196 Expropter unum Militem, & unum ſufficienter in Jure civili peritum, qui in criminalibus immiſcere ſe non renuat, eſſe volumus Promotores, ex qualitate exercendi officii nomen congruum aſſumentes. Negotia quidem præfati Promotores in noſtris Conſiliis promoveant earum perſonarum, quæ in terris noſtris, excepta ille in qua Nos præſentes fuerimus, habere domicilia concernuntur, diligentiam adhibendo ut expediantur, & ad effectus idoneos perducantur.

ad causas promovendas,

197 Præterea attendentes decere Regale ſolium, in juſtitię cultu ab Altiore deſtinatum, ut vigilet circa coarcitionem exceſſuum Officialium ſuorum, ne terræ jureve fidelium illius, ex offenſis juſtitiæ valeant periclitari; ideo ordinamus quod dicti Promotores Nos annis ſingulis, opportune, ut Reformatores ad terras noſtras a quibus abſentes fuerimus, mittantur, ſolicitare curent cum effectu, donec effectualiter fuerint deſtinati, aut ex cauſa firmaverimus illud quoad tunc fieri minime oporteſe. Volumus, inquam, quod cum de certo ſciunt, in terris noſtris, a quibus abſentes fuerimus, aliquem Officialem noſtrum, juriſdictionem potiſſime exercentem fore minus ſufficientem, Nos illico & donec de ſufficienti providerimus; ſolicitent inceſſantes, pro D quibus litteras procurare volumus, quod talis caſus avenit per eoſdem: & in his omnem quam poterunt adhibebunt diligentiam atque curam.

& justitiæ solicitandæ; Officiales insufficientes deferendos,

198 Deinde ordinamus quod præfatus juriſperitus Promotor, officium Advocati fiſci in curia noſtrorum Majorum-domus, quotiens opportunum fuerit, exercere fideliter in omnibus teneatur, & noſtrum Procuratorem fiſci in noſtra curia dirigat in agendis. Plane præfati Promotores per juramentum Nobis promittere teneantur, quod eorum officium exercebunt bene & fideliter, ac etiam diligenter: nec non Nobis juramentum faciant, quod noſtri Conſiliarii Nobis facere ſunt aſtricti, juxta formam in ordinatione noſtra de Conſiliariis expreſſatam, cum juxta tenorem præfatæ Ordinationis præfati Promotores in noſtros Conſiliarios admittantur.

Fiscalem juvandum; & sint juramento astricti.

De Confeſſore ℞. vii.

NOn minus pro animarum languore, quam corporum, peritius debet remediator exquiri; a quo videlicet oppreſſus & morbidus congruentem expoſcat ſuo lapſui medicinam: quinimo ubi majus imminet periculum, ibi ſemper cautius eſt agendum.

E 199 Providendum igitur Nobis eſt permaxime de idoneo animæ noſtræ medico, conſiderantes, quod cum Nobis fuerit de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius diſponemus. Expropter ad noſtras Confeſſiones audiendas unum prudentem in domo noſtra deputari volumus Sacerdotem, religioſum vel ſecularem, quam potius ad hoc eligendum duximus, qui in Theologia vel jure Canonico convenienter inſtructus exiſtat, moribuſq; ſinceris polleat, & vitæ redoleat honeſtate. Hic ſiquidem ſemper debebit (adeſſe) cum divina coram Nobis officia celebrantur, ac inſuper cum Nos Horas dicemus, debebit eas Nobiſcum dicere: & cum feſtum ſolenne fuerit, quo quiſque Catholicus audire Miſſam adſtringitur ex præcepto, debebit Miſſæ officium legere coram Nobis.

Ad hoc nominatur a Rege ipso lectus, adsit illi in divinis Officiis

200 Præterea ipſum Confeſſorem noſtrum aſtringi volumus, ut Nos ſolicitet ad opera pietatis, & ad ea quæ devotionem introducunt; et ſi videt quod omitteremus aliqua, ex iis præſertim quæ conſuevimus facere, forſitan ex oblivione vel alias; debet Nobis hoc ad memoriam reducere, & interdum Nos increpare ſecrete; ſpecialiter ſi (quod abſit) viderit Nos aliquid facere vel dicere, quod in Dei offenſam poſſet cadere quovis modo. Ipſum quoque Confeſſorem noſtrum in noſtra F domo jacere volumus, ſi eſt bono modo poſſibile; vel ſaltem quanto magis poterit de propinquo, ut ſi aliquo caſu occurrente ipſo indigeremus; ſubito poſſimus eum prope Nos reperire.

stimulet ad opera pietatis, defectus corripiat.

201 Porro quia ex eventu præteritorum providendum eſt ad futura juxta illud: Felix quem faciunt aliena pericula cautum; ordinamus quod Confeſſor noſter nobis præſtet juramentum & homagium, quod omne damnum quod ſciret evenire perſonæ noſtræ, pro poſſe vitabit, quodque illud Nobis quam citius poterit revelabit, nec factum vel verbum vel etiam conſenſum præbebit in aliquo ex quo Nobis poſſit qualevis incommodum evenire: & quod non fecit vel faciet aliquid, quo minus prædicta ſervare poſſit.

fidem juret.

De Sacerdotibus ad Capellam deputatis. ℞. viii.

JUxta doctrinam ſacrorum Canonum, tales ad divini cultus miniſterium debent eligi Sacerdotes, qui digne valeant divina ſacramenta tractare.

202 Que-

A 202 Quapropter in capella noſtra uſoali & qootidiana, doos honeſtos & booos principales eſſe volumor Sacerdotes, qoi & com aliis Sacerdotibos Eleemoſynariis per alteroas ſeptimanas Miſſas & alia divina Officia, Horas videlicet Canonicas cantando, celebrent qootidie coram Nobis, & menſrm noſtram præſentibus Nobis, aotequam comedamus, benedicant, & poſt comeſtionem etiam gratias Deo agere non omittant. Sic qood alter, qui io celebsando ſeptimaoam ſoam finiverit, in ſaqoenti ſeptimana habeat, lecto Evangelio, Nobis textum Evangeliorum ad deoſcolandom, ac ioſuper Pacis-oſculom portare, niſi ſit præſens aliquis Prælatus, vel alia eccleſiaſtica perſona honorabilis, vel niſi Evangelium per Diaconem ſolenniter indotom fuerit decantatom: quia tuoc per ipſum Diaconem, vel per alterum ea prædictis qoi honorarioc fuerit, debebont Nobis præmiſſa hujuſmodi miniſtrari; Turibolum in Miſſa, diebus quibos iocenſatio debet Nobis dari, ferre; etiam Nobis bacinum, quaodo ad Oblationem accedemos, tenere non omittat, qootiens Diaconus uoo ſoerit in Miſſa indutus.

Duo ſint ad Miſſas & Officia

Idque hebdomadatim per vices,

B 203 Ille vero qui primus io officio aſſomptos eſt, &, eo abſeote, alios die qoalibet nos ioterrogare debeat de loco & hora qoibus eam voluerimor celebrari. Sine ſi ea oblivione vel aliqoali negligentia tardaremus nimis vel omitteremus forte miniſterium divinom aodire; debebunt iſti Nobis ad memoriam reducere. Et ſi forte talem iufirmitatem pateremor, quod non poſſet eum decentia dici ſolenniter coram Nobis, eo caſo caveaot oon omittere hoc, qoin ſaltem coram janua cameræ noſtræ dicant omnia ſolenniter, ac ſi plena frueremur corporis ſanitate, ut ſaltem laos divina minime umittatur. Præterea, quando nos itinerare continget, ille ea ipſis qui antiquior in officio ſoerit, vel, eo abſente, alius, debebit nos ſero præcedeoti interrogate, ubi in craſtinum Miſſam aodire volemos; & illic præcedere ipſe, vel mandare uni vel ploribos quod præcedant; ſic quod cum Nos ad locum venerimus, omnia ſint, pront congruit, præparata. Provideat inſuper quod ſemper Nobis itinerantibus, unos de pueris qui nutriuntor de eleemoſyna, de mane antequam Miſſam audiverimus, eum uoo ſaumario Nobiſcum vadat, cum ornamentis & libris & aliis neceſſariis; taliter quod ſi ad locum, ubi de ſero diſpoſuerimus Miſſam aodire, C commode accedere non poſſemos, vel alias propoſitom mutaremus; in quocumqoe loco Miſſam audire valeremus.

qui Regem tardantem venire moneant;

imo & abſente in ſacro peragant.

Unus in itinere præcedat & paret omnia in craſtinum;

204 Porro quando inſtabit dies ſolennis, quo Veſperas & Matutinas audire ſolenniter debebimus, com paramentis alteris, Secondom Ordinationem a quam fecimus ſuper hoc; tonc aotiquior, ut eſt dictum, vel ipſo abſente vel impedito, ille qui ultimo ad officium evocatus fuerit, congruo tempore debebit Nobis prædicere, ut Nos ad audiendum debite properemus. Et ſi forte inſtet dies celebrioris feſtivitatis, debebunt Nos interrogare, ſi, vel per quos Prælatos, vel aliam perſonam, volemos prædicari ante Nos verbum Dei & Officiom fieri. Voluntatem noſtram inſoper ſcire ne omittant, de qoibus perſonis Anniverſarium annuatim fieri erit noſtræ devotionis; ot ea temporibus qoibus eront, nobis ad memoriam reducant, & Prælatum, per quem Officiom vellemus fieri, a Nobis addiſcant. Et generaliter pertinebit ad eos curam habere de eccleſiaſtico Officio, & omoi eo quod pertinet ad Capellam; & defectum omnem corrigere, ſi aliqoē perſpexerint ibi eſſe. Debebont equidem Sacerdotes ipſi in domo noſtra jacere, ſi fieri poteſt commode, alias quaotom poterunt magis prope.

4 Solennioribus feſtis provideant

de Prælato officiante,

& Capellā, regant:

205 Inſuper quoque, quando ſacroſanctam Dominici Corporis Communionem ſumere Nos continget, tunc alter ea eis debebit ante eligere & parare hoſtiam conſecrandam; ſic quod electa ad hoc per illum una hoſtia ea pluribus abſque fraude, de una aliis illi coofimili hoſtia pro Commonione electa frangatur, & deinde de illa per illum fiat guſtus; & Scholari qui io ſua cuſtodia hoſtias tenet, guſtum idem fieri facire; & conſimiliter de vino, quo poſt Communionem debebimur os lavare. Quandoqoe etenim, ſatageote ſatore malorum, repertum eſt qooſdam maleficos, etiam in hujuſmodi ſalutifero Sacramento abomioandas inſidias machinari. D

Hoſtiam Regi conſecrandam probet,

206 Amplius etiam abſente vel occupato Confeſſore noſtro, Sacerdos Capellæ, qui & quando ſeptimanam oltimo fecerit, debebit Nobiſcum Horas dicere, & Officium Miſſæ diebus feſtivis legere coram Nobis. Etiam debebit coſtodire, per ſe vel per Scholarem Capellæ, & etiam quando Miſſam aodiemus miniſtrare Nobis libros, quibus ſoliti ſumus uti in Miſſis & in aliis Horis divinis. Deinde vero ordinamus pertinere ad coram illius ea Sacerdotibus, qui antiqoiori tempore ad ſervitium Capellæ noſtræ fuerit evocatus, paramenta & ornamenta Capellæ noſtræ quæcumque qualiacumque ſint cuſtodita: qoæ quidem, facto de omnibus ioventario, teneat. Sed & alter Sacerdos qoi oltimo aſſumptus fuerit, habeat illius inventarii copiam, ut & ipſe illa ſervet & coſtodiat, quando primos abſens fuerit vel aliàs impeditos. Illa autem ornamenta, qoæ deputata ſunt ad quotidianum uſum, poterunt Scholaribus Capellę cuſtodienda committere cum ioventario. Caveaot autem quod io ſcriptis ambo habeant & inviolabiliter obſervent Ordinationem ſuper paramentis & aliis ornamentis Capellæ, ponendis & mutandis, ſecoodom varietatem dierum ſolennium & feſtorum. E

vices ſuppleat Confeſſoris.

paramenta cuſtodiant,

& mutent ut oportet.

207 Nec non ordinamus, quod Sacerdos ille qui ſeptimanam venturam facere debebit, quando Diacoous & Subdiaconus indoti in Miſſa noo erunt (qoia tunc, per illum qui in Diaconum indutus ſoerit, volomos fieri) hoſtias, vinum, aquam, & totum ſervitium ſacramento Euchariſtiæ neceſſarium faciat diligenter. Conſequenter etiam ille Sacerdos qui ornamenta cuſtodiet, provideat circa reparationes eorum cum opus fuerit; vel faciendo etiam aliqoa de novo fieri, juxta ordinationem quam fecimus circa iſta: recipiaotque pecooiam ad hoc faciendum a Theſaorario noſtro. Sed & tam de pecoota illa, quam & de omnibus ornamentis quæ ſub inventario cuſtodiunt, curent Magiſtro-rationali noſtro annis ſingulis, vel citius ſi requiſiti per eum fuerint, fidelem reddere rationem. F

ea ſervienda curet,

208 Noviſſime vero ordinamus eos ſubeſſe Cancellario & eidem obedire debere. Scholaris autem Capellæ nec non Scholaris eleemoſynæ & omoes qoi in capella verſantur, ipſis Sacerdotibus obedire debebont, quoad ſervitium qood facere habeot in capella. Qoem Scholarem Capellę prędicti Sacerdotes vel alter eorom, ſi inobedientem aot negligentem in dicto ſervitio invenerint, ad amiſſionem ſuæ qoitationis decem diebus vel infra valeant condemnare. Poſtremo aotem volumor ipſos Nobis ſacramentum & homagium præſtare, quod per factum vel conſilium eorum damnum perſonæ noſtræ oon veniet, maxime per illa quæ ipſi tractamur: & qood nihil per eos eſt factum neque fiet, qoominus iſta juramentum & homagium poſſint obſervare.

præſintque Scholaribus capellæ.

a *Vide Partis 7. Rubr. 12. pro ſingulis feſtis in particulari & in genere.*

De Scholari Capellæ. 12.

DIgnom & Deo gratom eſſe perpendimus, ſi ea quæ divino cultui ſont deſtinata prudenter & honeſte tractentur, ac diligeoti cuſtodia coo-

A ſerventur, quodque, vel negligentia, vel errore defectus aliquis non appareat in eiſdem.

Paramenta a Capellanis;

209 Ut igitur Capellæ noſtræ ſuper iis conſtantiue ſit proviſum, ſtatuimus & ordinamus, quod unus Scholaris in Capella noſtra inſtituatur, cujus incumbat officio recipere a Capellanis dictæ Capellæ ornamenta ad Capellam pertinentia, & ea debeat in altari reponere, ut eis uti liceat, ſicut in altera noſtra Ordinatione eſt expreſſum quam quidem ordinationem ſecum ſcriptam teneat, & eam obſervet diligenter. Debebit etiam dictus Scholaris recipere ab Apothecario luminaria, ad

luminaria ſumat ab Apothecario;

uſum noſtræ Capellæ neceſſaria, ſecundum formam ſuper dicta luminaria ordinatam. At etiam cum Nos pro anima alicujus defuncti celebrari vellemus, hoc ipſi Apothecario non tardet revelare, ut ſuper torttiis debite provideatur. Ad curam etiam ejus pertineat, quod poſt Capellanos ad Capellam deputatos, intromittere ſe debeat, ut non ſit defectus in Capella de iis quæ neceſſaria ſunt Capellæ. Nec non quod ipſe in perſona propria facere debeat illa, quæ honeſte non

B convenit facere Capellanos.

juvetur a Scholari Eleemoſynæ;

210 Volumus etiam, quod dictus Scholaris poſt Cancellarium ſubſit & obediat Capellæ Sacerdotibus: & ſi neceſſe fuerit, aut ſuo officio commode vacare non poterit, poſſit committere vices ſuas Scholari eleemoſynæ deputato, hoc excepto, quod ſine voluntate dictorum Sacerdotum, non poſſit committere dicto Scholari vel alii paramenta & alia, de quibus communiter & quaſi quotidiane uti habent, quæ ſub Sacerdotibus prædictis tenet cum inventario & cuſtodit. Teneatur etiam

ac libros cuſtodiat;

dictus Scholaris juvare prædictos Capellanos, ad Officium celebrandum & Horas dicendum, quotiens poterit, & ob hoc non ſit in ſuo officio impeditus. Libros etiam, ad officium capellæ neceſſarios per ipſum teneri & cuſtodiri volumus: unde curam ſolertem gerat, quod cum nos itinerabimus, tam ipſe quam Scholaris eleemoſynæ libros ad Horas dicendas neceſſarios in promptu deferant; ſic quod ubicumque Nobis magis placeat, Horas audire valeamus.

ſub Miſſa lumen

211 Ipſe etiam ad Dominici Corporis elevationem, una cum Scholari eleemoſynæ, tortitia tenere non omittat: & diebus quibus multa tortitia teneri convenit, ad ea tenenda habeat & procuret tam pueros eleemoſynæ quam alios. Thuribulum cum thure & carboni-

& thus miniſtret.

bus accenſis, tam Diacono quam illi qui nobis illud erit impenſurus, etiam volumus per ipſum miniſtrari. Volumuſque quod officium Scholaris eleemoſynæ in il-

C lius abſentia faciat in omnibus diligenter. Jubemus etiam, quod ex eo quod dictus Scholaris multa tenere & tractare habet quibus nos utimur, veluti libros qui per Capellanos Capellæ committuntur & aliquotiens & ſimilia, præſter Cancellario juramentum cum homagio, ſecundum formam, in juramento quod præſtant dicti Capellani, expreſſatam.

De Eleemoſynariis. Rub. x.

COmmiſſa Nobis a Deo de temporalibus rebus diſpenſandi auctoritas ſatagit & expoſcit, ut de illis, quantum Nobis conveniens fuerit, perſonis egentibus eleemoſynarum ſufficientiam largiamur.

Sint hi Sacerdotes duo,

212 Ad quarum diſtributionem ſiquidem duos bonos & probos deputari volumus Sacerdotes, qui Eleemoſynarii nuncupentur: quorum cura eſſe debebit, fragmenta menſarum curiæ noſtræ facere ne pereant, honeſte recolligi, ac demum diſtribui per Scholarem

qui faciant colligi reliquias menſæ;

vel Servitores eleemoſynæ, ſicut fuerit opportunum. Debebunt equidem ſolicitare Majores-domus, ut quæ menſis ſuppoſita fuerint ad eleemoſynam debite faciant cuſtodiri, ne per aliquos lecatores *a* forſitan vel guloſos

D aliquid de illis juri eleemoſynæ ſubtrahatur. Unus autem eorum, cum Nos comedemus, ante menſam noſtram ſtare debebit; & navem *b* argenteam, in qua fragmenta aliquando deponuntur ponat: & ipſam navem

& diebus ſolemnibus eas ipſimet excipiant,

& ipſas mappas de menſa levare non omittat. Videlicet in diebus ſolemnibus, quando Majores officiorum ſervient, ea quæ de menſa noſtra levabuntur, niſi aliter de ipſis ordinare vellemus, abſque interceptione recipiant, & per Scholarem eleemoſynæ totum ad eleemoſynam faciant deportari.

alter alterius vices ſuppleat;

213 Sane Eleemoſynarius antiquior in officio debebit pecuniam, & omnia alia quæ ſecundum ordinationem noſtram ad eleemoſynam *c* ſunt deputata, recipere, ac in uſus pios amore Dei diſtribuere, ubi magis fuerit congruum; ſuper quo ejus conſcientiam oneramus. Alter vero Sacerdos eleemoſynarius, omnia recepta & diſtributa per alium, in ſcriptis ponat, & in alterius primi abſentia officium ejus exerceat. In præſentia vero illum juvet in faciendo ea quæ ad officium eorum pertinebunt. Uterque etiam eorum ordinationem noſtram quam fecimus de rebus deputatis ad eleemoſy-

E nam, in ſcriptis habeant, ut eamdem melius teneant & obſervent: & Nos ſi opus fuerit ad ſervandum ſolicitent & inducant. Preterea cum ex more noſtro pedes vel ma-

juvent abluere pedes ac manus pauperum;

nus pauperum lavabimus, vel actus ſimiles faciemus; Eleemoſynarii debent Nobis ſtare, ut in lavando pedes, poſt Camerlengos; in lavatione vero manuum poſt Majores domus; illi quidem ea quæ neceſſaria fuerint ſubminiſtrent; denique illis pauperibus (ſerviant) tam pro refectione quam (ad) alia, per nos, in Ordinatione quam fecimus ſuper hoc ordinata. In his tamen ſervitiis exhibendis, antiquior in officio ſemper noviori potior habeatur.

præſint pueris ex eleemoſyna viventibus,

214 Volumus etiam quod de iis quæ ad eleemoſynam deputavimus, teneant duos vel plures, ſi eis videbitur pauperes pueros Clericos bene cantantes, amore Dei, qui tamen continuent divina Officia quæ Nos audimus. Ordinamus inſuper quod iſti Eleemoſynarii præſint tam Scholari & Servitoribus eleemoſynæ, quam pauperibus pueris Clericis, qui de eleemoſyna nutriuntur; eoſque corrigant, ſi viderint in eorum officio deficere vel eſſe quomodolibet negligentes; & eos quiritionis amiſſione, ſi viderint faciendum, decem dierum vel infra valeant condemnare. Ipſi vero Eleemoſynarii Cancellario ſint ſubjecti. Pecuniam autem diſtribuendam, ſecundum noſtram ordinationem in e-

F leemoſynis, a Theſaurario noſtro recipient: ſed tamen Magiſtro-rationali de datis & receptis rationem reddere tenebuntur.

Alternis hebdomadis

215 Ad huc autem eos teneri volumus Miſſas coram Nobis celebrare & facere ſeptimanas alternas cum aliis Sacerdotibus ad capellam deputatis, & eos juvare tam ad Miſſam quam ad alia officia divina coram Nobis ſolenniter celebranda: & etiam in Benedictione menſæ, & in Gratiis in fine menſæ peragendis intereſſe, ut Sacerdotes Capellæ, eos volumus & mandamus. Ille autem qui ultimo fecerit ſeptimanam, debebit textum

faciant officium Capellæ

Evangelii & Pacis oſculum Nobis in Miſſa portare, niſi præſens fuerit aliqua perſona inſignis, vel niſi fuerit Diaconus ſolenniter indutus ad Miſſam, tunc enim illud per illos fieri ordinamus. Incenſum etiam Nobis diebus ordinatis, & bacinum pro noſtra oblatione in eo recipienda, quotiens in ipſa Diaconus ſolenniter non fuerit indutus. Ille vero qui ſeptimanam venturam facere debebit quando Diaconus & Subdiaconus in Miſſa induti non erunt, hoſtias, vinum, aquam, & totum ſervitium, Sacramento Euchariſtiæ neceſſarium, faciat diligenter.

216 At vero ſi Confeſſor noſter præſens non fuerit,

ille

Digitized by Google

A ille qui & quando penultimo ſeptimanam ad Miſſam fecerit, debebit Horas nobiſcum dicere, & diebus feſtivis, illis ſcilicet quibus quiſque fidelis Miſſam tenetur audire, Officium Miſſæ in oratorio noſtro legere coram Nobis. Item, quia propter exercendum eorum officium multotiens habent Nobis aſſiſtere; volumus quod Nobis præſtent juramentum & homagium, quod damnum perſonæ noſtræ pro viribus evitabunt; & quod per aliquid quod eorum concernat officium, periculum Nobis non veniet; & ſi aliunde procurari ſciverint Nobis revelabunt: & quod nihil fecerunt nec facient quo minus hæc ſervari poſſint.

& ſupplebit vices Confeſſarii.

ANNOTATA D. P.

a Leccator *Belgis* Lecker a Lecken, *lingere Ligurire, paſſim ſcurram notat vide multa apud Cangium.*

b *Glaber Rodulphus lib. 3. cap. 2. apud eumdem*

B naves aureas *nominata, ſcutellas ſcilicet longas & profundas in forma navis,* Alveolos *vocare poſſemus, aut ſi grandior eſt,* Alveum.

c *Vide Partis 7. Rubricam ult.* de Eleemoſyna per Eleemoſynarios diſtribuenda.

De Scholari Eleemoſynæ Rx. xi.

Ut eleemoſyna decentius fiat

SUmme laudabile atque bonum, necnon caritati conſonum judicamus, ut de iis quæ in menſa noſtra pro refectione, tam Nobis quam aliis in eadem ſedentibus, apponuntur, partem optimis noſtris Xiis a Chriſti pauperibus, imo ipſi a quo omnia recipimus, tribuamus; ut illius ſacræ Scripturæ exordium non lædamus, quæ ita valentibus admonet præparare ut minime præparare valentibus valeant erogare.

217 Igitur ut liberius effectum capiant quæ optamus, & ne pars Chriſti pauperibus ordinata impie valeat deperire; hac noſtra Ordinatione duximus providendum, ut unus Clericus, ſatis juvenis, agilis & aptus, vita & moribus adornatus, Sacerdotibus noſtris Eleemoſynariis ac noſtræ Eleemoſynæ aſſiſtens, & erit poſt Cancellarium obediens aſſumatur, qui fragmenta omnia menſæ noſtræ recipiat, per Eleemoſynarios noſtros antedictos primitus recollecta, & in loco ad prædicta deſtinato curet reponere feſtinanter; & ut

Clericus unus accipiat recollecta

ab Eleemoſynariis,

C fragmenta prædicta ne pereant curam vigilem procuret adhibere; & de menſa noſtra quæ ſuperaverunt, fragmenta recolligere, de prædicta eleemoſyna cura habita diligenti: & navim argenteam ubi fragmenta colliguntur coram nobis ponere: & ipſam navim ac mappas levare (minime prætermittant;) diebus tamen quibus Sacerdos Eleemoſynarius illam ponere in menſa tenetur, dumtaxat exceptis.

eorumque vices ad menſam ſuppleat

218 Adjicimus inſuper, ut Clericus ſive Scholaris antedictus ad Subdiaconatus Ordinem ſit promotus, & Clericus Capellæ noſtræ teneatur in Horis & aliis divinis officiis adjuvare, Epiſtolam regulariter in Miſſa noſtra decantando: & dum non fuerit indutus pro ipſa Epiſtola, teneat unum tortitium quando Corpus Dominicum elevatur. Volumus etiam eum habere cuſtodiam cortinarum & aliorum paramentorum, quæ pro ſede ſive b recubili noſtro oratorio, divina audiendo fuerint ordinata. Quam quidem ſedem ſive oratorium antedictum, una cum pueris qui de dicta eleemoſyna nutriuntur, cum cortinis & aliis paramentis ſuperaſtic, ante Miſſe introitum ſtudeat adornare, ſecundum varietatem temporum, ut per Nos eſt ordinatum: cujus

Clericus Capellæ juvet

& ornet Regiorum

c ordinationis, in quantum hoc tangit, copiam c in ſcriptis habeat, ut eam valeat melius abſque defectu obſervare. Et idem fieri volumus in veſperis & ſolemnibus Matutinis, quibus, ſecundum aliam noſtram Ordi- D

nationem, altare noſtrum in prædictis Veſperis & Matutinis fuerit adornandum. Iterando vero omnia quæ circa Oratorium prædictum ſuperius modis prædictis ordinantur, ſive per ſe ſive per alios pueros antedictos ſtudeat diligenter adimplere; & partem librorum ad Horas dicendas ſive cantandas; ſimul cum Scholari Capellæ deferat, taliter quod ubicumque magis placebit, Horas poſſimus audire.

219 Si vero aliquo caſu fuerit impeditus, quo minus peragere valeat ſupradicta, ejus officium quod in palatio noſtro facturus exiſtebat, necnon dicendam Epiſtolam Scholari noſtræ Capellæ valeat delegare: alia vero per ipſum facienda committere poſſit uni de pueris eleemoſynæ ſupraſcriptis, etiam dicendam Epiſtolam, ſi aliquis idoneus ad hoc repertus fuerit inter ipſos. Ipſum namque ſubeſſe volumus Sacerdotibus Eleemoſynariis. Et quia per præmiſſa liquide innoteſcit, quod aliquando habet præparare, & alias frequentius pertractare, quæ ſatis perſonæ noſtræ ſunt propinqua; ideo ad præſtandum fidelitatis juramentum & homagium Cancellario eſt aſtrictus, quod ſalutem noſtram incolumem, præſertim quantum ad ejus officium pertinere dignoſcitur, pro poſſe conſervabit, & contrarium evitabit juxta poſſe; & nihilominus ſi talia præſciret, revelabit: & quod nihil fecit vel faciet, quo minus prædicta valeat fideliter obſervare.

Vices ejus ſuppleat Scholaris Capellæ,

vel aliquis puerorum

& juret Cancellario E

ANNOTATA D. P.

a Xiis *expreſſe ſcriptum, non præſumpſi per conjecturam mutare: nam* Zius *ſæpe invenit Cangius* Zio *Italis,* Tio *Hiſpanis,* Patruus *eſt. Quid autem ſi* Xius *hic idem valeat quod* Patruus; *ſicque honoris titulus Curiæ illi uſitatus?*

b Recubile. i. reclinatorium, *cui genuflexus ad orationem incumbis: quod ideo Franci* Priez-Dieu *appellant: & nunc quoque ejuſmodi ſcabellum vocamus* Oratorium, *hujuſmodi autem una cum Sedibus ponitur Principi intra Cortinam ſuam, ſeu locum cortinis circumductum, in quo ille ſacra audit, ſecretus a vulgo.*

c Copia, *uſitata vulgo phraſi,* exemplum *eſt,* Copiare, *exemplum ſumere, tranſcribere; videtur autem indicari Partis 7. Rubr.* 1a. *vel potius partis 6. Rubr.* 1. de Pacamentis. F

De Servitoribus Eleemoſynæ. Rx. xii.

NEceſſitatis vinculum nos aſtringit, ut ad ea quæ per ſingulos non poſſent commode adimpleri, tot & tales qui ſufficiant admittamus, maxime ubi de tali conſideratur eventu, qui omiſſus pietatis officio aliquam affert læſionem.

220 Hac igitur præſenti Ordinatione ſtatuimus, ut de cetero tres Servitores idonei & fideles eleemoſynæ eligantur, qui de menſis in palatio noſtro veſcentium fragmenta ne pereant in loco deſtinato recolligant fideliter & attente, & ſic recollecta caute non omittant cuſtodire. Præterea vero ad mandatum Eleemoſynariorum prædictorum, prout etiam eſt alias ordinatum, fragmenta ſupra dicta Chriſti pauperibus, bonis hujuſmodi ſeculi denudatis cura fideli ſtudeant erogare. Qui quidem poſt Cancellarium, Sacerdotibus noſtris Eleemoſynariis ſe ſubeſſe cognoſcant. Cum vero contigerit nos itinerare & alibi proficiſci, unus ipſorum in loco ubi erimus ſemper adſit, pro ejus ſupradicto officio attentius peragendo, ne ob ejus defectum fideles Chriſti pauperes ſuo fragili ſolatio valeant defraudari.

Tres ſint qui demenſis aliorum reliquias colligant.

De

De Curſoribus . R. XIII.

Ad celeriores expeditiones


CUrſorum munus quam ſit neceſſarium nemu ambigit: cum enim Principes ad diverſas mundi partes habeant litteras ſuas dirigere, & quam plurima negotia nuntiare, quæ forte celeritatem exigunt; convenit ut illi qui currunt aliis celerius præmiſſa debeant explicare.

ſtatuuntur octo,

221 Ordinamus itaque quod Curſores ſint ordinarie in curia noſtra octo, qui litteras noſtras mittendas portare debeant, præcaventes quod a Dominis quibus mittentur, nihil petant. Debent inſuper obedire noſtris Cancellario & Vice-cancellario, ac noſtris Secretariis ac aliis etiam de Cancellaria. Volumus etiam quod cum erunt præſentes, ad requiſitionem Apothecarii noſtri vel ejus coadjutoris, tortitia coram Nobis tenere debeant & deferre.

ADDE IN R. 111.

*HOc loco ſupplendus venit defectus, per tranſcribentis incuriam commiſſus ſupra num. 182. ad ſignum * ubi feſtinanti nimium exciderant ſequentia:* Et inter cætera attendant, diligenter, quod niſi quo ad munus ipſorum auditorum, quorum unus ſit Miles & alter Doctor, in expediendis dictis ſupplicationibus concorditer conſenſerint, eas, in illis in quibus diſcordes fuerint (non ſcribant) nec alteri eorum obediant ullo modo.



INCIPIT QUARTA PARS,

Super officio Magiſtri-rationalis, & eorum qui ſibi ſunt ſubjecti.

Icones litterarum initialium in hac quarta parte vide ad Partem quintam, una cum reliquis cæterarum Partium, in unam tabulam relatas.

De Magiſtro Rationali . R. I.

Cum Regi propter magnitudinem ſumptuum

INter ſolicitudines Regias, per quas utilitati reipublicæ conſulitur, & honor Regius conſervatur, illa demum cor Principis debet aſtringere, quod ejus domus per omnia provida diſponatur.

222 Cum enim domus Regia, in ſignum præeminentiæ, univerſis ad eam recurrentibus liberalis eſſe debeat & aperta, & ob hoc ſit infinitis & exceſſivis eſt expoſita ſumptibus & expenſis, quæ via humano poſſint ingenio moderari; ſumme convenit Principem debere proſpicere, quod in regimine domus ſuæ menſura præ ceteris obſervatur, ne contingat quod ſcribitur:

neceſſaria ſit moderatio,

Via ſine menſura durabit Regis cura.

oportet eum noſſe facultates ſuas

Quia vero non poteſt in expenſis, præſertim Regiis, menſura faciliter adhiberi, niſi Principi veniat in aperto, quantam ſummam capiunt redditus, obventiones, & alia jura fiſcalia, quæ ſingulis annis in ſuum ærarium deferuntur; ideo neceſſarium fore dignoſcitur, quod in domo cujuſque Principis aliqua perſona fidelis & providens præfici debeat, cujus incumbat officio de redditibus, proventibus, & juribus Regalibus cujuſcumque anni perquirere veritatem, & de eorum ſumma Principi reddere rationem.

223 Nos igitur, cupientes domum noſtram regiam & omnes actus noſtros cum menſura diſponere ac modum & viam quærere quibus menſuram poſſimus congruentius obſervare; ſcientes quod ex hoc honori noſtro proſpicitur & ſubjectorum commodis providetur; ſtatuimus & ordinamus, quod in noſtra curia ſit deinceps aliquis, in officio reddendarum Nobis rationum principaliter inſtitutus, qui Magiſter-rationalis a nuncupetur. In quo officio perſonam talem aſſumi volumus, quæ ſit fidelis & provida, & in computis & rationibus ordinandis, & alia quæ hujuſmodi incumbunt officio, bene ſibi conſcia pariter & experta, ſic quod nullum fallere debeat, nec ab aliis facile poſſit falli. Et ne Magiſter-rationalis noviter inſtitutus, propter oblivionem vel ignorantiam, aliqua de iis quæ ad ejus ſpectant officium prætermittere valeat, quæ ſunt multa; illa ſeriatim deſcribemus.

inſtituitur Magiſter rationalis.

qui incumbunt,

224 In primis itaque Magiſter-rationalis ſciat ad ſolici-


Pars 4
Scriptor Mag.ri Rat.
Theſaurarius.
Scriptor Theſaur.
Scriptor Rationis.
Scriptor Script. Rat.
Pars 5
De Conviviis.
De Ferculis.
De Sellis, Frenis &c.
Pars 6
De Veſtibus &c.
De Oblationibus.
De honoribus quibuslibet ut convenit exhibendis.
De Fructibus miniſtrandis in menſa.
De Illuminatione.
Argentarii.
Pars 7
Conſiliarius.
Deſeſſione in Conſilio
De Muneribus.
De ſalariis Commiſſarios
De modo ſcribendi lras ad diverſas perſonas.
De modo ſigillandi.
De taxatione lrã.
De beneficiis confer.
De ordinatione Capelle
De eleemoſyna.
Pars 8
De Falliis.
De loguerus aĩalium
Guil de Balma.

A licitudinem ſui officii pertinera, quod audiat rationes & cumpota recipiat a Camerleogis noſtris, & a noſtro Cancellario ſive Vice-cancellario, a Theſaurario & Scripture rationis, & etiam ab Armatore noſtro & Folrerio, & a noſtri etiam Cavalericiis ac Procuratoribus noſtrorum reddituum, & a quibuſcumque noſtris Officialibus & perſonis aliis, ea adminiſtratione officii vel alias de juribus noſtris quidquam recipientibus vel expendentibus quoquomodo, niſi ab illis qui in parte vel in toto Scriptori-rationis vel Procuratoribus reddere ſunt aſtricti, a quibus neceſſario non habet audire: ſed ſi vellet examinare, maxime ex cauſa, facere poteſt.

rationes Officialium accipere,

minorum vero ſi ita videatur;

225 Et ſi forſan reperiat quod aliquis officialium prædictorum, poſt redditas rationes, juribus noſtræ curiæ teneatur aliquid reddere vel reſtituere, de hoc certificet illico Theſaurarium noſtrum cum proprio Albaranno; vel Scriptorem-rationis ſi ad ejus officium id noverit pertinere; & ſibi caveat quod interim non expediat illum qui reſtituere tenebitur; nec compoto ſuo finem ponat, donec per albaranum Theſaurarii vel Scriptoris-rationum, ſi ad eum pertineat, conſtet ſibi quod illi reſtituerit id quod reddere tenebatur: ſi vero id quod debet reddere contradicat, compellat ipſum per captionem pignorum vel aliis remediis quibus decet. Cum vero reſtituerit & compleverit id quod debet, tunc Magiſter-rationalis faciat ſibi albaranum de compoto reddito per eumdem, & ut remittat expeditum. Si vero facto compoto appareat aliquid eſſe reſtituendum illi compotum reddenti, tunc Magiſter-rationalis faciat ſibi duo albaranna, unum teſtimoniale de compoto per eum reddito, alterum per quod ſolvatur quantitas ſibi reddenda: & hæc duo albaranna dirigantur Theſaurario, vel alii ſi ad alterius ſpectet officium.

reliqua tenentes denunciare,

ad ſolutionem cogere,

B

ſuper erogato reddenda curare.

226 Proſpiciat inſuper Magiſter-rationalis, quod ſi Officiales qui de ſua adminiſtratione cum eo computabunt, non exhibeant vel non tradant ſibi complete inſtrumenta vel apochas vel albarana pro illo compoto neceſſaria, vel ad compotum ſpectantia, vel alias defectuoſe computabunt; ſtatim dictus Rationalis dictos defectus Scripturarum & alios in ſuo memoriali reponat, quos Nobis exponere ſigillatim properet, vel alii cui duxerimus committendum: & illos defectus dumtaxat annullet & cancellet in ſuo memoriali, quos Nos vel illi quibus commiſſum fuerit, ei duxerimus cancellandos: & de aliis non cancellatis, ſibi faciat fieri complementum, per illum qui reddet compotum; vel alium, ſi alius tenetur id complere: alias illi qui compotum reddent, non ſint de ſuis compotis expediti; & ultra hæc, ſi facto compoto appareat ipſos aliquid debere, confeſtim ad id reſtituendum compellantur.

deficientes in exhibendis apochis

non abſolvere inſcio Rege;

C

227 Ceterum Procuratores reddituum noſtrorum, quarumlibet terrarum noſtrarum, in compotis ſuis quæ reddent quocumque anno, per dictum Rationalem, minime compellantur ipſi Rationali exhibere apochas ſive albarana ſolutionum, quæ fieri debent ordinarie, & annuatim pro ſalariis tam Locum-tenentibus noſtris quam Judicibus ſeu Aſſeſſoribus & Bajulis & Vicariis & Caſtellanis ac Notariis & aliis quibus dantur certa ſalaria ſeu annuæ penſiones; quorum ſalariorum ſeu penſionum annuarum quantitates, ſcriptis teneat dictus Rationalis in libro ſuo Notamentorum, & ſcripta etiam teneat omnia quæ dicti Procuratores noſtri ordinarie tenentur ſolvere quibuſvis perſonis quoquo anno. Teneatur etiam Rationalis dare fidem dictis noſtris Procuratoribus in ſuis compotis, ſuper expenſis quas aſſerent ſe feciſſe ex juſtis cauſis & rationabilibus.

illas tamen non exigere

a Procuratoribus reddituum

228 Sit etiam ſolicitus Magiſter-rationalis, quod recipiat in ſcriptis a Procuratoribus noſtris pretia quorumlibet reddituum noſtrorum in continenti, cum dicti redditus quolibet anno venditi erunt per Procuratores prædictos: poſt quod dicta pretia ſcribat & reponat in ſuo libro. Nec non ſit ſolicitus quantum poterit quod ſciat veritatem falliarum *b* quæ fient tam per noſtros domeſticos quam per alios noſtros Officiales fallias facientes; & illas executioni debitæ faciat demandari, ob hoc ut ipſi domeſtici & alii prædicti occaſionem non habeant falliandi. Recognoſcat etiam Rationalis de medio in medium annum, & quotiens voluerit & opus erit, omnia recepta per Procuratores & ſoluta, & etiam quantum erit penes eos in moneta, & quæ erunt per eos debita. Provideat etiam & Procuratores noſtros ſolicitet, quod in capite cujuſque anni completi ſint Procuratores abſque defectu ad reddenda compota ſua pro toto illo anno complete.

D

qui ſolum illorū pretia annuē tenentur indicare.

b Ejuſdem eſt mulctare abſentes,

excipere rationes Procuratorum,

229 Jubemus etiam quod Magiſter-Rationalis habeat & teneat quatuor libros ordinarios: quorum unus vocetur Liber notamentorum communium, in quo notet & ſcribat omnia, quæ recognoverit ſe recepiſſe a Theſaurario ſeu aliis Officialibus, noſtris ad finem quod in computis cum eis fiendis videre poſſit Rationalis, quæ dant alii pro receptis. Eodem modo notet in dicto libro omnia quæ facere poſſent ad Clerici Rationalis inſtructionem, & eorum qui cum eo debent computare. Teneat etiam ſecundum librum, qui vocetur Liber de affinamentis computorum, in quo notet & ſcribat omnia recepta & data ſeu ſoluta per illos qui reddent computa ſua, & etiam ſcribat finantias *c* omnium compotorum. Retineat etiam penes ſe librum illum ſeu ſcripturam cum qua computaverit ille cum eodem Rationali, & etiam retineat apochas & albarana, cum quibus faciant ſibi fidem de datis & ſolutis, computa ſua recolentes. Habeat etiam tertium librum, qui vocetur Liber ordinarius, *d* in quo ſcribat omnes receptas noſtras & datas. Habeat inſuper quartum librum, in quo faciat regiſtrari omnes apochas & omnia albarana, quæ ratione ſui officii facere & tradere tenebitur; & omnes etiam apochas & albarana quæ recipiet quoquo modo.

libros habere, Notamentorum,

E

de affinamentis computorum,

c

Ordinarii

d

4 Apocharū

230 Magiſter rationalis etiam in capite cujuſque anni, quem annum incipere volumus prima die menſis Aprilis, finabit Nobiſcum (præſente Theſaurario noſtro, & aliis ad hoc vocatis, vel per Nos ad hoc ordinatis) reliqua quæ ſupererunt anno quolibet de redditibus noſtris illius anni: deductis tamen expenſis domus noſtræ, & aliis expenſis tam ordinariis quam extraordinariis terrarum noſtrarum & expeditionum noſtrarum: & illam finantiam cujuſque anni ſcribi jubemus in quodam libro pergameni, qui liber penes Nos remanebit ſecrete quoquo anno; ut proinde ſcire poſſimus, quantum creſcent vel decreſcent anno quolibet redditus patrimonii noſtri & expenſæ, compenſatis oneribus expeditionum noſtrarum, quæ ſecundum majus & minus evenerint; & quod tunc erit in reliquis annuatim.

quotannis 1. Aprilis concludere rationes ſuas cum Rege.

F

& hanc ſummam ferre in librum ſpecialem.

231 Recipiat etiam Rationalis a Theſaurario noſtro compotum de ſex in ſex menſibus anno quolibet, & recipiat in compoto omnes quantitates quas dixerit ſe ſolviſſe pro donis quæ fecerimus, uſque ad quantitatem centum ſolidorum licet de quantitate illa vel minori nullum oſtendat albaranum vel mandatum, ſolo enim verbo ſuo ſuper hoc credi volumus. Ultra vero quantitatem prædictam, non aliter in compoto recipiat, niſi oſtenderet albaranum vel litteram aut mandatum noſtrum ſcriptum, & noſtro ſigillo vel annulo ſigillatum, vel niſi oſtenderet Theſaurarius albaranum ipſius Magiſtri Rationalis alicujus debiti, vel litteram alicujus Judicis vel Commiſſarii noſtri aut Auditorum omnium quatuor vel duorum, dum tamen unus ſit Miles & alius Doctor, executoriam alicujus ſententiæ contra Nos la-

recipere ſingulis ſemeſtribus computus Theſaurarii,

tæ,

A

De Theſaurario . ℞. 111.

SIcut de Principis liberalitate procedit, theſaurum & pecunias, ubi & quando congruit, menſurata moderatione diſpergere; ſic & ejus prudentiæ convenit honeſte congregata in ipſius opportunum ſervitium conſervare.

Huis incluſio

237 Theſaurum igitur & pecunias noſtras recipiendas & conſervandas uni committi volumus fideli & induſtrioſo viro, qui Theſaurarius a rei convenientia nominetur; quique taliter in congregando ſeu recipiendo ſit diligens, ut & cum aſperitate nimia non exigat, & in conſervando ac diſtribuendo commoda noſtra non intercipiat ac elidat.

redditũum pecunias recipere a Procuratoribus,

238 Habebit ergo Theſaurarius pecuniam a Procuratoribus noſtrorum redditũum, & partem Nos contingentem ex emolumentis Cancellariæ, & condemnationes faciendas per noſtros Majores domus pecuniarias in domeſticis & noſtram curiam ſequentibus, recipere; & exinde tradere tam Scriptori-rationis quam aliis, qui ex officio eis incumbente illam habent expendere quovis modo. B Nec non etiam, ſi exemptione nomine noſtro facta vel ex alia cauſa, de qua ſibi conſtet alicui teneamur; volumus quod de illo per Theſaurarium noſtrum ſatisfiat, habita inde apocha de ſoluto. Sed extra cauſas præſcriptas jubemus eidem, ne alicui perſonæ de pecunia noſtra ſolvat una vice ſummam centum ſolidorum, abſque noſtro albarano ſigillo ſive anulo ſigillato. Porro eidem etiam inhibemus ne aliquod cambium recipiat abſque conſenſu Magiſtri-rationalis, & eo abſente ejuſdem Rationalis Scriptoris, niſi hoc aliter fieri de noſtro mandato procederet vel licentia ſpeciali, quæ etiam appareat per ſcripturam.

tradere officialibus eas expenſuris,

debita ſolvere ad Regis mandatum.

rationes reddere ſingulis ſemeſtribus,

239 Cum autem Theſaurarius rationem habebit reddere, per unum menſem vel quindecim diebus ante, procuret habere literam a Procuratoribus terrarum noſtrarum, a quibus recepit pecuniam, quæ contineat quantam ſummam recepit ab eiſdem. Deinde teneatur de ſex in ſex menſibus Magiſtro rationali, ſecundum formam eidem Rationali traditam, reddere rationem: nam in hoc volumus Theſaurarium illi ſubeſſe, ac debere illi quoad hoc obedire. Sane ſi ipſum Theſaurarium aliquando abſentare oporteat, non committat alicui vices ſuas niſi duntaxat ſuo Scriptori, qui eo tunc officium illius exerceat, niſi nos vellemus aliud ſpecialiter ordinare. Inſuper etiam ad ſuum C agnoſcat officium Theſaurarius pertinere, defendere & promovere in noſtro Conſilio ea quæ noſtrum concernunt patrimonium; caveat tamen in hoc quod nulla per eum calumnia intercedat, ſed alleget pro jure noſtro quod poteſt juſtitia non offenſa.

non niſi Scriptori ſuas vices committere

jura Regis tueri.

parere ſententiis contra Regem latis,

240 Præterea volumus & mandamus, ut ſi per aliquos Commiſſarios noſtros, in vim executionis alicujus ſententiæ contra nos latæ, mandari contingat vel requiri Theſaurarium, ut aliquam pecuniam, ad quam forſitan Procurator noſter, noſtro nomine condemnatus extiterit, alicui perſonæ perſolvere illam, ipſe Theſaurarius confeſtim illis in hoc habeat obedire. Nam & rationi conſonum eſt, ut de Nobis ipſis aliis promptam exhibeamus juſtitiam, qui alios etiam ad hoc cogimus, prout ex debito aſtringimur & tenemur. Et ut Theſaurarius de iis quæ hac ratione perſolverit, poſſit Rationali facere fidem; habeat, antequam illa perſolvat, a dictis Commiſſariis vel Judicibus aut Auditoribus mandatum ſeu requiſitionem in ſcriptis, & a perſonis quibus pecuniæ ſolventur apocham de ſoluto.

& fidem illi jurare,

241 Poſtremo quidem juramentum & homagium Nobis præſtare debebit Theſaurarius, quod theſaurum & pecunias noſtras fideliter cuſtodiat, quodque pecunias noſtras in uſus ſuos proprios aliqualiter non convertet, nec eas mutuabit alicui, ſine noſtri licentia ſpeciali, quam in ſcriptis valeat exhibere: ac etiam quod nihil fecit vel faciet, quo minus poſſit præmiſſum juramentum atque homagium ſervare. Item quod ſummam noſtri theſauri & redditũum noſtrorum nemini revelabit, niſi Nobis & Magiſtro Rationali, vel etiam Scriptori ſuo, quibus ex officio competit illud ſcire. Nec non, cum juxta Regiam noſtram ordinationem de Conſiliariis, noſter Theſaurarius in noſtrum Conſilium admittatur; volumus quod juramentum fiendum per Conſiliarios, in dicta ordinatione annexum præfatus Theſaurarius Nobis facere teneatur. Item quod non recipiat veſtes *a* alicujus neque molarium *b*; nec erit de domo aut conſilio alicujus, cujuſcumque ſit conditionis, niſi a Nobis petita licentia & obtenta.

D

etiam ut Conſiliarius,

a b

ANNOTATA D.P.

a Veſtes *intellige teſſerarias, quibus ſe alterius clientem quis profitetur, forma vel colore diſtinctas.* E

b Molarium *arbitror, dici Numiſma honorarium, alterius vultu effigiatum, itaque dictum a* Mola *ſeu* Modulo, *id eſt typo, cui infuſum metallum formam recipit, Hiſpanis* Molda, *Francis* Moule, *Teutonibus* Mol: *unde* Mouler, Moldar *typo exprimere.*

De Scriptore Theſaurarii. ℞. 1V.

242 SCriptor Theſaurarii, per Nos eligendus, habet ſcribere in libris rationes ipſius Theſaurarii, & in ipſius Theſaurarii abſentia officium ejus peraget, ipſique Theſaurario obediat poſt Magiſtrum Rationalem. Præſtabit autem juramentum & homagium, quæ præſtare debet Theſaurarius: dempto tamen juramento quod concernit Conſilium, ad quod non admittatur iſte Scriptor.

Poteſt ejus ſupplere vices;

De Scriptore-rationis. ℞. V.

CUm in noſtra Regia curia magnos & plures ſumptus oportere & debere fieri dignoſcamus, in iis peragendis virum legalem & diligentem, nec non calculare & ſcribere ſcientem, volumus aſſignari, commodiſſime providentes; quem Scriptorem-rationis diſponimus nuncupari.

Hujus eſt F

243 Ipſe vero omnibus noſtris familiaribus quitationes, quæ & prout unicuique eorum erunt perſolvendæ; etiam tempore guerræ ſtipendiariis quibuſcumque actus armorum exercentibus ſolvere fideliter teneatur: a quibus ſtipendiariis de ſolutis eis per eum recognitionem ſeu apocham habere procuret cum effectu. Pecuniam autem per quoſdam Officiales noſtræ curiæ, videlicet Emptores victualium & Apothecarium & per Falconerium, emendis avibus quoad victum neceſſaria ac per Folleriam noſtrum & per Sotricem pro linteaminibus, mappis & aliis abluendis; & per canum Cuſtodem ac Zemblerium majorem, dominaas pro ſumptibus pro noſtris propriis zemblis faciendis; & Civaderium, in coria ipſa expendendam, eiſdem & aliis quibus ipſe Scriptor rationis, juxta noſtras ordinationes, pecuniam eſt traditurus & exiſtat; idem Scriptor tradere non Omittat; & ab ipſis diebus ſingulis, præhabita per ſe vel per Scriptorem oculata certitudine de numero eorum qui comedeſint in curia ipſis diebus, computum, præſente altero Majorum-domus, ſi intereſſe voluerit, exigat & recipiat diligenter. Et ipſe Scriptor rationis de omnibus prædictis Rationali, quo-

cuique ſuũ ſtipendium dare,

& pro ſumptibus in curia faciẽdis pecuniam,

a Theſaurario acceptã,

A quotſcui idem Rationalis voluerit, computum & rationem reddera teneatur, præfato vero Scriptori-rationis tradatur per Theſaurarium pecunia pro ſumptibus prælibatis.

intendere ſubditis Majoris-domus;

244 Quodque dictus Scriptor-rationis (Sub tamen Majoribus-domus) continue videat & intendat circa quæ acta fuerint & agenda in eorum officiis per Officiales qui immediate ſubſunt Majoribus domus: quos iu ſangentibus dicta officia, ut ſibi viſum fuerit, inſtruere & corrigere verbo valeat & mandare; ac eos qui ei compota reddere tenebuntur, ea reddere recuſantes, quitatione menſis unius vel infra etiam privare. Præteres volumus, quod dictus Scriptor-rationis condemnationes, quæ fient per habentes poteſtatem, de quitationibus noſtrorum domeſticorum executioni tradendo, illas Eleemoſynario non omittat demandare: eiſque noſtris domeſticis quitationes eorum & alia per eos a noſtra curia recipienda (donec per eos cum albarano, quod Nobis juramenta & homagia per eos fienda, juxta noſtram Ordinationem, præſtiterint) perſolvat nullo modo.

mulctas tradere Eleemoſynario,

B

nec profanet pecuniam averſam,

245 Statuentes inſuper quod ipſe Scriptor-rationis, ſub pœna ſui officii umittendi, aliqua ratione vel neceſſitate de dicta pecunia, niſi pro dicto ſuo officio debite exercendo, accipere audeat attentare; nec accommodare alicui, ſub pœna quitationis ſuæ unius anni amittendæ, ultra quitationem trium menſium futurorum circa quæ moderate ſe habeat & diſcrete. Solerter autem præcaveat idem Scriptor-rationis, ne per Nos D aliquem de domo noſtra receptum ſcribat in libro noſtræ Matriculæ, abſque noſtro ſpeciali mandato: et quo conſtare ſibi, per litteram inde factam vel albaranum noſtro ſigillo munitum, volumus ſpecialiter & mandamus. Nec non volumus ad ejus officium pertinere, quod incontinenti, facto per Nos aliquo viagio, ſe informet cum majori Zemblerio noſtræ curiæ, de numero animalium, quæ conduxerit occaſione noſtri viagii ſupradicti, quem ipſum numerum, Magiſtro rationali noſtræ curiæ per ſuam ſcripturam debeat intimare. Anoectimus etiam quod præmiſſus Scriptor-rationis, Nobis, quod bene & fideliter in ipſius officio ſe habebit, faciat ſacramentum: & quod nihil fecit neque faciet propter quod ipſum ſacramentum nequeat obſervare.


aut cuiquā commodare,

aut aliquem immatriculare arbitrio ſuo.

in itineribus factos ſumptus colligat ſcriptura.

De Scriptore Scriptoris-rationis. R. VI.

246 ORdinamus autem quod Scriptor-rationis habeat ſub ſe Scriptorem, per nos eligendum, qui ſibi poſt Rationalem obediat: per quem ſcribatur fideliter, quidquid de dicta pecunia per dictum Scriptorem-rationis fuerit exſolutum: & alia etiam fiant tangentia ipſum officium, quæ ipſe Scriptor-rationis ſibi duxerit injungenda. Juramentum Magiſtro E rationali & Scriptori-rationis, quale ipſe Scriptor nobis facere tenetur, exhibere ſit aſtrictus.



INCIPIT QUINTA PARS,

De ordinationibus ad officium Majoris-domus ſive eorum qui eis ſunt immediate ſubmiſſi pertinentibus.

In hac tabella nota Majorem-domus, virga ſua poteſtatis inſtructum, in menſa autem appoſita pocula aurea, ciſoria, ſive orbes argenteos: tectum triclinii pomis rubeis coronatum: intra primam autem litteram idem Major-domus miniſtros inſtruere, aut invitatos videtur introducere.

De conviviis. R. I.

Caritatis erga ſubditos cauſa

QUamvis reprehendantur illa convivia, quæ abſque caritate & timore divino ingluviei deſerviunt; tamen quæ ex caritate, quæ nos ſola Deo gratos facit, prodeunt, in quibus nulla vita mordetur abſentiam, non reprehenſa inveniuntur, ſed laudata.

247 Ideo Nos, qui caritatem dilectionem inter Nos & po-

Digitized by Google



Leg. Palat. Tab. II

Digitized by Google

A & populum, Nobis ab illo; qui nimia caritate & amore Filium in terris mittere eſt dignatus, commiſſum conſervare deſideramus; excogitavimus prudenter, ut feſtivitatibus Paſchæ, Pentecoſtes, Natalis Domini & Epiphaniæ convivium faciamus; ut Nos, qui caritatem ſubditis communiter oſtendere non poſſumus, ne eos a diſciplinæ metu reſolveremus, ſi noſtro regimini hilaritatis fræna relaxaremus (quia dum Nos quidam licentius lætos aſpicerent, avidius ipſi ad illicita reſolverentur) ad minus diebus iſtis vultum noſtrum hilarem omnes videndi habeant facultatem: ex hoc enim multum dilectio inter Principem & ſubditos conſervatur. Quia ſicut (ut diximus) hilaritas nimia nocet ſubditis aliquando; ita & prodeſt Principibus, ut temporibus debitis lætitiam & hilaritatem demonſtrent. Nam qui præſunt populi, ſi volunt firmum eſſe ſolium, ſub hilaritate vultus & gratia plenos exhibeant; ne, per arrogantiam rigidi, plebis odium incurrant.

Ordinantur 4. feſta Domini.

quibus illi Regem videant epulantem,

& gratioſe hilarem.

248 Hoc autem fieri diebus ſeu feſtivitatibus prædictis fore faciendum decernimus, ut tanti dies & ſic ſo-
B lennes, noſtros (ut dictum eſt) populo providendo abſque ſolennitate minime tranſeant. In feſto autem S. Crucis, ſi in Perpiniano, & S. Annæ, ſi in civitate Majoricæ præſentialiter fuerimus conſtituti, ſolenne convivium propter feſtum, quod ad honorem Reliquiarum in noſtris capellis ipſorum locorum collocatarum agimus, tam pia devotione moti, quam ritum prædeceſſorum noſtrorum obſervantes, fieri mandamus. In his vero conviviis per noſtros Majores-domus bonas & honorabiles perſonas, non tales de quibus convivium potius deturpetur, quam honorificetur volumus evocari.

item alia 2 Perpiniano & Majoricæ propria.

De ferculis. ℞. 11.

LIcet deceat curias Regum & Principum diverſis ac variis abundare, quia plerumque tamen plures epulæ, præſertim labore ac magno miniſterio conquiſitæ, morbos ingerunt hebetant ſenſum, vitia inferunt, virtutes evellunt, niſi remedietur temperantiæ medicina, quæ caſtitatis mater exiſtit.

249 Cupientes igitur ſaluti tam menti quam corporis ſalubri remedio providere, ſtatuimus ut curia noſtra regulariter in prandio duobus dumtaxat ferculis ſit contenta. Volumus tamen aliquoties ultra hoc, ad cognitionem noſtræ curiæ Magiſtri, de aliquo interfercu-
C lo præparari: in cœna vero uno continue, vel duobus aliquotiens, prout dicto Magiſtro videbitur expedire. Porro, convivium faciemus, dum tria fercula dentur ac unum interferculum: & tunc coqui & alii coquinæ miniſtri plus ſolito ſint intenti, ut omnia & ſingula ad dictam coquinam ſpectantia, ſolerter & bene, necnon abſque reprehenſionis macula condiantur.

Hæc ordinaria duo ſint,

tria conviviis.

250 Sane ubi viſum magni ſtatus & eminentiæ per Nos contingerit invitari, volumus omnia prædicta ceſſare, & dictum ordinem minime obſervari; ſed ſecundum Ordinationem noſtram Regiam & ſpecialem, omnia & ſingula diſponantur. Rurſus volumus & jubemus, quod in curia noſtra dentur cibaria meliora quæ poterunt reperiri, tam de volatilibus quam de aliis carnibus groſſis: ita quod in ſeptimana, dentur gallinæ in hieme, pulli vero in æſtate. Nam hæc & alia cibaria præparari volumus, juxta temporis qualitatem; in hieme, quæ congruunt hiemi; & in æſtate, quæ congruentia ſunt æſtati. Adjicientes quod de dictis cibariis unum genus decoquatur in aqua, aliud in veru vel alio modo, ſic quod dicta fercula prorſus fiat diſſimilia & diverſa.

plura cum aderit eminens hoſpes

cetera pro temporis ratione,

251 Quantum autem de dictis ferculis, tam de carnibus quam de volatilibus, coram Nobis, & Prælatis, D
& Baronibus, & aliis perſonis cujuſcumque conditionis exiſtant, fuerit apponendum, hunc ordinem volumus obſervari. Videlicet quod dictus Magiſter curiæ noſtræ proſpiciat diligenter, ut abunde ſine exceſſus vitio, coram unoquoque de dictis cibariis apponatur; taliter circa hoc ſuum exercendo officium, quod indigentiam fugiat & ſuperfluitatem prorſus evitet. Et quia in appoſitione prædicta decet aliquos, juxta ſtatus conditionem, plus ceteris honorari, volumus quod in ciſſorio noſtro pro octo perſonis de dictis cibariis apponatur, & tantumdem in ciſſoriis Cardinalium ſeu Patriarcharum nec non Archiepiſcoporum, ſi eos per nos contingeret invitari; in ciſſoriis vero Epiſcoporum, pro ſex; Abbatum vero & Baronum, Militum & Vicecomitum (quamvis Milites non exiſtant) & Priorum, pro quatuor jubemus apponi. Sed in ciſſoriis aliorum inferioris grados, juxta conſuetudinem in noſtra curia diutius obſervatam, æqualiter apponatur, niſi dictus noſtræ curiæ Magiſter proſpiceret aliquem debere plus ceteris honorari. Si autem qui in noſtra menſa ſedebunt, E
ut Barones, licet inferioris ſint gradus, quoad hoc habeantur.

Quoad quantum.

Spectanda perſona,

& dignioribus apponendum in Ciſſorio amplius.

De ſellis, frenis, & aliis paramentis equorum. ℞. 112.

QUia quæ in Principibus geruntur facile a ſubditis in exemplum trahuntur, attendendum fore judicavimus, quod in omnibus geſtis noſtris, ſicut Regale faſtigium non modicum expoſcit, honeſte & temperate nos habeamus; ſic quod ſapientes in bonum confirmentur, & inſipientes vanitatibuſque vacantes ad temperantiam provocentur.

Ut hic quoque apparatus moderatio,

252 Unde ſuperfluitatem vitantes, maxime in iis quæ ordinarie habent fieri, volumus quod ordinarie, niſi ex alia cauſa alias fieri mandaremus, quatuor ſellæ palafrenales cum ſuis frenis, ſignis quarumdam perſonarum militia pollentium, *a* ut nobis videbitur, *a*
decoratæ, ſint noſtræ perſonæ ſervitio præparatæ: quarum duæ habeant coria cooperta veluto, auro & ſerico comminuto: reliquæ autem duæ habeant curia non cooperta veluto, ſecundum modum paraturæ noſtro affectui accedentem. Dictarum vero duarum ſellarum, habentium coria cooperta veluto, *b* anno quolibet, una *b*
proxime ante feſtum Nativitatis glorioſi Salvatoris hu- F
mani generis peragatur; altera autem fiat proxime ante feſtum Reſurrectionis glorioſi Salvatoris humani generis memorati: reliquarum vero duarum ſellarum habentium coria non cooperta veluto, anno quolibet unam proxime ante feſtum B. Joannis Baptiſtæ fieri hoc edicto laudabili ordinamus; alteram proxime ante feſtum B. Michaelis Archangeli volumus adimpleri.

ſint duæ ſellæ ſerico ſtrictæ

a ſimplici corio, & quotannis mutentur.

253 Præterea octo ſaltem ſellas, armorum uſui deſtinatas, pro noſtræ perſonæ ſervitio habeamus, quarum duæ ſint noſtro ſigno Regio penitus decoratæ: reliquæ vero ſint aliis operibus noſtræ voluntati placentibus exornatæ. Jubemus etiam quod quatuor ſaltem mantæ *c* continue ſint paratæ ad tegendum dictas ſellas *c*
noſtræ perſonæ ſervitio deſtinatas: quarum duæ ſint noſtri ſigni Regii in ſuis partibus univerſis, aliæ autem duæ ſint diverſis operibus communitæ. Poſtremo ſubjungimus prælibatis, quod adſit continue copia mantarum ac aliarum rerum neceſſariarum equis & ceteris animalibus antedictis: quarum quidem mantarum, illæ quæ æſtatis tempore tenebuntur, ſint albæ, ſignis Noſtris Regiis exornatæ: aliæ vero quæ hiemis tempore tenebuntur, ſint rubeæ, ſignis noſtris Regiis communitæ.

item octo ſpecioſiores pro perſona Regis.

cum e mantis,

pro æſtate albæ, rubris pro hyeme.

A quatuor annos. Ordinamus inſuper quod fiant præter prædicta (quatuor) coopertoria de ſindone viridi, & alia quatuor de ſindone rubea, quæ ſerviant tam Domicellis noſtris Cubiculariis & aliis Cambereriis *f* qui jaceant in noſtra camera vel retro-camera, quam Nobis in ſtrato noſtro, quod paratur in camera noſtri Conſilii vel alibi. Et ſerviant coopertoria de ſindone viridi eo tempore, quo lecti noſtri ſupradicti coloris viridis parabuntur: coopertoria vero coloris rubei ſerviant eo tempore, quo lecti noſtri coloris rubei parabuntur. Jubemus inſuper quod teneatur continue pro Nobis unus lectus vel duo lecti de ſindone, cujuſvis coloris cum ſuis apparamentis: qui Nobis ſerviant quotiens Nos itinerare contingerit, in eo quieſcendo de die, & etiam dormiendo, vel alia ſimilia faciendo.

& lecti 4. pro cubicu- lariis colo- ris regii;

Item alius ad iter pa- ratur.

258 Ordinamus etiam, quod cortinæ ſemper teneantur de ſindone viridi & de rubea; & ſint ultra illas quæ ſunt junctæ cortinis ſuperpoſitis lectis noſtris: & cortinæ jam dictæ ſint talis longitudinis, quod ſerviant, tam ad ponendum eas ante lectum noſtrum cum opus

Item corti- næ ejuſdem coloris,

B fuerit, quam ad mediandum ſive per medium dividendum unam cameram vel aliam magnam domum, vel uſus alios ſimiles. Et volumus quod cortinæ virides parentur cum opus fuerit eo tempore, quo lecti coloris viridis ſunt parati & rubei quando lectus tenebitur rubeus. Volumus inſuper quod duodecim cortinæ, videlicet ſex de ſindone rubeo & aliæ ſex de ſindone viridi teneantur, cum quibus parentur Nobis oratoria, quoties divinum Officium contigerit nos audire: quibus utatur, prout utetur coloribus lectorum.

259 Jubemus etiam quod panni lineæ continue habeantur, quatuor coloris rubei & alii quatuor coloris viridis; & illi panni ſint amplius delicati quam illi qui ponuntur in terra circa lectum. Inſuper octo cuſſini longi, de veluto rubeo. Fiant etiam alii octo cuſſini quadrati de veluto viridi, & ſex communis formæ, non ita magni, qui etiam ſint hiſtoriati ut priores; de veluto rubeo: & ſerviant dicti panni & cuſſini tam in oratorio noſtro tenendo, quam etiam in conſilio, eos ponendo retro. Nos, in parietibus eatenus & affixos, ſcilicet pannos: & ſerviant dicti panni & cuſſini rubei coloris, eo tempore quo lecti noſtri rubei parabuntur; panni vero coloris viridis ſerviant eo tempore, quo lecti co-

Item ſtra- gula,

cuſſini longi,

C loris viridis parabuntur.

260 Volumus etiam quod teneantur panni linei & hiſtoriati, qui ſerviant nobis cum erimus in menſa, ponendo eos retro nos in parietibus affixos, vel etiam eos in capite lecti noſtri ponendo, cum Nos contigerit in tali loco eſſe, ubi non pararetur pro Nobis lectus cum ſuperpoſito paramento. De quibus quidem pannis aliqui ipſorum ſint magni, pulchritudine aliis præeminendo, ut ſolennioribus diebus, ut noſtrum expoſcit Faſtigiū, abſque deturbatione ſolennitatis valeant deſervire.

dorſalia ad menſam,

261 Ordinamus etiam quod fiant octo nova *g* banchalia lanea, bene diverſi coloris operata, quæ Nobis ſerviant in ſcamno noſtro, quo ſedebimus quando comedemus & in menſa erimus. Et etiam fiant duo cuſſini longi de velutis talis coloris cujus ſunt arma noſtra Regalia; *h* quæ Nobis ſerviant pro ſedendo, quotiens comedemus & in menſa erimus. Jubemus etiam quod fiant duo retrodorſalia & banchalia & cuſſini longi & quadrati qui omnes ſint de panno aureo ejuſdem coloris qui Nobis ſerviant cum Nos populo noſtro ob aliquam cauſam loqui debebimus, & eos ad conſpectum noſtrum vocabimus; vel in alio uſu nobis ſerviant, prout noſtræ placuerit voluntati. Ordinamus inſuper quod fiant duo coopertoria lanea, pellibus variis folrata, quæ ponantur ſuper lectum noſtrum, cum nos de nocte vel de die jacere contigerit aut dormire. Volumus etiam quod continue habeantur & teneantur in promptu, vannæ *i* linteamina, coopertoria & aliæ decentes veſtes, ultra illas ve- D ſtes quę pro lectis noſtris ſunt ordinatæ; ut ſi caſu aliquę, *b* excellentia ſpoliatis, infra ſeu extra noſtrum hoſpitium jacentibus, de ipſis pannis providere vellemus, ea defectu ipſorum minime noſtro deſiderio defraudati remaneamus.

g banchalia.

aliaque ex panno aureo dum popu- lus alloquen- dus.

aliaque ſu- pellectilia,

262 Prædicta autem omnia (præter illa, de quibus eſt dictum, quibus temporibus fieri debent) mutentur & alia de novo fiant quotienſcumque neceſſarium fuerit, & etiam opportunum & noſtris Camerlengis viſum fuerit faciendum: attendentes quidem ipſi Camerlengi, quod in ſufficienti numero ſemper de ipſis habeantur, ſecundum quod actus, ad quos prædicta ordinavimus, requirunt; taliter facientes, quod non ſolum uno ornatu pro quolibet actu contententur, imo diverſis & cujuſlibet coloris, per Nos ſuperius ordinatis: taliter quod quando contingat Nos pro uno actu in diverſis locis paramenta præparare, ex carentia prædictorum ordinatio noſtra præſens, neque in modo neque in coloribus, valeat prætergredi quoquo modo.

mutanda quoties o- pus erit.

ANNOTATA. D.P. E

a Fodrum, Foderum, & fodrum *eſt duplicatura levioris panni, graviori ſubſuti, dicitur etiam de pellibus ad eundem finem adhibitis; Teutonice* fouder, vouder, *hic autem primum invenitur* l *pro* d.

b Sindon *videtur hic accipi pro byſſo tenui, alias* Taffetta *dicta*.

c Capellis ſolis, *dicitur* galerus, *qui ſolem arcet: qualis forma ejus fuerit Jacobo Regi, vide in imagine frontali Partis* 8.

d Coſſinus, cuſſinus, Cuſinus *pulvinus, diminutivum, Furetierius in Dictionario Univerſali* Coite *indicat, nunc fere exoletam vocem, lectum plumeum ſignificare; ut omnia videri poſſint derivata a* quieta, *unde* Coy *quietus*. F

e *Humilis, ut puto, & ſolo ſternendi, nec in fulcra elati.*

f *Uti ex* Camera, *fit* Cambra, *ſic etiam* Cambrerius, *pro* Camererius *hic ſcribitur*.

g Bancus, *Teutonibus* Bank, *ſcamnum; hinc* Bancale, *pannus ſcamno inſternendus*.

h *Rubro ſcilicet ac flavo virgulata*.

i Vannæ, *nuſquam alibi adhuc inventa, quid ſint, non divino; nam* Vanni *ad rem frumentariam ſpectantes, nihil huc faciunt*.

De Oblationibus. Rx. 22.

ATtendentes, quod ante Dei oculos nunquam eſt vacua manus a munere, ſi arca cordi ſit bona voluntate repleta; nec Abel ea muneribus, ſed ea Abel munera oblata placuerunt.

Quid ho- mo ſumo

273 Volentes de oblationibus, quas in Miſſis in manus offerimus Sacerdotis, ordinare, non ad quantitatem, ut illi, qui quando Sacerdotibus ſuis dant, quodammodo ſe monſtrando (illo Dominico verbo oblivioni tradito, in quo ne manus dextra eleemoſynam quam ſiniſtra faciet, & e converſo, ſciat, cavetur) totum in oblatione, quam offerunt in Miſſis ponunt: ſed ad ſignificationem tantum, (poſtquam ſicut duodecim Sacerdotibus noſtris aliter providemus) reſpectum habemus: ordinantes quod diebus Paſchæ, Aſcenſionis Domini, & in feſto Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, Omnium SS. & Trinitatis & Natalis Domini, & in quatuor feſtivitatibus B. Mariæ, necnon etiam in feſto Exaltationis S.Crucis in Perpiniano, & in die S. Annæ (ſi tamen in ipſa die, ſcilicet S. Annæ, in civitate Majoricarum fuerimus conſtituti) xv. denarii ad oblationem majoris Miſſæ nobis parentur & habeantur: ad alias vero Miſſas, ſi quas audiremus, v. & ad *a* Corporalia, v s r.

æſtimando ex quantita- tem;

jubentur pro majori- bus feſtis denarii 15. alias 5. pa- rari,

& ſeptem ad oſculum corporalis.

In Epiphania aurum thus Myrrha.

A 264 In feſto autem apparitionis Stellæ, quia illa die per Reges aurum, myrrha & thus oblata fuerunt Chriſto Salvatori noſtro, volumus ut offeramus in Miſſa majori unum aureum, & myrrham & thus in modica quantitate; quia ſolum hoc ad ſignificationem facimus: ad Corporalia vero unum aureum tantum; & in aliis Miſſis ſi quas illa die audiremus v. denarios. In Paraſceve etiam xxx. argenteos, quando ad adorandum Crucem accedemus, offerre volumus; ut ſicut ille proditor Judas impie Salvatorem ac Redemptorem noſtrum triginta venumdavit argenteis; Nos pie eos offerendo, traditionem & deinde mortem ſecutam Regia noſtra mente recolamus. In diebus vero, quibus præter prænominatus Duplex feſtum in noſtra Capella fit (exceptis diebus Sabbatinis quibus ea devotione communiter Officium Beatæ b Virginis Duplex coram nobis celebratur) ad majorem Miſſam vii. denarios, & ad Corporalia v. & ad alias Miſſas, ſiquas devotione moti vel ex ordinatione audiremus, tres offerre in præſenti ordinamus. Reliquis vero feſtivitatibus ſive B diebus anni, in Miſſa ſive miſſis, ſive ad Corporalia, tres denarios tantum.

In Paraſceve denarii xxx.

In Duplicibus, 7 & ad corporale 5.

265 Prædicta autem tali conſideratione fecimus, ut xii. denarii ad honorem Trinitatis offerri intelligantur; & v. ut quinque hominum ſenſus ſignificent, quos Deo offerre debemus omnimode eos mortificando; vii. autem, ut dimiſſis ſeptem peccatorum mortalium cum recuperatione ſeptem donorum Spiritus ſancti deſignentur: xv. vero, in templo enim xv. gradibus aſcendebatur; ut ex ipſa ejus aſcenſione diſcamus, quatenus per vii. & viii. etiam temporalis ſolicitie diſpenſetur actio, & perinde æterna manſio requiratur.

cum pia ad quemq; numeri conſiderationem.

ANNOTATA D.P.

a *Cum anno 1693. 15. Octobris Antuerpia tranſiens in Germaniam, Eduardi Palatini filia relicta Ducis Hanovrani Catholici, Catholica etiam ipſa Miſſam in eccleſia noſtra Profeſſa domus audiret, vidimus ea abſoluta complicatum Corporale ipſi a Capellano deferri ad oſculum, ac deinde duabus ejus filiabus. Durat ergo hic mos etiamnum in Gallia, unde illa veniebat; aveo ſcire an etiam in Arragonia & Catalaunia.*

C b *Mabilio in Præfat. ad Seculum v. Benedictinum, quod eſt x. Chriſti, num. 117. breviter, ſed erudite oſtendit, talis Officii uſum jam tunc innotuiſſe.*

De honoribus quibuſdam perſonis ut congruis adhibendis. Rb. iii.

QUæcumque honoris cauſa præcedere dignoſcuntur, fore melioris ſchematis ſanciuntur, unde honorem debitum concernantia præſentis ordinationis ſerie promulgamus.

267 Quandocumque Cardinales aut Patriarchas aut Archiepiſcopos aut Epiſcopos Nobiſcum comedere contigerit ubicumque, eos Nobis præferri volumus in ſedendo: ſi vero ipſi Nobiſcum iverint aliquando, & ſimul incedere non valuerimus cum eiſdem; hos præcedere Nos, eſſe congruum arbitramur. Nam inter egregias laudes pollentis Regia dignitate, more irradiantis ſideris eluceſcit, quod intuitu ſanctæ fidei reverentiam multiſarie exhibeat iis, qui tantis eccleſiaſticis dignitatibus illuſtrantur. Plane Religioſi, quicumque, in menſa noſtra ſedeant, comedentes illis diebus, quibus eos coram Nobis contigerit prædicare: quia iidem venerabilis Religionis nexu divinus ſervitus continue inhærentes, quibus diebus aſſumuntur, eximiæ noD ſtræ utilitatis & non modicæ auctoritatis docendi exercitium, divina eloquia proferentes, merito honore magis quam diebus ceteris decorantur.

Cardinales, ſimileſque Prælatus ſibi præponi Rex jubet,

& religioſi qui ipſo die fuerit concionatus, aſſidere in menſa,

268 Ceterum quandocumque Cardinales aut Reges, vel fratres Regum, aut filii Regum vel alii quam plurimum Regibus conjuncti ſœdere naturali, qui de noſtra minime procederent domo; aut Duces vel Comites magna potentiæ partium remotarum ingredientur terrarum noſtrarum villam aliquam, aut aliquod caſtrum, vel aliquam civitatem; Nos ibi tunc exiſtentes occurremus eis, recolligentes ipſos, ut optimum videbitur, cum honore. Nam cupienda eſt honoris exhibitio, cum illum qui eumdem honorem aliis dignis exhibet, faciat cum laudis præconio inſigniri.

Illis & magnatibus externis obviam eundo occurrendo

cum ſuas ditiones ingrediuntur.

De fructibus in menſa miniſtrandis Rb. iv.

LIcet uſus fructuum non multorum per Phyſicos approbetur; ipſi tamen hominis gratia ſunt producti, & ad guſtum humanum naturaliter ordinati. Quapropter in regionibus quibus creſcunt, de bona E conſuetudine, tam in prandio quam in cœna, communiter miniſtrantur.

269 Statuimus igitur & jubemus, quod æſtatis tempore, & etiam alio, prout tempori convenientes fructus commode poterunt reperiri, ſemper dentur de illis in principio prandii, de duobus, & in principio cœnæ, de uno dumtaxat: In fine vero prandii non dentur ordinarie fructos aliqui, niſi Nobis & illis qui in menſa noſtra ſedent; & tunc etiam dentur fructus, prout tunc per Nos fuerit ordinatum. Diebus vero quibus fiet convivium ac jejuniorum diebus, dentur de uno, vel duobus fructibus tempori congruentibus, in fine menſæ, niſi nebulæ a cum nectare miniſtrentur. In fine vero cœnæ dentur ſemper de uno vel duobus fructibus, ſi poſſint reperiri vel ſaltem loco fructuum caſeus miniſtretur. Caveant tamen Officiales, quibus competit dictorum fructuum miniſtratio quod fructus prædictos tam ſiccos quam, maturos, bonos & ſinceros habeant & miniſtrent.

Miniſtrandi ſunt pro tempore fructus

in prandio & cœna,

a Nectar, *videtur hic accipi pro vino condito, aut alias præſtantiori, etſi refrigerando* Nebulæ *id eſt, nives, miniſtrentur.*

De illuminatione. Rb. v.

QUis celſitudo Regia ſtatus eminentia inſignitur, F merito in ipſius curia illuminatio magnifica obſervatur.

270 Ideo jubemus hac idonea ſanctione, quod quolibet nocte in camera noſtra quatuor accenſi brandones a & duo intortia habeantur. Sane ubicumque nocturno tempore comedemus, juxta noſtram menſam duo accenſa tortitia teneantur, vel plura, ſi inſpectis comedentium multitudine aut menſæ magnitudine expediens videatur. Præterea nocturno tempore in noſtro palatio talis adſit illuminatio copioſa, quod unus brando accenſus ponatur coram tribus comedentibus quibuſcumque. Quandocumque autem nocturno tempore per noſtræ habitationis hoſpitium incedere nos contingat, quatuor accenſa tortitia deferantur. Si vero extra noſtræ habitationis hoſpitium equitando vel peditando incedamus, tempore prælibato; decem accenſa tortitia deferri hac ſanctione congrua imperamus. Verum quando nocturno tempore dormiemus, in camera, in qua jacebimus, ſtadallus b factus, candelæ ſimilitudine obſervata, & unus cereus mediæ libræ, continue accenſi teneantur; juxta quos duodecim candelæ & brandones quatuor habeantur.

Definitur quot intortitia

Brandones & candelæ

veſperi & nocte ardere debeant

A 271 Annectimus quantitatem etiam præmiſſorum, ut unumquodque tortitium ſeu librarum ponderis habeatur: quilibet autem Brando tres uncias habeat ponderare, mediæ cannæ Montiſpeſſulani longitudinem obtinendo, candelas vero diſponimus eſſe tales, quod XL. *c* unitate unius libræ ponderis videantur. Diſponimus etiam obſervare quod anno quolibet, in feſto Purificationis Virginis glorioſæ Nos Miſſæ, divina ſolennia audientes, teneamus cereum ſaltem unius libræ ponderis ceræ albæ. Omnibus autem ibi exiſtentibus, ubi præfata divina ſolennia audiemus, dentur cerei ponderum diverſorum, ſecundum ſtatus eorum varias qualitates. Nobili quidem, Militi vel Vicecomiti, quamvis Miles non exiſteret, & etiam Prælatis (exceptis Epiſcopis, quibus octo unciarum tradere jubemus) cuilibet cereus quinque unciarum & mediæ ponderis præbeatur: unicuique vero Militum, Sacerdotum & aliorum qui meruerint eam eis numerari, cereus trium unciarum & mediæ ponderis tribuatur: cuilibet autem ex Scutiferis & aliis incedentibus equitando, cereus duarum unciarum & mediæ ponderis præbeatur; ceterorum vero unicuique cereus unius unciæ & dimidiæ ponderis tri-

B buatur. Noviſſime ſubjungimus antedictis, quod cerei ſinguli ponderis unius libræ, & alii ſinguli ponderis mediæ libræ, & alii ſinguli ponderis duarum unciarum per noſtrum Apothecarium fiant, pro divino ſervitio, in noſtra capella ut congruit peragendo.

a cujus ponderis eſſe ſingula

c

Quamque cerei in feſto purificationis tenendi.

ANNOTATA D. P.

a Brandones *a Teutonica* branden *ardere dictos, ſatis per ſe patet; exempla apud Cangium vide.* Intortitiorum *ſeu* torticiorum, *formam icon lateralis repræſentat;* candelæ *infra definiuntur tam exiguæ, ut* 40. *ſimul unam tantum libram faciant.*

b Scadallus, *a ſtando dici videtur: qui factus ad ſimilitudinem candelæ, renovat mihi formam lampadum in Italia adhuc frequentium, quorum ſcapus ſuperne oleo fartus & formam, & vicem candelæ præbet candelabro impoſita.*

c *Tam exigui Cereoli modo non mererentur can-*

C *delæ nomen; & accenſi ſinguli dimidio vix horæ quadrante durarent: ut vix capere poſſim, quis eorum uſus in menſa, vel camera fuerit.* Unitatæ *autem dicuntur id eſt* unitæ.

D

De honoribus exhibendis (a) §. VI.

Quamquam Regiæ conveniat Majeſtati, ut ejus curia tam de vaſis aureis quam argenteis decoretur; decet tamen erga ſubditos gradum & ordinem obſervare, ut ii dictorum vaſorum prærogativa lætentur, quos nobilitas generis vel eminentia dignitatis ſeu proximitas Principis inſigniant.

272 Statuimus igitur ut omnes in noſtro palatio cujuſcumque ſtatus exiſtant, in ſcutellis argenteis comedant, & in tacetis *b*, non tamen deauratis bibant. Barones vero qui Milites fuerint, Abbates & Priores, nec non Vice-comites, licet Milites non exiſtant, & Barones non Milites, qui noſtro Conſilio meruerint aggregari; taceas argenteas deauratas & majores aliis habeant ad potandum; & cibaria eis in platellis *c* argenteis deferantur, & habeant pelvim & bucrjam *d* argenteam ad lavandum: & qui ad latus noſtrum comedunt,

E decet plus ceteris honorari.

273 Volumus ut omnes qui in noſtra menſa comedent, in platellis argenteis comedant, & in ipſis eorum fercula deferantur, sed non cooperiantur, niſi Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos & ſimiles, ſeu filios Regum aut fratres per Nos contingeret invitari; velut qui de domo noſtra deſcenderent, fratre vel filiis noſtris dumtaxat exceptis. Omnibus autem Militibus, Doctoribus ſeu Sacerdotibus, & aliis perſonis magniſtatus cum pelvi & petteria argenteis in fine menſæ præbeatur lavandi facultas.

a ut dignitati unuſcujuſque vaſ... dentur vaſa.

alii puro argenteis,

a

alii inauratis bibant

c

d

omnes argenteis comedant,

pauci cooperiis.

ANNOTATA D. P.

a *Supraſcriptum erat* de argento: *Chiffletius titulos colligens, & ſubſtantiam legis conſiderans, ſcripſerat.* De honoribus in auro & argento exhibendis.

b Taceta, tacetta, *diminutivum a* Taſſa, *crater, patera: etiam* Taccam *invenit Cangius in quodam Aragonico ſcripto.*

c Platella, *lanx, ſcutella, diminutivum a* Plata: *origo autem Teutonica a* Plat, *planum, ratione*

F *formæ.*

d *Ita ſcriptum hic diſtincte, & quidem mutata prius poſita littera* p *in* b *infra tamen ſcribitur, nec correctum invenitur* Petteria, *cum duplici* t: *nec dubium quin intelligatur Guttus, quo aqua infunditur lavantium manibus, ſuppoſita pelvi ſive lance. Nominis rationem quis divinabit, maxime ſi a* Petra *deductum ſit, ſicuti in alio ſenſu* Petraria *dicitur, tormentum bellicum, quo lapides excutiuntur in hoſtem. An forte aliqua fuerit inter illam & guttum ſimilitude formæ, quis divinabit?*

A officiis ; dignum judicamus , ut dicti Conſiliarii , quam diu aliquid pruponere vel allegare voluerint, val aliquis pro eis, in locu conſueto non ſedeant , ſed ſtatim aſſurgant & circulum Conſilii exeant ; niſi Nos aliqua cauſa moti eis deferre vellemus . Æquum enim eſſe cenſemus , ut ſtandi aut ſedendi qualitate penſata , quis Conſiliarii aut Patroni partem ſuſtineat faciliter agnoſcatur; ſi autem aliquis ex noſtris Conſiliariis ſuo officio aut ex noſtra commiſſione aliquid in dicto Conſilio proponere ſint adſtricti , ſedendu ſuo loco ſolito præmiſſa proponere poſſit.

ſicut autem cum patronus agunt,

ſicut & alii aliquid habentes proponendum

277 Sane quicumqua cujuſvis conditionis exiſtant, qui cœtui noſtrorum Conſiliariorum minima ſunt aggregati, ſiva pro ſe vel pro aliis coram Nobis in dicto Conſilio voluerint aliquid pruponere , ſeu pro aliis poſtulare; ſtare neceſſe habeant : niſi Nos forſan , eorum dignitate inſpecta , in ſedendo eos ſpecialiter voluerimus honorare . Et ſi aliquos maximarum culmina dignitatum adeptos juxta nos ſedere contigerit , & aliquid pro ſe dicere ſeu allegare voluerint , illico ad alium locum ſe transferant , & ſedilia juxta eorum condecentiam præparentur , niſi nos in hac parte ſpecialiter eis deferre vellemus.

niſi ſummæ conditionis ſint.

B

278 Porro Ambaxiatores *b* Papæ , Imperatoris , Regum , vel Fratrum , vel Civitatum eorumdem , vel ipſis ſimilia , in circulo Conſiliariorum noſtrorum ſedere poſſint . Et ſi aliquis ex dictis Ambaxatoribus eſſet Archiepiſcopus vel Epiſcopus , ſedeat ſicut ceteri de Conſilio noſtro , acſi nihil proponere vellent : & ſi aliquis ex dictis Ambaxiatoribus pro ſuo proprio facto aliquid proponere vellet , ſervetur modus ſupra proxima ordinatus , vel aliorum Magnatum , quos ſpeciali ex cauſa honorare vellemus.

puta Legati

& Epiſcopi

ANNOTATA D. P.

a *Cum ſpatium initialis littera non pateretur , ut pingeretur in eo integer locus Conſilii , ſedentes Conſiliarios , ſtantes Advocatos repræſentaturus ; ſatis habuit pictor, utriuſque Ordinis perſonam unam exhibere. Titulus (ut jam dixi) nullus ſcriptus erat.*

C

b *Sic etiam Hiſpanice ſcribitur* Ambaxador , *ſed littera X pronuntiatur ut χ Græcum : alias* Ambaxiator Ambaſſiator *&* Ambaiciator *ſcribitur ; a radica* bas, baſſus , baxo , *ſubtus , infra , ut intelligatur a ſublimiori poteſtate ac throno delegatus ac demiſſus ; qua de re legendus Cangius.*

De Servitiis (a) Rº. III.

LIcet tres ſint munerum acceptiones , quibus contra juſtitiam humanæ naturæ militari dignoſcitur ; favor amicitiarum videlicet, adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris ; facilius tamen pervertitur animus rei corporeæ munere , quam gratiæ laudiſque favore.

Quia munera, præſertim realia,

279 Unde volentes avitare , ne Conſiliarii noſtri, qui pars noſtri corporis æſtimantur , aliqua agant , ex quibus in dando Nobis (quod Deus avertat) conſilium poſſint turbari ; volumus & ſancimus, ut iidem noſtri Conſiliarii ab acceptione munerum & ſervitiorum , quæ oculos excæcant judicum, niſi eſſent conſanguinei vel conſiliarii, abſtineant cum effectu: nam oblatio , & multo fortius receptio muneris, tinea eſt regiminis.

pervertunt animos ;

eorum receptio vetatur Conſiliariis ,

280 Verumtamen ne nimis eos aſtringere videamur , & ipſis Conſiliariis quod ex noſtra faciunt prohibitione , poſſi per inſcientes & extraneos in aliud denotari ; ut ſecundum formam quæ ſequitur , poſſint dumtaxat recipere , eis licentiam tribuimus, per præſentem laudabilem ſanctionem ; videlicet omnia comeſtibilia; dum tamen ab una perſona ultra xx. ſolidos monetæ currentis in anno, in terra ubi fuerint , ſumma non excedat quod receperint . Et quia perſonarum conditiones ſunt quam plurimum attendendæ , ubi prædicta comeſtibilia in Prælatis , Baronibus , Univerſitatibus villarum ſeu aliis corporibus clericorum ſeu laicorum , aut etiam Judæorum & cujuſcumque Collegii , approbati vel non approbati , dum tamen non ſit reprobatum dacentur , prædictam xx. ſolidorum ſummam uſque ad c. ſolidos in anno extendimus. Ultra etiam comeſtibilia, jocalia , valentia x. ſolidos non plus , recipiendi ipſis tribuimus facultatem.

D

comeſtibilia tamen ad 20. ſolidos annue, ipſis licet accipere

a majoribus uſque ad 50;

281 In caſu tamen , quo aliquis Princeps vel alius , ad quem per Nos eſſent deſtinati , eis aliquod donum vel veſtes facere vellet , poſſint illud vel illas recipere, hac ſanctione Regia non obſtante, ob honorem Principis vel alius ſupradicti. Nam ſi nuntii per Principes & magnos Dominos ad Nos tranſmiſſi , donum eis ex parte noſtra exhibitum admittere recuſarent , hoc noſtris affectibus ingratum merito occurreret ; & nobis non cederet ad honorem.

E

in Legationibus etiam veſtes, &c.

282 Verum quia libertatem arguendi videtur amittere & amittit , qui ab eo accipit qui ideo dat ne corrigatur , præfatam licentiam locum habere nolumus in illis perſonis , qui in noſtra Curia tunc temporis cauſas ducerent vel in brevi ducere ſperarent (ſi tamen ad eorum pervenerit ſcientiam) licet eſſent conſanguinei vel conſiliarii , imo expreſſe prohibemus. Si quis autem in aliquo abſque noſtra expreſſa licentia , quam in ſcriptis per albaranum noſtro ſigillo ſigillatum habeant , contra vel ultra formam prædictam receperit , & numero noſtrorum debebitur Conſiliariorum , & ultra noſtro magis arbitrio puniatur.

ſed nihil a litigantibus.

a *Chifflctius explicationis pitocauſa in margine ſcripſit* de muneribus.

De Salariis . Rº. IV.

F

QUi recte judicant , & præmium pecuniariæ remunerationis expectant , fraudem quodammodu perpetrant; quia juſtitiam , quam gratis impertiri deberent , pecuniarum acceptione mercantur. Eſt enim omnium malorum occaſio totiuſque nequitiæ principium , cum a Judicibus tale a partibus ſuffragium accipitur , ut non dantis benevolentia , ſed cupida recipientis avaritia , ex quantitate & modo recepti muneris , denotetur . Sane delegatis a Nobis Judicibus , qui nec a fiſco noſtro , nec alias de publico ſalaria capiunt , ſed ex noſtra delegatione munus ſubeunt judicandi, non decet omnino ſine mercede laborem inire, ſed magis convenit, ut eis tam moderatæ ſportulæ a partibus miniſtrentur, ut attenta conditione cauſæ in judicium deducitur , gravamen non magnum ipſis litigantibus ingeratur.

Ne del. gati judices

omnino ex vacent mercede laboris

283 Ordinamus igitur , ſequentes conſuetudinem in hoc antiquitus obſervatam , ut cum aliquam cauſam ex delegatione noſtra alicui perſonæ judicandam committimus, per quam aliqua pecuniæ quantitas judicialiter ab aliquo poſtulatur ; tunc dele-

permittimus ex pecunia via lite dec. ſa

A legatus judex, negotio cognito & finito, a partibus ipſis ambabus vɪɪɪ. denarios, id eſt a parte qualibet tantummodo recipiat ɪv. denarios, pro libra totius quantitatis quæ eſt in judicium deducta; ſic tamen quod tota ſumma, quæ pro ſportulis delegati judicii exigetur, etiam ab utraque partium, xʟ. librarum monetæ regalium minutorum Majoricenſium, in regno Majoricæ & in inſulis eidem adjacentibus, non excedat; in Comitatibus vero noſtris Roſſilionis & Ceritaniæ & aliis ultra marinis uſque ad xxʟv. libras monetæ Barcinonenſis ſportulas hujuſmodi volumus poſſe aſcendere non ultra.

accipiat 4. denarios per libram,

284 Volumus inſuper, quod ſtatim in ipſius litis exordio, hoc eſt cum lis fuerit conteſtata, ubi proceditur ſervato ſolito judiciorum ordine, vel ubi reſponſum eſt capitulis vel articulis vel alicui pro loco petitionis proponitur quando proceditur ex natura cauſæ, vel ex noſtræ commiſſionis tenore, ſimpliciter & de plano, vel ſine ſtrepitu judicii & figura, vel alias ſine ſcriptis & lite, tertia pars quantitatis hujus exigi poſſit a partibus, altera vero tertia tempore publicationis teſtium, reſidua vero tertia demum cum cauſa fuerit finaliter terminata. B Si vero cauſa hujuſmodi compoſitione amicabili, vel alias quam per diffinitivam ſententiam finem ſumat; tunc, ſi ante litem conteſtatam modis præmiſſis a judicio diſcedatur, nihil prorſus a partibus volumus exigi; ſi vero lite conteſtata hoc fiat antequam teſtes ſint publicati, ſolum tertiam partem ſportularum Judex ille recipere valeat & non ultra: ſi vero poſt publicationem ante ſententiam, duas partes recipiat: ſi vero jam fuerit in cauſa concluſum, tunc integras ſportulas poſſit exigere, licet nondum tulerit ſententiam, cum nec a modo ſtet per eum quo minus ſententiam ibi ferat. Si autem ita ſit modica quantitas quæ petitur, quod ſportulæ ab utraque parte exigendæ x. ſolidos non aſcendant, tunc Judex qui ſerit ſententiam poſſit x. ſolidos exigere & habere.

ejuſque 3. lite conteſtata,

publicata & finita,

niſi interveniat compoſitio.

vel ſumma exigua ſit.

285 Cum vero alia res petitur, non pecunia numerata, utpote res qualiſcumque immobilis ſive ſoli, vel etiam mobilis, vel ſe movens, vel forte jus aliquod incorporale; tunc reſpectu habito ad veram & rectam æſtimationem rei ipſius, tantum recipiatur pro ſportulis, quantum peti poſſet ſi æſtimatio pecuniaria peteretur. Si autem poſſeſſorio agatur judicio, tunc medietatem ſportularum quæ in cauſa proprietatis reciperent, tantummodo recipiant delegati. Sed & ubi de modica re ageretur, caveant ne res ipſas æſtiment C immoderate, ſuper quo ipſorum delegatorum Judicum conſcientias oneramus. Si tamen in taxatione vel æſtimatione ſalarii pars aliqua ſe gravatam reputaverit; Cancellarius noſter debebit ſalarium æquo moderamine regulare. Si autem de libertate alicujus hominis agitur, utpote qui de ſervitute in libertatem provocet vel econtra; tunc facta æſtimatione in tantum quantum ille valeret ſi vere ſervus eſſet & non plus, tantum recipiatur pro ſportulis, quantum poſſet peti, ſi ejus pecuniaria æſtimatio peteretur.

In aliis rebus ſecundũ earum æſtimationem;

dimidium autem in judicio poſſeſſorio,

286 Porro ſi ex ſpeciali noſtra commiſſione aliquis delegatus cognoſcat de aliquo articulo, utpote quia cauſa principalis non eſt commiſſa; ſed aliquis articulus committitur decidendus, utpote ſi commiſſum eſſe, noſcatur, an aliqua cautio ſit præſtita juſta vel non, vel ſi agatur, an cautio aliquo caſu ſit præſtanda vel non; & ſic de ſimilibus; tunc, ſi cognoſcatur ſummarie & de plano, non exigatur pro ſportulis ab utraque parte ſeu inter partes utraſque ultra x. libras. Sed ſi cauſa brevis fuerit, & cognitio breviter expedita (maxime ſi de modica re vel inter modici ſtatus perſonas actum eſt) tunc volumus minus etiam pro ſportulis recipi, & ſuper hoc etiam recipientium conſcientias oneramus, quod

Si ſolũ incidens aliquod dijudicandum eſt,

nil exigatur ultra 10. libras.

D modum rationalem non excedant: & ſi aliqua per partium querimonia facta fuerit, Cancellarius noſter exceſſum debeat moderari.

287 Inſuper etiam in cauſis appellationum ſic ducimus ordinandum; quod ſi partes cauſam appellationis velint juſtificare vel impugnare ex actis prioris judicii; ſic quod nulla productio teſtium vel inſtrumentorum facta fuerit de novo; eo caſu volumus, quod ultra medietatem ejus quod in cauſa principali eſt præſtitum, non poſſit extendi tota quantitas ſportularum. Idem etiam obſervari volumus ſi producantur inſtrumenta modica & brevia, & quæ magna examinatione non indigent; alias ſi eſſent plura & quæ magna examinatione & labore inſpici & videri haberent, tunc volumus quod ad arbitrium Cancellarii poſſint augeri pro labore ſportulæ; ſic tamen quod quantitatem, ſupra in cauſa principali taxatam aliquatenus non excedant. At vero ſi in cauſa appellationis fiat nova productio teſtium, vel producantur aliquis vel aliqui proceſſus ad probationem, forte ultra proceſſum principalem cauſæ, tunc ſalarium ſeu quantitas ſportularum poſſit ad majorem ſummam aſcendere, ſcilicet uſque ad quantitatem ſuperius expreſſatam.

& in appellationem ultra dimidium,

niſi nova & magna accedant,

aut novi teſtes producantur,

288 Sane quia in cauſis criminalibus, ubi de pœna mortis vel membri abſciſſionis corporali infligenda agitur, quandoque contingit exceſſum fieri in ſportularum exactione, ab ipſis judicibus delegatis; volumus E quod ſi bona perſonæ delatæ de crimine ſint modica, utpote quia uſque ad centum libras valoris in bonis habeant tantummodo; tunc centum ſolidi ab illa poſſint exigi & non ultra: & ſi a centum libris uſque ad ducentas in bonis habeant, peti poſſint ad plus decem libræ: ſi vero in bonis habeat ultra ducentas libras, tunc ſalarium integrum peti poſſit; ſalvo tamen quod in cauſis appellationis, in criminalibus cauſis ſervetur quod in cauſa civili eſt ſuperius ordinatum; ut, ſi non fiat aliqua productio, ſalarium minuatur in dimidia; vel augmentetur uſque ad modum legitimum, ſecundum modum productionis factæ in cauſa hujuſmodi vel laboris. Ubi vero ageretur de infligenda pœna aliqua modica, utpote relegationis vel ſimili, tunc etiam minuantur ſportulæ in dimidia ejus quod pro magna & corporali pœna recipi conſuevit. At vero ſi de pœna bonorum vel alia pœna pecuniaria infligenda agatur, tunc ad ipſam pecuniam habeatur ratio in ſportularum exactione, ac ſi aliud debitum pecuniarium peteretur, ut ſervetur id quod eſt ſuperius in talibus ordinatum. F

In cauſis criminalibus

ſecundum facultates condemnati

& modicũ inflicta pœna exigatur ſalarium,

289 In exactionibus vero ſportularum, pro relationibus coram Nobis faciendis, ſic ducimus ordinandum; quod ſi ad alicujus ſupplicationem vel inſtantiam dicentis, forſitan aliquid factum eſſe in ejus præjudicium contra privilegia vel litteras a Nobis vel a noſtris prædeceſſoribus conceſſas; ipſa privilegia vel litteras videri mandamus & perlegi, Nobiſque relationem fieri de illorum tenore eo caſu ordinamus; & volumus quod Cancellarius noſter ad id teneri debeat ex ſuo officio, cum de talibus agatur litteris, quæ de noſtra Cancellaria aliquando emanarunt: quodque illa videat & perlegat, Nobiſque fideliter referat, nullis habitis inde ſportulis, nec exactis quibuſcumque ſalariis vel ſervitiis a parte vel partibus; nec petitis directe vel indirecte, per ſe vel per alium, nec receptis.

Simplex cognitio Privilegii Regis,

commiſſione Cancellario faciendo gratia,

290 Si vero aliqua inſtrumenta vel litteræ qualeſcumque, productæ coram Nobis vel alias ex quacumque cauſa, de mandato noſtro vel Cancellarii noſtri, commendantur alicui de Conſilio noſtro videnda & perlegenda, ut ſic de eorum tenore relationem faciat coram Nobis, ad noſtram forte vel Conſilii noſtri informationem ſuper aliquo facto, ad finem quod melius

etiam cum relatio de eo facienda erit Regi.

lius

Digitized by Google

lius ſimus inſtructi, quid agere in tali negotio debeamus; ita quod ſolum committatur viſio inſtrumentorum & litterarum, & relatio de tenore illorum tantummodo facienda; tunc ſive unum ſit ſive plura inſtrumenta, ille de Conſilio vel alius, cui commiſſum fuerit hoc, nihil prorſus exigat hac de cauſa, nec alias quovis modo occaſione illa recipiat a parte vel a partibus, quas hoc tangit.

Pro conſulendo proceſſu informativo

indulgentur 100. ſolidi;

291 Sane ſi aliquando proceſſum, factum coram aliquo Judice ſubdito noſtro, vel alio, alicui de noſtro Conſilio videndum commiſerimus, ad finem quod ſuper illo coram nobis ordinetur, quid ſecundum juſtitiam fuerit faciendum; tunc ſi ille proceſſus ſolam contineat aliquam informationem, factam ex officio, ſolemnitate judicii non ſervata, vel non auditis rationibus & allegationibus partium ad plenum; tunc a parte, quæ hoc requiſiverit faciendum, ſolummodo recipi volumus centum ſolidos, & non ultra. At vero ſi proceſſus ille completus fuerit, & partium rationes plene auditæ & allegationes hinc inde; tunc poſſint tantummodo recipi x. libræ. Salvo tamen, quod ſi proceſſus eſſet nimis longus, forte propter longas & diffuſas atteſtationes teſtium, vel alias propter multimodos anfractus litigiorum; tunc ſi ad notitiam Cancellarii viſum fuerit, quod plus pro laboris multitudine debeatur; volumus quod augeri poſſit per Cancellarium in centum ſolidos, ſic quod plus xv. librarum pro tota relatione tantummodo peti poſſint.

aut ſi eſt prolixior fuerit 15. libræ.

niſi plures proceſſus ſimul jungantur

292 Porro ſi proceſſus ſint plures, ad eamdem deciſionem tendentes, ſuper quibus relatio eſt facienda; ſiquidem in omnibus ſi proceſſum, partium forte allegationibus non auditis, x. libræ recipiantur tantummodo: ſi vero ſint plures proceſſus, in quibus & ad plenum allegationes partium auditæ fuerint, tunc ad plus xv. libræ recipiantur. Si tamen vel propter multitudinem atteſtationum, vel alias propter laboris magnitudinem videatur Cancellario plus deberi, eo caſu ipſe Cancellarius poſſit in centum ſolidos tantum ſalarium augmentare.

Alii item caſus,

293 Hæc autem præmiſſa obſervari volumus, quando de proceſſibus alibi factis, vel coram aliis judicibus erit relatio facienda: ſi enim cauſa coram ipſis de Conſilio noſtro ventilata fuerit, circa exactionem ſportularum nihil intendimus immutare; quin ſervetur & tantum recipiatur pro ſportulis, quantum ſi cauſa eſſet per eumdem ſententialiter terminata. Item cum aliquando, ſupplicatione Nobis porrecta per aliquem, mandamus alicui de Conſilio noſtro, quod ſe informet ſuper facto in ſupplicatione contento, vel quomodolibet tangente illud; atque nobis referat ad finem, quod tutius aſt magis deliberate reſpondemus ad ea quæ fuerunt in ipſa ſupplicatione petita; tunc volumus etiam & mandamus, nihil recipi aliqua occaſione, pro informatione hujuſmodi facienda. Hujus autem Conſtitutionis tranſgreſſores, & ad ſalarium debitum, cum hoc quod ultra receperint, reſtituendum compellantur, & a Conſilio noſtro vel officio cujuſcumque (gradus) merito delebuntur.

quibus nihil recipiendum decernitur.

De modo ſcribendi litteras ad diverſas perſonas. R. V.

Ne cuiuſquam honori aliquid detrahatur

294 QUoniam in ſcribendis litteris quæ per Nos ad diverſas diverſique ſtatus perſonas, ex cauſis diverſis & variis, undique tranſmittuntur, eſt modus conveniens obſervandus; videlicet tam in ordine præmittendi præponendive perſonas, tam etiam in forma ſeu titulo cognominandi eaſdem, nec non & in ſalutatione ſubſcribenda, ſecundum gradum & ſtatum varium earumdem, ut videlicet illius, cui litteræ diriguntur, honor non minuatur in aliquo juxta exigentiam ſui ſtatus, noſtrique ſtatus decentia per omnia conſervetur; ideo ne per ignorantiam vel alias ex ſcriptorum imperitia ipſos in talibus errare contingat; ordinamus & volumus quod in Cancellaria noſtra circa modum ſcribendi, ſervetur forma in ſubſequentibus annotata.

Quæ perſonæ præmitti debeant. R. VI.

deſignatur quæ perſonæ in litteris ſcribendis præponi

295 CUm igitur litteras dirigemus Domino Papæ, vel alicui Cardinali, vel Patriarchæ, vel Archiepiſcopo, vel Primati; nec non etiam cum ſcribemus Imperatori, vel alicui Regi vel Duci perpetuo, & qui per ſucceſſionem ducatus fungitur dignitate, vel alicui fratri vel filio Regis, qui tamen de alia quam de noſtra domo Regali proceſſerit; vel etiam cum ſcribemus Magiſtro generali Ordinis militiæ hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, vel ejuſdem Ordinis Conventui ultramarino ſeu Capitulo generali; quibus propter honorem militarem & potentiam Ordinis in hoc deferre volumus; omnes præmiſſas perſonas in litteris quas mittemus eiſdem, volumus anteſcribi.

Quæ perſonæ poſtponi debeant. R. VII.

quæ poſtponi debeãt nomini Regis.

296 AT vero cum alicui perſonæ alii a prædictis ſcribere nos continget; utpote Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, ſeu quibuſcumque inferioris gradus perſonis, vel etiam Magiſtris Generalibus Ordinum quorumcumque (excepto Magiſtro militiæ Hoſpitalis S. Joannis prædicto) vel etiam ſi ſcribamus aliis quibuſcumque, Capitulis, etiam generalibus Eccleſiarum vel Ordinum, vel etiam quibuſvis eccleſiaſticis perſonis, aliis a prædictis ſuperius nominatis; nec non etiam in litteris quas mittemus Comitibus, Marchionibus, vel Delfinis, ſeu etiam Duci Venetiarum, qui Ducatum habet temporaliter & ad vitam; & aliis quibuſcumque gradus inferioris perſonis, ſecularibus vel regularibus, militaribus vel plebeis; ac etiam ſi ſcribamus alicui Communitati ſeu Univerſitati cujuſvis civitatis vel loci alterius ſemper in litteris quas mittemus nomen noſtrum volumus anteponi; niſi forte in aliqua ex præmiſſis perſonis aliqua ratio ſpecialis concurrerit, propter quam eſſet merito præponenda; ut puta ſi fratres vel filii Regum fuerint (ut eſt dictum) dummodo de alia quam de noſtra Regia domo proceſſerint; illos enim poſtponi volumus qui noſtra Regia domo proceſſerint vel procedent. Inſuper etiam ſi Marchio aliquis, vel Comes, vel Delfinus, vel ſimiles tantæ potentiæ fuerint, quod notabiliter alios ſui gradus excedant: ipſoſque in litteris quas ſcribemus eiſdem volumus anteponi. Sane cum ſcribemus alicui Dominæ ſervetur idem modus, qui ſervaretur ſi earum maritis litteras mitteremus.

Quomodo debet ſcribi diverſis perſonis ſecundum gradum cujuslibet; & primo de iis qui in litteris præponuntur R. VIII.

Forma in ſcriptionis facienda,

IN modo & titulo ſcribendi & cognominandi perſonam, cui mittuntur litteræ, multum eſt ſtatus & conditio attendenda, ideoque decernimus, ſervari formam in inferioribus ordinatam.

Domino Papæ ſcribendum eſt per hunc modum.

D. Papæ

297 Sanctiſſimo ac Beatiſſimo in Chriſto Patri Domino Benedicto, digna Dei providentia ſacro-ſanctæ

Ro

A Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, devotus ejus filius Jacobus Rex Majoricenſis pedum oſcula beatorum.

De modo ſcribendi Cardinalibus.

298 Sciendum eſt quod inter Cardinales, (quidam Presbyteri), quidam Diaconi; unde in ſcribendo eiſdem notanda eſt differentia aliqualis.

Epiſcopis Cardinalibus ſcribitur per hunc modum.

299 Reverendo in Chriſto Patri Domino *b* Petro Dei gratia Epiſcopo Præneſtino, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Jacobus eadem gratia Rex Majoricenſis, ſalutem cum proſperitate votiva gratiæ ſalutaris, vel ſalutem & ſucceſſus felicium gaudiorum, vel Salutem cum plenitudine gratiæ vel Salutem & longævis honoribus in Domino proſperari vel Salutem & felicia gratiæ incrementa.

Presbyteris vero Cardinalibus ſcribitur per hunc modum.

300. Reverendo in Chriſto Patri Domino T. *c* Dei gratia tit. S. Petri ad vincula Presbytero Cardinali, Jacobus eadem gratia Rex Majoricenſis, Salutem, &c. ut ſupra de Epiſcopis Cardinalibus.

Diaconis Cardinalibus ſemper ſcribitur per hunc modum.

B 301 Reverendo in Chriſto Patri Domino N. *d* Dei gratia S. Adriani Diacono Cardinali, Jacobus &c. ut ſupra in aliis Cardinalibus.

Sacro vero Collegio Cardinalium ſcribitur per hunc modum.

302 Reverendis in Chriſto Patribus, Sacro Collegio Dominorum Cardinalium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſpecialibus amicis ac benevolis noſtris, Jacobus Dei gratia Rex Majoricenſis, Salutem ut ſupra de Cardinalibus.

Patriarchis autem ſcribitur per hunc modum.

303 Reverendo in Chriſto Patri D. *e* Dei gratia Sanctæ Alexandrinæ Eccleſiæ Patriarchæ, Jacobus eadem Gratia Rex Majoricenſis, Salutem in veræ ſalutis auctore vel Salutem & ſinceram in Domino caritatem vel Salutem & donum gratiæ ſalutaris vel Salutem in plenitudine gratiarum.

Primatibus autem ſic ſcribitur.

304 Reverendo in Chriſto Patri Domino G. *f* Dei gratia Cantuarienſi Archiepiſcopo Angliæque Primati. C Jacobus &c. ut ſupra de Patriarchis.

Archiepiſcopis non Primatibus (g) per hunc modum.

305 Reverendo in Chriſto Patri Domino B. *h* Dei gratia Archiepiſcopo Narbonenſi Jacobus eadem Dei gratia &c. ut ſupra de Patriarchis.

Si vero Archiepiſcopus cui ſcribitur teneat aliquid in feudum a Nobis ſcribatur ſic.

306 Reverendo in Chriſto Patri A. *i* Dei gratia Tarraconenſi Archiepiſcopo, amico & Fideli noſtro Jacobus &c. ut ſupra de aliis.

Magiſtro vero Ordinis hoſpitalis S. Joannis, qui etiam præmittitur in litteris ſcribetur ſic.

307 Honorabili ac religioſo viro Fratri Fulconi *k*, Magiſtro Ordinis militiæ Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, Jacobus &c. ut ſupra in Patriarchis vel Honorabili ac religioſo viro Fratri F. ſacræ domus hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitanis Magiſtro &c. Jacobus &c. ut ſupra.

Cum autem ſcribetur Imperatori vel Regi alicui Chriſtiano ſcribetur ſic.

308 Sereniſſimo Principi vel Magnifico vel Excellenti Domino P. *l* Dei gratia Aragoniæ Regi illuſtri, D Jacobus, eadem gratiæ Rex Majoricenſis, Salutem & proſperorum ſucceſſuum incrementa, vel Salutem ac proſperos ad vota ſucceſſus, vel Salutem votivis ſucceſſibus cumulatam, vel Salutem magnificis honoribus proſperari.

Per eumdem modum ſcribitur Reginis, facta mutatione in feminino, ut ſic.

309 Sereniſſimæ vel Excellent. Principiſſæ Dominæ N. *m* Dei gratia Reginæ &c.

Si vero Rex, cui ſcribitur, ſit nobis conjunctus aliqualiter parentela, tunc poſt verbum Aragoniæ Regi illuſtri, addetur.

310 Cariſſimo conſanguineo noſtro &c.

Regibus vero Saracenis ſcribitur in lingua materna, ut melius legantur eiſdem per mercatores vel alios laicos quæ in litteris continentur.

311 Al molt Alt e excellent Princep, Albubequier Rey de Maroc, de Nos En Jacob per la gracia de Dieu, Rey de Malorch, ſaluts axi, com a Ray per qui volem honor e mukta bonaventura *n*.

E *Filiis vero Regum primogenitis ſcribitur in hunc modum (o).*

312 Magnifico viro Domino Philippo *p*, Domini Regis Franciæ illuſtris primogenito Jacobus Rex Majoricenſis &c. ut in Regibus eſt dictum; vel ſcribetur: Egregio & Magnifico viro &c. item ſciendum eſt, quod filiis Regum omnium qui ſunt de Regibus Hiſpaniæ, ut puta Aragoniæ, Caſtellæ, Portugalliæ, ſcribitur Domino Infanti Ferrando, Domini Regis Aragonum primogenito &c. Aliis autem filiis Regum, ſcilicet Franciæ vel Angliæ & aliorum Regum mundi non conſuevit ſcribi: Infanti, ſed ſimpliciter, Domino &c.

313 Si autem eſſent filii Regum non primogeniti, tunc ſcriberetur eis ſic: Inclito Domino Infanti P. *q* illuſtris Domini Regis Aragoniæ filio Jacobus Rex Majoricenſis Salutem, ut ſupra in aliis. Si tamen eſſent filii Regis defuncti adderetur in ſcribendo ſic: Illuſtris Domini Regis Aragonum bonæ memoriæ filio &c. Semper tamen eſt attendendum, quod non ſcribatur Infanti, niſi filiis illorum Regum, de quibus eſt fieri conſuetum, ut ſupra dictum eſt. F

314 Si autem ſint fratres alicujus Regis quorum pater non fuit Rex, ſcribetur ſic: Inclito viro Domino Carolo *r*, Illuſtris Domini Regis Francorum germano, Jacobus &c. ut in aliis. Advertendum tamen eſt, quod ultra præmiſſum titulum addatur titulus Ducatus vel Comitatus; vel alius titulus, ſi habent illi quibus ſcribitur.

315 Sane cum ſcribemus litteras alicui Duci, vel forte alicui Comiti, vel Marchioni vel Delfino potenti: quod ipſum volimus præmittere in litteris, ſecundum illa quæ ſunt per nos ſuperius ordinata, tunc etiam ſcribetur illis per modum ſupraſcriptum ſic: Magnifico viro Domino Ludovico, *s* Duci Borbonii Jacobus &c. ut ſupra.

316 Ulterius videndum de modo ſcribendi illis perſonis, quæ ſunt poſtponendæ nobis in litteris, ſecundum ea quæ ſunt ſuperius ordinata; & primo de Epiſcopis qui ſunt extra regnum vel terras noſtras, ſcribetur ſic: Jacobus Dei gratia Rex Majoricenſis &c. venerabili in Chriſto Patri G. *t* Epiſcopo Biterrenſi, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem vel Salutem in actore ſalutis.

317 Si vero ſit Epiſcopus in regno vel terris noſtris; vel alius Epiſcopus qui tamen a Nobis aliquid infeudum teneat, ſcribetur ei in hunc modum. Jacobus Dei gra-

A gratia Rex &c. Venerabili in Chriſto Patri G. Elnenen-
ſi α Epiſcopo, amabili & fideli noſtro Salutem &c. ut ſupra, vel Salutem & dilectionis affectum vel Salutem & dilectionis ſinceritatem.

Abbates, 318 Abbatibus vero qui ſunt Caput alicujus Ordinis, ut Cluniacenſi vel Ciſtercienſi, vel qui alias ſunt magni nominis, notabiliter propter nobilitatem ſuorum miniſteriorum, ſcribetur ſic: Jacobus &c. Venerabili in Chriſto Patri Fratri P. *x* Abbati Cluniacenſi, Salutem &c. ut in Epiſcopis qui non ſunt de regno noſtro, ſupra ſcriptum eſt.

319 Aliis vero Abbatibus ſcribetur ſimpliciter (Fratri) & non Patri, in hunc modum videlicet Jacobus &c. Venerabili Fratri G. Abbati Craſſenſi γ Salutem, ut ſupra de Epiſcopis.

320 Si autem ſint Abbates de regno vel terris noſtris, aut alias pro Nobis feudum teneant, addetur ſic Jacobus Dei gratia &c. Venerabili Fratri B. Abbati Arulaxum ζ, dilecto & fideli noſtro Salutem & dilectionem.

Priores 321 Prioribus autem regularibus ſcribetur ſic Jacobus &c. Religioſo Fratri B. Priori monaſterii de Aſpireno Salutem & dilectionem. Si autem a Nobis aliquid in feudum teneat, addetur poſt titulum Prioratus ſui, dilecto & fideli noſtro &c.

B

Clerici 322 Si vero ſcribatur alicui Clerico ſeculari, in dignitate aliqua conſtituto, utpote Decano, Archidiacono, vel ſimili (ſi tamen habeat extra terras noſtras dignitatem illam) ſcribetur, Jacobus &c. Venerabili viro P. Archidiacono Narbonenſi Salutem & dilectionem ſinceram. Aliis autem qui habent infra terras noſtras dignitatem, ſubſiletur tantummodo, Salutem & dilectionem. Item non ſcribetur, Viro; ſed ſimpliciter, Venerabili G. Archidiacono Elnenenſi.

323 Si autem eſt ſcribendum alicui alii Clerico ſimplici, vel alicui cuicumque non habenti dignitatem, ſcribetur ſic. Jacobus &c. dilecto R. Canonico Urgelleoſi, Salutem & dilectionem.

Generales Ordinis, Equeſtris 324 Item ſi eſt ſcribendum alicui Magiſtro generali Ordinis militaris, tunc ſcribatur in hunc modum. Jacobus &c. Venerabili & Religioſo Fratri P. Magiſtro Ordinis militiæ Calatravenſis, α Salutem &c. ut in Epiſcopis.

vel mendicantis Ordinis 325 Sed ſi ſit ſcribendum Generalibus Miniſtris vel Magiſtris alicujus Ordinis mendicantis vel aliis qui
C non ſunt Abbates, ſed forte Priores generales alicujus Ordinis cujuſcumque, tunc ſcribetur ſic Jacobus &c.
β Venerabili ac religioſo Patri Fratri Geraldo β Ordinis Fratrum Minori generali Miniſtro; vel Fratri Hugo-
γ ni γ Ordinis Prædicatorum generali Magiſtro Salutem &c. ut ſupra de Epiſcopis.

Provinciales &c. 326 Prioribus autem Provincialibus & aliis inferioribus, vel etiam Prioribus & aliis Præceptoribus Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani ſcribatur ſimiliter. Jacobus &c. Religioſo viro Fratri &c. Salutem &c. ut in Abbatibus, ſervato aliqualiter gradu eorum quibus ſcribitur.

Capitula Regularia 327 Capitulis vero generalibus & provincialibus Religioſorum ſcribitur Jacobus &c. Venerabilibus & religioſis viris Fratribus, Capitulo generali Ordinis Prædicatorum &c. ut in Abbatibus.

vel Cathedralia, 328 Capitulis vero Eccleſiarum Cathedralium extra terras noſtras ſcribitur: Jacobus &c. Venerabilibus viris Capitulo Eccleſiæ Narbonenſis Salutem &c. ut ſupra in Epiſcopis. Capitulis vero Cathedralium Eccleſiarum, quæ ſunt in terris noſtris, ſcribitur ſic: Jacobus &c. Prudentibus viris, dilectis noſtris, Capitulo Majoricenſi, Salutem, & dilectionem ſinceram.

329 Si autem ſcribatur Capitulis alicujus Eccleſiæ Collegiatæ ſecularis, ſcribatur. Jacobus &c. Diſcretis viris capitulo Eccleſiæ S. Pauli Narbonenſis Salutem & dilectionem, Si autem alicui Conventui cujuſcumque Religionis ſcribatur, dicetur ſic: Jacobus &c. Religioſis Fratribus Conventui monaſterii &c. D *aut Collegialia.*

330 Sed ſi eſſent Eccleſiæ Cathedrales non ſcribetur Conventui, ſed Capitulo Eccleſiæ Terragonenſis &c. ut dictum eſt ſuper de Capitulis Eccleſiarum Cathedralium.

Marchioni δ 331 Inſuper autem cum ſcribemus alicui Marchioni, vel Comiti, vel Duci Venetiarum δ, qui temporalis eſt; vel Vice-comiti, vel Baroni non ſubditis noſtris, ſcribetur ſic Jacobus &c. Nobili viro Galloni Comiti Fuxia, vel G. Marchioni Montis ferrati ε vel Amalrico ζ Vice comiti Narbonenſi vel Joanni de Levie Domino Mirapicis η ſalutem & dilectionem ſinceram, vel Sinceræ dilectionis affectum. ε ζ η

Nobili ſubdito, 332 Si autem ſint ſubditi vel vaſſalli noſtri ſcribetur ſic: Jacobus &c. Nobili R. Vicecomiti de Caneto ϑ, devoto & fideli noſtro vel Dilecto & fideli noſtro, ſalutem &c. ut ſupra proxime. ϑ

vel non ſubdito. 333 Aliis autem generoſis perſonis non ſubditis, qui Barones non fuerint, ſcribetur ſic Jacobus &c. Dilecto noſtro P. de Petra pertuſæ ι, Militi Domino .... loci Salutem &c. ut ſupra. ι E

334 Si autem ſunt ſubditi vel vaſſalli noſtri ſcribetur: Jacobus &c. dilecto & fideli noſtro &c. ſalutem & dilectionem.

Officiali majori, 335 Cum vero ſcribitur Seneſcallo κ alicujus Regis vel alicui Majori vel ſimili Officiali, utpote Rectori Venerabilis Domini λ pro Domino Papa, ſcribitur: Jacobus &c. Nobili viro R. Seneſcallo Carcaſſone pro Domino Rege Francorum, ſalutem & dilectionem ſinceram, vel Sinceræ dilectionis affectum. κ λ

vel minori 336 Aliis autem Officialibus aliorum Principum, qui tamen generoſi ſunt, vel etiam quibuſcumque Conſiliariis aliorum Regum, qui tamen Barones non ſunt, licet etiam non eſſent nobiles genere, ſcribitur: Jacobus &c. dilecto noſtro &c. Salutem &c. ut ſupra proxime: vel ſi eſſet perſona nobilis ſcribitur: Prudenti viro dilecto noſtro &c.

Communitati integræ 337 Quando autem ſcribimus alicui magnæ Communitati, Nobis non ſubditæ, ſcribetur: Jacobus &c. prudentibus & diſcretis viris Communitati & Populo civitatis Genuæ μ Secundum tamen diverſitatem terrarum diverſimode ſcribitur. Quibuſdam enim ſcribitur, Conſulibus & Univerſitati; quandoque, Probis hominibus & Univerſitati; quandoque, Juratis & Univerſitati; quandoque Civibus & Populo: unde circa hoc ſervetur quod fuerit conſuetum, Salutem &c. ut in Baronibus ſupra proxime. μ F

vel ejus Prætori ν 338 Quando autem ſcribitur Poteſtati vel Capitaneo alicujus civitatis, ſi eſt magna & multum inſignis ſcribetur: Jacobus &c. Nobili viro P. ν Poteſtati civitatis Florentinæ, Salutem &c. ut in Baronibus ſupra proxime. Si eſt autem civitatis mediocris, ſcribetur Jacobus &c. Venerabili viro &c.

339 Item quando ſcribemus Conſulibus vel Juratis alicujus Univerſitatis Nobis ſubditæ, ſcribetur ſic, Jacobus &c. fidelibus noſtris Juratis civitatis Majoricenſis vel Conſulibus villæ noſtræ de Perpiniano, Salutem & gratiam.

& Officialibus ſubditis, 340 Item quando ſcribemus alicui Officiali noſtro, ſiquidem eſt generoſa perſona vel ſi eſt de Conſilio noſtro, licet non ſit alias generoſus, ſcribetur ſic, Jacobus &c. dilecto & fideli noſtro Conſiliario, ſalutem & dilectionem. Si autem eſt Officialis noſter non generoſus, *aut plebeiis.* vel alius quicumque noſter ſubditus, non generoſus, ſcribetur ei tantummodo Jacobus &c. fideli noſtro ſalutem

A lutem & gratiam. Quando autem alicui Conſiliario vel Officiali noſtro vel de domo noſtra, licet non ſit de scriis noſtris, vel feudum a Nobis non teneat, ſemper ſcribatur, Fideli. In aliis ſervatur forma prædicta, Filiis & Fratribus Regum, a domo noſtra alienis, exceptis.

ANNOTATA. D. P.

a Benedictus XII. *ſedit ab anno* 1334. *ad* 1342. *Quæ autem ſequuntur omnia ſcripta quidem ſunt rubrica, prout hic Italico charactere exprimuntur, ſed ita ut nunc addatur ſignum* ℞. *nunc omittatur, ac denique prorſus negligatur, atque ac titulus cujuſque Paragraphi littera rubra ſcribendus. Quapropter placet omnia proſequi ſub uno nostro rubrica titulo, interpoſitis iis qui inveniuntur titulis, & quatenus inveniuntur.*

b Petrus a Prato Cardinalis *creatus anno* 1320. *mox* Cancellarius S. R. E. *deinde* Epiſcopus Prænestinus, *hic præ aliis nominatur, quia Regia epiſto-* B *la potiſſimum ſpectare debebant Eccleſia Cancellarium; quod ille tunc erat, cum Leges hæ condebantur, & fuit uſque ad anno* 1361.

c Talairandus, *hic eſt Cardinalis creatus* 1331. 25. *Maji, in gradu Presbyteri etiam Cardinalis conſtitis uſq. ad* 1348. *quando factus fuit Epiſcopus Albanenſis.*

d Neapoleo Urſinus, *jam inde a tempore Nicolai IV. & anno* 1288. *Diaconus Cardinalis, totos* 60. *annos in eo gradu vixit, ſeptem Pontificum electionibus præſens, uſque ad* 1347.

e *Titularis ſolum Patriarcha fuerit hic* D. Alexandrinus, *cujus integrum nomen, & ætatem ſuggerat, qui poteſt. Poſſem, ſi quis ex Regiſtris Vaticanis vellet Patriarchas Latinos titulares colligere, mihique ſubminiſtrare, addendos Græcorum Patriarcharum Catalogis; quorum Hieroſolymitanos jam dedi paratos habet & Alexandrinos, Antiochenos, & Conſtantinopolitanos ſuo tempore collecturus, ſed abſque titularibus illis; qui poſt amiſſum ultimo, ac deinde Urbis Conſtantinopolitanæ Imperium, Latinis ereptum, inſtitui cœpti; non aliunde quam ex Pontificiarum litterarum regeſta erui poſſent, nec niſi labore infinito.*

f *Archiepiſcopus* Cantuarienſis *ab anno* 1333. *ad* 1348. *fuit* Joannes Stafford: *oportet igitur, ut concipia-* C *mus Joannis nomen ea ætate ſaltem in Catalaunia ſcriptum fuiſſe per G. ſicut hodiedum Italis ſcribitur* Giovanni, *Jacobus* Giacomo; *ac venerabile nomen* Jesus, Gieſu. *Certe toto* 14. *ſeculo uſque ad annum* 67. *nemo Eccleſiæ iſti præfuit, cujus nomen inchoaretur a* G.

g *Sic habet autentica poſt factam correctio, primitus legebatur*, Archiepiſcopis non Primatibus, non ſcribitur Domino, ſed ſic.

h Bernardus de Fargis, *Clementis V. propinquus, ad Narbonenſem Metropolim promotus fuit anno* 1331. *eamque tenuit ad* 1340.

i *Tamayus de Salazar, ad diem* v. *Julii in ſuo Hiſp. Martyrologio, Catalogum texit Antiſtitum Tarraconenſium, & ab anno* 1315. *ad* 1318. *nominat* D. Eximinum *ſui primum, & hactenus unicum*: Aximinus *fortaſſis ſcribebatur eo loco, & ætate: nam præter Eximinii deceſſorem nullus* G. *invenitur Tarracone in dicto Catalogo. Interim* Eximius *quidam* Auſcenſis *in Hiſpania Tarraconenſi* Epiſcopus *invenitur, anno* 1063. *in Concilio* Mantuano; *& diminitiva nominis terminatione* Eximinus de Aymas Archidiaconus menſæ in Eccleſia Pampelonenſi, *anno* 1425. *præſens Concilio Conſtantienſi.*

k *Præfuit* Fulco de Villarete, *Magiſter Hoſpitalis, ab anno* 1308. *Hunc Boſius in Hiſtoria Ordinis renunciaſſe dicit anno* 1323. *& recitat Epitaphium, in quo dicitur obiiſſe* anno Domini 1327. prima Septem- D bris: *ubi ſuſpicari poſſet typothetico errore irrepſiſſe* 2. *pro* 3. *adeoque adhuc in vivis fuiſſe Fulconem cum hæc ſcriberentur, & quamvis depoſito relictum titulum. Nam quis credat, Jacobo Regi Majoricarum ignotam fuiſſe Electionem* Elionis de Villa-nova? *Nodum aliter ſolvat, qui poteſt.*

l Petro *atque* IV. *qui patri Alfonſo recenter ſucceſſerat.*

m *Habuit Petrus, poſt duas Leonoras, (alteram Petri Siciliæ Regis, alteram Alfonſi Luſitani filiam) uxorem tertiam* Mariam Navarræam, *teſte Antonio Albizio in Stemmatis Principum.*

n *Id eſt* Admodum ſublimi & excellenti Principi Albubequecio Regi Marocci, a Nobis, Don Jacobo per gratiam Dei, Rege Majoricæ, Salus ſit, tamquam Regi, cui volumus honorem & multam felicitatem: *ubi vides Aragoniis* En *eſſe appellationem honoris, qualis Caſtellanis, aliiſque Hiſpanis eſt* Dun: *de iſto Marocci Rege tunc potero reddere rationem, cum ejus regni hiſto-* E *riam, vel ſaltem ſeriem Regum invenero.*

o *Poſthac reliqua tota Rubrica nihil amplius minio ſcriptum invenitur, ſed atro colore omnia: ſolaque diſtinctionem facit initialis littera eleganter picta.*

p Philippus, *Caroli Comitis Valeſii filius, defuncto ſine liberis maſculis Carolo* IV. *jure proximitatis ſucceſſit, anno* 1328. *annos natus* 36. *adeoque annorum erat* 22. *quando ſecundum Sammarthanos; ſub an.* 1313. *ſponſam accepit Joannam, filiam Roberti* II. *Burgundiæ Ducis, mortui anno* 1309. *Labbeus in tabulis Genealogicis vivente adhuc Roberto contractum matrimonium ſupponit, cum ejus primogenitum Joannem* II. *deinde Regem, mortuum* 1364. *dicit vixiſſe annis* 55. *nondum plene exactis, & natum* 1309. *Ut ut eſt, nullum is Philippum genuiſſe ſcitur ex hiſtoria Francica ante annum* 1336. *Ut omnino de hoc* Joanne *etiam dicendum videatur, quod de Philippi V. filio primo genito* Joanne *in cunis fere mortuo dixit idem Labbeus;* Philippum *quoque nominatum fuiſſe.*

q *Gravior hic prioribus nodus eſt: nam* Petrus, *cum hæc ſcriberentur Aragoniæ Rex, juvenis, & primum matrimonio junctus, nullos adhuc liberos habebat: quem autem deinde habuit primogenitum, vocatus eſt* Joannes. *Nec fratrem idem* Petrus *habuit ſeniorem ſe* Ferdinandum, *ſed Juniorem, quem deinde ipſemet occidit anno* 1358. *Quidni tamen ex Petro & Maria natus primo* F *conjugio anno* Ferdinandus *aliquis puer obierit, qui cum victurus diu ſperaretur, hic per prolepſim vir intitulandus præſcribatur.*

q *Nec talem filiam, cujus nomen inchoaretur a* P. *habuit poſtea Petrus Rex; ſed cum hæc ſcriberentur in futurum, potuit Jacobus præſumpſiſſe, eum, qui ſecundus poſt jam natum Ferdinandum naſceretur, aut alium juniorem, nomine Patris appellatum iri* Petrum.

r Carolus Valeſius, Comes Alenſonii, *frater Philippi VI. prænominati, mortuus in pugna Creciacenſi anno* 1346.

s Ludovicus; *S. Ludovici ex ſextogenito Roberto nepos, vixit uſque ad anno* 1342. *Exhinc porro non pingitur littera initialis cujuſque articuli: ſed nominis regii prima littera* L. *eleganter pingitur uſque ad finem hujus prolixioris Rubricæ.*

t Guilielmus, *Epiſc. Biterrenſis ab anno* 1316. *ad* 1349.

u Helena vulgo Elna, *cujus Epiſcopatus anno* 1604. *Perpinianum tranſlatus eſt. Epiſcoporum Catalogum necdum reperi, unde ſciam,* Guilielmus *an* Geraldus, *vel ſimili nomine alio dictus fuerit is, de quo hic agitur.*

x Petrus II. de Chaslus, *Ab. Cluniacenſis apud Sammarthanos ab anno* 1322. *ad* 1342.

y Graſſa

A y Graſſa ; *inter Narbonam , & Carcaſſonam Ordinis Benedictini habuit anno* 1317. Guilielmum *Abbatem , & anno* 1340. Guidonem . *Sammarthani pro anno* 1336. *interjiciunt* Nicolaum : *& hic jam inde ab anno* 1330. *Archiepiſcopus Rotomagenſis , ut ſummum potuit habuiſſe Abbatiam , mortuo Guilielmo , ad breve tempus commendatam , prius quam* Guido *inſtitueretur* .

z Arularum *Abbatiam , ejuſque Abbates ubi inveniam , necdum ſcio , uti nec ſequens monaſterium* Aſpiraneuſe.

a *Franciſcus Carus de Torres , in Hiſtoria trium Ordinum cap.* 37. *&* 39. *nullum alium hoc tempore agnoſcit Calatrava Magiſtrum , qui ſuperinductus ſit Garcia Lopez de Padilla jam ſeni poſt infelicem pugnam circa Baenam contra Mauros Granatenſes , circa anno* 1320. *aut* 1330. *& Magiſterium tenuerit , uſque ad anno* 1355. *ut ſecundum illum nulli P. locus ſit : niſi forte in ſchiſmate , iſque ignotus Mariana lib.* 16. *cap.* 14. *de illo agenti , aliiſque* .

ß Gerardus Odonis, *anno* 1329. *in Capitulo Ge-*
B *nerali Pariſiis creatus , & anno* 1342. *ad Patriarchatum Antiochenum promotus Vicarium aſſumpſit , juxta Waddingum* .

γ Hugo Gallicus , *electus anno* 1333. *praefecturam tenuit uſque ad* 1341. *Magiſter* 17. *teſte Leandro Alberto lib.* 1. *de Viris illuſtr.*

δ *Anno* 1336. Andreas Dandulus *Dux creatus , fœdus iniit cum Aragoniis : Hic autem quomodo dicitur* temporalis ? *Credo quia ad Senatus arbitrium amovibilis : alias ad mortem uſque ſolent Veneti Magiſtratum iſtum continuare* .

ε Fuxi *Comitatus in Occitania , haud procul a Pyrenais , a caſtro ſuo praecipue nomen habet . Comitum ſeriem necdum reperi* .

ς *Montisferrati ſub alpibus Italicis Marchionatus juxta Pedemontium , ad Palaeologos Conſtantinopolitanos devolutus , per ultima heredis Iolanda matrimonium cum Andronico Palaeologo ſeniore , dicitur uſque ad annum* 1338. *fuiſſe penes illorum filium Theodorum Palaeologum; cui Joannes Palaeologus ſuccedens , vixerit uſque ad* 1371. *ſed quid ſi Iolanda poſt viri mortem anno* 1325. *obitam , vidua , & uſque ad* 1341. *ſuperſtes , ſecundas nuptias*
C *cum aliquo G. contraxerit , qui etiam uxoris jure Marchio dicebatur ?*

ζ Aimbricus VII. *Vicecomes , Narbonenſis ab anno* 1325. *ad* 1336. *ſucceſſorem habuit filium ſuum* Amalricum IV. *qui vixit uſque* 1341.

e Mirapiſca , *alias* Mirapinaca , *vulgo* Mirapoia , *civitas Epiſcopalis Occitania ſub Archiep. Toloſano eſt* .

ϑ Canetum *Italiae oppidum , inter Mantuam , & Cremonam* .

ι *Vulgo* Pierre-pertus .

κ Seneſcallus , *ſeu* Seneſcalcus , *familia praepoſitus , a Teutonico* Sen , Siu , *cum praepoſitione collectiva* Gheſin , *atque compoſito* Huyſgheſin *domus , familia ; adeo ut quoad etymon nihil differat ab Oeconomo , alias Majore-domus , quod & Cangius probat* .

λ Viodoſcines Comitatus , *le Venaiſſin dictus a* Vindaſca , *Venaſque ; una cum Comitatu Avenionenſi a Joanna Neapolitana Pontifici venditus dicitur anno* 1348. *ſed hinc ſuadetur antiquiorem eam poſſeſſionem eſſe* .

μ Cenarlam civitatem *nullam novimus , ſed ſcriptum ſuſpicamur pro* Senarum *quae olim cum Florentina de primatu Hetruriae certabat , hac multo antiquior* .

ν *Semeſtris hic Magiſtratus , quem anno* 1337. *ineunte ſuſcepit* Nicolaus della Serra *Eugubinus (nam moris erat* Juriſperitos *clariores ad id aliunde peti) quis autem pro altero ſemeſtri , ſucceſſerit non diſtincte reperio : ſuſpicor quod* Petrus Tarlati *Aretinus , cujus fortitudine , & induſtria factum erat , ut Aretini Florentinis ſe ſubjiceret , unam cum ipſis rempublicam deinceps facturi* . D

De modo ſigillandi . Rubr. 1x.

QUia ſigilli impreſſio , ad fidem pleniorem rei quae geritur habendam eſt potiſſimum adinventa , ut fides litterae ſeu chartae reſultet potiſſimum ex ſigillo ; ideo dignum eſt , ut pro majoritate & varietate rerum conceſſarum per Nos vel pro duratione diuturniori inducatur & ſtatuatur varietas ſigillorum , ut etiam ex iis quae ordinare diſpoſuimus circa modum ſigillandi vel bullandi , agnoſcatur veritas vel falſitas litterarum . *Ad fidem certius faciendam* ,

341 Ordinamus igitur in Cancellaria noſtra modum triplicem ſigillandi : videlicet ut quandoque cum Bulla plumbea vel aurea ; quandoque cum magno ſigillo , habente duas impreſſiones aequaliter ab utroque latere imprimentes , licet impreſſio ſit diſſimilis & diverſa (quod quidem ſigillum Flaho *a* vulgariter nominatur) quandoque vero cum alio ſigillo minori , quod ſigillum commune dicitur , litterae quae de noſtra Cancellaria exeunt ſigillentur , ſecundum formam inferius annotatam. *Ordinatur triplex modus ſigillandi , per Bullam* *a* E *& Commune ſigillum*

342 Inſuper declaramus , quod in bulla debeat eſſe ex una parte Regalis imago quae ſedeat ſuper ſolium , in manu dextra ſceptrum & in ſiniſtra pomum tenens , & chlamyde induta , & corona Regia in capite decorata , & in circuitu litterae , noſtrum proprium nomen cum titulo noſtri Regni tantum continentes : & ex alia parte miles cum corona armatus ſuper equo (quem Militem) armis noſtri ſigni Regalis munitum & enſem evaginatum tenentem eſſe volumus , in circuitu vero litterae ſint , quae Comitatus & alios titulos noſtros exprimant *b* . Hoc idem quod de Bulla ordinamus & in Flabone volumus obſervari , excepto quod loco pomi in manu ſiniſtra Regale baculum teneat . In ſigillo vero communi Regalis imago ſit per modum , quem in prima parte Bullae diximus : ſed litterae quae in circuitu erunt , non ſolum regnum , ſed omnes noſtros titulos contineant . Inſuper unum parvum contra ſigillum , in quo ſit clypeus noſtris armis decoratus , cum corona quae ſit ſuper ipſo clypeo , ſed in circuitu litterae minime ſculpantur . *ita ut bulla Regem in ſolium exprimat* *& in altera ſacie equitem* , *b* *iſtud in contra ſigno ſola arma* .

343 Cum ergo litterae de communi juſtitia , vel commiſſiones earum ſeu aliorum negotiorum , etiam habentes aliquas clauſulas ſpeciales , vel alia quaecumque quae in papyro ſcribentur , de noſtra Cancellaria exhibentur clauſae vel apertae ; tunc cum ſolo illo ſigillo minore quod dicitur commune ſigillum , in dorſo vel ſuper apertura , litterae quae claudentur , ſigillentur . Si vero aliquando gratia per Nos fiat ad tempus alicui perſonae , utpote dando violarium vel aliquid ſimile , ita quod litterae ſint in pergameno ſcribenda , tunc ſigillentur litterae hujuſmodi , cum eodem ſigillo in pendenti de corda , juxta modum infra determinandum : ſed & ſigillum illud pendens in alia parte dorſi impreſſionem habeat contra ſigilli , quod ad hoc duximus ordinandum . Porro cordula hujuſmodi , in qua ſigillum pendebit , verſicolor erit , de ſerico videlicet croceo & rubeo ; ita quod ſit lata & tenuis , & ſit tota in longum quaſi de noſtris armis Regalibus facta , contineat videlicet quinque faſcias vel vias in longum , quarum tres , foraneae *c* ſcilicet duae & una media ſint coloris crocei ; aliae vero duae , quae erunt ſcilicet inter utramq; foraneam & mediam erunt coloris rubei : ſed & quaelibet & duabus foraneis ucto filo de ſerico croceo , & uno minus nec amplius con- *ſub communi impreſſo expediuntur litterae ordinariae* F *& gratiae temporales* , *ſub pendenti* , *ex cordula crocei rubeique coloris* *c*

tinabunt; tres vero, duæ ſcilicet rubeæ & una crocea, continebunt quælibet ſeptem fila, nec habeant amplius neque minus.

perpetua,

344 Sane ſi gratiæ per nos fiendæ erunt perpetuæ, ut puta quando concedemus militare privilegium alicui perſonæ, vel aliquod ſimile in privilegium ſeu gratiam perpetuam alicui univerſitati vel perſonæ, cui facere volumus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis vel poſteris gratiam ſpecialem; vel etiam ſi aliquem Procuratorem ea quavis cauſa conſtituimus; eo caſu litteræ quę ſuper hoc fiant in pergameno, ſigillentur in pendenti cum magno ſigillo, ab utraque parte impreſſionem æqualem habente; licet non ſimilem, quod ſigillum Flahon vulgariter nominatur; pendet autem ipſum ſigillum in cordula de ſerico, coloris & modi per omnia illius alterius, de qua eſt ſuperius ordinatum.

ſub magno ſigillo pendente,

345 Si tamen ipſæ conceſſiones vel privilegia eſſent magni honoris vel ponderis, utpote de Vice-comitatu vel majori dignitate per Nos creando vel ſi alicui Univerſitati aliquod privilegium magni ponderis concederemus ad in perpetuum, ut puta ad immunitatem talliarum vel contributionum, vel de fori declinatione contra jus commune, vel aliud quod concerneret univerſaliter vel etiam particulariter omnes cives, vel aliquid ſimile de quo Nos arbitraremur ſpecialiter; vel etiam ſi procuratorium quod eſſet, per Nos faciendum vel conſtituendum, ſuper aliquo facto arduo vel inſigni; vel legem ſive conſtitutionem promulgaremus; eo caſu volumus quod litteræ ſuper hoc fiendæ, cum Bulla plumbea vel aurea, ſecundum quod exquiret qualitas negotii ſigillentur vel etiam muniantur.

Quod ſi res ſecunda Majoris honoris vel momenti ſit

adhibeatur Bulla plumbea vel aurea.

346 Eo inſuper caſu Bullæ appenſio non fieret in cordula, ſed in filis de ſerico ſejunctis & ſeparatis diviſim adhibendo; videlicet octodecim fila de ſerico rubro, & viginti unum filum de ſerico rubro, & viginti unum filum de ſerico croceo, qui adjungentur a parte inferiori litteræ, & ſic duplicabuntur inferius, & erunt in numero ſeptuaginta fila, & in iis bulla aurea vel plumbea appendetur: quem filorum numerum, nihil addendo vel minuendo perpetuo volumus in ſimilibus obſervari. Ceram vero dictorum ſigillorum, croceam, ſtatuimos debere eſſe: & niſi talis eſſet, illis adhibeatur nulla fides.

ex pluribus filis pendet.

omnis autē cera ſit flava.

ANNOTATA D. P.

a *An quia cera orbicularis, eminentibus poſt ſigilli impreſſionem marginibus formam habet* Flatonis, *ſeu* Fladonis, *placenta Teutonibus* Vlade *dicta?*

b *Sic ſupra num.* 240. (*niſi* molarium *legi debeat tam hic, quam ibi*) Ut *eſt*, *videtur hic ſignificari quadam ſpecies privilegii, vel immunitatis: aut ad vitam penſionis ad vitam: ſic enim infra dicitur* ad violarium vel ad annos aliquot, *ut hæc videantur contradiſtingui inter ſe, ac ſi diceretur* ad vitam vel ad tempus.

c Foranii, *faſcia dici videntur, quæ in anaglypho opere foras prominent.*

De taxatione litterarum. x. 2.

TUnc nimirum creſcit mortalis anxietas, cum pro labore quis damnum conſequitur, vel fruſtratur condigno laboris præmio vel mercede.

347 Sane quidem dignum eſt, ut pro ſcriptura & dictamine litterarum, quæ de noſtra Cancellaria exeunt, ſic laborantibus merces contribuatur conſona, quod per immoderatam exactionem non ſit impetrantibus litteras nimium oneroſa, maxime cum per litteras ipſas executio vel ſubminiſtratio juſtitiæ demandatur. Nam cum aliquis per noſtras litteras non merum juſtitiam, ſed gratiam ex liberalitate noſtra conſequitur; æquum eſt ut qui liberalitatem recipit, etiam pro ſatisfactione litterarum ſe reddat potius liberalem. Ea propter circa taxationem litterarum Cancellariæ noſtræ infraſcriptam ordinationem præcipimus obſervari; nec pro litteris ſcribendis vel ſigillandis aliquid ulterius exigi vel haberi.

Ne litteras dantium labor careat mercede.

nec impetrantes graventur nimium,

348 Ordinamus igitur quod pro litteris ſimplicis juſtitiæ, ab aliqua ſingulari perſona, ſolummodo dentur v. ſolidi, illius monetæ quæ curret in terra ubi littera ſcripta fuerit & conceſſa. Si tamen in aliqua terra noſtra fuerit conceſſa; de moneta quæ curret in terris noſtris, loco in quo (ut dictum eſt) fuerit ſcripta & conceſſa magis propinquis, prædicti v. ſolidi ſolvantur. Si vero aliqua Univerſitas vel Collegium qualecumque dictas etiam ſimplicis juſtitiæ impetret litteras; decem ſolidos ejuſdem monetæ ſolvere teneatur: itemque ſolvantur decem ſolidi ſi impetrans Judæus fuerit vel alias infidelis. At vero ubi impetrantes ſunt de Religioſis mendicantibus, vel aliæ perſonæ pauperes & miſerabiles, nihil prorſus volumus pro hujuſmodi litteris exigi ab eiſdem.

ordinantur v. ſolidi pro litteris ſimplicis juſtitiæ a perſona ſingulari ſolvendi.

10. a communitatibus vel Judæis,

nihil a pauperibus.

349 Porro ſi littera illa contineat aliquam diſpenſationem vel aliquam clauſulam ſpecialem, quæ non ſit de mera juſtitia, ſed aliqualem contineat gratiam, tunc decem ſolidi pro littera exigantur. Item ſi nos contingat facere gratiam alicui, remittendo aliquid pecuniarium debitum, ad quod Nobis tenetur, ex cauſa judicati forſitan vel quocumque contractu alio, vel ex cauſa condemnationis alicujus, vel etiam ex cauſa alia qualicumque; tunc ille cui facta eſt remiſſio pecuniæ hujuſmodi, ſolvat pro littera remiſſionis ac c. denarios pro libra qualibet totius ejus quæ ſibi remiſſa fuerit quantitatis. Si vero aliquam pœnam corporalem gratis & abſolute alicui remittamus, ad quam jam exivit condemnatus; tunc, ſi auris amiſſio vel fuſtigationis executio remiſſa fuerit, decem ſolidos ſolvat pro littera: ſed pro manus vel pedis vel linguæ amiſſione remiſſa quadraginta ſolidos ſolvere tenetur: ſed & ſi pœna mortis remiſſa fuerit, ſolvat pro littera centum ſolidos.

pro gratioſis litteris dentur 10;

pro debiti relaxatione 12. in libra

pro remiſſione pœnæ juxta hujus gravitatem,

350 Hoc autem volumus obſervari ſi ille, cui facta eſt remiſſio præmiſſarum pœnarum, habeat in bonis centum libras vel infra: quia ſi eſſet ditior, plus ab eo exigatur pro litteris, habita ratione quantitatis bonorum, quæ repertus fuerit habere, ſecundum modum proxime jam taxatum. At vero ſi pro remiſſione pœnæ hujuſmodi corporalis, per noſtros Procuratores habita fuerit aliqualis pecunia, forſitan ex compoſitione vel pœnæ mutatione licite facta; tunc, pro littera facta inde, recipiatur tantummodo medietas pretii illius quod debuiſſet recipi, ſi fuiſſet remiſſio facta gratis ſecundum proxime ordinata.

aut etiam facultates rei;

niſi jam aliquid datum fuerit Procuratori regio,

351 Cum autem alicui remittemus exilium perpetuum, ſolvat pro littera medietatem ejus quantitatis, quæ deberetur, ſi fuiſſet pœna mortis remiſſa: pro temporali vero exilio, ſiquidem biennium vel infra remiſſum fuerit, viginti ſolidos: ſi autem ultra biennium uſque ad quadriennium, xxx. ſolidos: a quadriennio uſque ad quantumcumque fuerit, xl. ſolidos ſolvat pro littera habita tamen ratione divitiarum illius cui remittitur pœna exilii, prout ſupradictum eſt, & remittitur pœna vel alia corporalis. Porro ſi aliquis in judicio fuerit condemnatus pro crimine, ſed in fuga exiſtens, a Nobis forſitan ad rogatum alicujus perſonæ remiſſionem obtinueris pœnæ, quæ fuiſſet ſibi pro crimine imponenda: tunc, quia non debet eſſe melioris conditionis fugiens quam detentus, attendatur crimen pro quo ſe in fuga conſtituit; & ſi tale eſt crimen pro quo

pro remiſſione exilii, quæ juxta hujus durationem;

eadem præſtanda a fugitivis.

mora

A mors debuiſſet inferri eidem probato crimine contra cum; tunc tantum ſolvat pro littera, quantum ſi re-vera condemnatus fuiſſet: ſi autem non pœna mortis, ſed alias, tunc tantum ſolvat quantum pro remiſſione pedis vel manus fuit ſuperius ordinatum. Hoc quidem intelligimus de remiſſione ſolius corporalis pœnæ; quia ſi remittantur per Nos bona, jam Nobis ea annotatione fugientis quæſita; tunc ſervetur id, quod fuit ſuper remiſſione pecuniarii debiti ordinatum.

delicti remiſſionem impetrantibus.

Quid dandum pro gratuito dono.

352 Porro ſi Nos alicui perſonæ gratiam volentes facere, aliquam ſummam pecuniæ donari mandemus, ſemel tantum ſolvendam, tunc recipiatur pro littera, ad rationem de ſex denariis pro libra: ubi vero daremus ad violarium vel ad annos aliquos plures aliquam ſummam pecuniæ, tunc pro pretio litteræ recipiantur a r c. denarii pro libra, de ſumma illa quæ in litteris eſt contenta. Si autem daremus tecrem in perpetuum vel redditus ſibi & ſuis; tunc æſtimatione ſacta rei donatæ ad e s c. denarios pro libra pro littera eaolvatur.

quid pro ſententia in cauſa pecuniaria aut ſimili.

353 At vero, ſi ſuper alique pecuniaria cauſa, vel ſuper aliqua re in ſpecie conſiſtente quacumque, ſententia lata ſit mandato noſtro vel coram Nobis quaſi in perſona noſtra, & de hoc petentur litteræ; tunc
B pro litteris une ſive pluribus ſolvetur ad rationem de a r r. denariis pro libra, de quantitate vel æſtimatione rei, ſupra qua ſententia eſt prolata. Si autem feretur ſententia ſuper aliquo jure, utpote ſuper aliquo privilegio vel jure, de quo eſt contentio inter partes; tunc, ſi agatur inter magnas perſonas, utpote inter aliquas Univerſitates nobiles & potentes, vel inter Prælatos vel Barones, inter ſe vel contra aliquam Univerſitatem; tunc habita ratione negotii & perſonarum inter quas agitur, poterit recipi plus vel minus; ſalvo tamen quod quinquaginta libras eliquatenus pro qualibet littera non eacedat.

quid pro lato in cauſa juris.

quid pro litteris tutela,

354 Item ſi per litteras noſtras petatur mandari de tutore vel curatore dando perſonæ vel bonis alicujus; ſi bona quibus providebitur valant quinquaginta libras vel infra, ſolvantur pro littera V. ſolidi: ſi autem ultra valeant uſque ad centum libras; tunc a. ſolidi recipiantur pro littera; & ſic deinceps uſque ad quinquaginta ſolidos. Volumus enim quod ultra quinquaginta ſolidos ullo modo pretium litteræ non aſcendat. Item ſi aliqua ſingularis perſona petat a Nobis litteras ſecuri conductus per terras noſtras; recipiantur pro littera v. ſolidi. Si vero ſint plures perſonæ conducendæ, vel ſi ſint mercaturæ vel alte
C res, pro quibus etiam ſecurus conductus petitur; tunc s. ſolidos ſolvere teneatur. At vero ſi concedatur per Nos alicui conductus vel eſſecuratio, quod ſcilicet capi non poſſit ratione debiti civilis, ad quod tamquam principalis vel ut fide jaſſos eſt alicui forſitan obligatus, tunc pro littera ſolvat ſolidos quinquaginta.

aut ſuis conductus:

355 Item ſi de gratia concedamus alicui, quod non teneatur ad tallias *a* vel collectas vel ad contributiones alias, temporaliter vel ad vitam; tunc habita æſtimatione bonorum ſuorum & gratiæ, ſolvat pro littera ad rationem de a c i. denariis pro libra. Si vero alicui hoc conceditur perpetuo pro ſe & ſuis, aut ſi forte concedetur per nos alicui privilegium militare; habebitur etiam ratio bonorum ſuorum, quæ eximentur a tallis vel collectis, & ſolvet pro littera ad rationem de r s. ſolidis pro libra.

a aut immunitatis a vectigalibus,

356 At vero cum aliquibus hominibus, qui, tempore quo guerram habemus, vocantur per Nos ad hoſtem, *b* & cavalcatam *c* gratiam facere volumus pro illa vice, ut non vadant, ſed quod pro eo aliquando eſolvant Procuratoribus noſtris pecuniam; tunc pro littera inde facienda ſolvat de quinquaginta libris vel infra donandis Nobis ex illa cauſa decem ſolidos: deinceps vero uſque ad centum libras dentur aa. ſolidi pro
D littera quam habebunt: & ſic gradatim, ſi data fuerit major ſumma. Si vero gratis abſque ſolutione pecuniæ tale quid remittatur, tunc ſi habet in bonis centum libras vel infra au. ſolidos ſolvat pro littera. Si autem ultra habeat in bonis, tunc augmentetur, quantitas ut de ce. libris xx. ſolidi ſolvantur: & ſic gradatim, ſi plus aſcenderent illius bona. Item de litteris gratiæ, quam quandoq; facimus de extrahendo aliquas res vetitas de terris noſtris qualeſcumque res fuerint, ſacta æſtimatione rerum quæ extrahi debebunt, ſolvant pro libra, ad rationem de quatuor denariis pro libra valoris, quo res ipſa fuerit æſtimata.

b c vel contra militari,

vel contrabando.

Quid pro litteris de Notariato,

357 Præterea cum aliquos creabimus Notarios publicos ſpeciales, tamen ad conficiendum inſtrumenta in certis aliquibus terris noſtris, ſolventur pro littera centum ſolidi, illius monetæ, quæ curret in terris illis noſtris, ubi habebunt ſpecialiter conficere inſtrumenta: quod ſi erunt creandi in Monte peſſulano tunc de Turonenſibus; ſi vero in Majorica, tunc de illa moneta; ſi vero in Comitatibus Ruſſilionis vel Ceritaniæ, de moneta Barchinonenſi erunt
E centum ſolidi pro illa littera eaolvendi: Si vero creantur ad omnes terras noſtras Notarii generales, tunc octo libræ monetæ Barchinonenſis pro littere perſolvantur. Item cum alicui loco concedemus quod mercatum vel nundinæ facere valeant; recipiatur pro littera, habita ratione loci cui concedetur, ad rationem multitudinis domorum ſeu ignium, ut pro quolibet igne loci illius, cui nundinæ vel mercatum concedetur, duo ſolidi eaolventur pro littera illius monetæ quæ curret in loco cui gratia concedetur.

jure mercatus publici,

dilatione ſolutionis.

358 Inſuper autem ſi elongamentum ne ad certum tempus cogatur a ſuis creditoribus aliquis ſolvere concedatur; ſi debitum eſt viginti quinque librarum vel infra, tunc quinque ſolidi pro quolibet anno elongamenti ſolventur. Si autem debitum eſt de quinquaginta libris, tunc a. ſolidi pro anno quolibet eaolvantur; & ſic deinceps de majori quantitate, ſecundum rationem prædictam, major quantitas pro littera eaolvetur.

beneficio eccleſiaſtico,

359 Conſequenter etiam ſi alicui aliquod officium exgendum concedemus vel eccleſiaſticum beneficium; ſiquidem hoc ex proprio noſtro motu concedimus, pro littera nihil ſolvet: ſi vero ad ſupplicationem ſui vel alterius committamus, tunc ratione habita ejus quod recipit pro ſalario uno anno, ad a c t. denarios pro li-
F bra ſolvat pro littera prima vice, quia pro aliis vicibus nihil ſolvi volumus, ſi illud idem eidem perſonæ vel etiam aliud officium committamus.

pro exactione instituenda,

360 Amplius etiam ſi Univerſitati alicui concedamus, ex cauſa aliqua, forte propter neceſſitatem aliquando illius sui hoc concedimus, ut poſſit alicubi talliam vel ciſiam vel quamcumque aliam contributionem, in quibus minime extranei vel privilegiatæ perſonæ contribuant ad tempus certis hominibus imponere; tunc a. ſolidi tantum (cum hoc quaſi juſtitiam concernat) pro pretio litteræ eaolvantur: ſi vero extranei ſeu privilegiatæ perſonæ, ſecundum per Nos conceſſa, contribuere haberent; tunc a s c. denarii pro libra de quantitate ad quam exactio ipſa aſcendere poterit pro littera habeantur. Nolumus tamen quod ad plus quam ultra quingentas libras aſcendat. Ubi vero Prælati & Barones vel alii quicumque gratiam a Nobis obtinerent, quod ab hominibus eorum ſubſidium poſſent exigere, a c t. denarii pro libra de tali gratia pro littera exigantur.

ac privilegia perpetuo

361 Porro multotiens concedimus aliquibus perſonis, religioſis forte vel univerſitatibus, privilegia perpetuo duratura, vel etiam quandoque antiqua privilegia confirmamus, vel etiam certis perſonis

A ſacientibus aliquod corpus, de quibus recipi volumus pro littera ad arbitrium rationabile Cancellarii noſtri, habita ratione rei ſeu privilegii quod concedatur, & illius cui conceſſum eſt: nam in talibus non poteſt commode regula certa dari. Proterea, quia quæ majori gaudent firmitate magis poſſunt aggravari; volumus quod de privilegiis, quæ ſecundum noſtram ordinationem debent cum bulla plumbea vel aurea ſigillari, ultra quantitatem quæ ratione privilegii habetur: xx. ſolidi eleemoſynæ applicandi, exigantur.

aut etiam bullato.

362 Volumus etiam & mandamus, quod Cancellarius & Vicecancellarius noſtri ſolerter conditiones perſonarum attendant, ut pauperibus pretia litterarum rationabiliter moderentur: ſed in omnibus caveant quod pretia non augeant; imo ubi juſtum & rationabile viderint, minuant potius quam augmentent. Nolumus tamen quod a noſtris, vel conſortibus noſtræ Regiæ domus familiaribus, pro litteris juſtitiæ vel pro litteris precaminum aliquid exigatur. Sane etiam Conſiliarios noſtros hoc volumus gaudere favore, ut etiam B de aliis litteris gratiarum quas eis faciemus, nihil ſolvatur pro litteris; niſi illud quod illis daremus, vel concederemus, eſſet terra vel privilegium aliud perpetuum, quod etiã eſſet ad ſucceſſores vel poſteros, tranſiturum.

In omnibus autē commendatur moderatio.

ANNOTATA D. P.

a Tallia, a talliando, *talier*, i. *ſcindendo dicta ex virgis*, *idem eſt quod* accisia, *infra numero* 360. Ciſia *dicta ab* accidendo; *& utramque ſuper merces invehendas, vel evehendas accipitur, illud autem eſt a Teutonica radice* Thail, *Belgis* deel.

b Huſtis *etiam exercitum, & caſtra ſignificat Gallis* Huſt, *atq; inde traducitur ad quodvis ſervitium militare.*

c Cavalcata, *neceſſitas præſtandi, caballum unum, aut plures.*

d Precaria, *inquit Cangius*, *eſt acceptio* allodii, aut prædii ab eccleſia ad vitam, quaſi precario poſſidendi; *quibuſdam* Precaria *dicitur: quidni etiam* Precamen? *Non auſim id aſſeverare.*

De beneficiis conferendis R. ar.

C Um juxta ſanctorum Patrum admonitionem atque decreta, beneficia eccleſiaſtica non niſi ſufficientibus ac bonis perſonis conferri debeant ſive dari; & per Principes, qui a Deo in terris ordinati ſunt ut gubernent talia, potius debeant obſervari quam violari.

363 Ideo nos cum deliberato conſilio, pro magna noſtræ animæ ſecuritate, & propriæ conſcientiæ exonerationem ordinamus, quod a modo cum beneficiis, in quibus tantum præſentationem habemus, ſeu de illis quorum collatio ad Nos ſpectat, quotieſcumque voluerimus providere, proprio noſtro motu vel ad preces cujuſquam; ſeu cum Domino ſummo Pontifice, proprio noſtro motu vel ad alicujus inſtantiam; ſeu cuicumq; alii ſcribere voluerimus pro aliquo ſeu aliquibus, pro aliquo beneficio eccleſiaſtico; hæc non fiant niſi prius examinatione facta de illorum vita & moribus ac aliis prout decet, per quatuor probos viros ad hoc a Nobis ſingulis vicibus deputandos, quorum duo ad minus Theologica, Canonica, aut Legum ſcientiis ſint eruditi

Nullus præſentetur a Rege ad beneficium aliquod,

niſi vita examinetur

364 Qui quatuor ſi decenter deputari non poſſint, tunc per tres ſeu per duos examinatio, ipſa fiat, quorum unus eſſet, ad minus decenter in ſacra Pagina aut Canone eruditus, vel quod Juris civilis profeſſor eſſet, dum tamen ſtatum Clericalem teneret; & in ſacris eſſet Ordinibus conſtitutus, alias non: quod etiam in caſu ubi eſſent quatuor hoc obſervari volumus, D niſi unus vel plures ex eis eſſent in aliis ſcientiis eruditi, quia tunc, etiamſi vitam Clericalem non ducerent, vel eſſet in ſacris Ordinibus conſtitutus volumus poſſe eſſe Legiſtam.

ſaltem a tribus vel duobus viris doctis, iiſque Clericis.

365 Et ſi ille cui provideri vel pro quo ſcribi debebit, abſens fuerit; examinatio de illo fiat, pro teſtimonio vitæ & morum & aliorum de quibus decet, per dictos quatuor vel alios ut præfertur: qui ſub juramento referent juxta videre eorum, an cum bona & tuta conſcientia ille præſentari valeat, aut beneficium conferri eidem, aut ſcribi & rogari pro illo. Et ſi ſecus quam ut præmittitur a Nobis, præmiſſa obtineantur, irrita & caſſa eſſe volumus, & nulla firmitate gaudere, niſi de certa ſcientia & non in facto unius, ſed in omnibus, ordinationem noſtram caſſaremus præſentem.

& ſi abſens ſit,

juratis eum dignum eſſe

De ordinatione Capellæ R. xxi.

365 N On erubeſcendo Reges prioribus temporibus de divinis ſe intromittere officiis, ea quæ neceſſaria cultui divino extiterant ordinarunt; in tantum quod Sacerdos illius, in quo recta diſpoſitione Sacerdotium & Imperium diſtribuuntur, & cujus gratia noſtrum gubernamus regnum, eſſe minime Salem a Rex renuere in ſacris Litteris reperitur, ſed panem & vinum illi, in quo ſaturamur atque paſcimur, offerre ut Sacerdos dignoſcitur: reſpicientes, quod in quantum etiam uberantius munerum largitor circa nonnullum ſe habuit, quis in tantum magis obligatus recognoſcere, naturali ratione non eſt incognitum; præcipue tamen gratiarum diſpenſatori, cujus ſola permiſſione quæ Nobis dedit ſervari fatemur conſiderantes; Nos, ut de ordinatione noſtræ Capellæ ordinemus, verecondari non oportet; ſed potius ut ſervitium ipſius qui voluntarie Nobis honoris ſtatum conferre dignatus eſt, honorifice in noſtra præſentia, (ne ſimus b incogniti tanti beneficii) fiat, adſtrictos neceſſario recognoſcamur. Fruſtra enim differentiam ſtatuum in humanum genus, qui carnem humanam ſumens Deus altiſſimus ad infima deſcendit, poſuiſſet; niſi differentiam majores a minoribus in honorando ipſum facerent.

Sicut Rex Salē Melchiſedech Dei ſacerdos fuit, E

& qui plus recepit gratior eſſe debet.

honori ſibi ducit Rex ſacramenti

366 Ad quod quidem complendum, ut ornamenta, tam pannorum, pulcra, quam auri & argenti, plura & nobilia (ſecundum quod, præmiſſis non oblivioni traditis, attenta decentia noſtri ſtatus, non modicum expoſcit) habeamus, non vanum, ſed veracius neceſſitatis eſſe noſtra pia devotio cogitur exſtimare: & ut tanta & ſic ſufficiens copia ſit & tantarum varietatum, quod ſecundum diverſitatem temporum & feſtorum, ſicut non inſubtiliter ſed rationabiliter (ut non ſolum locus ſit auctoritati, ſed etiam principaliter rationi & congruitati) ordinare inferius, minime negligentia omnia c lædente illecebrati, oblivione procul pellita d, noſtra diligentia non prætermittat, non tantum honorificum ſed & devotiſſimum judicamus. Nam cum oculi diſſecaoriarum varietatem cernent, quare ſit, animus excogitat, & ſic devotio augmentatur: & anima ad gratiam præparatur.

F varietatem aliquo & copiam paramentorum.

a d animus ad varietatem devotionem eorundem.

367 Varietates vero pannorum in quatuor coloribus conſiſtere convenicns arbitramur. In rubeis: qui tam in feſtivitatibus Domini, in quibus proprie rubeus color rationibus & ſignificationibus debitis convenit; nec non in quibus veſtigia illius, qui viam ſe eſſe atteſtatur, per martyrium ſecuti ſunt, Sanctorum ſolemnitatibus ſanguinem quem effuderunt demonſtrent. Et in albis, ut virginitatem illius, quæ etiam poſt partum noſtræ redemptionis virgo permanſit; nec non Sanctarum, quæ Agnum ubicumque

dum rubeis color Martyrium,

albus virginitatem,

que

A ... ære erit, ſequuntur Virginum, in ipſarum ſolennitatibus denotent; & diebus celebribus aliis, in quibus non ex vana conſideratione congruant, teneri poſſint.

viridis vigoris animi,

In viridibus ſeu Violatis etiam, qui tam feſtivitatibus Domini quibus convenient, & in diebus illorum qui quaſi jaſpis viridis eſt coloris jaſpidea propugnacula a triomphatore poſiti ſunt, ſanctorum Doctorum & aliorum Confeſſorum, qui contra adverſarios pro ſancta Eccleſiæ defenſione objecti ſunt, & qui interiois deſideria ferventes nulla temporis reprobi ariditate marceſcunt, teneantur.

violaceum & nigrum equivalentiam ſignificant,

Et in lividis, qui tam in diebus Veneris & aliis diebus feſtivis tam Altiſſimi quam Sanctorum, nec non & quando pro defunctis Officium agitur, in quibus honeſtas & mortificatio minime inconvenienter oſtendi debet, demonſtrare congrue poſſunt.

Pro mcareribus vel feſtis pretioſiora habeantur.

368 Et de iſtis quidem coloribus non ſolum de quolibet una capella contenti ſumus, ſed diverſas (ut ſecundum quod dies, in quibuſdam ejuſdem coloris paramenta propria ſignificatione teneri debent ſolenniores aliis aliqui reperiuntur, ſolennioribus paramentis, B licet ejuſdem coloris, decorentur) habere cupimus: ordinantes quod in noſtra Capella de pannis ſericis rubeis, cum hiſtoriis & de velutis rubeis, cum aurifrizio, & de pannis aureis trahentes ad rubicundum colorem, & de ſericis rubeis pannis cum aureis operibus ſeminatis; & de pannis ſericis albis cum hiſtoriis & de aureis ad albedinem trahentes; & de pannis aureis ad lividum vel viridem ſeu violatum colores trahentes;

atq; de ſingulis capella integra.

& de ſericis viridibus pannis cum paratura; & de lividis ſericis cum paratura completæ capellæ ſint (Dicitur autem completa capella, Pallium & Retroaltare & e Retro-tabolatium, & indumenta Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi & tres cappæ) & de pannis ſericis rubeis, albis, viridibus & lividis, ſine operibus & paratura, Pallium & Retroaltare & Presbyteri indumentum, in quo ſit aurifrezum tantum, habere volumus: & de ſericis pannis ad croceum colorem trahentibus, hoc idem eſſe in noſtra Capella præcipimus: nec non f g tuabolæ f & cuzini & frontalium g & alia, de quibus in eccleſia copioſe haberi noſtræ intentionis eſt.

& ſicut veteris Sanctuarii inſtrui juſſit Deus,

369 Et quia ab illo, a quo non niſi ordinatiſſime omnia procedere firma fides noſtra credit, in opera Sanctuarii, quoad divinum cultum in veteri Teſtamento conſtructum fuit, vaſa nec non aliqua aurea argenteave ad decorem Sanctuarii eſſe ordinata, ſicut C debemus (omni a noſtra Regali majeſtate oblivione ut decet penitus eradicata) recordantes, in noſtra Capella tam vaſa quam alia ornamenta, ad divinum ſervitium & honorem illius, qui tantum Nos in terris honorare dignatus eſt, ut nomine Regis vocari mereamur, de auro & argento & etiam cum gemmis pretioſis, ut melius operi Sanctuarii aſſimiletur, eſſe cupimus.

ſic præcipit Rex in capella ſua haberi vaſa pretioſa,

h retrotabolarium elegans,

370 Præcipientes ergo quod ſit primo unum pulcrum retrotabolarium h argenteum cum imaginibus, quod ſolennitates, quæ non immerito in diebus altiſſimæ Majeſtati dedicatis & ad ſuæ Matris & Filii honorem ordinatis celebrantur, intuentibus ignorare non permittat. Neceſſarium ſiquidem exiſtimamus quod ad ſolennitatem oſtendendam aliqua demonſtrentur, ut qui per ſcientiam & litteras ſcire minime poſſunt, per aſpectionem oculorum talia videant, quod eis ſuppleat & emendet quod ſcientia litterarum caruerunt. Nam picturas & talia litteras ruſticorum eſſe conſtat; & ideo in eccleſiis ad illitteratorum informationem & doctrinam, prædicta communiter non irrationabiliter ponuntur.

ad rudium inſtructionem;

5. vel 6. Cruces pretioſas,

371 Tam de auro quam de argento atque cryſtallo, quinque vel ſex Cruces, cum gemmis pretioſis & aliis operibus (ut ſicut Crux noſtræ ſalutis, tantum pretioſi & in corruptibili margarita, ſicut illius qui proprio filio non pepercit, fuit decorata, ita & iſtæ, D quæ ad illius repræſentationem factæ ſunt, corruptibilibus gemmis margaritiſve ornentur) mandamus eſſe. Et quia plures, ut apparet, haberi ordinamus; hoc enim fecimus, ut ſecundum dies aut omnes aut aliquæ aut una tantum, ſecundum quod decens in noſtra inferius ſecutura ordinatione Nobis videbitur, ſociæ teneantur. Taliter autem expedit eſſe ordinatum de Crucibus & aliis, quod differentiæ (ut diximus) rationabiliter fieri poſſint.

i 7. lipſanothecas,

373 Ad reliquias tam Domini quam Sanctorum tenendas, ſeptem incaſtmenta i haberi ordinamus cuſtodiæ, in qua corpus D. N. Jeſu Chriſti in aliquibus locis portatur ſcilicet de cryſtallo argento inaurato munita cum operibus convenientibus; & duo in formam caſſæ, ut copioſius Reliquiæ in eis valeant detineri, de cryſtallo eodem modo; ut reliquiæ quæ intus ſunt poſſint videri: & unum de cryſtallo, quod per argenteos deauratos Angelos teneatur, in quo pretioſiores reliquiæ reponi digne poſſint (excepto Ligno vitæ, noſtræ quod melius & decentius in una de Crucibus aureis incaſtari poteſt) & alia duo aut de cryſtallo aut de argento ſeu de alia pretioſa re, eſſe decernimus. E

argenteam iconem B. V. M.

378 Pulcram de argento deaurato incorruptæ Virginis Mariæ imaginem, ut in feſtivitatibus ſuis & aliis convenientibus diebus memoria ipſius minime relinquatur: & duos Teatus k, & duos bacinos de argento cum imaginibus Domini & Sanctorum deauratis, ad noſtri altaris & noſtræ capellæ decorem & ornatum, ultra quæ prædiximus, neceſſaria quodammodo exiſtimamus.

k 3. Calices aureos,

Tres calices cum canadellis l ſuis ſint de auro, & unus pretioſior ſit altero qui in magnis feſtis ſerviat: Conveniens enim Nobis videtur, ut poſt quam terrenales Principes, ad edendum in menſis aureis calicibus, dignos ſe exiſtimant, ut ad Sanguinem D. N. Jeſu Chriſti conficiendum in menſa altaris, in qua pene non corruptibili ſervitute utimur, calix aureus deputetur. Alius vero argenteus inauratus, ut ſerviat ſi neceſſitas immineret, eſſe poteſt.

6. candelabra argentea, 2. thuribula &c.

Sex candelabra argentea, & duo thuribula, cum ſuis navibus, ad tenendum thus deputatis, quorum unum ſit deauratum & altero nobilius: & duo paria bacinorum argenti; & vas argenteum ad aquam benedictionis tenendam, cum ſuo hyſſopo ad ſervitium noſtræ (capellæ) eſſe convenienter mandamus.

F Iſtis omnibus quando & quomodo utendum

379 Superfluum judicantes aliquid componere & facere, niſi per diſtinctiones & ordinationes dividatur, ut confuſum inutile, ſic utile & bonum efficiatur: nam incertum non eſt parum clementa præfuiſſe, niſi ille ſupernus Artifex per diverſas varietates ſapienter diſtinxiſſet. Cum igitur in ſuperioribus paramenta pannorum & ornamenta auri & argenti, quanta & qualia ſint, declaravimus; inane tamen exiſtimaremus, niſi, quando iis utendum ſit, dilucide indicaremus; & fruſtra prædicta haberemus, ſi non eis convenienter uteremur: theſaurus enim abſconditus nulli prodeſt.

regulis tradetur generalibus,

380 Quare (prout ille, qui ordinationem tabernaculi fœderis Moyſi declaravit, Nobis miniſtrabit) de feſtis & aliis diebus, ſub regulis, ne nimis ad ſpecialia deſcendamus, providebimus. Solet enim aliquotiens etiam ſapientiſſimo redarguere nimia ad ſpecialia deſcenſio; & a peccato minime carere, qui multis verbis in talibus utitur. Tamen quia aliqui ſunt, qui ſub generalitatibus & regulis contineri non poſſunt, de diebus feſtivis Domini & Sanctorum (quæ, niſi ſpecialiter & ſingulariter dicantur, dubitationem non modicam & per conſequens defectus importarent) aliqua primo particulariter & ſpecialiter poſuimus.

ſed prius in particulari agetur de feſtis.

A

ANNOTATA D. P.

a Melchiſedech, Rex Salem, Sacerdos *Alias ſic* Dei, *a quo &c.*

b Incognitus, *ingratus, Gallice* Meſcognoiſſant.

c *MS.* omnia lædens illucebrati. *An recte connexuerim judicet lector.*

d Pellitus, *participium a pello, pro pulſus, neſcio, an alibi inveniatur.*

e *Si Codex hic formam plenam capellæ ornatæ exhiberet diſtinctius, intelligeremus, quid ſint* Retro-altare *&* Retro-tabularium.

f Tobalia, *niſi fallor, eſt mappa altari insternenda, Teutonibus* dwale.

g Frontalium, *quod ante altare collocatur, non confundendum cum pallio, quod antiquitus ſub mappa ſternebatur, per omnia latera dependens, & ſummam frontali oram complectens: pro quibus nunc unicum paramentum, ante altare poſitum, utroque gaudet nomine: & huic forte reſpondebat* Retro-altare.

h Tabularium *Sanctarum imaginum ex eo, quod*
B *ultimum locum teneat in altari poſt omnia illius inſtrumenta, Cucines, candelabra, &c. dici videtur* Retro-tabularium. *Et nunc quidem ſupra ipſum erigi ſolet picta tabula grandior, ad menſuram loci; olim vero varii pro tempore coloris tapes tegebat parietem, & forte hoc nominabatur Retro-altare. Dedi ad 26. Maji, inter Acta S. Augustini Anglorum Apoſtoli, iconem Sanctuarii ipſi dicati, quam hic non gravabor reproducere, quia in eo manifeſte apparet forma retro-tabularii, ſed puri, abſque imaginibus; ubi pro Retro-altari videatur collocata Lipſanotheca varia cum effigie Christi; non tamen ſatis diſcernitur, utrum hæc impoſita ſint Retro tabulario, an vero ad parietem ab ipſo altari ſeparatum eo intervallo, quantum ſatis eſt veſtiendis Officianti, aliiſque uſibus. In Cathedrali Paderbornenſi vidiſſe tale quid memini, ubi major illa moles, ornans tabulam pictam, columnis, ſtatuiſque educta in altum, ipſi adhærebat parieti, minimum 15. pedes remoto ab altari; licet eminus intuenti videretur continuari cum altari & retro-tabulario jam dicto.*

i Incuſtamentum, *velut* incaſſamentum, *ab inuſitato* caſſa, *pro* caſſa; *Lipſanothecam hic ſignificet.*

C k Textus *ſcilicet Evangeliorum operculis argenteis incluſi, ad uſum Solemnis Miſſæ: jubentur autem infra ſæpius ad ſolum ornatum poni* juncti, *id eſt clauſi: pro minori vero ſolennitate* disjuncti, *ſic ut diviſim hinc & inde ponatur utraque facies: ſeparabiles ergo erant tabulæ cooperitorii, tum a codice, ſeu ſcriptura, tum a ſe invicem.*

l Canna, *Cantharus, poculum; unde diminutivum* Cannadellæ, *ad Miſſam uſurpanda; alii* Ampullulas *vocant, & abbreviate* pullular.

De Vigilia & die Nativitatis Domini Rc. XIII.

a In Vigilia ponenda imago D. V. inter [illegible]

381 VIgilia Nativitatis a illius, qui pro nobis redimendis non abhorruit Virginis uterum, venientis, memoria ipſius eſt fienda: unde ut partum Virginis, qui cum ſumma puritate proceſſit, intuitu noſtro, ut deinde ad cor devote diſtillet, præſentetur; tam paramenta altaris quam indumenta alba eſſe volumus; volentes ut illa paramenta alba cum operibus aureis expreſſis teneantur; & ad majorem memoriam ipſius Virginis, quæ tam ſobrium die craſtino ſequenti nobis exhibuit fructum, ut in eo vivamus, & ſimus, atque ipſo fruamur; (juxta) imaginem ſuam argenteam in Medio retro-altaris, & hinc & inde duo Textus ſeparati diviſim apponantur. Die vero Natalis Domini, ad prædictam puritatem partus denotandam, nec non genitricis virginitatem, quæ & ante & poſt partum virgo permanſit, conſiderandam, alba paramenta & indumenta teneri volumus; ſed, quia dies hoc expoſcit, excellentiora eſſe jubemus; declarantes ut paramenta alba hiſtoriata teneantur atque indumenta. In veſperis Vigiliæ, & diei, & in prima Miſſa, & majori, in tertia vero Miſſa, quæ non eſt tantæ ſolennitatis, illa indumenta alba cum operibus aureis ſeminatis dumtaxat habeantur. D

ſint paramenta tum & tunc & poſtridie diei.

ſed minus pretioſa in Veſperis & Miſſa.

382 Et ut tantus dies, ut decet, non ſolum in ſignificatione paramentorum decoretur, ſed & copioſitate Reliquiarum & aureorum argenteorumve jocalium illuſtretur; volumus quod in altiori retro-tabularii gradu, retro-tabularium argenteum ponatur; & omnes Reliquiæ, & omnes cruces, & Textus, & baſſini; & imago Beatæ Mariæ poſt Reliquias, cum una de Crucibus ſit in medio; & honorabiliores Reliquiæ ponantur, ut magis proxime poterunt, juxta Crucem in retro-altari: Textus vero ſint in utroque capite retro-altaris, quilibet cum una Cruce; & imago Virginis in medio retro-altari ponatur: & baſſini, & aliæ Cruces, & Reliquiæ, quæ non poterunt recipi in retro-altari, ponantur in loco ſuper altari, ubi convenienti us poterunt collocari. E

omnia [illegible] aurea & argentea præcipua

ponantur in altari.

ANNOTATA D. P.

a *Sicut Romana Eccleſia nunc ubique receptior uſus habet, curſum eccleſiaſticorum Officiorum in Miſſalibus, ac Breviariis ordiri a Vigilia primæ Dominicæ Adventus: ita ſuperioribus ſeculis plurimi eumdem ordiebantur a Vigilia Nativitatis; quod & in pleriſque Martyrologiis MSS. videre eſt. Et hic quidem initiali littera, in tabulis noſtris prætermiſſa, repreſentatur Deipara natum infantem linteis involvens, & in præſepio reclinans. Ceterarum exhinc Rubricarum litteræ, licet auro, minioque ornatæ, figuram nullam repræſentant.*

In die S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ. Rc. XIV.

383 LIcet B. Joannes, Confeſſor fidei Catholicæ inveniatur; tum quia virgo eſt a Deo electus, & Virgo Dei Genitrix ſibi fuit commendata; non immerito ut de Virginibus non Martyribus, tam in paramentis quam in aliis, uti volumus & mandamus. F

Paramenta alba ut de Virgine.

In die circumciſionis Domini. Rc. XV.

384 QUamvis iſtud feſtum Octava Natalis Domini ſit, unde eſſet paramentis albis utendum; attento tamen quod Salvator noſter, qui natus erat ſub lege, legem adimplens, ſanguinem proprium tali die per circumciſionem effundere dignatus eſt; juſte ordinamus, ut paramenta & indumenta rubea teneantur, illa videlicet panni aurei ad rubedinem trahentia. Ad quam quidem ſignificationem etiam una Crux in medio retro-altaris apponatur, & aliæ duæ Cruces inter Textus ſeparatos, de quibus ſubjicietur: & imago Virginis ad ejus pedem. Et ut memoria Nativitatis habeatur, hinc inde ornamenti gratia duo Textus ſeparati, & diviſim ponantur, & inter duos textus in retro-altari baſſini apponantur.

Rubra ob fuſum tunc ſanguinem.

In

Digitized by Google

A

In die Epiphaniæ. R. xvi.

Albæ ob claritatem ſtellæ

et munditiem baptiſmi.

385 QUia per ſtellam, ad adorandum filium Dei, Reges ab Oriente ducti ſunt (quæ ſtella, ſecundum quod legimus, inæſtimabili claritate & ſplendore præfulgebat) & quia in tali etiam die ille qui non indigebat, in Jordane aqua baptiſmatis fuit lavatus: merito animus noſter ad ordinandum, ut, ad præfatam Stellæ claritatem & baptiſmatis munditiam ænigmatandam, paramentis & veſtibus albis iſta die in noſtra capella (uti) teneantur, devote movetur; mandantes, quod in omnibus, ut in feſto Nativitatis Domini, obſervetur.

In converſione S. Pauli & Cathedra S. Petri. R. xvii.

Fiat ut de Confeſſore;

B

386 IN Converſione S. Pauli, quia tali die divinitus gratiam meruit adipiſci, per quam ad cognitionem fidei venit Chriſtianæ, & fideliter fidem ipſam, tam operibus quam prædicatione, de quo multi non modicum admirabantur, eſt confeſſus; tamquam de Confeſſore de iſto fieri jubemus. Eadamque ratione moti, quia tali die, qualis eſt S. Petri Cathedra, fuit noſtra fides ampliata, & ſic confeſſio ipſius magis firmata; eodem modo ut de Confeſſore eſſe fiendum judicamus.

In die Ramis-palmarum. R. xviii.

Viridia propter Ramos.

387 CUm nulli dubium eſt, attento nomine iſtius feſtivitatis & re, ſcilicet quod rami eaciſi fuerunt de arboribus; dum ille, qui in arbore Crucis ſalvos nos fecit, civitatem Jeruſalem humiliter ſuper aſinam ingreſſus fuit; quia paramentis & indumentis viridibus ſit utendum; unde illa die palmæ virides cum paratura teneantur. Et quia in iſto die Paſſio legitur, & ad calicem paſſionis recipiendum Chriſtus tali die Jeruſalem, ut eſt dictum, intravit; tres Cruces, unam in medio, & alias in extremis retro-altaris eſſe jubemus: & etiam ſolennitatis gratia duo Textus juncti, unus ex una parte & alius ex alia inter Cruces in ipſo retro-altari apponantur.

addantur tres Cruces ac Textus

C

De die Jovis Cœna-Domini, R. xix.

Rubea propter paſſionem tunc cœptam

388 COnſiderantes, quod tali die ille redemptor noſter Jeſus Chriſtus corpus ſuum, ad ſumendum ab Apoſtolis, & ſanguinem ſuum confecit, atque etiam ad potandum ſub ſpecie vini tradidit; nec non etiam attendentes, quod ipſa nocte traditus fuit, & ipſemet ſe eſſe per unum ex ſuis tradendum atteſtatus eſt; de quo non modica contriſtatio inter ipſos orta fuiſſe legitur; merito jam Paſſionem iſta die repræſentare debemus: unde ordinamus quod tam paramenta quam indumenta panni aurei & ad rubedinem trahentia teneantur: propter quod etiam una Crux in medio apponatur retro altaris, & baſſini; in extremis retro-altaris, cum Textibus junctis ex utraque parte, inter baſſinos & Crucem, ponantur in ipſo retro-altari prædicto.

D

In Paraſceve Domini, R. xx.

389 LIcet iſta die a morte gehennæ, per mortem illius, cui non pepercit patibulum, liberati ſumus & ad vitam evocati; tamen nulla ſolennitas eſt fienda, ſed potius perrationabilis dolor & triſtitia exhibendi ſunt, cum irrationabilia tali die contriſtationem oſtenderint: nam & ſolem & lunam obſcuratos, & petras ſciſſas, & terræmotus fuiſſe legimus. Unde in altari paramenta & ornamenta minime apponantur, niſi Crux quæ adoratur. Indumenta autem, ad prædictam triſtitiam oſtentandam, illa livida cum paratura teneantur: ſed Diaconus & Subdiaconus Dalmaticis non induantur.

Nigra abſque ornatu ullo altaris

In vigilia & die reſurrectionis. R. xxi.

E

390 QUod in Reſurrectione Domini in albis veſtimentis & paramentis utendum ſit, ad glorificationem corporis, quam in reſurrectione habuit: & Angeli qui in albis mulieribus in ſepulcro apparuerunt, noſtræ Regali devotioni maniſeſtiſſime innuunt atque demonſtrant evidenter. Unde ſic duximus ordinandum, quod in Vigilia teneantur indumenta alba, cum operibus aureis ex perlis a: & ne memoria paſſionis Dominicæ penitus adhuc relinquatur, paramenta rubea cum operibus aureis ſeminatis habeantur: & propter hoc melius in cordibus innocentiam imprimendam, una Crux in medio retro-altaris apponatur, & ad ejus pedem imago beatæ Virginis, cui totam fidem certum eſt tantum remanſiſſe. Inſuper Textus juncti in utroque capite retroaltaris: & inter ipſos & Crucem in ipſo retroaltari baſſini collocentur. In die vero Reſurrectionis Domini dignioribus eſt utendum: unde tam paramenta quam indumenta illa panni aurei ad Albedinem trahentia teneantur: Reliquiis & argento, ut in feſto Natalis Domini altare illuſtretur.

Alba indumenta in Vigilia

a paramenta Rubra.

Ipſo die Rubra utraque

a Perlas, & Perolas *dici notat Cangius, quaſi* Sphærulas *a rotunditate. Inveniuntur tamen quædam, non Sphærica, ſed oblonga ac pyriformes, unde ſuſpicari quis poſſe a Teutonico* Peer, *formatum* Perel.

F

De die Lunæ & Martis ſequentis. R. xxii.

Item bidui ſequentis

391 DIe vero Lunæ & Martis ſequentibus, ut in Vigilia tam in paramentis quam in argento fiat; excepto quod paramenta ſint alba, illa videlicet de indumentis, & Crux non apponatur, ſed imago Virginis, quæ quod gaudium de filii ſui reſurrectione habuit, ad exprimendum minime dignos nos exiſtimamus; quæ in Vigilia in pede Crucis ſtare erat diſpoſita, ubi Crux ſtabat collocetur.

De feſto inventionis Sanctæ Crucis. R. xxiii.

Rubra.

392 AMbiguum non eſt, quin, quando feſtum Crucis celebratur, memoria Paſſionis adeſſe debeat; maxime quia feſtum de Cruce minime celebratur, niſi quia in ipſa fuit noſtra redem-

A demptio, & hoc per mortem illius, qui in ipſa, præ nimia caritate nos diligeur, voluit crucifigi. Unde ad præſentationem ſanguinis, quem in Cruce ipſe Redemptor noſter effundere dignatus eſt, paramentis & indumentis rubeis uti volumus, illis videlicet hiſtoriatis. Reliquiæ vero & alia ornamenta, ut in feſto Natalis Domini apponantur, excepto retrotabulario argenteo, quod ad differentiam alterius feſti minime apponitur.

In Inventione S. Michaelis.
R. xxv.

Alba. 393 IN hac enim die rationibus, quibus in dedicatione declarabimus quamplurimum moti, paramenta alba teneri conveniens reputamus: tamen quia tantæ ſolennitatis minime, ſicut dedicatio, feſtum illud eſſe conſtat, illa teneantur ſine operibus & paraturis. Paramenta & indumenta cum aurifri-
B sio, Crucem etiam cum uno Teatu disjuncto, ſcilicet medietatem in una parte, & medietatem ex alia; & in extremis baſſinos in retroaltari poni & teneri mandamus.

De feſto Aſcenſionis Domini.
R. xxv.

Alba, 394 SI locus auctoritatis, in iis quæ per terrenales Principes aguntur, reperitur; quanto magis ea ut quæ per cœleſtem Regem ſiunt, auctoritas ſibi locum vendicat? qui licet omnia poſſit, nihil tamen niſi rationabile poteſt velle, cum ſit ſummum bonum increatum. Unde, quare albis veſtimentis & paramentis iſta die ſit utendum, ponere rationem vere eſſet ſuperfluum: cum ſufficit pro ratione illud quod divina diſpoſitione in Salvatoris Aſcenſione oſtenſum fuit de viris, qui in albis veſtibus apparuerunt: quare in omnibus, ut in die Paſchæ præcipimus obſervari.

De vigilia & die Pentecoſtes, ac die Lunæ & Martis ſequentibus.
C R. xxvi.

Rubea. 395 QUia adveniente Spiritu ſancto ſuper Apoſtolos apparuerunt eis diſpertitæ linguæ ignis, certe nobis oſtenditur quod ad prædictas linguas igneas ſignificandas paramentis & indumentis rubeis iſta die eſt utendum: tamen inter iſtos dies diſcrimen ſic eſſe volumus; ordinantes, quod in Vigilia & in duobus diebus poſt feſtum venientibus, illa paramenta & veſtimenta rubea cum operibus aureis aperiis teneantur: & una de Crucibus in medio retro-altaris, & ad pedem ejus imago Virginis, quæ cum Apoſtolis Spiritum ſanctum recepit: & in extremis retro-altaris Teatus juncti; & inter Crucem & Teatus, baſſini in retro altari habeantur. In die vero Pentecoſtes, illa indumenta & paramenta rubea de veluto teneri jubemus: & ſicut in die Natalis Domini, quando Deus filium ſuum miſit in terris; ſic & iſta die, qua Spiritum ſanctum ſuper Apoſtolos effundere dignatus eſt, omnes Reliquias & ornamenta tam aurea quam argentea & alia, volumus obſervari.

D

De feſto Corporis Chriſti. R. xxvi.

396 QUamvis de iſto feſto jam ſupra in Cœna Domini ordinavimus, tamen quia ſumme rationabiliter per Eccleſiam eſt ordinatum, quod iſta die ejuſdem feſtivitatis fiat commemoratio; ne ſolennitas, quam tempus Paſſionis tunc impedivit, prætermittatur; ſed majori cum lætitia nunc celebretur; non in colore aliquid mutando (cum valde convenientem colorem rubeum, propter Corporis & Sanguinis Domini confectionem, reputemus) ſed in ſolennitate addendo, ordinamus, paramenta atque indumenta rubea de veluto teneri in hac die: & Reliquiis & aliis ornamentis tam aureis quam argenteis, & aliis, ut in feſto Nativitatis, altare decoretur. Rubea;

In feſto Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ.
R. xxvii.

397 QUos poſt mortem noſtri Redemptoris in Catholica fide perſeverantes, atque in confeſſione ipſius fidei morientes invenimus, Confeſſores, cum per Eccleſiam ſunt canonizati, appellamus: quanto igitur magis iſte, qui Chriſtum confeſſus fuit, & non negavit, & vias ejus præparavit, Confeſſor? cum per verbum Salvatoris canonizatus (atteſtante (ipſo) ſibi, inter natos mulierum minime majorem ſurrexiſſe) veraciter dici poteſt. Providimus ergo taliter, quod in feſto iſto Nativitatis ſuæ, paramenta & indumenta, quæ in Confeſſoribus ordinata ſunt, teneantur: & maxime cum in die Decollationis Martyrium valeat in paramentis (rubeis) repræſentari. Inſuper imaginem illius, ad cujus ſalutationem ipſe adhuc in utero exiſtens exultavit, in medio retro-altaris poni mandamus; & poſtmodum Teatus juncti ex utraque parte, & poſt eos Cruces, propter pœnitentiam quam prædicavit denotandam: & in extremis baſſini apponantur. Ut de Confeſſore, E cum D. V. & Crucibus

In feſto S. Annæ. R. xxx.

398 HAc etiam feſtivitate ducimus ordinandum, quod ſi in civitate Majoricenſi ſimus conſtituti, altare in aureis & argenteis atque in aliis jocalibus, etiam Reliquiis, ut in Nativitate Domini, adornetur. Majorica celebratur. F

In feſto transfigurationis Domini.
R. xxx.

399 IN die iſta, in qua veſtimenta Redemptoris, cum coram aliquibus ex Apoſtolis transfiguratur fuit, alba ut nix facta fuiſſe atteſtantur; merito tam indumenta quam paramenta alba teneri volumus, illa videlicet panni aurei ad albedinem trahentia. Poſtremo tribus Crucibus, una in medio retro-altaris, & aliæ poſt Teatus junctos, quos ab utroque latere Crucis mediæ eſſe ordinamus; & baſſinis, qui poſt Cruces in ipſo retroaltari apponantur; & imagine Virginis quæ in pede mediæ Crucis collocetur, altare eſſe volumus adornatum. Alba. cum 3. crucibus & B. M.

Digitized by Google

A

De feſto Exaltationis ſanctæ Crucis.
℞. xxxi.

ut in feſto Invent.

400 EAdem conſideratione ſicut in Inventione moti, ut de illo feſto ordinavimus volumus ſervari; excepto quod retro-tabularium argenteum minime detrahatur.

In Dedicatione ſancti Michael.
℞. xxxi.

Alba

FEſtivitas Angelorum cum ſumma exultatione eſt celebranda, cum ipſi a diaboli laqueis nos tuentur & defendunt. Et licet Angelicæ ſubſtantiæ ſpeciem ſolus qui Creator eſt novit, tamen Angelorum naturam puriſſimam eſſe credimus: unde ad præfatam puritatem demonſtrandam, veſtimentis & paramentis albis eſt utendum. Et quia miniſtrantibus Angelis Sancti & Patriarchæ & Prophetæ cognitionem Salvatoris & deinde Paſſionis habuerunt, tres
B Cruces eſſe volumus, unam videlicet in medio & alias in extremis retro-altaris; nec non merito imaginem illius quæ per Angelum fuit ſalutata in pede Crucis, quæ ſtat in medio, collocetur. Inter Cruces vero ex utraque parte retro-altaris Textus juncti apponantur; & in extremis baſſini collocentur.

cum 3. crucibus & B. V.

In die omnium Sanctorum.
℞. xxxiii.

Rubea,

402 AD illam caritatem & amoris ardorem, quibus Sancti in patria cum Deo atque invicem conjunguntur, denotandam, paramentis atque indumentis rubeis uti volumus in hac die: in Reliquiis & in argento & auro atque in aliis ornamentis hac ſolemni die, in qua Virginis, & Archangelorum Angelorumve Prophetarum, Apoſtolorum; & omnium aliorum Sanctorum feſtivitas celebratur, volumus ut in Nativitate Domini eſſe altare magnificatum.

cetera ut in Nativitate

C

De mortuis. ℞. xxxiv.

Violacea.

403 QUotiens vero pro defunctis officium agitur, mortificatio & honeſtas ſunt oſtendendæ: nam ſi bene mortem inevitabilem conſideraremus, in luctu viveremus. Unde ducimus providendum, quod iſto die, & etiam quando contingerit pro defunctis Officium celebrari, paramenta & indumenta livida cum paratura teneantur; & una Crux in medio retro-altari, & duo Textus disjuncti ab utraque parte, & baſſini inter Textus disjunctus inferius in altari apponatur.

In feſto Paſſionis imaginis Domini
℞. xxxv.

404 MErito in hac die, in qua ille qui diverſis miraculis populum ſuum Iſraeliticum inſtruere olim dignatus eſt, noviſſimis temporibus populum Judaicum tanto miraculo; ut ab imagine Crucifixi ſanguis emanaret *a*, voluit redarguere; paramentis & indumentis rubeis, ad prædictum ſanguinem denotandum; uti volumus, illis videlicet panni aurei ad rubedinem trahentibus. Inſuper tres Cruces in retro-altari poni jubemus, quarum una in medio & aliæ in extremitatibus retro-altaris collocentur: & inter dictas Cruces Textus juncti ab D
utraque parte ponantur: baſſini etiam in pedibus Crucium in extremis poſitarum collocentur. Merito enim hac die pluribus Crucibus altare eſt adornandum, ſi intime miraculi qualitas attendatur.

a *Miraculum iſtud* Beryti in Syria *contigit, veroſimiliter circa tempora Conſtantini & Irenes, quorum anno 8, Chriſti 787, celebrata Nicena 2. Synodus celebrata eſt, & ab eis flagitatum*, ut per annos ſingulos..... nona dies Novembris, non minori reverentia quam Natalis Domini aut Paſchatis ipſa dies, præcipua obſervatione colatur: *& ipſius Synodi Actis tota hiſtoria ſeries inſeritur.* a

De Trinitate ℞. xxxvi.

Rubea propter caritatem.

405 SUmme pertimeſcendum eſt, cum de Trinitate tractatur; quia nihil perículoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, E
nec fructuoſius aliquid invenitur. Tamen quia in qua omnimoda æqualitas viget, internam caritatem eſſe firmiter credimus & ſimpliciter confitemur; ad præfatum caritatis ardorem innoteſcendum, indumentis & paramentis rubeis eſſe utendum in hac die in noſtra capella declaramus. Volentes ut ſicut indumenti, etiam Reliquiis & aliis ornamentis in hac Dominica peragatur.

De feſtivitatibus Beatæ Mariæ
℞. xxxvii.

Alba propter Virginitatem

406 IN feſtivitatibus B. Mariæ, in qua velut in ſpeculo virginitas & ſpecies caſtitatis reſulſit, & quæ virgo peperit & virgo poſt partum permanſit, paramenta & indumenta alba hiſtoriata tenere decernimus. Inſuper, quia tantæ dignitatis honore fuit exaltata, ut mater Dei effici mereretur, in Reliquiis & in aliis ornamentis, ut Nativitate Domini, præcipimus obſervari.

De Martyribus ℞. xxxvii.

406 IN feſtivitatibus illorum, qui poſt Chriſtum, F
Rubea,
ſanguinem ſuum fuderunt, ut memoria Martyrii habeatur, indumenta & paramenta rubea, ut jam ſuperius inſinuavimus, teneri declaravimus; hoc videlicet modo obſervato, quod in omnibus feſtivitatibus Martyrum duplicibus vel Apoſtolorum, paramenta altaris & veſtimenta de panno aureo trahentia ad rubedinem teneantur. Et in medio retro-altaris una Crux eſt ponenda; & in qualibet parte retro-altaris verſus finem alia, ut per Crucem illius quem ipſi ſecuti ſunt eorum Martyrium repræſentetur: & inter dictam Crucem mediam & alias ponantur ab utraque parte Textus conjuncti & in utroque capite dicti retro-altaris ponatur unus baſſinus poſt dictas Cruces.

ſed in duplicibus de panno aureo,

cum textu inter 2. Cruces,

407 Et ſi ſit feſtum novem Lectionum non duplex vel feſtum quod colitur communiter per populum tunc paramenta & indumenta de panno ſerico cum operibus auri ſparſis habeantur & in medio retroaltaris una Crux ponatur, & hinc inde inter extremum partem dicti retroaltaris & Crucis, quæ eſt in medio, apponantur Textus conjuncti. Si vero ſit feſtum tantum trium Lectionum, tunc paramenta & indumenta de ſerico rubeo ſine operibus & paramentota teneantur: & in medio retroaltaris ponatur

alias de ſerico ſancti.

cum una Cruce & textibus ſeparatis,

A tur una Crux, & in utroque capite baſſini apponantur, & in medio baſſinorum & dictæ Crucis ponantur duo Textus ſeparati, a parte utraque videlicet, quod medietas Textus ſit ea una parte & alia medietas ea alia.

De Confeſſoribus. ℞. xxxix.

408 *Viridis*; QUia qui Confeſſores per Eccleſiam nominantur, internis deſideriis virentes nulla temporis reprobi ariditate marceſcunt, ut ſuperius in principio præſentis Conſtitutionis legimus; indumentis & paramentis viridibus uti volumus; per hunc videlicet modum, quod in feſtivitatibus Confeſſorum, ſi duplices vel Doctores exiſtant paramenta altaris & indumenta de panno aureo quaſi viridi livido & violato a habeantur; & in medio retroaltaris ponantur textus adjuncti; & in utroque capite retroaltaris alii Textus ſeparati, & in medio Textuum hinc & inde baſſini apponantur. Et ſi feſta ſint novem Lectionum vel aliis colenda, tunc paramenta & alia indumenta *magis vel minus pretioſa.* B de panno ſerico viridi cum paratura teneantur; & in medio retroaltaris ponatur Textus adjunctus: & in utroque capite retroaltaris alii textus ſeparati; baſſini vero non apponantur. Si vero ſint feſta trium lectionum, tunc de panno ſerico viridi ſine operibus & aliquibus paramenturis; cetera vero ut ſupra proxime, excepto quod Textus apponantur in capite retroaltaris ante dicti.

a *A viola*, violatum; *ſicut a* Roſa, Roſatum. *Italis* Pavonaceus *color a Pavon*; *magis ei re quam Teutonice* Peerſch, *id eſt Perſicus*.

De Virginibus. ℞. xl.

409 *Alba Virginibus tantum* QUod in diebus illarum, quæ tantum per virginitatem aureolam habere meruerunt, paramenta & indumenta alba; & in illarum quæ in femineo pectore virilem animum gerentes, coronam martyrii virginitatis merito addi-C derunt, rubea & alba teneantur, per quæ virginitas *etiam Martyribus, alba & rubea* & martyrium lucide innoteſcunt, (omnino convenit). Unde ducimus ordinandum, quod in feſtis ſanctarum Virginum, quæ duplicia ſunt & Martyres non exiſtunt, teneantur paramenta in altari & veſtimenta de panno auri quaſi albo: & ſi martyres exiſtunt habentes duplex feſtum, paramenta altaris de panno aureo quaſi rubro apponantur; (& indumenta de panno aureo quaſi) rubeo aſſumantur. Et in medio retroaltaris una *cum Cruce & B. V.* Crux eſt ponenda, & in pede Crucis in dicto retroaltari Imago B. Mariæ apponatur, & in utroque capite retro altaris Textus conjunctus apponatur; & hinc inde poſt imaginem baſſini ſunt ponendi, & in medio dictorum baſſinorum & Textuum prædictorum ab utraque parte una Crux eſt ponenda: ut tam per Cruces quam per imaginem illius, cujus ſunt ſequela, & martyrium & virginitas valeat inſinuari.

410 *& cum aliqua diverſitate in feſtis 9 & 3 Lectionum* Si vero ſint feſta novem Lectionum vel alias colenda & non ſint Martyres, paramentis & indumentis de panno ſerico albo cum operibus auri ſparſis induantur: ſi autem ſunt Martyres paramenta altaris de panno ſerico albo cum operibus auri ſparſis; & indumenta de panno ſerico rubeo, cum operibus auri ſparſis aſſumantur. Et in medio retro altaris Crux de medio tantum apponatur, & imago B. Mariæ ſupradicta ad pedem ſuum, & baſſini in extremis retroaltaris: & inter Crucem & baſſinos in ipſo retro-altari medietas textus ſeparatim apponatur. Si autem ſunt feſta trium tantum D Lectionum & non ſint Martyres, tam paramenta quam alia ſint de ſerico albo, ſine operibus & paratura aliquali: ſi vero ſint Martyres & trium Lectionum, paramenta altaris de ſerico albo exiſtant, indumenta vero de panno ſerico rubeo cum aurifriſii adornata. Et una Crux ponatur in medio retroaltaris, in cujus pede imago B. Mariæ eſt ponenda in altari; & in utroque capite retroaltaris baſſini apponantur. Et ſi talis Virgo, etſi ſit duplex & novem Lectionum, non eſt Martyr, eodem modo obſervetur, excepto quod tunc nulla Crux apponatur.

De Octavis feſtorum Domini ℞. xli.
& beatæ Virginis & aliorum Sanctorum.

411 *In octavis ut in feſtis principalibus,* IN omnibus vero Octavis feſtorum, in quibus Eccleſia Octavas facere dignoſcitur, ſimilia paramenta & veſtimenta teneantur, quæ feſta principalia tenuerunt; excepto quod ita bona & excellentia eſſe non mereantur. B Ita videlicet, quod ſi in feſto paramentis & veſtimentis de panno aureo violato viridi, vel livido uſum fuerit, infra Octavas illa die eodem colore, de ſerico tamen, cum paratura, teneantur: & ſi in feſto tenuerint unum de dictis coloribus cum (operibus &) paratura, infra Octavas ſimilia teneant, abſ*ſed minori pretio,*que tamen operibus & paratura aliquali: & idem per modum ſimilem de aliis volumus obſervari. Ducimus tamen attendendum, quod ſi in feſto paramenta & indumenta alba ſive rubea hiſturiata appoſita fuerint, infra Octavas alba de panno aureo quaſi albo, vel illa de veluto cubicuodo minime teneantur; ſed ſolum illa tunc infra Octavas teneri volumus de panno ſerico, alba vel rubea, cum operibus auri ſparſis. Si vero contigerit quod in feſto paramenta unius coloris & indumenta alterius appoſita dignoſcantur, ſic per eoſdem colores infra Octavas volumus obſervari; hoc tamen ſalvo, quod ſemper meliora in feſto quam in Octavis apponantur, prout ſupra eſt expreſſum. Et quod diximus infra Octavas obſervandum, idem volumus in Octavis feſti obſervari, excepto in Octavis feſtorum *(exceptis Octavis Domini & B. M.)* Domini & ejus genetricis B. Mariæ, in quibus eadem indumenta deferantur, quæ delata fuerunt in feſto F principali.

412 Quantum vero ponenda alia in ipſis Octavis ornamenta (attinet), ſic duximus particulariter ſtatuendum, quod in omnibus Octavis feſtorum Domini in medio retro-altaris una Crux apponatur, in pede *cum aliis ornamentis & cruce,* cujus in retro-altari unus Textus conjunctus eſt ponendus, & in utroque capite dicti retroaltaris Textus disjuncti apponantur, & inter dictos Textus conjunctos & ſeparatos baſſini ſunt ponendi: excepto quod in Octavis Paſchæ Aſcenſionis & Pentecoſtes Crux minime *Omittendo in Octavis nonnullis quadam.* apponatur: nam Paſchalis lætitia Paſſionis memoriam non expoſcit. Et ita ducimus obſervandum infra Octavas feſtorum præmiſſorum, excepto quod Textus ſeparati in capite retro-altaris non ponantur: cum dies infra Octavas non tantæ eſſe ſolennitatis, quantum dies Octavas conſtet evidenter. In omnibus autem Octavis feſtorum B. Mariæ, in medio retro-altaris imago B. Mariæ eſt ponenda, & hinc inde prope dictam imaginem Textus juncti poni debent in retro-altari, & in utroque capite retro-altaris baſſini apponantur.

413 *Crux ponenda omnibus Martyribus* In omnibus vero aliis Octavis Sanctorum ſeu Sanctarum Martyrum ponatur in medio retroaltaris una Crux & in utroque capite retro-altaris Textus conjuncti apponantur. Si vero ſint Octavæ Sanctarum

Vir-

A Virginum & Martyrum ſimili modo volumus obſervari, hoc tamen addito, quod tunc imago B. Mariæ in pede Crucis apponatur in altari. Si vero ſint Octavæ virginum non Martyrum, imago B. Mariæ apponatur in loco Crucis antedictæ. Et idem infra Octavas feſtorum prædictorum volumus obſervari; quantum ad imaginem & Cruces ſupradictas: & quod bacini in utroque capite retro-altaris ſunt ponendi; & in medio inter dictos baſſinos & Crucem ſive imaginem, poſitam in medio, Textus apponantur ſeparati. Si vero fuerint Octavæ Confeſſorum, unus Textus junctus in medio retro-altaris eſt ponendus, & in utroque capite Textus ſeparati ſunt ponendi; & idem infra Octavas volumus obſervari; hoc tamen adjuncto, quod in loco Textuum, qui ponuntur in utroque capite retroaltaris, ponantur baſſini & non Textus ſupradicti.

& icon B. M Virginibus non Martyribus.

Confeſſoribus Textus

B

In Vigiliis feſtorum. ℞. XLII.

414 IN Vigiliis feſtorum, quæ ſecundum Eccleſiam Vigiliam habent, circa ornamenta & indumenta, obſervetur prout infra Octavas feſtorum eſt ſuperius ordinatum; exceptis Vigiliis in quibus ſpecialiter duximus providendum.

Ut infra Octavas.

De Dominicis diebus. ℞. XLIII.

415 IN omnibus Dominicis anni diebus paramenta (altaris) & indumenta miniſtrorum de panno viridi cum paratura apponantur; exceptis Dominicis Quadrageſimæ, quibus uti volumus paramentis & indumentis lividis cum paratura, ut tempus mœroris & luctus valeant noſtris oculis præſentare. Inſuper ſtatuimus obſervandum, quod in omnibus Dominicis anni diebus ponatur una Crux in medio retro-altaris, & in pede Crucis unus Textus conjunctus apponatur in retro-altari prædicto, in cujus capitibus alii Textus ſeparati apponantur; ita quod, inter Textus junctos & Textus ſeparatos ante dictos baſſini apponantur; excepto quod in diebus Dominicis de Paſcha uſque ad Pentecoſten Crux minime apponatur: & in diebus Dominicis ab Adventu uſque ad Purificationem imago B. Mariæ ponatur in medio retro-altaris, & Textus conjuncti in utroque capite retroaltaris antedicti apponantur; & nihilominus hinc inde prope dictam imaginem

Viridia, ſiu Violacea in Quadrageſima

Crux cum Textu:

iſta tempore Paſchali omittitur,

& in Adventu ponitur B. V. uſque ad Purificationem,

C baſſini ſupradicti.

416 In diebus vero Dominicis in quibus fuerit faciendum de aliqua Octava & non de ipſa Dominica, teneantur paramenta & indumenta ſicut in die feſti, ſi tamen feſtum fuerit novem Lectionum tantum, modo conſimili etiam ponatur argentum etiam in altari, ſicut in die feſti de quo fit Officium erat apponendum. Si vero feſtum fuerit Duplex & fieret de Octava, tunc omnia prædicta teneantur, ſicut in die feſti novem Lectionum eſt ſuperius ordinatum. In Dominicis vero diebus, quæ infra Adventum occurrerint paramenta & indumenta de panno ſerico albo uti volumus, cum operibus auri ſparſis ſæpedictis. Et idem fiat a Nativitate Domini uſque ad Purificationem: nam etiam iſto tempore memoria partus virginis, in quo vivimus, ſumus, & movemur, qui cum ſumma puritate proceſſit, eſt fienda: & idem fiat a Paſcha uſque ad Aſcenſionem, ut lætitia Paſchalis oſtendatur.

cum paramentis Albis

uti & tempore Paſchali.

D

De diebus Veneris. ℞. XLIV.

417 IN omnibus vero diebus Veneris, quibus Miſſa erit de Cruce, teneantur paramenta altaris & indumenta de panno ſerico rubeo cum operibus auri ſparſis; ut ſic mortificationem, quam a nobis tali die debemus habere, per paramenta altaris, oſtenſa memoria ſanguinis, quem pro nobis Chriſtus effudit, minime relinquatur. In medio vero altaris una Crux apponatur, & in utroque capite dicti retro-altaris baſſini ante dicti, & inter Crucem & prædictos baſſinos ab utroque latere Textus apponantur ſeparati.

Rubea,

cum Cruce.

De diebus Sabbatinis. ℞. XLV.

418 IN diebus namque Sabbatinis, quibus Miſſa erit de B. Maria, paramenta & veſtimenta de panno ſerico albo, cum operibus auri ſemicatis, teneantur, ut ex hoc ſumma ipſius virginitas repræſentetur: & in medio altaris imago B. Mariæ apponatur, & in utroque capite ipſius Textus apponantur ſeparati; & inter imaginem & dictos Textus alii Textus ſeparati ſunt ponendi; & inter dictos Textus hinc & inde inferius in altari baſſini apponantur.

E

Alba cum ſtatua B.V.

De ferialibus diebus ℞. XLVI.

419 IN ferialibus autem diebus teneantur paramenta & indumenta de pannis ſericis ad colorem croceum trahentia. Verum quia ſecundum tempora eſt fienda differentia; volumus quod ab Adventu uſq; ad Purificationem, ad honorem Virginis, & a Paſcha uſque ad Aſcenſionem, propter Paſchalem lætitiam teneantur illa de panno albis abſque operibus auri & paratura: in Quadrageſima etiam illis lividis ſine paratura & aureis operibus altare paretur atque Sacerdos induatur: iſta enim præ ceteris honeſtiora Quadrageſimali tempore duximus eligenda. Circa cetera ornamenta ſtatuimus, quod in prædictis ferialis diebus, in quibus non fit de aliquo feſto nec etiam de Octavis, ponatur una Crux in medio retroaltaris, & Textus disjuncti hinc inde inter extrema retro-altaris & dictam Crucem; ita tamen quod in Adventu Domini, loco prædictæ Crucis, imago Beatæ Mariæ ſit ponenda.

Crocea, per annum:

in Adventu & Paſchate Alba

violacea in Quadrag.

Crux cum Textu.

F

De quatuor temporibus anni. ℞. XLVII.

420 MOrtificationem & luctum in Eccleſia oſtendere oportet temporibus, quibus, ad carnis vitia comprimenda, pœnitentia per jejunium agitur: unde in jejuniis quæ Quatuor tempora nominantur, ut in diebus ferialibus Quadrageſimæ ordinamus tam in paramentis quam in argento fore penitus obſervandum.

Ut in Quadrageſima.

De reliquo ſacro apparatu & officiis variis (a) ℞. XLVIII.

421 OMnibus diebus non paratur altare in Veſperis nec in Matutinis, niſi ſolum in Miſſa, niſi eſſet feſtum duplex, quia tunc debet parari in Veſperis & in Matutinis. Retroaltare vero majus paramentare non teneatur, niſi eſſet feſtum Duplex. Officium vero duplex fiat illis diebus, quibus per Eccleſiam ordinatur; & in Vigilia Natalis Domini & Pentecoſtes, & in feſto S. Crucis de Majo, S. Annæ, S. Ludovici Epiſcopi, & S. Ludovici Regis; & in feſto XI. millia Vir-

Quando Altare parandum,

Officium duplex faciendum,

A Virginum, & Imaginis Paſſionis Chriſti, & S. Elizabeth, & in omnibus diebus Sabbatinis, quibus cantatur de S. Maria in Miſſa ſolum quantum ad diem Sabbati. Et volumus quod de omnibus feſtis ſuperius nominatis fiat Officium, licet in Kalendariis minime habeantur. Et idem volumus obſervari de feſto S. Claræ; non tamen quod duplex fiat.

quæ et quot cappæ ad habendæ, 421 Item ordinamus, quod in feſto ſeu officio duplici Diaconus & Subdiaconus præparentur, & quatuor capæ per miniſtros teneantur, de quibus duæ ſint de paramentis altaris, & aliæ duæ de indumentis Sacerdotis, ſi indumenta & paramenta ſint diverſa; & ſi non, magis ſimiles quam poterunt illis de prædictis paramentis inveniri. Et in omni feſto quod colitur, licet non ſit duplex, teneantur duæ capæ ſimiles Sacerdotalibus indumentis. Item ordinamus quod in feſto Natalis Domini, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, S. Annæ (ſi Nos tunc in Majorica exiſtamus) S. Crucis Septembris (ſi ſimus in Perpiniano) Omnium Sanctorum, S. Trinitatis, & in quatuor feſtis B. Mariæ B ſex capæ teneantur, de quibus duæ ſint de paramentis altaris, & reliquæ quatuor ſint, ut magis poterunt, ſimiles duabus antedictis, niſi indumenta a prædictis paramentis ſint diverſa: quo caſu duæ capæ de quatuor ſupradictis ſint de indumentis antedictis.

ſi & et tortitia ſub elevatione, 423 Item volumus & ordinamus, quod continue duo tortitia in Elevatione Corporis Chriſti habeantur; excepto quod in diebus ſolemnibus, quibus ſex capæ in divinis Officiis tenebuntur, ſex tortitia in Elevatione prædicta ſint habenda: & quodlibet tortitium ſit ponderis ſex librarum. Item ordinamus, quod omnibus *& cerei in Miſſa;* diebus feriatis & in feſto trium Lectionum, qui quidem non coluntur, teneantur duo cerei in Miſſa, quilibet de b uno quartone *b*. & in omnibus diebus Veneris, quibus officium fiet de Cruce; & cum feſto non duplici novem Lectionum, licet non colatur, habeantur in Miſſa duo cerei, uterque de media libra: ſed in officio ſeu feſto duplici quatuor teneantur, quorum duorum quilibet ſit de uno quartone, & alii duo quilibet de media libra. In omnibus vero feſtivitatibus quibus ſex capæ habentur, duodecim cerei teneantur, quorum duo ſint quilibet de uno quartone, & alii duo quilibet de media libra, ceteri vero quilibet unam libram habeant ponderata.

quibus diebus ſermo habendus. 424 Item duximus pie providendum quod in feſto Natalis Domini, S. Joannis Evangeliſtæ, S. Silveſtri, C Circumciſionis, Epiphaniæ, Purificationis B. Mariæ, Ramis palmarum; diei Veneris ſancti, Paſchatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, S. Petri, *& a quibus.* S. Pauli, S. Annæ (ſi in Majorica eo tunc exiſtamus) Aſſumptionis B. Mariæ, S. Ludovici Regis Franciæ, Nativitatis B. Mariæ, S. Crucis Septembris, S. Michaelis, Omnium Sanctorum, S. Trinitatis, S. Eliſabeth, & in omnibus diebus Dominicis Adventus & Quadrageſimæ, ſermo in capella noſtra ſeu coram Nobis habeatur, hoc obſervato ordine, quod de Religioſis, ad divinum verbum prædicandum deputatis, habeatur una die prædicator de uno ordine, & alia die de alio, donec omnes, qui in loco fuerint, ſic tranſierint.

quando ducenda proceſſio, 425 Item ordinando ducimus providendum, quod in feſto S. Silveſtri, Purificationis B. Mariæ, & in die Ramis palmarum; Aſcenſionis, feſto Corporis Chriſti, S. Annæ (ſi in Majorica exiſtimus) & Aſſumptionis B. Mariæ, & ſanctæ Crucis Septembris, ſolennis *& tituli deferende,* proceſſio fiat cum capis; excepto quod die Ramis palmarum duæ capæ ſolum habeantur. In proceſſionibus vero S. Crucis, quæ fient in Perpiniano, & S. Annæ quæ fient in Majorica, omnes Reliquiæ, tam illæ quæ ſunt in Capellis Regiis locorum prædictorum, quam D illæ quas nos in propria noſtra Capella habemus, honorifice deportentur. Et quod Prælati, ſi poſſibile extiterit, *a quibus* ipſas portare teneantur, quilibet digniores juxta ſuum gradum: & in defectu Prælatorum, ipſas portare habeant Priores ordinum paupertatis, vel Guardianus Minorum, vel alii Clerici in gradibus magis honorati. Et portentur pulchriores capæ, quæ poterunt, bono modo.

426 Et Capellani qui adminiſtrationem habent Capellæ, tunc provideant attente, quod colores caparum concordent, ut magis poterunt, conditioni Reliquiarum prædictarum: videlicet, quod illi qui Reliquias Martyrum portabunt, capas portent rubicondas; & ſic de aliis, juxta propriam ſignificationem colorum, quæ ſuperius per nos extitit declarata: *quo ornatu capparum;* & ſint octo vel decem intortitia incenſa in proceſſionibus ſupradictis. In proceſſione vero Corporis Chriſti, portetur Corpus ipſius in quadam cuſtodia valde pulchra, E taliter quod videri poſſit claro modo: ſuper quod honorifice ſuper-cœlum apportetur una cum octo vel decem intortitiis ſupradictis.

427 In quibus omnibus proceſſionibus unus Textus per Subdiaconum apportetur, qui illum qui Crucem debet Officium antecedat: & in utroque latere dicti Subdiaconi ſit unus Scholaris, cum candelabris & cereis *quo comitatu monſtrorum;* accenſis, quolibet ponderis libræ unius: & duo Clerici ſive Scholares, qui ante Subdiaconum incenſum præferant continue & attente. Ille vero, qui in prædictis proceſſionibus Crucem deportabit, Dalmatica induatur, & in utroque latere unum Clericum ſive Scholarem habeat: qui cereos, quemlibet unius libræ *quibus item utendum in ſolemni Miſſa.* ponderis lumine incenſos, ornate deferant & honeſte. Omni vero tempore quo Diaconus & Subdiaconus in Miſſa extiterint, duo cerei incenſi Sacerdotem ad Miſſam intrantem antecedant, & tunc altare incenſetur: quod quidem modo ſimili, cum Evangelium incipietur, volumus obſervari; niſi in die Veneris ſancta, & ſi de Mortuis contingeret celebrari. Item in omni feſto *& Officio;* Duplici ad Magnificat in utriſque Veſperis, & ad Benedictus in Matutinis, & in Miſſa poſt Oblationem, incenſum miniſtretur: & idem obſervetur in Miſſis etiam feſtorum colentium *d*, licet Duplicia non exiſtant. d

De Divo quando dicendum; 428 Omni vero tempore, quo non ſunt Miſſæ ſolennes cum Diacono & Subdiacono, poſt finitam Miſſam, dicatur Officium ſive Miſſa *e* ſicca B. Mariæ, niſi illa e dic eſſet Vigilia vel feſtum alterius Sancti: quo caſu F Officium dictæ Vigiliæ vel dicti Sancti dicatur; Officio B. Mariæ prætermiſſo. Si vero illa die eſſet feſtum alicujus Sancti & Vigilia, vel eſſent Octavæ ſimul, vel *quando Miſſa ſicca;* feſtum duorum Sanctorum ſimul; ultra illud de quo Miſſa fuerit principaliter celebrata, dicatur Miſſa ſicca de ambobus ſupradictis. Et quamvis Miſſa ſolennis cum Diacono & Subdiacono fuerit celebrata, niſi illa die fuerit feſtum Domini, vel B. Mariæ, vel omnium Sanctorum: quantum ad Officia Vigiliarum & Octavarum & Sanctorum idem volumus obſervandum. Officium vero ſive Miſſa ſicca B. Mariæ non dicatur in diebus, quibus Miſſa cum Diacono & Subdiacono celebratur, niſi eſſet dies Sabbati, qua poſt Miſſam principalem dicatur. Et idem in diebus Veneris volumus obſervari, ſi Miſſa Major de Cruce non fuerit celebrata.

ANNOTATA. D.P.

a *Non ſolum locus ſcribanda Rubrica relictus Vacuus, ſed etiam grandior initio littera, demonſtrant no-*

A *novum caput hic inchoari, cui Rubrica propria debeatur: hanc ergo ſuppleo.*

b Quartu *pars quarta libræ: quantitas ſane exigua: dicitur de liquidis. De* Quarto *&* Carto, *vide Cangium.*

c Supercœlum, *vulgo Baldachinum, umbella.*

d Golentia feſta, *id eſt, a populo feriato colenda.*

e *De* Miſſa ſicca *vide Cangium, ubi ex Eckio deſinitam leges,* Simulctionem Miſſæ, Sacerdote agente quæ ſuuc celebrantit cum Introitu, Collecta, Epiſtola, Evangelio & Canticia: qui tamen quia nou vult communicare, non conſeciat; ita ut Miſſa ſit ſioc Corpore & Sanguine Domini. *Et talis Miſſa frequens uſus erat olim in navibus; legimus etiam aliquos pios Sacerdotes peracto Sacrificio ſubjungere ſolites ex privata devotione quatuor vel ſex iſtiuſmodi Miſſas. Differunt autem a* Miſſis

B Præſanctificatorum, *quibus utuntur Græci in diebus jejunii, quia in iſtis non conſecratur quidem, communicatur tamen ex Sacrificio diei vel Dominica præcedentis.*

De Eleemoſyna, per Eleemoſynarios diſtribuenda. Rt. XLIX.

Miſericordia a Deo præcepta laudatur,

Mat. 26. 11

Eccl. 7.

INtuentes, ac noſtræ memoriæ commendantes verbum Dominicum, quod ſuis dixit diſcipulis, Pauperes vobiſcum habebitis; ac etiam verbum Propheticum: Frange eſurienti panem tuum, ac egenos vagoſque induc in domum tuam; pietatis ac caritatis impulſu coaſtringimur, quod ad ſuſtentationem pauperum noſtrum animum convertamus: & iiſdem cum eleemoſynis & cum aliis piis ſubſidiis, non ut tenemur, ſed ut poſſumus, miſericorditer ſuccurramus.

deſtinantur quotannis diſtribuendæ libræ 500.

429 Ordinamus itaque, & ſtatuimus, quod anno quolibet aſſignentur pro eleemoſyna (extra illam, quam alias tam in Religioſos, quam in aliis perſonas erogamus per alios noſtros Officiales) dandas pauperibus & diſtribuendas, quingentas libras Barcinonen-

C ſes. Item eidem Eleemoſynæ tres ſolidos in octo denarios ipſius monetæ, per Eleemoſynarios a noſtro Botellerio percipiendos diebus ſingulis aſſignamus, de quibus panis ematur, continue ante portam noſtri hoſpitii Regii Chriſti pauperibus erogandus: ac etiam dari volumus die qualibet per emptorem carnium medium arietem pauperibus ſupradictis. In diebus vero jejunalibus, puta in Quadrageſima & aliis, quibus a carnibus abſtinetur, volumus, quod tantum detur pauperibus in pecunia per emptores prædictos, quantum valet medius aries, & ſic præcipimus inviolabiter obſervari.

& quotidie 3 ſolidi cum 8. denariis in panem,

cum medio ariete aut ejus valore.

item ter in hebdomada reliquiæ menſarum

430 Fragmenta inſuper, quæ ſuperſunt de menſa noſtra & domeſticorum noſtrorum, dentur & diſtribuantur in porta noſtri hoſpitii, qualibet ſeptimana per tres dies. Die videlicet Dominica dentur fragmenta prædicta: & ultra illa, ac etiam panes, quos Eleemoſynarius recipiet a Botellerio noſtro prædicto, a v. ſolidi & unus aries & medius dictis pauperibus. Die vero Martis ſequenti, a. ſolidi & unus aries; ac die Jovis ſequenti, alii a. ſolidi & unus aries pauperibus erogentur. Et ultra prædicta volumus jam dictæ eleemoſynæ, in porta noſtri hoſpitii dandæ, fragmenta quæ ſuperſunt in coquina, tam in carnibus quam aliis cibariis aſſignari. A prædictis vero excipimus eleemoſynam dandam diebus, quibus nos itinerare contin-

cum ariete uno & aliquot ſolidis

in itinere autem quotidie.

D get, quam diebus ſingulis dari volumus, & non ter in ſeptimana, ut eſt dictum.

item quæ in botelleria deteriorari contigerit,

431 Ulterius panem & vinum, quos in noſtra botellaria ita deteriorari contigerit, quod coram noſtris domeſticis ad ponendum convenientes non eſſent: nec non fructus & caſeos, qui hujuſmodi in noſtra fructeria reperti fuerint; & nobis itinerantibus, ſi panis vel vinum, fructus aut caſei penes eoſdem Botellerium & Fructerium remanerent, qui communiter per ipſos portari non poſſent, eidem eleemoſynæ, quoties taliter evenire contigerit, aſſignemus. Nec non aſſignamus eidem eleemoſynæ omnia tortitia & cereos, libram unam non excedentes, quæ ad ſervitium noſtræ Capellæ miniſtrantur, incontinenti cum medietas ceræ cujuslibet illorum ſervierit, vel combuſta in ſervitio ipſius Capellæ fuerit; & non ante.

aut in fructeria

& cerei ad medietatem combuſti in uſu capellæ

item mulctæ domeſticorum.

432 Præterea aſſignamus præfatæ eleemoſynæ omnes condemnationes, quæ de noſtrorum domeſticorum quitationibus fierent per habentes poteſtatem: quas condemnationes præfati Eleemoſynarii u Scriptore rationis habere procurent cum effectu. Quæ condemnationes, ſimul cum alia pecunia eleemoſynæ, Chriſti pauperibus erogentur: & illud quod pro Bullis plumbeis vel aureis, privilegiis imponendis, in noſtra reci-

& pretia bullarum;

E pitur, ſecundum per nos ordinata, Cancellaria. Etiam detur ultra prædicta, qualibet die Jovis, ſeptem pauperibus, quibus pedes lavamus, cuilibet xvi. denarii, & in illa die Jovis, in qua Salvator noſter, nobis exemplum relinquens, Apoſtolorum pedes lavit, tredecim pauperibus, quibus etiam ducti exemplo nos lavamus, cuilibet pannum laneæ pro uno ſupertunicali, a & una tunica, & pannum lini pro una camiſia b completa, & pileo, & xvi. denarii pro conſuturis; & alii xvi. denarii poſt pedum ablutionem, quibus prandium in noſtro palatio præbeatur. Præterea etiam ſingulis diebus detur prandium in noſtra curia ſeptem pauperibus, ut devotionem Regiam lavandi eis manus, ob honorem illius, in cujus manu corda regum eſſe dignoſcuntur, exſequi poſſimus ut optamus. In Paraſceve autem Domini, tredecim, quibus ultra manuum ablutionem, ad honorem illius dulcis Jeſu, qui propter ſuam paſſionem incorruptibili cibo æternæ gloriæ hac die nos ſatiavit, genibus flexis cibaria ponimus.

quid danda Pauperibus quorum pedes,

a b

aut manus Rex lavat,

quid Ordinibus mendicantibus

433 Volumus inſuper Ordinibus paupertatis terræ noſtræ eleemoſynas elargiri per modum qui ſequitur, ultra alias eleemoſynas, quas recipiunt in noſtra abſentia: videlicet cum erimus in terra Roſſilionis, den-

F tur anno quolibet ante feſtum Natalis Domini, Prædicatoribus c Perpiniani, in adjutorium veſtitus, x. libræ; ac illis de Cocolibero d dentur v. libræ; & de Podio Ceritanio e v. libræ. Fratribus etiam Minoribus Perpiniani dentur x. libræ; de Villa Franca, f v. libræ; & Sororibus S. Claræ de Perpiniano, vi. libræ & x. ſolidi; & Dominabus S. Salvatoris de Perpiniano, v. libræ. Cum vero in inſula Majorica vel aliis inſulis nos eſſe contigerit, vel etiam in Monte-peſſulano, anno quolibet prope feſtum omnium Sanctorum dentur ſingulis Ordinibus civitatis Majoricenſis & etiam inſularum, pro eorumdem veſtitu quantitates ſupradictæ; hoc excepto, quod ſi dicto tempore nos in Monte-peſſulano eſſe contigerit, volumus quod Conventui Prædicatorum dicti loci dentur xv. libræ, & Sororibus Minoribus ejuſdem loci a. libræ, ac etiam Sororibus Ordinis Prædicatorum aliæ x. libræ.

c d e f

per varia loca.

ANNOTATA D. P.

a Supertunicale *intelligo togam vel chlamydem.*

b Camiſia, a Camu *lecto, induſium dicitur. ſive inte-*

rula

A *rula*: completa autem conſeri videtur, quando additur ſudarium cum calceolis lineis, aliove apparatu interiori.

c *De Conventu Prædicatorum Perpiniani egi 24. Junii, ubi de S. Joanne Bapt. occaſione manus ſiniſtra illic ſervata.*

d Caucoliberis, *vulgo* Collibre *Hiſpanis*, *Francis* Collievre, *oppidum litterale in Ruſſinonenſi comitatu ad radices Pyrenæorum*, 5. *leucis a Perpiniano. Nondum in conventus venerat in cenſum a Bartholomæo Piſano collectum an.* 1400. D

e Podium-Cerritaniæ *vulgo* Puicerda *caput Provinciale iſtius*.

f Villa franca, *ad aliarum ſynonymarum diſtinctionem* Confluentium, *vulgo* de Conflent *dicta*; 10 *leucis abeſt Perpiniano ad radices Pyrenæorum*, *in comitatu Ruſcinonenſi*.



INCIPIT OCTAVA PARTICULA.

De ordinationibus ad officium Magiſtri-rationalis, & ſibi ſubjectorum pertinentibus *a*.

C *a Frontalis imago, præter Cancellaria figuram exhibere videtur Regem, alba mula invectum, cum ſella rubra, veſte roſacei coloris, pileo ſeu galero ceruleo, rubri ſerici paratura ſubtexto. Fundus tabula hac parte purus relictus a ſculptore, in ipſo codice diſtinguitur violaceis teſſellis ad eum modum, quo ceruleis diſtinguitur ſimilis fundus poſt imaginem Regis Jacobi, facientis primam ſui libri litteram in tabula* 1. F

De falliis. R. I.

Nec facile a Curia abſint domeſtici,

CUm deceat Principes providos, circa ea quæ eorum honores videntur concernere, ingeniis prævidere; ſitque honor non modicus illis, habere continue penes ſe præſentias ſuorum domeſticorum; quorum plures, ſi abſentes a Curia ſua gagia ſive quitationes reciperent, forte, imo ſine ſorte, frequenter ipſam continuarent & aſſociare curiam omitterent.

434 Ideo ſtatuimus & etiam ordinamus, quod noſtris domeſticis quibuſcumque, niſi pro illis dumtaxat diebus, per quos in noſtra Curia præſentes, ſaltem aliqua hora diei vel noctis, affuerint, ex ſuis gagiis vel quitationibus eis pro animalibus aut animali, per ipſos tenendis, aut pro victu datis ordinatis, aliquid eis minime præbeatur. Decernentes quod omnes, a noſtra curia quitationes recipientes pro duobus vel pluribus animalibus, mediatatem minimam ipſorum animalium in equo vel equis tenere ſint adſtricti. Et ſi contra fecerint ſexdecim dierum pro quolibet equo, & octo dierum pro ſingulis aliis animalibus tenere omiſſis, in ſuis quitationibus die quolibet aggraventur. Illis vero tenere debentibus unum animal, qui illud tenere omiſerint, licet diebus ſingulis præſentes in curia fuerint, tantum medietatem dictorum gagiorum ſive quitationum eiſdem ſolvi debere declaramus.

ſtatuitur, ut nemo pro ſe, vel ſuis animalibus gagia accipiat,

niſi pro diebus quibus ſervierit;

435 Præterea declarantes, quod recipientibus pecuniam a noſtra Curia nihil niſi illis, qui in noſtra Curia feſto Pentecoſtes præſentes fuerint, niſi aliter, dando eis *b* pannos, ordinaremus, ſolvatur: nec etiam jura alia eis, ultra quitationes pro animalibus aſſignata, niſi ſemel ad minus in anno in Curia noſtra fuerint viſi, ſolvantur ullo modo. Illis vero qui a noſtra Curia vinum & ceram & panes recipiunt, pro diebus quibus in Curia fuerint, præſtetur tantummodo. Nuntiis autem per Nos ex dictis domeſticis deſtinandis, ſi durante hujuſmodi deſtinatione eis

nec qui abfuerint die Pentecoſtes,

de

A de noſtra pecunia neceſſaria fuerint exhibita, de qua reddant Rationali computum, fiant ſalliæ in omnibus, prout ſupra, excepto in veſtitu, ſi infra ipſum tempus feſtum Pentecoſtes contigerit evenire. Verumtamen ſi Nuntii prædicti mare transfretare haberent, & ex hoc ſua animalia ſecum ducere non valerent, eo tunc ſua gagia ſeu quitationes pro ipſis animalibus, hic hac de cauſa dimiſſis, etiam expenſas pro perſonis de illis pendentibus recipiant integras & habeant.

[illegible] monitis, ſi fuerint a Curia alio miſſi.

ANNOTATA D.P.

a *Vide Cangium ad vocem* Vadium, *unde Gagium duci creditur, & ſignificat ſtipendium familiare vel militare; atque hinc gagiare, ſtipendio conducere. Significat etiam* Gagium *multam pecuniariam.*

B

b *Quid hic proprie ſignificet* pannus, *non facile divinaverim. Cangio quidem videtur poſſe ſumi pro parte veſtis, ſive pro ſegmentis panni, qua ex thoracibus pendent, ſed neque hic, neque alius ſenſus Gallica vocis* Pan *quidquam ad* Gagia *facit, quod ego quidem divinando aſſequar.*

De Logueriis animalium. Rub. II.

CUm quis ad laborem admiſſus, a condigna non ſit mercede depellendus; ideo ſtatuendum ducimus & ordinandum, quod perſonis quibuſcumque ſolitis eorum bigas & ſuorum animalium locare, quæ cum animali, vel ſine animali, pro nobis aut noſtris negotiis, ſponte vel coacti, in officio noſtri Majoris Zemblerii ſervitium impenderint, decenter impendantur loguerias.

Ut animalium locationes rite ſolvantur,

436 Ordinamus igitur, quod cuilibet perſonæ, quæ cum animali, ſive de ſella, ſive de baſt a fuerit, per noſtrum majorem Zemblerium vel Subzemblerium, pro noſtris negotiis conducta, per ipſum Zemblerium de noſtra pecunia, pro unaquaque die, qua in noſtro fuerit ſervitio, tam pro ſe quam pro animali, ſexdecim denarii Barcinonenſes, & magis unus denarius Barcinonenſis pro ſerraturis ipſius animalis, etiam & omnes expenſæ quas dicta perſona pro ſuo victo & animalis ſecerit exiſtens in ipſo noſtro ſervitio, dentur plenarie & ſolvantur. Cuilibet vero perſonæ ſine animali, pro noſtris negotiis per dictum Zemblerium, vel ejus nomine alium conducendæ, dentur eidem per eumdem de logerio ſex denarii Barcinonenſes: niſi majus vel minus ipſe Zemblerius illi viderit fore dandum.

ſtatuuntur 16. denarii ductori, C

D

præter expenſas faciendas,

& 12. pro animali,

437 Inſuper ordinantes, quod animalia conducenda per noſtrum prædictum Zemblerium, deferre quamlibet ſarcinam, ponderantem ultra tria b quintalia, minime teneantur. Verum ſi præfatus Zemblerius, vel alius quicumque, aliquod animal ex prædictis animalibus oneravit, invito ductore illius, contra hujuſmodi noſtram ordinationem, & ex hoc illud animal mortuum vel debilitatum fuerit; eo tunc dictus Zemblerius, vel alius, qui inde culpabilis extiterit, de ſuo proprio valorem dicti animalis ſic mortui, vel minus valentiam, ubi non mortuum, ſed debilitatum fuerit, ſolutarum dicto ductori merito agnoſcat obligatum. Et quoties dictus Zemblerius per ductores dictorum animalium fuerit rogatus, ponderet in illorum præſentia ſarcinas, ſeu cargas eis ordinatas ad portandum. c

non niſi ad 100. lib. onerando, b

alias damnum reſarciat Zemblerius, E

ANNOTATA D.P.

a Baſtum, *Clitella dicuntur, a Teutonico* baſt *funis, quia funibus adſtringuntur, non loris, ut ſella equeſtres.*

b Quintale *ſive* Quintallus *definit Hovedenus* pondus centum librarum, *de quo vide Cangium.*

c *Quod vacuum erat ultima pagina implebat ſcutum Domini Guilielmi de la Baume, ſcripto Codici tunc appoſitum, cum is venit in poteſtatem dicti Nobilis viri. Omnia duplo minora in Præfatione exhibui n. 10.*

F

A D

BREVIS HISTORIA REGUM MAJORICENSIUM

§. I. *Inſulæ & regni Majoricenſis expugnatio, Mauris inde ejectis.*

Regni Majoricenſis conditor &

I*Ndex Comitum Ruſcinonenſium, anno* MDCXLII. *Toloſæ in Aquitania editus a* Joanne Samblanca*to, viro iſtic erudito, declarat, quomodo, extincta prima comitum ab Vufredo ductorum ſtirpe, octavus in poſſeſſionem Ruſcinonis ac Ceritania venerit* Alfonſus *Aragonum Rex eo nomine primus, anno ab incarnatione Domini* MCLXXVIII. *Filius ejus* Petrus II. *ipſas patruo* Sanctio *proprias habere permiſit. Hujus filio* Nunnio *ſine liberis defuncto, decimus Comes nominatur* Jacobus I. Rex Aragoniæ, *qui pulſis Balearium poſſeſſione Mauris, glorioſum Conquæſtoris titulum meruit; feliciſſimus ætatis ſuæ Princeps dicendus, ſi quam facile a Francis, aliquid veteris juris in iſtas ſibi confines provincias præ-*
B *tendentibus, obtinuit pacem, eamque perhonorificam, tam firmam domi pater inter filios ſtabilivisset concordiam. Quomodo autem hac fruſtratus, illa potitus ſit, priuſquam ex Samblancato narrem, & exinde Majoricenſium Regum hiſtoriam proſequar, placet exponere Balearium expugnationem, obiter in Præfatione delibatam, ſicut eam lib. 12. rerum Hiſpanicarum cap. 14. exponit Joannes Mariana auſter in compendium redigens, quæ Hieronymus Zurita prolixius refert primis decem capitulis libri 3. Annalium Aragoniæ. Opportunus utique ingreſſus hinc dabitur in Hiſtoriam eorum, qui ex Jacobo Conquæſtore progeniti regnum iſtud tenuere, aut eo pulſi jus in ipſum.*

Jacobus I. Aragoniæ Rex,

intellecta fertilitate Balearium,

2 Jacobum Aragoniæ Regem, qui compoſitis Procerum motibus ſpecimen indolis egregiæ dederat, atque præſtantis, una belli adverſus Mauros ſumendi cura, dies noctesque ſollicitabat. Accidit, ut Tarracone in convivio, quo ſplendide acceptus erat a cive ejus urbis primario Petro Martello, (forte erat proſpectus in mare) remotis menſis, inter varios ſermones, ut fit, de vicinis inſulis diſputatio iniretur. Petrus occaſione arrepta, quanta eſſet commoditas Balearium, atque no-
C bilitas, quanta fertilitas agri, damnaque, quæ propter locorum vicinitatem noſtris littoribus inferrentur, longa oratione diſſeruit, rerum & locorum a multo uſu peritiſſimus. Retabohihes earum inſularum Rex erat, religione Maurus. Forte acciderat, ut navas aliquot Catalaunicæ ab inſulanis eſſent captæ. Miſſus fecialis damna ut reponerat, & naves reſtitueret, Maurum poſtulavit Regis Aragonii nomine. Maurus inſigni faſtu, ecquemnam Regem nominaret, rogavit. Ille Aragonio, inquit, Rege illo genitum, cujus virtute ad ſaltum Caſtulonenſem gens veſtra cæſa, & profligata eſt. Parum abfuit eo reſponſo reddito, quin violaretur: jus tamen gentium valuit; ita ut continuo ea inſula cogeretur abſcedere.

& privatis injuriis motus,

3 Iis injuriis Aragonius Rex provocatus, libentius bellum ſumpſit. Barcinone in conventu procerum, de totius belli ratione coram Rege diſputatum. Sancitum ut menſe Majo dimidiato, copiæ omnes ad portum Salonium convenirent, unde parata claſſe trajiciendum erat. Hæc omnia tam propenſa provincialium voluntate audiuntur, ut Bovaticum ſemel tantum Regibus concedi ſolitum, populis volentibus denuo fuerit impetratum.

in conventu procerum Majoricæ decernit expeditionem;

4 Rex ſoluto conventu, Tarraconem ad tempus præſignatum diſcedens, æſtatis reliquum claſſe comparanda, inſtruenda ornandaque exegit. Magnus undiq; ad Regem militum concurſus fiebat, eo Duce quodvis periculum adire cupientium. Menſe Septembri milites in naves impoſiti e portu ſolvarunt, numero ad 15. millia peditum, equites mille quingenti. Claſſis centum quinquaginta quinque naves numerabat, Onerarias quinque & viginti, Longas duodecim, reliquas ſpeculatorias, victuarias, hippagines. Provectos in mare, ac ferme in conſpectum majoris Balearis, quo navigabant, progreſſos ventorum procella dejecit tanta, ut curſum teneri poſſe non ſperarent. Vicit tamen Regis conſtantia: & ad occaſum Solis Euronoto remittente, cui ea loca obnoxia ſunt, commutatoque in Circium, quod navigationis reliquum erat, proſpere confecerunt.

& magna claſſe inſtructa,

5 Inſulæ quadrata forma eſt. Quatuor anguli totidem cœli plagas ſpectant. Palumbariæ portus, cui Columbaria inſula objecta eſt, ad Occaſum pertinet. *in Majoricam tendit;* E
Promontorium Salinarum ad Meridiem. Medio fere intervallo Majorica urbe Inſulæ caput interjacet. Petræ, & S. Vincentii promontoria, ad Orientem vergunt, & Septentriones. Petræ promontorio Polentia haud remota eſt, olim Romanorum colonia, nunc modicum oppidum, ſed portu inſigne; eum quia claſſis tenere non potuit venti flatu prohibita, Palumbariam neceſſario petiit, triginta millibus paſſuum ab urbe diſſitam. Regia triremis in eum portum plenis velis invecta primum eſt; deinde reliquæ claſſis nulla navi deſiderata. Verum cum præ Maurorum multitudine, deſcenſus in terram tutus non eſſet, ad Sanctæ Pontiæ portum, ulterius aliquanto verſus Meridiem, & Occaſum itum eſt. Ibi exſcenſione prohiberi noſtri non potuere. Levia modo prælia fuere, noſtris proſpera, barbaris ſemper adverſa.

exſcenſioni facit in portu S. Pontiæ

6 In urbis Majoricæ expugnatione ſumma totius expeditionis vertebatur. Cui urbs cederet, ei Inſulæ imperium contingere neceſſe erat, quod neutra pars ignorabat. Rex Maurus Portopineum, victuum urbi montem, caſtris occupaverat, numeroſis copiis, quas magnis delectibus conflaras feroces magis, quam validas. Noſtri dum incautius iter faciunt, longiuſque hoſtem F
abeſſe credunt, pene oppreſſi ex inſidiis ſunt. Ac Guillelmus Moncada Bearnæ regulus, & Raymundus Moncada, pluresq; alii ex ea gente, qui in prima acie curabant, & ſiniſtrum cornu hoſtium aggreſſi erant, in primo conflictu occubuerunt. Grave id detrimentum fuit. Cujus Rex iuſcius, reliqua Maurorũ agmina magno impetu invaſit.

Urbem aſſeſſurus

cladem aliquam ex inſidiis patitur

7 Erat genus pugnæ, quale barbaris eſſe conſuevit, perturbatæ, atq; tumultuariæ. Ordines non magnopere ſervabant rari modo, modo conferti pugnabant. Si premerentur, pedem referre & loco excedere ſoliti, collectis rurſus viribus repetebant pugnam. Res proxima periculo fuit, ne noſtrorum virtus ab hoſtium circumfuſa multitudine opprimeretur. Omnia tamen Regis ſive virtus ſuperavit, ſive felicitas. Barbari primum loco moti, deinde in fugam compulſi: cum ſe in caſtra retuliſſent, ſuperato monte, captiſque caſtris, omni ea parte victi ſunt. Fugientes ſequi non placuit: quod proximum illis receptus eſſet: regii continenti totius diei labore defatigati, equi, hominesque.

acie confligit;

eademque repulſa hoſtes,

8 Admota ſubinde urbi caſtra. Et quoniam Mauri copioſo commeatu inſtructi, nihil voluntate facturi videbantur, quæ expugnandis urbibus uſui eſſe ſolent, magna diligentia comparata. Machinæ quatiendis mœnibus extructæ: baliſtæ catapultæque, plutei vineæque ſubruendo muro. Foſſa, urbi profunda lataque, materia repleta. Hæc non paucis diebus adminiſtrata:

caſtra ponit

cum

Digitized by Google

A cum opera per ſe difficilia, hoſtes impetu, & ea inſidiis diſturbare conarentur. Vinearum ope muro tandem ſucceditur. Dolabris quatuor turrium imi lapides convulſi: eæque contis ſuffultatæ, uno tempore igne ſuppoſito corruerunt. Barbari ex iis rebus metu perculſi, conditionis primum ſpem, deinde ac cogitationem depulſi, deditionis tentarunt, ſalutem pacti, atque facultatem, qui vellent in Africam Regem Maurum ſequi, cum rebus ſuis navigandi. Æqua ea conditio pleriſque proceribus videbatur, Nunnio præſertim Ruſcinonenſi Comiti, cui cum Rege barbaro de ea re colloquium fuerat. Verum Bearnenſis reguli, propinqui & neceſſarii pulcherrimum conſilium, ſævo vindictæ ſtudio, diſturbarunt: cum ignominioſum fore, atque fœdum dicerent, niſi Maurorum excidio tantis Principibus vindicatis, bello finem imponere.

oblatas deditionis conditiones rejicit;

9 Obſeſſi deſperatione ſalutis in furorem acti majori quam antea animo urbem defendunt, ſæpe noſtrorum non exigua cæde: prorſus ut jam atrocis conſilii auctores ipſos pœniteret, ſi liceret, retractare parati. Ad extremum muri magna parte proſtrata, per ſtrages &

extremum aſſultum ſuſtinent,

B lapidum rudera evadendum erat. Noctu quidam irrumpendam diſputabant, quo tempore urbis vigiliæ remiſerant. Rex veritus nocturni temporis licentiam, portas muroſque aſſervari jubet, ne hoſtis effugeret. Ubi illuxit, inſtructa acie urbi proximus ex loco, unde exaudiri poſſet, hanc ad milites orationem habuit.
„Parem veſtris laboribus gratiam rependere noſtræ fa„cultatis non eſt. Habere numquam deſiſtam. En no„vi meriti offertur occaſio. Urbem opulentiſſimam ca„pugnare hodierna die paratis, cujus ſpoliis divites „evadetis haud dubium, beatique adeo. Civium ſtra„ge amiſſos injuria ſocios, amicos, & neceſſarios vindi„cabitis. Nobis veſtro labore novum imperium, no„vumque regnum paratur. Obſeſſi confecti inedia „ſunt, imminuti numero, metu debilitati. Pergite „ergo, magno animo in urbem invadite. Numen pro„pitium habetis. Hæc meta laborum erit, gloriam „conciliabit, & immortalitatem. Iis maximum pericu„lum, qui hoſtium congreſſum formidabunt, Auda„cia, conantes proteget.

hortatur milites,

10 „ Hæc ubi dixit, ſemel iterum & tertio pugnæ „ſignum dat. Milites timor inſolitus aut ſtupor, ne„ſcio quis occuparat. Rex, Quid inquit, irruere ceſ„ſatis? Magno agite animo, invadite. Ad eam vo-

Urbem vi capit,

C cem magno clamore edito in urbem irrumpitur. Mauri deſperata ſalute locis omnibus occurrunt. Pugna multis partibus fit. Noſtri tandem cæſis fugatiſque adverſariis urbe potiuntur. Regem Maurum in latebras compactum, Jacobus Rex barba apprehenſum (nam ita ſe facturum antea juraral) bono animo eſſe jubet, atque de ſalute bene ſperare. Arx continuo dedita eſt, atque in ea Regis filius captus, tredecim natus annos: cui poſtea Chriſtianis ſacris imbuto, Jacobo nomen fuit: prædiaque deinceps in agro Valentino, Gotoriumque oppidum, utrumque Jacobi Regis dono.

facta deditione

11 Capta eſt urbs Majorica pridie Kalendas Januarii, initio anni milleſimi ducenteſimi trigeſimi. Sedes Epiſcopi, ac domicilium in ea urbe conſtitutum; tametſi Barcinonenſes ſacerdotes diſputabant, ſui juris effectam eſſe ex tabulis nimirum vetuſtate obſoletis. Reliqua inſulæ oppida, & arces brevi in poteſtatem redactæ: rebuſque omnibus compoſitis, militum primum maxima pars in patriam dilapſa eſt: deinde Rex in Catalauniam navigavit.

fundataque ibi Eccleſia Epiſcopali ſede

12 *Hactenus Mariana ex Zurita contracta, quibus libenter ex eodem addiderim, quomodo Majoris Balearis fortunam ſecuta Minor ac reliqua deinceps inſula ſint: id ille ſic narrat tom. 3. lib. 3. cap. 6. in fine:* Minorica cernens hanc Majoricæ fortunam, facta eſt tributa-

cetera inſulæ veniunt in poteſtatem

ria Regi Jacobo, Duobus annis poſt Guilielmus Mengri, Electus Tarraconenſis vicit Yviſam anno 1230. D quando ſe ſponte quidem, ſed metu tamen etiam dediderunt inſulæ, Formentera, Conicularia, & Capraria.

13 *Poterat exhinc Jacobus* Rex Aragoniæ & Majoricæ *dici; ſed grandiori titulo contentum vixiſſe, donec ex ejus diplomatis (quæ necdum vidi) probetur contrarium, tamdiu credam, quamdiu videbo in hiſce Legibus Palatinis auctorem dici* Jacobum II. *qui alias reſpectu avi ſui, de quo mox, Jacobus III. nominandus fuiſſet. Igitur Majoricenſe regnum tunc primum inſtitutum fuiſſe dicam, cum ipſum ſecundo genito ſuo Jacobo, Regum Majoricenſium primo, tradidit Jacobus Conqueſtor. Hoc autem regnum cum fuerit ejus virtute acquiſitum, neque Aragoniæ Coronæ umquam antea ſubjunctum, potuit illud ſine juſta cujuſquam querela dare, cui vellet, etiam externo, ſummo jure tenendum: de Ruſcinonenſi, & Ceritania Comitatibus non item; quippe Alfonſo I. jam antea acquiſitis, & per Nunnii Comitis beneficiarii mortem denuo reductis ad jus coronæ, a quo non videbantur poſſe ſic abſolvi, quin ſupremum in eos jus penes Regem remaneret; ut de Francorum Regibus taceam,* E *qui etiam ipſi juris aliquid in eoſdem Comitatus, inter Aquitaniam & Catalauniam medios, prætendebant: unde difficultates utrimque extiterunt, uti pergo verbis Samblancati narrare.*

Rex, Aragoniæ titulo contentus,

§. II. *Initium regni Majoricenſis, in eoque primus Jacobus Jacobi Aragoniæ R. ſecundogenitus.*

14 JAcobus opibus Nunnii defuncti, & ditione potitus eſt, eoque imperitante, Ruſcino Catelonia nomine comprehenſa eſt. Nam anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto, cum in conventu Barcinonenſi de finibus ageretur, definitum, Cateloniam ab Hiſpania Sicori & Cinga fluminibus, a Gallia Salſulis terminari: idque inconſulto Gallorum Rege.. ..... Sed jam Aragonii pro regibus ſe ferebant, nullo ad Gallos reſpectu. Neque re ea movebantur, propter ſegnitiem ...... Ludovicus nonus, cui mortuo divini honores decreti, jura ab aliis pœne faſtidita repetivit. Ibatur in bellum, niſi Jacobus Ludovico Corbolium obviam veniſſet anno MCCLVIII. Ibi congruentia tempori & rei utrimque dicta, atque Ludovicus blanditiis retentus, ne jus ſuum perſequeretur, & ad ſanctiora averſus: conveniteque ut Philippus Ludovici filius Iſabellam filiam Jacobi in matrimonium acciperet. Hoc fœdere, & complexu amico Ludovicum præoccupatum ſacri belli conſiliis Jacobus pervertit. Quippe centum, ut alter alteri jus ſuum remitteret, neque Ludovicus imperium ullum trans Pyrenæum, neque Jacobus cis Salſulas quidquam repoſceret ..... Tanti fuit affinitas, ne nurum cum dotalibus diſcordiis domum deduceret. Anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto nuptiarum ſolemnia Arverni celebrantur.

Rex & Comes inſtituitur Jacobus,

rebus cum Gallis compoſitis

F

15 Ea tam illuſtri connubio, & ſumma in Cateloniam poteſtate comparata Jacobus gaudium agitabat: non tamen ſincerum erat, quia filii de imperio patre vivo inter ſe contendebant. Tantus eſt ambitionis, & ſpei conceptæ impetus, ut nec patris majeſtas, nec fraterna caritas Petrum remoretur. Ne ab altercatione ad mortes iretur, Rex in comitiis Barcinonenſibus voluntatem ſuam vulgavit, ut eam conſenſu populorum, & auctoritate firmaret; filiique non odia & diſſenſiones, ſed concordiam, animoſque fraternos ad ſucceſſionem afferrent. Quid Ferdinandus, & Sanctius ea bonis paternis habuerint, ſcire nihil attinet. Cæteris hac forma imperium diviſit. Petro majori natu Aragonibus,

ſecundo genitum ſuũ declarat Regem Majoricenſem

A Valentinis, & Catelanis imperitate conceſſum. Jacobo ætate proximo Balearem majorem, & Ebuſam cum nomine Regio, & inſignibus legat, & præterea Ceretaniam, Ruſeinonem, & Monpelleſium optimo jure poſſideret, nec fratri parere cogeretur: præſcriptumque, ut alter alterius orbam ſine poſteris domum obtineret. Hæc tunc accepta. At Jacobus concordiam cum Gallo ſincera fide coluit, fœderiſque recentis legibus conſtrictus diſcordias procul habuit, neque paſſus eſt Petrum filium bellum inferre Ludovico Regi, ad quem ex pactis cum Toloſate initis, omnis illius ditio acceſſerat.

[illegible] Petri

16 Petrus inquies, cum omnia conturbare vellet, Raymundum Comitem, quem præteritorum pœnitebat, primo impulerat ad dimittendam uxorem, ſuſcipiendoſque ex alia liberos, queis priora fœdera Gallica confunderet. Ubi fruſtra erat, & Comes vita exceſſit,

cum tamen diſſimulantis

ſeſe a Comite ad imperium ultima voluntate vocatum eſſe, vocarique a Toloſatibus vulgabat. Itaque conquirere

B juventutem, copias expedire, & ſuis viribus tantam molem invito patre ſuſcipere velle. Eo tempore Queribuſcum a Ludovico in finibus Septimaniæ conditum Trutabello adverſum, ut eo præſidio aditus obtineret. Sed miles Hiſpanus juſſis Regis obtemperavit, eoque ſe ſuas in ſedes recipiente, & per invidiam fratrum Petrus destitutus, antequam quidquam conaretur, defecit. Deſeruerat bellum, turbidis tamen clamoribus rapi ſibi Toloſates querebatur, ſuo tempore arma repetiturus. Domeſtica certamina cum tenuere: ad fratres æmulationis ſuſpectos, patremque fatigandum converſos eſt. Jacobus Rex utcumque coercitis ſuorum odiis adverſum Mauros bellum movit, in

dum Toloſano Comitatui inhiat.

quo multa ipſi proſpera evenere. Tandem profectus ad Monteſanorum rebellionem puniendam adverſa valetudine corripitur Setabi. Antequam admoveretur ultimis, perſonam Regis ponit, & monaſterium Populetenſe intrat, ut Ciſtercienſi diſciplina informatus tranquillius agitaret. Cum in pejus iret valetudo, Valentiam delatus ibi mortem obiit anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Princeps cognitus utriuſque fortunæ experimentis, cuique neque moderatio

C inter proſpera, neque conſtantia in adverſis defuit. Clementia vero ſingulari extitit: cumque omnem ætatem egerit inter ſuorum factiones in neminem ferociam prompſit, præterquam in hoſtes: atque hac æquitate animi meruit non tantum inter bonos Principes, ſed etiam clariſſimos cenſeri.

Rege patre mortuo erumpit diſſidium

17 Poſt mortem Jacobi Regis iterum filii, ex Violantilla uxore ſuſcepti, in diſcordiam prorupere. Petrus iniquo animo ferebat JACOBUM fratrem amplo & opulento patrimonio donatum eſſe, & diſſolutionem eſſe regni, ſi quæ nostra eſſe oporteret, ſeparata obtinerat, querebatur: vivoque Jacobo conteſtatus fuerat, ſi quid per patriam poteſtatem probrre cogeretur, id pro vano & irrito ſe habiturum. Itaque urgebat fratrem, ut a ſe Balearem, aliaque tamquam ſubditus acciperet, Regibuſque Aragoniis in poſterum reverentiam haberet. Jacobus primo teſtamentum patris obtendere, fratremque rogare ne illius voluntatem conturbatum iret, ſeque ſuam dignitatem cum ſplendore obtinere pateretur. Ubi gravior neceſſitas eſt admota, conceſſit anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono, ut in fide fratris eſſet, regumque ſequentium, non ſine ultionis cupidine palamque conqueſtus ſibi

inter fratres

per vim prærepta, quæ donatione patris deferebantur, ſatis habuit hoc ſibi concedi, ne omni imperio ſpoliaretur. Neque tamen Jacobus fratrem obſervare deſtitit, cumque Toloſam ſequenti anno comitatus eſt, ubi inter eos & Philippum Francum de ditione Monpellerii actum; conventique, ne obtentu permutationis cum

Epiſcopo Magalonenſi factæ, Philippus veteri jure Jacobum deturbaret. Petrus vero non tantum in fratrem, D
ſed etiam in totius Chriſtiani nominis parentem, ingenii acerbitatem protulit, neque ſolitam prioribus regibus venerationem erga ſummum Pontificem exhibuit; & tributum pendi ſolitum Sedi Apoſtolicæ, ex quo Petrus ſecundus regnum vectigale fecerat, ſolvere abnuit. Cum monitus per nuntios ad obſequium non redibat, & fruſtra pœnitentia ſperabatur, Diis inferis a Pontifice devovetur: eodemque decernente regnum Carolo Philippi Franci filio quaſi præda diviſum anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto.

18 Ubi a Philippo expedita ſunt arma, & inſtructo agmine incedere cœpit, ut filium in poſſeſſionem Aragoniæ deduceret, Petrus Perpinianum Jacobo per vim ademit: ſeu crimini dabatur inclinatio in Gallum: ſeu inviſus erat, quod gratia Pontificis Maximi ſubnixus erat, paſſuſque eſſet regnum Valentinum ſibi offerri: ſeu cum bellum Gallicum in expectatione eſſet, eo præſidio aditus in Cataloniam obſtruebantur. Philippus

Aragonius Perpinianū occupat,

tamen progreſſus eſt cum exercitu, & a Jacobo, cui E
ipſe ſinum adverſus vim Aragonii obtulerat, urbibus ditionis Ruſcinonenſis comiter exceptus. Ibi abſentiam Petri rebus Siculis intenti occaſionem ſuam faciens, Perpinianum obſidet, capitque; brevique omnem regionem finitimam in poteſtatem redigit. Gerundam uſque arma proferuntur; qua capta, quod ſatis arduum fuit, ſeneſcere vires & morbis carpi; paulatimque corruptiore aere luem magis magiſque vulgari; Philippus ipſe febricitare. Tunc omiſſo bello cura valetudinis ſubiit, flexitque Perpinianum, ibique extinctus eſt anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto. Duce mortuo bellum manebat: quia Philippus filius dignus ad ſuſcipiendum jus & imperium relinquebatur, verum Belgicis tumultibus abſtractus,

& filius ejus Baleares.

omnem Aragonii procellam Jacobi ſuſtinendam reliquit. Petrus enim liberatus hoſte Gallo ex prima conſternatione excitatur: redeunt paulatim animi atque vires, nec tantum par defenſioni erat, ſed etiam ultionem parabat. In medio apparatu abreptus morbo bellum & vitam deſeruit anno ducenteſimo octuageſimo quinto ſupra milleſimum. Mutatus erat dux non hoſtis. Nam Alfonſo filio mandata erat expeditio Balearica, qui feſtinavit, ut patri lætitiæ materia præberet æmulo evoluto: eo infeſtior Jacobo, quo eum minus propinqua neceſſitudine contingebat. Is igitur male F
affectus in patruum, odio celeritatem addidit, effecitque, ut pene eadem dies juſſa patris, & exſecutionem conjungeret, ſtatimque Jacobi præſidia Baleari & appoſitis inſulis dejecta.

19 Neque Jacobus hæc vulnera compreſſis manibus ferebat: ſed avecto Aragonio, & flagrante ſeditione Procerum regni, ipſe novam flammam inferebat, Emporitanum agrum oppugnabat, graviſque erat minoribus oppidis, validis urbibus graviora minabatur. Hos animos faciebat Philippus Pulcher, qui rurſus Aragonium invadere deſtinabat, icto fœdere cum Sanctio Caſtulonenſi, a quo hoſtilis æmulatio cum Aragonio exercebatur. Hanc belli molem Carolus Neapolitanus pactis induciis diſcuſſit, ad Juncarias congreſſus cum Alfonſo. His via patefacta eſt ad pacem conciliandam, quæ tandem Cardinalium interventu Taraſcone in Gallia firmata eſt. Non contendit Francus jura, quod

quibus per pacem [illegible]

ex ſanctionibus Pontificum in ditiones Aragonii uſucapabat, De Baleari reſtituenda nihil cautum ad præſens, quamvis mentio injecta, quam mors Alfonſi oppreſſit. Res Aragonias Jacobus Alfonſi frater adeptus erat. Apud eum non defuit Gallus pro Baleario deprecator: tarde tamen, nec niſi anno milleſimo du-

cen-

A centeſimo nonageſimo quinto Anagniæ ad Bonifacii Papæ auctoritatem conceſſum, ut Jacobum reciperet. Quamvis Aragonius fidem per legatos obſtrinxiſſet, non niſi tertio poſt anno explevit. Adeo facilius eſt ſua dare, quam aliena reddere: quia ibi gratia liberalitatis ineſt, hic rei violentiam retentæ profeſſio. Argilienſe caſtellum Ruſcinonis conſtituitur Regum colloquio, ut coram finirent, quæ per nuntios ægre expediebantur. Ibi concordiam inter ſe ſanciunt. Balearicus recipit regiam dignitatem coercita poteſtate: ſed ditio aucta, ut donum eſſet ſuæ benignitatis Aragonius imperium protulit minore Baleari adjecta: ſummum jus retinuit: Deus teſtis firmandæ paci adhibitus.

20 Redintegrata per novum fœdus amicitia fidem utrimque intendit. Aragonius quidem Sanctio Balearici filio Mariam filiam Caroli Neapolitani Regis per legatos impetravit uxorem, ita ut Robertus Dux Calabriæ Sanctiam Sanctii ſororem in matrimonium acciperet. *Majoricēſis Aragonium juvat* Eas affinitates validas ducebat, queis res Arago-
B niæ, & Siculæ continerentur. At Ferdinandus frater Sanctii, ut Aragonio gratiam referret, in expeditione Almarienſi promptiſſimum ſtudium exercuit, gloriæque ſuæ, & utilitati Aragonii conſuluit. Cum maxime obſideretur Almaria, nuntiatur Regem Granatenſem incluſis in ſubſidium adventare. *ad capiendam Almariam.* Jacobus Aragonius, cum ſatis virium eſſet capeſſendo prælio, & obſidioni continuandæ, Ferdinandum caſtra, & obſidium curare jubet, cum mandatis, ut ſe munimentis teneat, & tantum ex commodo ſuo pugnet: ipſe cum robore exercitus obviam procedit hoſti, congreſſuſque eum fundit. Par ad urbem fortuna fuit: Ferdinandus præſidium erumpens compreſſit, in muroſque compulit ad ſua tutanda, qui obſidentium munitiones caſtrudendas ſumpſerant. Ita feliciter a Rege & a Legato pugnatum; amboque ſubnixi victoria acrius urbi inſtabant. Illa, cum nihil opis in ſuis, aut externis videret, ſeſe victoribus permiſit. Captæ gloria maxima ex parte ad Ferdinandum redundavit. Atque ita concordia inter Aragonium & Balearicum non tam vinculis pacis, quam mutuis officiis coaluit. Hujus concordiæ fructum Jacobus aliquot annis percepit eo jucundius, quo gravioribus caſibus jactatus fuerat. Deceſſit anno milleſimo treceteſimo duodecimo, varia primo fortu-
C na conflictatus, nec tantum ſedibus ejectus, ſtractoque ſolio, verum etiam animo; imperium tamen recepit, & ſede ſtabile reliquit.

21 Jacobus autem Sclaramundam Rogeri, Bernardi Fuxenſi Comitis filiam ab anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tenebat matrimonio, prius fruſtra pactus nuptias filiæ Comitis Nivernenſis. *Iſtius ſucceſſori filio* Ex ea filios quatuor ſuſceperat. Jacobus ætate prior, cum indole eſſet rerum civilium parum capaci, apud Sodales D. Franciſci veſtem mutavit. Philippus frater novissimus divino cultui, ſacriſque ſe addixit, eoque ambo paterni regni expertes. Ad Sanctium imperium Balearicum cum omni patris ditione delatum. Is ſtatim ſe in fide Aragonii futurum juratus promiſit. Ita jam conſuetudo ferebat, tutiorque ipſi dominatio contingebat manenti in potentioris fide, quam ſi ad libertatem, & ſpes incertas reſpexiſſet. Nam illi de Mompellerio controverſia facta a Ludovico Francorum Rege, dieſque conſtituta, qua coram ſenatu Pariſienſi reſponderet. *Montempeſſulanum Franci invadunt,* Sanctio cum potiorem jure, & armis validiorem vincere non poſſet, conſultius fuit precibus aggredi. Aragonius adhibitus, qui cum auctoritate regia, tum verbis ſupplicis orans, ne per tot annos omiſſa reſumeret, atque veteri poſſeſſione depelleret propinquum ſuum, obtinuit, ut interim jura ſua Francus diſſimulatione tranſmitteret.

22 Exin SANCTIUS res pacatas habuit, ne tamen
D erga Aragonium immemor beneficii ageret, aut reſides populos attineret, ducere in hoſtem ſtatuit, quem Aragonius fecerat. *qui Aragonii in Sardiniam movetur* Piſani partim Pontificum auctoritate, partim violentia ſupremam dominationem in Sardinia habebant, cujus imperium Petrus Aragonius affectaverat. Conſilii irritus, animum eundem in ſucceſſores tranſmiſerat: qui aliis ex eis intenti diſtulerunt ſpem, non dimiſerunt, & interim arma Aragonio minitabantur potius, quam inferebant. *ſe jungit contra Piſanos* Nam Jacobus ſecundus, ut Alfonſum filium velut æmulum, & regnanti gravem amoliretur, oſtentat illi Sardiniam. Alfonſus fervidi animi Princeps anno milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo capit occaſionem, multoſque interpri fama evocavit, quaſi non ad labores, & bellum gerendum, ſed ad prædam dividendam, & regnum auſpicandum invitarentur. *& bello confecto moritur, 1324.* Ea cœpta in primis Sanctius juvit, comparata viginti amplius navium claſſe, datiſque militi in quatuor menſes ſtipendiis. Ubi vario marte res gerebatur, & arma utriuque exitioſa erant, bellum pactionibus compoſitum. Piſanis, gentium muri validæ, vectigalia relicta: regium inſulæ arbitrium penes Aragonios manſit. Non longe ultra eam expedi-E
tionem Sanctius vitam produxit, & anno milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto agens Formicariis oppido Ceretaniæ, fato ſine liberis conceſſit.

§. III. *Jacobi II. fortuna fere conſtanter adverſa, & infelix exitus.*

23 Alfonſus qui ulteriores populos laceſſiverat, ditiones Sanctii tam opportunas morte Principis vacuas invaſit: populos volentes in fide recipiens, repugnantibus neceſſitate illata. *Sanctii nepos Jacobus ex fratre Ferdinando,* Jacobus, quem Sanctius patruus heredem inſtituerat, tunc minus erat idoneus regno. Quippe deerat robur ætatis, nondum undecimum annum egreſſo. Regiam tamen indolem præ ſe ferebat, multumque ad ſplendorem & gratiam conferebat gloria Ferdinandi patris. Is cum ex patriis facultatibus perparum delibaſſet (*nec enim conjectura de Ruſcinonenſi & Ceritano Comitatibus ipſi a patre attributis, in Præfatione num. 8. propoſita, aliunde confirmatur*) cum, *inquam*, de patriis facultatibus perparum delibaſſet. Fratris Sanctii Regis opes animo æquavit, atque a virtute imperium petivit.

24 Id temporis ſub annum milleſimum trecenteſimum decimum tertium Græcia diſtracta inter ſe a Latinis in prædam dividebatur, atque Catelani facto globo concurrentes, Ferdinandum in partem victoriæ vocabant, tradito imperio. *rebus in Catalaunia & Sicilia bene geſtis clarus.* Neque illos ducis primo, F neque illum militiæ pœnitebat. Mox cum orta inter alios duces ſeditio, cædes, & graviora facinora eluceret, atque arma in hoſtes parata in ſeſe verterentur; Ferdinandus talem militiam deteſtatus navem conſcendit, retro conceſſurus in Siciliam, ubi minus periculi, & nihil infamiæ apparebat. Antequam appelleret, captus, ab iis, qui mari cuſtodiæ præerant, aliquandiu in poteſtate Roberti Neapolitani fuit, donec libertatem pretio redimeret. Tunc partibus Siculis ſe aggregat, ſavitque Friderico. Bellum inter Robertum & Fridericum convaluit acceſſione, & ope Ferdinandi, quod poſtea per inducias diſcuſſum.

25 Inter hæc Iſabella, Ludovici ultimi Principis Peloponeſi filia, uxor Ferdinandi anno milleſimo trecenteſimo decimo quinto Jacobum Cataniæ peperit: atque vixdum triceſimus a partu dies & ipſa deceſſit, *& Peloponeſi principatum conſecuto per uxorem.* Principatum Peloponeſi in viri domum intulerat, dotalem hactenus, ut cauſas belli præberet. At Ferdinandus haud rudis periculorum erat, atque hinc blandiente ſpe amplæ ditionis, inde magnæ gloriæ ex difficultate incœpti, inſtructa claſſe in Græciam trajecit; uſque

que

A que fideli opera Catelanorum brevi omnem Peloponeſſam recepit. Sed brevis ejus victoriæ fructus fuit, victore in medio curſu rerum intercepto. Illius morte fortuna in aliud latus inclinavit, reſque Peloponeſiacæ peſſum ierunt, poſteris ſub tanta mole oneri cedentibus. Verum paterna decora invalida erant Jacobo munimenta adverſus cupidinem Aragonii, niſi Sanctius in fide Philippi fratris viri ſacrati omnia repoſuiſſet, eo rerum pupilli procuratore conſtituto. Ille ſtatim recte ſibi mandatam hanc præfecturam oſtendit. Quippe adito Cæſarauguſtæ Jacobo Aragonio, nunc jura, nunc neceſſitudinem, aliquando miſericordiam objiciens, efficit, ut omnia medio connubio coirent. Conſtantia neptis Jacobi, filia Alfonſi, quinquennis conjugali fœdere juncta eſt Balearico. Dos dicta ab avo ea maternis, avitiſque bonis: Ipſi in paterna bona imperium reſtituitur: qui mox expleta pueritia, anno milleſimo trecenteſimo viceſimo octavo Aragonio jus ſupremum in omnes ditiones ſuas ſacramento ſecundum veterem formulam ſanxit.

in regnum ſuccedit alterius patrui ſui auxilio

anno 1328.

26 Hæc concordia deinde tenuit, neque quidquam B turbatum, dum ſocer & proſocer imperarunt. Ubi Petrus quartus rerum potitus eſt mutata eſt facies, ſtatimque indicia futuræ calamitatis apparuerunt. Nam ægerrime, & poſt multas ambages anno milleſimo trecenteſimo triceſimo nono Petrus Jacobum admiſit ad ſolemne ſacramentum. Ut autem averſo animo acceptus, ita infenſo Perpinianum diſceſſit. Sed etiam atque etiam cogitans adverſus potentiorem quiete ſibi opus eſſe: bellum perniciem allaturum: ſtatuit obſequii ſimulatione hominem violentum remorari. Itaque cum apparatu, & comitatu quam maxime potuit ſplendido Avenionem viſendo Pontifici maximo profectus eſt: neque minima pars pompæ fuit, cum Petrus urbem intraret medius inter Convenarum Cardinalem, & Uſſinum Collegii Decanum. Sed unde gratia ſperabatur, inde orta eſt odii occaſio propter ſtratorem Balearici, qui in tranſvectione Petrum incautus miniſterio offenderat, dum habena equum Jacobo admovet. Quod cum fortuitum eſſet, Petrus in deterius interpretatum, tantum non in mortem medio foro ferrum diſtrinxit, non Regem, non ea gente Aragonia, aut proxima affinitate conjunctum cogitans, ſed uti alienum, & plebeii generis aſpernatus. Iram tamen recondidit, quæ non multo poſt majore impetu erumperet.

qui ſibi infenſum Petrum Aragonium conciliaturus,

cum infelici conſilio Avenionem comitatus

27 Forte accidit anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo primo ut Francus Balearico rurſus impingeret litem intermiſſam de Mompellerio, Carladeſio, & Omeladeſio, in iis jus ſummum vindicans. Jamque C arces præſidiis obtinebat. Balearicus Petrum reſpicere, & ſubmiſſis precibus poſcere, ut ſibi affini ſubveniat: illius maxime rem agi; quippe in iis, quæ ipſe regerat, illum regnare. Ille haud diu cunctatus Balearicine rebus labentibus ſuccurreret ſibine conſuleret, ubi cupiditas prævalebat, adeo non tulit opem imploranti fidem, ut novum illi periculum inſtrueret: in conventum Barcinonenſem vocaret, intenderetque majeſtatis crimen, quod nummi, contra quam cautum eſſet, Perpiniani cuderentur, alia conficta, aut longe petita aggerans. Ex eo Petrus haud proſpera fama fuit. Quippe omnibus conſtabat illum non aliena crimina, ſed ſuæ impotentiæ confeſſionem edere. At Jacobus, ubi apud affinem perfidia, penes Gallum vis & arma, ipſi in viribus nullum præſidium, Clementi ſexto querimonias defert. Ille licet rogaret, ut ante armis quam jure experiretur cum affini: oblivиſceretur illum Jacobum, virum ſororis ſuæ cogitaret; neque oppugnaret, quem avus paterque ſublevarant: & ſacroſanctam auctoritatem interponeret violentiæ Aragonii; non ſuppreſſit illius conſilium omnia per injuriam gerendi. Nondum

& bello Gallico turbatur

fruſtra ejus opem implorat:

bellum erat, ſed minæ & ſtrepitus armorum audiebantur, cum Jacobus comite Conſtantia uxore Barcinonem venit anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo. D

28 Exceptus eſt humanius quam pro ſpe, Petruſque ſpeciem reconciliati animi præbuit. Sed ea tranquillitas proximæ tempeſtatis præſagium fuit. Nam ſtatim criminatur Jacobum molitum ſibi, fratri patruoque, exitium, deprehenſas inſidias, & ſibi pereundum eſſe, niſi illum perderet. Hæc non jura præſidia, ſed velamenta cupiditatis erant. Unde enim ex vires ſupplici, ut omnem regiam familiam corriperet, claſſisve parata, qua eam in Baleares deportaret? Iis enim criminationibus petebatur. Petrus tamen Jacobum inviolatum dimiſit, ne queſtus ſuorum nova contumelia intenderet, Conſtantiam illius uxorem retinuit. Inde bellum motum, & copiæ Ceritanos, Ruſcinonenſeſque irrumpunt; atque omnia armis tumultuque miſcentur, avaritia militis, & ducum imperio Jacobus quacumque proſpiceret, omnia adverſa, neminem adjutorem partium videbat. Amici aut invalidi, aut pericula aliena defugientes, miſerationem potius, quam ſpem auxilii oſtendebant. Itaque ſibi & fortunæ relictus mari ſe committit, & in Balearem majorem defertur, E non eam ſedem belli facturus, ſed perfugium quærens Aragonio minus obvium, quo ſe præſenti periculo ſubduceret. Ibi modicam manum conflat. Mille & quingenti pedites, trecenti equites facti, cuſtodia potius corporis, quam exercitus adverſus hoſtem. Longinqua & ſecreta loca cum parum tenere: nam illi, ubicumque haberetur, infeſtus erat Petrus: qui quam primum bellum finire cupiens hoſte oppreſſo, quæ obvia erant omiſit, & ab oſtio Rubricati fluminis claſſem ſolvens proſpero curſu ad Baleares pervehitur anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto. Cum Jacobo confligit; quemque prius ſententia perculerat, victum prælio ſedibus exuit. Ipſe ad priores titulos nomen Balearici adjungit. Ea provincia confecta Barcinonem refertur, factuſque alacrior per ſucceſſus cetera aggreditur. Pyrenæum ſuperat, Ruſcinonenſemque agrum invadit: multas arces oppugnat: neque reſiſtit, niſi objectu Cardinalis Rhodenſis, cujus hortatu omnia Jacobo amica pollicetur, ſi ſui ſuarumque rerum arbitrium permitteret.

Petrus interdicente Pontifice reconciliationi fingit

mox aliis præterea Comitatus invadit:

29 Haud crediderim hominem percitum ad preces ſummi Pontificis impetum ſuppreſſiſſe; ſed opportunitatem temporis exſpectaſſe. Certe nihil eſt infirmius fide hominum & ſpe, quæ alienis opibus fulcitur. Nam Petrus poſt fidem obſtrictam, bona Jacobi ſolemni ſententia fiſco addixit, & poſtquam hyems deceſſit, ad arma reverſus eſt. Tunc ea mora collecto impetu non inducias dare, non ferre nomen pacis, minis amicos abſterrere, vix Armandum Archiepiſcopum Auſcorum Clementis Legatum audire. Promiſſis tamen Jacobum illexit, fide data vim abfuturam. Jacobus, ubi multi precatores, & irriti interceſſerant, impar adverſus vim & pertinaciam Aragonii, coactus eſt preces ſuſcipere, & coram hoſtis clementiam experiri. Ruſcinonem pergit habitu ſupplicis, & qui maxima fortunam oſtendaret. Petrus ea priore ſuperbia egit; adeoque non eſt motus animo, ut auferri in cuſtodiam juberet, bellumque nullo adverſante perſequeretur. Eo patrato congreſſum Jacobo permiſit. Colloquentis os dejectum, preces demiſſæ, & veniam petentes.

Jacobus in Majoricam fugit

ubi prælio victus

30 Quod cernis, inquit, ſupplicem, Rex maxima,
„ non fortunæ injuria eſt, ſed animi devotio. Multi me
„ toto ſinu invitabant, nec deerant vires. Verum om-
„ nes merito me alienum a domo Aragonia dignumque
„ præſente fortuna exiſtimaſſent, ſi te obvio aliud per-
„ fugium petiſſem. Satius duxi ſervari beneficio tuo,

nemo ſpe abſtinuit a conſanguineo clementia

quam

A „quem ſpem armorum, aut aliud quodcumque præſidium experiri. Sic preces propius audire licet, perſpectamque calamitatem præſente indulgentia ſublevare. Documentum dediſti, quantum armis valeres: nunc comitate de aſſiis ſtatuere decet, & Regem uti potius amico Rege, quam ſolio evolutum proculcare, velut hoſtem. A potentia ad clementiam provocavi. Equidem licet adverſis caſibus afflictus, ea ſpe maxime afficior, quod ex victoria minus fructus, quam gloriæ petere ſoleas, quæ magis in dando imperio, quam in eripiendo conſiſtit. Sic uſi ſunt potentia Aragonii. Factum cuivis poteris exemplis non procul; ſed domo tua repetitis; quæ, ſi deſorent, Regium eſſet inſtituere. Jamdudum eſt cum majores mei ditiones ſuas ſubdidere majoribus tuis, ne alio ſubſidio res noſtræ, quam tutela Aragoniorum niterentur. Hinc obſequio, inde gratia probata eſt fides, coaluitque. Cur igitur cauſam meam diſſocias a rationibus parentum meorum, quos non magis ſanguine, quam fide continuavi? Non faciam invidiam commemorando, ſi quid officii propenſo & obſequenti animo obivi: præterita valeant: quod res & tempora ferebant præſtiti. Explora modo venerationem tui: ad jus ducendi in hoſtem: objice quibuſcumque periculis B aut innocentiam meam, aut ſaltem pœnitentiam intelliges.

& victori ad genua ſupplex

ei ſe ſuaque committit;

31 Nemo erat, quem non flecteret oratio. Petrus uſu ſuperbiæ præfractus manſit: cupiditatem illius, qui crebris pollicitationibus clementiam ſuam obſtrinxerat, ſi fieret diſceptator, nulla demiſſio explebat. Provolutum pedibus videbat opportuniorem injuriæ, commiſerationiſque cauſa ferociam intendebat. Primo jure & rationibus agit: nec Regi deeſſe poterant de regno contendenti: mox minis in eum intonat; arrogantiam exprobrat, quod neque ad comitia, neque ad purgandum ſe vocatus veniſſet: deinde arguit fœderis infracti percuſſa Perpiniani moneta: ac poſtremo perduellionis inſimulat, quod petenti jugulum non præbuiſſet, ſed adverſus ictus objeciſſet armatam manum. Tandem ne præſens invidiam, & miſerationem inflammaret, Bergam dimittit operiturum quamcumque fortunam illi daret. Frequentes circumſtabant Aulici, ne teſtes deeſſent ad convincendam Petri ſuperbiam. Nec multum moratus eum per ſententiam dejicit rebus ſummis, omnibuſque fortunæ inſignibuſque exuit, oblatis in annuos ſumptus decem millibus librarum, conceſſuque illi jure, quodcumque Jacobus in Mompellerium, Omeladeſii, & Cardaleſii regiones obtinebat. Ita lenitatem C ſæpius obſtrictam exſolvebat. His conditionibus non ſtetit Jacobus, neque ſtare debuit. Verum cum tenuis aura ſupereſſet retinendi Ceretanos, eo animum acmaq; convertit, ſi virtute corrigere poſſet, quæ fortuna deliquerat. Sed quocumq; vela dabat, adverſi erãt venti.

Sed ſuperbe exceptus

ditionibus omnibus ſpoliatur

erepto Monteſpeſſulano,

32 Deſertus, relictuſque ſuo gladio eſt. Nihil reſtabat, quam ut in eum incumberet, omni præſidio ſublato. Petrus interim eo uſque crevit ſuperbia, ut Perpinianum intrare ſtatueret eadem pompa, qua quondam triumphi inſtruebantur. Quippe turpia non minus improbos, quam præclara bonos oblectant. Sed cura Divini Numinis, imbribus opportune effuſis, eam infamiam prohibuit. Eadem arrogantia in ſummum Pontificem egit, nihilque illi deprecanti, ut Jacobum in paterna bona reſtitueret, conceſſit, quam Conſtantiam uxorem. Effuſus in omnem injuriam animus nulla potentis verecundia poterat retardari. Illum tantum verebat Gallus, cujus et potentiam non timeret, finitimum ſuſpectabat; injecitque belli metum apparatus: quem tamen Petrus diſcuſſit, depravatis primum, qui in Aula Philippi Valeſii vigebant gratia, mox etiam Rege ipſo pene connubio conſtricto. Sub idem tempus pari felicitate conſpirationem in caput ſuum factam reſtinxit. D Nam exteris motatis, aut metu exterritis, Ruſcinonenſes toti adhuc Jacobi erant, ſive calamitas ſtudia accenderat, ſive ſævitia Petri populorum odia merebatur: quæ adeo non nocuere, ut ſanguine nocentium fini compreſſa. Verum, cum Petrus externis factionibus attineretur, domeſticæ emerſerunt; quique affinem oppreſſerant, inteſtino bello petitus eſt a Jacobo fratre. Is avidus potentiæ indignabatur ereptam ſibi procurationem Valentini regni, populareſque ad arma facile concitaverat ſpe mollioris ſervitii: ut eſt populus attentus ad nomen libertatis; & ſi, ad eam vocetur, nimium obſequens. Ea opportunitate uſus Jacobus Balearicus copias maritimas comparat: Carolum Grimaldum, qui portum Monœci præſidio tenebat, claſſi præficit.

quibus injuſtis motus

& urbis in Aragonia arcis fretus

in ſpē novā erigitur,

33 Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo pervecta eſt in Balearem majorem, abjudicato regno recuperando, ſi quam inclinationem rerum faceret inſularium in veterem dominum propenſio. Quod cum ſine ullo memorabili eventu tentaſſet, Illiberim adſertur, atque inde pari ſpe in Confluentem regionem pergit, compoſitus quidem ad pericula, non tamen infeſto agmine, ut populi cum Rege amico rem eſſe intelligerent. Nihilominus adventantis Petri terror eos in E obſequio retinuit: mox præſentis arma Jacobum ſpem belli in eo limite omittere coegerunt. Eodem tempore inter Aragonios fratres convenit, odiumque ſpecie concordiæ, & facinus beneficio tectum. Procuratio Jacobo fratri reſtituta, ut inermis opprimeretur. Quippe conſenſu traditur veneno ſublatum fuiſſe a Petro, qui haud talium rudis: cum interim nihil acciderit, quod iram Numinis teſtificaretur, quam ipſe ſcelerum ſucceſſus. Sed ut in obſeſſo pernicioſis humoribus corpore, ubi unum ulcus ſaneſcit, alterum rumpitur; ita interfecto Jacobo Ferdinandus inſurrexit in Valentinis, ſeu fratris vindictam petens, ſeu cupidus altioris faſtigii. At Jacobus Balearicus, qui nullum honeſtum ex periculis exitum videbat præter pericula, cuncta facilius proceſſura ratus, Petro inter ſuorum certamina occupato, Mompellerium, aliamque circum ditionem, centum & viginti aureorum millibus, addicit Philippo Valeſio Francorum Regi.

Majoricam fruſtra repetit,

& oppignerato Franciæ Monteſpeſſulano

34 Ex ea pecunia claſſem, aut potius extremum diſcrimen ſibi inſtruit, eodemque Grimaldo præfecto ſolvit anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono, hactenus proſpera navigatione uſus, ut oram Balearis majoris impetu caperet. Nam ad urbem pergens obvio F Gilaberto Fruillia inſulæ Prætore, ſtatim ultimum caſum expertus, victuſque prælio cadit, Princeps in fortunæ ludibrium natus. Solio regio dejectus eſt, antequam conſcenderet, recepitque dotale potius quam ſuum: in quo deinceps ſtetit magis, quam ſedit lubricum ſuſpectans, neque ſupremam auctoritatem tutatus eſt, niſi patientia pene ſervili, intentus ad criminationes Aragonii, a quo tamquam ex alio genere mortalium habebatur, quamvis proxima affinitate conjunctus. Facile inducor credere, inſignem in lætis virum futurum, qui tantum per adverſa inclaruit. Neque enim modo fortunam, quæ illum ſurſum deorſum per omnes calamitatum fluctus jactabat, conſtanter excepit; verum etiam ultro laceſſivit. Quare cum res tutas & inturbidas habere poſſet, & otio frui, maluit in periculis glorioſe verſari, quam cum infamia injuriæ concedere. In bello illi erepta eſt vita, quæ diuturna eſſe non poterat: gloria adhuc viget, quod non tantum arma, ſed etiam pugnam capeſſivit.

claſſem inſtruit anno 1349.

iterumque in Majoricā appulſus

occumbit in prælio

præclarus, ſed infelix Princeps.

35 At Petrus ne quidem victoria, aut ſanguine Jacobi placatus, quin in gentem illius ultra ſæviret, Jacobum filium eo prælio captum diuturna captivitate detinuit in Barcinonis arce, liberiore cuſtodia; ſed ſuſpecto

Ejus filius Jacobus III carceri traditus & morti deſtinatus

A ſpecto noctis tempore in ferream caveam conjectus, qualemcomque incis benignitatem veſpertinæ ſævitiæ patientia anteibat. Fruſtra neceſſitudinum nomina memorabantur apud eum, qui, non niſi ſanguine totius familiæ exhauſto, ſecuram pacem exiſtimabat ſancire ſe poſſe. Iſabellam illius ſororem, a qua nihil pericoli imminebat, Marchioni Monferrati nuptum dat anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo octavo, deſponſam prius Joanni Comitis Armeniacenſis filio, dotemque dicit quinquaginta millia Florenorum: ita ut regno Balearico, reliquiſque facultatibus paternis cederet. Neque aliter ſpolia bello parta ſe jure retinere poſſe ducebat. Præterea Jacobum interficere decreverat, ut ſanguine heredis poſſeſſionem firmaret, offenſus longiore illius vita, quodque mortem ſponte non timeret. Anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſecundo Kalendis Maji hoc improviſo ſupplicio ſe eexemit: corrumpit claves, refringit clauſtra, cuſtodes cædit, & reſumit libertatem. Sed quis rerum humanarum inconſtantiam, variumque, & mutabile fortunæ ingenium ſatis mirari poſſit? Quis in tranquillitate naufragium non metuat, aut in gravi tempeſtate portum non ſperet? Qui ſanguine luſtoeus erat claritudinem generis, ſi biduo proximo in carcere fuiſſet, anno nondum circumacto nuptias Joannę Reginę paciſcitur, quartus poſt Brunſuicenſem, Hungarum, & Tarentinum. Sed ut febris ſine ratione decedente brevis eſt ſanitas; ita diuturna non fuit tanta fortunæ indulgentia; brevique ſimillimam prioris vitæ expertus eſt. Non tamen conſulens prius delictis, quam deceniquin ne non at Regium nomen deberet, reſumpſit arma majoribus animis, quam auſpicatis ominibus: cumque partes facere non poſſet, & auſpiciis propriis Aragonios invadere, Petro Crudeli Aragoniorum hoſti ſe adjunxit.

Inde elapſus Rex Neapolis,

B

36 Pugnæ ad urbem Najaram interfuit: ubi ingenti clade percolſus Henricus nothus, qui ſe Caſtellæ Regem ferebat favore popularium, atque opibus Francorum ſublevatus. Tam claris majoribus orto plurimum debebatur. Sed poſtquam Henricus animum probaſſet, præmium virtuti redditum, & cuſtodia Burgorum illi mandata. Verum cum non multo poſt refectæ eſſent Henrico vires, Carolo Francorum Rege ſubveniente, & Petri crudelitas populos ad defectionem commoviſſet, Burgi, Jacoboſque Præfectus Henrico traduntur. Militabat in Henrici caſtris Gueſclinus Gallus, dux

& Petro Caſtellano contra Henricum fratrem militans,

C

D multa bellorum experientia; ejuſque opera haud irrita, ſucceſſuſque rerum cumulum ſtipendiorum auxerant. Major erat nexus quam ut præſente pecunia poſſet diſſolvi. Ne tamen Henricus meritis tanti viri & honori deeſſet, Jacobo poteſtatem fecit ſeſe liberandi, conſulens potius clementer captivo, quam permittens iraſcenti Aragonii iræ, qui Jacobum hoſtem metuens illius libertati intercedebat. Joanna uxor ſeptuaginta millia aureorum Gueſclino appendit pretium redemptionis. At quamvis Jacobus bello parum profeciſſet, non tamen ad otium inclinabat, eumdemque bellandi vitæque finem facturus in Gallia exercitum conſlat, ſæpiuſque irruptionem oſtendit in Ruſcinonenſes agros, ſed nullo conatu memorabili ante annum milleſimum trecenteſimum ſeptuageſimum quartum. Eo anno ingenti & infeſto agmine irrumpit, quacumque arma verteret, terribilis incedens.

ab hoc capitur, & deinde Burgis captus,

37 Cum is terror omnem Cataloniam concuteret, in Urgelitanam regionem vis maxime incubuit. Patentia omnia clade deformata: neque Aragonios par ad prohibendos incurſus videbatur, niſi Aragoniæ ad alia mala acceſſiſſet fames. Nihil illi æque ſaluti fuit, quam quæ ceteris eſt exitio. Frugum inopia exercitus limite excedere coactus. Inde paulatim vires abſumi, & Jacobus ipſe tædio affici, donec anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quinto Soriæ fato concederet. At D. Franciſci tumulo illatus. Haud ſpernendus erat conſilio aut manu, etſi fortuna illi paterna omnia eripuiſſet, præter calamitatem: adeo tamen non eſt fatigatus illius incurſibus, ut illam ſæpe irritarit. Quare ut nullus ex conatu fructus, ita multum gloriæ provenit; effecitque, ut jure proſpera meritis illius, adverſa fortunæ tribuamus.

dimiſſus invadit Ruſcinonem,

E

& generoſe conatui immoritur.

38 Ejus morte non potuit pax gigni. Jacobus ISABELLAM ſororem viduam, quæ fratri comitem ſe adjunxerat in eam expeditionem, atque omnes caſus heredem ſcripſit. Illa per aſpera itinera, & hoſtilibus præſidiis ſepta copias in Aquitaniam reduxit, Joanne Maleſtito duce, & proviſu Caſtellæ Regis. Mox advertens onera, & pericula hereditatis, infauſtas divitias, ſeſe imparem tantis rebus, & propter ſexum injuriæ obnoxiam, ſucceſſione paterna fraternaque ceſſit Ludovico Andegavenſi, vindictæ manifeſta, quod cum vis ad bellandum deeſſet, confeſſa aſt ſpiritus gentiles, animumque armatum: quippe additum, ne cum Aragonio pacem componeret.

ſoror Iſabella jus ſuum legat Ludovico Andegavenſi.

F

A D

E P I S T O L A
CONRADI JANNINGI
AD SUPERIORES SOCIETATIS JESU

Per Provinciam Flandro - belgicam, ſuper morte

R. P. FRANCISCI VERHOVII.

VAnæ cogitationes hominum! Putabatur Bollandum, atque Henſchenium æ-
tate ſuperaturus, electus e pluribus ad continuanda, quæ illi illuſtrare cœ-
perunt, Acta Sanctorum, P. Franciſcus Verhoeven. Sed aliter Deo, Sanctiſ-
que viſum eſt, malentibus eum ſibi, ſuoque conſortio cito jungi, divinæ cla-
B ritatis lumine æternum illuſtrandum in cœlis, quam per laborioſa ſtudia illu-
ſtrare gloriam ipſorum in terris. Ingreſſus fuit hunc mundum Brugis anno MDC- E
LXVI die XXI. Septembris; Societatem Jeſu poſt annos octodecim ſecunda Octobris, abſoluto
interea curriculo ſcolarum inferiorum. Poſt tirocinium, poſitaque ibi ſolida virtutum religio-
ſarum fundamenta, applicitus ad ſtudia altiora, impendit biennium, Philoſophiam audiendo;
annum unum, humaniores litteras repetendo ſibi; quinquennium, eaſdem aliis prælegendo
in numeroſo Bruxellenſi Gymnaſio. Hinc evocatus Lovanium, initiatuſque anno MDCXCVII.
ſacris Ordinibus, quadriennali Theologiæ ſtudio, per publicas ſcriptorum ſuorum defenſio-
nes anno ſequenti finem impoſuit (ut præmiſſis omnibus ſtudiis impoſuerat) communi tam
Superiorum, quam æqualium ſuorum approbatione, ac laude. Imo & Romam pervolavit fa-
ma ingenii ejus, aſſiduitatiſque in ſtudendo, & ſedulitatis in indagando verum; permovitque
admodum Rev. Patrem Noſtrum Generalem, ut ipſum, abſoluta per compendium tertii anni
Probatione, juberet properare Antuerpiam, ibique operam navare Sanctis, ac Patri Papebro-
chio. Fecit imperata P. Franciſcus prompte, ac libenter, & animo majore, melioreque, quam
valetudine, quæ ſpatio primi, & ſecundi anni ſemel, iterumque tentata, hoc tertio videbatur
firmata eſſe; cum a diebus octo gravi catarrho, & pleuritide ſeu vera, ſeu ſpuria, non ſine
periculo, judicio medici, laborare cœpit: & paſſus ſubinde modo in uno, modo in altero
latere acerbiſſimos dolores (quinis venarum inciſionibus, atque iteratis cucurbitis, nihil aut
perparum levaminis afferentibus) violento malo ſuccumbere incipiebat, coarctatoque magis,
& magis pectore, ſpiritum paulatim intercludente, a biduo vita ejus medicis deſperata fuit.
Et vero noctem ſubſequentem, quaſi cum morte luctans, tranſegit totam. At ſupervenien-
te die quietior, & meliuſcule habens ſpem nobis, ipſiſque etiam medicis dabat vitæ longioris:
C non tamen ſibi ipſe dabat. Nam illa eadem die non ſemel, nec uni tantum dixit, ſequentem,
id eſt hodiernam, ſibi ſupremam fore: idque etiam hodie, quinque ante obitum horis, con- F
firmavit; cum advocans Patrum aliquem nomine ſuo, quaſi opera ejus uſurus, ita appellavit
accedentem propius, vultu hilari; Equidem abimus. Et quo, interrogante Patre, repoſuit:
Ex hac vita, etiam hodie. Vera prædixit. Hodie namque, tribus & aliquanto amplius poſt
meridiem horis, præſentibus Patribus, Fratribuſque, placidiſſime animam, quam creberrime,
& ſingulari pietatis, fiduciæque expreſſione in manus Domini commendaverat, eo emiſit; tri-
duo ante ſacro Viatico, & ante biduum ſacro Oleo ad extremam luctam rite munitus. Vitam
viri, quam æque placidam ubique vixit, ac finivit, deſcribere pluribus non eſt hujus loci, nec
temporis: & memoria virtutum ejus recens eſt apud omnes, qui cum ipſo Lovanii nuper
vixerunt, per totam provinciam nunc diſperſos. Caritas ejus, manſuetudo, & pacis ſtudium
(ne nihil tangam) in oculos plurium incurriſſe videntur: quorum alii ſancte affirmant, num-
quam ſe, licet diu in eodem domicilio cum ipſo commoratos, obſervaſſe in P. Franciſco,
quod communem caritatem, aut ullum in particulari inter tot Socios, verbo, factove læſerit.
Alii, ſe numquam ab ipſo officium caritatis petiiſſe, quin prompte præſtitum fuerit. Alii,
verbis paucis complexi multa, aſſerunt; omnibus ipſum omnia ſemper factum fuiſſe. Neque
intra domeſticos parietes ejus caritas ſe continebat; ad alias quoque familias Religioſas ſe pe-
netrabat, & qua poterat, ac per occupationes licebat, conabatur in illis conciliare animos
diſſidentium, commendare manſuetudinem, ac mutuam reparare caritatem. Fuerunt quoque
juvenculi aliquot, qui operam typis dant, ac propterea ſæpe eum convenire, dum valebat,

pro

INDEX ONOMASTICUS

Ad Jacobi II. Regis Majoricæ Leges Palatinas.

AFfinamenta, *computorum liquidationes* 467.e
Albaranum, *mandatum ſcriptum* 446.e
Algotairius, *cuſtos carceris* 433.b
Ambaxiator, Ambaſciator, *legatus* 477.e
Apothecarius, *Pharmacopæus* 453.e
Apparamentum, *apparatus, ornatus*, 473. per error. 573.a
Aquæductor, *potitor aquæ* 435.d
Armator, *cuſtos armorum* 452.b
Arneſia, *ſupellectilia* 455.e
Aorifriſum, *limbus aureus* 487.b
BAcinum, *pelvis* 448.d
Bajulus, Balivus, *prætor* 467.e
Baſtum, *clitella* 497.e
Bladum, *frumentum* 451.e
Bota, Butella, Buticula, *lagena hinc* Botelleria, Botellerius. 434.a
Bovaticum, *tributum ex bobus ſumendum* 498.e
Brandu, *major cereus* 474. per error. 574.e
Bacrioare, *buccinum inflare* 451.f
CAlculare, *calculos ſubducere* 469 per error. 569.e
unde Calculator, 449.d
Cambra, *unde Cambrerius cubiculi miniſter* 473. per err. 573. a
Camera, *cubiculum* 444.f
Camerlingos, vel camerlingius, *præfectus cubiculi* ib.e
Camiſia, *interula linea* 453.b
Camiſia completa, *additis linteolis aliis ad corpus ſpectantibus* 495.f
Cancellare, *lineis cancellatim inductis abolere* 467.e
Cana, canadella, *pocillum* 488.e
Capella completa, *ſuis omnibus paramentis unius coloris* 487. b
Cappellus folis, *galerus ſolem arcens* 473. per err. 573.e
Caſſare, *irritum facere* 486.d
Cavalcata, *ſervitium equeſtre* 486. b
Ciſia, *cenſus* 486
Civata, *avena* 441.e
Complementum, *plena ſolutio* 467.e
Concambium, *commutatio* 468.a
Concernere, *conſiderare* 432. a
Confectæ, *dulciaria* 445.b
Continuare, *jugiter aſſiſtere* 460.e
Copia, *tranſcriptum, unde* Copiare, *tranſcribere* 465.e
DEcrinari, *corrumpi* 495.e
Dieta, *ſpatium diurnum, dies* 444.b
Diſcraſia, *invaletudo* 449.a
Domicellus, *Nobilis ephebus* 437.e
Dreſſatorium, Dreſſorium, *abacus in quo fercula exponuntur* 434.e
EFfectualiter, *cum effectu* 451.e
Embla, Emblæ, *jumenta ſarcinaria; unde* embleſius, *agaſo* 443.e
Emparare, amparare, imperare, *invadere* 468. per error. 469.e
Excuparor, *ſcopator*. 456.a
Expletum, *proventus agri* 451.e
Expreſſere, *exprimere* 456. a
Equitatura, *equus* 451.d
FActio, *fabrica* 452.d
Falconerius, *falconum curator* 442.e
Falia, *ſubtractio ſtipendii, defectus præſentiæ in curia* 496.e
Falliare, *abeſſe, deeſſe officio* 467.e
Feſtivare, *feſtum agere* 445.b
Fiendus, a, um, *faciendus, a, um,* 435.e
Finantiæ computorum, *concluſiones rationum pecuniariarum* 467.e
Finare, *computum probare, explore* 467
ad Finem, *eo fine* 478.f
Flecquerius, Flecquarius, *piſtor* 435. d
Fodium, *duplicatura panni, unde* foderare & Foderatus, *item* ſoltratus. 473 per error. 573.d
Fodium, *pabulum animalium* 454.b
Forrerius, *metator hoſpitiorum* 454.e
Forancos, *exterior* 484.e
Fornitus, *inſtructus*. 454.d
Franquiſia, *immunitas* 431.e
Frontalium, *ornatus anterior altaris* 488.a
Fructerius, *pomorum & aliorum fructuum cuſtos* 453.f
GAgium, *ſtipendium* 496.e
Gentes, *populus, vulgus* 451.a
Geſtus, *habitus, forma veſtitus* 472. per error. 572.b
Guerra, *bellum* 444.e
Guſtum facere, *prælibare* 430.e
HAbere, *debere* 465.d
Hiſtoriati panni, *intexti figuris* 473. per err. 573.b
Homagium, *juramentum fidelitatis* 433.f
Hoſtis, *exercitus* 486.b
Hyſſopus, *aſpergillum ad aquam benedictam* 487.f
JEjunales dies, *quibus jejunatur* 495.e
Illecebratus, *illectus* 486.f
Inænigmatare, *in ænigmate repræſentare* 489.a
Incantare, *cantum reddere* 449.a
Incautela, *inadvertentia* 449.d.
Incaſtare, *includere capſa* 488.b
Incognitus, *ignotus; Gallice* Meſconnoiſſent 488.a
Indilate, *ſine mora* 461.e
Jorale, *monile* 448.a
Jocalatores, *muſici* 444.b
Juratus, *Senator*. 481.f
LEcator, *liguritor* 464. d
Locaterius, *conductum locum habens* 433.a
Loguerium, *pretium locationis* 497.b
MAgiſter hoſpitii, *ſeu* Major-domus, *œconomus* 429.e
Magiſter rationalis, *qui præeſt rationibus pecuniariis* 466.b
Maleta, *pera* 448.e
Manto, *oppercorium ephippii* 441.d
Maſſa, *clava* 451.b
Matricula, *catalogus domeſticorum* 434.a
Mediare, *per medium dividere* 473. per err. 573. a
Meditari, *venari* 442.f
Mercatus, *nundinæ* 485.e
Molatium, *numiſma vultu alicujus impreſſum* 469. per error. 579. d
Miles nobilis, *eques auratus* 432.f
Mimi, *muſici* 444.d.
Miſſa ſicca, *in qua non conſecratur* 494.f
NAvis, *acerra, thuris vaſculum* 487.e
Nebulæ, *nives* 433.e Nebulæ *ſcriblita panis* 434.e
Nectar, *vinum conditum* 474. per error. 574.f
Notamentum, *annotatio* 467.e
Novior, *recentior* 464.e
Nuntius Virgæ, *apparitor* 451.d
OFficiare, *officium facere* 445.f
Ordinantia, *conſtitutio* 426.d
PAlefrenalis, *ad equum ſeſſorium pertinens* 471. per error. 571.e
Paramentura, *ornatus* 490.a
Parator, *inſtructor lectorum* 455.b
Paſtillus, *artocrea* 434.e
Pectinare, *pectere* 448.d
Peditare, *pedibus iter facere* 450.b

Pellitus, *pulſus* 486. f
Perla, *margarita* 489. d
Pertinentia, *appendix* 431. f
Petreria, *gutus ad manuum ablutionem* 475. per er. 575. a
Phyſica, *ars medica, unde* Phyſicus, *medicus* 449. f
Piſtare, *pincere* 435. e Piſtaria, *piſtrinum* ibid. e
Platellæ, *lances* 475. per error. 575. e
ad Plenum, *plena* 479. a
ad Plos, *ut ſummum* ibid. b
Poteſtas, *Prætor* 481. f
Prægustus, *prælibatio* 433. b
Præſtare, *mutuo dare* 457. d
Precaria, *emphiteuſis* 486. b
Procurator, *fiſci præfectus* 445. d
Promotor, *advocatus curiæ* ibid. e
QUartones, *partes quartæ unius libræ* 494. b
Quintale, quintallus, *pondus* 100. *librarum* 497. c
Quitatio, *mulcta* 432. c
Quitatio, *ſtipendium* 443. f
Quotiens, *quoties* 434. e
REcubile, *reclinatorium* 465. e
Regiſtrum, *index ſeu ſyllabus ſcripturarum* 460. a
Remediare, *remedium adferre* 449. a
Repoſitorium, *abacus* 434. e
Repoſitum, *ſecretior camera* 426. b
Retroaltare, *paramentum altaris poſterius* 488. a
Retrocamera, *poſterior cubile* 448. a
Retrotabularium, *ornamentum altaris poſt tabula* 488. a
SAgmarius, Saumarius, *jumentum ſarcinarium* 441. e
Salarium, *penſio annua* 467. c. *ſtipendium* 459. b
Samma, Sagma, Salma, *ſarcina* 444. c
Scholaris capellæ, *ſatellanus* 464. a
Scutella, *ferculum cibarium* 436. f
Scutifer, *Gallice* ecuyer 432. f
Sententialiter, *per ſententiam* 432. e
Se transire, *ſatis habere*; *Gallice* ſe paſſer 455. b
in Sero, *veſperi* 453. f
Serviens armorum, *gallice* ſergens d'armes 433. f
Servitor, *miniſter* 435. f
Sindno, *tenuis byſſus* 473. per error. 573. e
Sotulares, *calcei* 448. e
Spalmare, *palmis excutere pulveres a veſtibus &c.* 453. a
Species, *aromata* 445. b
Stadallus, *candela major* 475. e per error. 575
Supertunicale, *ſuperior veſtis, toga* 495. e
TAbor, taburarius, *tympanum, tympaniſta* 444. f
Tabellerius, *idem* ibid. d
Tallia, *vectigal, tributum* 486. b
Taſſa, tacea, taſſeta, *ſcyphus* 475. per error. 575. e
Taxatio, *æſtimatio* 456. f
Terrenalis, *terrenus* 490. b
Textus, *liber Miſſalis* 488. e
Tobalia, *mappa altaris* 488. a
Tortitium, *fax funale* 446. f
Totiens, *toties* 434. e
Trahere ad album, *tendere ad albedinem.* 487. b
Tubicinare, *tuba canere* 444. d
VAona, *genus linteaminis* 473. per error. 573. e
Vaſallus, *ſubditus, cliens* 481. d
Velutum, *oloſericum villoſum* 471. per error. 571. e
Viagium, *iter* 448. b
Uſterius, Huiſſerius, oxerius, *ſatelles oſtiarius* 450. e

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

Cum operarum oſcitantia poſt paginam numero 364. notatam ſequenti appoſitus ſit numerus 265. & ſuccedentibus paginis pariter ſuccedentes numeri, effectum eſt, ut numeri a 265. ad 364. fuerint repititi; hinc hiſce poſterioribus in hoc indice præfigendus fuit * aſteriſcus, ne res inibi indicatas Lector fruſtra quærat in prioribus.

ACta Sanctorum martyrum Romæ olim ſcripta per ſeptem Notarios. 4. recognoſci, & recondi ſolita a Pontifice. *ibid.* ſcripta quoque in provinciis, & cum aliis communicata, *ibid.* & hæc quomodo excepta, recognita, & Romam miſſa. 5. acta & vitæ etiam non Martyrum ſcriptæ. *ibid.* cum res in propatulo agebatur, aderant ſæpenumero e Chriſtianis, qui, quæ dicerentur a martyribus, & judicibus, fideliter referrent in tabulas. *ibid.* acta Sanctorum a Græcis collecta. 6. collecta a Latinis. 9. eorum recentes collectores. 11. 12. Acta Sanctorum in ſexdecim tomos diſtribuenda Roſweydus adumbrat. 13. Acta Sanctorum quomodo edenda cenſuerit Bollandus: 13. ejus operis propoſitum, methodus, & ſymmetria. *ibid.* & *ſeqq.* acta Sanctorum quorumdam non ſcripta. 24. & quæ ſcripta, eorum quædam abolita, deperdita quædam. *ibid.* alia jam olim corrupta, & vitiata. 25. acta martyrum ipſi nonnunquam tyranni in tabulas referri paſſi non ſunt. 24. & quæ olim fideliter conſcripta, veriſimile eſt Diocletiani feralibus edictis diſſipata; abſumptaque. *ibid.* poſtea denuo ſcripta ex ſæculi fama; quandoque ſola miracula. *ibid.* Acta S. Placidi, & ſociorum fabuloſa. 24. S. Martinæ ſeveriori nota caſtiganda. 288. S. Irenes fabuloſa. 305. uti etiam ſeptem Dormientium. 317. 329. & Danielis Prophetæ. 336
Acta Synodi Ratiſponenſis an. 742. item Sueſſionenſis an. 744. genuina non videntur. 223.
S. *Ado* Viennenſis in Gallia Epiſcopus luculentius ſcripſit martyrologium. 43. ejus editiones, & manuſcripta. *ibid.* illud Trevirenſi Adoni perperam attribuerunt Lipomannus, & Molander. 114. ſed auctori ſuo vindicavit, vulgavitque Roſweidus. *ibid.* martyrologium ſub nomine Bedæ excuſum eſt ex Adone ſumptum. 117. quo Adone uſus eſt etiam Notkerus Synebroous. *ibid.*
Adriani (Henricus) Romanum martyrologium in Teutonicam linguam vertit, eique Belgii Sanctos adjecit. 44
Æra Alexandrina annos Mundi 16. Chriſti 8. pauciores numerat, & cur. 157. vulgaris quæ? 184. 188. ei quinque anni ſunt præponendi. 182. a quonam inventa. 188. æram Chriſtianam unde auſpicatus ſit Beda, unde alii. *ibid.*
Africana Eccleſiæ in ſuorum martyrum geſtis deſcribendis ſtrenuam operam collocarunt. 5
S. *Albertus* e Vercellenſi Epiſcopo creatus Patriarcha Hieroſolymitanus. * 329. de hujus ſancti Patriarchæ cultu apud Carmelitas, & Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis in Italia. * 302
S. *Alexander* Papa quando ſederit, & quando occiſus ſit. 195. ejus acta illuſtria, & ob antiquitatem veneranda. *ibid.*
Alexander VII. ſummus Pontifex litem inter Arelatenſem Eccleſiam, & Ordinis Antoniani Archimonaſterium de reliquiis magni Antonii judicat ex Actis Sanctorum Bollandianis. 82. quo pacto ſopive-

piverit controverſiam circa electionem patroni principalis pro toto Navarræ regno. 88

Alexandrini nominibus menſium, & dierum Ægyptiacis utebantur. 157. anni initium ſumebant a menſe Thoth, cujus primus dies reſpondet 29. menſis Auguſti. *ibid.* & anni titulum a Regibus, Imperatoribuſque. 158. quam æram Chriſti uſurparent. 157

Alexandrinus Epiſcopus Paſcha toti Orbi Chriſtiano, quo die eſſet celebrandum, indicabat. 158

S. *Ambroſius* quoto æræ Chriſtianæ anno, & quo menſis Aprilis die ex hac vita mortali deceſſerit. 213. colitur die 7. Decembris non ſolum in Eccleſia Mediolanenſi, & Romana, ſed etiam apud Græcos, & Hiſpanos. *ibid.* Dies ejus obitus eſt Sabbatbum ſanctum Paſchæ, feſtum depoſitionis feria 5. poſt Paſcha. *ibid.* annus habendus triennio poſt mortem Theodoſii Imp. *ibid.* tempus ejus ſedis fuit an. 24. menſes 4. dies decem. 214. exequiis S. Martini ſpiritu interfuit. *ibid.* quo errore videatur natalis S. Ambroſii rejectus in 4. Aprilis. 215. cur a Græcis etiam colatur. 335

S. *Anacletus* quando Pontificatum geſſerit, & quando obierit. 194. diverſus omnino a S. Cleto. *ibid.*

S. *Anaſtaſius* Papa quando ſederit. 207. quando S. Anaſtaſius II. 209

Animula diademate, & ab inceuſantibus utrinque Seraphinis ſubvectæ in cœlum, in antiquis ſepulchris ſculptæ communes ſunt Pariſiis, & alibi. * 336

S. *Anna* an ex Levitica ſtirpe? 315. an ejus mater Emerentiana, & ſoror Iſmeria fuerit? *ibid.*

Annus Chriſti quando primum acceſſerit diplomatis Francorum regum. 223

Annus Græcorum, ut & Ruthenorum, a Septembri menſe ſuum ſumit exordium. 157. 283. Alexandrinus a menſe Thoth, cujus primus dies reſpondet 29. diei menſis Auguſti. *ibid.* in tota Gallia, etiam Ciſalpina olim annus incipiebat a feſto Paſchatis. 215

S. *Anterus* Papa quando ſederit 200. Geſta martyrum conquiſivit, an & Pontificum. *ibid.*

Antoninus Placentinus martyr auctor dicitur Itinerarii per terram Sanctam 354. quæ fides huic operi præſtanda? *ibid.*

S. *Antoninus* Archiepiſcopus Florentinus in ſua Chronica pleraque de Sanctorum rebus geſtis ex aliis accepta ſcriptoribus intexuit. 12.

Apocryphum quid ſit, quotque modis dicatur. 30. apocryphum dicitur, quod certo auctore caret. *ibid.* item quod inter divinæ Scripturæ libros non numeratur. *ibid.* præſertim quod ab aliquibus in Canone Scripturarum perperam reponitur. *ibid.* aut ſub ficto nomine editum eſt. *ibid.* denique quod in eccleſia legi non debet. *ibid.* quædam olim apocrypha, poſtea correcta. 31.

Apoſtoli Galliarum an Chriſti, & Apoſtolorum ejus diſcipuli? 21.

Archicapellani ſummum munus in recognoſcendis ſignandiſq; privilegiis, imo in tota capella regia. 222.

Archivium Clericorum Regularium ad SS. Apoſtolos Neapoli veteribus monumentis inſigne a Bollandianis Sociis perluſtratum. 93. item archivia baſilicarum Lateranenſis, Liberianæ, Tranſtiberianæ, & Vaticanæ, *ibid.*

Arcudius, Andreas, ex Menæis Græcorum Anthologion concinnavit, edidítque Romæ. 46.

Ardenulphus Vitas Sanctorum vel ſcripſit, vel conſarcinavit. 9.

Argentinenſe apud Jacobum Coccium diploma, quod oſtenditur ſcriptum 4. Nonas Aprilis Luna 7. anno ab Incarn. Dom. 662. Indict. 5. regnante Tageberto anno regni ejus 32. ſuppoſititium. 219.

Arturus a Monaſterio ejus Martyrologium Franciſcanum. 44. quid in eo improbetur. *ibid.* in nova operis ſui editione invehitur in Bollandum. 64. confutatur. *ibid.* ejus omiſſione, quia Bollandianum opus non legit. *ibid.*

Atteſtatio Thomæ Florentini Epiſcopi de fundatione eccleſiæ Carmeliticæ an. 743. ſuppoſititia. 251. & * 301.

Aurelianus Comes utriuſque militiæ quomodo Princeps, & imperator vocetur? 196*

B. M. Sepulchris inſcriptum non eſt *Beatus Martyr*, ſed *Beata* vel *Bona memoria*. 62.

Baptiſmus apud Græcos dicitur illuminatio. 287. ſolemnes baptiſmos Græci die Epiphaniæ facturi tres ei dies profeſtos præmittunt. *ibid.* baptiſmus Moſchorum in die Epiphaniæ qualis. 292. 319.

S. *Barbara* ſæculis antiquioribus ignota; ubi ſit ejus corpus. 334.

Baronius; ejus ſententia de ætate Metaphraſtæ a Bollando non approbata. 7. unius anni diſcrimen circa Romanos Imperatores inter Baronium & Petavium unde oriatur. 165. corrigitur. 190. 213. 288. 318. * 279. * 294. 401.

Baſilides Sacerdos, qui fauſta Veſpaſiano in monte Carmelo promiſit, quis fuerit? * 267.

Beatillus (Antonius) e ſocietate Jeſu quid ſuppeditarit Bollando Acta Sanctorum deſcribenti. 33. ejus obitus. *ibid.*

Becanus, Goropius, unde Francici lilii originem fabuloſe deducat? 167.

Beda presbyter Anglus Martyrologium ſcripſit. 39. extetne uſpiam germanum Bedæ martyrologium, dubitatur. *ibid.* vulgatum ejus nomine non eſt Bedæ. *ibid.* ſed Adonis, & cur Bedæ appelletur. 114. & 117. Beda primus cœpit Martyrologio compendia hiſtorica addere. 115. ſed imperfectum opus morte præventus reliquit. 116. hujus operis fragmentum inter MSS. Reginæ Sveciæ repertum. 116. & opus, perfectum inventum Divione in bibliotheca Boucherii. *ibid.* quod exhibetur cum Auctario Flori, & aliorum. 118. & ſeqq.

Bellarminus; ejus cenſura de Metaphraſtæ vitis Sanctorum nimis ſevera. 9. ejus error circa Vincentium Bellovacenſem. *ibid.*

Bellinus de Padua Auguſtinianus Venetiis anno 1498. Uſuardi martyrologium titulo martyrologii Romani edidit. 42.

Bernardus Guido ex Prædicatorum Ordine epiſcopus Lodevenſis aliquot de vitis Sanctorum volumina ſcripſit, & ubi ſerventur. 11.

Biblia in Slavonicam linguam converſa a SS. Cyrillo, & Methodio. 296.

Bibliotheca Barberinia quot monumenta ſuppeditarit Bollandianis ſociis deſcribenda, & in Sanctorum Acta transferenda. 92. quot Vallicellana. 93. 94. quot Caſinenſis. 93. quot Ducis Altempſii. *ibid.* quot Vaticana. *ibid.* quot Florentiæ Laurentiana. 100. quot Mediolani Ambroſiana. 101. & Taurini Ducalis. *ibid.* Divione quid Bibliothecæ Petri Franciſci Chiffletii, & D. Conſiliarii Boucherii. *ib.* quid Pariſiis bibliotheca Regia, & aliæ. 102.

Bollandus (Joannes); ejus propoſitum in Actis Sanctorum deſcribendis. 14. illius operis methodus, & ſymmetria. 15. 55. & ſeqq. completis Sanctorum Actis quænam opera in poſterum deſignarit. 22. quinam ex omni ordine auxilium ei præſtiterint in Sanctorum actis adornandis. 33. ejus patria, & ortus. 69. ingens memoria. 70. ingreſſus in ſocietatem Jeſu. *ibid.* Antuerpiam mittitur P. Heriberto Roſweydo ſucceſſor in Sanctorum actis colligendis. 74. ei datur ſtudiorum ſocius P. Henſchenius. 79. anno 1643. edit menſem Januarium. 81. ejus inſtructiſſimum muſæum. 85. anno 1658. emittit in lu-

lucem menſem Februarium. 86. cur e magiſtri cujuſdam manibus Senecæ opera excuſſerit? 70. quomodo Solatus fuerit Conſiliarium ad extrema deductum, & metuentem, ne præfervidæ ſeveritatis vindictam expeteret ſanguis illorum, quos morti damnaverat. *ibid.* tractatu de tribus Dagobertis quantum invaluerit auctoris fama. 86. commentarium ſcribit S. Firmini Ambianenſis Epiſcopi vigente controverſia inter Nobiles, & Clerum circa electionem patroni principalis pro toto Navarræ regno. 88. datur Bollando alter ſtudiorum ſocius P. Papebrochius. 90. ambos ſocios Romam mittit ad cogendam e bibliothecis ſupellectilem pro Sanctorum Actis amplificandis. *ibid.* anno 1665. tomum primum menſis Martii prælo commiſit 503. ejus obitus. 107. exequiæ a Religioſis Ordinibus variis defuncto celebratæ præter morem. 108.

Bona, Joannes, quid ſenſerit de Bollandianis Sanctorum actis. 89.

S. *Bonifacius* Papa quando ſederit. 207.

Boppardienſe epitaphium expenditur. 253. & * 336. *& ſeqq.*

Boyus (Andreas) e Societate Jeſu; ejus additamenta ad Romanum Martyrologium. 44.

Breviarium dicitur ſumma publicarum precum, quæ ab Apoſtolicis temporibus perægi in Eccleſia diſtinctis horarum ſpatiis ſolent. 44.

Bucelinus, Gabriel, ſcripſit Menologium Benedictinum. 63. quid in eo improbetur. *ibid.*

Bulla Joannis V. confirmantis privilegium S. Vindiciani Eccleſiæ S. Mariæ Atrebatenſis datum omnino fictitia. 241. non ſecus ac altera Gregorii II. falſo adſcripta apud Zilleſium. *ibid.* Bullæ unde dictæ, & quando ita cœperunt nominari. 246. aliæ Bullæ fictæ. *ibid.* genuinæ & originariæ credi nequeunt Bullæ, in quibus per Caroli, & Ludovici Imperatorum annos ſignata tempora ſubnotantur. *ibid.* item illæ, quæ annis Incarnationis notatæ ſunt, ante Eugenium P. IV. *ibid.*

S. Cæleſtinus Papa quando ſederit. 208.

Careſi, & Segni apud Julium Cæſarem qui? 392.

Cajetanus (Octavius) e ſoc. Jeſu; ejus idea operis de vitis Siculorum Sanctorum. 44.

S. *Cajus* Papa quando ſederit. 203.

S. *Calliſtus* Papa quando ſederit? 199. Acta ejus per Notarios Eccleſiæ Romanæ ſcripta. *ibid.* ejus decretum de jejunio die Sabbati ter in anno quomodo poſſit intelligi. *ibid.*

Camerarius (David); ejus liber de pietate Scotorum. 44.

Caniſius (Henricus) primus ex Codice monaſterii S. Galli martyrologium Rabani vulgavit. 42. item martyrologium Notkeri, ſed mutilum non uno loco. 43. & Menologium Græcorum ex bibliotheca, & translatione Cardinalis Sirleti. 45. 32.

Caniſius (Petrus) e ſocietate Jeſu; ejus martyrologium Germanicum. 44.

Canon Miſſæ an a S. Petro initium habuerit? 191.

Canonici Regulares congregationis Mortarienſis quando e cœnobio Papienſi Brixiam invecti. 265. quando Lateranenſes? *ibid.*

Cardonus, Daniel, e Societate Jeſu collega Henſchenio & Papebrochio datus; ejus defuncti elogium. 362

Cardoſus, Georgius, cujus Hagiologium Luſitanicum Chronicis, quæ Dextri, Maximi, Luitprandi, Juliani dicuntur, nimis adhæret. 63.

Carmelitæ quando primum in Europam migrarint. 248. eorum Florentinæ fundationis antiquitas examinatur, & exploditur. 249. & ſeqq. lapis Boppardienſis anni 543. Carmelitam non exhibet. 255. eorum veſtis olim barrata. *ibid.* ignoti in Occidente ſub anno 1220. quando hiſtoriam ſuam ſcriberet a Vitriaco. 256. Latinorum in Carmelo Priorum initium ad principia Amalrici Patriarchæ Hieroſolymitani referendum. * 515.

Carmelus a Gentilibus an pro Deo cultus? * 267. interpretatio Pythagoræ apud Jamblichum corrigitur. * 268. ibi profanæ ſortes conſulebantur, & idololatrica exercebantur ſacrificia per extorum inſpectionem. *ibid.*

Carolinum diploma apud Browerum in Annalibus Trevirenſibus fictitium. 243.

Carolus Magnus uſum numerandi per Indictiones in Galliam invexit. 223. Idem ſui Imperii annos numeratorus addere cœpit, *Chriſto propitio*; neque contentus finire apprecando *feliciter*, ſcripſit, *in Dei nomine*, aut *in Chriſti nomine feliciter. Amen. ibid.* primus uſurpavit unciales litteras in principio ſuorum diplomatum. 226. formulæ, quibus uſus eſt poſt adeptum imperium. 227. diſtinctio annorum Francici atque Italici regni ſeorſim numerandorum non fuit a Carolo uſurpata ante ſuſceptam imperii coronam ſaltem in diplomatis, cis Alpes conditis. *ibid.* ejuſdem in veteris ſigillis vultus barba ſemper raſa. *ibid.*

Catalogus Summorum Pontificum ad initium Liberii uſque deductus ſummæ antiquitatis opuſculum. 178. hujus pars prior uſque ad annum 230. deducta auctore forſan S. Antero Papa. *ibid.* altera pars fere ad finem continet reliqua. 179. Hic eſſe videtur Geſta a S. Damaſo ad S. Hieronymum miſſa, a Cuſpiniano ſparſim edita, ab Onuphrio ſæpe citata, & a Bollando communicata Bucherio, qui ea edidit in commentario ſuo in Canonem Paſchalis. *ibid.* Catalogus alter ſummorum Pontificum ex codice MS. Reginæ Sveciæ deſcriptus, deductus uſque ad Felicem IV. 178. & 179. uterque exhibetur. 180. *& ſeqq.* primus ſupradictus Catalogus a Damaſo Papa non eſt ſcriptus ſed approbatus. *ibid.* Ex ſecundo Catalogo deſumpſit Anaſtaſius Bibliothecarius vitas Pontificum, eaſque amplificavit, & nonnulla ex priore inſeruntur ſecundo. 195. hujus ſecundi locus perplexus, ſuppletur, & emendatur. *ibid.*

S. *Ceraunius* Pariſienſis Ep. acta Sanctorum collegit. 9.

Ceremonia ſe S. Goari captivum ſiſtendi, & redimendi quænam, & quanti pene ſteterit Carolo V. ritus hujus neglectus. 92.

Characteres diplomatum varii juxta variam eorum ætatem. 225. *& ſeqq.*

Chariton M. cur a Baronio in Martyrologio prætermiſſus? 322.

Charta plures Regibus Merovingicis aſſictæ indicantur. 243. chartæ quorumdam regum Anglorum fictæ. 247.

Chilpericus II. ex Clerico Neuſtriæ Rex cur Calenſis dictus. 169. in eo exſtincta univerſa illa Francorum ſtirps, quæ per Chlodoveum II. ducta communem cum S. Sigeberti poſteris originem habebat. 169.

Chlodoveus II. Neuſtriam, atque Burgundiam a patre Sigeberto moriente accepit anno 644. cecens inchoato. 167. quem ſane annum numerandum eſſe Chlotarii II. primum contra nuperum Francicarum rerum auctorem probatur. *ibid.* regnare anno 638. cœpit. 292. quomodo conciliari poſſit regni ejus annus tertius cum conſecratione SS. Eligii & Audoeni in Epiſcopos peracta die 14. Maji Dominica ante Rogationes. *ibid.* an. 656. obiit. 293.

Clodoveus III. & Childebertus III. non ſimul, ſed ſucceſſive in tota Monarchia Francica regnarunt, quod probatur. 168. puerulus thronum conſcendit. 297. 299. regnavit an. 4. & an. 697. mortuus eſt. 297.

Chlotarius II. Francorum rex non ante annum 628. vitam cum morte commutavit. 167.

Chlo-

Chlotarius III. in Neuſtria atque Burgundia rea nuo quatuor, ſed quatuordecim annos regnavit. 168.
Chriſtina Svecorum Regina Muſæum Bollaudianum inviſit. 83. quid diaerit, lecta S. Auſcharit Archiep. Hamburgeoſis vita a Bollando deſcripta. *ibid.*
Chriſtophorus Patricius, & Proconſul Mitylenęus Menologium in compendium redegit. 46.
Chriſtus an paſſus ſit die 25. Martii? 180. duobus Geminis Conſulibus. *ibid.* & 182. 186. qui iſtud aſſeruerint. 181. quomodo reliqua vita Chriſti huic ſententiæ ſit aptanda. 182. quot annis Chriſtus viaerit. *ibid.* unde Naaarenus dictus. 183. paſſum fuiſſe Chriſtum anno 15. Tiberii, quinam diaerint. 186. an eum inter Deos honorare voluerit Tiberius. *ibid.*
Chronica Hiſpanienſia Dextri, Maximi, Luitpraodi Julianni Petri ſuppoſititia. 52. *& ſeq.*
Chronicon, quod Roderus Græce & Latine edidit, appellavitque Aleaandrinum, Conſtantinopolitanum dicendum eſſe probatur. 157. quis illius auctor eſſe videatur? 158. mendum in eo tollitur. 161
Chronologia antiquorum Regum Franciæ. 378
Clauſula, qua veteres Pontifices litteras ſuas ſubſignabant, qualis. 241
S. *Clemens* Papa ſeptem inſtituit Notarios, qui martyrum geſta deſcriberent. 4. & 194. a S. Petro Epiſcopus ordinatus, Lino ſucceſſit, & præfuit uſque ad annum 77. abdicato vero Pontificatu vivit Epiſcopus Apoſtolicus, uſque ad an. 100. quo in mari ſubmerſus fuit. 193. ejus epiſtola nomine Eccleſiæ ſcripta ad Corinthios. *ibid.*
S. *Cletus* quando cœperit Pontificatum gerere, & quando martyrium paſſus? 194. an auctor formulæ: *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem*? 241
Cognomina quando, & qua occaſione uſurpari cœpta. 252. 258. 406. primum fuit homines addito paterni nominis genitivo diſtingui. 252. qui B. Virginem Mariam *de Monte Carmelo* cognominaverit, nemo invenietur ante 13. ſeculum. *ibid.*
Combefiſius Theophanem a Goaro illuſtratum & Latine redditum edidit, propriiſque notis adduxit. 158
Comitatus utriuſque militiæ ſummus olim honoris & dignitatis titulus. 196
Concilia Oecumenica ſex paſſim in templis depicta. 316. eorum memoria quotannis ſingulari feſto, ut inſtauraretur, conſtitutum. *ibid.* item ſynodi Oecumenicæ VII. 327
Conditorium Ss. Euchariſtiæ antiquitus e tholo pendebat. 445
Conſecratum Epiſcopi quid ſit. 207
S. *Cornelius* Papa quando ſederit. 201
S. *Coſmas* Epiſcopus Majumæ & S. Joannis Damaſceni diſcipulus. In reſtituendis locupletandiſque libris ſacrorum cantuum partem haud modicam ſortitus. 526.
Crux formari ſolita in ſignandis contractibus, & aliis quibuſque inſtrumentis a priſcis Chriſtianis. 229. eam Reges ac Principes deinde inſtruxerunt nominis ſui litteris, ipſi Cruci adnexis. *ibid.* in capitiis Monachorum olim impreſſa, uti etiam nunc apud Moſchos. 292
Cyfræ Arabicæ numerales notæ quoad uſum non erant Europæis ante bella ſacra. 253. earum uſus ex Iodia ad Arabes tranſiit. *ibid.* & * 323. Græcorum primus Planudes iis uſus. * 324. eaſdem Hiſpani acceperunt a Mauris. *ibid.* eædem multo ſerius aſſumptæ a Notariis publicis. * 325
S. *Cyprianus* Magus confuſus cum S. Cypriano Carthaginenſi Ep. a S. Gregorio Naaianaeno, & in Menæis. 325
Czar quid apud Moſcos ſignificet? eorum reges Czaris titulum a Papa petunt, ſed opponentibus ſe Polonis non impetraverunt. 285. uſurparunt tamen non invito Cæſare. *ibid.* illis jam ante attributum ab Imperatore Baſilio Monomacho. *ibid.*

D*Agobertinum* diploma de Laudemburgo Eccleſiæ Wormatienſi donato, ejuſque confirmationes Caroli, Ludovici, atque Lotharii nec originales, nec ſaltem ſincere deſcriptæ ſunt. 236. 237. Item Dagobertinum Lobienſe. 237. & Cameracenſe. 239. ac Amandinum. 240
Dagobertus primus jam totius Francici nominis Monarcha trifidum aſſumit ſceptrum. 167. unde credi poſſunt lilia Francica in regum teſſeris nata eſſe. *ibid.* ejus tempora digeruntur, itaut regnare cœperit anno Chriſti 622. & anno 638. obierit. 292.
Dagobertus II. mortuo patre S. Sigeberto a Grimoaldo Majori-Domus in Hiberniam amandatus. 170. S. Wilfridi ope reductus regnat in Alſatia, *ibid.* mox in tota Auſtraſia. *ibid.* an filium habuerit Sigebertum ex Machtilde uxore: 171. ejus poſteris regium nomen quadamtenus conſervatum uſque ad coronationem Pippini. *ibid.* ejus filiæ. 172. 219. ſe ſubſcribebat Francorum regem abſolute, licet in ſola imperitaret Auſtraſia. 237. ſub finem anni 680. a ſuis occiſus fuit. 295. Satanaci colitur ut martyr. *ibid.*
Dagobertus III. non fuit pater Theodorici ultimi, & probatur. 162. an. 711. rex ordinatur. 297. an. 715. moritur impubes. *ibid.*
S. *Dagobertus* martyr an filius Theodorici ultimi? 171 & ii filius, cur rex dictus? *ibid.*
S. *Damaſus* Papa quando ſederit. 207
Dedicatio templi S. ſepulchri quando peracta. 321
Deſcriptio cenſus a Sentio Saturnino facta quomodo Cyrino tribuatur? Explicatur D. Lucæ locus. 183
Dexter Paciani filius, Prætorio Præfectus ſub Theodoſio juniore omnimodam hiſtoriam ſcripſit. 21. hæcne ſit chronicon illius nomine non ita pridem editum dubitatur. *ibid.* de hoc chronico Bollandi judicium. 59. 60. Item Henſchenii. * 279
Diocletianus quando imperare cœperit, & a quo Chriſti anno ejus imperii exordium deſumendum ſit. 157
S. *Dionyſius* Papa quando ſederit. 202. tempus ejus ſedis e Conſulibus emendatum. 202
S. *Dionyſius* Alexandrinus Antiſtes Alexandrinorum martyrum acta deſcripſit. 5
Diplomata quotquot extant ante Carolum M. indubitata, & ipſius etiam Caroli, ſcripta ſunt formula, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* 223. Si quæ aliter inchoata oſtenduntur, fidem non faciunt utpote ſuppoſititia. *ibid.* quæ indictionis notam habent chartæ Francicæ Carolo Magno antiquiores, item ſuppoſititiæ ſunt. *ibid.* item quæ habent poſt regum annos. *Chriſto propitio*, vel in fine ante *feliciter*, *in Dei nomine*, aut, *in Chriſti nomine*. *ibid.* quando illis cœperunt ſcribi anni Chriſti. 223. *& ſeqq.* Concurrentis & Epactæ numerus nunquam in hujuſmodi ſcripturis regiis, imo nec in politicis, ac publicis ullis fuit in uſu. 224. genuina diplomata Ludovici nomen per H. inchoant. *ibid.* diplomata Regum Francorum primæ, ſecundæque ſtirpis, vel Romanorum Imperatorum uſque poſt Fridericum Ænobarbum nunquam expediebantur ſub ſolius Regis, vel Imperatoris ſignaculo ſine Cancellarii, Notarii, Archipellani, vel Archicancellarii recognoſcentis auctoritate, & ſigno. 229. diplomata non autographa, ſed vicaria, & ſuffecta etſi ad hiſtoriam inutilia, valent tamen in judiciis. 232
Diptycha quid eſſent, quique de iis ſcripſerint. 340 e ſacris diptychis nomina Epiſcoporum inter divini officii ſolemnia jam inde a primis Eccleſiæ Chriſtianæ

næ ſæculis recitabantur. 395

Diſpargum ſedes Regum Francorum. 385. non ulibi quærendum quam Dieſtæ. 386.

Dithmarus Merſburgenſis Epiſcopus an martyrologium ſcripſerit? 43

Diviſio Apoſtolorum quo anno contigerit. 187

Domenecus (Antonius Vincentius) Ordinis Prædicatorum Hiſtoriam Sanctorum Catalaniæ adidit. 44

Dominica Rogationum, & Dominica ante Rogationes an ſint diſtinguendæ? 292

Dormitio B. V. Mariæ, vel tranſitus a Græcis dicitur, quod Latini Aſſumptionem appellant. 318. quid de ejus defuncto corpore? *ibid.*

Dotatio Eccleſiæ Aretinæ an. 370. Zenobio cuidam afficta. 251.

Draco ſub pedibus aliquot Sanctorum depictus quid innuat? 294

E*Cceleſia* quælibet ſuos martyres celebrabat; quæ nullis erant nobilitatæ, aut paucis, aliunde petebant, quos venerarentur. 34. Romana eccleſia etiam alibi coronatos celebrat. *ibid.* inde ſuos ſibi faſtus, ſuas feſtorum tabulas conficiebant. *ibid.* & 43.

S. *Eleutherius* Papa per poſitivum decretum abſtulit diſcrimen ciborum ca præſcripto legis mundorum, & immundorum. 198

Epiſcopi Græci pallio utuntur, & unde ortus hic abuſus. 291. Epiſcopi Apoſtolici ab Hermone in Tauroſcythiam miſſi, & Hiſpanica figmenta inde nata. *278. cur Epiſcopi omnes fere antiquiorum præſertim Italiæ Eccleſiarum, per tria, quatuor, ac plura ſęcula priora Catalogo Sanctorum cenſeantur adſcripti? 395

Epiſtola Jo. Baptiſtæ de Marinis Ordinis Prædicatorum Generalis Socios Bollandianos omnibus ſibi ſubditos commendantis. 97. alia ſimilis Hieronymi Ari Generalis Carmelitici Ordinis. 98. Epiſtolæ Heraclii Imperatoris anno 628. ſcriptæ locus quomodo intelligendus ſit, notatur ejus Latinus interpres. 161. Epiſtolæ 22. lib. 9. s. Gregorii Papæ locus manifeſte corruptus reſtituitur. 163. Epiſtola Conſtantini Papæ a Bollando relata ad diem 11. Januarii in vita S. Eguini, ſuppoſititia. 247

Epocha duplex annorum Mauritii Imperatoris. 162. tertia, quam ſtatuit Panvinius, commentitia. 163 prima Tiberii imperii unde initium ſumat. 184. unde ſecunda. 185

Epternacenſe Pippini regis diploma genuinum non eſt, ſed pro originali ſuppoſitum. 236

Eſseni, vel *Eſsæi* qui fuerint? *268

Ethnici Scriptores cur de Sanctis ſæpius non meminerint. 28

Evangelium s. Marci a s. Petro dictatum. 191. idque Latine. *ibid.* Evangelium s. Joannis quando ſcriptum. *ibid.*

s. *Evariſtus* Pontifex Romanus quando ſederit, & quando obierit? 195

s. Eu*phroſina* cur a Carmelitis ſolemnius colatur? 322

s. *Euſebius* Papa quando ſederit. 204

Euſebius Cæſarienſis Ep. acta Sanctorum, non tamen omnium, collegit. 6. an Martyrologium ſcripſerit, incertum. 36. & 115. quam turpiter erret circa Romanos Pontifices. 177

s. *Eutychianus* Papa quando ſederit. 203

Exceptores ii erant, qui patronorum verba vel nova ſignorum velocitate, vel dexteræ, deſcribebant. 5. ex his fuit S. Geneſius martyr Arelatenſis. *ibid.*

F*Aber* (Jacobus) Stapulenſis Martyrum agones antiquis ex monumentis genuine deſcriptos publicare moliabatur, ac librum unum tantum per primi menſis feriem e typis emiſit. 12

s. *Fabianus* Papa ſeptem ſubdiaconos totidem Notariis præfecit, ut hi geſta martyrum in integro colligerent. 4. Tempus ejus ſedis. 201

Fabula de Jacobo de Voragine. 9. de S. Antonii tranſlatione Conſtantii tempore. 22. de cognatione S. Servatii cum Jeſu Chriſto. 25. de paſſione Donati Martyris. 26. de antiquis Scaligeris. 261. de Jeremia propheta. 305. de Joanne Patriarcha Hieroſolymitano, quem ordinarit Hadrianus P. I. *304

Faramundus primus Francorum rex antiquis Scriptoribus ignotus. 378

Faſti Eccleſiæ quinam, & unde? 34. quælibet ſuos faſtos ſibi conficiebat. ibid. faſti privati, quos privati ſibi deſcribebant, in quibus & publicas Reipublicæ ſolemnitates adnotabant, & præcipua Eccleſiæ feſta. ibid. Faſti ſacri variorum. 43. Auberti Miræi Faſti Belgici, & Burgundici. 44. faſtis Adonis Viennenſis a quibus vulgati. 114. faſti Eccleſiarum variarum impleti paucorum & magis ſibi cognitorum nominibus ex Martyrologio Hieronymiano, aut vicinarum Eccleſiarum tabulis. 115. Faſtorum uſus antiquus, & quid ſint faſti. 281. quid faſti picti? *ibid.*

Faſti Conſtantinopolitani, quos Chronicon Alexandrinum perperam vulgus appellat, cur Faſti Siculi ab aliquibus nuncupentur? 158

Felicius (Conſtantius) medicus; ejus Calendarium hiſtoricum. 44

S. *Felix* Papa quando ſederit. 203. quando S. Felix II. 206. quando s. Felix III. atavus s. Gregorii Magni. 209.

Ferrarius (Philippus) Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis; ejus Catalogus generalis Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt. 44. ejus pariter Catalogus ſanctorum Italiæ. *ibid.*

Fides Chriſtiana quando primum Sinis prædicata. * 296. anno Chriſti 636. apud eoſdem reſtituta. *ibid.* aliæ Apoſtolicarum virorum in Sinam miſſiones antiquæ. *303

Fitſimon (Henricus) e Soc. Jeſu, ejus Catalogus præcipuorum Sanctorum Hiberniæ. 44.

Florarium Sanctorum, ſive Promptuarium, quod manuſcriptum extat in Bibliotheca Antuerpienſi Patrum Societatis Jeſu, cujus auctoris ſit? 43. quando hic vixerit? *274

Florus, ſubdiaconuſne Lugdunenſis, an Monachus Trudonenſis, Martyrologium ſcripſit. 40. an uſpiam iſtud lateat, ignoratur. *ibid.* fuit Subdiaconus Lugdunenſis doctiſſimus. 116. & Uſuardo atque Adone ſenior. 117. coævus Rabano. *ibid.* ſcripſit additiones ad Bedæ Martyrologium iteratis curis. *ibid.* quæ tandem inventæ exhibentur, 118. & *ſeqq.*

Fons S. Wenefridæ Virginis apud Britannos in extremo Walliæ tractu, ad quem confluunt etiam hæretici ſuis, ſuorumque morbis remedium petituri. 25

Formula, *in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, non obtinuit ſub primæ ſtirpis regibus Francicis, ſed neque ſub Carolo Magno cœpit. 223. quando videatur incepiſſe. *ibid.* Formula, *in nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti*, primus videtur uſus Ludovicus Pius; eumque ſecuti Lotharius Imperator, & Ludovicus junior idem uſurparunt, *in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni*, vel ſimile quid. *ibid.* Ludovicus Ludovici Pii filius alter Germaniæ rex, ejuſque frater Carolus Calvus elegerunt, & quidem, ut videtur, primi ſcribere, *in nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis*. *ibid.* Formula *per manus* Pontificiorum diplomatum eſt, non Regiorum. 224. formula ſalutandi veteribus Pontificibus uſitata quænam? 248. formula ſubſignandi litteras Pontificias antiquitus qualis? *ibid.* formula; *regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto*, cur, & quando uſurpata? *ibid.* formula *ad futuram rei* me-

Digitized by Google

memoriam ante 12. ſeculum nuſpiam forte invenitur. 252.

Franci Salii trans Rhenum ac Moſam pulſi in Taxandria prope Tungros conſederunt. 388. Saliis poſtea juncti Franci trans Rhenum reliqui ſimul Franciæ regnum in Taxandria, Tungriaque ordiuntur. 389. Regia eorum Dieſta ſub nomine Diſpargi, ſeu Diſpurgi ſub rege Clodione. *ibid.*

G*Aleſinius* (Petrus) martyrologium S. Rom. Eccleſiæ uſui in ſingulos anni dies accommodatum cum eruditis annotationibus edidit. 44. quam parum illi fidendum ſit. 267. ejus errorum aliqua pars in Martyrologium Romanum traducta. *ibid.*

S. *Gelaſius* Papa eos libros apocryphos appellat, quos in Eccleſia ſancit publice legi non oportere. 30. quandiu ſederit. 209

S. *Geneſius* M. Arelatenſis Exceptoris artem exercebat. 5

Gentius (Antonius) multas Sanctorum vitas congeſſit, atque deſcripſit. 11

S. *Georgius* a Græcis paſſim *Megalomartyr* dicitur cœptus coli ſtatim a Conſtantini M. victoria de Licinio. 303. habitus ſemper Orientalis imperii defenſor, & Chriſtianorum contra Saracenos exercituum ductor. *ibid.* cur ad ejus pedes pingatur Draco. *ibid.*

Geſta Francorum a quibus collecta, & quam mendoſe? 169. Geſta Pontificum a Damaſo P. ad S. Hieronymum miſſa quænam fuerint? 179. Geſta S. Petri a S. Lino ſcripta an ſincera adhuc extent? 192

Ghinius (Conſtantinus); ejus Martyrologium Canonicorum Regularium. 44

Gianius Ordinis Servorum B. Mariæ hiſtoricus omnia de s. Philippo Benizio Ordinis inſtitutore monumenta collegit, cujus codex pergamenus extat in Sacriſtia S. Annuntiatæ Florentiæ. 99

Gilemannus (Joannes) vitas Sanctorum plurimas collegit. 11

Goar, Jacobus, Ord. Prædicatorum illuſtrator, & interpres Theophanis Chronographiæ. 155. 158

Gothi toto fere quarto ſæculo inſigniter Chriſtiani erant abſque ulla Arianiſmi contagione. 283. quando Arianam perfidiam amplexi ſint. *ibid.*

Græci poſt ſingula majora Chriſti Domini aut Deiparæ feſta ſubjungunt memoriam eorum Sanctorum, qui propius ad myſterium concurrerunt. 288. cur Chriſti Nativitatem, & Magorum adorationem ſimul celebrent. 336

S. *Gregorius Turonenſis* in aſſignando mortis S. Guntramni tempore uno anno diſſentit a Fredegario, & cur. 165. annos, ut & Fredegarius, videtur inchoaſſe a Natali Domini, aut ſaltem Romano more a Kalendis Januariis. 166. mortuus eſt an. 594. 17. Novembris. *ibid.*

S. *Guilielmus* fundator Guilielmitarum in Stabulo Rodis territorii Senenſis quisnam fuerit? 87. non fuit Auguſtinianus, neque Ciſtercienſis. *ibid.* & 88

Guilielmus de Sanvico Carmelita; ejus Chronica. * 329 defenditur Sanvicus contra prætenſam Ordinis in Europa diffuſionem ante tempus ab eo notatum. * 335.

S. *Guntramnus* anno 593. obiiſſe oſtenditur. 165. diſcrimen unius anni inter Gregorium Turonenſem, & Fredegarium explicatur. *ibid.*

H*Æretici* Sanctorum vitas cur adulterent, vel etiam fingant. 25. & *ſeq.*

Hagioptycha, quid ſint? Græca, & Moſcovitica exhibentur. 340. eorum forma, & uſus. *ibid.*

Haſbanienſis pagus idem qui Dioſtenſis. 391

Helena an in Paleſtina tot eccleſias extrui curarit, quot a Nicephoro Calliſto recenſentur, & vulgo creduntur. * 281

Henriquez (Chryſoſtomus); ejus Menologium Ciſtercienſe. 44

Henſchenius (Godefridus) datus adjutor P. Bollando ad Acta Sanctorum adornanda, quid egerit. 33. ejus ortus, & in ſocietate Jeſu ingreſſus. * 345. additus Bollando ſocius cum eodem perficit, & vulgat acta Sanctorum Januarii, & Februarii. * 346. Romam pro Bollando proficiſcitur anno 1665 ædit menſem Martium. * 448. deinde Aprilem. * 450. & dimidium Maji. *ibid.* ejus obitus. * 452

Heraclius Imperator quando regnare cœperit, & quando obierit? 160

Hibernia Innumerabilem olim Sanctorum multitudinem tulit. 58

S. *Hieronymus* Vitas Patrum, quarum aliquas ipſe compoſuit, alias in unum volumen fortaſſis redegit. 9. an Martyrologium ſcripſerit, incertum. 36. 115. Epiſtola præfixa Uſuardi Martyrologio ſuppoſititia. *ibidem.* ejus nomine inſcriptum Martyrologium vetus in Laurentio Epternacenſi deſcriptum ex autographo s. Willibrordi. *ibid.* & 37. ſi a s. Hieronymo id compoſitum, poſtea auctum fuiſſe oportet. 37. illius ſpecimen. *ibid.* aliud ſimile Hibernicum. 38. aliud minus Rhinowienſis cœnobii, cujus ſpecimen exhibetur. *ibid.* Hieronymianum Martyrologium recens excuſum Lucæ opera Joannis Mariæ Florentii. 114

Hieroſolymitanum Apoſtolorum Concilium quo anno habitum. 190

Hieroſolymitanus thronus inter patriarchales primus antiquitate originis, ſed ordine dignitatis poſtremus, Epiſcopos primum, deinde Patriarchas habuit. * 265. Hieroſolymitanum Patriarchium conſtitutum Accone. * 319

S. *Hierotheus* an Athenienſis Epiſcopus, & Dionyſii Areopagitæ Magiſter? 325. ejus fragmenta quæ? *ibid.* an fuerit Segovienſis primus Epiſcopus? *ibid.*

S. *Hilarus* Papa quamdiu ſederit. 208

S. *Hippolytus* non Papa Romanus, neque ſub Imperatore Claudio paſſus. 290. an paſſus in mari, & an Epiſcopus Portuenſis. *ibid.*

Hiſtorici olim ſolo Imperatoris anno publica ſcripta ſignare conſueverant. 157

Holſtenius, Lucas; ejus Romæ obitus quando acciderit. 94

S. *Hormiſda* Pontifex quamdiu ſederit. 210

Horreoſe diploma fabricatum ſub nomine Dagoberti Francorum regis primi demonſtratur eſſe fictitium. 217. & *ſeqq.* quomodo fabricatum, & errores chronologici ex Reginone accepti fuiſſe videantur. 234.

Horſtius Coloniæ Paſtor S. Mariæ in Paſculo quæ ſcripſerit. 82 ejus epiſtola ad Bollandum data, cum primos Actorum Sanctorum tomos viderit, & legerit. *ibid.*

Humarus Saracenorum princeps an capta Hieroſolyma in Chriſtianos perſecutionem excitarit? * 297.

S. *Hyginus* Papa cur martyr obiiſſe dicatur? 197.

J*Acobus* pœnitens, circa an. 601. prope Carmelum vivens an Carmelita creditus a Bollando? * 294

S. *Iacobus* frater Domini quando ordinatus Epiſcopus Hieroſolymitanus, & quando mortuus. * 265. ejus cathedra ad ſæculum uſque quartum conſervata. *ibid.* ejus Apoſtolatus ſupra duodecimum numerum. * 266.

Iacobus de Vitriaco obiit non anno 1244. ſed poſt 1236. * 323.

Iacobus de Voragine quis fuerit, & unde ſit dictus. 9. Philippi Bergomenſis de eo fabula exploſa. *ibid.* multas Sanctorum vitas in unum volumen congeſſit, quod Aurea Legenda, ſive hiſtoria Longobardica appellatur. 10.

Indictio. Cur Cyclus indictionum mutatus non ſit, duabus uno anno geminatis? 160. quando indictionum initium ad Septembrem redierit? 161. an men-

Digitized by Google

menſe Martio cœperit aliquaodo Indictio? *ibid.* anoos Indictionis numerabant in ſuis diplomatis Imperatores Romani poſt Conſtantinum, & ſub iis Romani Pontifices, ac denique Longobardorum reges in Italia. 223. Francis primæ ſtirpis Indictiones ignotæ fuerunt; nec in ſecunda ſtirpe receptus earum uſus niſi poſt Carolum Magnum Imperatorem creatum. *ibid.*

Innocentes ab Herode rege occiſi quando, & eorum numerus. 337.

S. Innocentius I. Papa ſedit ab anno 402. ud 417. & quando mortuus ſit. 207.

Inſcriptio ſepulcbralis quædam a Dionyſio Bonfanto ridicule expoſita explicatur. 62.

Invocatio SS. Trinitatis. *In Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis non* obtinuit in ſcribendis diplomatis ſub primæ ſtirpis regibus Francicis, ſed neque ſub Carolo magno cœpit. 223. quando hæc formula cœpta ſit adhiberi. *ibid.*

S. Joannes Baptiſta memoratur a Græcis die 7. Januarii 288. ejus manus ſæculo 2. Antiochia Conſtantinopolim tranſlata. *ibid.* cur pingatur cum magnis ad humeros alis. *ibid.* ejus caput quando, & ubi inventum. 295. 307.

Joannes XLII. Hierosolymitanus Epiſcopus, & primus Patriarcha an ſit auctor libri de Inſtitutione Monachorum ad Capeaſium. * 283.

Joſephus Antiochenus an ſæculo Chriſti ſecundo ſcripſerit librum de perfecta militia primitivæ eccleſiæ?* 270.

S. Irmina Dagoberti ne primi, an ſecundi filia veroſimilius dicenda ſit? 218.

Judæi veteres Cyclo corrupto utebantur. 182. non potuerunt veritatem attingere. 182. per totum orbem Romanum cur intercempti. * 309.

Julianus Petrus; ejus Chronicon ſuppoſititium. 61.

Juſtus, qui & Judas quando electus Hieroſolymitanus Epiſcopus, & quando deceſſerit. * 268. non fuit martyr. *ibid.*

Juvenalis Patriarcha Hieroſolymitanus quamdiu ſederit. * 285. primatum Paleſtinæ ambit.* 286.

K*Alendaria* quænam, & unde originem ſortita. 34. Kalendarium olim fuit in Eccleſia Cordubenſi. 36. Kalendarius Eccleſiaſticus Rodulphi a Rivo Bredani. 43. Kalendarium hiſtoricum Conſtantini Felicii. 44 Kalendarium dirionis Leodienſis in Belgio. *ibid.* Scoticum Adami Regii. *ibid.* Kalendarium Benedicti Dorganii. *ibid.* ſacri Ordinis Ciſtercienſis. *ibid.* Kalendarium Rothenorum editum a Poſſevino. 47. Kalendarium Syrorum ediſum a Genebrardo. *ibid.* Hieroſolymitanum. *ibid.* Captivum, cujus ſpecimen exhibetur. *ibid.* Kalendariorum appellatio aureo etiam ſæculo nota quid tunc innueret. 281. uſus antiquus faſtorum, & Kalendariorum tranſlatus ad normam Eccleſiaſticam. 281. etiam apud Græcos ſub nomine Menæorum Menologiorum, Ephemeridum. *ibid.*

L*Aterculus* Polemei Silvii ſcriptus nono Chriſti. 448. vel initio 449. ejus ſpecimen exhibetur. 54. Laterculi appellatione quid ſignificetur. 281.

Lectio ſacra ſuper menſam diu ante s. Benedicti ætatem uſu recepta. 68. a Monachis dein ad Clericos etiam manavit. *ibid.*

Legenda Aurea Jacobi de Voragine defenſa. 50. in ea ridiculę alterius auctoris, ut videtur, præfationes. *ibid.* in eam Georgii Wicelii iniqua cenſura. *ibid.* ſerior Ludovici Vivis. *ibid.* & 21. eadem Legenda a Claudio Roca recognita. 51. alia legenda aurea recentior, quæ tomus ſecundus vocatur. 11.

S. Leo I. Papa quando ſederit. 208. quid de ejus decreto de virginitate 60. annorum, cujus probatio ad velamen ſacrum exigitur a Monacha? *ibid.*

Leo Papa IX. in certum ac ſtabilem morem aſſumpſit ſuis ſcriptis præmittere. *Salutem & Apoſtolicam benedictionem*, quod alii poſt eum tenuere. 241.

Leo quo errore S. Hieronymo appingatur. 297.

Liber Pontificalis, ex quo vitæ Pontificum editæ ſunt a Lipomano, & quæ in tomis Conciliorum ſaltem uſque ad tempora S. Gregorii allegantur, & poſtmodum ea Anaſtaſio aliiſque continuantur, ac paſſim in Annalibus Eccleſiaſticis laudantur. 578.

S. Liberius Papa creatur 22. Maji anni 353. & in exilium abire juſſus depoſuit Pontificatum. 206. in ſedem reſtitutus quando obierit. *ibid.*

Libri apocryphi, quos perſtringit Gelaſius Papa, quinam ſint. 30.

Lilia in regiam Francorum teſſeram non abiere ante ſæculum duodecimum. 167. unde nata credi poſſint. *ibid.* ab ipſo Noacho eorum originem per ingenioſa magis, quam veroſimilia commenta deducit Goropius Becanus. *ibid.*

S. Linus fuit Vicarius S. Petri annis 9. vetus pontifex an. 2. ſcripſitque res geſtas S Petri, & forte etiam S. Pauli, ſub Nerone occiſus. 592.

Lipomanus (Aloyſius) Ep. Veronenſis Græcas Sanctorum hiſtorias a Metaphraſte editas Latine a Petro Franciſco Zino, Gentiano Herveto, & Guilielmo Sirleto verti curavit, & in lucem emiſit. 8. recenſio ejus operis in octo tomos diſtributi. 52.

Liquor ſcatens ex oſſibus S. Nicolai non ſolum Barii, ſed etiam Wormatiæ. 335.

Loſtraſti & Dioſtenſis Comitatus quinam ſit? 389.

Lotharingia unde nomen acceperit. 238.

S. Lucius Papa quando ſederit. 205.

Luitprandus Ticinenſis Diaconus, ac dein Cremonenſis Epiſcopus, ejus hiſtoria probatur, non autem Chronicon, aut Adverſaria. 60. non videtur fuiſſe Toleti ſubdiaconus ſub Bonito Ep. *ibid.* anno 927. Ticini patre orbatus adhuc parvulus, poſtea Hugoni regi Italiæ acceptus ob cantus peritiam. *ibid.* Berengarii Marchionis, jam deinde regis, ſecretarius factus, & ab eo an. 948. miſſus legatus ad Conſtantinum Imperatorem, & ſequenti anno reverſus. 61. non ergo ante annum 950. ivit in Hiſpaniam. *ibid.* hiſtoriam ſuam ſcripſit poſt annum 957. *ibid.* an Luitprandus Abdraam regem noſtrum vocarit? *ibid.*

M*Agi*; quando trium Magorum corpora Mediolanum tranſlata ſint? 399.

Magiſter, dignitatis nomen in aula Conſtantinopolitana. 8.

Majores-Domus, ex quibus ſecunda in Gallia Regum familia. 172.

Majoricenſe regnum quando cœperit? 499.

S. Marcellinus Papa quando ſederit. 203.

S. Marcellus Papa confunditur a Græcis cum S. Marcellino. 204. tempus ejus ſedis. *ibid.*

Marcellus Donatus Taciti commentator refellitur.*267.

Martyres; eorum triumphos in Eccleſiæ conventibus celebrare publica laudatione mos antiquiſſimus, & cur inſtitutus. 34. eorum certaminis dies ſedulo adnotari ſolitus. *ibid.* Eccleſia quęlibet celebrabat ſuos martyres. *ibid.* martyres habendos eſſe negavit Eccleſia Romanos cęſos in prælio etiam contra hoſtes fidei. 263. martyres majori numero occiſos, quam ut ſingulis poſſet ſepultura parari, in puteis ad hoc deſiccatis componere frequens eccleſiæ veteris conſuetudo fuit. 267.

Martyrium Brixianum, libellus Italice MS. quanti faciendus ſit. 259. & ſeqq.

Martyrologia unde ortum duxerint. 34. alia legi in eccleſiis ſolita. 36. tale fuit olim in Eccleſia Cordubenſi. *ibid.* tale an ſcripſerit Euſebius, & verterit, aut etiam ſcripſerit S. Hieronymus, incertum. *ibid.*

Mar-

Digitized by Google

Martyrologia Euſebii, & S. Hieronymi. *ibid.* hujus ſpecimen ex vetuſtiſſimo exemplari in Carthuſia Trevirenſi reperto. 37. Romanum martyrologium modernum, & vetus. 38. Romanum modernum ea Uſuardo eſt; aliud olim, non illud a Roſweydo editum. *ibid.* ſed quod S. Hieronymi dicimus, quo & S. Ado uſus eſt. 39. Martyrologia Bedæ, & Flori. *ibid.* Bedæ Martyrologium non eſt, quod vulgatum eſt ejus nomine. *ibid.* Manoſcripta quatuor ejus nomine inſignita; Centulenſe, cujus ſpecimen affertur. *ibid.* Leodienſe, Centulenſi longe diverſum, & recentes auctum, cujus item ſpecimen exhibetur. *ib.* Tornacenſe, & Antuerpienſe, quorum pariter ſpecimina afferuntur. 40. Martyrologium Flori. *ibid.* Uſuardi. 41. varia ejus exemplaria. 42. Martyrologia Rabani, & VVandelberti. *ibid.* Adonis, Not-Heri, & Ditmari. 43. Martyrologia recentia tum generalia, tum peculiaria gentium provinciarum, ordinumque religioſorum recenſentur. 43. & ſeqq. martyrologium Hieronymianum recens Lucæ eaeuſem opera Joannis Mariæ Florentii. 114. Variæ Eccleſiæ varia martyrologia concinnarunt proprios faſtus ex martyrologio Hieronymiano ſupplentes, vel ipſum ad pauciora nomina contrahentes. 115. Martyrologium Brixianum acutum ex Catalogis eccleſiæ S. Afræ perpenditur. 256. & ſeqq.

S. *Maternus* an Tungrenſis Epiſcopus. 358.

Maurolycus (Franciſcus) Abbas Mettanenſis; ejus Martyrologium. 44.

Maximus Epiſcopus Cythereus Lectiones Sanctorum ex Menæis in vulgarem Græcam linguam veſtit, ediditque Venetiis. 47.

Maximus Ep. Cæſaraugnſtanus; de ejus vulgato Chronico Bollandi judicium. 60.

Mediolanenſis Eccleſia an anno uno citius, quam Romana, ſedem epiſcopalem acceperit? 395.

S. *Melchiades* Papa quando ſederit, & obierit. 204. ejus cultus. *ibid.*

Menæa apud Græcos quid ſint. 45. 63. 281. majora Menæa pluribus tomis Venetiis edita. 46. a Matthæo Rodero verſa. *ibid.* ex iis Antonius Arcudius Anthologium concinnavit. *ibid*

Menardus (Hugo) ejus Martyrologium. 44.

Menologia Græcorum quid ſint? 45. 281. Menologium antiquum MS. Romæ olim Baſilii Macedonis Imp. juſſu ante annos fere 800. conſcriptum, & Divorum, quorum in eo elogia celebrantur, imaginibus ornatum. 45. Menologium a Caniſio editum valde diſcrepat ab illo Baſilii. 46. aliud luccinctius Venetiis editum. *ibid.* aliud item minus. *ibid.* aliud a Cootio Græce editum. *ibid.* aliud Latine a Genebrardo. *ibid.*

Metaphraſtes (Simeon) a Leone VI. Imp. legatus in Cretam miſſus anno 91 I. adhuc juvenis nobilis, & dives. 6. ſcriptor vitæ S. Theoctiſtæ Lesbiæ. *ibid.* poſtea magnis honoribus ornatus. 7. vitas Sanctorum collegit, & interpolavit. *ibid.* ſancte mortuus, & a Michaele Pſello laudatus. *ibid.* non magiſtro Leonis Philoſophi, ſed juniore. *ibid.* vitæ a Metaphraſte collectæ, vel ſcriptæ. 8. editæ a Lippomano non omnes. *ibid.* non ſolæ leguntur in eccleſia Græcorum. *ibid.* non fuit ludi magiſter, ſed forte Magiſter Cæſarum, aut Reipublicæ. *ibid.* defenditur contra Bellarminum. 9. unde ei cognomen Metaphraſtæ. 320. an auctor vitarum omnium Græcorum per totius anni curſum digeſtarum? *ibid.* ejus parachroniſmus. 280.

Miracula eadem variis quandoq; Sanctis adſcribuntur. 24. quæ paradoxa videntur, non ideo temere damnanda ſunt. 25. præſertim a Scotis, Hibernis, Britonibus facta. *ibid.* miracula non beatificatorum edi vetantur. 31.

Miræus caſtigatur, quod aſſeruerit Metaphraſten vitas Sanctorum Orientalis Eccleſiæ legi: item quod dixerit, eumdem fuiſſe Ludimagiſtrum. 8. falſo aſſerit Vincentium fuiſſe Bellovacenſem Epiſcopum. 9. ejus Faſti Belgici, & Burgundici. 44.

Miſſa ſicca quæ? 495. ejus frequens uſus olim in navibus. *ibid.* in quo differat a Miſſa Præſanctificatorum. *ibid.*

Molanus (Joannes), ejus Natales & Indiculus SanSanctorum Belgii. 44. Uſuardi martyrologium proxime ad nativam puritatem adductum exhibuit. 114.

Molarium, numiſma honorarium, unde ſic dictum. 469.

Mombritius (Boninus) duo ingentia volumina edidit de actis Sanctorum ex Mss. Codicibus, quod opus Sanctuarium inſcripſit. 12.

Monachi Benedictini a Ramperto Epiſcopo anno 842. e Gallia Brixiam evocati in Eccleſiam & cœnobium S. Fauſtini Majoris. 264. Monachorum Rathenorum quam ſevera ſit diſciplina. 308. Gentilium converſioni incumbunt. 309.

Monaſteria fere ſingula vitarum ſanctorum volumina vel ab aliis deſcripſere, vel conſarcinavere ſibi paria. 2

Monogrammata in diplomatis unde cœpta. 229. in iis formæ crucis primum acceſſerunt litteræ nominum regiorum, & hæc monogrammata antiquiſſima. *ibid.* quod pauci poſt Carolum M. ſervarunt. *ibid.* Ludovicus Imperator cœpit ſigno quadrato uti, quod etiam apud Italos tranſiit. 230. eamdem formam ſecuti Ottones ex ſolis nominis litteris. *ibid.* S. Henricus Imperator factus litteris nominis addidit X. *ibid.* quem imitati Conradus, & Henrici duo decuſſatas cruces adhibuere. *ibid.* & 231. teſſella uſus Carolus IV. *ibid.* ante quem aliqui omni quandoque ſigno abſtinuere, ſicut & Reges Francorum ſtirpis tertiæ. *ibid.*

Mortui ex uſu, imo lege Romanorum extra mœnia efferebantur; idque etiam Chriſtiani fere tenuerunt, quamdiu ſub Romanis fuere, ut cœmeteria extra urbes haberent. 376.

Moſci quando fidem Chriſtianam amplexi ſint? an a Græcis ſchiſmaticis? 283. qui valde ſero ſuum ſchiſma ſtabiliverunt in Ruſſia. 284. qui non debet cenſeri fidem ſemper cum Græcis mutaſſe. *ibid.* quin potius unionem cum Romanis identidem profeſſa eſt. *ibid.* eorum ſancti an reſpuendi. 124. 286. eorum Metropolitæ ſemper uſque ad medietatem ſæculi 16. confirmationem ſuam a Patriarcha CP. expetiere. 284. cur olim alieniſſimi a Latinis. 285. quam ſcrupuloſe ſanctorum ſuorum imaginibus addant nomina. 290. improbant imagines ſculptas quamvis ſanctorum, & cur. 291. quam decenter pias imagines pingant. *ibid.* ratio horum propria in ſupputandis numeris a 10. ad 20. 292. ſibi primum prædicaſſe Jeſu Chriſti Evangelium S. Andream Apoſtolum putant. 334. quam religioſe colant imagines. 340. in loco, ubi ſunt imagines Sanctorum, niſi bene occluſæ, obtectæque fuerint, conjugali commercio uti non audent. *ibid.* Th. fere per Ph. ſolent proferre. 343.

N*Atalis Dies* urbis Conſtantinopolitanæ quando a Græcis ſolemniſſimo feſto celebretur. 308.

S. *Nicolaus* Myrenſis Epiſcopus ſingulari cultu a Ruthenis colitur. 338.

Nomen addere Sanctorum imaginibus antiquiſſima non ſolum Orientalium, ſed etiam Occidentalium Eccleſiarum conſuetudo. 291.

Notarii ſeptem a S. Clemente P. inſtituti, qui geſta

Digitized by Google

geſta martyrum conſeriberent. 4. quibus a Fabiano P. præfecti Subdiaconi. *ibid.* hi notarii in ſuos commentarios referebant etiam ea, quæ privatim in prætorio geſta erant, vel ex tabulis Exceptorum deſcripta, vel etiam pretio redempta. 5

B. *Notkerus* Balbulus in cœnobio s. Galli Monachus Martyrologium ſcripſit. 43. illud vulgavit Caniſius, ſed mutilum non uno loco. ibid. ſynchronus Adoni fuit, quo etiam uſus eſt, ſicuti & Rabano. 157

Numeri Concurrentis, & Epactæ nunquam deſcripti in diplomatis regiis, neque etiam in politicis ac publicis aliis chartis. 114

s. ONeſimus S. Pauli diſcipulus confuſus cum altero in ejus actis apud Lipomanum & Surium. 294

PAgani dicti Gentiles, poſtquam per leges cæluſi ab urbibus ſolis in pagis permittebantur profana ſacra exercere. *358.

Panis quotidianus, Martyrologium editum a Hieronymo de Villaviltis Canonico Regulari, & Hagenoæ excuſum. 43

Papa, titulus Alexandrinis Patriarchis ſaltem poſteriorum ſæculorum cum Romanis Pontificibus communis. 810. eodem titulo alii Epiſcopi in accidente, ac Oriente per aliquot ſæcula paſſim appellati. 810

Paracletica qualis liber apud Græcos. 311

s. *Paula* quando Palæſtinam perluſtraverit. *282. quæritur, cur illa Carmelum non adierit. *283

Perſecutio Neroniana quo anno cœpta. 190. perſecutio Chriſtianorum ſub Achemo Saraceno principe. *309

Pervigilium cum jejunio nullum apud Moſcos. 319. præter unum, decollationis nempe Joannis Prodromi. 320

S. *Petrus* Apoſtolus anno æræ vulgaris 29. Epiſcopatum ſuſcepit 4. annis in Oriente. 189. anno 33. Cathedram Antiochiæ collocat. *ibid.* anno 40. Romæ. *ibid.* an. 43. vinctus Hieroſolymis ab Angelo liberatur anno 47. interfuit Hieroſolymitano concilio, & an. 56. s. Linum Vicarium ſibi, ſive Chorepiſcopum ſtatuit. 190. anno 65. paſſus cum s. Paulo. *ibid.* dictavit s. Marci Evangelium. 191 an etiam tria evangelia collegerit, idque Latine, ſicuti Canonem Miſſæ, & Pſalterium? *ibid.* tres ordinavit Epiſcopos pro eccleſia Romana, ut ſucceſſive illi præficerentur. *ibid.*

Petrus Clodienſis ex Ord. Prædicatorum duo de vitis Sanctorum volumina ſcripſit. 11

Petrus IV. Aragoniæ rex cur tertium ſe appellet? 421

Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus Catalogum Sanctorum ſcripſit, non omnino accuratiſſime. 11 quando illum ſcripſerit. 55

Philippus Bergomenſis; ejus fabula de Jacobo de Voragine exploſa. 9. & 10

Phocas, Joannes, Scriptor de locis ſacris, quis fuerit, quando vixerit, ejuſque editiones. 345

Pippinianum diploma Lobienſe minime genuinum. 237. uti & Cameracenſe. 239. itemque aliud apud Brouwerum in Annalibus Trevirenſibus. 243

Pippinus rex Francorum anno 750. dictus, anno 751. coronatur. 173. duplex ejus Epocha. *ibid.* retractantur, quæ pagina citata de duplici Pippini epocha, & de anno ejus primo dicta ſunt. 236

Pippinus Heriſtallus nunquam ſe regem appellavit, neque a ſcriptoribus coævis ſic vocitatus fuit. 238. in charta anni 705. ſolum vir *illuſter* dicitur. *ibid.* a Plectrudis conſortio conjugioque nunquam ſe ſejunxit. *ibid.*

s. *Pius* Papa an poſtponendus s. Aniceto? 198. quando obierit. *ibid.*

s. *Pontianus* Papa quando ſederit, & ubi obierit. 200

Pontifex Romanus geſta martyrum a Notarios deſcripta recognoſcere, & recondere conſueverat. 4. ad eum ſolum nunc ſpectare videtur decernendum, quid in Eccleſia publice legendum ſit. 31. ejus decreta, ne edantur miracula non beatificatorum. *ibid.* quo favore exceperit, & proſecutus ſit Bollandianos ſocios. 94. & ſeqq.

Poſſevinus corrigitur. 9. 11. Calendarium Ruthenorum edidit. 47

Præſentatio B. V. Mariæ quando cœperit feſto die celebrari. 331

Privilegium ſub neſcio cujus Leonis Papæ ſcriptum fictitium eſt. 220

Pſalterium Davidicum an primo in Latinam linguam verſum auctoritate s. Petri. 191. ejus ab initio maximus uſus in communi precatione Chriſtianorum. *ibidem.*

Pſellus, laudator Metaphraſtæ non fuit magiſter Leonis Philoſophi, ſed junior. 7. qui anno 1057. claruit. *ibid.*

RAbanus Maurus Abbas Fuldenſis, poſtea Moguntinus Archiepiſcopus Martyrologium ſcripſit. 41. illud primus vulgavit Henricus Caniſius. *ibidem.*

Raderus Chronicon, quod ex Auguſtano Mſ. Græce, & Latine edidit, Alexandrinum perperam appellat, cum potius Conſtantinopolitanum vocare debuiſſet. 157

Radulphus a Rivo Bredanus Calendarium Eccleſiaſticum edidit. 43. etiam Martyrologium verſibus exaraſſe dicitur. *ibid.*

Raptus Elianus per totum Orientem celeberrime celebratus. 314

Raynaldus ſcriptor Annalium Eccleſiaſticorum corrigitur. 284

Rayſſius (Arnoldus); ejus Auctarium ad Molani Natales, itemque Hierogazophylacium Belgium, ſive de Sanctorum reliquiis. 44

Regemundus, cui Luitprandus ſuam hiſtoriam dicavit, quis fuerit. 61

Regino non notavit libro primo ſui Chronici annos Chriſti. 235. ſed eos poſtea alius adjecit valde imperite. *ibid.* atque imperite pro autographo Reginonis oſtenditur liber anno 1084. ſcriptus. *ibid.*

Regius (Adamus); ejus Kalendarium Scoticum. 44

Rogationes in diœceſi Rotomagenſi inchoabantur Dominica die ante Aſcenſionem. 292

Roger, Gaſpar, Abbas Lætienſis; ejus elogium. 53. 54

Roſweydus (Heribertus) Acta ſanctorum edere molitus eſt. 1. ejus opera, typis mandata. *ibid.* quo anno, cujuſque ætatis diem ſupremum obierit. *ibid.* Idea ejus operis de ſanctis in decem & octo tomos diſtribuendi. 13. auctori ſuo vindicavit, & vulgavit Adonis faſtos. 114

Ruggerus ſex ingentia Vitarum ss. volumina compoſuit. 9. quis iſte Ruggerus fuerit, & quando vixerit. *ibid.*

SAncti qui dicantur? 395. Epiſcopi diptychis inſcripti communi ſæculorum primorum uſu ſancti, & ſanctiſſimi nominabantur. ibid. viventibus item dabatur hic titulus. *ibid.*

Saraceni, qui ex Africa in Europam venerunt, ferociores, & Chriſtianis infenſiores Saracenis Aſiæ victoribus. 341

Sardinia morbida inſula a Romanis delecta, in quam ſontes relegarentur. 61. in ea multi martyres, & Confeſſores Romani & Afri. *ibid.*

Sauſſajus (Andreas); ejus Martyrologium Gallicanum. 44

Sepulchra, & Lipſana nuper in Sardinia inventa, an omnia ſanctorum? 62

Se-

Series Dagobertinorum in Burgundia ſere Neuſtriaque regnantium per Chlodoveum II. ad Dagobertum poſtremum deſcendens. 166. Auſtraſiorum regum ſeries a Dagoberto I. ad Dagobertum II. 169
Series genealogica Regum Aragoniæ. 42. Regum Majoricæ. 428
Serpens Moyſis æneus quando Mediolanum tranſiit? 399.
s. *Servatius*, quem Trajectenſes ſuum dicunt Epiſcopum, fingitur Chriſti cognatus. 25. an amitinus s. Joannis Baptiſtæ, & cognatus Chriſti Domini fuerit? *359. an tribus ſæculis vixerit? *ibid.* an ſedem Tungrenſem Trajectum tranſtulerit? 368
Sitras (Seraphinus); ejus Martyrologium ſacri Ordinis Prædicatorum. 44
Sigebertus Gemblacenſis viris magnis præivit in erroresnec leves, nec paucos. 167
s. *Sigebertus* III. Auſtraſiæ rex an fratri Chlodoveo ſegnanti in Neuſtria ſupervixerit? 169. mortuus eſt an. 663. aut forte 665. 170
Signum notariale omnibus diplomatis tum Regiis primæ & ſecundæ ſtirpis, tum Imperialibus uſque poſt Fridericum Ænobarbum addebatur. 229. quando apud Italos in uſu eſſe cœperit. 153
s. *Simplicius* Papa ſedit ab anno 467. ad 483. 209
s. *Siricius* Papa quando ſederit. 207
s. *Sixtus* I. Papa quando ſederit. 196 quando s. Sixtus II. 202. quando tertius. 208
Sixtus Senenſis corrigitur. 9
Smyrnenſis Eccleſia martyrium s. Polycarpi litteris mandavit, & ad varias Aſiæ Eccleſias miſit. 4
Stadallus quid ſit? 475. per errorem. 575
Stella quando Magis apparere cœperit? 337
Stemma genealogicum poſteriorum Regum ſtirpis Merovingicæ. 164
s. *Stephanus* Papa quando ſederit. 202
Stylitæ quinam? eorum inſtitutum ex oriente ad Ruthenos tranſiit, atque etiamnum viget. 308
Subdiaconi ſeptem a Fabiano P. ſeptem Notariis, quibus cura erat acta martyrum deſcribere, præfecti. 4. qui ea a Notariis accepta offerebant Pontifici. *ibid.*
Suetonii locus emendatur. *267
Surius (Laurentius) quis fuerit? 12. ejus opus de Vitis Sanctorum in ſex tomos primum diſtributum. *ibid.* auctum deinde ab ipſo, eoque mortuo a Jacobo Morando ſuppletum, & in ſeptem tomos diviſum. *ibid.* ejus operis tertia & locupletiſſima editio duodecim tomos complectens anno 1618. prodiit. *ibid.* & 13
s. *Symeon* quando electus epiſcopus Hieroſolymitanus, & quando martyr factus. * 266. Jacobo ex eodem patre Cleopha natu ſenior. *ibid.*
S. *Symmachus* Papa quandiu ſederit. 210.
Synaxaria quid ſint? 281.
Syncellus Chronographiam incepit, quam moriens s. Theophani commendavit. 155. Diocletiani initia ad annum 278. æræ Alexandrinæ non bene differt. 157.
T*Abulæ* Chronologicæ Theophanis Chronographiæ aptatæ quam erroneæ ſint. 155. quomodo confectæ videantur. 156.
Tamajus, Joannes, de Salaſar; ejus Martyrologium Hiſpanicum Chronicis, quæ dextri, Maximi, Luitprandi, Juliani dicuntur, nimis inhærens. 63.
s. *Teleſphorus* Papa quando ſederit, & obierit. 196.
Teſtamentum s. Aldegundis confictum. 242.
Thebæi a quo Hieroſolymit. Epiſcopo converſi? *278.
s. *Theodorus* M. ejus corpus Venetias translatum. 294. ejus acta videntur fabuloſa. *ibid.* cur cum dracone certaſſe dicatur. *ibid.*
Theodorus Studita quis fuerit? ejuſque opera. 333.
s. *Theophanes* Magni-agri in Sigriana Hegumenus, & ſub Leone Armeno Confeſſor auctor Chronographiæ. 155. qui opus a Georgio Syncello inchoatum, & ſibi a moriente commendatum continuavit. 26. huic aptatæ tabulæ Chronologicæ, plurimis, portentoſiſque erroribus ſcatentes, quas Theophanis haud eſſe probatur. 156. & ſeqq. Theophanes quidem illas deſignavit ductis lineis, ſed inſcriptis nominibus annisque ipſe non implevit. *ibid.* ſed ſciolus aliquis Nicephori catalogos imperite ſecutus, cum Theophanes tantum notaſſet annos Mundi & Chriſti, aut etiam ſolos quandoque annos Imperatorum. 157. qua æra Theophanes uſus ſit. *ibid.* Diocletiani initia recte compoſuit cum anno 277. æræ Alexandrinæ Syncelli errorem tacite corrigens. *ibid.* Conſtantini tempus anno uno anticipat, & Phocæ uno imminuit. 158. unde erroris occaſio? *ibid.* Phocæ tyranno ex annis octo detrahit quintum, & Copronymo unum annum ultra 24. addit, & cur. 159. Heraclii Imperatoris duos annos in unum conflat, & alterum in duas diſtrahit, & quomodo. 160. emaculantur nonnulla hujus ſcriptoris loca in regia Pariſienſi editione mendoſa. 161. & ſeqq.
Theophania quodnam feſtum ſit apud Græcos. 287. ſolemnes in hoc feſto ritus, & aquæ benedictio. *ibid.* Latini hoc feſtum Epiphaniam vocant, & cur. *ibid.*
Theophylactus Simocatta corrigitur. 162.
Traditio popularis quam auctoritatem habeat. 25.
Trajectum an ſedem Epiſcopalem, & Epiſcopos unquam habuerit? 365. recenſentur ejus Epiſcopi. *ibid.* & *ſeqq.* teſtimonia Imperatorum de Eccleſiæ Trajectenſis ſede epiſcopali. 371. eccleſia cathedralis Trajecti quæ fuerit ante s. Monulphum. 376. hujus urbis primordia. *ibid.* antiqui Epiſcopatus Trajectenſis populi, eorumque vicini. 382
Tribunæ cur appellentur ſupremæ baſilicarum abſides. 342
Tungri urbs, olim Advaticum dicta, & Advatica Tungrorum. * 357. hoc vero nomen poſt Julium Cæſarem cœptum audiri. *ibid.* cur dicta Tungri Paganorum. * 358. hujus urbis Epiſcopi recenſentur. *ibid* & *ſeqq.*
Tunica Jeſu Chriſti quando inventa. *293
V*Aleſius*, Hadrianus; ejus de duobus Epiſcopis Servatiis, aut altero Servatio, altero Arvatio commentum. * 361. quod auctoritatis pondus habeat apud eumdem s. Gregorii Turonenſis hiſtoria Francorum. * 363. corrigitur. 378
Vander Sterre (Jo: Chryſoſtomus); ejus martyrologium Præmonſtratenſe. 44
Vedaſtinum diploma ſuppoſititium. 240
Verbovius, Franciſcus, e Societate Jeſu; ejus obitus, & elogium. 505
Veſpaſianus ſortilegiis addictus Deum Carmelum conſuluit. * 266. an Carmelitas? *ibid.*
Ughellus, Ferdinandus, Abbas Ciſtercienſis duo ingentia Collectaneorum volumina Mſſ. Bollandianis Sociis donat. 92. ejus ſententia de atteſtatione Thomæ Epiſcopi Florentini pro fundatione Eccleſiæ Carmeliticæ. 251. cur de Epiſcopis Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ ſcribere neglexerit. 293
Vicedominus, titulus circa annum milleſimum cœptus Florentiæ uſurpari. 252
s. *Victor* Papa quando ſederit, & tempus ejus ſedis. 198. quando cultus. *ibid.*
Viennenſis, & Lugdunenſis Eccleſię acta martyrum ſuorum deſcripta Eccleſiis Aſiæ & Phrygiæ miſerunt. 5
Vincentius Bellovacenſis in ſpeculo hiſtoriali pleraque ex actis Sanctorum inſeruit. 9. cur Bellovacenſis dictus; perſtringuntur Sixtus Senenſis, Poſſevinus aliique qui illum Bellovacenſem Epiſcopum dicunt. *ib.*

Vic-

Viola Sanctorum, Martyrologium Haganoæ editum. 43. 42. editum a Bellino titolo martyrologii Romani. *ibid.* ejus autographum extat in proprio s. Germani de Pratis monaſterio Pariſiis. 114. illud edidit Molanus. *ibid.* Uſuardi Martyrologium præ cæteriis ab eccleſiis receptum. 118

Vitæ Sanctorum a quibus Græcis ſcriptæ, & collectæ. 6. & a quibus Latinis. 9. & *ſeqq.* Hibernorum, Scotorum, Britannorumque ſanctorum vitæ plane portentoſæ ſunt, atque ex miraculis fere incredibilibus contextæ, & cur. 25. Vitæ quorumdam ex fama ſcriptæ. 24. 25. Vitæ aliæ Sanctorum odio dæmonis adulteratæ ab hæreticis duplici ex cauſa. 25. aliæ contractæ, aut interpolatæ. *ibid.* aliæ confictæ vel ab hæreticis, vel etiam a Catholicis, & cur. 26. Vita s. Honorati Ep. Arelatenſis an. 1511. Pariſiis edita, fabellis conferta. 32

Vives (Ludovicus); ejus cenſura in auream Legendam refutata. 10. 11

Uncíales litteræ in principio diplomatum a Carolo M. primum uſurpatæ. 226

Voſſius corrigitur. 9. a præfixo ad vitam s. Antonii Bollandiano commentario edoctus mutat ſententiam de auctore vitæ illius sancti. 82

s. *Urbanus* Papa quando ſederit. 199. ejus acta per Notarios Eccleſiæ Romanos coævos deſcripta. 200

Urbs Ravennatium Romæ quæ? 199

Uſuardus Monachus Martyrologium ſcripſit, cujus præfatio adhibetur ex Codice optimæ notæ, quæ aliquanto brevior habetur in aliis exemplaribus. 41. illud ſcripſit regio juſſu, & Carolo Regi dedicavit, dubium an Magno. *ibid.* quando ſcriptum, diſquiritur. *ibid.* Varia illius exemplaria.

W*andelbertus* Promienſis Monachus Martyrologium metro heroico conſcripſit. 42. hoc ſub titulo *Ephemeridum Bedæ* to. 2. operum illius, vulgatum fuit. *ibid.* & ſub veri auctoris nomine a Molano. *ibid.* quando illud ſcriptum. 43

W*icelius* (Georgius;) ejus cenſura in auream Legendam refutata. 10. ſcripſit Hagiologium, ſeu de ſanctis Eccleſiæ. 12

W*illotius* (Balduinus) a Societate Jeſu; ejus additamenta ad Gallicam Martyr. Romani verſionem. 44

W*ilſonus* (Joannes) anno 1608. edidit martyrologium Anglicanum, & anno 1640. illud recognovit. 44

Z*Acharias* pater s. Jo. Baptiſtæ an occiſus inter templum & altare? 321. martyr a Græcis colitur, & cur. *ibid.*

Zenus, Jacobus, Patritius Venetus, vitas ſummorum Pontificum ſcripſit. 179. quando vixerit, & obierit. *ibid.*

s. *Zephirinus* Papa quando ſederit; & an martyrium ei illatum. 199

Zona Deiparæ quando Conſtantinopoli repoſita? 319 de ea feſtum. *ibid.*

s. *Zoſimus* Papa quamdiu ſederit. 207

F I N I S.

A01 1471674.

Digitized by Google

Notitia de locis sanctorum apostolorum

III kl iul nat apostolorum sci petri & pauli romae
II kl decemb nat sci andreae apos in ciui patras puinc achiae
VI kl ian nat apos sci iacob fr dni & iohan euang
VIII kl iul nat dormitionis sci ioh apos & euang in epheso
XII kl ian nat sci thome apos in india & transl corp eius in edissa V kl iul
VIII kl agus nat iacobi apos fr ioh euang in hierusolim
kl mai nat sci philippi apos in ciuit hierapoli puin assiae / transl agis
VIIII kl sept nat sci bartholomei apos qui decollatus est in india iussu regis
XI kl oct nat sci matthei apos qui passus est in persida
V kl nouemb nat apos simonis cannanei & simonis zelotis qui a templorum pontificibus occisi sunt in suanis ciuit persarum

Ianuarius dies xxxi

A I kl ian circumcisio dni et coronae qui iubente asclepio urbis praefecto cum diceret hodie octauae dni caeli sunt cessare a superstitionibus idolorum & sacrificiis pullitas a gladiatoribus hac de causa occisus est. In roma stefani nicomedis eufrosini epi priuati & aliorum IIII. In afrca euaristi hermetis In bononia et iaca. In afrca In massi uictoris felicis narcissi argini & aliorum IIII. papae primiani saturnini et saturnini uictoris honorati leusi hermetis : : : & mil XXX. Rauigi depos sci eusebi cum fratribus suis. Augustoduno depos agrippini epi
b II IIII non In smirdoni epi antioc & in alio loco soratonia macarii abbam saturi possessoris firmi maximiani actionis timothei herusssi antiaxi uit acta tobiae argissidae etin athiop natale claudiae aurigae uitalis de hierosol stefani : // tomir claudonir
c III III non in helispon ciuit panethia ciuici primi theogenis & in ciuit arcgit nodi trium fratrum argei narcissi & marcellini pueri xpiani & diogini argetra nodonis primae massi martialis stacti liani constanti possessoris hilarini firmi candidi nostitiani argentiae luciae actae pashiae parisi genefaiae uirginis uich dep sor ploeg
d IIII Prid non In massi aquilini gemini eugetra marciani quinti theodotae trifonis. In roma ciuit bonania hermetis aggei et gaii acdui epi / syriae
e V Non massi feliar secundi honori luciani candidi ianuariae caelisto locandi acta petri mariae sauli anastasii mariqoe simeonis mona
f VI VIII idus epifania dni massi talsfori sioni iocandi petri mariae acta ianuariae et alibi honori iuli antoni apud sirmiani anastasii. Inanicio pari scorum iuliani & basilissae in india celsi iuliani

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google